Deus.
278

EX ELECTORALI BIBLIO-
THECA SERENISS. VTRIVSQ:
BAVARIAE DVCVM.

<36606825860016

<36606825860016

Bayer. Staatsbibliothek

E. B.

3752.

CONSILIORVM,

SIVE

RESPONSORVM IVRIS,

Viri Clarissimi

DN. FRIDERICI PRVCKMANNI, V. I. D.

& Consiliarij Principis Electoris Brandeburgici, &c.

VOLVMEN PRIMVM.

IN QVO COMPLVRIMÆ MATERIÆ, PARTIM AD IVdicia & contractus: partim ad vltimas voluntates & delicta pertinentes, assiduitate studioque singulari, idque non solùm secundum Iuris communis: verumetiam Saxonici, nec non eius Iuris, quod per Constitutiones Nouellas Imperij, nouè sancitum est, præscriptum: examinantur, enucleantur, deciduntur.

LIBER OMNIBVS, IVS PROFITENTIBVS AVT in foro versantibus, aut de Iure respondentibus, vtilissimus.

CVM QVADRVPLICI MATERIARVM, RERVM, VERBORVM ET AVtorum, quorum in hoc volumine vel mentio fiebat, vel tractatio suscipiebatur, Indice.

Sed & præterea communem inter Interpretes opinionem, hoc asteriscо, magis receptam verò, hoc**, passim per totum volumen annotatam offendes.*

M. DC. III.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Lipsiæ, Sumtibus HENNINGI GROSII Bibliopolæ.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

AD

ILLVSTRISSIMVM, POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM IOACHIMVM FRIDERICVM,

MARCHIONEM BRANDEBVRGENSEM, SACRI ROMANI IMPERII, ARCHICAMERARIVM, ET ELECTOREM, BORVSSIAE, SEDINORVM, POMERANORVM, Cassubiorum, VVandalorum, nec non Silesiæ Crosnensium DVCEM, BVRGGRAVIVM Norinbergensem, & RVGIAE Principem, Dominum suum clementissimum

EPISTOLA DEDICATORIA.

COnstituenti mihi apud animum, PRINCEPS ELECTOR Illustrissime atq; potentissime, Domine Clementissime, hunc PRIMVM Responsorum meorum LIBRVM, quæ varijs variorum ordinum hominibus, de iure me interrogantibus, dederam, certas ob causas in id impulso, (quas nunc recensere, è re fortè non erit) publici iuris facere: cogitandum, pro more scribentium, erat de patrono, sub cuius nomine atq; tutela, hanc qualemcunq; operam, publicam aspicere lucem sinerem.

Verùm rem altiùs pensitanti, neutiquam faciendum esse, videbatur, vt V. Ill. Celſ.ᵉ posthabita, hunc Librum, principibus alijs, lucri aliquid captans, inscriberem atq; dedicarem.

Erat enim, & quod publico, & quod priuato nomine, maximas, qua par erat, deuotione atq; submissione, Ill. V. Celſ.ⁱ agerem gratias.

Nam cùm in plærisq; aulis nunc studia literatiq;, etiam à patronis suis deserti, iaceant: V. attamen Ill. Celſ.ᵉ semper

rem ita moderata est, vt suus esset locus laureæ, suus item locus in aula ipsius togæ. Quippè rectè persuasa, Rempub. simul & armis decoratam & legibus instructam, ni simul confusio & ἀναρχία, rerum omnium teterrima sequi debeat, esse debere.

Memini ego, paucis retrò annis, quendam magnum Principem secretius consilium habuisse, aq; Comitibus nobilibusq;, quos secum habebat, percontatum fuisse: an non censerent, literatis omnibus remotis, electis atque repulsis, ex æquitate non scripta & imaginaria, (alij beluam vocant) Rempublicam rectè administrari posse? memini item, ex his vnum fuisse, etsi dignitate & ætate reliquos hic anteibat, qui censeret: salutiferum hoc occeptum Reipub. fore, si modò ita, vt cepisset, Princeps pergeret: & peruicisset omninò hæc sententia, ni exempla aularum summorum principum, beneq; constitutarum Rerumpub. ab alijs adducta, principem istum Consilium mutare, coëgissent.

Maximas itaque, Ill. V. Celsi. (vt pro alijs loquar, quod de meipso sentio) gratias agendas, maiores etiam habendas esse, censeo, quod istiusmodi exitiosa Reipub. Consilia, nunquam apud se radices agere, quamuis non deessent, qui eadem Eidem sæpius suppeditarint, fuerit: sed partes Reipub. ad armatam militiam pertinentes, militibus: inermis verò militiæ partes, togatis, exemplo laudabili maiorum, concrediderit: optoque, vt nunquam Marchia nostra hunc ordinem commutatum, posthac experiatur.

Perstat enim adhuc sententia, tum maximè florere Respublicas, cùm vel ipsi Principes Philosophi fuerint, vel philosophiæ sectatores adamarint, adiunctosque sibi habuerint.

Quare fieri nequit, quin Reipublicæ calamitosum atq; exitio futurum sit, sin è diuerso literati suo deturbentur ordine, imoq;, ab accessu ad principem suum, pœnitus arceantur excludanturq;. Nec istiusmodi Centaurorum Consilijs, numine suo, adesse vult DEVS.

Atque hæc erant, ob quæ, pro ratione præsentis instituti, publico nomine, Ill. Celsi. V. meritò gratulamur, gratiasque condecentes agimus.

Sin verò deinceps expendissem mecum, quanta beneuolentia

lentia atq; fauore, tum Ipsa Ill. V. Celſ.° tum maiores Eiusdem, me familiamq; meam sint prosecuti, quantis honoribus itidem, ijdem eandem adauxerint, essem mehercle ingratissimus, si vnquam benè, de Illustriss. Domo Brandeburgica, merendi studium deponerem, exq; animo elabi paterer.

Primus enim auus meus in Electoratum Brandeburgicum, anno 1500. vel circiter, ex Pomerania habitatum iuit: & statim à proauo Ill. V. Celſ.ⁱ Ioachimo I. laudabili principe, vt stipendia eius mereret, anno 1512. euocatus fuit. Sic à Ioachimo II. Auo Ill. V. Celſ.ⁱ principe præstantissimo, parens meus in numerum Consiliariorū, & quidem secretiorum, allegebatur.

Ego verò, duodecimus iam agitur annus, itidem à parente, Ill. V. Celſ. Electore Iohanne Georgio, felicissimæ recordationis principe, primùm in Collegium Consiliariorum, Cameræq; eiusdem Electoralis Assessorem, cooptabar: atq; Ipsius Ill. Celſ.ᵉ in fata concedente, V. Ill. Celſ.ⁱ Deo ita prouidente, rem verò, viris Illustribus atq; Magnificis, Domino Adamo, Nobili Baroni in Putlitz & VVolfshagen &c. Marchiæ totius Marescallo hæreditario &c. & Domino Iohanne à Löben, in Bollensdorff, Blumberg, & Falckenburg &c. Cancellario &c. patronis meis obseruantissimis (quorum honoris causa memini) administrantibus, me secum retinere, & eo loco, quo apud Dominum parentem eram, rursus esse voluit.

Non immeritò itaque Illustrissimos Principes Electores Brandeburgicos, autores salutemq;, fortunæ, vitæ, nominisq; mei, parentumq; meorum, rectè dixerim atq; duxerim.

Quapropter, cum ingenuum sit, eius, cui plurimùm debeas, causa, plurimùm quoq;, idipsumq; vehementer velle: ex contrario verò, incredibilis hominum peruersitas atq; prauitas sit, ne cogitasse quidem semel, vt pro viribus illi, à quo beneficijs honoribusq; ornatus es, gratias referas: Committendum mihi esse, nunquā putaui, vt hac, quę sese nunc offert, occasione neglecta, non saltem signum aliquod gratitudinis meæ deuotissimæ, erga Ill. V. Celſ.ᵐ quam possem subiectissimè, ederem atq; extollerem. Id quod fiet, si efficiam, vt hic, quem antea dixi, Responsorū meorum Liber, sub Augustissimi, Ill. V. Celſ.ⁱ nominis titulo, passim legatur inq; manibus sit omnium. V Ill. Celſ.° faciet vicissim, vt omnes sentiant, suum adhuc apud

Ipsam literis constare honorem. Id quod fiet, si Ill. V. Celſ.° hunc noſtrum Librum ad ſe allatum, fronte ſerena atq; tranquilla exceperit.

Fateor equidem, tenuius hoc munus eſſe, quàm vt dignum ſit, quod Principi, in ſacro Romano Imperio potentiſsimo, offeratur: concedo item lubens, quod ſatis excultus omnis ornatus genere, aut aſtrictus numeris oratorijs (vt cum Iulio Scaligero loquar) hic Liber non ſit.

At V. Ill. Celſ.° non ad muneris dignitatem, ſed ad ſubiectiſſimè offerentis animum reſpiciet: indeq; de muneris magnitudine benigniſsimam dijudicationem faciet. Eccur enim à Galliarum Rege, Ludouico XII. Ill. V. Celſ.° vinci ſe perferret, qui rapam etiam, donum exiguum ſatis, à ſubdito oblatam, eò, quod hoc ex deuotione pia & ſimplici proficiſci animaduerteret, non aſpernabatur aut reſpuebat?

Sed & ipſa me, ſi terſus politusq; minùs Liber noſter fuerit, excuſat aula. In hac enim degentibus, non vacat plurimum temporis, in Vallæ Elegantijs, aut Priſcianj, Linacri, vel aliorum Grammatellorum præceptis, conſumere: maior etiam longè maternæ linguæ in hac vſus eſt. Cui dum aliqui, qui toti Latini ſibi eſſe videbantur, neglectiùs ſtudebant, memini ego illos, in varios Vuandaliſmos, dum eloquendum ſcribendumq; illis Germanicè aliquid eſſet, incurriſſe, & riſui omnium ſeſe expoſuiſſe.

Veniam itaq;, etiam hac in parte, me tùm ab Ill. V. Celſ.° tùm à bonis omnibus impetrare poſſe, non diffido.

Quod reſtat, vt diutiſsimè, optimè item & feliciſsimè, Ill. V. Celſ.° viuat, adq; Reipub. gubernacula ſedeat, etiam atq; etiam precor, exopto, votaq; facio. Coloniæ ad Spream, ex Muſeo noſtro, VI. Kalendarum Februarij, (quo die Ill. V. Celſ.° anno 1546. in hanc lucem edebatur) anni à Chriſto nato, 1603.

Ill. V. Celſ.°

obſequentiſsimus & addictiſsimus

Fridericus Pruckman.
V. I. D.

Lectori S.

AMantissime Lector, fecit Autor noster spem aliquam, Secundum & Tertium quoque volumen Responsorum eius, insequentibus temporibus, in publicum proditura. Id si fiet, curabimus ea ita inprimi, vt vnumquodque volumen separatim haberi possit. Tu itaque hoc interim Primum volumen emere, sine vlla pecuniæ tuæ (si placet) iactura, eoque vti fruique poteris. Id quod tibi indicandum esse, arbitrabamur. vale.

AD AM-

AD AMPLISSIMOS DVVMVIROS

DN. FRIDERICVM PRVCMANVM V. I. D. & Consiliarium Electoralem Brandeburgicum: Et Dominum HENNINGVM GROSIVM, ciuem & Bibliopolam Lipsiensem, tauitores meos apprimè colendos.

PRVCMANE magne, magne GROSI, vterq; clarioris
Propago nominis, propago item beatioris, aui
Veteris, nouiq; bini ocelli & bina corcula, ambo
Illustre Teutoni poli sidus. Renata PHOEBI
Proles sub vbere incluta SVADÆ nutricis almo
PRVCMANE, te videmus edulcare puriore
Fidelitate, quas THEMIS DICEq; dictitare
Solent amantq; regulas, paragraphosq; legum,
Non quas loquutuleia inuidentia popelli
Tetro maligna bucca spiritu impudenter efflat,
Quorumue fulgor auri imagines furore lambit
Famesq; sacra. Teq; GROSI splendidum librorum
Pectus, Licéa vt est tibi cura altiora Musis
Locare, quicquid ingeni capit sapitq; sensus
Manusq; clanculum, diemq; sperat imminentem,
Ab imminentis ambitu fati die remittis.
ILLVSTRE PARVIRVM, Lycéa quicquid vlla, quicquid
Camœna gratijs valere posit, omne solum
Vostra valebit indoli. ausu hoc macte, macte honore hoc,
Alter latentis explicando-ritè vorticosos
Juris nodos, & alter euulgando: sic abundè
Florebit expedita veritas; amorq; purus;
Vigebit arctior fides; florebit alma virtus.
Optatiúsne vel salubrius quid esse credam?

MAGNE PRVCMANE

Angustus THEMIDOS datur ad sacraria cursus,
Sed per te lata nunc datur ire via.
Pons destructus ad hæc iacuit, quem numine dextro
Iam reparas. Sic re nomen & omen habes.

Jan. Lauterbeccius Culm.
Fr. ll. stud.

ELEN-

ELENCHVS

Materiarum omnium, quæ in hisce Iuris Responsis, præcipuè, in quæstionem venerunt.

I.

Deciditur in eo, an eo casu, cum nouè desponsatis, in pactis dotalibus permittitur: donationes, aliasq; similes his dispositiones, conficere: hæc dispositio, ad testamenti vsq; factionem extendatur.

Et alia eius generis, ad testam. ntorum, inter virum & vxorem, & fideicommissorum materiam pertinentia, habentur.

II.

1. Nonnulla continet, ad transactionum, & insinuationum materiam spectantia.

11. De iure repræsentationis in eo agitur, quatenus filius, in locum parentis mortui, succedit.

111. Varia item tractantur, ad successionem ab intestato, pertinentia.

IV. Plurima item habentur, quæ iuramenti in litem, materiam illustrant.

V. Varia remedia recensentur, quibus aduersa pars, ad edendum instrumenta, compelli potest.

III.

1. Pertinet ad materiam administratorum publicorum, & quomodo de neglectis, & ad rationes reddendas teneantur.

11. Deq; solutione his, nomine Reipub. facta.

IV.

1. Plurima de reuocatione & redemtione feudi complectitur.

11. Plurima item, de constituendo rei valore iusto.

111. Plurima rursus, de fructibus feudi reuocati, vel redemti, anq; ij, vna cum re restituantur.

IV. Aliqua habet, ad meliorationum materiam pertinentia.

V.

1. Pertinet ad materiam euictionum, & præsertim euictionis feudi.

VI.

Referri debet primò: ad diuisionem rerum pupillarium, vel minorennium.

Secundò tractat, hanc præcipuè quæstionem: an tutor petens diuisionem rei pupillaris, cauere teneatur, de conseruando socium rei communis indemnem, eo casu, si pupillus maior factus, diuisionem ratam non habuisset.

VII.

Tractatur in eo, materia l. si creditores. C. de pact.

Habentur item nonnulla, de renunciatione exceptionum fideiussoriarum.

VIII.

Eiusdem, cum præcedente, argumenti est. Et in vtroq;, de eodem casu tractatur.

IX.

Complectitur materiam exceptionis non numeratæ pecuniæ.

X.

Pertinet, ad materiam probationum, & cumprimis, ad materiam iuramenti suppletorij.

Deindè incidenter nonnulla attinguntur, quæ iuri accrescendi, in contractibus sunt affinia.

XI.

Pertinet ad materiam fractæ pacis.

XII.

1. Tractat, de voluntate vltima captatoria, & de ea, quæ persuasionibus, blanditijs, machinationibus alicuius conficiebatur.

II. De solennitatibus, & requisitis testamentorum.
III. Quomodo probetur sanitas mentis testatoris.
IV. Agitur in eo, de reuocatione testamenti.
V. An æs alienum defuncti, absorbeat legata.
VI. Heres, qui est ex descendentibus, an duas à legatis detrahat quartas, legitimam iure naturæ sibi debitam, & quartam Falcidiam.
VII. Legatarius pœnes quem, depositæ erant debiti instrumenta, quæ ei legabantur: an lite, de viribus testamenti exorta, possit secum retinere, ea instrumenta, donec lis finiatur: an verò heredi ea, interea temporis, restituere sit obligatus.

XIII.

I. Annuorum redituum assignatio ex feudo, an, & quatenus valeat, præsertim si id feudum olim, inter bona Ecclesiastica, numerabatur.
II. De donatione, inter maritum, & vxorem illustres.
III. De donatione causa mortis, ea, quæ fit inter maritum, & vxorem.

XIV.

I. Agitur de seruitute pascendi.
II. Nonnulla habet, ad transactionum materiam pertinentia.
III. Alia rursus materiæ Declaratoris affinia.

XV.

I. Disputatur in eo, an valeat consensus Domini feudi, quo consentit, vt feudum sit oppigneratum, pro omni eo, quod quis pro vasallo soluturus est, vel fideiussorio nomine, vel tutorio, dum tutelam liberorum vasalli, administrat.
II. An feudum possit à tutore, qui & creditor pupilli est, & solus consensum domini feudi habet, diuendi: lite, de prioritate creditorum instituta, nondum finita.

XVI.

In causis spolij, in re feudali, quod præsumserat princeps Imperij, contra alium Imperij principem, quis Iudex prima instantiæ sit.

XVII.

I. Statutum vti liget non subditos, qui attamen, in territorio statuentium, bona habent: item statutum laicorum, an, & quatenus liget clericos.
II. Nonnulla habentur in eo, de repressaliis.
III. De conductore, ob pensionem non solutam, expellendo.
IV. De causis amissionis rei Emphyteuticæ.
V. De iure protectionis.

XVIII.

I. Agitur in eo, de inimicitiis, quosq; illæ producat effectus.
II. De separatione, quo ad thorum, pluribus in eo agitur.

XIX.

Agitur in eo, de variis exceptionum, litis ingressum impedientium, generibus.

XX.

I. Decidit: an & quatenus prælatus, repetere possit sumtus, quos impenderat, meliorando, res Ecclesiæ suæ.
II. Ius retentionis, an, & quatenus, ratione meliorationum competat.
III. Iudex competens quis sit capituli, sede vacante.
IV. Fructus quandiu, ad prælatum resignantem pertineant.

XXI.

De probanda proximitate est.

XXII.

I. Agitur in eo, de actione iniuriarum ciuili, & qua ad damna, & interesse agitur, rectè instituenda, & efformanda.
II. Complurima ibi habentur, de vulnerante, & vulnerato, deq; apoplexia, vel febri, quæ vulnus sequebatur: item de damnis, expensis & interesse, quæ ob vulnus vulnerato, sunt exoluenda.
III. De probandis iniurijs, multis quoq; ibi tractatur.

XXIII.

Processum docet, in iudicio possessorio summarijssimo.

XXIV.

I. Agitur in eo de defensore.
II. Examinatur hoc thema: an solutio iusta sit, si fiat creditori, qui verus creditor, & quidem anterior est: obligationum literis, quæ de debito, cuius nomine, post deinde solutio fiebat, conficiebantur, pœnes alium creditorem, sed posteriorem existentibus.
III. Multa ibi habentur, ad creditorum prioritatem pertinentia.

XXV.

Pertinet ad materiam nominationum Assessorum, in Camera Imperiali.

XXVI.

Illud decidit: an potior liberorum prioris matrimonij: an verò nouercarum sit conditio si vtrig, immobilia bona defuncti parentis, vel mariti, sibi retinere voluerint.

XXVII.

I. Agitur in eo, vt probetur superioritas & iurisdictio.

II. Aliqua habentur, tutores personarum illustrium concernentia.

XXVIII.

I. Agit de feudo, ob inuestituram non petitam amittendo.

II. De pacto, quo conueniebat, vt pecunia ex feudo redacta, feudalis esset.

XXIX.

Pertinet, ad materiam l. 2. C. de resc. vend.

XXX.

I. Id decidit: an, & quatenus, de dolo, lata, leui, vel leuissima culpa, tenetur officialis publicus.

II. Ad expensarum materiam pertinentia, plurima habet.

XXXI.

I. Pluribus in eo agitur, de successione cognata in genadam, anq, in ea, ius representationis locum inueniat.

II. Habet aliqua, de probatione negatiua.

III. Item nonnulla, de iure retortionis.

IV. Et denig, de domicilio, varia, in eo tractantur.

XXXII.

I. Clausula: qua in pactis dotalibus, conseruabantur filia, omnes casus successionis (alle angefelle) qui ei, secundum iuris præscriptum, obuenire possent, an extendatur, ad pecuniam, quæ parens eius, ex liberalitate principis, ab initio consequebatur, licet ea pecunia post mortem parentis demum, realiter fratribus huius filiæ, solueretur.

II. An filia hoc casu, partem huius pecuniæ, à principe donatæ capiat, ante etiam, quàm patris creditoribus, satisfactum esset.

XXXIII.

Pertinet, ad leuerationum materiam.

XXXIV.

I. Agit de testamento inter liberos, & alijs vltimarum voluntatum generibus.

II. Dispositio, qua iubet testator, vt animalia omnia, familia item tota, ex hereditate communi alantur: agri item, satis ex hereditate communi sumtus ferantur, an sit annua, an verò eam primo anno, adimplere sufficiat.

III. Per testamentum, quando censeatur, à pactis dotalibus, discessum.

IV. Mundum, ornatumq, muliebrem, item lanam, & linum, an lucretur vxor, an pertineant ea, ad mariti heredes.

V. Habet nonnulla pertinentia, ad materiam collationum.

VI. Decidit ur illa quæstio: an res vni heredum destinata per defunctum, sed nondum tradita, ponì debeat, in inuentario heredis.

VII. Curator, ad adeundam hereditatem, dari an possit, absenti.

XXXV.

Examinantur, & decidunter varia, ad alimentorum materiam pertinentia.

XXXVI.

I. Decidit ur: quomodo spoliati ante omnia restitutio, impediri quandoq, possit.

II. Plura habet, ad alienationem rei emphyteuticæ spectantia.

III. Aliqua item, Canonis redintegranda 3. q. 1. in eo sit mentio.

XXXVII.

Agit de eo, qua forma princeps principem Imperij, vt sibi iusticiam faciat, iudicesq, primæ instantiæ nominet, requirere debeat.

XXXVIII.

An & quando, ob petitum, sed non præstitum, iuramentum calumniæ, sententia nulla efficiatur, edocet, sicuti &, quando causa falsa in sententia expressa est.

XXXIX.

I. Pertinet ad materiam l. quoties. C. de rei vindicat.

II. Plura habet, de clausula: saluo iure tertij.

III. Nonnulla item, inuestitionum materiam respicientia.

XL.

Pertinet ad materiam emtionis redituum annuorum, cum pacto de retrouendendo.

XLI.

I. Agit de culpa tutoris.

II. Pertinet item, ad materiam depositi.

XLII.

I. Tractatur in eo, an & quatenus etiam inuiti, ad transigendum, adigi possint.

II. Referendum est, ad materiam edicti prætoris, de in ius vocando.

III. De inducenda liberatione, à debito agit.

iv. Pertinet ad materiam, editionis instrumentorum.

XLIII.

i. Habet nonnulla, ad materiam exceptionum, litis ingressum impedientium, pertinentia.

ii. Quatenus, quis ab accusatione arceatur, eò, quod inimicus accusati sit.

iii. Quatenus partes accusatoris, rectè subeat, qui peccare, non confessus est: aut qui in concubinatu vixerat.

iv. Traduntur nonnulla, in libello accusatorio, rectè efformando, observanda.

v. De editione rei, ante litem contestatam facienda, nonnulla complectitur.

vi. Et denig, agit, de satisdationibus accusatorum, & quomodo, hæ procedant.

XLIV.

i. Agit de communione bonorum, inter virum, & vxorem, ex multorum locorum, consuetudine.

ii. Item de successione feminarum in feudo, quando in inuestitura, feminæ, & mares, vocatæ reperiuntur.

XLV.

i. Agit de probatione exceptionis.

ii. Pertinet item, ad materiam editionis, quam Reus facit Actori.

XLVI.

i. Pertinet ad materiam euictionum.

ii. Plurima item habet, ad emtionis, venditionisq, contractum pertinentia.

iii. Sicuti & nonnulla inibi leguntur, quæ sunt materiæ seruitutum affinia.

XLVII.

i. Plurimis tractatur in eo, de inuentarij heredis conscriptione.

ii. Agit item, de edicto pretoris, de his, qua in creditorum fraudem, facta sunt.

iii. Docetur rursus, de die conficiendi inuentarij, & quando is, cedere incipiat.

iv. Ostendit, quomodo probetur hereditatis aditio.

v. Deciditur, quid agendum, si ab alterutra partium asseratur, res plures in hereditate fuisse, quæ in inuentario descriptæ reperiantur.

vi. De solutione in eo agitur, quam heres, qui Inuentarium conscripserat, primò venienti creditori fecerat.

vii. De Inuentario item tutoris docet, quatenus id pupillo prosit.

XLVIII.

i. Agit, de publicatione testamenti.

ii. Quatenus Inuentarij conscriptionem testator prohibere possit.

iii. Tractatur de onere, quo affici potest, legitima liberorum.

iv. Docetur in eo, an valeat dispositio, quæ cauetur, vt ex pecunia conficiatur feudum: vtq, feudum hoc duret, donec superstites masculi fuerint, post deindè verò, allodium rursus, esse incipiat.

v. Ostenditur, quid iuris, ratione euictionis soheredum.

vi. De pacto de non succedendo, quod pater cum filia, quæ nuptui elocatur facit, quo iure vtamur, aperit.

vii. An contra æstimationem rerum suarum, à testatore factam, attentari quid possit, decidit.

XLIX.

i. Referri debet, ad materiam l. 2. C. de rescind. vend.

ii. Continentur item in eo nonnulla, pertinentia, ad materiam exceptionum, litis ingressum impedientium.

L.

i. Plura habet, ad transactionum materiam spectantia.

ii. Latissimè item explicatur, in eo materia l. 2. C. de rescind. vend.

iii. Sed & aliæ plaraq, materiæ, in eo attinguntur, quas omnes recensere, longum nimis foret.

RECEN-



RECENSIO
AVTORVM EORVM,
qui paſsim in hoc libro Reſponſorum, occurrunt.

IVRECONSVLTI
ET AVTORES GERMANI.

ACademia Francofurtana.
Academia Vitebergenſis.
Academia Lipſenſis.
Academia Heidelbergenſis.
Academia Altorffiana.
Academia Louanienſis.
Academia Ingolſtadienſis.
Hector Aemilius.
Autor differentiarum Iuris Ciuilis, & Saxonici.
Autor incertus, Reſolutionũ Cameræ Imperialis.
Iacobus Ayrer.
Bartholomæus Amantius.
Bartholomæus Blarerus.
Bulla aurea.
Henricus Breuæus.
Henricus Boccerus.
Iohannes Borcholten.
Iohannes Thilmannus de Benignis.
Ioachimus à Beuſt.
Ludouicus Bender.
Martinus Benekendorff.
P. Cornelius Bredenrod.
Raynerus Budelius.
Albertus Crantzius. I. C.
Conſtitutiones Saxonicæ.
Conſultationes habitæ, ſuper Conſtitutionibus Saxonicis, Moguntiæ excuſæ.
Erneſtus Cothman.
Iohannes Baptiſta Cæſar.
Iohannes Copus.
Ioachimus Cunæus.
Matthias Caſtritius.
Matthias Colerus.
Martinus Colerus.
Philippus Camerarius.
Iodocus Damhouder.
Iohannes Dauth.
Petrus Denayſius.
Nicolaus Euerardi.
Leuinus ab Embden.
Iohannes VVolffgangus Freimonius.
Ludouicus Fachſius.
Marquardus Freher.
Petrus Friderus.
Raymundus Pius Fichardus.
Valentinus Francus.
Valentinus Forſterus.
Andreas Gail.
Chilianus Goldſtein.
Hadrianus Gilman.
Henningus Göden.
Petrus Gilkenius.
Rudolphus Gualterus.
Chriſtophorus Herdeſianus.
Guilhelmus Hannetonius.
Petrus Heigius.
Rudolphus Hoſpinianus.
Hadrianus Iunius.
Andreas Knichen.
Andreas Kohl.
Chilianus Köning.
Laurentius Kirchhoff.
Lambrecht.
Benedictus Manzinus.
Daniel Muller.
Gabriel Mudæus.
Ioachimus Mynſinger.
Iulianus Magenhorſt.
Otto Melander.
Iohannes Ferrarius Montanus.
Paulus Montanus.
Philippus Melanchton.
Sebaſtianus Munſterus.
Iacobus Omphalus.
Iohannes Oeſten.
Iohannes Oldendorpius.
Ordinatio Cameræ Imperialis.
Ordinatio Cameræ Electoris Brandeburgici.
Ordinatio Conſiſtorialis Brãdeburgica.
Ordinatio Curiæ, Ducum Pomeraniæ.
Franciſcus Pfeil.
Hartmannus Piſtoris.
Hieronymus Pantzſchman.
Modeſtinus Piſtoris.
Petrus Peccius.
Arnoldus de Reyer.
Andreas Rauchbarus.
Emericus à Rosbach.
Iuſtus Reuber.
Nicolaus Rucker.
Heinricus à Roſenthal.
Receſſus Comitiorum Imperij.
Rutgerus Ruland.
Adam Serenaurus.
Andreas Stöckel.
Chriſtophorus Schuuaneman.
Caſpar VVilhelm Scipio.
Eberardus Speckhan.
Franciſcus à Sensbeck.
Hieronymus Schutff.
Iacobus Schultes.
Iohannes Schneidemein.
Iohannes Sichardus.
Ludolphus Schrader.
Ludouicus Schvvartzmeier.
Rudolphus Stumpfius.
Fridericus Schenck à Tautenberg.
Iacobus Thomingius.
Hermannus Vulteius.
Matthias Vranius.
Petrus Vanderanus.
Matthæus VVeſenbeccius.
Chriſtophorus Zobel.
Iohannes Zanger.
Viglius Zuichemus.
Vdalricus Zaſius.

IVRECONSVLTI ET Autores Galli.

Iohannes Arelatensis.
Pyrrhus Anglibermæus.
Iohannes Robertus Aurelius.
Stephanus Aufrerius.
Barnabas Brissonius.
Eguinarius Baro.
Franciscus Balduinus.
Guilhelmus Benedicti.
Nicolaus Boërius.
Theodorus Beza.
Iohannes Bodinus.
Petrus de Bellapertica.
Stephanus Bertrandus.
Antonius Contius.
Aymo Crauetta.
Bartholomæus Chassanæus.
Claudius Cantiuncula.
Claudius Chifletius.
Franciscus de Claperijs.
Franciscus Connanus.
Iohannes Copus.
Iohannes Chirodotus.
Iohannes Corasius.
Iacobus Cuiacius.
Octauianus Cacheranus.
Petrus Costalius.
Renatus Choppinus.
Franciscus Duarenus.
Hugo Donellus.
Andreas ab Exea.
Antonius Faber.
Iohannes Fabri.
Petrus Faber.
Stephanus Forcatulus.
Petrus Gregorius Tholosanus.
Iacobus Gourreus.
Matthæus Gribaldus.
Celsus Hugo.
Iohannes Igneus.
Iacobus Labittus.
Nicolaus Losæus.
Iohannes Longouallius.
Petrus Loriottus.
Carolus Molinæus.
Franciscus Marcus.
Guilhelmus Maynerius.
Iohannes Maluerius.
Iohannes Mauritius.
Ludouicus Morotius.
Philippus Mornæus.
Vitalis Nemausensis.
Guido Papæ.
Aemilius Perotus.
Pardulphus Pratteius.
Petrus Rebuffus.
Gilbertus Regius.
Stephanus Rauchinus.
Petrus Stella.
Iohannes Saison.
Claudius de Seysellis.
Antoninus Thessaurus.
Andreas Tiraquellus.
Capella Tholosana.

IVRECONSVLTI ET Autores Itali.

Abbas Panormitanus.
Academia Patauina.
Alexander ab Alexandris.
Andreas Alciatus.
Angelus Aretinus.
Archidiaconus.
Augustinus Ariminensis.
Autor Incertus obseruationũ, post Marillanum.
Azo.
Franciscus Aretinus.
Franciscus Accursius.
Franciscus Aluarottus.
Fabius Acorombonus.
Iacobus Aluarottus.
Iohannes de Agusellis.
Iohannes Baptista Asinius.
Iohannes de Anania.
Iohannes de Arnono.
Iacobus de Aretio.
Marcus Antonius de Amatis.
Marius Anguissola.
Matthæus de Afflictis.
Leander Albertus.
Nicolaus de Agatijs.
Petrus de Ancharano.
Syluester Aldobrandinus.
Aegidius Bellamera.
Aegidius Bossius.
Andreas Barbatias.
Andreas de Barulo.
Andreas de Bessetis.
Albertus Brunus.
Antonius de Butrio.
Antonius Boydius.
Augustinus Berous.
Bartolus de Saxoferrato.
Baldus de Vbaldis.
Bartholomæus de Belleuzinis.
Baptista de S. Blasio.
Bulgarus de Bulgarinis.
Bartholomæus Bertazzolus.
Benedictus de Barzis.
Cornelius Benincasius.
Camillus Borellus.
Franciscus Bursatus.
Franciscus Beccius.
Franciscus Brunus.
Hieronymus Butigella.
Humbertus de Bonenco.
Hippolytus Bonacossa.
Iacobus de Beluiso.
Iacobus Butrigarius.
Iacobus Benius.
Iohannes Bertachinus.
Iohannes Bolognettus.
Iohannes Franciscus Balbus.
Iohannes Botta.
Iohannes Berberius.
M. Antonius Blancus.
M. Antonius Bardula.
Matthæus Brunus.
Ludouicus Burgesius.
Ludouicus Bologninus.
Lanfrancus Balbus.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Balbus.
Petrus Benintendi.
Virginius de Boccatijs.
Antonius Maria Coratius.
Antonius Capycius.
Antonius Corsetus.
Antonius Columbanus.
Amanellus de Claris Aquis.
Ascanius Clementinus.
Aurelius Corbulus.
Borgninus Caualcanus.
Bartholomæus Cæpolla.
Bartholomæus Camerarius.
Benedictus Capra.
Bonus de Curte.
Cynus Pistoriensis.
Catellianus Cotta.
Cæsar Contardus.
Cornelius Celsus.
Cataldinus.
Flaminius Cartarius.
Franciscus Curtius.
Franciscus Caballinus.
Franciscus Casoni.
Franciscus Cremensis.
Hieronymus Cagnolus.
Iohannes Calderinus.
Iohannes Campegius.
Iohannes Crottus.
Iohannes Cephalus.
Iohannes Baptista Caccialup°.
Iohannes Crispus de Montib.
Iohannes de Cocconato.
Iulius Clarus.
Ludouicus Carrerius.
Laurentius Calcaneus.
Ludouicus Catus.
Lancilotus Conradus.
Marcus Antonius Cucchus.
Marcellus Cala.
M. Tullius Cicero.
Nicolaus Carbo.
Prosper Carauitta.
Petrus Philippus Corneus.
Paulus Castrensis.
Petrus Dominicus Magdalenus Capiferreus.

Pantha-

Panthaleon Cremensis.
Raphaël Cumanus.
Rochus de Curte.
Rainaldus Corsus.
Vincentius Carosinus.
Adamantius Dionysius.
Dynus Mugellanus.
Iohannes Dilectus.
Hormannocius Detus.
Lancilotus Decius.
Philippus Decius.
Tiberius Decianus.
Thomas Diplouates.
Franciscus de Ecclesia.
Aemilius Ferrettus.
Andreas Fachinæus.
Antonius Francus.
Felinus Sandæus.
Iohannes Antonius de Ferrarijs.
Marinus Freccia.
Philippus Francus.
Prosper Farinaceus.
Raynerius de Forliuio.
Raphaël Fulgosius.
Thomas Ferratius.
Vincentius de Franchis.
Achilles de Grassis.
Albericus Gentilis.
Albertus de Gandinis.
Carolus de Grassis.
Dominicus de S. Geminiano.
Fabianus de Giocchis.
Hieronymus Gratus.
Hieronymus Gabriel.
Hieronymus Gigas.
Iohannes Gallicus.
Iacobinus de S. Georgio.
Iohannes de Gradibus.
Iohannes Gauduntius.
Lancilotus Galiaula.
Ludouicus Gozadinus.
Martinus Gilbertus.
Nellus de S. Geminiano.
Nicolaus Antonius Grauatij.
Petrus Gerhardi de Petrasancta.
Paulus Grilandus.
Scipio Gentilis.
Thomas Grammaticus.
Vitalis de Gembanis.
Baptista de Hieronymis.
Franciscus Herculanus.
Iohannes Hanibal.
Iohannes Vincentius Hondedei.
Hostiensis.
Signorolus de Homodeis.
Andreas de Isernia.
Iason Mayni.
Iohannes de Imola.
Iohannes de S. Iulia.
Innocentius.
Iuuenalis.
Nicolaus Intriglioli.
Bernhardus Landrianus.
Cæsar Lambertinus.
Franciscus Lucanus.
Iohannes Iacobus de Leonardis.
Iosephus Ludouici.
Iohannes Lapus.
Iohannes Baptista Landerchius.
Martinus Laudensis.
Robertus Lancilotus.
Aemilius Maria Manolossus.
Antonius Galeatius Maluasia.
Angelus Mattheacius.
Claudius Mermerius.
Franciscus Mantica.
Franciscus Marzarius.
Fabianus de Monte.
Franciscus Monaldus.
Franciscus Mylanensis.
Gerardus Mazolli.
Hippolytus de Marsilijs.
Hieronymus Muscornus.
Horatius Mandosius.
Hieronymus Marilianus.
Hieronymus de Martino.
Iacobus Menochius.
Iacobus Mandellus.
Iosephus Mascardus.
Iohannes Thomas de Marinis.
Iohannes de Monte Sperello.
Iohannes Monachus.
Iohannes Bernardinus Muscatellus.
Marcus Mantua.
Nepos à Monte.
Nicolaus de Milis.
Nicolaus Moronus.
Petrus Nicolaus Mozzius.
Præpositus Mediolanensis.
Petrus Martyr.
Quintilianus Mandosius.
Robertus Maranta.
Sebastianus Monticulus.
Sebastianus Medices.
Alexander de Neuo.
Antonius Neguzantius.
Baldus Nouellus.
Ballion de Nobilibus.
Franciscus Niconitus.
Georgius Natta.
Iacobus de Nigris.
Iacobus Nouellus.
Iohannes Neuizanus.
Iohannes Antonij de Nigris.
Marcus Antonius Natta.
Nicolaus de Neapoli.
Socinus Nepos.
Tobias Nonius.
Ambrosius de Opizone.
Lanfrancus de Oriano.
Odofredus.
Oldradus de Ponte.
Sforcia Oddus.
Vincentius Saluiolus ab Ocha.
Angelus Perusinus.
Antonius de Petrusia.
Antonius Piagius.
Alexander Pomates.
Antonius de prato Veteri.
Achilles Pedroccha.
Berengarius Paulhacus.
Benedictus de Plumbino.
Cardinalis Parisius.
Cassianus Putæus.
Christophorus Porcius.
Florianus de S. Petro.
Franciscus Porcellinus.
Fabianus de Pepis.
Franciscus Personalis.
Guilhelmus à Perno.
Gabriel Palæottus.
Guidus Pancirolus.
Hieronymus Papponius.
Iohannes Baptista Plotus.
Iohannes de Platea.
Iohannes Franciscus Purpuratus.
Iacobus Petrus de Prolomeis.
Iacobus Putæus.
Iohannes Baptista Pontanus.
Petrus Antonius Petra.
Iohannes de Prato Veteri.
Iohannes Angelus Pisanellus.
Lancilotus Politus.
Lucas de Penna.
Marcus Antonius Peregrinus.
Nicolaus Pignolattus.
Practicus Papiensis.
Paris de Puteo.
Paulus de Monte Pico.
Philippus Porcius.
Placentinus.
Pileus.
Plinius.
Phanuctius de Phanutijs.
Rolandinus Passagerius.
Simon de Proetis.
Thomas Parpalias.
Antonius Quetta.
Antonius Rubeus.
Antonius Gabrielius Romanus.
Albericus de Rosate.
Albertus Robertus.
Bartholomæus Romuleius.
Carolus Ruinus.
Constantius Rogerius.
Flaminius de Rubeis.

Guil-

Guilhelmus Redoanus.
Hippolytus Riminaldus.
Iohannes Franciscus Ripa.
Iohannes Reinaud.
Iacobinus Riminaldus.
Iohannes Ronchegallus.
Ludouicus Romanus.
Marcus Antonius del' Re.
Petrus Rauennas.
Polydorus Ripa.
Rota Genuensis.
Rota Romana.
Rota Bononiensis.
Bartholomæus Salycetus.
Bartholomæus Socinus.
Benuonutus Stracca.
Bartholomæus de Scarampis.
Cato Saccus.
Carolus Sigonius.
Guido de Suzaria.
Gabriel Sarayna.
Iohannes Sadoletus.
Iohannes Petrus Surdus.
Iohannes Baptista de S. Seuerino.
Laurentius Syluanus.
Marianus Socinus.
Marius Salomonius.
Octauius Simoncellus.
Raymundus Senilis.
Speculator.
Seraphinus de Seraphinis.
Sebastianus Sapia.
Alexander Trotagni de Imola.
Alexander Turramini.
Franciscus Turzanus.
Fabius Turrettus.
Guilhelmus de Tulalto.
Laurentius Tenninus.
Thomas Triotanus.
Lælius Taurellus.
Terentius.
Tyndarus.
Ambrosius de Vignate.
Antonius Vsillus.
Benedictus de Vadis.
Cæsar de Vrsillis
Bartholomæus Vgolinus.
Camillus Visitarinus.
Franciscus Viuius.
Hieronymus Verius.
Iohannes Baptista Vincentius.
Iohannes Baptista Vincemala.
Iohannes de Vicomercato.
Iohannes Baptista Villalobus.
Martinus de Ve.
Petrus de Vbaldis.
P. Virgilius Maro.
Rolandus à Valle.
Sebastianus Vantius.
Virgilius de Sylueſtris.
Cardinalis Zabarella.
Franciscus Zoanettus.
Hubertinus Zuchardus.
Hieronymus Zanchius Theologus.
Iohannes Baptista Zilettus.

IVRECONSVLTI ET Autores Hiſpani.

Antonius Augustinus.
Emanuel Acosta.
Rodericus Aluaradus.
Petrus Belluda.
Antonius de Burgos.
Didacus Couarruuias.
Franciscus des Caldas.
Hieronymus Cuchalon.
Martinus Monter à Cueua.
Bernhardus Diaz.
Berengarius Fernandes.
Petrus Follerius.
Paulus Fuscus.
Iohannes Garsias.
Antonius Gomezius.
Fortunius Garcia.
Antonius Gouœanus.
Ludouicus Gomesius.
Antonius Gamma.
Iohannes Lupus.
Ferdinandes Loazes.
Iohannes Baptista Lupus.
Gregorius Lupus.
Iohannes Medina.
Ludouicus Molina.
Arrius Pinelus.
Antonius Menesses de Padilla.
Letrus Placa.
Didacus Perez.
Petrus Royzius.
Marcus Antonius del' Rio.
Rodericus Suarez.
Emanuel Suares.
Didacus Segura.
Petrus Solazar.
Franciscus Sarmient.
Didacus Spino.
Lucius Marineus Siculus.
Ferdinandus Vasquius.
Vaconius à Vacuna.
Aluarus Valascus.
Alphonsus Villagut.
Aristoteles Stagirita Græcus.
Martinus Cromerus Polonus.

FINIS.

CONSI-

CONSILIVM I.

SVMMARIVM.

1. *Testamenti factio omnibus concessa, praeterquam iis, quibus idipsum ius, expressè denegatur.*
2. *Femina habet testamenti factionem.*
3. *Pacta seruanda sunt.*
4. *Pacta non valent respectu eorum, quæ ad ius testandi pertinent.*
5. *Intellectus l. 3. ff. de testam.*
   Forma testamentorum, nequit pactis priuatorum derogari. ibid.
6. *Pacto patris, vel domini effici nequit, vt iure testetur filiusfamilias, vel seruus.*
7. *Difficilius semper aliquid de nouo inducitur, quàm iam facto additur.*
8. *Femina etiam maritata, iure testatur.*
9. *Consuetudinibus Marchiæ, feminæ maritatæ quoq; testamenta rectè conscribunt.*
10. *Testamenti factio, per constitutionem, siue ordinationem aliquam, tribui potest iis, quibus idipsum antea denegatum erat.*
11. *Filia familias iure non testatur, etiamsi parentis consensum adhibuisset.*
12. *Matrimonio & separatione liberorum à mente, domoq; paterna, tacita quædam inducitur emancipatio, moribus, quibus in Electoratu Brandeburgico viuunt. In Marchia Brandenburgensi parentum memoria, iure Saxonum viuebatur. ibid.*
13. *Emancipatio tacita liberorum, ex coniugio oritur, etiam in Gallys, Hispaniys, & Longobardia.*
14. *Filia maritata, etiamsi pater eius adhuc in viuis sit, moribus tamen Marchicis iure testamentum condit.*
15. *Patria potestas semel dissoluta, nunquam posthac coalescit.*
16. *Actus inter coniuges reciproci, dignissimi sunt, quantumuis reciprocè non facti, iurè non subsisterent.*
17. *Pactum de mutua successione inter Virum & Vxorem valet.*
18. *Testes septem sufficiunt, etiamsi duæ sint personæ testantium, dummodò eædem sint tabulæ vtriusq; testamenti.*
19. *Vir & vxor, possunt iisdem tabulis testamenta sua inscribere.*
20. *Testamento eas solennitates, adhibitas esse sufficit, quæ iure illius loci, in quo conficitur, requirebantur, valetq; etiam respectu bonorum alibi sitorum. Marchiæ moribus, femina in coniugio constituta, absq; curatore, eiusq; autoritate, iure non testatur. ibi.*
21. *Femina non indiget curatore, in conscriptione testamenti, secundum ius commune.*
   Reditus ad ius commune facilis est. ibid.
22. *Testis potest testamentum obsignare annulo alieno.*
23. *Coniunx coniugem, hæredem in testamento suo, scribere potest.*
24. *Testandi ius, ad ea etiam bona extenditur, quæ tantùm potentia nostra sunt, & nondum actu.*
25. *Filia emancipata, rectè etiam de dote sua, testatur.*
26. *Femina qui uis rectè testatur, de mundo suo muliebri.*
27. *Feminæ præ dote propria magis sunt ea, quæ ei, nomine hereditatis paternæ, vel maternæ obtenuntur.*
28. *Argumentum à minori valet.*
29. *Interpretatio semper in facienda, vt potiùs valeat, quàm pereat actus, vtq; effectu non careat.*
30. *Pacta dotalia non pertinent ad vltimas voluntates.*
31. *Fideicommissum per eam constituitur in contractibus.*
32. *Fideicommisso etiam conditionali renunciari potest, ab iis, quorum gratia introductum est.*
33. *Pro testamento in dubio pronunciandum.*
34. *Testator, testamentum annulo alieno, obsignare non potest.*
35. *Testamenti confectio, est negocium graue & arduum.*
   Signis propriis in arduis vti debemus. ibi.
36. *Testamentum est animi sententia.*
37. *Sententia animi dici nequit, nisi id, cui præcessit præmeditatio & deliberatio.*
38. *Testis in subscriptione sua debet mentionem facere eius, quod rogatus, ad hunc actum accesserit.*
39. *Vbi duo simul testantur, testis quoq; in subscriptione sua attestari debet, se ab vtroq; testante, rogatum esse.*
40. *Doctor vnicus, quamuis celeberrimus, communem opinionem subuertere nequit.*
41. *Testis in subscriptione testamenti, rogatus mentionem non fecisse, non nocet: dummodo notarius eius rei mentionem, in sua subscriptione faciat.*
42. *Testes in sua subscriptione, cogi untur mentionem facere præsentiæ, reliquorum sex testium, quodij, illipsi, in id quoq; conuocati fuerint.*
43. *Testari & donari sunt diuersa.*
   Nec non testari & diuidere. ibid.
   Diuisio propius ad testamenta accedit, quàm donatio. ibid.
44. *In pactis successoriis, quod expressè permissum non est, prohibitum censetur.*
45. *Ratio, vbi est eadem in prohibitis & permissis, ibi ex vnius permissione, rectè arguitur ad permissionem alterius.*
46. *Ratio eadem in testamento, & donatione non militat.*

47. *Per testamentum fit dispositio de toto patrimonio.*
48. *Donatio totorum bonorum non valet.*
49. *Etiamsi fuerit donatio causa mortis.*
50. *Donationis appellatione, semper donatio inter viuos, & non mortis causa donatio, venit, Dictionis: alius, alia, aliud, natura ibi.*
51. *Pactum impediens liberam testamenti factionem, vitiosum est.*
52. *Interpretatio illa praualet, qua actus sustinetur.*
53. *Pactum, quo non nisi certo modo de hereditate sua, alicui disponere licet, valet.*
54. *Fideicommissa efficiunt, vt quis non nisi certo modo, de rebus suis, testamentum facere possit.*
55. *Conditio qualibet seruanda, quam quis apponit traditioni rei suae.*
56. *Intellectus rubr. C si quis aliq. testar. prohib.*
57. *Pactum quilibet, qui bona sua dat, adijcere potest, quo libertas testandi constringitur.*
58. *Testamenti factio frustrà de ijs suscipitur, quae nec potentia, nec actu habemus.*
59. *Conditio ante suum euentum, nihil disponit.*
60. *Dictio Nihil, est vniuersalis negatiua.*
61. *Veluti omne qui dicit, nihil excludit: ita is, qui nihil dicit, omnia separat à negocio, quod geritur, & potentiam, & actum.*
62. *Negatiua oratio semper fortius negat, quàm affirmatiua affirmat.*
63. *Potentia nihil aliud est, quàm actus, qui est in fieri.*
64. *Dispositio conditionalis, actum in fieri, non ponit.*
65. *Sub conditione debita, ne quidem potentia nostra sunt.*
66. *Conditio impedit dominij translationem, & quò ad potentiam, & quò ad actum.*
67. *Verba in potiori significatu accipienda.*
68. *Traditio ibi vera non est, vbi pecunia reipsa non soluitur.*
69. *Traditio ficta non interuenit ibi, vbi instrumenta pecuniam promissam concernentia, non traduntur.*
70. *Vel constitutum celebratur.*
71. *Dominium, nec actu, nec potentia transfertur: non accedente traditione vera, vel ficta.*
72. *Quaestio vbi de vno tantum est, ibi reliqua omnia habilia praesupponuntur.*
73. *Testamentum reciprocum inter coniuges, quando valeat.*
74. *Aequalitas seruanda inter liberos.*
75. *Testamentum inter liberos non valet, liberis ex portionibus inaequalibus heredibus scriptis.*
76. *Maximè si isthaec inaequalitas magna sit.*
77. *Vxor relicta vsufructuaria, sub conditione viduitatis, tenetur iurare, se ad secundas nuptias non transuolaturam: item tenetur satisdare, bona restitutum iri, conditione deficiente.*
78. *Testamentum coniugum reciprocum potest ab altero horum immutari, etiamsi hanc immutationem ab initio sibi non reseruasset.*
79. *Expressa sapiùs nocent, quae non expressa, non nocuissent*
80. *Testamenti reciproci tabulae, non concidunt in totum, ob immutationem ab vno coniugum factam: nisi praetereà adsit actus aliquis, qui idem voluisse, alterum quoq; coniugum, ostendat.*
81. *Testatus pro parte, & pro parte intestatus, nemo decedere potest.*
82. *Vsusfructus aliud est, aliud est proprietas.*
83. *Geminatum vitium, efficacius est simplici.*
84. *Testamentum reciprocum, in iisdem cartis conscriptum, quando censeatur, ad instar vnius, & quando rursus ad instar duorum testamentorum.*
85. *Testamentum concidit eo ipso, quod quis ex eo partim testatus, partim intestatus decedit.*
86. *Testamentum, in quo parentibus legitima non relinquitur, consistere nequit.*
87. *Legitima parentum non minus ac liberorum adaucta est.*
88. *Pater, & fratres, sororesue vtrinq; coniuncti, succedunt defuncto simul in capita.*
89. *Legitima parentibus institutionis titulo relinquenda.*
90. *Legitimae non renunciatur, nisi per renunciationem expressam, & specificam.*
91. *Nemo debet ex eo fructum consequi, quod nisus fuerat impugnare, adeoq; in totũ abolere.*
92. *Etiamsi hic conatus, successu caruisset.*
93. *Testamentum fieri nequit, de rebus fideicommisso subiectis.*
94. *Ad fideicommissi constitutionem duo requiruntur.*
95. *Fideicommissum eo ipso censetur introductum, quod parens disponit, liberis superstitibus, id datum iri, quod vnus ex liberis, nulla prole suscepta, decedens, in bonis habuerit.*
96. *Verbum cadat: est obliquum.*
Sicuti & Verbum Germanicum: fallen. *ibid.*
97. *Verbum restituat est obliquum, & nota fideicommissi.*
98. *Fideicommissa rectè introducuntur, ex sola coniecturata mente defuncti, absq; vlla verborum expressione.*
99. *Siue fuerit fideicommissum vniuersale, siue singulare.*
100. *Fideicommissum etiam afficit heredem eius, cuius primò fidei, aliquid committebatur.*
101. *Fallit vt n. seq.*
102. *Fideicommissario, regulariter competit Trebellianica.*
103. *Trebellianicae annumerantur omnia ea, quae fideicommissario quocunq; modo, ex dispositione & voluntate, fideicommissum constituentis obtigerant.*
104. *Trebellianica cesset, in fideicommisso, quod constituitur in pactis dotalibus.*

105. *Pactum*

105. Pactum inter fratrem & sororem, consentiente patre, de restituendo omni eo, quod ad illam peruenerat, ex hereditate paterna, valet.

106. Pactum de succedendo est inualidum.

107. Pactum de restituendo valet.

108. Testamentum contra loci consuetudinem conscriptum, non valet, etiam ratione bonorum, alibi existentium.

109. Testamentum contra ius factum est nullum.

110. Consuetudo venit appellatione iuris.

111. Consuetudinis transgressor, non minus punitur, ac legum ipsarum contaminator.

112. Testamentum omne, in id vt subsistat, duplicem habet inspectionem.

113. Testamentum concidit si quicquam ei ex substantialibus, aut ijs quæ solennitatis maioris sunt, desit.

114. Retortio in aduersarium optimus contrariorum dissoluendorum modus.

115. Fallacia à dicto secundum quid, destruit argumentum cui inest.

116. Omnes constitutiones, & ordinationes à iure communi, passiuam interpretationem recipiunt.

117. Prouisio hominis, legis prouisionem cessare efficit.

118. Via hac cuig; patet, quam ipse elegit.

119. Proverbium: in scyllam incidere, qui Charybdim euitare vult.

120. Reciprocum, vel vicissitudinarium, illud dici nequit, quod vni, præquè ac alteri, commodum non affert.

121. Pactum inter virum & vxorem, ceu reciprocum non valet, si cum vxore, paciscatur maritus, vt lucretur centum, ea in fata concedente, ante maritum, si in eundem casum, vxori quinquaginta tantùm relinquuntur.

122. Ex pluribus impedimentis, vnum reliquum esse, satis est.

123. Vnum ex pluribus requisitis adesse non sufficit.

124. Defectus consensus, non suppletur etiam per iusurandum.

125. Doctoris dictum, secundum legem, quam allegat, intelligendum.

126. Argumentationes amphibologicæ vitiosæ sunt.

127. Factum adesse non sufficit, si præter factum, requiratur, certæ quoq; qualitatis interuentus.

128. Argumentum luxatur, apparente alterius præmissarum falsitate.

129. Argumentum ab insufficienti partium enumeratione deductum, vitiosum est.

130. Vxor de dote sua, rectè totics non testatur, quotics hanc, certis restituere, per fideicommissum iam iussa est.

131. Legitima parentibus relinquenda, etiamsi præter ornatum, mundumq; mulicbrem, nihil adsit.

132. Pacta sunt strictæ iuris.

133. Interpretatio omnium optima, quæ oritur, ex ipsa disponentium obseruatione.

134. Paciscentes, sese iuris communis dispositioni conformasse censentur.

135. Testamenti faciendi concessio, hanc recipit interpretationem, si fiat testamentum, ad iuris præscriptum & normam.

136. Nec nonsi talia sint testatori bona, de quibus testamenti factio est.

137. Fideicommissi substantia tota, in eo collocata est, vt rectam probam nanciscatur hereditatem is, cuius bono, fideicommissum constituitur.

138. Pactum contra substantiam contractus inualidum est.

139. Pacta contra substantiam contractus contractum transformare, quomodo verè sit.

140. Argumentum ab eo deductum, quod frustrà nullierì debeat, frigidum admodum.

141. Frustra quid fieri, satiùs longè est, quàm quenquam immeritò damnum pati.

142. Legitima patre viuo, liberis non debetur.

143. Damnum pati dicimur, quoties voluntas nostra, exitum non sortitur.

144. Damnum si pati non dicitur, qui non vocatur ad sororis successionem.

145. Fallit vt n. seq.

146. Fideicommissum vbi adest, ibi ius quæsitum iam habemus, etsamsi sub conditione demum, restituenda nobis esset hereditas.

147. Per fideicommissum non succeditur gratuito, sed primo constituenti.

148. Fideicommissarius respectu granati dicitur creditor.

149. Verba restringenda sunt ad ea, quibus conuenunt, & adaptari possunt.

150. Titulo multiplicatio, plurimum sæpè affert emolumenti.

151. Res semel mea, amplius mea, quandoq; effici potest.

152. Stipulatio valet, qua rem, mihi iam ex vno contractu debitam, secunda quoq; vice stipulor, vt incipiat mihi iam deberi, ex secundo quoq; contractu.

153. Titulus alius est qui originem trahit, ex pactis dotalibus, & rursus alius, qui oritur ex testamento.
In testamentis interpretatio plenior facienda ibid.

154. Fideicommissum rectè celebratur, in actibus inter vinos, ex communi ori.

155. Opinio magis recepta, in iudicando & consulendo sequenda.

156. Pacta matrimonialia, maximè si in his quinque testes interuenerint, inclinant ad naturam vltimarum voluntatum.

157. In pactis dotalibus fideicommissa rectè constituuntur, & in eiusmodi fideicommissis, Trebellianica locus non est.

158. *Fideicommissi renunciatio generalis non extenditur, ad fideicommissum sub conditionedebitum.*

159. *Fideicommissum est conditionale, quando grauatus, ita demum tenetur restituere, si nullos ex se liberos reliquerit.*

160. *Argumentum à maiori valet.*

161. *Quæ contra ius fiunt, pro non factis habentur.*

162. *Testamentum concidit totum, si negligitur vnum ex substantialibus.*

163. *Fideicommissa benigna interpretatione adiuuanda sunt.*

164. *Et quomodo id procedat.*

165. *Fideicommissum, ad quod pariter masculi & fœminæ vocantur, non censetur relictum, pro familiæ conseruatione.*

166. *Fœmina familiæ suæ caput, & finis.*

167. *Familiæ per masculos tantum conseruantur.*

168. *Fideicommissa sine discrimine, fauore digna sunt.*

169. *Fideicommissum, tunc quoq; fauorabile est, cum in medio sunt fratres, fideicommissum constituentes.*

170. *Textum iuris vbi habemus, illi concedat oportet glossæ, reliquorumq; interpretum autoritas.*

171. *Opinio, cui textus iuris aduersi sunt, nihili facienda est.*

172. *Damni & lucri dispar est ratio.*

173. *Tolerabilius semper est, quem à lucro remoueri, quàm indebitè damno affici.*

174. *Rationes duæ vincunt vnam.*

THEMA.

CEnerosus Comes de L. cum desponsaret, filiam suam, Libero Baroni de S. assignauit eidem, dotis nomine N. millia: hereditatis verò paternæ (quam assignare, cum adhuc in viuis esset, at tamen non tenebatur) maternæq; nomine, itidem N. millia, sed & comtam, ornatumq; eam, opulenter satis ad sponsum adduxit.

Ceterum adiecit deinde tale pactum, quo hæc omnia, præter mundum muliebrem, soluere prius non erat obstrictus, quam filiæ suæ dotalitium, Domini feudi, agnatorumq; consensu adhibito, esset constitutum, sed & pactis dotalibus, illud cauebatur: quod sponsa hac, sine liberis decedente, Baront de S. remanerent omnia, quæ in dotem vxori eius data fuerant: illa verò, quæ hereditatis paternæ, maternæq; nomine promittebantur, non patri, qui illa soluerat, sed coniugis fratribus sororibusq;, aut eorundem heredibus restitueret: sed & mundus ornatusq; muliebris totus, mauito superstiti relinquebatur.

Et præterea pacta dotalia, coniugibus hisce, donationes inter se facere, similesq; dispositiones condere, non solum non vetabant: verumetiam, disertis verbis permittebant.

Sani verò, hi coniuges, vix dum completo anno, testamenti reciproci confectionem auspicantur: inq; eo, irrita esse debere, quò ad successiones pacta dotalia pronunciant: omnia item Baronis fore, quæ à coniuge, vel pro dote, vel alio quocunq; nomine acceperat, siquidem coniugi superuixisset, disponunt: tantùm vt mille quingentos florenos, quorum singuli, Batzios 15. valerent, vxoris heredibus numeraret, iubent. Quæritur itaq; num iure, testamentum hoc conscriptum sit? Non paulò pòst, euenit ille casus, de quo testamentum loquebatur. & vxor, marito superstite, sine liberis in fata concessit.

RATIONES DVBITANDI.

ET sanè, initiò dicendum videbatur, testamentum de quo res est, iustum, legitimumq; esse, inq; illo, vllos, non apparere, ob quos impugnari possit næuos.

Nam PRIMÒ certi iuris est, quod nemo 1
iure quo vtimur, à testamentorum conscriptione arceatur, nisi is, de quo ne testaretur, lex expressum disposuerit. *Br. in l. si quæramus. n. 4. ff. de testam. Abb. in Rubr. n. 2. ext. eod. tit. Iaf. in l. sciendum. nu. 17. ff. de legat. 1. Iaf. in l. Cetera. n. 2. ff. eod. tit. Graß. recept. sent. §. testamentum. q. 20. n. 1.*

At enim nusquam testamenti factionem 2
feminis denegari, in iure reperitur: quinimò quod mulier testari prohibita non sit, in specie scripturi reliquit. *Iaf. in d. l. sciendum. d. n. 17. ff. de legat. 1.*

Ob personam itaq; Testatricis præsentis testamenti tabulæ, euerti, rescindiq; non poterunt:

SECVNDO: Vidimus iam in themate, 3
donationes, & similes dispositiones, hisce coniugibus facere, expressim permissum esse. Multo minus itaq; testamentum hoc, expugnabitur.

Illis enim obniti, quæ semel placuerant, à fide humana plane alienum est. *l. 1. in pr. ff. de pact. Harim. Post. q. 14. n. 17. vel. 1. & q. 4. n. 21. lib. 2. Frider. Schenck. c. 1. §. vlt. de feud. March. Borchelt. in tr. feud. c. 3. n. 8. Tömmg. decis. 13. n. 33.*

Nec obstat, quòd pactis, in ijs, quæ ad 4
ius testandi pertinent, locus vllus relictus non sit. *l. 3. ff. de testam.*

Obtinet enim, in ijs duntaxat pactis, 5
quæ formam testamentorum immutant.

Formæ

Formæ quippè teſtamentorum, veluti, quæ publici Iuris eſt, priuatorum pactis, derogari nequit. In alijs porrò pactis, ſecus eſt. *arg. d. l. 3. ff. de teſtam.*

6 Eodem quoq; modo, huic ſecundo fundamento, non refragatur id, quod alibi habetur: parentis, dominiq; pacto fieri non poſſe, vt iure teſtetur, vel filiusfamiliàs, vel ſeruus. *gl. & Br. reliquaq; Interpretum ſchola, ad d. l. 3. in pr. ff. de teſtam.*

7 Ratio enim hac in parte, differentiæ inter filiumfamiliàs, & eius generis alios, & feminam hæc eſt: quod illi teſtamenti planè factionem non habent: vnde nec pacto, eam nancíſci poſſunt: hæc verò Iuris teſtandi, ab initio etiam, & antequam paciſcatur particeps eſt. autore Iaſone in loco antea in id adducto.

Mirum itaq; non erit, ſi illis pactum nil proſit: huius verò teſtamento, præter efficaciam, aliàs eiuſcemodi teſtamentis, iure ſcripto indultam, robur aliquod addat. Cum ſemper, & vbiq;, difficilius quid nouè introducatur: quàm iam introducto, robur addatur. *fac. trad. Iaſon. in l. patre furioſo. n. 8. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur. Nouiz. in ſylu. nupt. lib. 4. n. 73. verſ. ſingulariter. Tiraq. in l. boues. §. hos ſermone. limit. 1. n. 39. ff. de verb. ſignificat.*

8 Tertiò certi quoq; iuris illud eſt: quod etiam e a mulier, quæ maritum habet, rectè teſtetur. *Vtis complurimis textibus, Doctorumq. autoritatibus in id congeſtis in indiuiduo docet Pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 1. n. 3.*

Etſi itaq; mulier hæc coniugata erat, coniugium tamen illi, impedimento non fuit, quò minus iure teſtaretur.

9 Qvartò cogitandum quoq; illud eſt, quod etiamſi hæc res, ad ius commune ſcriptum quod attinet, controuerſia non careret: indubitatum attamen hoc ip ſum eſſe, ex conſtitutione huius Electoratus prouinciali, & ex obſeruantia, qua hactenus in hiſce terris vſi ſumus. Nec enim moribus quibus vtimur, matrimonium in cauſa eſt, quò minus materfamiliàs rectè teſtetur.

10 Ceterum ambigi non oportet, mores, & obſeruantiam hanc, à Iure non reprobari. Valere enim Conſtitutionem eam, qua illa facultas teſtandi tribuitur, cui ante legem latam, ea iure Romano denegata planè erat, incogniti Iuris non eſt. *Br. in l. ſi quæramus. n. 5. ff. de teſtam. Bl. in Auth. defuncto. n. 14. ff. ad S. C. Tertull.*

Nec obſtat, quod attamen Teſtatrix noſtra parentem adhuc in viuis habuerit.

11 Nam hinc inferre velle, fruſtra erit: quod teſtamentum condere ea non potuerit. Eò quòd filiafamiliàs, conſenſu etiam parentis adhibito, iure non teſtetur. *L. qui in poteſtate, & ibi Br. ff. de teſtam. Boër. in conſuet. Bitur. tit. de ſtat. perſon. §. 2. gl. vnic. Dil. in tr. de art. teſtand. tit. 1. caut. 1. n. 1. Coraſ. in l. qui liberos. p. 1. n. 29. & ſeq. ff. de rit. nuptiar. Franciſc. à Cald. in l. ſi curatorem. in v. hunc contractum. n. 23. C. de teſt. in integr. Dauth. in tr. de Teſtam. n. 147.*

Et eſt communis opinio, *vti Viuio, & Claro in id adducti, autor eſt. Graſi. receptar. ſentent. §. teſtamentum. q. 23. n. 1.*

Moribus enim, quibus hodie in hiſce 12
terris vtimur, obtinet: vt ſeparatio liberorum à menſa, domoq; paterna, accedente potiſsimum matrimonio: nobis ad inſtar emancipationis ſit, effectusq; emancipationis omnes, ex ſeſe producat. Quod ex Iure Saxonico, quo ante hæc tempora, in hiſce quoque oris, viuebatur, originem traxiſſe crediderim. *autor diſſ. in 7. ciuil. & Saxon. lib. 2. differ. 31. Breulæus in tr. de recept. renunc. more. c. 4. c. 10. n. 16. Schurff. conſ. 80. n. 3. cent. 1. & conſ. 20. n. 19. cent. 2.*

Sed & non ſolùm in illis terris, quæ iu- 13
ris Saxonici normam ſequuntur: verùm etiam in Hiſpania, Gallijs, & Longobardia, illeipſe vſus iam introductus eſt. *Vti tum ex Couarr. in Epit. 4. lib. Decretal. p. 2. c. 7. §. 1. n. 13. tum ex Dauth. in tr. de teſtam. n. 158. ampliat. 8. videre eſt.*

Quod cum ita ſit, dubitari amplius non 14
oportet, quin vires ſuas, habeat illud teſtamentum, quod à filia maritata, cuius parens adhuc in viuis eſt, conficitur. *Vti id ipſum in indiuiduo decidit Schurff. d. conſ. 20. n. 19. cent. 2. quem refert, & ſequitur Dauth. d. ampliat. 8.*

Nec obſtat, quod attamen Teſtatrix noſtra, poſt nuptias celebratas, cum viro ſuo, in tales regiones habitatum iuerit, in quibus per matrimonium, vel ſeparationem à parentibus, nulla introducitur emancipatio.

Nam etſi hoc verum eſſe, non inficiemur: ſufficit attamen per illam ſeparationem à domo, menſaq; paterna apud nos factam, poteſtatem patriam ſemel ſolutam eſſe. Nam 15
hoc cum ſit, coaleſcere deinceps rurſus, non poterit. Patria enim poteſtas, ſemel diſſoluta, nunquam poſthac coaleſcit: tántoq; minus effectus quiſpiam ex eo promanat. *fac. text. §. ſi ab hoſtibus Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. gl. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in v. emancipatus ff. de lib. & poſtum.*

Qvintò prouiſi quoq; iuris illud 16
eſt: quod actus inter virum, & vxorem reciprocus; alio iure iudicandus ſit, ac is, qui reciprocus non eſt, ſed alterum tantùm coniugum obligat. Ille enim faùore dignus eſt, etiamſi talis ſit, qui ſimpliciter, & non reciprocè factus, non valeret. *DD. communiter in l. ſi pater puellæ. & ibi Iaſ. n. 2. C. de inoff. teſtam. Tiraq. in l. ſi vnquam. v. donatione largius. n. 126. C. de reuoc. donat. Pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 8. n. 2. cum ſeqq. Hipp. de Marſ. ſing. 50. Cacher. deciſ. 160. n. 19.* *

Sultinebimus itaque teſtamentum præ-

sens, vel ob id tantùm, quod reciprocum est.

17 Atq; huc referendum quoq; est illud, quod traditur: pactum de mutua successione, inter maritum & vxorem consistere: etiamsi aliàs pacto de succedendo, quod mutuum non est, iura refragentur. *Chassan. ad consuet. Burg. Rubr. 4. §. 7. gl. 8. n. 6. Mynsing. obs. 33. cent. 2. Borch. in tr. de pact. c. 5. n. 70.*

18 * Sextò non est iuris incogniti, & præterea communi Doctorum calculo approbatur: quod sufficiat, septem testes, testamento adhibitos esse, etiamsi duæ, pluresue personæ testantium sint. Dummodo in ijsdem tabulis, vltimum hoc eulogium conscribatur. *Br. in l. patris & filij. n. 3. ibi Ias. n. 7. ff. de vulg. & pupill. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 21. n. 20. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 19. n. 2.*

19 Vitio itaq; huic testamento non dabitur: quod vtraq; coniunx septem tantùm testes, in huius conscriptione conuocare iusserit. Et ne per emendicata eamus suffragia in specie, quod vir & vxor simul, inq; ijsdem cartis testari possint, scriptum reliquit. Cassr. *d. l. licet. n. 2. & ibi Ias. n. 2. Dec. n. 3. C. de pact. Ias. in d. l. patris & filij. n. 7. ff. de vulg. & pupill.*

20 Septimò ambigi non oportet: quod in testamentis condendis satis sit, eas interuenisse solennitates, quæ ad stabiliendum testamentum, ex vsu, consuetudineq;, illius loci, in quo testamentum conscribitur, exigebantur, atque requirebantur: quodq; eiusmodi testamentum, etsi cum iure communi collatum, minus solenne sit, vires suas, ad omnia bona testantis, etiam alibi sita, nihilominus porrigat, atq; extendat. *Br. in l. cunctos populos. n. 36. ibi Ias. n. 44.*

* vbi hanc esse communem opinionem fatetur. *C. de summ. Trinitat. & fid. cathol. Pract. pap. in form. lib. quo per. hered. ex test. in v. vallatum legitimo numero testium. n. 4. & 5. Pyrrh. English. in consuet. Aurel. tit. de test. m. c. 2. vbi & in quoque hanc receptam opinionem esse, testis est. Gail. obs. 123. per tot. lib. 2.*

21 Non euerti itaque præsens testamentum ne ob id quidem poterit, quod Testatrix nostra, auteritate curatoris, veluti inter nostrates moris est, destituta fuerat.

Inibi enim, vbi testamentum conscribebatur, solennitas hæc non obseruabatur.

Sed & id propterea eò magis obtinebit, quod hac via ad ius commune, vtpote, quod nullam hac in parte tutoris, vel curatoris interuentionem desiderat (*fac. trad. Autor. differrent. inter ius ciuil. & Saxonic. differrent. 7. lib. 1.*) peruenimus. Facilis autem ad ius commune fit reditus. *l. si vnus ex argentarijs. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Curt. in tr. feud. 1. p. 3. p. n. 33. Sylua. in tr. feud. q. 22. n. 13. Montic. in tr. de inuentar. hered. c. 3. n. 11. Molin. in l. 1. §. si quis simpliciter n. 37. ff. de verb. obligat. Ioh. Garf. in tr. de expensa. 10. n. 26.*

Octavò sanciunt quoque iura, 22 quod testamentum annulo etiam alieno signari rectè possit. *§. possunt ibi Ang. Aret. n. 1. Iffi. de testam. l. ad testum. §. si ab ipso. & ib. Br. n. 1. & Dauth. n. 9. ff. cod. tit. l. si vnus. C. eod. tit.*

Obstaculum itaque nullum præbet, quod nostra Testatrix, annulo alieno, & quidem vnius ex testibus, hasce testamenti tabulas, obsignarit.

Nonò concedunt quoque iura, quod 23 coniunx, coniugem, heredem in testamento scribere possit. *Vti ex ijs, quos Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 1. n. 3. in id comportauit, cernere licet.*

Non officit itaque, in præsentia testamento nostro, quod vxor maritum heredem scripserit.

Decimò ambigui iuris non est: 24 quod de ijs etiam rebus, quæ potentia nostra tantùm sunt: non verò actu, testamentum rectè conficiamus. *per tr. Bl. in auth. ingressi. n. 6. & ibi Ias. n. 23. vers. contra hoc. C. de sacros. Eccles. Dauth. in tr. de testam. n. 268. Ang. Perus. cons. 179. n. 3. vers. sic intelligo. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 4. n. 100. arg. l. lex Cornelia. & ibi Ias. n. 4. ff. de vulg. & pupill.*

Etsi itaque Testatrici ea pecunia, de qua testamentum loquitur, ipso actu numerata adhuc non sit: testari attamen de ea, quoniam eius potentia fuerat, rectè potuit.

Vndecimò confirmatur id ipsum 25 per id; quod filia, quæ è sacris paternis exierat, de dote sua testamentum iure conscribat. *per trad. Alex. in l. Semmn. n. 3.* vbi communem dicit. *C. qui test. fac. poss. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 18. n. 3. Graff. recept. sentent. §. testamentum. q. 23. n. 3. Dauth. in tr. de testam. n. 158. ampl. 8.* *

At enim hîc Testatrix è sacris paternis, egressa iam fuerat.

Duodecimò indubitati quoque 26 Iuris illud est: quod mulier quæuis, ratione, & intuitu mundi sui muliebris, testamenti factionem habeat. *arg. l. si ego. §. duo ff. de iur. dot. l. pediculus. §. item cum quæreretur. ff. de aut. & arg. legat. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 2. c. 15. n. 1. Roman. cons. 254. n. 1.*

Caret itaque præsens testamentum vitio omni, quantumuis in eo, de mundo suo muliebri, Testatrix dispositisset.

Sic quoque Decimotertiò: 27 omni plane caret dubio: quin femina rectè testetur, de ijs, quæ ei, ex successione paterna, maternaue, obuenerant.

Si enim de dote testatur filia emancipata. Cuius rei superius fides facta est.

Consequitur ei testandi, de hisce bonis, quæ extra dotem sunt, facultatem multò minus denegatum iri. Vtpote cum ista hæc

hæc bona, magis proprietate sua, ad vxorem spectent: quàm ipsa dos: liberiorem item in illis, quàm in dote administrationem habeat. *per tradit. Br. in l. maritus. n. 1. ibi Ias. n. 11. & reliq. Interpp. schola. C. de procurat. Iob. Campeg. in tr. de dot. q. 7. & q. 9. Toming. decis. 30. n. 1. & 2. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §. 24. gl. 3. n. 1. 3. & 4.*

28 Si enim id, de quo minus videbatur inesse, ineſt: inerit & id, de quo magis. *Euer. in top. in loc. à minor. n. 1. Andr. ab Exea. in tr. de pact. n. 538. verſ. 3. Riminald. in l. qui ſe patris. n. 422. C. nu. lib. Cacher. decis. 94. n. 13.*

DECIMOQVARTÒ: fac, quantum ad ius commune ſcriptum attinet, hæc omnia controuerſa adhuc eſſe: diſceptatio tamen omnis hic ſopita, conſepultaq; iacebit, quandoquidem eius rei faciendæ, per pacta dotalia, facultas, conceſſa ſit.

29 Certum namque eſt, & extra controuerſiæ aleam poſitum: quod omnis diſpoſitionis interpretatio, ità fieri debeat; vt per eam, effectu ſuo non deſtituatur diſpoſitio, adeoq; fiat fruſtratoria. *l. ſi quando. ff. de legat. 1. Ias. in l. 1. in pr. n. 30. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iurisdict. Schrader. in tr. feud. p. 1. q. 5. n. 10. & p. 8. c. 8. n. 28. vbi alios idem volentes allegat.*

Sed in hanc legem committeremus, ſi hanc pactorum dotalium diſpoſitionem, aliter interpretaremur, quàm de mundo, ornatuq; muliebri, de rebus item ad paternam, maternamq; hereditatem pertinentibus.

Nam de dote ipſa prouiſum iam eſt in pactis dotalibus.

Non itaque interpretationem hanc capiemus.

DECIMOQVINTÒ etſi illa diſpoſitio, quæ in pactis dotalibus continetur, quæq; vt ornatus noſtræ Teſtatricis, nec non res hereditariæ, ad fratres, ſorores q; eius, aut heredes eorum reuerterentur, proſpiciebat, ſpeciem fideicommiſſi præ ſe ferat: Indeq; haud abs re dicendum fortè videbatur, iure de hiſce omnibus, teſtari non poſſe.

Attamen re exactius penſitata, fideicommiſſum hic conſtitutum eſſe, rectè nega-
30 bitur: Sunt enim pacta dotalia actus vel contractus inter viuos. *Vt vel ex Rubr. ff. & C. de pact. dotalib. apparet.* Cum nimirum pactorum dotalium materia, quàm longiſsimè ab vltimarum voluntatum tractatu, ſeparata, atq; diſiuncta ſit.

31 De contractibus verò prouiſum extat: quod in contractibus inter viuos, fideicommiſſum perperam conſtituatur. *Raph. Cumau. in l. qui Romæ. §. coheredes. n. 5. ibi Paul. de Caſtr. n. 2. Alex. n. 4. Ias. n. 15. verſ. breuiter. ff. de verb. obligat. Rumi. conſ. 214. n. 16. verſ. quia per fideicommiſſum. lib. 1. & conſ. 7. n. 14. lib. 3. Dec. conſ. 488. n. 19. verſic. & tale Cardm. Parif. conſ. 100. n. 2. verſ. fortius volum. 4. Alc. conſ. 64. n. 6. volum. 6.*

DECIMOSEXTÒ: at eſto, fideicommiſſum hîc introductum eſſe, ponamus: vicisſim attamen dicendum quoq; erit hoc conſeſtim, ſublatum, finitumq; rurſus fuiſſe. permittebatur namq; hic Teſtatrici, vt poſſet, ſi vellet, donationes, diſpoſitionesq; alias ſimiles facere: atq; hæc de donando diſpoſitio, ſequitur illam, quæ fideicommiſſum in pactis dotalibus, quodammodo lapere videtur: Sed & ipſi fideicommiſſarij, tabulas pactorum dotalium obſignarunt: Vt igitur inficiemur, renunciationem fideicommiſſi hîc introductam fuiſſe? Fideicommiſſo enim quem onerare: eidemq; ſimul permittere: vt de re, quam quis fideicommiſſi onere grauatam vult, teſtetur, ſimul ſtare non poſſunt. Qua de re inferiùs latius videndum erit. Ceterùm pacto, vel ſtipulatione expreſſis fideicommiſſo, illi etiam, cui conditio adiecta eſt, ab ijs, quorum gratia introductum eſt, renunciari poſſe, incogniti iuris non eſt. *l. 1. & ibi Ias. n. 1. & DD. C. de pact. Graſſ. recept. ſentent. §. fideicommiſſum. q. 62. n. 2. Cardm. Parif. conſ. 46. n. 22. vol. 2.* 32

DECIMOSEPTIMÒ & poſtremò conſtituti quoq; iuris illud eſt: quod in ambiguis, dubijsq; rebus, nihilominus pro teſtamento iudicandum ſit. Quippe quæ conſeruari, & ſarta tecta permanere, maximè Reipub. refert. *l. vel negare. ff. quemadm. teſtam. aper. Peregr. in tr. de iure fiſci. lib. 2. tit. 6. n. 31. Rubeus in l. pater ſiliumn. 95. ff. de inoffic. teſtam. Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 4. n. 6. verſ. quinto cl. 2. Emil. Per tot. in l. Gallus in præfat. n. 5. ff. de lib. & poſtum.* 33

Omninò itaq; præſens teſtamentum validum eſſe, etiamſi ei aliquis inhæſiſſet næuus, dijudicabimus.

RATIONES DECIDENDI.

VErum iſta hæc omnia tanti non fecerim, quin tum ob defectum, ſolennitatum ſubſtantialium: tum ob diſpoſitiones minus iuſtas, in eo comprehenſas, teſtamentum hoc, illegitimum, & nullum eſſe cenſuerim.

Nam PRIMÒ ipſa in fine tabularum 34
Teſtamentoriarũ, atteſta fuit Teſtatrix; quod hoc in teſtamento obſignando, annulo alieno, & quidem teſtis vnius, vſa ſit. Iam verò lex non permittit, vt teſtator in conſignandis teſtamentis, annulo alieno vtatur. *arg. §. poſſunt. Inſt. de teſtam. ad teſtum. §. ſi ab ipſo. ff. eod. tit. l. ſi vnus. C. eod. tit.*

Quinimò expreſsim iubent: quod in 35
arduis (cuiuſmodi quoq; teſtamenti confectio eſt. *arg. d. 1.* ponderando verba: poſtquam iam aliud velle non poſſunt. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*) ſigno proprio vti debeamus. *Vti eſt gl. ad ipſum in ſpecie volens, in cinter dilectos, verb. delete ext. de fid. inſtrumen. Ang. Aretin in d. §. poſſunt. n. 1. Inſt. de teſt.*

Ob subsignationem itaq; testamenti, minus rite, recteq; factam, illud meritò euertitur.

Neciuuat partem aduersam: quòd tamen Testatrix nunquam dum in viuis esset, annulo proprio vsa sit.

Nam demus hoc verum esse: iam tamen aderat causa iusta, & vrgens, cuius ratione, sigillum sibi conficere vt legum dispositionibus sese conformaret, iure curasset. Cum præsertim sculptorum copiam habere potuerit: cum item tot temporis, ad id perficiendum superesset: nec enim ad testamenti confectionem, absq; deliberatione mat-
36 ura, accedere decebat. Est enim testamentum sententia *l. 1. ff. de testam.*

37 Sententia autem dici non meretur, nisi id, quod quis præuia deliberatione, atq; præmeditatione sentit, atq; constituit. *Br. ad d. l. 1. n. 2. ff. de testam. Paris. de Put. in tr. de Synd. vers. iudex malè iudicans c. 1. n. 6. Dauth. in tr. de testam. n. 11.* vbi alios idem volentes adducit.

Apage itaq; sis cum obiectione hac.

38 SECVNDÒ desiderant quoq; iura: quod omnis testis, qui in testamenti confectione adhibetur, non solùm se subscribere, verùm etiam in subscriptione sua, eius scil. quòd in id accersitus sit, mentionem facere debeat. Alioquin enim testamentum irritum erit. *Speculat. in tit. de instrument. edu. §. compendiosè. n. 41. Rolandin. in tr. de testam. Rubr. 63. n. 2. arg. l. hac consultissima in pr. C. de testam.*

39 Et quod plus est, prosperit lex: quod eo casu, cum duo, pluresue, in isdem tabulis testantur, non sufficiat testem se, sub hac formula: quod rogatus fuerit, vt testamenti conscriptioni interesset, subscripsisse: nisi simul quoq;, quod non ab vno tantum: sed ab ambobus testantibus rogatus, atq; vocatus sit, adiecerit. *Vti ex Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 21. n. 21. vbi in idipsum Ioh. Fabr. Raphael. Cuman. Cassiv. Aret. & Vigl. Zuichem. refert, luculenter videre est.*

Nec obstat, quod in contrarium iuisse videtur. *Pece. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 19. n. 2. ad fin.*

40 Solus enim relinquitur. Quapropter communi calculo receptam, vel saltem à pluribus approbatam opinionem, solus subuertere non poterit. *per tirad. Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. in præfation. n. 26.*

Iniustum itaq; hoc testamentum esse, summo iure pronunciamus.

Nemo enim testium in subscriptione sua mentionem fecerat, quod in id esset vocatus: tanto minus vllus eorum expressit, quod ab vtroq; Testatore, quandoquidem præsentes tabulæ, reciprocæ esse debent, fuerit rogatus.

41 Nec obstat, quòd attamen in epilogo testamenti, qui subscriptionem præcedit, narretur, testes fuisse rogatos: quod item iuris sit apertissimi: quod satis sit, si modo, in ipsis testamenti tabulis publicis, seu instrumento, scriptum reperiatur: testes peculiatim, vt tabulis testamenti conficiendis interessent, rogatos, conuenisse: etiamsi ipsi testes, huius rei, in subscriptione sua, plane non recordentur. *Bl. in d. l. hac consultissima in pr. n. 2. & ibi Ias. n. 2. vers. intellige. C. de testam. per trad. gl. in l. nullum. ff. de repud. arg. l. Diuus. ff. de testam. milit.*

Id enim in testamenti tabulis à publico Notario scriptis procedere posse, existimandum est, propter tabellionis legalitatem. *Sat. trad. Bl. in l. qui testamento §. quæcunq;. n. 5. ff. de testam.*

Ceterum, cum id testamentum, de quo in præsentia res est, manu priuata conscriptum sit: hoc quod adductum est, theorema haudquaquam obtinere potest.

TERTIÒ volunt quoq; iura vlterius, 42
vt in testis subscriptione non omittatur, quod reliqui quoq; sex testes, & quidem in id conuocati, atq; rogati, præsentes fuerint, eo tempore, dum se subscribit hic septimus testis. *Speculat. d. tit. de instrum. edu. §. compendiosè. n. 4. Rolandin. d. tr. de vlt. volunt. d. rubr. 63. n. 2. text. d. l. hac consultissima in pr. C. de testament.*

Sed nec tale quid in præsentibus tabulis legimus.

QVARTÒ accedit ad hæc, quod verba pactorum dotalium hunc intellectum non recipiant, vt propterea testamenti quoque factionem, coniugibus hisce indulgere possimus. Ita enim habent: das die Frau / vnd ihr Herr / vber die Ehestifftung ein donation, oder ander dergleichen vermachung auffrichten mögen.

Iam verò certum est, quod diuersa sint 43
donare, & testari: sicuti & diuidere (quod tamen quodammodo propius ad testamentum accedere videtur) & testari diuersa sunt. *Cyn. in auth. quod sine. n. 2. C. de testam. Hart. Pistor. q. 2. n. 27. lib. 1. Dauth. in l. hac consultissima. in pr. n. 10. C. de testam.*

Non itaq; ius nostrum patitur: verba hæc ad testamenti vsq; factionem extendere. In eiuscemodi enim pactis, quicquid per- 44
missum non reperitur, prohibitum, vetitumque censetur. *c. inter corporalia ext. de transl. Episc. l. mutuus. ibi Ias. n. 10. C. de procurator. l. quod labeo. ff. de compens. l. cum ita in fine. ff. de condit. & demonstration. Speculat. in tit. de Emphyt. n. 184. Lancel. Polit. in tr. vulg. sub. n. 105.*

Nec obstat: quod vbi permissorum, & 45
prohibitorum eadem est ratio: ex vnius permissione, ad reliquorum prohibitionem, recté non concludatur. *gl. l. cum prætor. §. 1. v. videtur. ff. de iudic.*

Negamus enim, eandem rationem te- 46
stamenti: & donationis esse. Cum per te- 47
stamen-

Ramentum de toto patrimonio nostro, rectè
disponamus. *arg. §. codicillis. Inst. de iure codicill.*
Dauth. in tr. de testam. n. 340. cum similib.

48 Totorum autem bonorum donatio, vi-
* ribus minimè subsistat. *Vt habet communis opi-*
nio, attestante idipsum Iason. in l. stipulatio hoc modo.
n. 20. ff. de verb. oblig. Tartz. an. com. opin. 83. Seraph.
de Seraph. in tr. de uxam. priuil. 71. n. 5. & priuil.
98. n. 22.

49 Quod & in donatione causa mortis ve-
rum est. *Vt ex traditis Graff. recept. sentent. §. dona-*
tio causa mortis. q. 14 conspicuum sit.

50 Vt de eo nihil dicam, quod præsens di-
spositio, de donatione, quæ mortis causa sit,
accipi nequeat. Cum appellatione donatio-
nis: donatio inter viuos, non verò mortis
causa veniat. *gl. in l. vlt. C. de donat. caus. mort.*
gl. in l. apud Celsum, §. 1. ff. de except. doti. Iason in l. quæ
dotis. n. 26. ff. sol. matrim. Simon de Preet. in tr. de
vlt. volunt. interpret. lib. 2. interp. 1. dubit. 1. solut.
14. n. 1.

Sic quoq; verbum Vermachung, testan-
tibus nihil opitulabitur. Habet enim adie-
ctionem hanc, aliam.

Cum itaq; natura dictionis: alius, alia,
aliud, ea sit, non sub se, nisi illa tantùm, quæ
eiusdem naturæ, atq; similia sunt, compræ-
hendere. *gl. vlt. in l. si fugitiuus. C. de seruo fugit. Affl.*
decis. 244. n. 2. Tiraq. de ll connub. gl. 5. n. 28. & n.
48. Tiraq. in tr. de iure constit. p. 1. n. 55. & 63.
Pecc. in tr. de testam. conuig. lib. 1. c. 35. n. 2. Sfort.
Oddan tr. de rest. in integ. q. 35. n. 31. & 32.

Verbum: dispositio, vel Vermachung,
generaliter accipere non possumus, sed de
tali tantum dispositione, quæ ad donatio-
num genera aptè referri poteſt.

51 Sic qnoque idipsum nihil importat:
quod attamen præsens pactum, si in hoc si-
gnificatu accipiatur: videatur impedire li-
beram testandi facultatem. Consequenter-
que vitiosum sit, *vt tot. tit. ff. & C. si quis aliq.*
test. prohib. fac. trad. Peregr. in tr. de iure fisc. lib. 2.
tit. 6. per tot.

52 Nam ne sic quidem rectè infertur hoc,
quod hæc nostra interpretatio, vtpote quæ
totum pactum hac ratione euertat, iusta non
sit: Propterea, quod eam semper potius in-
terpretationem sequi debeamus, qua actus
stabilitur, atque ab interitu vindicatur. *l.*
quoties ff. de reb. dub. l. simus. §. si quis autem. C. de
donation. Ioh. Hanib. in l. post contractum. n. 19. ff.
de donat.

53 Negamus enim iura refragari illi pa-
cto, quo non nisi certo modo, de hereditate
alicuius disponere licet: dummodo id fiat,
cius, de cuius hereditate agitur, consensu ac-
cedente, & in consequentiam alicuius con-
tractus per se liciti. Vti in indiuiduo scri-
ptum reliquit. Georg. Naran. *in c. quamuis. n. 66.*
vers. tertio fallit, de pact. lib. 6. arg. l. si seruum in pr. ff.
de act. emt.

Alioquí enim fideicommissa nunquam 54
constitui possent. Cum & his efficiatur, vt
non nisi certo modo, testari de rebus suis
quis possit. Vt inferius latius videbimus.

Et præterea perpendendum quoque
est illud: quod in præsentia hereditas pater-
na, data, traditaque sit, dum adhuc in vi-
uis ageret, ipse parens, & sic antequam de-
beretur.

Cum itaque iuris sit non incerti, quod 55
pactum, & conditio, quam quilibet, dum
rem suam cedit, vel concedit, apponit; ser-
uanda sit. *arg. l. perfecta. C. de donat. quæ sub*
modo. l. quoties. C. cod. tit. fac. tradit. Couarr. var.
resol. lib. 1. c. 14. n. 2.

Consequatur oportet, pactum hoc, do-
nationem, & aliam similem dispositionem,
tantum coniugibus concedens, saluum, in-
uiolatumq; custodiendum esse.

Nec obstat titulus ille, qui in Pandectis, 56
& Codice, si quis aliquem testari prohibue-
rit, &c. habetur. Diuersam enim plane à casu
nostro rationem habet. Cum ea, quæ paci-
scimur, nihil cum prohibitione, compul-
sione ue, quæ vi, dolo, metuue fit, commu-
ne habeant.

Atque ita in specie: quod is, à quo bo- 57
na ab initio dantur tale dationi, vel conces-
sioni adijcere possit pactum, per quod liber-
tas testandi constringitur, in specie autor est
Dauth. *in tr. de testam. n. 84. vbi Bolognet. &*
Cacher. huius sententiæ antesignanos refert.

Qvintò hoc iure vtimur, quo is, 58
qui nec potentia, nec actu bona habet fru-
strà testamenti confectionem suscipit. *Bl. in*
auth. ingressi. n. 6. & ibi Iaſ. n. 23. vers. contra hoc.
C. de sacrof. Eccles. Iaſ. l. lex Cornelia. n. 4. per ill. text.
ff. de vulg. & pupill. Capyferr. in tr. de num. test. p. 2.
c. 4. n. 100. Dauth. in tr. de testam. n. 268. Ang.
Peruſin. cons. 179. n. 3. vers. sic intelligo.

Iam verò nostra Testatrix, nec actu, nec
potentia, quicquam possedit.

Testari itaque iure quoq; non potuit.
Nam etsi ei aliquot millia hereditatis pater-
næ: aliquot item millia hereditatis maternæ
nomine promissa fuerint:

Aliter tamen idipsum factum non est,
quàm sub conditione hac, si dotalitium prius
cum Domini feudi, agnatorumq; consensu,
constitutum fuisset:

Sed & adjiciebatur, vt Nihil hoc
non impletò eidem solueretur:

Cum itaq; conditio hæc, Testatrice vi- 59
uente, adimpleta nunquam fuerit: iuris ve-
rò certi sit: quòd ante conditio nihil ponat
in esse, quàm eueniat, atq; adimpleatur. *l. si*
quis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testam. Mar-
cian. Socin. in l. cum filio. n. 106. ff. de legat. 1.
Cagnol. in l. vlt. n. 57. C. de pact. Lancel. Gal. in l.
Gallus. in pr. n. 21. ff. de lib. & posth. Ioh. Hanib. in l.

nib. in l. post contractum. n. 187. ff. de donat. cum similib.

Haud ineptè sic ratiocinabimur: quòd bona hæc promissa, ad Testatricem, neq; potentia, neq; actu pertinuerint. Vnde & de ijs testamentum iure non conscripsit. Idque
60 propter naturam dictionis NIHIL, quæ est vniuersalis negatiua. *arg. l. vlt. ff. de lib. & posthum. §. quoniam variè. auth. quib. mod. nat. eff. sui. Tiber. Decian. cons. 42. n. 13. vol. 1. cons. 90. n. 2. volum. 2. cons. 38. n. 2. volum. 3.*

61 Proindeq; & actum & potentiam removet. Vt enim OMNE qui dicit, nihil, quodq; consequens est, nec actum, nec potentiam excludit: ita è contrario, qui NIHIL dicit, omnia, consequenterq; & actum, & potentiam simul separat. *arg. l. Iulianus. in pr. ff. de legat. 3. l. à procuratoribus. C. mand. l. vlt. ff. de pen. legat.*

62 Vt taceam semper fortius, negare orationem negatiuam, quàm affirmare affirmatiuam. *l. hoc genus ff. de condit. & demonst. Decian. cons. 1. n. 60. vol. 2.*

63 Quod vel ex eo rursus apparet, quod potentia nihil aliud sit, quàm actus, qui est in fieri. *Rayner. de Forliu. in l. omnes populi. n. 14. ff. de iustic. & iure per iura ibid.* ab eo adducta.

64 Ceterum dispositio conditionalis non ponit actum in fieri. sed nihil planè ponit. vt superius eius rei fides facta est.

65 Ergò vi consequentis nec potentia ea nostra sunt, quæ nobis sub conditione debentur.

66 Insuper cogitemus quoq; de eo; quod conditio dominium transferri impediat. *Br. in l. sub conditione. n. 10. ff. de solution. Butig. in l. omnia. n. 13. ff. si cert. petat. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 33. Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 14. n. 16. vers. erit igitur.*

67 Impedit itaq;, vt nec actu, nec potentia transferatur. Eò quòd in dubio, verba in potiori significatu, accipienda sint. *§ sed iuxta quidem Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoq; n. 2. ff. de re iudic. Hier. Musiorn. in tr. de iuriud. n. 18. Hipp. Rimin. in l. 1. n. 39. C. qui adm. Petr. Royz. decis. Lituan. 1. n. 152. & seqq.*

68 Quid? quod illa ipsa pecunia, de qua testabatur, eidem nunquam, vel verè, vel fictè tradita sit. Non verè: quia pecunia numerata non fuit, vt patsim ex toto titulo ff. de reb. credit. & si cert. pet. liquet.

69 Non fictè, quia instrumenta, pecuniam promissam concernentia, tradita non fuerunt. *gl. in l. ab emtione. v. constituant. ff. de pact. Bl. in l. 1. n. 2. per ill. text. C. de donat. Alex. de Imola in l. 3. in pr. n. 11. & 12. ff. de acquir. poss.*

70 Nec se parens, nomine filiæ, illam pecuniam, donec conditionibus appositis, satisfactum esset, possessurum, constituit. *Br. d. l. ab emtione. n. 15. & ibi Iaf. n. 18. ff. de pact. Curt. in tr. feud. 4. p. p. n. 111. Capyc. decis. 14. n. 8. Tiraq. in tr. de iur. Constit. ampl. 1. & passim per totum tractatum. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natur. donat. n. 16.*

Cum tamen fieri nequeat, vt dominium 71
vel actu vel potentia transferatur, si traditio rei non accesserit. *Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclus. 44. vers. secundo de eo iure. Sonsb. in tr. feud. p. 13. n. 101. Fort. Garc. in tr. de vlt. fin. Iur. n. 447. Hasim. Pistor. q. 4. n. 24. lib. 2. Cald. in l. si curatorem. v cum non absimile. n. 79. C. de rest. in int. Vasq. ill. contr. c. 52. n. 2. fac. §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. iunct. d. §. ius autem ciuile. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.*

Neq; verò occurrit his illud: quod at- 72
tamen donationem, & aliam similem dispositionem facere, parens filiæ suæ concedebat; vt enim hoc sese habeat, antea vidimus: & præterea concessio hæc ita declaratur: vt id quidem fieri licitù sit, sed tunc, cum conditione, de constituendo dotalitio euenerit, pecunia item verè, realiterq;, numerata iam fuerit. Vbi enim de vno tantum, veluti, num præter pacta dotalia, nouas condere dispositiones licitum sit nec ne, quæstio est, reliqua omnia præsupponuntur habilia, & extra controuersiam posita. *l. qui testamento in pr. ff. de testam. Cabal. in tr. de eo quod inter. n. 168. Rimin. in Rubr. n. 23. C. qui adm. Rimin. in l. vnic. n. 226. C. quand. non petent. part. Cald. in d. l. si curatorem. v. huuc contractum. n. 13. vers. secundo C. de rest. in integr. Seraph. in tr. de iuram. priu. 33. n. 207. Lel. Taurell. ad l. vell. mihi fol. 318. Dauth. in tr. de testam. n. 107.*

SEXTÒ: hoc & iuris est certissimi, & 73
præterea in viridi obseruantia custoditur: quod tum demùm, inter virum & vxorem valeant testamenti tabulæ, si vndiquaquam sint reciprocæ: & suas vicissitudines, per omnia æquales habeant: ita vt neuter coniugum commodum, nec item damnum quod, ex ciusmodi tabulis, præ alio capiat. *per tradit. Iaf. in l. si pater prælæ n. 5. C. de inoff. testam. Tomino. decis. 8. n. 17. arg. l. 3. ff. pro soc.*

Quorsum & illud pertinet: quod æ- 74
qualitas inter fratres seruanda sit. *Iaf. in l. 1. n. 2. C. de pact. Gail. obs. 139. n. 8. lib. 2. per l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. illud. & l. vt liberis. C. de collat.*

Quod vsq; adeò verum est, vt plerique 75
nec testamentum quidem paternum, secundum formulam l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. inter liberos conditum, consistere posse censeant, nisi pater æqualitatem, & suas vicissitudines, inter liberos diligenter obseruarit. *Vti post speculat. quem adlegat, decidit Roman. cons. 179. n. 16. vers. secundo. & cons. 385. n. 5. Sosin. cons. 5. vol. 3. Barbat. cons. 32. n. 6. vol. 1. Dec. cons. 63. & cons. 105. n. 6. Iter. Crat. cons. 166. n. 49. lib. 2. Marian. Socin. cons. 127. n. 10. & 19. & cons. 147. n. 32. vol.*

n. 32. vol. 2. Ant. Rub. conf. 6. per tot. Croc. conf. 121. n. 22. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 31. n. 10. & lib. 3. c. 13. n. 2. Molin. in l. 1. §. si quis uta. n. 93. ff. de verb. oblig.

Et est communis opinio, *teste Mandos. in addit. ad Rom. n. d. conf. 385. in addit. sub lit. B.*

76 Quod tum maximè obtinet, si ista hæc inæqualitas, alicuius ponderis, & leuiuscula non fuerit *Molin. in addit. ad Alex. conf. 168. lit. A. vol. 5. Couarr. in c. Raynut. §. 1. n. 3. ext. de testam.*

Sed hic inæqualitas maxima deprehenditur.

Nam maritus vxorem, hîc vsufructuariam solùm fecit totorum bonorum, & quidem cum indictione viduitatis.

Quod si ad secunda vota transierit, nihil illi, præter ea, quæ ex pactis dotalibus iam debebantur, solis quinque millibus florenis vsualibus exceptis, maritus reliquit. Vxor verò maritum, puré, & simpliciter heredem in omnem casum scripsit.

77 Id quod summè inæquale est. Nam vxor sub conditione viduitatis: vsufructuaria relicta: satisdare tenetur, etiam sub sacramenti vinculo, se ad secundas nuptias, non transituram: item restitutum iri, bona, sub hac conditione sibi relicta, ad vtendum fruendum, si conditio defecerit, *vti post Franc. Marc. decis. 1056. n. 1. p. 1. decidit, altiusq; in id addunt Borg. Caual. in tr. de vsufr. mul. rel. n. 91.*

Sed & mutationem testamenti, maritus sibi reseruauit: vxor verò non item.

78 Ceterum his non officit illud, quod tamen cuiq; testamentum suum iminutare integrum sit, quantumuis de hoc faciendo sibi non prospexisset: prout hoc quod testamentum viri, & vxoris reciprocum, & vicissitudinarium ab altero coniugum, absq; vlla de testamenti immutatione, reseruatione, reuocari, mutariq; possit. *in individuo scriptum reliquit. Pecc. in d. tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 43. n. 1. vbi Oldrad. & Roder. Suarez. huius sententiæ præstores laudat.*

Nam vtut ipsum se habet: certum tamen est, illo ipso inæqualitatem non ferendam inter hosce coniuges, reciprocè testari volentes; & quomodo alter coniugum, pleniùs, sibi prouidere voluerit, indicari. Quare 79 haud immeritò audiemus illud: quod expressa sæpius noceant, quæ non expressa non nocuissent. *Inf. l. 3. §. filius autem. n. 26. ff. de lib. & posth. Inf. in l. se communi. n. 82. ff. de legat. 3. Inf. in l. inter stipulantem in pr. n. 4. ff. de verb. oblig. per l. nonnunquam. ff. de condit. & demonst. & est textus ad literam in l. expressa. ff. de reg. iur.*

Vt taceam reseruatione hac, partem alteram, vehementer quoq; aggrauari potuisse. Si enim hæc pars, quæ testatum fecerat, fore sibi integram testamenti commutationem: de quo protestata fuerat, deinceps effectum dedisset: altera pars eiusdemq; ab intestato heres, quæ idipsum vel nescierat, vel morte præuenta nouas conscribere tabulas, præpedita fuisset, tabulis ante à se confectis stare cogeretur. Cum tamen maxime eas immutatas, ab altera parte, ob præsumtam ptius conscriptarum tabularum euersionem, atque permutationem, lacessita, atq; prouocata, concupierat. Nec enim protinus, vtriusq; 80
testantium tabulas reuocatas, immutatasq; dicamus: etiamsi alter horum suas reuocarit, nouumq; testamentum condiderit; nisi præter hanc ab vna partium factam mutationem, alius quoq; actus extrinsecus quo eandem sibi mentem fuisse, reliqua quoq; pars ostenderit, affuerit. *Vtr de congruibus iuquisitor est Alcian. l. cit. n. 6. C. de pact. Pecc. in tr. de testam. coniug. d. lib. 1. c. 44. n. 1. per l. illa autem tunc. ibi gl. ff. de hered. Inst.*

Octavò Ius nostrum non patitur, vt 81
quis pro parte testatus: pro parte verò intestatus decedat. *l. ius nostrum non patitur. ff. de reg. Iur. Lancel. Polit. in tr. pup. subst. sub n. 4. vers. tertium Affl. decis. 69. n. 9. Gomez. var. resolut. lib. 1. c. 2. n. 8. & c. 10. n. 8. & 11. Gail. obs. 124. n. 13. lib. 2. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 45. n. 10.*

Sed vt nunc habent, præsentes testamenti tabulæ, Testator noster, pro parte testatus, pro parte verò intestatus decessisset. 82

Nam si vxor viro superstes fuisset, in solo vsufructu heres scripta erat, nemine illi coherede, quo ad proprietatem, dato. Cum tamen Iuris sit expressi: quod aliud sit vsusfructus, aliud proprietas: quod item vsufructuarius, dominus vsusfructus, non verò proprietatis rectè dicatur. *Vti in specie decidit Borgn. Caualc. in tr. de vsufr. mul. rel. n. 3. per §. vsusfr. Inst. de vsufr.*

Conspicuum itaq; omnibus fieri arbitror, Testatorem hîc, quantum ad vsumfr. testatum, quantum verò ad proprietatem pertinet intestatum diem suum obijsse: & consequenter vel hac tantum ratione, vitiosum, & irritum fiet, præsens testamentum. Sic quoq; in altero illo casu, si vxor ad secunda vota transijsset, ideoq; ei, non nisi 500e. florenorum vsualium, de mariti bonis expectanda essent; nemo in reliqua hereditate, heres scriptus reperitur.

Obtinebit itaq; tantò magis Octa- 83
vum hoc fundamentum. Eo quod hanc pro parte testationem, geminato etiam fieri videamus. Vitium autem geminatum, maioris semper, quàm simplex, sit vis, & efficaciæ. *Rol. à Valle. conf. 51. n. 21. vol. 1. conf. 100. n. 63. vol. 4.*

Nec oberit, etiamsi dixeris: hunc defectum, in testamento mariti apparentem: testamento vxoris, nil quicquam nocere posse. Sunt enim diuersa & a diuersis personis conscripta atq; consignata. Vnde haud immeritò, perperam à separatis, & diuersis argumenta ducemus. *arg. l. vlt. ff. de calumn. vor. cum similib.*

Testamen-

84 Testamenta enim mariti, & vxoris, secundum quid pro duobus: secundum quid rursus pro vno habentur, atq; iudicantur. Et quidem pro duobus habentur, ad id quod attinet: quod duæ personæ testantium sint: pro vno vero existimantur, quatenus de valore, & efficacia eorundem agitur. Destituuntur enim effectu, & valore omni, si quod vitium, ex parte vnius testantium irrepserit, quo ipso iure testamentum nullum, aut inutile fit. *per tr. Br. in l. patris & filij. n. 2. & ibi Bl. n. 4. Castr. n. 3. Raph. Cuman. n. 4. Ioh. de Imol. n. 3. vers. quarto & DD. ff. de vulg. & pupil. per l. si quis eum. ad fin. ff. eod. tit.*

85 Iam verò incertum non est, quod pro parte testatum, pro parte verò intestatum quem decedere, tale sit vitium, quod testamentum ipso iure euertit, planeq; destruit. *arg. d. l. ius nostrum*, considerando verba: non patitur. *ff. de Reg. Iur. tum. c. quæ contra ius. de Reg. iur. lib. 6.*

Mirandum itaq; non erit, si istiusmodi defectus, vires suas ad vxoris vsq; testamentum quoq; extendat: illudq; simul optato fine carere, faciat.

86 Nonò testamentum, in quo parentibus legitima non relinquitur, inofficiosum, atq; iniustum est. Quo fit, vt consistere nequeat. *l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. testam. Roland. in tr. de testam. Rubr. 20. n. 1. Iaf. in l. Gallus. §. etiamsi parente. n. 25. ff. de lib. & postum. Guido Papæ dec. 278. Antou. Rub. in l. pater filium. n. 44. ff. de inoff. testam. Rub. in l. Titia Seio. §. Imperator. n. 28. ff. de legat. 2. Fabian. de Grecch. in Auth. nouissima. n. 11. C. de inoff. testam. Capiferr. in tr. de num. test. p. 3. c. 3. n. 186. Graff. recept. sent. §. legitima. q. 5. n. 1. Cephal. conf. 278. n. 3. & seqq. Roder. Scarz. in rep. l. quoniam in prioribus ampl. 16. n. 1. C. de inoff. test.*

Labascit itaq; præsens quoq; testamentū.

Viuit enim adhuc parens Testatricis, illi verò legitima pars relicta non est.

87 Et quamuis sciam, Aduersarios hoc effugij vsuros: reliquisse attamen mulierem proximis suis heredibus, sesqui millia florenorum vlualium; illud tamen me non mouet. Omnes enim scimus, quod parentum legitima portio non minus ducta sit, quam liberorum. *Br. in l. pater filium. n. 6. per ill. text.* ★ *ff. de inoff. testam. Br. in auth. nouissima. n. 2. & ibi Iaf. n. 35. & 36. vbi hoc esse communè DD. placitum is testis elt. C. de inoff. testam. Berengar. Fernandez in l. in quartam in præfat. n. 162. ff. ad l. Falcid. Couarr. in epit. 4. lib. decretal. p. 2. c. 8. p. 4. n. 12. Ferdin. Vasq. in tr. de succeff. creat. §. 20. n. 283. Pece. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 7. n. 4. & rursus receptam hanc esse sententiam attestantur. Cor. in l. qui liberos n. 192. ff. de vit. nuptiar. Graff recept. sent. d. §. legitima. q. 8.*

Qui itaque sesqui hæc millia florenorum, legitimam portionem exæquabunt?

Accedit ad hæc, quod parens Testatricis nostræ hos mille quingentos florenos, solus non capiat. Nam cum in viuis adhuc sint fratres, sororesq; Testatricis, ex vtroq; latere coniuncti, mille quingenti hi floreni, inter patrem, liberosq;, in capita distribuuntur.

88 Cum enim quis, nulla ex se prole suscepta, in fata concedit: superstitesq; parentes, vel parentem, nec non fratres, sororesue vtrinq; coniunctos, post se reliquerit; omnes hi pariter vocantur, & ita quidem, vt quilibet eorum partem hereditatis virilem capiat. *auth. defunctio. C. ad S. C. Tertull. Boër. in consuet. Bitur. tit. de testam. §. 3. gl. vnic. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de succeff. c. 4. Cabell. in tr. de donat. in contr. matrim. fact. n. 37. Cacher. decis. 58. n. 1. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 27. Mins. obs. 41. in pr. cent. 6. Crott. in l. frater a fratre. n. 52. ff. de condict. indeb. Schrader. in tr. feud. p. 7. c. 6. n. 10.*

Quare tanto minus summa hæc, legitimæ portioni satis erit.

Decimò iubent quoq; iura: quod 89 legitima parentibus titulo Institutionis relinquenda sit. *Ioh. de Imola in l. 1. §. si ex fundo n. 37. vers. iuxta prædicta. ff. de hered. Inst. Iaf. d. auth. nouissima. n. 37. vbi in hanc pedibus, à frequentiori* ★★ *Interpretum schola, item esse, affirmat. C. de inoffic. testam. Rubeus. in d. l. pater filium. n. 46. quritudem communem exilamat. ff. eod. tit. Gerard. Mulert. in addit. ad Rolandin. in tr. de testament. d. rubr. 20. n. 6. Iul. Clarus recept. sentent. §. testamentum. q. 38. n. 8. Guil. Bened. in repet. c. Raynutius. v. in eodem testamento. el. 1. n. 248. & seqq. Dauth. d. tr. de test. n. 347.*

Fac itaq; summam hanc, ad portionem legitimam, vndiq; accedere: non stabilietur attamen propterea testamentum hoc. Cum legitima hic parenti, titulo Institutionis relicta non sit.

Neq; verò aduersus hoc nonum, & decimum fundamenta, quicquam adiumenti præstant pacta dotalia: dum in ijs dispositum reperitur, quæcunq; filiæ testatrici, obuenerant: non parenti, sed fratribus, & sororibus, eorundemq; heredibus, si quicquam ei antè humanitus accidisset, quàm enixa fuisset, restitutum iri.

Nam sihinc quispiam inferre conatus fuerit, parenti idcirco legitimam relinqui opus non fuisse: quandoquidem is ipse, non sibi, sed liberis suis Testatricis, fratribus, & sororibus, bonorum restitutionem hoc casu pactus sit.

Responsio in promtu est: quod scilicet 90 nunquam quis ius legitimam petendi remisisse videatur: nisi eius rei peculiarem, & specificam, dum iura sua regnitterer, mentionem fecerit. *Iaf. in l. si quando. §. & generaliter. n. 5. C. de inoffic. Testam. Fabianus de Grecch. in d. auth. nouissima. n. 225. C. eod. tit. Tiraq. in l. si vnquam. v. suscepertt. n. 115. C. de reuoc. donation. Cabell. in l. si totas. n. 77. C. de inoff. donat. Rimmald. in l. precibus. n. 93. & n. 506. C. de impub & al. fubst. Pece. in tr. de testam. con-*

ſt.am.coniug.lib.1.c.4.n.4. Seraph.de Seraph.in tr. de iuram.priuil.74.n.16. Minſing. obſ.36.cent.6.

Sed legitimæ expreſſam mentionem,in pactis dotalib.factam eſſe,planè pernegam[9].

Accedit ad hæc,quod Teſtantes, in ſuo minus iuſto (vt arbitramur) teſtamento,hæc pacta dotalia, planè abrogarint: & irrita ſore diſpoſuerint.

91 Non itaq; ex pactis dotalibus ſeſe tueri poterunt. Ex eo enim nemo,quod impugnare niſus fuerat,tantoq; magis, ſi planè abolere ſtuduerit,fructum nullum feret. *c. ex eo de reg. iur. lib.6. Zoanett.in l. vt vim. n.5.ff. de iuſt. & iur.*

Quo in loco, nec illud quoq; nos remoratur: quod hæc teſtantium abolitio, ſucceſſu,effectuq;, vt ſperamus, caritura ſit.

92 Etenim, quicquid illud ſit: nihilominus ante adducto axiomati locus erit. Cum ſufficiat quem illud aut illud, quantum in ſe ſitum fuerat, oppugnaſſe: etiamſi tandem labor irritus apparuerit: fineq; exoptato deſtituatur. *Vti in indiuiduo habet gl.d.c.ex eo de reg. Iur,lib.6.*

93 VNDECIMÒ omnis de rebus alienis, aut fideicommiſſo ſubiectis, teſtamenti conſcriptio,fruſtrà ſuſcipitur. *Cyn.in anth. ingreſſi. n.2.ibi. Br.n.62.lect.2. C. de ſacroſ. Eccleſ. Graſſ. rept. ſentent. §. inſtitutio. q 23.n.1.Dauth. in tr.de teſtam.n.268.illat.3.Card.Paruſ.con.26.n.17.lib.2.*

Etenim eiuſmodi generis teſtamentum, planè nullum,& ineficax eſt. *Tradente in indiuiduo Ferdin. Vaſq. de ſucceſſ.creat.lib.2.§.17.n.76.*

Ceſſat itaq;, & hic quoq;, vel hac ſolum ratione teſtamenti factio omnis.

Nam ſi pœnitius pacta dotalia inſpexerimus: confeſtim elucebit, fideicommiſſum verè, inibi conſtitutum fuiſſe.

94 Etenim dubio prorſus caret, omnes item * interpretes, concordi conſenſu, idipſum docent: quod ad fideicommiſsi conſtitutionem duo omnino ſint neceſſaria, vnum, vt adſit mens, & intentio fideicommittere volentis: alterum, vt ſint verba, ad fideicommiſſum introducendum,apta, & idonea. *Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit Simon de Proct. in tr.de vlt. volunt. Interpret. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 4. ante n. 1. & ſequuntur alij.*

Atenim adeſt hîc vtrumq; requiſitum. Nam ad prius quod attinet, diſertis verbis, in pactis dotalibus,cautum eſt,vt omnia,quæ Teſtatrici, vnquam in vita ſua, ſiue nomine paternæ, ſiue maternæ hereditatis, obuenirſent,nec non dimidia pars eorum,quæ illi,in ipſo ſolenni nuptiarum die, donabantur: omnis item mundus muliebris: omnia denique, quæ aliàs conſtante matrimonio quocunq; modo acquiſiuiſſet: ea ſine liberis decedente, ad fratres, ſororesq; eius, eorundemq; heredes,reuerterentur.

95 Conſtat itaq;, ſatis, ſuperq;, de mente fideicommittere volentis. Cerrum enim, & vndiq; indubitatum eſt, quod eo ipſo, quod parens diſponit,quod bona deſcendentibus ſuis obueniant, caſu, quo quiſpiam eorum, abſq; liberis deceſſerit, gradatim, vel ordine ſucceſsiuo : iam fideicommiſſum conſtitutum ſit. *Carol. Ruin. conſ. 101. n. 15. volum. 2. Cardin. Paruſ. conſ. 88.n.14.& ſeqq. volum.2.*

Sic quoq;,quantum ad poſterius requi- 96
ſitum, verborum nempe aptitudinem ſpectat, nihil deſiderari poteſt. Verbum enim cadat: cui vocula Falleñ/ qua paciſcentes, in pactis dotalibus vſi ſunt, æquipollet, obliquum eſt. *Bl.ad Rubr.n.2.C. de impub. & al. ſubſt. Firmian. in repert.lit. C.in v.cadat.*

Sed & in ſequentibus, huiuſmodi adeſt diſpoſitio: quod maritus ſuperſtes, vſumfr. omnium bonorum, ſibi habere, quoad vixerit,debeat,dummodo ratione,& intuitu proprietatis, vxoris defunctæ heredibus ſatisdederit.

Nam aliàs reſtituere eum debere, vxoris heredibus,bona omnia, quæ pœnes illum erant, & illi vicisim vſusfructus nomine ipſi cauebunt. Ibi enim legitur: verbum: Herauſgeben, cui in lingua latina, verbum: RESTITVAT reſpondet. Id autem obliquum eſſe,& 97
fideicommiſſum efficere, inter omnes con- *
ſtat. *tradente eod. Proct. d.tr. de interp. vlt. volunt. lib.3. interp.3. dubit.1. ſolut.n.1.verſ.tamen omne, vbi Bl.& Socin. ante ſe hæc voluiſſe teſtio eſt.*

Quid? quod fideicommiſſa ex ſola di- 98
ſponentis mente, de qua ex conieCturis aliquibus duntaxat conſtat, etianſi nulla in id verba expreſſa ſint,inducere: abſonum non **
ſit. *Vti longè frequentiori calculo, Turis Interpretibus placuit.Franc.Mant.in tr.de conſect.vlt. vol.lib.8.tit. 1.n.18.Graſſ. recept.ſentent.§.fideicommiſſum.q.4.n. 5.Cardin.Paruſ.conſ.92.n.14.vol 2.conſ.25.n.34. & ſeq.vol.3. Gerard. Maz.oll.conſ.6.n.13. vol.1.& alios in id allegant, nec non concordem omnium hanc eſſe ſententiam exclamant Mantic. & Graſſ. in locis modo deſignatis.*

Id quod non ſolùm in fideicommiſſo ſpe- 99
ciali,ſed & vniuerſali,verum eſt,atq; obtinet, *tradente rurſus Mantic.d. t. 1.n.18.vbi Bl. Nouell.& alios huius ſententiæ ſectatores nominat. Alc.conſ.75. n.21.lib.9. qui itidem alios idipſum quoq; volentes allegat.* Nemo itaq; ſanus inficiari poteſt, fideicommiſſum hîc conſtitutum eſſe.

DVODECIMÒ fideicommiſſo non ſolum 100
is,cuius fidei,vt ea,quæ perceperat,ſuo tempore certa conditione, reſtituat: committitur: verùm etiam eiuſdem heres, grauatus cenſetur: adeò vt non minus hîc, quàm ille, ad fideicommiſsi reſtitutionem obſtrictus ſit. *Iaſ.* *
qui communem dicit,in l.precibus.n.15.verſic.ſed quid in dubio.C.de impub. & al. ſubſt. Iaſ. in l. coheredi. §. cum filiæ. n.16. & 17. vbi itidem receptam hanc eſſe ſententiam aſſerit, & vbi communis Interpp. ſchola. ff. de vulg.& pup.Vacon.& Valun.declarat.64.n.10.&

innumeros, qui vno ore hanc esse communem fatentur congessit Grass. recept. sent. §. fideicommissum. q. 9. n. 1.

Sit itaq; ita, testamentum ratum, iustumq; esse fingamus: dicamus item, maritum ex eo hereditatem rectè aditurum, tenebitur attamen nihilominus, ad restitutionem, ob fideicommissum, quo coniunx eius, cuius is heres nunc factus est, grauata erat.

101 Nec obstat, quod tamen aliqui sint, qui contrarium verius esse assuerent: nempe fideicommissum, non ab vlteriori, sed tantum à primo herede, relictum censeri. Quorum aliquos itidem recenset Grass. *d. §. fideicommissum. d. q. 9. in pr.*

Nam vt alias resolutiones ad obiectionem hanc recensere superseda mus, diluitur obiectum hoc per id: quod ij omnes, qui aduersam sententiam tuentur: loquuntur: quando in ambiguo versamur. Vti tum ex ipsorum & accuratiori inspectione: tum ex Grasso videre est.

Iam verò nos hîc in dubio neutiquam versamur, quin imò N. non solùm filiam suam, hoc onere fideicommissi affecerat, verùm etiam ipsum N. maritum, siquidem vsusfr. ei relictus, morte ipsius finitus fuisset.

102 DECIMOTERTIÒ etsi regulariter verum sit, quod grauato fideicommisso, permittenda sit, Trebellianicæ defalcatio: & retentio. *toto tit. ff. ad S.C. Trebell.*

Hîc attamen detractioni Falcidiæ, vel Trebellianicæ locum non esse, rectè dicimus.

103 Tum quod certi, minimè verò controuersi iuris sit: quod grauatus fideicommisso, ea omnia in quartam Trebellianicam, computare teneatur, quæ quocunq; modo, ex iudicio, voluntate, & arbitrio eius, qui primò fideicommissum constituerat, percipit, vt habet DD. commune conclusum. *Cuius testu est Graff. receptar. sent. §. Trebellianica. q. 10. n. 4.*

Iam verò Maritus hic non solùm dotem, & dimidiam partem iocalium, quæ ei, sponsæq; eius, in nuptiarum festiuitatibus dono dabantur: & præterea vsumfructum totorum bonorum, donec vixerit: retinet.

Non itaq; altera etiam vice deberi ei potest quarta Falcidia.

Hæcenim, quæ retinet, si rectè distraxerimus rationes, non solùm Falcidiam exæquabunt: verum etiam longissimè excedent.

104 Tum quod in illo fideicommisso, quod in pactis dotalibus constituitur: grauatus, nihil planè detrahat. Vtpote cum hoc casu cessent, causæ, rationesq; omnes, ob quas quarta Trebellianica adinuenta, atq; excogitata erat, vti in indiuiduo inscripta immisit. *Bl. in Rubr. n. 9. C. de reuoc. his, quæ in fraud. creditor. Ludou. Rom. in l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. obligat. Bereng. Fernand. in l. in quartam. n. 239.*

* *vbi hanc opinionem contradicentem, non habere asseuerate, non veretur. ff. ad l. Falcid. quos refert, & sequitur Graff. d. §. Trebellianica. q. 5. n. 5.*

Cessat itaq; rursus in casu, de quo agimus, Falcidia: Nostrum enim fideicommissum ex pactis dotalibus promanat.

DECIMOQVARTO, pactum, quo soror, 105
patre consentiente, cum fratribus pacisceretur, se restituturam, eo casu, quo sine prole moreretur, omnia ea, quæ sibi ex hereditate paterna obuenerant: quo vtimur, validum & firmum est. *tradente in induiduo Georg. Natan. in c. quamuis. n. 66. de pact. lib. 6.*

Si itaq; dispositio illa, de qua nobis res est, non valeret, vt fideicommissum: valeret attamen vt pactum contractu vestitum. Et vi consequentis, non magis hoc, quàm illo casu, testamentum contra eiusmodi dispositionem, conscribi posset.

Nec obstat: quod pactum de succedendo 106
contra bonos mores, ideoq; reprobatum sit. *l. vlt. & ibi Iaf. n. 1. & DD. communiter. C. de pact. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 2. sub n. 81. Turz. in com. opin. 83. & opin. 101. vers. sed adhuc. Garc. in tr. de vlt. fin. Iur. n. 322. Coraf. miscell. lib. 6. c. 9. n. 1. Gail. obs. 125. n. 1. lib. 2. Hart. Pist. q. 20. n. 3. lib. 2. & 25. n. 3. eod. lib. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 20. n. 1.* *

Illud enim pactum, de quo nobis in 107
præsentia res est: pactum de restituendo: non verò pactum de succedendo est. *Vti rectè resolut Gorg. Natan. in d. c. quamuis. n. 66. de pact. lib. 6.*

DECIMOQVINTÒ & vltimò, testamen- 108
tum: quod contra mores, & consuetudines loci illius, in quo conficitur, est, consistere nequit, ne quidem ratione bonorum alibi existentium. *per trad. Cyn. in l. cunctos populos. n. 5. & 6. & ibi Br. col. 13. vers. quandoq; tollitur. Bl. col. 10. vers. quæro de effectu. Salyc. col. 6. vers. nunc quæro an testamentum. Iaf. lect. 1. col. 10. & lect. 2. col. penult. & vlt. C. de sacrof. Eccles. Anton. Gab. Rom. in tr. regul. lib. 4. tit. de testam. conclus. 4. n. 1.*

Testamentum enim contra ius factum, 109
nullum est. *arg. l. nemo potest. ff. de legat. 1.*

Ergo non minus quoq; illud viribus ca- 110
rebit, quod contra consuetudinem est. Cum consuetudo, patrijque mores, non minus, quàm scriptum ius, iuris appellatione veniat. *c. consuetudo. distinct. 1. Iaf. in l. præscriptione. n. 15. C. si contra ius, vel vtilit. publ.*

Et transgressor consuetudinis, non mi- 111
nus quàm transgressor iurium communium puniatur. *c. in hiis. dist. 11. gl. 3. in c. ex literis ext. de consuet. Petr. Rauenn. in tr. de consuet. sect. 1. n. 26. Roch. de Curt. in c. vlt. sect. 1. n. 12. ext. eod. tit. Iaf. in l. iubemus. n. 3. C. de iudic.*

At enim nostrum, ne quidem moribus illius regionis, vbi conficiebatur conforme est. Nam vt isthîc se habet consuetudo, non licitum est, aduersus fideicommissum, semel legitimè constitutum, testamenti conscriptionem exordiri, nisi accesserit consensus eorum, in quorum fauorem fideicommissum fiebat. Quare non dubito, quin testamentum hoc irritum esse, rectè dicamus.

RESO-

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

POrrò his, quæ pro confirmatione noſtræ deciſionis adduximus, reuera aduerſa non ſunt, quæ ſuperius ceu contraria adducebantur.

Nam ad PRIMVM: mulierem nempè, inter illas perſonas, quæ teſtamenti factionem actiuam non habent, non recenſeri. Ideoq; iure teſtari poſſe, &c. hæc applicatur reſponſio, quod hæc Teſtatrix, quicquid aliàs de iure communi ſit, ob pactum matrimonialibus ſtipulationibus inſertum, quo, illi ſolum donare, vel quam aliam donationi ſimilem diſpoſitionem facere, permittitur: cuiuſmodi diſpoſitionibus annumerari teſtamentum nequit: vti id latius, dum quarta decidendi ratio confirmaretur, comprobatum eſt: iure etiam ad ius perſonæ teſtantis quod attinet, teſtatam non fuiſſe. Sed demus habuiſſe eam teſtamenti factionem, ob id nihilo magis teſtamentum conſtabit.

112 Cum enim omne teſtamentum duplicem habeat inſpectionem: Vnam an teſtator is ſit, cui teſtamenti factionem, iura non abrogarint: alteram, an ſecundum regulas Iuris teſtamenti tabulas confecerit. *text. ad literam in l. ſi quæramus. ff. de teſtam. Rimin. ad Rubr. n. 116. C. qui admitt. Dauth. in tr. de teſtam. n. 131.*

113 Nec harum vna, abſq; altera ſufficit. Etenim quando vel minimum quicquam ex hiſce, quæ ad teſtamenti ſubſtantialia pertinent, vel ex his, quæ maioris alicuius ſolennitatis ſunt, deſideratur: totum teſtamentum concidit. *Vti poſt Bolognet. docet Dauth. in tr. de teſtam. n. 477.*

Conſequens erit: hoc teſtamentum irritum, atq; iniuſtum eſſe. Cum dici nequeat, hoc, ſecundum regulas Iuris ciuilis, conſcriptum eſſe. Vti ex decidendi rationibus, luculentiſsimè conſtare arbitror.

Deindè aduerſus obiectionem SECVNDAM: pacta nempè ſeruanda eſſe. Ideoq; iam teſtamentum impugnari non poſſe: cùm ſemel teſtandi facultas, Teſtatrici per pactum, quod inter reliqua pacta matrimonialia, vel dotalia habetur: tributa ſit: Inuerſione, ſeu retortione rectè vtimur.

Nam cum Teſtatrix, ſolummodò donare, vel quam donationi aſsimilem diſpoſitionem, fas ſibi fore, nulla teſtamenti mentione facta, pepigerit. Vti ex pactorum dotalium inſtrumento conſpicuum hr.

Excuſari nullo modo poterit, ſi contra pacta conuenta, teſtamentum conſcribere, aggreſſa fuerit.

114 Et cum retorquutio optimus contrariorum diſſoluendorum modus ſit. *Euer. in* * *præamb. topic. n. 18. p. c. in omni negocio. & ibi DD. communiter. ext. de teſtib. c. qua ſyncera. diſtinct. 45.*

Huic ſecundæ obiectioni diutius immorari operæpretium non erit. Poſtea TERTIAM quoq; obiectionem, fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter referemus. Quod enim dicitur: femina maritum habens teſtari poteſt: id non ſimpliciter verum, ſed ſecundum quid tantum, eſt.

Quoties enim fideicommiſſum, vel pactum de teſtituenda portione hereditaria: vel eius generis alia, quæ dum decidendi rationes tractaremus, enumeraſſemus, in medio ſunt: hoc fieri non poſſe, dubio planè caret.

Sed & ea, quæ ad primam dubitandi rationem dicta ſunt: huc pertinent: nempe feminam maritum habentem teſtari quidem poſſe: ſed ob id protinus, eius teſtamentum ratum non eſſe: niſi ſimul, ſecundum iuris ciuilis præſcriptum teſtata ſit. Quod ipſum in præſentia admodum deſiderari, iam ſatis, ſuperq; in confeſſo eſt.

Eodem quoq; modo, QVARTA quoque obiectio, vitio eiuſdem à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter fallaciæ infecta eſt. Cuiuſmodi argumentationes vitioſas 115
eſſe, exploratum eſt. *Everard. in d. præamb. Topic. n. 24. verſic. quando autem. Molin. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. n. 67. ff. de verb. obligat. & in l. 2. in pr. n. 13. ff. vod aut. Coraſ. muſcell. lib. 3. c. 19. n. 8. Cacheran. deciſ. 170. n. 1.*

Nam etſi verum ſit, conſtitutione prouinciali, quæq; eam ſequebatur obſeruantia, facultatem teſtandi coniugibus præciſam non eſſe: idipſum tamen, ad bona vſq; fideicommiſſo ſubiecta, extendendum non erit.

Nam cum longè ſit certiſsimum: Conſtitutiones omnes, quæq; in conſequentiam 116
harum, obſeruatione quadam introducta ſunt, coliq; cœperunt, à iure communi interpretationem paſsiuam recipere. *l. 2. C. de noxal. action. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 12. n. 12. & §. 9. gl. 2. n. 55. Cauall. in tr. de tut. & curat. n. 98. Oldau. Simoncell. in tr. de decret lib. 1. tit. 2. n. 26. Stracch. in tr. de decoct. p. 6. n. 2. Remul. in l. vt vim. n. 288. ff. de inſt. & iur. Couarr. pract. q. c. 38. n. 4. verſ. tertio. Lancel. Conrad. in tr. de off. prætor. Rub. de iuram. n. 10. & ſeqq.*

Iura autem expreſsè vetent: ne quod teſtamentum de rebus reſtitutioni obnoxijs fiat: nolint item inſtringi, pactum hereditatis reſtitutorium: qua de re in decidendi rationibus fides facta eſt.

Rectè concludemus, aduerſus has legitimas ſanctiones, Conſtitutionem prouincialem, hiſce iuribus expreſsè non derogantem: nec obſeruantiam poſtea inſecutam: præualere non poſſe. Præterea Teſtatrix quoq; noſtra, incapacem ſe fecit, prouiſionis Conſtitutionis prouincialis. Nam cum ſibi ipſi proſpexerit, inferendo in pacta de talia, vt hiſce coniugibus donare: aut aliam ſi-

milem dispositionem facere, liceret.

117 Reliquum remanet illud: quod hominis prouisio, Constitutionis, aliarumque legum prouisione m cessare faciat. *l. vlt. & ibi Br n.3.C.de pact. contient. Neguz.in tr.de pignor. 4. memb.2.p.p.n.87.n.90.vers.tamen.& n. 157. vers. secundo.ampliat. Cap. caut.209.n.2. Ex ea. in tr. de pact.n.564.vers.tertio.Bl.Nouell.in tr.de dot.p.6 priu. 68. Cuiac.obs.lib.24.c. 26. Ludeu. Burgef. in l. si se subjiciant.n.107.ff. de iudic.*

Quid? quod de hoc testamento non solùm secundum Constitutiones harum terrarum: sed etiam secundum ordinationes illorum locorum,vbi conscribebatur,dijudicatio facienda sit. Nam si iudicium de eo, ex præscripto legum prouincialium fieri deberet: impingeremus iam in aliud offendiculum.

118 Nam cum iuris sit peruulgatissimi: quod via quam quisq; elegerat, hæc illi patere debeat. *l. si mulier.in fin. ff.de eo quod met. cauf. Neguz.ant. in tr.de pignorib.4.p.p.n. 25. Cotta. in memor. in v.ſtatuto.cl. 11.Dulcet.in tr.de art.teſt.nu. 11.caut. 17.n. 1.Tiraq. in tr.de iur. Conſt.p. 1.n. 39. Montic. in l. vlt.n.55.C.de iur.delib. Menoch. in tr. de remed. poſſ.adip. remed. 1. n.386.*

Euerteretur rursus hoc testamentum,ex nostrarum terrarum moribus, per id, quod Testatrix Curatoris in id peculiariter ordinati,autoritatem adhibuisse omiserat.

119 Atq; sic in scyllam incideret, qui charybdim vitare cuperet. Vt habet commune prouerbium.

Sub QVINTA obiectione,negatur primò: testamentum, de quo res est, reciprocum esse, ob summam inæqualitatem, quæ inter vtrumq; Testantem deprehenditur, & de qua sub 6. Decisionis ratione egimus.

120 Reciprocum itaque testamentum rectè non dicitur: cum id,quod æquè vni, sicut alteri commodum non affert: reciproci nomen non mereatur. *per trad. Crau.conſ. 638.n. 11.& conſ.973.n.11*

121 Facit, quod traditur: pactum constante matrimonio factum, quo maritus, ex bonis vxoris, post obitum ipsius, centum capit: non valere: si vxori quinquaginta tantum,in eundem casum relicta fuerint. *gl.in l.ex morte*
* *in v.obſeruandum & ibi DD. communiter. C.de pact. conuent.Anton.de Petrut.in l.1.n.41.ff.de iureiur.*

Deinde, cito, reciprocum esse testamentum hoc, & expers inæqualitatis omnis, dicamus: non tamen propterea,à vitijs,quibus laborat,planè sanabitur. Nam curantur quidem hac ratione, quæ personæ Testatricis, obijciebantur: at illis defectibus, qui rebus ipsis inhærent, remedium vllum, hoc pacto
122 non affertur. Remanet itaq; reliquum illud, quod non sufficiat, Vnum ex pluribus impedimentis cessare:nisi simul omnia auersa fuerint. *§.affinitatis Inſt.de nupt. Del' Rio in l.transigere. n.87.C.de tranſact,Schrad.in tr.feud.p.9.c.3.n. 25. ampliat. 1.*

Sextam deinde obiectionem facilè concesserim, dummodò intelligatur, secundum ea, quæ in SECVNDA Decisionis ratione afferrebantur.

Ea namq; hic, refutationis loco repetita volo. Vt taceam, in ea ex insufficienti partium enumeratione argui. Cum præter solennitatem septem testium, plurima adhuc alia, vt testamentum non rumpatur, desiderentur. Vnde haudquaquam satis est, vnum 123
ex pluribus requisitis adesse. *Everard. in top. in loc.ab effectu cor. quæſim. ad eſſe requir. n.1. Valent. Franc.in tr.de fideiuſſor.c.4.n.3.Capif. in tr. de num. teſt.p.1.c.10.n.44.*

Ad SEPTIMAM deinde obiectionem: Sufficere nempe, si in conscriptione testamẽti ea obseruatæ fuerint solennitates, quæ ex patriæ consuetudinibus requirebantur: per Retortionem respondemus. Nam etsi verum sit,cessare hinc defectum tutoris, vel curatoris,qui pattijs moribus requirebatur.

Exurgit tamen alius, haud leuior defectus. Cum illorum locorum moribus,in quibus testamentum hoc conscribebatur, nec ius,nec fas sit, aduersus ea, quæ in pactis dotalibus conuenerant, testamentum conscribere. Nisi interuenisset consensus eius,in cuius commodum pacta dotalia loquebantur. Exoritur itaque defectus consensus eorum, quos consentire, ad esse testamenti requirebatur. Qui tanti momenti est, nec periisiu- 124
randum quidem suppleatur. *Vti apud Seraph.de Seraph.in tr.de iura. priuil.59.n.9.& 10.legere licet.*

Sic quoq; leuiuscula illa sunt, quæ in sese obiectio OCTAVA complectitur. Ineſt enim ei amphibologiæ fallacia. Nam etsi non inficiemur DD. ita loqui: quod testamentum annulo alieno signari possit.

Oportet attamen traditionem hanc In- 125
terpretum,intelligi secundum legem, quam allegant. Cum extra controuersiam positum sit, Doctoris dictum,secundum legem,quam allegat,intelligendum esse. *Br.in l.non ſolum.§. ſi liberationis.n.7.ff.de libert. legat. Ign. in l. neceſſarios.p.4.n.113.ff. de S.C.Syllan. Blan.in tr. de compr. q. 2. n.52.vers. puto.Mezz.in tr. de contract.Rubr. de diuiſ. pignor.n. 17.& Rubr. Subſtant.locat.n. 7. Coler. in tr.de proceſſ.exec. p.1.c.3.n.134.*

Hoc autem cum sit: prodit sese continuò illa,de qua diximus amphibologia. Omnes enim hac de re loquentes leges: de testibus solùm, non etiam de ipsis testantiũ personis, mentionem faciunt. Reliquum itaq; illud sit: 126
traditionem hanc, nisi apertiùs de testium personis explicetur, ab amphibologiæ vitio defendi nõ posse. Cuiusmodi argumentationes vitiosas esse,inter omnes,peraq; constat. *gl.in l. quoties in ſtipulat.ff.de verb.oblig.Euer. in præamb.top.n.24.vers. quando autem ſit mutatio in orat.*

Deinde in eodem quoq; luto OCTAVA hæc obiectio,cum prioribus hæret.

Cessante

Cessante etenim, etiam hoc vitio, reliquis attamen defectibus, remedium adhuc nullum adinuentum est. Cum attamen ob minimum quemq; defectum, substantiam testamenti concernentem, in eas angustias tabulas testamentarias redigi, vt consistere vlterius nequeant, verum sit. *autore Dauth. in loco antea in id adducto.*

NONA vlterius obiectio: quod coniunx coniugem heredem scribere possit: secundum quid tantum verum est.

Et primò quatenus tabulæ testamenti reciprocæ fuerint.

Tales autem hasce tabulas esse, pernegatur. Vti ex sexta decidendi ratione apparet.

Pro secundo: si institutus heredem, si non actu, potentia saltem bona habeat.

Vtrumq; porrò deficit, ad Testatricem hanc quod attinet. Vt comprobant ea: quæ pro comprobanda, ratione decidendi quinta, adducta fuere.

Pro tertiò, nisi obstiterit fideicommissum, aut pactum restitutorium, & si quæ sunt alia. Quæ omnia, præsentibus tabulis occurrunt, atq; obsistunt.

127 Collabitur itaq; NONA quoq; obiectio. Quoties enim præter ipsum tactum, adesse quoq; debet certa qualitas facti: satis non erit, si præsto sit factum, delideretur verò eius qualitas. *per trad. Br. in l. non solum. §. sed vt probari. n. 1. & 2. ff. de nou. op. nunc. Neguz. in tr. de pignor. 2. membr. 5. p. p. n. 44. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 1. n. 4. Cauher. an. decis. 71. n. 22. & decis. 88. n. 6. & 7. Rem. in tub. n. 136. cum seq. C. qui adm. Minsing. obs. 80. cent. 4.*

Aduersus DECIMAM deinde obiectionem, eum etiam, qui potentia tantum bona habet, rectè de ijs testari: Repetimus ea, quæ sub QVINTA decisionis ratione, afferebantur. Testatricem nempe nostram, necactu, nec potentia, bona aliqua habuisse.

128 Quare fit, vt ne hæc DECIMA quidem obiectio consistere possit. Corruit enim altera præmissarum, seu subsumtio. Qua cadente totam luxari argumentationem, in confesso est. *decidente posit alios Cephal consil. 328. n. 67. & consil. 435. n. 91.*

Sic quoq; per concessionem VNDECIMAM obiectionem resoluemus. Haud enim difficilis ero, in eo concedendo, quod Testatrix nostra, è sacris paternis egressa sit, per separationem, quæ à matrimonio originem traxerat: quodq; patria potestas, ei amplius præpedimento non fuerit, quo minus rectè, etiam de dote, testaretur:

129 Sed etiamsi hoc ita sit; argumentum attamen nihilominus in vndecima hac obiectione, ab insufficienti partium enumeratione, deductum est. Cuiusmodi argumenta vitio non carere, dubio prorsus caret. *l. filius. §. filiusfamilias & ibi gl. ff. de lib. & posthum. c. venerabilem, & ibi DD. Canon. ext. de Elect. Euerard. in top. in loc. a part. enumer. n. 3. Oldan. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 6. n. 93.*

Nam ne sic quidem, reliqui; præter defectus in persona Testatricis inhærentes, vitia corriguntur, atq; supplentur.

Nam etsi inficias non eam, filiam manu 130
paterna emissam, de dote rectè testari: intelligendum tamen idipsum aliter non erit, quàm si id non impediat fideicommissum. Tunc enim iure minimè testatur. Vtq; adeò quidem vt potior sit fideicommissarij conditio, præ mariti, in testamento vxoris heredis scripti: etiamsi adsit statutum, prospiciens, mariti debere dotis lucrum esse, casu, quo nulli ex vxore superstint liberi. *ita in specie Campeg. alios allegans in tr. de dot. p. 5. q. 18. per tot.*

Eodem quoq; modo, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter fallacia, DVODECIMÆ & DECIMÆTERTIÆ obiectioni inest.

Nam etsi verum sit: quod ratione sui mundi, femina testamenti factionem habeat: item quod & de portionibus hereditarijs, quæ ex paterna, maternaue successione deferuntur, testari, iure prohibita non sit.

Non tamen id simpliciter accipiemus, sed secundum quid tantum: & quatenus legitimam parenti titulo honorabili institutionis, reliquerit: quatenus item fideicommissum testamenti factionem non impedierit, quatenus deniq;, vt alia enumerare scieas prudensq; supersedeam, pactum restitutorium in medio non fuerit.

Et quandoquidem hæc impedimenta omnia præsto hic sint: Collabi iam videmus 12. & 13. obiectionem.

Sileam nunc illum solum defectum 131
præteritionis parentis, impedimento satis esse, quò minus etiam de mundo suo mulieb ri, rectè testetur mulier. Eò quod legitima etiam in ornatu, vestibus, reliquoq; mundo muliebri, locum sibi vindicet. *Vti in specie decidit Br. in l. 1. §. nec castrenss. n. 9. ff. de collat. Vasq. in tr. de success. creat. §. 30. n. 266. vbi in hanc communem esse attestatur, quem refert, & sequitur Graff. recept. sentent. §. legitima. q. 23. n. 2.*

Ad DECIMAM QVARTAM dehinc, quod attinet obiectionem: clausulam nempe illam, pactorum dotalium, qua vtrique coniugi, donationes reciprocas, & alias his similes dispositiones facere conceditur: ni intelligatur de mundo muliebri: & portionibus, ex patris, matrisue, hereditatibus, obuenientibus (Nam de dote, & iocalibus nouæ nuptis, dum nuptiales eorundem festiuitates celebrarentur, dono datis, antehac peculiaris prouisio facta erat: eam nempe, pœnes maritum, si vxor liberis ex se non relictis decederet, remansuram) plane ociosam fore.

Fatear neceſſe eſt, illam præ reliquis omnibus, efficacitatem aliquam, præ ſe ferre. Ceterùm, & hac, exactius aliquando trutinata, apparebit ilico, & hanc quoq;, ceteris firmiorem non eſſe.

Nam primò, de teſtamento, ne gry quidem, ibi habetur.

132 Extendi itaq; conuentio quoq; iſthæc, ad teſtamenti vſq; confectionem, non poterit. Pacta enim omnia ſunt ſtricti Iuris: & nullam ſuppletionem extrinſecam admittunt. *gl. in l. pacta. v. nulla. C. de pact. gl. in l. iurigent. §. quinimò. ff. eod. tit.*

Id quod ex eo confirmatur: quod ne ipſi quidem Teſtantes, pacta hæc dotalia, ita intellexerint.

Alioquí huius conceſsionis, in præfatione tabularum teſtamentariarum, mentionem fociſſent.

Ibi autem nulla planè huius rei mentio fit: ſed illud tantùm ſcriptum reperitur: ſecundum Iuris communis ſanctiones, vnicuique licitum eſſe, ad teſtamenti conſcriptionem accedere.

Quod cum ita ſit, hoſce coniuges quoque, de teſtamento condendo conſilium cœpiſſe, &c. Quare commodum non eſt, ſi in hoc ſenſu, pacta dotalia acceperimus.

133 Nam nulla certior, aut firmior interpretatio, ea eſt, quæ ab ipſis diſponentibus proficiſcitur. *El. in auth. miſi pog. tit. n. 9. C. ad S.C. Trebell. Cardin. Pariſ. conſ. 3. n. 53. volum. 3. Tiber. Decian. conſ. 7. n. 67. vol. 1. & conſ. 101. n. 7. vol. 2.*

Fac autem diſpoſitionem hanc, ad teſtamenti vſq; factionem, non ſolùm non extendendam: verùm etiam de teſtamenti factione expreſsè loqui: non tamen propterea ſuccedet res.

134 Nam incerti iuris non eſt: quod pacta omnia à Iure communi interpretationem capiant: atq; ita quidem capiant, vt id ſemper, voluiſſe cenſeantur paciſcentes, quod iure communi comparatum eſt. *Vti in ſpecie, complurimis in id texitibus autorumq; autoritatibus adductis, decidit Crau. conſ. 578. n. 1.*

Hoc autem ſi fit, iam conſtare nullo modo, teſtamentum præſens poterit.

135 Nam itidem prouiſi eſt iuris: quod omnis omninò pactio, conceſsio, vel diſpoſitio, qua cui facultas faciendi teſtamentum indulgetur, atq; permittitur: nec diſtinguemus an ſummus etiam princeps is, qui id cõcedit, paciſcitur, vel diſponit, ſit: hunc ſemper habeat ſenſum: dummodò conſueta, & legitima forma, teſtamentum perficiatur. *text. ad literam in l. ſi quando in pr. C. de inoff. teſtam. Pece. in tr. de teſtam. contug. lib. 3. c. 25. n. 11. Ruin. in Rubr. n. 222. C. qui adm. Tir. aq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 33. & 34. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 6. n. 23. Capiferr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 12. n. 21. & 22. c. 13. per tot. Dauth. in tr. de teſtam. n. 354. Schrad. in tr. feud. p. 1. q. 5. n. 14.*

Bona item talia ſint, de quibus teſtari 136
iure prohibitum non eſt. *per trad. Dauth. in tr. de teſtament. n. 268.*

At enim hæc omnia, veluti oſtendunt deciſionis rationes, quas hic repetere ſuperuacaneum cenſeo, in conſcribendo hoc teſtamento malè cuſtodita fuêre.

Quí itaq; conſiſtere poſſet?

At eſto, hic etiam de bonis fideicommiſ- 137
ſo ſubiectis, teſtari poſſe cauebatur: ne tamen ſic quidem tueri poterimus teſtamentum. Eò quod iuris longè certiſsimi ſit: quod tota fideicommiſsi ſubſtantia in fide grauati poſita ſit: quodq; hæc fides, in reſtitutione hereditatis, vtq; illa, ei, de quo grauatus rogatus fuerat, fiat: potiſsimùm verſetur. *Inſt. de fideicommiſſ. hereditat. in pr. Marz. ar. in tr. de fideicomm. p. 2. n. 2. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. t. 2. n. 2.*

Omnia itaq; pacta, hanc reſtitutionem fieri impedientia, contra ſubſtantiam, & eſſentiam fideicommiſsi ſunt. & vi conſequentis, cũ huiuſmodi generis pactis, illud quoq; de quo hic res eſt, ſicubi extaret, connumerandum foret, viribus planè deſtituetur.

Dum enim grauato, liberam indulget 138
de rebus fideicommiſſarijs, teſtamenti factionem: reſtitutionem ſecundum ea, de quibus rogatus erat grauatus: non ſolùm præpedit: verùm etiam plane tollit.

Non valere itaq; illud, ſed nullius pror- 138
ſus momenti eſſe, rectè diximus. Omne enim pactum contra ſubſtantiã actus, qui geritur, atq; fit, prorſus conſiſtere nequit. *l. cum precario ff. de precar. Signor. de Homed. in l. vlt. ita donatur. n. 12. ff. de donat. cauſ. mortis. Br. in l. 3. n. 6. per ill. text. ff. de teſtam. Alc. in l. 1. 8. ſed ſi nubr. n. 22. ff. de verb. oblig. Arr. Pmell. in l. 2. p. 2. c. 2. n. 6. C. de reſcind. vend. text. in l. ſi conuenerit. la. 1. in fin. ff. de pignor. act.*

Nec obſtat, quod pacta, quæ actus cele- 139
brati ſubſtantiam connectunt: contractum transformentur, nouumq;: & à priori contractu diuerſum, contractum producant. *Br. in d. l. vlt. ita donatur. n. 1. per ill. text. ff. de donat. cauſ. mort. Alc. in l. 1. n. 19. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Pract. Pap. in ſer. lib. pro don. v. ex cauſ. donat. n. 3. verſ. breuiter. Gomez. var. reſol lib. 2. c. 4. n. 22. verſic. nec obſtat.*

Illud enim tum demùm verum eſt, ſi id ferat, atq; patiatur verborum ſignificatio. Quod ſi id verba, eorundemq; ſignificatio non patiuntur, ſecus erit, valebitq; contractus, concidet autem, irritumq; fiet, pactum ſubſtantiæ contractus, aduerſarium. *Ita reſoluunt. Br. Pap. Alc. & Gomez. in locis paulò ante deſignatis, & alij paſſim.*

Iam verò illa verba, quibus præſens pactum concipere oportuiſſet, ſiquidem vnquã extitiſſet, non admitterent, vt fideicommiſſum, in alium contractum transformaretur. In quem enim quaſo contractum, aut in quã vltimæ voluntatis ſpeciem, hæc verborum formula

formula: volo, vt post mortem tuam, bona, quæ à me habes, illi vel illi restituantur: interim tamen non vetarim, quin si libuerit, de illis ipsis bonis testamentum conscribas, transmutarent, transiregi; efficerent. Restat itaq; vt concludamus, pactionem, si vnquam sub hac verborum figura, concepta fuisset, prorsus in nihilum redactum iri. Porrò vt quoq; hoc in loco, genericam illam traditionem, nil nempè fruſtrà fieri, intactam non relinquamus: sciendum est, quod ne per illam quidem, etiamsi nihil aliàs operaretur, dispositio hæc, de qua huc vsq; vidimus, tabulæ testamenti, ab euersione vindicari possint.

140 Nam primò notissimum illud est: quod argumentatio ex eo, quod nihil fruſtra fieri debeat, ducta: admodum vilis sit, cum leuissima quaq; ratione, tolli, destrui, & auerruncari possit. *tradentib. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 17. n. 39. Mandell. cons. 11. n. 29.*

141 Sed & illud verum est: longè satius esse, quid fruſtra fieri, quàm quenquam indebitè damnum pati. *Bl. in l. terminato. n. 14. verſ. porro. C. de fruct. & de lit. expenſ. Br. ad. vlt. §. in computatione. n. 8. & ibi Iaſ. n. 12. & 13. C. de iur. delib. Alex. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 7. & ibi Iaſ. n. 6. C. de nudac. Alex. conſ. 5. n. 2. verſ. ſtatutum vol. 2. & con. 5. n. 5. vol. 6. Angel. conſ. 6. Dec. conſ. 356. n. 4. verſ. non obſtat. Cephal. conſ. 139. n. 7. Crau. conſ. 732. n. 25.*

Iam verò si hanc interpretationem admittimus, N. parens, liberiq, eius indebitè damnum paterentur.

142 Parens enim, vtpote, qui filiæ prius quàm oportuerat (nec enim legitima debetur superstite adhuc patre. *l. 1. §. ſi impubes. & ibi Br. n. 1. ff. de collat. bonor. Iaſ. n. l. in ſuis. n. 18. ff. de lib. & poſt. Didac. Segur. inl. 3. §. vlt. n. 115. ff. eod. tit. Anton. Meneſ. in l. ſi emancipata. n. 32. C. de iur. & fact ignor. Thom. Grammat. deciſ. 101. n. 66. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 199. Em. an. Soarez. recept. ſentent. lit. l. n. 67. Couar. var. reſol. lib. 2. l. 8. n. 7. verſ. hinc apparet. Aſc. an. Clement. in tr. de pat. poteſt eſſ. 16. n. 59.*) portionem illi, ex hereditate sua debitam, dissoluerat, spe certa fretus, hæc omnia liberis suis reliquis, veluti conuenerat, stipulatumq; fuerat, siquidè filia, & nunc Testatrix, sine liberis decessisset, certò restituturi iri, tot[2] falleretur:

143 Indebitè itaque damnum pateretur. Haudquaquam enim leue voluntatis interesse est. Quo fit, vt damnum pati haud iniuria dicamur, si eum voluntas nostra exitum non sortiatur, quem voluerimus. *Br. in l. Pomponius. n. 16. ff. de negot. geſt. Brl. 2. in pr. n. 12. ff. ſolut. matr. Tir. in tr. de vt. retr. in præfat. n. 25. Menoch in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 1. n. 422. Cacheran. deciſ. 130. n. 7. Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 79. Ioh. Iacob. de Leonard. int. conſ. Bruni conſ. 114. n. 6. per l. vlt. ff. de vſu & habit.*

Vt de damno, quod ob legitimam illi non relictam in eum redundat, dicere in præsentia supersedeam.

Rectè itaq; insertur: satius esse, dispositionem hanc fruſtrà fuisse appositam, dicere, quàm vt damnum, quod inde N. parens, liberiq; eius insontes capiant. Sic quoq; pari ratione, non absq; damno forent, fratres, sororesq; Testatricis, si hoc argumentum, nil fruſtra fieri, eo, vt obiectio vult, modo procederet. Aufertur enim eis hoc ius, quod per fideicommissum iam erant consecuti.

Nec obstat, quod alibi decissim reperiatur: illum damnum non facere, qui ad hereditatem fororis vocatus non est. *Vt in indubitato reſpondit Crau. conſ. 768. n. 9. per l. ſerui legati. ff. de legat. 1. cum ſimilib.* 144

Nam id verum tantum est, respectu earum hereditatum, quæ nobis ex transuersali linea deferuntur: in quib. ius adhuc quæsitum nobis non est, sed quas nobis aliquando obuenturas, spe probabili, non verò necessaria speramus. Aliàs enim damnum pati dicimur, dum nobis eripiuntur transuersalium hereditates: etiamsi adhuc aditæ non sint, in quib. iam quæsitum ius nacti sumus. *Vti ſeipſum Calcaneo præcunte declarat ut ipſe Crauett. con. 759. n. 4.* 145

Iam verò in omnibus illis hereditatibus, quæ nobis fideicommissi nomine debentur, ius quæsitum habemus.

Quantumuis illud fideicommissum, condition em annexam, verbi gratia, si grauatus, sine liberis animam efflarit, habeat *Br. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 3. & 19. & ibi Ripa. n. 11. & 75. ff. de verb. obl. Ruin. conſ. 3. n. 2. verſ. & ſicut. & conſ. 70. n. 11. lib. 1. Crauett. conſ. 749. n. 9.* 146

Nec enim grauato, sed primo constituenti succedimus. *Ruin. d. conſ. 3. n. 2. d. verſ. & ſicut. Simon. de Pract. con. 175. n. 34. Cephal. conſ. 137. n. 42.* 147

Et fideicommissarius, respectu, & intuitu grauati, creditor esse censetur. *vt decidit Graſſ. recept. ſent. §. inſtitutio. q. 23. in fine.* 148

Consequatur itaq; necesse est, nos damnum sentire, sicubi à nobis aufertur sororis hereditas, sub spe fideicommissi debita.

Postremò obiectio quoq; hæc, per id resolui potest, Quod receptam interpretum doctrinam habeamus, qua statuitur, quod melius verba sterilia, inertiaq; remanere, quàm vt quicquam præter morem efficiant, atq; operentur: *Vti autore Socin. decidit Crau. con. 748. n. 4.* *

Quare cum certum sit, quod dispositio de qua loquimur, si ita explicatur, vt aduersarij volunt, nouum quid & insolitum efficiat: nempe quod ob eam, de bonis restitutioni obnoxijs, testari liceat. Consequatur oportet, iuri, æquitatiq; magis congruere, si hæc verba ociosa planè remanserint, quà si illis, eiusce modi quid noui, insolitiq; attribuerimus, &c. Quod si vniuersaliter verum esset: nihil fruſtra fieri debere: quod si item dispositio hæc expressim de testamenti factione loqueretur: non tamen, propterea illâ ipsam dispositionem, ad bona vsq; fideicommissilio subiacentia rectè porrigeremus.

149 Scimus enim verba ad ea astringere oportere, quibus adaptari rectè, & congruè possunt. *gl. in l. si idem cum eodem. §. vlt ff. de iurisd. om. iudic. gl. in l. in rem. §. in omnibus. ff. de rei vindic. Cran. cons. 752. n. 4 per l. heredibus. §. fin. ff. ad Trebell. & l. stipulatio ista. §. hi qui in fin. ff. de verb. oblig. iunct. l. qui furere. ff. de statu hom. & l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de legat. 1.*

Iam verò illa verba: liceat hisce coniugibus, donationem, aut aliam similem dispositionem facere, quæ in pactis dotalibus inserta sunt: Vti se res in præsentia habet, non nisi parti semissi dotis, & iocalium nuptialium, (quippè quæ pars, fideicommisso, per pacta dotalia eximebatur) adaptari possunt: Huic itaq; solummodò parti, dispositionem hanc, etiamsi expresè de testamenti factione loqueretur, applicare poterimus.

Neq; verò hic facesit negocium illud: quod ne sic quidem, in effectu prodesset dispositio hæc: eo quod marito per pacta dotalia, dimidia pars dotis, dimidia item pars rerum donatarum in festiuitatibus nuptialibus data iam sit.

150 Nam etiamsi hoc non diffiteamur: hinc tamen rectè inferri, quod dispositio hæc inefficax planè, atq; iners sit, planè pernegamus: Iuris enim quotidiani est: quod tituli (vt loquuntur) multiplicatio, magni ponderis sit: plurimumq; quandoq; prodesse soleat. *Abb. in c. post electionem. n. 4. per ill. text. ext. de concess. prab. Abb. in c. cum olim. cl. 2. n. 17. ext. de præsul. Felin. in c. in nostra. col. 2. vers. titulus multiplicatur, ext. de refer. Oldrad. cons. 23 n. 3. vers. & videtur. Roman. cons. 433. n. 9. Cr. aucct. cons. 856. n. 13.*

151 Sic res semel mea, amplius mea effici potest, si plenior, aut alio respectu vtilior, posterior fuerit acquisitio. *Domin. de S. Gemuniano in c. cum persona. §. quod si tales. n. 1. per ill. text. de præsul. lib. 6. Tiber. Decian. cons. 100. n. 31. volum. 3.*

152 Sed & rectè stipulor, vt res mihi ex vno contractu debita: ex altero quoq; contractu, mihi deberi incipiat. *l. duo societatem. ff. pro socio. Petr. Stella in l. repetitio. n. 15. ff. de condict. indeb.*

153 Sic denique nemo sanus inficias ibit: quod alius sit titulus, qui ex pactis dotalibus primordium trahit: alius item, qui ex testamento, originem suam deriuat: hic item ille sit plenior, & perfectior: Cum in testamentis plenior interpretatio fieri debeat. *l. in testamentis. ff. de reg. Iur. Tiraq. de vt. retr. p. 2. ad fin. tit. n. 24. Tiraq. in l. boues. limit. 15. n. 1. & seqq. ff. de verb. sign. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 6. vers. quinto. Rayner. Budel. in tr. de re nummar. lib. 2. c. 20 in fin.*

Restat nunc, vt DECIMÆ QVINTÆ quoq; obiectioni respondeamus.

Ea porrò habet, quod in actibus viuentium, fideicommissum rectè non constituatur: quod item pacta dotalia sint actus viuentium.

Quare resoluitur primò, per id; quod 154
etsi nonnulli opinari voluerint, fideicommissorum constitutionem, cum actibus viuentium nihil commune habere, inq; his eam commodè fieri non posse: alteram tamen esse sectam eorum, qui id secùs se habere existiment: quæ plures habet sectatores: proindeq; magis recepta, haud inconuenienter dicitur. *Ita namq; censent Socin. in l. qui Romæ. §. coheredes. n. 19. vers. sicut quando resultat ff. de verb. obligat. Guidelm. Bened. in rep. c. Raynutius. v. si alijs. liberis. el. 2. n. 20. ext. de testam. Franc. Marc. decis. 331. n. 12. p. 1. Ias. in l. stipulatio hoc modo. n. 11. vers. tertio principaliter. ff. de verb. obligat. Fr. Marzar. in tr. de fideicomm. p. 2. n. 11. vers. nihilominus, vbi plerosq; hoc sentire attestatur Castr. cons. 384. n. 1. vol. 1. Alex. cons. 247. n. 4. vers. nec est. volum. 6. Decian. cons. 63. n. 4. cons. 245. n. 7. & 8. & cons. 613. col. 2. Socin. Iun. cons. 185. n. 6. vers. fuit gratiatus. vol. 2. cons. 142. n. 11. vol. 3. cons. 13. n. 14. cons. 14. n. 3. in fine. cons. 80. n. 22. vers. ad instar. cons. 108. n. 40. vers. & summatim & cons. 118. n. 4. vol. 4. Mantua. cons. 47. n. 1. Gratt. cons. 29. n. 17. vers. & protestatio. lib. 2. Rol. a Valle cons. 58. in pr. vol. 3. Grau. cons. 19. n. 8. & cons. 130. ad fin. Curt. Iun. cons. 15. n. 5. vers. secundo principaliter. Tiber. Decian. cons. 55. n. 1. volum. 3. Ias. int. cons. Bruni. cons. 8. n. 33. vers. septimo. Tiraq. in tr. de ut. primig. q. 6. n. 13. Claud. Chisl. de iure fideicommiss. lib. 2. c. 1.*

Quare non priorem illam, sed hanc 155
posteriorem sectabimur. Eò quod iura velint: quod dum Iudicis partibus defungimur, vel de iure respondemus, magis receptam sententiam illi, quæ pauciores sectatores habet, præferre debeamus. *autore Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. in præfat. n. 38.*

Deinde etiamsi prior opinio, crebriori 156
calculo esset approbata: dilui tamen, nihilominus obiectio hæc vlterius posset, per id, quod pacta matrimonialia, si præsertim, his quinq; testes adhibiti fuerint, propius ad voluntatum vltimarum naturam accedant. *Vn autor est grauissimus Sarsenb. in paratitl. n. 4. ff. de pact. dotal. vbi ita iudicatum se meminisse refert.*

Qui tamen quinq; testes, præsentibus pactis adhibiti fuêre.

At fac, regulariter in actibus viuentium, fideicommissa constituti non posse, item pactorum dotalium, & vltimorum arbitriorum, separatam esse rationem: Non tamen hac etiam via euadere poteris.

Nam communis nobis adminiculatur 157
Interpretum traditio, quæ vult: quod quic- *
quid sit, hac in parte, respectu aliorum contractuum, & conuentionum, gaudeant attamen sua prærogatiua pacta dotalia: quodq; in ijs fideicommissa, iure non refragante, constituantur: & ita quidem constituantur, vt de talibus fideicommissis, ex pactis dotalibus prodeuntibus, Trebellianicam detrahere non liceat. *tradentibus Bl. ad rubric. n. 9. C. de* reuo-

de reuocand. hu , quæ in fraud. credit. Romano in l. postulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. obligat. Berengar. Ferdinand. in l. in quartam. n. 239. ff. ad l. Falcid. Graff. in lib. recept. sentent. §. Trebellianica. q. 5. n. 5. Matz. ar. an tr. de fideicommiss. d. p. 2. n. 11. in fin. dum ad Berengar. Ferdinand. remittit.

Ex quibus Berengarius hanc sententiam contradictorem nō habere asserere ausus est.

Cessat itaque DECIMA QVINTA obiectio.

Iam nunc ad DECIMÆ SEXTÆ obiectionis refutationem, nos conferemus.

Ibi autem non abnegamus, fideicommissum, per pactum expressum, quem à se abdicare posse:

Sed de eo quæritur, an ne hîc interuenerit, conuentio vlla, etiam tacita, qua ius fideicommissi remittebatur. Et interuenisse nemo vnquam edocere poterit.

Nam etsi donationem inter sese facere, aut aliam similem, dispositionem, coniugibus de quibus res est, integrum erat, hinc tamen male, ad aliquam fideicommissi renunciationem infertur.

Quinimò quo sensu dispositio hæc accipienda sit, superius iam demonstratum est.

158 Et quo clariùs adhuc res eluceſcat, addamus & illud, quod communiter inter Interpretes receptum sit: quod etiam hæc verba: renuncio iuri fideicommissi mihi debiti: non extendantur ad fideicommissum conditionale vsq; *Ita Br. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 17. ibi Ias. n. 59. Rip. a. n. 44. & DD. ff. de verb. obligat. Nicol. Boër. decis. 147. n. 10. qui alios complures in id allegat, & commune esse placitum attestatur. Gomez. variar. resol. lib. 2. c. 11. n. 28. vers. stetit etiam. Cacher. dec. 112. n. 14. Mozz. in tr. de contract. Rubr. stipulatio pura. n. 23.*

159 Iam verò fideicommissum istud, quod in pactis dotalibus continetur: fideicommissum conditionale est, cum post mortem demum grauatæ absq; liberis, debeatur. Fideicommissum autem quod post mortem alterius demum confertur: sub conditione relictum esse censetur. *Br. in l. heres meus. n. 1. ff. de condit. & demonst. Ias. in l. si post mortem. §. purè. n. 7. ff. de legat. 1. Dec. cons. 15. n. 2. Cardin. Parisi. cons. 19. n. 2. volum. 2. Burs. at. cons. 170. n. 41.*

Non includetur itaq; id generis fideicommissum, etiam in illo pacto, in quo generalis fideicommissorum mentio fiebat: & quandoquidem illud pactum, quod in pactis dotalibus legitur: huius adhuc efficaciæ minimè sit: restat, vt concludamus: illo ipso pacto, longe minus fideicommissi renunciationem introductam esse. Si enim id, de quo magis videbatur, non inest: non inerit quoq; id, de quo minus. *Euer. in topan. loc. à maior. n. 1. Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declarat. 10. n. 25. Odd. in tr. de rest. in int. q. 1. n. 67. vbi communem dicit.*

160

Et vt tandem thema, de quo agimus, absoluamus, parui quoq; momenti DECIMA SEPTIMA, eademq; vitima obiectio est. Lubens enim concesserim, id verum esse: quod in dubijs casibus pro testamento iudicandum sit:

At interim abnuo planè, nos hîc in casu dubio constitutos esse, ob multiplices illos, quos hactenus annotauimus, præsentis testamenti defectus.

Quod cum ita sit, reliquum tantum illud sit, præsens testamentum irritum, caducumq; fieri. Dubium enim non est, quin ea pro infectis habenda sint, quæ iure reclamante fiunt. *l. non dubium. C. de ll. c. quæ contra ius de reg. Iur. lib. 6. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 1. n. 8. ff. de verb. significat.* 161

Quod tum in alijs, tum verò potissimum in testamentis obtinet, veluti in quibus minimum quodq; ex substantialibus negligetur, totas tabulas irritas facit. *Bolognet. in l. nemo. n. 74. & 88. ff. de legat. 1. Danth. in tr. de testament. n. 477.* 162

Quod si adhuc in casu ambiguo versamur: iustè tamen reponeretur illud: quod in rebus dubijs, fideicommissa quoq;, benigna interpretatione adiuuanda sint, ne intercidant. *l. Titia cum testamento. §. Lucius. ff. de legat. 2. l. cogi. & l. Sceuola. ff. ad S.C. Trebell. Mantu. intr. de conuell. vlt. volunt. lib. 10. tit. 1. n. 5.* 163

Nec obstat, quod aliqui sint, qui illo demum casu, fideicommissa fauorem coniunctum habere: quodq; consequens est interpretatione benigna adiuuanda esse, existiment: cum relinquuntur, vt familiæ, & generi sua dignitas, & opulentia sarta tecta maneat. *Menoch. cons. 97. n. 117. volum. 1. & cons. 117. n. 36. vol. 2. Burs. at. cons. 460. n. 51. vol. 4. Cephal. cons. 137. n. 40. vol. 1. cum similib.* 164

Vndè consequens esse videbatur, præsens fideicommissum fauore dignum non esse, veluti, quod, vt familiæ sua dignitas constaret, factum non est. Etenim nullum fideicommissum, ad quod simul masculi, & feminæ vocati sunt, quale hoc nostrum est, in eum finem vt familia conseruaretur, constitutum esse, iudicabitur. *Iradente in iudiuiduo Cardin. Paris. cons. 60. n. 50. vol. 2.* 165

Quippe femina familiæ suæ caput, & finis est. *l. pronunciatio m fine. & ibi Alc. ff. de verb. signif. Tiraq. de ll. conuub. l. 1. n. 31. Arimi. Pinel. in l. 3. n. 29. C. de bon. mat. Couarr. Var. resol. lib. 3. c. 5. n. 5. vers. tertio. Borch. in tr. feud. s. 7. p. 2. n. 78. Rol. à Valle cons. 82. n. 16. volum. 3.* 166

Et non nisi per masculos familiæ conseruantur: *Bl. in l. maximum vitium. n. 9. C. de lib. præter. Burs. cons. 337. n. 69. vol. 3. & ad cons. 460. n. 48.* 167

Quod enim respondeatur in promtu est: nempè generalitatem. *l. Titia cum testamento. §. Lucius ibi: non sic interpretandam scripturam, de qua quæritur, vt fideicommissum inutile fiat. ff. de legat. 2. item l. cogi. ibi in ambiguo magis de succes-*

successione sensum, ne intercidat fideicommissum. ff. ad S. C. Trebell. l. Scævola : ibi benigna interpretatione placet. ff. eod. tit. & Inst. de fideicommiss. heredit. in pr. ibi tantumq; eorum favor factus est, &c. hanc distinctionem non ferre, proindeq; concludendum esse : fideicommissa semper, & vbique fauorem connexum habere. *pro vt hoc in individuo scriptum reliquit Marzar. in tr. de fideicom p. 2. n. 7. Graff. lib. recept. sentent. §. fideicommissum. q. 2. vers. contrariam.*

169 Quorsum & illud pertinet: tunc quoq; tum fratres defuncti in medio sunt, interpretatione fideicommissum adiuuare, nihilominus oportere. *Br. de l. Scævola. per ill. text. ff. ad Trebell. Mantic. d. tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 1. n. 5.*

170 Ceterum quod plures Doctores in aliud iuerint, curandum non est. Vbi enim textum habemus, Doctorum, Glossatorumq; autoritates, insuper habendæ sunt *Vt resolut Marzar. in d. tr. de fideicom. d. p. 2. n. 7. in fine.*

171 Sed & illa communis opinio, quæ textibus dilucidis, atq; claris, aduersa est, nil pensi habenda est. *Anton. Mar. Corat. in tr. de comm. opin. lib. 2. tit. 9. n. 135. & seqq. sun. trad. Marzar. d. p. 2. d. n. 7. in fine.*

Omnibus itaq; iam apparere arbitror, quod omnia fideicommissa, illa etiam, quæ ad familiarum conseruationem non pertinent, fauore prosequenda sint.

Maximè cum & illud hic accedat: quod 172
heres scriptus, in præsentia certer de lucro non amittendo: fideicommissarij verò de damno vitando: *Crauett. cons. 759. n. 4. iunct. ijs, quæ ij ipse scriptum reliquit. cons. 749. n. 9.*

Damni verò, & lucri dispar ratio sit. 173
Crauett. cons. 842. n. 4. cons. 936. n. 33. & cons. 957. n. 8.

Vnde tolerabilius semper esse censeatur, quem à lucro submoueri, quàm indebitè damno affici. *Crau. cons. 858. n. 8.*

Nam hinc haud ineptè ratiocinabimur, 174
omninò hic pro fideicommisso pronunciandum esse: vtpote cum agatur de fideicommisso conseruando, & tutando: nec non simul quoq; de damno auertendo. Certum autem sit duas rationes vnicam vincere, ateq; superare. *l. cum in adoptiuis in pr. & ibi. Bl. C. de adoptiuis. c. suggestum ext. de iure patron. Ludouic. Rom. cons. 477. n. 14. Crau. cons. 963. n. 17. Hieron. Gabr. cons. 127. n. 16. volum. 2.*

Hanc thematis huius resolutionem, veram, iuridicamq; esse putarim. Id quod pace aliorum, rectius me, qui sentiant, fiat: F. P. D.

Idem responderunt, Dominj Juridicæ Facultatis, quæ Rostochij, & Lipsiæ est, Doctores. Tandem verò tabulæ testamentariæ, rescindebantur, & maritus Baro à S. septem millia, quingenta Ioachimorum, parenti, & fratribus defunctæ coniugis restituebat: legata item omnia, ab vxore relicta, 3000. florenorum summam adæquantia, solus dissoluebat. Reliqua verò, ei relinquebantur.

CONSILIVM II.

SVMMARIVM.

1. *Verba*: fallen vnd sincken: *respondent verbo latino, remittere.*
   Item inferunt priuationem. *ibid.*
2. *Remittere est dare.*
3. *Prius meipsum eo, quod alteri do.*
   Res vna duorum, vel ratione dominij vel possessionis esse nequit. *ibid.*
4. *Priuatio præsupponit habitum.*
5. *Verba omnia per prius, & non per posterius intelligenda.*
6. *Pactum non extenditur, vltrà personas pacisentes.*
7. *Transactio non extenditur, vltrà personas transigentes.*
8. *Verba generalia, generaliter intelligenda.*
9. *In præfationibus dicta, in omnibus sequentibus repetita censentur.*
10. *Dispositio tota, intelligi debet, de persona, ab initio nominata: si præter personam ab initio nominatam, nullius præterea memio facta fuerit.*
11. *Responsio censetur facta, ad interrogationem præcedentem.*
12. *Transactio censetur secuta, ratione instituæ litis, & petitionis.*
13. *Transactio generalis, restringitur ad personas, inter quas erat controuersia: item ad lites, quæ tum temporis mouebantur.*
14. *Generalitas sermonis, prolati vltimo loco, restringitur ex iis quæ in præcedentibus, in specie dispositis, leguntur.*
15. *Interpretatio ea mala est, quæ pugnat, cum verisimili mente disponentis.*
16. *Verisimile quod non est, falsitatis imago est.*
17. *Transa-*

17. *Transactionem factam esse, cum non contendentibus, verisimile non est.*
18. *Transactionem cum contendentibus fieri, verisimile est.*
19. *Persona nunquam extrinsecus subauditur.*
20. *Introducta in vnum finem, non debent operari contrarium.*
21. *Transactionis substantia tota in eo versatur, vt aliquo dato, vel retento, lis, vel iam mota, vel quam motum iri timebatur, tollatur.*
22. *Obligatio fit grauior, personæ nouæ accessione.*
23. *Creditor diu ab exactione sese abstinens, creditor non esse aut malam fouere causam creditur.*
24. *Interpretatio contra eum in dubio fit, qui legem apertius dicere potuit.*
25. *Heredis appellatione, in feudo antiquo, linea descendente desinente, venit is, quem in linea collaterali, nemo antecedit.*
26. *Pactum de non petendo introducitur eo ipso, quod creditor, debitori restituit, cautionem debiti nomine traditam.*
27. *Liberatus semel, posthac missum faciendo.*
28. *Protestatio conseruat, sine protestantis.*
29. *Taciturnitas facit amitti, iure tacentis.*
30. *Effectus astringitur à sua causa.*
31. *Causa dominator, & rex est, quarumlibet dispositionum.*
32. *Causa potius præsumitur impulsiua, quàm finalis.*
33. *Causa impulsiua effectum non moderatur.*
34. *Causa finalis, probatur ex eo, quod in primordio dispositionis ponitur.*
35. *Causa, quando potius impulsiua, quàm finalis præsumatur.*
36. *Effectus, ad quem pertineat inspiciendum, & non ad quem verba referantur.*
37. *Interpretatio ita facienda, ne hinc tertius, detrimenti quicquam sentiat.*
38. *Principis concessio, in tertij vsq; præiudicium non extendenda.*
39. *Donatio requirit mandatum speciale.*
40. *Remissio debiti liquidi, est donatio.*
41. *Actus quilibet perficitur, si adsit voluntas & potestas, ipsum actum peragendi.*
42. *Prouerbium: de tuo largitor puer.*
43. *Inciuile est, quem re, & precio, simul frui.*
44. *Donatio nunquam præsumitur, quoties alia coniectura capi potest.*
45. *Fatuitas potius, quàm donatio præsumitur.*
46. *Error potius, in facto proprio præsumitur, quàm donatio.*
47. *Donatio vt excludatur, sufficit quelibet alia coniectura.*
48. *Donatio præsumitur, ob affinitatem & personarum coniunctionem.*
49. *Interpretatio l. procula. ff. de probat.*
50. *Frater, & soror, in primo, principioq; cognationis gradu constituuntur.*
Frater & soror, dicuntur dulcissimi.
ibid.
51. *Frater & soror dicuntur charissimi, & quare.*
52. *Amor inter affines, tam vehemens non est, vt est, inter fratrem & sororem.*
53. *Causa affinitatis cessante, cessat quoq; effectus affinitatis.*
54. *Matrimonium adhuc, inter affines prohibitum est, quamuis illa persona, qua mediante, affinitas conciliabatur, sit mortua.*
55. *Societas est quædam species fraternitatis.*
56. *Donatio facilius introducitur, inter fratrem & sororem, qui prater illam, sanguinis coniunctionem, socy quoq; sunt, certa alicuius negociationis.*
57. *Donatio vt præsumatur, plura simul interuenire oportet.*
58. *Interpretatio reijcienda, qua absurdi quicquam secum trahit.*
59. *Donatio nunquam præsumitur, in actu aliquo, cum femina celebrato.*
60. *Femina omnes creduntur anatæ.*
61. *Donatio quingentis solidis maior, absq; insinuatione nulla est.*
62. *Remissio debiti, proprie est donatio.*
63. *Dare & donare differunt.*
64. *Insinuatione opus est, in remissione debiti, maioris solidis quingentis.*
65. *Transactiones excogitatæ sunt, vt lites finirentur.*
66. *Insinuatione in remissis vel donatis per transactionem, ob litis euentum dubium, opus non est.*
67. *Donatio simplex, ex mera liberalitate proficiscitur.*
68. *Donatio ob causam, semper complectitur in se causam, vel expressam, vel tacitam, ob quam donans, ad donandum commouetur.*
69. *Insinuatio cessat, in donationibus ob causam.*
70. *Insinuatio non minùs rectè per donatorium, quàm donatorem petitur.*
71. *Insinuatio potest peti, longo interuallo, post perfectam iam donationem.*
72. *Impedimentum non cessat, etiamsi una, ex pluribus causis impeditiuis cesset.*
73. *Effectus non cessat, cessante una ex pluribus causis impeditiuis.*
74. *Insinuatio peti nequit, si iam vel donatarius vel donator, mortem obierit.*
75. *Insinuatio, amplius iure non petitur, si iam de nullitate agi, cœptum erat.*
76. *Veritatem rei, de qua controuertitur, nemo melius scit, quàm is, qui illam gessit, condidit, scripsit.*
77. *Interpretatio actus, præ reliquis omnibus, ab illo petenda, qui illum actum fecit.*
78. *Testi vnico, credendum non est.*
79. *Etiamsi is sit, Cardinalis Ecclesiæ Romanæ.*
80. *Cardinalis æquiparatur regi.*
81. *Consiliarij principum, vt plurimum sunt personæ nobiles, vitæq; probatæ.*
82. *Consiliarij, sunt pars corporis principis.*

83. *Personam, quam semel approbaui, postea reijcere nequeo.*
84. *Contractum, cui licet mente concipere, & formare, & posteà in scripta referre, eidem contractus verba nonnulla interpretari, multò magis licebit.*
85. *Indignum est, eum, cui totius rei summam concredideris, arcere, à certi alicuius articuli explicatione.*
86. *Declarator negocij, & testis differunt, & declarator solus fidem facit.*
87. *Agrimensor solus plenè probat.*
88. *Notarij declaratione statur super ambiguitate, quæ oritur ex instrumento, ab ipso confecto.*
89. *Notarij plerunq; sunt patres ignorantiæ.*
90. *Notariorum imperitia, destruit totum mundum.*
91. *Notarij vim & potestatem clausularum, non callent, sed more psittacorum, vocem edunt, & sine mente sonum.*
92. *Consiliarij principum sunt illustres.*
93. *Et pars corporis principis.*
94. *Et in eo ordine constituti, in quo, seipsum numerat princeps.*
98. *Consiliarij persona, est nobilis & probata.*
96. *Testis vnicus plenè probat in ijs, quæ ipse gesserat: si inde commodi, vel incommodi sperare potest, adsint prætereà adminicula alia.*
97. *Contrarium.*
98. *Conciliatio.*
99. *Testi non iurato non creditur.*
100. *Testi vtriusq; partis consensu accedente, iuramentum remitti potest.*
101. *Respondens de iure, regulariter cogitur iurare: nisi aliud suadeat, personæ legalitas, & integritas.*
102. *Nobilis omnis præsumitur virtuti, & vrbanitati deditus.*
103. *Testis, qui non iurato deposuerat, facit aliqualem præsumtionem, si maximè aliâs, vitæ integer fuerit.*
104. *Confessio partis, omnium probationum fortissima,*
105. *Priuatio non semper præsupponit habitum.*
106. *Absolutionem ab excommunicatione petens, non fatetur ob id, se fuisse excommunicatum.*
107. *Remittere litem non est dare.*
108. *Debitor is propriè dicitur, qui inuitus ad solutionem cogi potest.*
109. *Pacta debitorum, non afficiunt creditores:*
110. *Præmissarum alterutra falsa, totum concidit argumentum.*
111. *Transactio in causa communi, nocere & prodesse omnibus solet.*
112. *Præsumtio cedit veritati.*
113. *Coniecturis, in claris non est opus.*
114. *Frustra nil fieri debet.*
115. *Argumentum, nil frustrà fieri, fragile admodum.*
116. *Familiarum dignitas, absq; diuitijs consistere nequit.*
117. *Familiam quisq; suam, & meritò conseruatam cupit.*
118. *Familia collabente, nomen ad posteros, transmitti nequit.*
119. *Argumentum à combinatione duarum legum validum.*
120. *Spes succedendi, leuis interesse existimanda non est.*
121. *Successio in hereditatibus ab intestato, prima, linea descendente deficiente, est parentum vtriusq; sexus, in allodialibus.*
122. *Successio in feudalibus, est agnatorum proximiorum.*
123. *Heres præstat factum defuncti.*
124. *Solutione, & non disputatione, tollitur obligatio.*
125. *Actus frustrà, vt partes se inuicem illuderent, factus non præsumitur.*
126. *Hereditas est successio, in vniuersum ius defuncti.*
127. *Assistens is dici nequit, qui nomine proprio, actus alicuius celebrationi interuenit.*
128. *Argumentum à coniugatis, seu deriuatis validum.*
129. *Assistens, ab assistendo dicitur.*
Nomen, cui non conuenit ei multò minus ipsa res, conuenire potest. ibid.
130. *Testamenti pars vna, per alteram declaratur.*
131. *Contractus pars vna, per alteram declaratur.*
Argumentum ab vltimis voluntatibus, ad contractus validum ibid.
132. *Scire non dicitur, qui rei causas ignorat.*
133. *Exceptio tua non interest, impedit litis ingressum.*
134. *Pactum, quo conuenitur, vt pecunia ex feudo redacta, in feudi emtiones, denuò conuertatur, validum est.*
135. *Causa ostendit, quale sit causatum.*
136. *Transactum, non nisi cum his videtur, qui iam litem mouissent, vel paulò post mouere & quidem iure poterant.*
137. *Exceptio iuris tertij non est releuans.*
138. *Exceptionibus an quis vsus sit, non est inspiciendum, sed an iure vsus sit.*
Factum quod est, non venit in considerationem, sed an iure factum sit. ibid.
139. *Persona extrinsecus rectè subauditur, quoties hinc, actus qui gerebatur euersio, non consequitur.*
140. *Transactio de re clara, & perspicua, nulla est.*
141. *Transactio, quæ sit de re iudicata, frustrà suscipitur.*
142. *Transactio de re liquida, dolo extorta creditur.*
143. *Transactio rei liquidæ non sit valida, etiam consensu partis vtriusq; accedente.*

144. *Argu-*

144. *Argumentum à communiter accidentibus, valet.*
145. *Lites execrari, atq; fugere, viri boni est.*
146. *Hæreditatis additioni, spacio triginta annorum præscribitur.*
147. *Transactio nulla, ius agendi non præstat.*
148. *Ex transactione, stipulatione munita, agitur: sed vi stipulationis.*
149. *Actio ex stipulatu, est personalis.*
150. *Conditio certi est specialis.*
151. *Actioni personali, triginta tantum annorum spacio præscribitur.*
152. *Præsumtio debilior, absorbetur per fortiorem.*
153. *Præsumtio quæuis fortissima, partis ipsius confessione tollitur.*
154. *Præsumtio iuris & de iure, partis ipsius confessione in contrarium, eludit.*
155. *Retortio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*
156. *Dissonens non censetur id voluisse, quod verbis non expressit.*
157. *Verba ambigua, contra proferentem interpretanda esse, in dubio tantum, locum habet.*
Doctoris dictum, intelligi debet, secundum legem, quam allegat. ibid.
158. *Verborum ambiguorum interpretatio contra proferentem non fit, quoties aliqua adest, id volens verisimilitudo.*
159. *Verba, quæ quis nomine alterius conscripserat, in proferentis præiudicium, interpretanda non sunt.*
160. *Loquitur obscurè, aut ambiguè, qui regulam iuris secutus est, recte non dicimus.*
161. *Interpretatio verborum ambiguorum, aduersus illum fieri nequit, qui pro se iuris regulam habet.*
162. *Pactum de non petendo, non oritur ex cautionis restitutione, quoties ea fit, ab alio, quam ab ipso creditore.*
163. *Item si fiat, absq; vllius conditionis appositione.*
164. *Alieni agentium, vltra eorum intentionem operari non debent.*
165. *Argumentum à maiori validum.*
166. *Pactum de non petendo tacitum, ex cautionis redditione, expirat eo ipso, quod creditor paulò post, contra debitorem agere cœpit, quàm instrumentum cautionis restituisset.*
167. *Remissionis debitæ præsumtio, ex instrumenti redditione exorta, toties cessat, quoties alia contestura recte capitur.*
168. *Expressum excludit tacitum.*
169. *Prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.*
170. *Voluntas probatur, etiam ex actibus imperfectis.*
171. *Protestationes ad ius protestantis conseruandum, adinuenta.*
172. *Tacens non videtur consentire in ijs, quæ alicuius sunt præiudicij.*
173. *Argumentum ab arbitro, ad arbitratorem valet.*
174. *Arbiter nihil agit, dissonens de ijs, de quibus in ipsum compromissum non fuerat.*
175. *Petitio ad reductionem arbitrij boni viri, semper locum habet, adsensus arbitramentum inutilem.*
176. *Et non præscribitur illi, nisi triginta annis.*
177. *Arbitrator sine amicabile compositor, vni partium aliquid adimere, & alteri addicere potest.*
178. *Sed id tamen modicum sit oportet.*
179. *Filius & pater, vna, & eadem persona censentur.*
180. *Vox filij, vox patris & è diuerso.*
181. *Ius representationis, quo fratrum defunctorum liberi, cum fratribus superstitibus succedunt, est fauore dignum.*
182. *Ius representationis est iuris diuini.*
183. *Et naturalis.*
184. *Odia restringere fauores ampliare oportet.*
185. *Affectio, affectio addenda non est.*
186. *Inciuile est, eos successione priuare, qui alias contristati ob obitum suorum iam erant.*
187. *Ius representationis locum habet in fideicommissis.*
188. *Feuda per omnia, fideicommissis exæquata sunt.*
189. *Argumentum, ab æquiparatis validum.*
190. *Ius representationis locum habet, in emphyteusi.*
191. *Argumentum ab emphyteusi, ad feudum, valet.*
192. *Et quando id verum sit.*
193. *Ius canonicum prouidet ciuili, in causa augendæ feudalium accessione.*
194. *Ius representationis, locum habet iure Canonico.*
Ius representationis locum habet, in iure patronatus. ibid.
195. *Ius representationis locum habet in feudis.*
196. *Inuestitura prima, radix, & fundamentum reliquarum omnium.*
197. *Ex tenore inuestituræ lites feudales potissimum diffinienda.*
198. *Feudorum natura derogatur, pactis inuestituræ comprehensis.*
199. *Clausula, in principio, medio, vel fine posita, nunquam trahitur ad ea, quæ suam peculiarem diffinitionem iam acceperant.*
200. *Ius representationis, tunc quoq; locum habet, cum ad successionem vocantur proximiores.*
201. *Quod extenditur. vt ibi. & n. 202.*
203. *Ius representationis locum habet tunc quoq; cum secundum gradus prærogatiuam, proximiores vocantur.*
204. *Contrarium magis communiter tenetur.*
205. *In Lusatia inferiori viget ius Saxonicum.*

206. *Iura loci, vbi bona sita sunt, vt lites rectè dirimantur, ante omnia apprimè consideranda.*

207. *Ius repræsentationis, secundum ius Saxonicum, locum habet etiamsi adsit clausula: salua gradus prærogatiua.*

208. *Ius Saxonicum, nullam agnoscit gradus prærogatiuam, in successione feudali collateralium: sed omnia metitur ex simultanea inuestitura.*

209. *Ius repræsentationis, secundum ius Saxonicum, in allodialibus locum non habet.*
Ius Saxonicum, quo ad successionem in allodijs, constituit fratrem, semper in secundo: & fratris filium, in tertio gradu. ibid.

210. *Confessio partis plenam & sufficientem inducit probationem.*

211. *Inuestitorum simultaneè, portiones sunt æquales, in feudi successione.*

212. *Etiamsi affuerit clausula, qua ad superstites, feudum, vnius, ex simultaneè inuestitis, deuolutum, spectaturum disponitur.*

213. *Nepotes ex fratre, succedunt in feudorum, & allodiorum successionibus, cum patruis in stirpes, & non in capita.*

214. *Pro iure repræsentationis, in dubio quoq; casu, pronunciandum.*

215. *Regula qui nititur, fundatam habet intentionem.*

216. *Ius repræsentationis regulariter locum non habet.*

217. *Ampliatur.*

218. *Probatione is aggrauatur, aduersus quem, stat iuris regula.*

219. *Ius repræsentationis, iure etiam nouissimo, in duobus tantum casibus locum habet.*

220. *Patrueles dicuntur, filij duorum fratrum,*

221. *Ius commune locum habet, in omnibus casibus, vbi aliud non statuerat expressim ius feudale.*

222. *Successio feudalis, regulatur secundum successionem allodialium, quoties difformitas iuris feudalis, & iuris communis, hac in parte, non reperitur.*

223. *Ius repræsentationis locum quoque in feudalibus, exceptis casibus duobus, non habet.*

224. *Ius repræsentationis vbi cessat, ibi successio est eius solius, qui gradu est proximior, tam in feudalibus, quàm allodialibus.*

225. *Patruus in tertio gradu est constitutus.*

226. *Patrueles, rectè quoque fratrueles dicuntur.*

227. *Patrueles sunt constituti in quarto gradu.*

228. *Successio pariter eorum est, qui in pari gradu constituti, reperiuntur.*

229. *Proximus quis rectè dicatur.*

230. *Exclusus semel, in perpetuum manet exclusus.*

231. *Ius primogenituræ, defertur descendentibus primogeniti, & non secundo genito.*

232. *Patruus excludit patruelem, in successione nepotum ex fratre.*

233. *Quod & in feudis obtinet.*

234. *Nec non de iure Saxonico quoq;.*

235. *Dubitare de eo, quod lege decisum extat, aut ex communi Doctorum traditione, clarum est, ingenij inertis est.*

236. *Opinio communis, legi est exæquata.*

237. *Legem ita scriptam esse, sufficit.*

338. *Fictio omnis restringenda est, nec vltra casus expressos extendenda.*
Pater & filius quomodo vna persona sint. ibid.

239. *Verbum intelligitur, nota fictionis est.*

240. *Fictionis notis duabus simul iunctis, ostenditur improprietas summa.*

241. *Res duæ, reuera vnum esse non possunt, in omnibus ijs, quæ sub sole sunt.*

242. *DEVS solus reuera trinus & vnus est.*

243. *Pater & filius, ibi tantum vna persona esse censentur, vbi lex id expressit.*

244. *Patrem & filium in successionibus pro vno iudicari, lex non prospexit.*

245. *Argumentum a lege cessante valet.*

246. *Ius repræsentationis locum non habet, nisi in casibus expressis.*

247. *Vox filij tunc censetur vox patris, cum filius in potestate paterna adhuc, persistit.*

248. *Mors omnia soluit.*
Vbi agitur de iure repræsentationis, ibi patriam potestatem defuisse omninò oportet. ibid.

249. *Mors dissoluit potestatem patriam.*

250. *Ius repræsentationis, quatenus ad ius diuinum, & naturale pertineat.*

251. *Ius repræsentationis, in linea collaterali, ex priuilegio speciali, introductum est: & ad ius naturale, & diuinum, hoc casu non pertinet.*

252. *Hereditates ascendentium, ipso naturæ ductu, descendentibus debentur.*

253. *Hereditates collateralium, instinctu naturæ, non debentur collateralibus.*

254. *Querela testamenti inofficiosi, fratri & sorori non datur, nisi personis turpibus, heredibus scriptis*

255. *Non entis, nullæ sunt qualitates.*

256. *Qualitatum priuatio ibi datur, vbi datur subiecti priuatio.*

257. *Hereditatem luctuosam, alicui non auferendam, quomodo intelligatur.*

258. *Doctoris dictum, secundum legem, quam allegat intelligendum.*

259. *Speciale aliquid dicere, at rationem non assignare cur speciale sit, miserorum refugium est.*

260. *Here-*

260. *Hereditas filij, matris respectu, luctuosa dicitur.*
Mater ante partum onerosa, in partu dolorosa, post partum laboriosa. ibid.

261. *Collaterales sæpius, vultu ficto tegunt lætitiam, quam ob delatam illis hereditatem collateralis, conceperant.*

262. *Vir & vxor vna caro.*

263. *Vir & vxor vnum, & idem.*

264. *Vxor sæpius, ob mariti mortem gaudet, quã quod illam lugeat.*

265. *Vxoribus haud rarò, maritorum hereditates, luctuosè non obueniunt.*

266. *Substitutus pupillariter, id rescire non debet, viuente adhuc eo, cui substitutus est, ne fortè illi, vitæ insidias struat.*

267. *Heredis fletus, sæpius sub persona risus est.*

268. *Ius repræsentationis locum non habet in fideicommissis.*

269. *Ius repræsentationis locum habet in fideicommissis, quæ descendentibus, aut collateralibus, intra tertium propinquitatis gradum constitutis, deferuntur.*

270. *Ius repræsentationis, in emphyteusi locum non habet.*

271. *Opinioni magis receptæ, in consulendo, & iudicando inhærendum.*

272. *Argumentum ab emphyteusi, ad feudum, quando procedat.*
Feudi appellatione venit tantum feudum verum & proprium. ibid.

273. *Feudum non potest constitui in pecunia.*

274. *Ius Canonicum præfertur ciuili, in causis feudalibus decidendis, ob interueniens iuramentum fidelitatis.*

275. *Iuramentum fidelitatis, vbi cessat, ibi quoq; ius Canonicum, ad feuda quod attinet, iuri ciuili non præualet.*

276. *Ius patronatus ecclesiasticum, & feuda sunt diuersa.*
Argumentum à separatis non valet. ibid.

277. *Ius patronatus Ecclesiasticum proprio iure fruitur, cui nec ius patronatus libertorum subiacet, tantoq; minus feuda.*

278. *Ius repræsentationis non habet locum in iure patronatus libertorum.*

279. *Omne qui dicit, nihil excludit.*

280. *Clausula, salua gradus prærogatiua, est præstantior illa, qua tantum proximiores vocantur.*

281. *Nomine quæ differunt, etiam reipsa differunt, nisi lex inter illa, exæquationem fecerit.*

282. *Ius repræsentationis locum non habet, in dispositione hominis, qua vocantur, ad successionem proximiores.*

283. *Feudum est contractus nominatus.*

284. *Inuestiens, dicitur de feudo contrahere.*
Feudum absq; inuestitura non constituitur. ibid.

285. *Feudum propriè non est contractus, sed beneficium, ex quorundam sententia.* ibid.

286. *Ius repræsentationis de iure Saxonico, an remoueatur, quoties adest clausula: salua gradus prærogatiua, dubium est.*

287. *Opinio illa amplectenda, quæ fauet iuri communi.*

288 *Opinio quæ fauet iuri communi benignior est.*

289. *Legem rei suæ, quisq; dicere potest, quam vult.*

290. *Voluntas disponentium, principem vbiq; locum obtinet.*

291. *Verba sunt notæ passionum animi.*

292. *Nihil est, quod mentem nostram, rectius conspiciendam aperiat, quàm qualitas inspecta verborum.*

293. *Scriptura & lingua, cordis sunt instrumentum.*

294. *Affectio non omnis, promanat ex coniunctione sanguinis.*

295. *Causam vnam ex pluribus remanere satis est.*

296. *Actiones & iura, tertiam quandam, & à bonis mobilibus, & immobilibus separatam, bonorum speciem constituunt.*

297. *Actiones & iura, in loco non circumscribuntur.*

298. *Actiones inhærent ossibus creditoris.*

299. *Iura loci, domicilij creditoris, & non loci hereditatis, sunt inspicienda, etiam in successionibus, si in hereditate, nihil aliud sit, quam iura & actiones.*

300. *Determinatio plura respiciens determinabilia, ea vniformiter determinare debet.*

301. *Inuestitura ante omnia consideranda, in controuersis feudalibus.*

302. *Confessio nullius momenti est, respectu eius, quod in confitentis potestate, non est situm.*

303. *Inuestituræ tenor, per solum vasallum immutari nequit, tantoq; minus euerti totus, nisi accesserit consensus domini feudi, & reliquorum omnium, quorum interest.*

304. *Dominus feudi, inuestiturarum formulas immutare nequit, sed id faciens, creditur errore deceptus.*

305. *Ex inuestituræ mutatione, à domino, vasallo inuito, aut ignorante facta, vasallus nil detrimenti extimescat.*

306. *Inuestitura simultania, principem de iure Saxonico obtinet locum, in feudalibus: & æquè admittit remotiores cum proximioribus.*

307. *Inuestitura de feudo nondum emto, vel simili modo constituto, iure non fit.*
Inuestitura est possessio. ibid.

308. *Possessio rei, nondum in natura existentis, nulla est.*

309. *Nec pedes, nec sedes poni possunt, in re, nondum existenti.*

310. *Possessio dicitur, à pedum, vel vt alij volunt, à sedium positione.*

311. *Simultanee inuestire, non succedunt pariter, si apposita sit clausula: salua gradus prærogatiua.*

312. *Etiam de iure Saxonico.*

313. *Pro iure representationis, quando, in dubio iudicandum sit.*

314. *Actori non est faciendæ editio, à reo.*

315. *Actor probationes, in promtu habere debet.*

316. *Actor debet probationes, ex domo propria producere.*

317. *Inciuile est, cogere ad editionem instrumentorum partem aliquam, quibus exhibitis subripi negocium faceret.*

318. *Actore non probante, reus absoluitur.*

319. *Actor ipse, non potest cogi, ad exhibitionem eorum instrumentorum, quæ nondum in iure producta fuerant.*

320. *Iuramentum in litem cessat, in stricti iuris actionibus.*

321. *Conditio certi specialis, ex mutuo, est stricti iuris.*

322. *Conditiones omnes, sunt stricti iuris.*

323. *Iuramentum in litem, habet locum in actionibus arbitrarijs.*

324. *Diffinitio cui non competit, nec diffinitum.*

325. *Actio arbitraria quid.*

326. *Et n. 326.*

327. *Iuramentum in litem, non datur, nisi ob dolum.*

328. *Iuramentum in litem, non datur, ob culpam latam.*

329. *Nec ob dolum præsumtum.*

330. *In nobilibus cessat, omnis doli, fraudisq; suspicio.*

331. *Nobili, ob doli, fraudisq; suspicionem cessantem, tota curia, loco carceris, assignari potest.*

332. *A dolo excusat, qualibet causa, etiam iniusta & futua.*

333. *Iuramento in litem, vt locus concedatur, oportet, vt præter dolum adsit, probandi quoq; difficultas.*

334. *Iuramentum in litem cessat contra heredem. Nisi lis cum defuncto, iam contestata fuerit.*

335. *Interesse petentis editionem instrumentorum fieri, iuramento non probatur.*

336. *Heres etiam in ijs casibus, in quibus defunctus potuisset, iuramentum in litem non præstat.*

337. *Actor qui nihil probauit, reum ad iuramenti præstationem compellere nequit.*

338. *Heredi etiam iure Saxonico, ante præstitam guarendam, de facto defuncti, iuramentum deferre non licet.*

339. *Chilianus Kóning, dux practica Saxonicæ.*

340. *Iuramentum ante præstitum guarendam, ab actore reo delatum, reus actori potest referre, iure Saxonico.*

341. *Iure Saxonico non iurat is, qui de veritate negocij, super quo iurandum est, dubitat: tanto q; minus is, qui eius prorsus ignarus est: nec distinguitur, an iuramentum sit delatum, vel relatum.*

342. *Iuramentum siue delatum, siue relatum habet vim sententiæ diffinitiuæ.*

343. *Non iurans, & condemnans, censentur à pari.*

344. *Etiam iure Saxonico.*

345. *Remittentibus iura sua, non datur regressus.*

346. *Actor à reo, instrumentorum editionem petit, ad iuuandam suam intentionem.*

347. *Actor toties, reiicit à reo, instrumentorum editionem petit, quoties his ipsis non ipsam actionem principalem: sed aliquod eius adiacens, vel qualitatem ipsius actionis aliquam, vult comprobare.*

348. *Reus ad comparationem literarum, & annuli sui exhibitionem, cogi potest, si eius Syngrapha, iudici exhibetur, & manus eius scripta, & annulo signatorio obsignata.*

349. *Reus, qui dicit, certum genus numismatis, redemtioni censui dictum esse, ideoq; id, per pecuniam minutam, redimi non posse cogitur instrumentum censuale exhibere.*

Anglicus Nobilis, siue Angelotus, quem vulgò Engellotten *dicimus.* *ibid.*

350. *Reus potest cogi, ad edendum instrumenta, fundi latitudinem demonstrantia, si ab eo, petitus fuerit ager, sedecim iugerum, quem ipse toi iugera habere negat.*

351. *Reus cogitur edere, librum rationum quoties actor petierit, centum libros Imperiales: reus verò negat de libris Imperialibus conuenium esse.*

352. *Reus cogitur edere, instrumenta communia.*

353. *Reus cogitur edere instrumenta, quæ penes se habet, quoties eorundem ceu corporum hereditariorum, & non ceu instrumentorum aduersarij petitur editio.*

354. *Iuramentum in litem, datur aduersus omnem, qui cogi potest exhibere etiamsi se excusset, quædam, qua exhibere debebat amiserat.*

355. *Hereditas est successio, etiam in nomina debitorum.*

Argumentum à genere ad speciem affirmatiuè valet. *ibid.*

356. *Dominus*

356. *Dominia rerum acquiruntur nobis successione.*

357. *Hereditas semel adita, amplius hereditas non est, sed patrimonium heredis proprium.*

358. *Iuramentum in litem locum habet contra eum, qui me impedit, quò minùs probem, aut quò difficilius probem, quàm aliâs factum fuisset.*

359. *Actor potest in litem iurare, contrà non exhibentem instrumenta, quanti sua interest, ea exhibita esse: & tanti condemnatur reus, quanti actor iurarit.*

360. *Actio ad exhibendum, datur in id, vt impetretur instrumentorum editio.*

361. *Et quatenus id verum sit.*

362. *Iuramentum in litem, habet locum in actione ad exhibendum.*

363. *Actio ad exhibendum datur, si mea fuerit carta, in qua, id scriptum est, quod exhiberi peto: aliâs secus sese res habet.*

364. *Effectus non cessat, quandiu vna, ex causis efficientibus, superstes est.*

365. *Carta hodiè cedit, scriptis in ea, & non econtrà.*

366. *Carta hodie viliori precio comparari potest, quàm scripta in ea.*

367. *Constitutionis sententia meritò mutatur, ad casuum occurrentium varietatem.*

368. *Lex absoluta, in decisionibus causarum alleganda non est.*

369. *Actio in factum, succedit loco actionis ad exhibendum, quoties in carta non mea scriptum aliquid erat, quod exhiberi mea intererat.*

370. *Iuramentum in litem, locum habet in actione in factum.*

371. *Actio rei vindicationis, datur nomine instrumentorum, quæ mea propria sunt.*

372. *Dominium & proprietas nominum: nec non instrumentorum, ob hæc nomina confectorum, eius, cuius nos heredes facti sumus, in nos transit.*

373. *Actio familiæ herciscundæ in id, vt instrumenta communia, a coherede exhibeantur, porrigitur.*

374. *Iuramentum in litem, datur in actione familiæ herciscundæ.*

375. *Actio familiæ herciscundæ est bonæ fidei.*

376. *Iuramentum in litem, locum in actionibus bonæ fidei habet.*

377 *Iuramentum in litem, quandoq; remedium minus efficax.*

Iuramentum in litem præstari nequit nisi præcesserit iudicis moderatio. ibid.

378. *Instrumentorum, quæ pluribus, vt coheredibus, communia sunt custodia, debet esse penes seniorem.*

379. *Patrui plerunq;, ætate fratres patrueles antecedunt.*

380. *Instrumentum crediti non dissoluti, pœnes debitorem, creditore inuito reperiri valdè indecens.*

381. *Actor antè præstitam guarendam potest reo, super vniuerso negocio, vel parte eius, iuramentum deferre: quo delato, reus, vel iurare, vel lite cedere cogitur, iure Saxonũ.*

382. *Reus qui excusatur, ab instrumentorum exhibitione, potest attamen cogi, vt positioni actoris, in qua talium instrumentorum fit mentio, mediante iuramento respondeat.*

383. *Exceptio in casibus exceptis, vitiat regulam.*

384. *Exceptio & non regula in casibus exceptis locum habet.*

385. *Scriptura priuata, accedente testium omni exceptione maiorum subscriptione, publicum fit instrumentum.*

386. *Quod & in scripturis transactionum priuata manu conscriptarum, verum est.*

387. *Subscriptio instrumentorum, perfecta vt sit, oportet eam fieri, à tribus testibus.*

388. *Formæ omissio, actum totum euertit.*

389. *Numerus est nota formæ.*

390. *Numerus septem testium, in testamento, est forma testamentorum substantialis.*

391. *Clausula decreti annullatiua, est signum formæ.*

392. *Parta sunt, vt scriptura priuata, vim instrumenti consequatur: quod testes actui interfuerint, aut quod priuatam scripturam subscripserint.*

393. *Dummodo illi, qui sese non subscripserant, in scriptura nominentur.*

394. *Scriptura priuata, absq; vlla etiam testium subscriptione, plenè probat, quando partes expleuerunt ea, quæ illa ipsa scriptura iusserat, atq; præceperat.*

395. *Actore non probante, reum absoluendum esse, quomodo verum sit.*

396. *Editio instrumentorum ideò excogitata, vt per aduersarij instrumenta, probare possimus ea, quæ non valemus probare documentis proprijs.*

Lex non verbis, sed rebus imposita esse debet. ibid.

397. *Reum cogi non posse, ad editionem eorum instrumentorum, quibus in iudicio vsus non fuerat, quomodo procedat.*

398. *Actio petitionis hereditatis, est bonæ fidei.*

399. *Feudum in petitione hereditatis non venit.*

400. *Surrogatum sequitur naturam surrogati.*

401. *Precium succedit loco rei, in feudis.*

402. *Feudum hereditarium, hereditatis petitionẽ venit.*

403. *Feudum non nisi hereditarium, potest in solutum dari, creditoribus, si heredes vasalli, inuentarium conscripserint.*

Feuda in Lusatia, eo insuper habito, quod inuentarium conscriptum sit, nihilominus ad instantiam creditorum, distrahuntur.

404. *Feuda omnia, in dubio præsumuntur hereditaria.*

405. *Feudum omne est hereditarium, si verbum heredibus: in inuestitura, fuerit appositum.*

406. *Tale non est simpliciter, quod est cum adiectione tale.*

407. *Pecunia ex re feudali redacta, non est feudum.*

408. *Precium non succedere loco rei, in feudis, est magis communiter receptum.*

409. *Pecunia alicui rei destinata, nunquam in toto iure, pro ipsa re habetur.*

410. *Petitio hereditatis, non datur contra titulo possidentem.*

411. *Titulus pro herede, est titulus iure approbatus, atq; cognitus.*

412. *Petitio hereditatis, datur contra titulo possidentem, siquidem is minus iustus fuerit.*
Petitio hereditatis, datur contra possidentem titulo pro herede.

413. *Pro herede possidet, qui se heredem putat.*

414. *Pro possessore possidere quid.*

415. *Titulus pro possessore, minus adhuc legalis est, quàm titulus pro herede.*
Pro possessore, fur, & raptor quoq; possidere possunt.

416. *Petitio hereditatis, datur contra possidentem, titulo pro possessore.*

417. *Possidens pro herede, sciens attamen se heredem non esse, tenetur, ceu alius, titulo pro possessore possidens.*

418. *Actio omnis stricti iuris, accedente iudicis præcepto, de hoc, vel illo faciendo, fit arbitraria.*

419. *Iudex tenetur iudicare, secundum acta, & probata.*

420. *Iuramentum in litem, quando in actione ex mutuo, locum habeat.*

421. *Contractus, & actio omnis, de iure Canonico est bonæ fidei.*

422. *Obligatio mater est actionis.*

423. *Filia talis esse solet, qualis mater esse reperitur.*

424. *Dolus probatur eo ipso, quod quis non restituit quod restituere debebat.*

425. *Et quod non edit, quod edere debebat.*

426. *Et quod partem tantum edit, cum totum edere obstrictus erat.*

427. *Dolus probatur eo ipso, quod quis occultat rationes, scripturas, vel alia, eius generis documenta.*

428. *Contumax is, non solum est, qui rem mobilem, à se vindicari, non patitur: verumetiam iudici non obtemperasse rectè dicitur.*

429. *Iudici non obtemperasse, contumacia quid maius est.*

430. *Contumacia est delictum.*

431. *Et maleficium.*

432. *Delictum & maleficium, nunquam absq; dolo sunt.*

433. *In dolo est, qui iudicis iussui non paret.*

434. *Dolo vacuus est, qui præcepto iudicis obtemperat.*

435. *Pro nobilibus præsumitur, in ijs, quæ ad nobilitatem pertinent.*

436. *Editio instrumentorum, nihil commune habet, cum nobilitate.*

437. *Iuramentum in litem locum habet aduersus principem.*

438. *Iuramentum in litem locum habet aduersus nobiles.*

439. *Nobilitatis pedissequæ perpetuæ ferè sunt, fastus, & superbia.*

440. *Nobiles ad contumaciam propensiores creduntur, quàm alij inferioris conditionis homines.*

441. *Præsumtio cedit veritati.*

442. *Præsumtio stat à nobilitate, quoties restituunt, quæ restituere debent: quoties edenda edunt: & quoties sese non immorigeros, aduersus iudicis iussum exhibent.*

443. *Nobiles sæpiùs, è carceribus aufugerunt.*
Guelphus de pratis, præter Bononiæ, summum vitæ discrimen adijt, quod nobilem carceri non tradidisset: sed liberæ custodiæ reliquisset. ibid.

444. *Fallacia non causæ, vt causæ, euertit argumentationes quibus inest.*

445. *Iuramentum in litem. remota probandi difficultate, locum reperit, in omnibus bonæ fidei actionibus.*

446. *Obliuio, ex annorum decem lapsu introducitur.*

447. *Obliuio in feminis, minori adhuc tempore, quàm decem annorum, introducitur.*

448. *Obliuio præsumitur ob elapsum biennium.*

449. *Probatio, vt locus sit, in litem iuramento, toties difficilis censetur, quoties res, quarum nomine, iuramenti in litem delatio petitur, non possunt aspectui subijci.*

450. *Heres non conuenitur, ob defuncti, sed ob proprium factum, quoties exhibere non potest ea, quæ in hereditate repererat.*

451. *Heres etiam cum inuentario non excusatur, quoties ob dolum proprium conuenitur, quò minùs delationi iuramenti in litem, aduersus eum locus sit.*

452. *Iuramentum in litem, datur contra heredem, ob dolum proprium, sine distinctione, an arbitraria, an bonæ fidei actione, conueniatur.*

453. *Interesse, petentis editionem instrumentorũ fieri, probatur per iusiurandum in litem.*

454. *Opinio magis recepta, in consulando, & iudicando sequenda.*

455. *Iuramentum in litem, non esse dandum, ad probandum interesse petentis editionem instrumentorum, procedit, quatenus dubitatur adhuc, intersit ne eius, nec ne, editionem fieri.*

456. *Heres, non minus, ac defunctus, admittitur*

tur ad iusiurandum in litem, si negocium perinde ac defunctus, cognitum, exploratumq; habuerit.

457. In iuramenti in litem taxatione, atq; moderatione, iudex non potest excedere, duplum communis æstimationis.

458. Heres, qui est ex numero descendentium, cognatorum, & propinquorum, præsumitur ea scire, quæ defunctus gesserat prouideq; super omnibus à defuncto gestis, in litem vtiliter iurare.

459. Heres extraneus, communi domicilio, cum defuncto visus, scire creditur gesta ab eo, vnde & is, in litem rectè iurat.

460. Heres omnis, qui iurat, se rei veritatem exquisiuisse: iurare potest iuramentū de calumnia, nisi contrarium pars aduersa edocuerit.

461. Actor potest compellere reum, vt quantitatem sub iuramento aperiat, quæ in instrumentis occultatis contineatur. Argumentum à contrario sensu validum. ibid.

462. Inter actorem probantem, & nō probantem, ad ius Saxonicum quod pertinet, discrimen nullum constituendum est: cum vtroq; casu volente actore, reus iurare cogatur.

463. Heres est iurare precisè non cogatur, an ita, vel ita, res sese habeat: iurare tamen cogitur, se illius, aut illius, res scientiam non habere: item se non credere defunctum obligatum fuisse.

464. Heres cogitur iurare, von seiner wolbewust vnd weissenschafft.

465. Heres non cogitur, iurare, sub eadem verborum conceptione, qua defunctus interim tamen à iuramento, totaliter non excusatur.

466. Actor qui non vult ferre, quod reus, qui heres est, de facto defuncti, de scientia tantum iuret, intentionem suam, aliis modis edocebit.

467 Glossæ auctoritas sufficit, vbi lege destituimur.

468. Glossæ iuris saxonici auctoritas, antecedit reliquos Doctorum iuris saxonici auctoritates omnes.

469. Glossæ auctoritati qui sese adiungit, veritatem sectatur.

470. Heres iuramentum credulitatis iurare potest, de iure saxonico, ex constitutione Electoris Augusti.

471. Iuramentum non potest referre, in, de iure saxonico, cui constat, de vera negocij ratione, rem penitus ignorante eo, qui prius iuramentum detulerat.

472. Iuramentum referri nequit, de rebus occultatis, vel clare fabulatis.

473. Obseruatio secundum, ostendit, quo quisq; animo fuerit, dum actus celebraretur.

474. Debitor, cui prius tabulæ creditæ, restituta per creditorem fuerant, creditori easdem restituens, censetur sese, in locum pristinum debitoris reposuisse.

475. Actio ad exhibendum, est præparatoria rei vindicationis.

476. Actio ad exhibendum, & rei vindicatio, simul proponi possunt.

477. Contrarium.

478. Actione ad exhibendum, & rei vindicatione simul proposita, prius tamen, de exhibitione cognoscit prætor.

479. Actio rei vindicationis, dominij probationem, plane requirit.

480. Dominium est difficilis probationis.

481. In actione rei vindicationis, opertet, vt quis probet non solum dominium proprium, verumetiam autoris.

482. Dominium plenè in rei vindicatione probare oportet.

483. Actio publicana datur illi, qui causam à non domino habet.

484. Probari facilius potest, me à non domino, quàm domino vero, causam habuisse.

485. Actio publicana, & Rei vindicatio, possunt cumulari.

486. Reus potest actorem cogi, vt certum ex pluribus remedijs eligat.

487. Actione publicana agens, succumbit, si probat dominium directum.

488. Actione Rei vindicationis agens, succumbit, si probat quasi dominium, vel se causam à non domino habuisse.

489. Sententia in causa publicana lata, non parit exceptionem, res iudicatæ, respectu rei vindicationis, nec è diuerso.

490. Publicana agens, & villus, potest nihilominus, actione rei vindicationis posse deinde experiri, & è diuerso.

491. Editio instrumentorum potest officio iudicis, implorato, impetrari.

492. Officium iudicis, quod pro editione instrumentorum imploratur, an sit mercenarium, an nobile.

493. Officium iudicis non extendi ad ipsam actorum editionem, sed tantum ad causæ cognitionem, quæ ipsam editionem præcedit.

494. Item est præparatio tantum, ad actionem in factum, vt ad interesse, postea agi possit, aduersus non edentem instrumenta.

495. Officium iudicis, respectu editionis instrumentorum, locum non habet, nisi aduersus eum, à quo petitur editio, ratione officij, quod gerit.

496. Vti sunt notarius & argentarius.

497. Actio familiæ herciscundæ, non habet locum, nisi inter coheredes tantum.

498. Iuramentum in litem, postea quam iudex detulerat, potest nihilominus is, cui id deferebatur, aliis probationibus vti, vt iudicem edoceat rem aliter se habere, ac in litem iuraturus asserere audet.

499. *In petitione hereditatis rectè concluditur, vt declaretur ea, agens, esse heres, vel ex asse, vel ex vncijs certis.*

500. *Et vt rem compellatur ad restitutionem rerum hereditariarum.*

501. *Vnà cum fructibus percepti, & percipiendis.*

502. *Et accessionibus alijs.*

503. *Nec non vsuris quoq.*
Vsuræ sunt accessiones. ibid.

504. *Petitio hereditatis, tam rerum incorporalium, quam corporalium nomine competit.*

505. *Inter dilla quorum bonorum, experiri, satius est, quàm petitionem hereditatis instituere.*

506. *Quod an verum sit, dubitatur adhuc.*
Probatio plena, in possessorijs quoq; ordinarijs requiritur. ibid.

507. *Inter dictum quorum bonorum, locum non reperit, in rebus incorporalibus.*

508. *Et præsertim in nominibus debitorum.*

509. *Interdictum quorum bonorum tribuit tantum possessionem, earum rerum, quarum nomine institutum est.*

510. *Petitione hereditatis, & dominium, & possessionem consequimur.*

511. *Petitio hereditatis, non habet locum aduersus debitores hereditarios.*

512. *Et quatenus id verum sit.*

513. *Petitio hereditatis, datur primo tantum heredi, & non vlteriori.*
Sermo simpliciter prolatus, intelligitur de primo tantum actu.

514. *Petitio hereditatis, datur etiam millesimo heredi.*

515. *Heres heredis, est quoq; primi defuncti heres.*

516. *Sermo simpliciter prolatus, quatenus porrigatur, vltra actum primum.*

517. *Lex semper loquitur.*

518. *Lex vndiquaquam perfecta esse debet.*

519. *Petitio hereditatis sit stricti iuris, quoties actio, quam ex hereditarijs actionibus hereditatis petitione persequimur, stricti iuris est.*

THEMA.

CLauſit ſupremum ſuum diem, quoniam ita in fatis fuerat, anno, ſupra milleſeſimum, quingenteſimum, 69. vir ſtrenuiſſimus, atq; Nobiliſſimus B. à M. Landgraui atus N. quondam aulæ præfectus: & poſt ſe filias duas, vxorem item grauidam, quæ poſtea enixa, filium poſtumum peperit, reliquit.

Cum verò eodem anno, mortem rurſus obiret, is ipſe poſtumus, hereditas eius, ad matrem, ſororesq; deuoluebatur: feuda verò, patruis eius, interq; hos, horum à M. qui ſibi de iure reſponderi petunt, parenti, obuenichant.

Euenit autem, quod inter heredes, ſucceſſoresq; feudorum, 22000. florenorum, ratione, quos C. à M. in D. Defuncto, B. A. M. veluti obligationum litera, quæ pœnes viduam B. à M. erant, oſtendebant, debebat: exurgeret.

Quam tamen rurſus 15. Kalend. Martij anno 1572. Erffurdiæ, coram Arbitratoribus primariæ nobilitatis, atq; eruditionis viris, hoc pacto, vt heredibus 12500. florenorum cederent: reliqui verò 9500. floreni, feudorum ſucceſſoribus, propterea quod hæc quantitas, ex feudo redacta eſſet, & feudi naturam etiamnum ſortiretur, eſſent: conſopita, determinataq; fuit. Velut ipſum Tranſactionis Erphordianæ inſtrumentum, pluribus oſtendit.

Tametſi autem omnibus viſum fuerat, hac ratione omnem litis, iurgiorumq; futurorum, materiem amputatam, radicitusq; euulſam iam eſſe:

Ecce erupit attamen, nouum diſſidium, inter ipſos feudi ſucceſſores. Quod decidi hactenus, nec per viam compromiſſi, nec alijs, qui attentati fuerant, modis, potuit.

Nam etſi C. à M. in D. heredes, poſtumo Defuncto patruelis tantum eſſent, atq; ſic gradum vnum ab eo remotius diſtarent, quam C. à M. M. in V. & L. pater, fratresq; eius, vtpote qui poſtumo patrui exiſterent: filij tamen C. à. M. debitoris, admittere eos ſoles, ad 9500. illos florenos, noluerunt: ſed eos vel omnino excludere, aut ſi hoc non ſuccederet, longè maximam partem pecuniæ huius, capere concupierant.

Aiebant enim C. à. M. filij, ſe ideò ſolos & M. in V. & L. excluſis, admittendos: quod ipſi, non autem M. in V. & L. debitores, quantitatis huius fuiſſent.

Quare in ſui & neminis alterius commodum, hanc 9500. ſummam, à vidua B. à M. remiſſam eſſe: nec de alio quoquam intelligi poſſe Tranſactionem Erphord. vtpotè, quæ ipſorum potiſſimum gratia, eſſet inſtituta, atque ſuſcepta.

Quod ſi hæc, rationem habere non viderentur: ſupereſſe attamen generale illud ius repræſentationis, quo fratrum defunctorum filij, vnà cum fratribus ſuperſtitibus, ad ſucceſſionem vocantur: adeſſe item in inueſtiturum ſuarum literis, peculiarem quandam prouiſionem, quæ habeat: quod filij fratrum in locum patruũ ſuorum ingredi, & hereditatem capere poſſint. Das Bruder Kinder an jhres Vatern ſtadt treten / vnd Erbe nemen

men sollen / *Quam ob rem diuisionem hereditatis talem instituendam esse contendunt, qua 9500. hæc in nouem partes æquales partiantur: qua item, sex partes de hisce nouem ad liberos C. á. M. (Sex enim fratres erant) tres verò duntaxat ad illos, á M. de domo V. & L. deuoluerentur.*

E diuerso verò M. in V. & L. opponebant his: quod Transactio Erphord. ad successionem nouem horum millium, & quingentotum expresse vocaret feuds successores. Ideoq. C. á M. filios neutiquam audiendos esse. Cum gradu ad vltimum defuncti um (postumum scilicet quod attinet) sint remotiores.

Sic quoq. aduersus ius repræsentationis excipiebant: cum hic non agatur de successione fratris, aut patrui: sed de successione filij fratris, aut patruelis, fieri non posse, vt hic casus quicquam, cum iure repræsentationis, commune habeat.

Sicuti nec clausulam quoq. inuestituraram, ad eum vsq. casum porrigere conueniat.

Quæritur itaq. ex me, vtram nam partium iustius induere arma censeam?

RATIONES DVBITANDI RESPECTV TRANSACTIONIS ERPHORDIANÆ.

ET sanè ab initio haud inefficacia videbantur ea, quibus se fratres á M. in D. tutabantur.

1 Nam PRIMÒ Transactio Erphord. loquitur per verbum: Fallen / vnd sincken zulassen / cui æquipollet Latina lingua, verbum remittere: quod priuationis nota est.

2 Remittere enim dare est. *l. si mulier. ff. de condict. ob caus. Br. in l. peculium. in pr. per. & text. n. 1. ff. de pecul. Iaf. in l. si fundum sub cond. §. si Tuto. n. 2. ff. de legat. 1. Iaf. in l. si pro fundo. n. 10. C. de transact. Iaf. in l. natur. aliter. §. nihil commune n. 63. ff. de acquir. poss. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione. n. 191. C. de reuocat. donat.*

3 Fieri enim nequit, quin quis seipsum priuet eo, quod alteri dedit, vel quod in alterum translulit. Cum res duorum, tam ratione dominij, quàm ratione possessionis esse neqeat. *l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. ff. commodat. Tira. in tr. le mori. p. 2. decl. 6. n. 9. Coraf. miscell. lib. 5. n. 1. Sousbec. in tr. feud. p. 12. n. 91. Hart. Pistor. q. 45. n. 2. lib. 2. Gail. obs. 61. n. 8. lib. 1. Arr. Pinel. in repet. l. 1. p. 8. n. 10. C. de bon. mater. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 222. Borch. in tr. feud. c. 1. n. 15. Vacon. á Vacun. declar. 39. n. 5. & 6.*

Cum itaque verba hæc: priuationem quandam indicent;

Consequitur, eadem habitum necessariò præsupponere. Cum priuatio absq; habitu esse nequeat. *Ldecem. ff. de verb. obligat. Præt. Pap. in form. resp. tes conuent. in v. saluis aliis exceptionibus n. 9. Lup in c. per vestras. §. 1 2. n. 1. ext. de donat. int. vir. & vxor. Roncheg. in rubr. n. 43. ff. de duob. reis. Laur. Sylua. in tr. feud. q. 29. n. 19. Sylust. Aldobrand. in §. igitur. n. 7. Præmij Inst. Crau. in Rubr. n. 83. vers. circa quartum. ff. de legat. 1. Ign. in l. necessarios. §. non alias. p. 1. n. 75. ff. ad S.C. Syllan. Acad. Francof int. conf. diuers. conf. 32. n. 10. vol. 1. Academ. Patauin. int. conf. diuers. conf. 12. n. 25. volum. 3.* 4

Et vi consequentis, cum in illis á M. in V. & L. habitum nullum reperiamus: (etenim hi nunquam viduæ B. á M. debitores facti fuerunt) priuationem quoq; ad illos extendere non poterimus: sed illam ad M. in D. solos, adaptabimus, hi enim nouem illa millia, & quingenta debebant.

SECVNDÒ indubitati iuris illud est: quod quæcunq; verba, siue ea à lege, siue á statuto, siue ab homine proferantur, per prius, & non per posterius intelligenda sint. *gl. in l. 1. §. huius studij in v. ad singulorum. & vbi Bl. n. 1. Paul. de Castr. n. 7. ff. de vsufr. & vsur. Iaf. in l. si quis nec causam in pr. n. 6. ff. si cert. pet. Tiraq. in tr. res int. alios. act. vers. huc facit. Crau. conf. 443. n. 6. Simon. de Proet. conf. 59. n. 10. vol. 1.* 5

At enim nisi illud verbum: remittendi: de M. in D. vtpotè veris debitoribus viduæ, filiarumq; B. á M. acciperemus: iam ea non per prius, sed per posterius acciperemus: præsertim cum eorum potissimum causa, conuentus Erphordiam fuerit indictus:

Committendum itaq; tale quid, non erit.

TERTIÒ hoc iure quotidiè vtimur: quod nec pactum. *l. si vnus. §. ante omnia. ibi Br. n. 2. Iaf. n. 1. & DD. ff. de pact. l. si pro te C. de dot. promiss. Iaf. in l. Imperatores. in pr. ff. de transact. Tiraq. in tr. de ret. pr. n. 61. gl. 9. n. 126. Sim. de Proet. conf. 44. n. 1. conf. 98. n. 3. & conf. 120. n. 16. & n. 46. vol. 1.* 6

Nec transactio ad alios porrigatur, quàm ad eos, cum quibus pactum initum, atq; transactum est. *l. 1. C. de transact. l. Imperatores in pr. ibi Iaf. n. 1. & §. fin. ff. eod. tit. Iaf. in d. l. si vn°. §. ante omnia. n. 1 ff. de pact. Alc. conf. 41. n. 6 lib. 8. Petr. Lotot. in tr. de transact. axiomat. 96.*

Iam verò hic, cum nemine alio, quàm cum M. in D. vidua B. á M. pacisceabatur, atq; transigebat, veluti totus Erphordianæ transactionis contextus, dilucidissimè ostendit atq; indicat.

Vt taceam, reliquorum M. in V. & L. vix semel, aut bis ad summum, in eadem transactione mentionem fieri, & quidem ita tantùm fieri, quod H. & G fratres á M. in V. & L. pro seipsis, frattribusque suis tractatibus hisce interfuerint,

Conse-

Consequatur itaq; oportet, transactionem hanc, inter viduam B. à M. & M. in D. ius constituere, ijsdemq; commodo, & vicissim detrimento, solis esse.

Nec obstat, quod attamen transactio Erphordiana præter iam adducta, illud quoque habeat: quod vidua B. a M. quicquid foret residui, de summa debita, si prius 12500. quæ viduæ, filiabusq; debentur, deducta fuissent, remiserit illis à M.

Nam hinc haud ineptè concludi posse videbatur: cum hæc verba admodum generalia sint, non astringi ea posse, ad M. in D. solùm, verùm ad omnes à M. simul pertinere.

3 Quis enim fando non audiuit, verba generalia, generaliter intelligenda esse, nec distinctione opus fore, vbi dispositio distinctione non vtitur? *l. fin. in fin. C. de dor. promiss. & l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstand. l. de præcio ff. de publ. in rem actio. Euerard. in top. in loc. a general. n. 2. Royz. decis. Lituan. 1. n. 165. Bl. in c. 1. in v. possessioner. n. 2. de pac. Const. Isaf. in l. non dubium. n. 38. C. de legib. Plagius in tr. de tutor. & curat. q. 18. n. 2. Canale. in tr. de tutor. & curator. n. 98. Simonc. in tr. de Decret. int. 8. n. 34. Contard. in l. diffamari. C. 5. n. 108. C. de iniger. man.*

Verum res aliter sese habet. Nam cum in præfatione transactionis illius, indicatum fuerit, aduersus quam, exactio à vidua fuisset instituta: nempè aduersus illos à M. in D. colligere promtum erit, cuius bono remissio hæcfacta sit, nempe eorundem M. in D.

9 Dicta namq; in præfationibus, reperita censentur in omnibus sequentibus. *l. Titia. §. idem respondit. el. 1. vbi Isa. n. 1. ff. de verb. obligat. l. item quia. vbi Isa. n. 12. ff. de pact. Acad. Vvitteberg. int. conf. diuers. conf. 2. n. 140. vol. 2.*

10 Vti hoc in specie, quod vbi persona de nouo in oratione non exprimitur, dispositio tota de ea, quæ prius nominabatur intelligi debeat, decidit Cephal. *conf. 343 n. 8. per l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat.*

11 Et quemadmodum interrogatio præcedens, arguit responsionem subsequentem vt qualis fuerit interrogatio, talem quoq; fuisse responsionem præsumatur: *l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. actionib. Cephal. conf. 452 n. 36.*

12 Ita quoq; petitionem præcedentem, arguere subsecutam transactionem, verisimile erit.

13 Accedat ad hæc, quod ad rem magis facit, quod verba generalia transactionis, non operentur, nisi respectu personarum, & litium, de quibus erat quæstio, propter medium inhabile. *Vtin specie decidit Bl. in l. conuentionem. n. 5. ad finem ferè vers. quando generalitas. C. de Episc. & Cleric.*

Idq; non solùm in transactionibus: verum etiam aliàs semper obtinet, atq; verum 14 est. Generalitas enim sermonis vltimo loco prolati declarationem, limitationem, & specificationem, ex specie præcedenti recipit, nec vltra eam speciem euagatur. *Vtin specie decid. Oldrad. conf. 8. n. 1. arg. l. quoties. C. famil. herciſc. l. vltima. §. vlt. ff. de vin. tritic. & ol. legat.*

Quarto incogniti iuris non est, quod 15 interpretatio ea, iuri, rationiq; non congruat, quæ cum verisimili mente dispononentium pugnat. *Dyn. in c. inspicimus. n. 3. de reg. Iur lib. 6. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 60. C. de reuoc. donat. Sim. de Praet. in tr. de vltim. volunt. interpret. lib. 1. interp 2. dubit. 1. Iolus. 5 n. 4. Crau. conf. 25. n. 25. conf. 135. n. 33. & conf. 207. n. 6.*

Etenim quicquid à verisimili alienum 16 est, falsitatis imago est. *Vti dicit Bl in l. 1. n. 16. C. de seru. fugit. Felin. in c. audiuit. n. 23. vers. & quod ipse notat. ext. de præscriptionib. Euer. in top. in loc. a verisim. n. 11. Affl. decis. 345. n. 2. & dec. 363. n. 7. Cott. in memoralib. v. verisimile. Mcuoch. conf. 28. n. 25. conf. 64. n. 111. conf. 70. n. 12. conf. 98. n. 44.*

Iam verò, illa Transactionis Erphordianæ explicatio, qua ad M. in V. & L. vsq;, porrigitur, cum verisimili transigentium mente, pugnat. Etenim inter hos, & viduam B. à M. lis nulla exorta erat: Vt igitur transactio vlla, inter hos conficeretur?

Cum verisimile non sit, transactionem 17 cum non contendentibus factam esse. *Vtin induiduo decidit Cephal. conf. 158. n. 39. per l. 1. ff. de transaction.*

E diuerso verò illa interpretatio Transactionis Erphordianæ, qua ad M. in D. solos astringitur, consentit cum verisimili transigentium mente. Quippe inter hos, & viduam B. à M. controuersia erat.

Quare verò simile erit, transactionem 18 cum contendentibus fieri. *Vt ruffus in specie decidit Cephal. d. conf. 558. n. 39. arg. d. l. 1. ff. de transact.*

Hanc itaq; posteriorem interpretationem amplectimur, relicta illa, quæ primo loco adducebatur.

Quinto obscuri iuris non est: per- 19 sonam in nulla vnquam dispositione extrinsecus subaudiendam esse. *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ibi Br. n. 6. Isa. n. 40. ff. de verb. obligat. Rimin. in Rub. n. 260. C. qui adm. Camill. Pistar. in l. 1. n. 129. ff. fol. matr. Coras. in l. filium quem habentem n. 165. C. famil. herciſc. Tiber. Decian. conſ. 1. n. 92. vol. 2. Cardin. Par 1. conſ. 86. n. 6. conſ. 117. n. 12. vol. 1. Crau. conſ. 52. n. 21. Cephal. conſ. 114. n. 32. conſ. 228. n. 11. Alc. tit. conſ. 5. n. 4. lib. 2. conſ. 2. n. 35. lib. 8. & conſ. 81. n. 12. lib. 9.*

At enim per interpretationem hanc, quam M. in V. & L. Transactioni nostræ affingunt, persona extrinsecus, & quæ in lite non erat, subauditur. Vtpote cum vidua B. à M. & illi à M. in D. soli, vt id denuo inculcem, discordes essent.

Interpretatio itaq; hæc, bona non est.

Sexto extra controuersiam positum 20 est illud: quod inducta in vnum finem, contrariam

trariam operari non debeant. *l. legata vtiliter. ff. de adim. leg. l. cum tale. §. fin. ff. de condit. & demonst. Lancillot. Polit. in tr. compend. subst. n. 33. Tomin. decis. 22. n. 6. Hart. Pist. q. 42. n. 2. lib. 2. Molin. in l. 1. §. si quis ita. n. 109. ff. de verb. oblig. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 11. n. 5. vers. tertia, &c. 12. n. 30. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 1. n. 2. vers. septuno. Cald. in l. si curatorem. in v. contractum feci sti. n. 12. ad fin. C. de rest. in integ. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 33. n. 121. priuil. 74. n. 20. & priuil. 107. nu. 10.*

Non itaq; iure, in transactionem hanc, M. in V. & L. includimus.

Nam hoc, ipsa ratione naturali, duce, assequimur: M. in D. in id vnice incubuisse, vt transactione hac, se vel in totum, vel pro parte saltem, ab obligatione illa, qua à vidua B. à M. obstricti tenebantur, extricarent.

21 Cum in hoc non solùm natura: verum etiam perpetua transactionis substantia versetur, vt aliquo dato, vel retento, vel promisso, litem vel motam, vel quam motum iri, timor erat, effugiamus, & obligationis, qua tenebamur, nexum, si non totaliter, pro parte saltem dirimamus. *l. 1. ff. de transact. iunct. l. transactio. C. eod. tit. Iaf. in l. si super possessione. n. 1. C. eod. tit. Gail. obs. 71. n. 3. lib. 2. Cephal. cons. 210. n. 66. Card. Paris. cons. 32. n. 20. vol. 1.*

Iam verò huic M. in D. proposito, è diametro illud aduersum est, quod volunt M. in V. & L.

Nam si hoc, quod M. in V. & L. volunt, esset: M. in D. iam imminutionem obligationis suæ non solum non esset consecuti, verùm etiam illa ipsa aggrauata illis, & adaucta fuisset.

Etenim cum obligati antea, solum B. à M. eiusq; heredibus fuissent, iam nunc obligati quoq; forent, M. in V. & L.

22 Qua accessione nouæ personæ obligationem aggrauari, inter omnes peræq; constat. arg. Inst. de fideiussor. in pr. ponderando verba: diligentius sibi cautum sit.

Absona itaque est, hæc Transactionis Erphord. explicatio.

23 SEPTIMÒ accedat & illud: quod iuris stet præsumtio, qua statuitur: hunc creditorem non fore, qui diuturniori silentio vsus est, nec debitorem, aut eius heredes, vt soluerent, in ius vocauit. *Affl. decis. 13. n. 21. vers. nona coniectura. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 135. n. 21. Alex. de Imol. cons. 115. n. 4. vers. sed posito. lib. 7. Cardin. Paris. cons. 137. n. 12. vol. 4. Sim. de Vroet. cons. 68. n. 1. & 2. vol. 1.*

At enim hic M. in V. & L. vsq; huc siluerint, neque vnquam ausi fuere, rem ad iudicem deferre.

24 OCTAVÒ illud certò constat: quod verba in dubio, contra eum, explicanda sint, qui legem contractui apertius dicere potuit. *l. veteribus. ibi Br. Bl. Castr. nu. 1. Fulgos. nu. 4. Iaf. & DD. ff. de pact. l. in contrahenda. ibi Dec. n. 1. & seqq. Cagn. n. 1. & DD. ff. de Reg. Iur. 6. contra eum. ibi Dyn. n. 5. cod. tit. lib. 6. Gacheran. decis. 141. n. 12. Tomin. decis. 19. n. 15. Borch. in tr. de pact. c. 5. n. 55. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 12. n. 2. Alex. cons. 35. n. 5. vol. 1. Alc. cons. 110. n. 5. cons. 111. n. 16. vol. 5. Simon de Vroet. cons. 58. n. 17. cons. 71. n. 35. & cons. 160. n. 86. Tiber. Decian. cons. 121. n. 17. volum. 3.*

Cum itaq; certum sit, quod Erphord. Transactionis verba, ita efformari potuissent, vt procul ab eis omnis recessisset ambiguitas, si vt id fieret, M. in V. & L. institisset. Veluti: si transactio diceret, remissionem à vidua, ob successorum feudi commodum, factam esse. Quo casu meritò ad solos M. in V. & L. transactio hæc recte traheretur.

Cum heredis appellatione in feudo antiquo, filio, lineaq; descendente deficiente, is veniat, quem in linea collaterali nemo antecedit. *arg. c. 1. §. cum verò. Conradus de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. fin. de succes. feud. fac. trad. Sigismun. de Neap. cons. 1. nu. 212. Cephal. cons. 173. n. 3.* 25

Transactionem hanc meritò contra M. in V. & L. interpretamur.

NONÒ solis M. in D. remissionem hanc factam esse, vel ex eo apparet, quod Erphord. Transactio vlterius habet: M. in D. restitutum iri, obligationum literas, quas parens eorum, B. a M. creditori suo tradidisset: quamprimum ac illi, nouas obligationum literas confecissent, vtique exhibuissent.

Nam hîc plenam liberationem consecuti fuere. Etenim si debitori meo cautionem reddiderim, in eo est, vt pactum de non petendo illi fecisse, credar, proindeq; is à debito liberabitur. *l. 2. ibi Br. n. 1. Iaf. n. 1. & DD.* * *communiter ff. de pact. Abb. in c. cum Ecclesia. el. 2. n. 10. per ill. text. ext. vt lite pendente. Coraf. in l. Admouendi. p. 2. n. 26. ff. de iureiurand. Borch. in tr. de pact. c. 2. pact. diuis. 1. n. 5. Caccialup. in tr. de pact. q. 8. n. 1. Coler. p. 2. c. 2. n. 5.* 26

Atq; ita fuerunt consecuti, vt post deinde amplius molestari non possint. Semel enim liberatus, amplius molestia affici non debet. *Medic. in tr. de acceptilat. q. 13. n. 46. Cardin. Paris. cons. 156. n. 6. vol. 4. Cephal. cons. 192. n. 12.* 27

Quod si remissio hæc ad M. in V. & L. pertinere quoq; debuisset, his traditam esse obligationem, & non ipsis debitoribus, oportuisset.

DECIMO & vltimo: hanc quoq; Erphordianæ Transactionis explicationem adiuuat, vehementissimè, ipse M. in V. & L. assensus. Aderant enim huic Transactioni H. & G. à M. fratres, in V. & L. veluti ipsæ transactionum tabulæ, testatum faciunt.

Cum

Cum itaq; interfuerit, hiſce tractatibus omnibus, & remiſsionem taliter fieri, literas item obligationum, M. in D. reddi, & viderint, & acquieuerint, vel ob hanc ſolam taciturnitatem ſuam, ius omne, quod habuerunt,
28 malè perdiderunt. Nemo enim eſt omnium, qui inficias ire poſsit, perinde ac contradictione, & teſtatione, iura noſtra tuemur, & conſeruamus. *l. ſi debitor § fin ff quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. Bl. in auth. interdimus n. 4. C. de epiſc. & Cleric. Guid Pap. deciſ. 364. verſ. ſed quod ſi appellans Ioh. de Aguſcll. in tr. de proteſt. n. 9. Iaſ. in l. fin. n. 4. verſ. quid tenendum ff. de eo. quod cert. loc. Cephal. conſ. 213. n. 17. conſ. 222. n. 4. conſ. 296 n. 10. conſ. 613. n. 29. & conſ 773. n. 6. Crau. conſ. 662. n. 29. & conſ. 974. n. 17. Tiber. Decian. conſ. 13. n. 25. & conſ. 72. n. 38. vol. 2. Simon de Proct. conſ. 152. n. 27.*

29 Ita ex contratio, taciturnitate, & ſilentio, illa ipſa nos perdere. *c. qui tacet. de reg. Iur. lib. 6. I ſemper qui non prohibet ff. od. tit l. 2. §. voluntate ff. ſol. matr. c. notum ext. de præſumt. Crott. in l. non ſolum. §. morte. n. 92. ff de op. nou. nunc. conſ. incerti autoris tit conſ. diuerſ. 158. n. 2. vol. 1. Mynſing. conſ. 2. n. 31.*

Atq; hæc ferè ſunt, quæ pertes M. in D. tueri videntur.

RATIONES DECEDENDI RESPECTV TRANSACTIONIS ERPHORDIANÆ.

EX contrario verò, illi à M. in V. & L. his fundamentis, iurisq; rationibus, communiti ſunt.

30 Veluti PRIMÒ: quod à cauſa omnis effectus reſtringatur. *l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtam. delent. l. cum tale. §. falſam. el. 1. ff de condit. & demonſt. Hectorum. Cagnol. in l. diem functo. n. 1. ff. de eſſ. aſſeſſor. Iaſ. in l. quo minus. n. 21. per ill. text. ff. de fluminib. Crott in l. 1. in pr. n. 29 ff. de verb. oblig. Paul de Mont. Puto in l. poſt contractum. n. 37. ff. de donat. Card. Pariſ. conſ. 81. n. 12. & 23. vol. 3. Crau. conſ. 606. n. 4. Zaſ. in t. conſ. diuerſor. conſ. 9. n. 38. vol. 1. Cephal. conſ. 181. n. 3.*

31 Sicuti & aliàs quoq; cuiuſlibet diſpoſitionis dominator, & rex eſt, cauſa eius. *l. ita autem in pr ff. de admin. tut. l. cum pater. §. dulciſſimus. ff. de legat. 2. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. Crau. conſ. 351. n. 6. & conſ. 972. n. 27.*

Hanc itaq; ſi intuiti fuerimus: remiſsionem hanc, ſolis M in V. & L. lucro fore, ſine hæſitatione vlla dicendum erit.

Nam cum hiſce allegationibus: quod ſcilicet ſumma hæc, 9500. fl. ex feudo redacta eſſet: inque feudorum coemtionem, veluti feudi L. rurſus eſſet conuertenda, vidua victa, remiſsionem feciſſet: illa verò allegatio, à ſolis illis M. qui poſtumo defuncto, proximi erant, prætendi potuiſſet: alij enim hac allegatione vtentes: exceptione hac: tua non intereſt, quoad te liberas ædes habeo, repulſi fuiſſent: Facilè dijudicari licet, eccuius bono, remiſsio hæc facta ſit. M. enim in V. & L. & non illi à M. in D. poſtumo proximi fuêre agnati.

Nec audientur M. in D. etiamſi reponant mihi: allegationem hanc tantum cauſam impulſiuam: non vero efficientem remiſsionis huius fuiſſe.

Cum in hominum diſpoſitionibus cau- 32
ſa potius impulſiua præſumatur. *Bl. in l. cum tale. § legato falſam ff. de condit. & demonſt. Phil. Fr. in c. cum ceſſante. col. 2. verſ. ſed ſi quæratur ext. de appellat. Tiraq. in tr. ceſſante cauſ. limit. 1. n. 29. Cephal. conſ. 81. n. 1. Menoch. conſ. 106. n. 92.*

Ideoque fieri non poſſe, vt ſecundum hanc cauſam, effectus, qui eſt remiſsio, mòderetur. Cum cauſa impulſiua effectum mo- 33
derari non ſoleat. *Abb. in c. cum ceſſante. n. 2. Ias Phil. Franc. in pr. ext. de appellat. Couarr. var. reſol. lib. 1. c. vlt. n. 1. verſ. contraria. Capiſcer. in tr. de vtun. teſt. p. 3. c. 3. n. 77. Euerard. in top. in loc. a ceſſat. ration. n. 4. Tiraq. in tr. ceſſ. cauſſ. limit. 1. n. 1. 2. & 3. vbi complures, perpetuo ſuo more allegat.*

Nam ad obiectionem hanc, rectè hæc accommodatur reſolutio: quod hæc cauſa, meritò efficiens remiſsionis exiſtimetur. Eo quod in præfatione Tranſactionis Erph. recenſita reperiatur.

Nam hoc cum ita ſit, iura autem velint, 34
quod ea ſemper cauſa, quæ in exordio, procœmio ſeu præfatione alicuius diſpoſitionis ponitur, cauſa finalis eſſe cenſeatur. *Ita in ſpecie decidit. Br. in l. vlt. n. 3. & ibi DD. communiter. ff. de hered. inſtit. Tiraq. in tr. cauſ. limit. 1. n. 64. vbi infinitos ruſus in id propoſitum allegat. Didac. Segura. in l. 3. §. fin. n. 2. ff. de libert. & poſtum. Rumuald. in l. 1. n. 413. C. qui admit. & in ſi emancipatus. n. 339. C. de collat. Cacher. deciſ. 23. n. 3. 1. dec. 52. n. 1. 0. dec. 59. n. 5. & dec. 100. n. 9. Medic. in tr. de ll. p. 2. q. 11. n. 1. Gerard. Mazoll. conſ. 70. n. 4. conſ. 73. n. 29. conſ. 78. n. 24. Crau. conſ. 774. n. 6. conſ. 866. n. 15. conſ. 888. n. 2. Sim. de Proct. conſ. 28. n. 5. Menoch. conſ. 1. n. 413. Ludouic. Gozadin. conſ. 1. n. 14. Cephal. conſ. 48. n. 22. conſ. 156. n. 9.* *

Reliquum fit illud, ex cauſa hac totam remiſsionem prodiiſſe, ideoque ſecundum eam quoq;, meritò regulandam eſſe.

Nec obſtat quod Bl. docuerit, cauſam 35
potius impulſiuam eſſe, cenſeri: Primò enim loquitur Bl. in eo tantummodò caſu, cum dubium eſt, an cauſa impulſiua, an verò finalis ſit.

Conſequitur itaq;, huic Bl. doctrinæ in præſentia locum non fore. Etenim vti iam fides facta eſt, cauſa al qua ſub ingreſſum diſpoſitionis alicuius expreſſa, hanc finalem fore dubitandum non eſt.

Secundò id quoq; reſponderi ad Baldi autoritatem, in contrarium adductam, poteſt: Baldum pauciſsimos habere aſſeclas, complurimos autem eſſe, qui in diuerſas diſcedant

scedant partes, vt *ad nauseam vsq; in Tiraq. in d. tr. cessant. cauf. lunat. 1. ex n. 21. videre est.*

36 SECVNDÒ: M. in V. & L. fundamentum iuris sui, in eo ponunt: quod iuris sit apertissimi: verba ad quem referantur, curandum non esse, sed id solummodo spectandum, ad quem effectus pertineat. *l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. 1. & in l. fideicommissa. §. interdum ff. eod. tit. Sebast. Sapia. in l. 1. n. 42. & ibi Hippol. Rim. n. 519. C. qui admit. Crau. conf. 710. n. 18. & conf. 495. n. 15. Tiber. Decian. conf. 31. n. 179. vol. 1. Cardin. Paris. conf. 27. n. 63. vol. 2.*

Iam verò certo certius est, ad alium neminem, præter successores feudales, effectum Transactionis huius pertinere posse. Considerandum enim est illud: quod vidua, etiamsi decies millies, cum alijs transegisset, ab impetitione tamen successorum in feudo, se se liberare non potuisset:

Oportet itaq; vt effectum hunc solum, ob oculos nobis ponamus: & insuper habeamus, si quæ forsitan verba, effectum hunc præpedientia, in transactionem Erphor. irrepsissent.

37 TERTIÒ ambigui Iuris non est: quod in omni dispositione, verba ita accipi, declarariq; debeant, ne hinc tertius quicquam detrimenti capiat. *c. super eo. ibi Bl. not. ab. 1. ext. de offic. deleg. Tiber. Decian. conf. 23. n. 72. vol. 1. Gerard. Maz. oll. conf. 113. n. 36. vol. 1. Albert. Brun. conf. 85. n. 6. fac. 2. rad. Tasc. in l. properandum. §. siue autem alterutra. nu. 6. C. de iudic. Muscor. in tr. de iuriud. n. 92. in fin.*

38 Cum nec Principis quidem concessio, ita exponi debeat, vt hinc in tertium quicquam præiudicij redundet. *l. nec auus. C. de emancip. liberor. Abb. in c. 1. n. 20. ext. de iudic. Abb. in c. super eo. in pr. n. 2. ext. de offic. deleg. Tasc. in l. quoties. n. 3. C. de precib. Imp. offer. Peur. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 25. n. 11. Chass. in cat. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 36. vers. 2. rederem. Cepoll. in tr. de seru. rust. prad. c. 4. n. 108. Ludouic. Fach. in suo conf. quod est post quæst. Pistor. 20. lib. 2. n. 22. & ibidem Modest. Pistor. in suo const. n. 16. Franc. Burs. at. conf. 32. n. 51.*

Quod cum ita sit, amplectenda non erit, interpretatio illa Transactionis Erphord. quam pars aduersa ipsi assuere conatur.

Etenim secundum hanc Transactionis Erphord. explicationem, M. in V. & L. valdè prægrauarentur. Cum illis hac ratione, tota agnati illius, cuius ipsi proximi sunt, successio, eriperetur.

Nec obstat, quod attamen hisce tractatibus G. & H. M. in V. & L. interfuerint, vtq; ipsis interessent, mandatum, à reliquis suis fratribus absentibus habuerint: quodq; illi ipsi transactioni huic non contradixerint: Nam id, si præsentibus noceret, nocere tamè absentibus, neutiquam potuit. Instructi enim, mandato tantum simplici, & generali, aduenerunt. Vnde remittere aliquid, in præiudicium illorum, à quibus mandatum acceperant, non potuerunt. Nunquam enim sub 39 generali mandato, eo etiam quo libera administratio conceditur donatio compræhenditur. *l. contra Iuris. §. fin. ff. de pact. l. creditor. §. Lucius ff. mand. l. filius familias in pr. ff. de donat. Bart. in l. procurator cui generaliter in pr. ff. de procurator. Arr. Pusell. in l. 1. p. 3. n. 56. C. de bon. matern. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de diuis. mand. n. 36. & rubr. de pers. int. quas cad. poss. bonat. n. 8. Plagius in tr de tutor. & curat. q. 15. n. 39. Cardin. Paris. conf. 45. n. 51. vol. 1. Kol. à Valle. conf. 11. n. 15. vol. 1.*

At enim renunciatio, vel remissio debiti liquidi, species donationis est, & expressum & speciale mandatum requirit. *Vim speciei decidit Mozz. in d. Rubr. de diuis. mand. d. n. 36. Cardin. Paris. d. conf. 45. n. 51. vol. 1. Kol. à Valle. d. conf. 11. nu. 18. vol. 1. per d. l. contra Iuris. §. fin. ff. de pact.* 40

QVARTÒ tutissimum quoq;, illud 41 est, quod ad omnis, vniuscuiusq; actus perfectionem, voluntas sola non sufficiat: sed cum voluntate, potestas simul, requiratur. *Bl. in repet. l. 1. n. 137. C. de sacros. Eccles. Iob. Harib. in l. nemo potest. n. 478. ff. de legat. 1. Bardul. in tr. de tem. vi. & contin. c. 13. n. 2. vers. sed quia. Hercul. in tr. de attent. c. 12. n. 11. Hartm. Pistor. q. 29. n. 23 lib. 2. & q. 38. n. 74. cod. lib. Molin. in l. 1. §. si quis ita. n. 34. ff. de verb. oblig. Panorm. in c. cum super. n. 12. ext. de offdeleg. Seraph. in tr. de iuram. priu. 74. n. 204. Matth. de Afflict. dec. 305. n. 7. Dec. in l. nuptias. n. 9. ad fin. ff. de reg. Iuris. Dec. conf. 198. n. 3. circa med. & conf. 225. n. 1. Rol. a Valle conf. 10. n. 8. & conf. 35. n. 21. vol. 3. Cephal. conf. 152. n. 7. conf. 220. n. 34. conf. 234. n. 24. Crau. conf. 671. n. 13. conf. 786. n. 8. Sim. de Præt. conf. 117. n. 30.*

Iam verò in viduæ B. à M. potestate situm non fuit: auferre successionem agnatis proximis debitam, eamq; agnatis remotioribus conferre. Notum enim est vulgare illud dicterium: De tuo largitor puer. *arg. l. si filius. & l. si constante. C. de donat.* 42

Perficere itaq; id quoq; non potuisset, etiamsi id voluisset: etiamsi item accipiendi animus, pœnes M. in D. fuisset.

QVINTÒ: illud dubitationem non ha- 43 bet, quod ius nostrum non patiatur, quinimò inciuile sit, quem simul re, & precio vti frui. *arg. l. Iulianus §. ex vendito. ff. de action. emt. l. curabit. C. eod. tit. fac. 2. rad. Cephal. conf. 736. n. 28.*

Eligent itaq; alterum horum, M. in D. oportet, & vel feudum à B. à M. emtum, retineant, & 9500. florenos, cum vsu is. M. in V. & L. restituant: vel restituant feudum L. & precium sibi habeant.

Alioqui contra expressas Iuris sanctiones, & re, & precio simul fruerentur.

SEXTÒ: Iuri æquitatiq; consonum est: 44 vt quotiescunq; alia, quam donationis coniectura capi potest, ea amplectatur, dona-

tionis verò coniectura, reijciatur. *Bald. Natell. in tr. de dote. p. 1 o. n. 7. vers. quod autem. Dec. in l. postquam luti. n. 16. C. de pact. Menoch. in tr. de præsumt. præs. 8. n. 14. præsumt. 12. n 10. & præsumt. 71 n. 2. lib. 3. Cran. cons. 257. n. 5. & cons. 190. col. 2. vers. quarti. Cardm. Paris. cons. 49. n. 39. vol. 3. Natt. cons. 7 8. n. 5. Cephal. cons. 25. n. 47. Dec. cons. 43. n. 32. vol. 3. Menoch. cons. 1. n. 212.*

45 Quinimò fatuitatis potius, quàm donationis coniectura admittitur. *Bl. in l. generaliter. n. 14. C. de non num. pec. Ias. in præludd. fendor. n. 12. Ias. in l. si fundum per fideicommissum. n. 15. ff. de legat. 1. Mor. z. in tr. de contract. Rubr. de natural. donat. n. 3. Menoch. in tr. de arbitr. Iudic. quæstionib. cas. 88. n. 2. Menoch. d. cons. 1. n. 215.*

46 Sed & in facto proprio, potius toleratur error, quàm donationis coniectura, inducatur. *Menoch. d. casu. 88. n. 3. Mascard. in tr. de probat. concl. 554. n. 6. Cran. cons. 77. n. 14. & cons. 142. n. 26. Tiber. Decian. cons. 55. n. 33. vol. 2. Menoch. d. cons. 1. n. 215.*

47 Et vt summatim rem complectamur, omnis alia præsumtio, & coniectura, cuiusmodi illa fuerit, ad excludendum donationis coniecturam sufficit. *Bl. in l fin. n. 19. C. de dot. promiss. Tiraq de ut. retr. p. 1. §. 36. gl. 2. n. 50. Tiraq. in l si vnquam. in v. donatione largitus. n. 208. C. de revoc. donat. Mascard. d. concl. 54. n. 14.*

Sanior itaq; rursus erit ille intellectus, quem Transactionem Erphord. habere contendunt, M. in V. & L. præillo, quem eidem obtrudunt M. in D.

Nam secundum id, quod volunt M. in D. propria, in genuaq; donatio, per Transactionem Erphordianam introducitur. Iis enim tanquam agnatis remotioribus, nulla omninò competit exceptio, quam viduæ B. à M. exigenti ab eis, id, quod parens M. in D. debebat, opponerent. Clariores enim erant obligationum literæ, quæ in viduæ manibus erant, quam vt à M. in D. vllo modo eneruari possent.

E diuerso verò, secundum M. in V. & L. allegationes, opus non est, donationem vllam præsupponere.

Etenim, M. in V. & L. ceu agnati proximiores, totam illam 22000 florenorum summam, eo quod feudum esset, sibi vendicabant.

Quare vidua id cernens, non donandi animo, sed litem execrata, ob incertissimos eius exitus, 9500. florenos illis remisit: inq; illos titulo tranlactionis, quæ aliàs semper aliquo dato vel retento celebrari solet, transfulit.

Magis itaq; iuri congruere hanc, quam illam Interpretationem, ambigendum non est.

48 Nec obstat: etiamsi hîc rursus M. in D. replicationis loco regererent, præsumi attamen, iure attestante: donationem ob affinitatem, & coniunctionem personarum. *l. procula. ff. de probation. Menoch. d. tr. de præsumt. præsumt. 33. n. 5. lib. 3.*

Nam si hinc inferre voluerint, inter ipsos, & viduam quoq;, vtpotè quæ illos affinitatis necessitudine attingebat, & patrui quondam ipsorum vxor fuerat, donationem facilè præsumendam esse.

Est, quod ad obiectionem hanc, respondeamus, PRIMÒ: quod allegata. l Procula. ff. de probation. de fratre & sorore, & consequenter de cognatis loquatur. *l. Iuriconsultus. §. sunt & ex latere. ff. de gradib.* 49

Qui quidem eiusmodi cognati sunt, quos primus ferè, principesque cognationis gradus coniungit, vnde dulcissimi. *l. cum pater. §. dulcissimis ff. de legat. 2. l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommiss. libert. Alc. disputat. lib. 1. c. 27.* 50

Nec non charissimi, ob summam inter se coniunctionem, & necessitudinem nuncupantur. *d. l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicommiss. libert. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 22. n. 8.* 51

Nobis autem in præsentia de affinibus res est. Quos tam vehemens non copulat, atq; coniungit amor. *arg. l. non facilè. §. affines. ponderando verba: ad cognationem finem accedit. ff. de grad.* 52

At quid dicam, de affinibus nobis rem esse, imò de talibus personis, in præsenti casu tractatur, qui olim affines fuerant, tempore initæ transactionis non erant. Causa enim affinitatis cessante, quod fiebat, in fata concedente B. à M. ipsam quoq; affinitatem desinere, amplius dubitanduni non est. *l. cui conjum. §. affinitatu. ff. de postul. gl. l. sed hoc ita in pr. in v. succurrendum. ff. de re iudic. Bl. in l. affinitatis. n. 3. C. commun. de succeff. Bl. in l. vlt. n. 1. ali Castr. n. 4. Tasc. n. 23. C. de verb. signif. Ias. in l. sicut autem. n. 5. ff. de re iudic. Tiraq. in tr. cessi. caus. p. 1. n. 27. Blanc. in tr. de comprom. q. 3. n. 23. vers. contrariam opinionem.* 53

Quod enim de prohibito matrimonio, inter affines, etiamsi alteruter horum, qui causa affinitatis exiterat, diem suũ obijsset, iure cautum, atq; disposituin est (*c. non debet ext. de consang. & affinit. Ias. in d. l. vltim. n. 23. C. de verbor. significat. Prael. Pap. in form. libel. quo vx. ag. ad dot. in v. matrimonio. n. 24. Blanc. in d. tr. de compromiss. q. 3. n. 23. vers. secundo adducitur text. Conarr. in Epitom. 4. lib. Decretal. c. 6. §. 7. n. 6. Mor. z. in tr. de contract. Rubr. ex quib. caus. annul. matrim. n. 43. in fin.*) huc non pertinet. 54

Facili itaq; vt rem vno verbo absoluamus, negocio, quilibet videre potest, haudquaquam dextre, ex l Procula. ff. de probat. decisione, quicquam ad præsens negocium pertinens, astrui.

SECVNDÒ oportet quoq; 55, si L. Procula ff. de probat. decisio locum habere debet: vt frater, sororq; de quibus ibi agitur, præterquam, quod frater & soror sunt, nouæ etiam

etiam societatis, & communium negociationum administrationis vinculo, copulentur. Quare cum societas ad instar fraternitatis sese habeat. *l. verum est. ff. pro soc. Iaf. in l. sunt qui in id. n. 3. ff. de re iudic. affl. decis. 58. n. 5. Marquard. Fieber. parerg. lib. 1. c. 3. in pr. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 4. § quinto in pr. n. 23. Iaf. in l. apertissimi. n. 9. vers. septima causa. C. de iudic. Tiber. Decian. cons. 97. nu. 26. vol. 2. cons. 125. nu. 16. vol. 3.*

56 Mirum non est, si exactibus, inter fratrem, & sororem soctos, gestis, donatio facile introducatur: Proindeq; cum hæc omnia in præsenti themate diuerlimode sese habeant, ecquis non videt, perperam ad casu I. Procula. ff. de probat. ad thema nostrum, argumenta duci?

57 Tertiò: ad stabiliendum axioma illud, quod in l. Procula. ff. de probation. fundatur, necesse est, vt aliæ perplures, donationem suadentes, adsint præterea circumstantiæ, factiq; qualitates: veluti necesse est: fœpius inter hunc fratrem, & sororem, initas, subductasq; administrationis rationes, atq; confectas fuisse: nunquam interim de soluendo fideicommisso, verbulo à sorore emisso: sed & temporis diuturnitas accesserat. Atq; hæc simul, & semel omnia, nimirum vinculum fraternitatis, atq; societatis: conuenisse calculos, & temporis longæuitatem, ex communi DD. placito, in omni casu interuenire oportet, qui ex dispositione l. Procula. ff. de probat. decidi debet, & è diuerso casus, cui isthæc omnia non insunt, aptè, & rectè ex determinatione l. Procula. ff. de probat. non decidit. *Vti in individuo vult. Bran. d. l. Procula in summar. Iaf. in l. quæ dotis. n. 18. vbi hanc esse communem opinionem, attestatur. ff. solut. matrim. Affl. decis. 13. n. 12. & 13. Capyc. decis. 180. n. 15. Grammat. decis. 103. n. 39. vers. nec obstat quod textus. Coras. in l. qui liberos. n. 122. ff. de rit. nupt. Tiraq. de vt. retr. p. 1. § 1. gl. 9. n. 154 Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. cas. 88. n. 16. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de naturalib. donation. n. 7. Bl. Nouel. in tr. de dot. p. 6. priu. 45. nu. 1.*

Ex l. Procula itaq; doctrina, nostri casus decisio, petenda neutiquam erit.

58 Septimò: controuersi iuris non est: quod nunquam ea capienda sit interpretatio, quam si amplectimur, absurdum, & abominabile quid iuri nostro sequeretur. *l. sæpe oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. c. intelligentia extr. de verb. sign. Clement. 2. in pr. de Magistris. c. in Genesi ext. de Elect. Iohan. Hanthb. in rubr. n. 118. ff. solut. matr. Zuchard. in l. postumo. n. 52. C. de bonor. poss. cont. tab. Euer. in top. in loc. ab absurdo. n. 2. Capyc. decisione 168. nu. 6. Calder. dec. 64. nu. 5. dec. 107. nu. 3.*

Iam verò ex interpretatione, M. in D. multa sequuntur inconuenientia, & absurda.

Nam contra id, quod iura sanciuerunt, 59
quod absurdum sit, iuriúe incognitum, in vllo vnquam actu cum femina celebrato, donationem præsumi. *Vti in specie decidit Menoch. in tr. de præsumt. præsumt. 10. n. 3. lib. 3.*

Eò, quod eo ingenio natæ sint feminæ, 60
omnes, quò maximè diteícere cupiant, nec de suo quicquam largiantur. Vnde lus nostrum illas, in auaritiam propensiores, magis, quàm deceat, esse, credit. *gl. in l. Neseruius. ff. de negoc. gest. gl. in l. quæ dotis. ibi Bar. n. 1. ff. sol. matr. Nouiz. an. in sylu. nupt. lib. 2. n. 65. Boer. in consuet. Biturig. tit. de stat. person. §. 4. gl. 1. col. 2. & §. 10. gl. 1. col. 1. Tiraq. de ll. connub. l. 9. n. 83. Borgn. Cauale. in tr. de vsufr. mulier. relict. n. 19. Masc. in tr. de probat. cond. 1080. n. 29. Br. q. 7. n. 2. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 41. n. 2. & lib. 4. c. 42. n. 2. Tonning. de cif. 6. n. 9. Borch. in tr. feud. c. 3. n. 42. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3 præs. 6. n. 52. & præs. 10. n. 6. Br. cons. 124. n. 2. & cons. 127. n. 1. vol. 1. Mandell. cons. 87. n. 26. arg. l. si stipulata in fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. sed si ego. in fin. ff. ad S. C. Velleian.*

Hic, in transactione cum muliere inita, cum id præterea, nullo modo, verba transactionis exigant, atq; requirant, tacita quædam donatio introducitur, atque peracta esse, asseritur.

Explodamus itaque & antiquemus, interpretationem hanc, à M. in D. excogitatam.

Octavò: notissimi Iuris est: quod 61
nulla ipso iure sit donatio ea, quæ maioris, quàm quingentorum solidorum, est quantitatis, si insinuatio non accesserit. *l. penult. in fin. C. de donat. §. alue Inst. eod. tit. Iaf. in l. ex hoc iure. nu. 53. ff. de Iust. & Iur. Pyrrh. English. in consuet. Aurelianens. tit. de testam. c. 13. Prait. Pap. in for. lib. quo ag. pro donat. in v. solennitet. n. 1. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 4. n. 6. Emau. Soar. recept. sentent. lit. D. n. 165. Dilect. in tr. de art. testand. tit. 10. caut. 2 n. 4. Straph. in tr. de iur. am. priu. 73. n. 1. & priuil. 107. n. 2. Anton. de Petrut. in l. 1. n. 170. ff. de iurcur. Iohan. Hannib. in l. nemo potest. n. 298. Bl. Crott. ff. de l. 1. Iohan. Hannib. l. posit contractum. n. 98. ff. de don. st.*

Esto itaq;, donare hîc viduam B. à M. in D. voluisse ponamus: irrita tamen, atque inanis donatio hæc, ob omissam insinuationem, omninò erit.

Nec obstat rursus, etsi aduersus hæc, M. 61
in D. exceperint, proprie his donationem celebratam non esse, sed vel pactum de non petendo, vel aliud eius generis liberatorium: proindeq; insinuationem hîc omissam esse, innocuum fore, propterea: quod à sponte liberationem, seu debiti remissionem, proprie donationem non esse, inter omnes constet. *Vti in specie decidit Cauarr. variar. resol. lib. 2. c. 4. n. 8. arg. l. si quis delegauerit*, pondérando verba: similis videtur ei qui donat. *ff. de donat.*

Et quamuis remittere dare sit, vti in principio huius quæstionis adduximus.

63 Dare attamen, & donare inter sese ad quendam quoque modum differre: *Vti in specie decidit Berengar. Fernand. in l. palla conuenta. 6. 3. n. 57. ff. de contrab. emt. per iura, & rationes ibidem adductas.*

Nam vtcunque hæc, speciosè prætexi possunt: reuera tamen consistere nequeunt.

64 Nam etiamsi non omninò propria sit donatio debiti remissio, attamen non minus in ea, si legitimam quantitatem supergressa fuerit, insinuationem quoque fore necessariam. Ita namque in indiuiduo miserunt in literas. *Br. in l. Modestinus. nu. 1. ff. de donat. Br. in l. si quis obligationi, dum sese ad ea, quæ in l. Modestinus scripserat, refert & ibi Dec. nu. 7.* * *vbi hanc esse communem opinionem attestatur, ff. de reg. Iur. Iaf. in l. debitori tuo. nu. 3. vbi & is hanc communi calculo receptam testis est. C. de pact. Didell. in tr. de art. test. tit. 11. cant. 19. nu. 5. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione largitus. n. 176. vbi insinuatos alios suo more adducit. C. de reuoc. donat. Gomez. variar. resolut. lib. 2. c. 4. n. 9. Couarr. variat. resol. lib. 2. c. 4. nu. 8. Tid. Clar. recept. sent. §. donatio. q. 16. nu. 2. Eman. Soar. recept. sent. lit. I. n. 110. Capyc. decis. 156. nu. 13. Turz. commun. opin. 15. ad fin. Mozz. in tr. de contr. Rubr. de subst antial. donat. nu. 7.*

Operæprecium itaq; non est, in obiectionis huius resolutione, immorari.

Quod si aggressi fuerint M. in D. argumentum hoc, in ipsos quoque M. in V. & L. detorquere: cum & illorum respectu, conuentionem liberatoriam celebratam esse, rectè dicatur, ob verba illa: Fallen / vnd sincken lassen: per quæ transactio loquitur: non tamen ne hoc quidem pacto, prætualere potuerunt.

Tametsi enim, remissionem hic, etiam respectu M. in V. & L. factam esse, concedamus: remissio attamen hæc, intuitu illorum, non est remissio debiti (ipsi enim viduæ obligati non erant) sed remissio litis nuncupanda. Vnde quoque non naturam donationum, sed naturam Transactionum sortietur.

65 Ob lites enim finiendas, transactiones promanarunt, atq; excogitatæ sunt. *l. 1. ff. de transactionib. l. fratres. C. eod. Cardin. Paris. cons. 93. n. 63. volum. 1. Cephal. cons. 370. n. 1.*

66 Ideoque in his, ob lites euentum dubium, quo fit, vt certo æstimari nequeat, an id, quod datum, vel retentum est, quantitatem, quingentorum solidorum superarit, aliqua insinuatione opus non est. *argm. gl. in l. Lucius. §. fin. ponderando verba: sed certè non per hoc. ff. ad S.C. Trebell.*

Quod si ad donationes omninò referenda esset Transactio hæc: generibus attamen donationum simplicium subdi non posset, sed illis tantum, quæ ob causam fiunt. Eo quod ex mera liberalitate hæc non descenderit, sed ideò, vt à lite discederetur, facta sit.

Etenim omnis donatio simplex, ex 67
mera liberalitate proficiscitur. *l. inter donum. ff. de verb. significi. l. donari. ff. de reg. Iur. & l. donari. ff. de donat. Paul. de Castr. in l. 1. n. 2. ff. eod. tit. Mozz. in tr. de contract. Rubr. donatio. n. 3. & 4. & rubr. diuis. donat. n. 4.*

Illa verò, causam vel expressam, vel ta- 68
citam, semper in se complectitur, qua dans ad dandum commouetur. *Mozz. d. rubr. diuis. donat. n. 5. arg. l. hoc iure. ff. de donationib. §. 1. Inst. eod. tit.*

Restat itaq;, vt concludamus ne sic quidem insinuatione opus fuisse.

Nec enim donatio ob causam, insinua- 69
tionem reposcit. *gl. in l. Aquilius in v. non meram. ibi Br. n. 3. ff. de donat. Paul. de Castr. in l. 1. n. 2 in fin. ff. eod. tit. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione largitus. n. 109. & n. 143. C. de reuoc. donat. Iul. Clar. recept. sentent. §. donatio. q. 16. n. 6. Mozz. d. tr. de contract. rubr. de subst antial. donat. n. 15. vers. idem in donatione reciproca. Capell. Tholos. dec. 381. ibi Steph. Auster. in addit. Anton. de Petrut. in l. 1. n. 180. ff. de iureur. Anton. Gabriel. Roman. in tr. Regular. lib. 3. tit. de donat. concl. 1. n. 65.*

Deniq; non opitulabitur M. in D. et- 70
iamsi etiamnum donationem hanc, apud acta insinuare vellent. Quandoquidem iuris incognita non sit: insinuationem rectè tam per donatarium, quàm per donantem postulari. *Vti in specie decidit Mozz. in tr. de contr. rubr. de subst antial. donat. n. 9. Bl. in l. m hac. n. 5. C. de donation. Alex. cons. 157. n. 9. lib. 2. arg. l. cum multæ C. de donationibus ante nupt.*

Sed & quandocunq; longo post inter- 71
uallo, perfecta iam donatione, rectè peti, *vti in specie decidit. Bl. d. l. cum multa. n. 5. per ill. text. C. de donat. ant. nupt. Mozz. d. Rubr. de subst antial. donat. n. 10. Br. in l. Modestinus. n. 5. ff. de donation. Crott. in l. 1. §. qui præsens. n. 2. ff. de verb. obligationib. Ieh. Hannib. in l. nemo potest. n. 313. ff. de legat. 1. Tiraq. de ll. connub. gl. 6. n. 10. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 25. n. 13. Alex. cons. 237. n. 13. vol. 6. Cran. cons. 201. n. 27. vers. alibi.*

Nam hoc diluitur per id, quod non solum defectus insinuationum, verum etiam alij plerique, M. in D. obsistant.

Quare etiamsi medicinam insinuationis defectui quærerent, non tamen propterea reliquis impedimentis succurreretur.

Nec enim vna impedimenti causa ces- 72
sante, reliquis superstitibus, impedimentum desinet. *§. affinitatu. Inst. de nupt. & §. fœtum Inst. eod. tit.*

Quod & generaliter verum est. Nun- 73
quam enim ob vnius causæ defectum, reliquis in suo statu permanentibus, tollitur aliqua dispositio. *Br. l. 2. in pr. n. 37. ff. de vulg. & pupill.*

pupill. Neuiz. in stylo. mpt. lib. 1. n. 208. Bl. Nouell. in tr. dot. p. 6. priuil. 16. n. 6. in fin. Neguz. ant. in tr. de pignorib. 4. memb. 2. p. p. n. 9. Curt. Iun. in tr. feud. 1. p. 3. p. p. n. 5. in fin. Exea. in tr. de pact. n. 541. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 2 2. n. 2. priuil. 83. n. 45. & priuil. 100. n. 8.

Præterea, etsi omnis defectus huius remissionis, cuiusq; quæ hinc extruitur donationis, in insinuationem tantùm resideret: curari tamen ne ille quidem defectus reuera posset.

74 Quod enim dicitur, idem esse siue à donatario, siue à donante, postuletur insinuatio: insinuationem item, longo pòst temporis interuallo, quàm contrahebatur donatio, quingentis solidis maior, rectè impetrari: ita demùm verum erit: si vtroq; & donatario, & donatore viuente, postulata sit insinuatio. Quod si alteruter horum è vita iam decesserit, nullus post deinde, insinuationi petendæ, locus reliquus erit. *Ita in specie tursus decidit, & Franc. Becium in id allegat. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de substantiab. donation. n. 14. fac. tr. ad. Crau. cons. 939. n. 4.*

Vt itaq; hic, ad insinuationem ritè, rectèq; progrederemur, cum vtraq; persona, & donantis, & donatarij, amplius superstes non sit.

75 Sed & tunc, postquam semel, de nullitate donationis, dicì cœptum est, amplius iure non petitur insinuatio. *Vt iterum tursus in specie decidit Ioppol. de Marsil. sing. 489. Mozz. d. Rubr. de substant. donat. n. 12. vbi Coru. & Franc. Becium in id allegat. Craud. cons. 201. n. 27. vers. alibi scribit Cornetus Alex. d. cons. 157. n. 13. vol. 6.*

Hic verò, iamdudum lis, de nullitate donationis huius exacta fuit.

76 NONÒ: ambiguitate quoque omni istud caret, quòd rectè præsumatur, eum rei, factóque veritatem, melius quàm alium quenquam scire, qui id factum, vel rem fecit, condidit, scripsit. *l. quanquam. ff. ad S. C. Velleian. Cephal. cons. 260. n. 20.*

Vnde verba, tesq; dubiæ, in Epistolis, aut instrumentis, nunquam melius, sanius, aut perfectius declarantur, quàm vel per ipsum scribentem, aut vt scriberetur mandantem, vel præcipientem. *Vt in specie decidit. Speculat. in tr. de instrum. edit. §. nunc autem. n. 6. Alex. de Imol. in l. quæ t. l. n. 4. vers. prædicta. ff. solut. matrim. Angel. Perus. cons. 274. n. 1. Tiber. Decian. cons. 3. n. 126. vol. 1.*

77 Et generaliter verum est, interpretationem ab eo potissimum petendam, qui sd, de cuius interpretatione agitur, condiderat. *l. final. vers. si enim. & ibi Salic. C. de fl. c. cum venissent, ibi gl. in v. inducat ext. de iudic. c. inter eius. ext. de sent. excommunic. Cephal. cons. 583. n. 1. Tiber. Decian. cons. 29. n. 37. vol. 2. Dec. in l. in ambiguis. la. 2. n. 1. per ill. text. ff. de reg. Iur. Menoch. cons. 3. n. 22. & cons. 160. n. 47.*

Iam verò formulam Transactionis huius, vir Nobilissimus, & præstantissimus D. D. N. Cæsariæ Maiest. Consiliarius scriptis comprænderat, ipse verò, in literis ad M. in V. & L. datis, se alia nomente, quàm vt residuum illud 9500. florenorum agnatorum proximiorum esset, Transactionem Erphord. scriptis non comprænhdisse, significat.

Hanc itaque meliorem Transactionis Erphordianæ interpretationem esse, dubio omni caret.

Nec obstat, etiamsi M. in D. aduersus hæc regererent: D. D. A. solum esse, qui de hoc Transactionis intellectu attestetur.

Ideoq; succedere illud: quod testi vnico, & singulari credendum non sit. *Felin. in c. licet causam. n. 6. vers. nota septimo ext. de probation. Felin. in c. licet ex quadam. n. 2. ext. de testib. Tusc. in l. admonendi lect. 1. n. 94. ff. de interr. Lancill. Conrad. in tr. de offic. Prator. Rubr. dicta testium n. 23. Gail. obs. 66. n. 10. lib. 2. Mynsi. obs. 76. cent. 3. Coras. Miscell. lib. 3. c. 7. n. 1. Reub. in tr. de testib. p. 3. n. 160. & seqq. Ludouic. Facht. in suo cons. quod extat post. q. Hart. Pistor. 20. lib. 2. n. 80. Tiber. Decian. cons. 93. n. 23. vol. 2.* 78

Quod non solum in infimæ sortis, aut mediocris fortunæ hominibus: verum etiam in viris excellentia præfulgentibus; quinimò in Cardinalibus etiam & Senatoribus Romanæ Ecclesiæ, obtinet. *gl. in c. sicut nobis ibi Abb. n. 3. ext. de sententi. excommunic. Iaf. in l. admonendi lect. 2. n. 175. ff. de iureiur. Br. in l. vnica. n. 1. C. de superindict. lib. 10. Iaf. in l. cum filiusfam. li. Stychum. in pr. n. 17. vers. secundo, quia etiam Cardinalis ff. de verb. oblig. Capell. Tholosan. decis. 463. ibi Steph. Aufrer. in addit. Mascard. in tr. de probat. concl. 269. n. 21. Aegid. Bellamer. decis. 628. & 629. Dec. cons. 463. n. 10. Cardin. Paris. cons. 136. n. 31. vol. 4. Crau. cons. 104. n. 5.* 79

Etiamsi hi Cardinales, siue curiæ Romanæ Purpurati æquiparentur, vt quibusdam placuit, Regibus. *Vt in specie decidit Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 10. §. 1. in pr. n. 10.* 80

Nam ad id, hæc parata est responsio, quòd vniuersa familia M. huic viro totum negocium semel concrediderit, idq; non immerito. Qui enim principi à consiliis sunt, personæ nobiles, probataq; esse solent. *l. omnium in pr. C. de testam.* 81

Et pars sunt corporis Principis. *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. Exea. in tr. de pact. n. 326. Cuchet. in proœmio suarum decision. n. 1. Tiraq. in tr. de nobilit. at. c. 8. n. 21.* 82

Valde itaq; indecens esse, si nunc viri huius personam redarguere velint.

Nec enim Iuris benignitati congruit, eum, cuius personam semel probarunt, postdeinde reijcere, atq; improbare. *Simon. de Proet. cons. 10. n. 23. arg. c. quod semel placuit de Reg. Iur. lib. 6.* 83

Quinimò cui quod plus est licet, verbi gratia: 84

gratia: cui integrum, atq; permissum fuit, ipsam verborum transactionis seriem, mente, atq; cogitatione effingere, atq; formare: atq; deinceps in scripta referre: quod minus est (nimis autem est, verba iam efformata, quæ nonnihil ambiguitatis præ se ferebant, interpretari) vtique multò magis licebit. *c. cui licet. de Reg. Iur. lib. 6. l. non debet cui.ff. eod. tit. Marant. in l. u potest. n. 19. ff. de acquir. hared. Cott. in memorab. in v. flatuta. el. 6. Mascorn. in tr. de iurisdict. n. 55. vers. sed quoniam.*

85 Indignum namq; est, & à legum humanitate alienum, eum, cui totius negocij corpus credideris, à certi alicuius articuli obscurioris explicatione arcere atq; repellere. *arg. l. hac lege. C. de pact. conuent.*

Insuper quoque D.D.A. Testimonium, non vt Testis, sed vt Declaratoris testimonia prolata sunt.

86 Non itaque huc pertinet, quod de Testis vnici dictis afferebatur. In declaratore enim, constituti Iuris, & omnium DD. calculo receptum est, hunc in classem testium non redigendum: sed & solum plenam fidem facere. *Vti in specie decidit Br. in l. 1. §. fin. n. 2. ibi Ias. n. 4. vers. circa primam oppositionem & n. 5. Alcat. n. 12. & seqq ff. de verb. obligat. Bl. in l. diuortas. n. 1. C. de testam. manumiss. Garf. in tr. de expensis. c. 24. n. 21. vbi hanc esse communem opinionem attestatur.*

87 Sic agrorum mensor, cum & is ex genere potius declaratorum, quàm Testium sit, solus plenè probat. *Vti DD. quos modò citauimus, vnanimi consensu omnes concludunt, & præter cæteros, id ipsum quoq; in specie voluit Bl. in c. licet vnuersis. n. 4. vers. oppone quod vnus testis. ext. de testib. quem refert, & sequitur Hector Aemilius in tr. de testib. in v. testis agri mensor. n. 2. facit. tot. tit. ff. si mens. f. fl. mod. dix.*

88 Quinimò communis etiam interpretum traditio ita habet: standum esse, si qua in instrumento occurrit ambiguitas, declaratione, atque explicatione Notarij, qui id ipsum instrumentum, cui ambiguitas inest, conscripserat atq; confecerat. *Vti in specie decidit Alc. in tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 13. n. 21. Cagnol. in l. si librarius. nu. 62. ff. de reg. Iur. Alex. cons. 146. n. 2. vol. 5.*

89 Cum itaq; idipsum in Notarij explicatione obtineat, qui tamen vt plurimum patres ignorantiæ sunt, seu vt Alciati verbis vtar plerunq; se rudes, & bardos testantur. *Alcat. in l. 1. n. 172. ff. de vulg. & pupill.*

90 Quotumq; imperitia totus destruitur mundus. *Vt Bl. autore docunt Ias. in l. filius à patre. in pr. nu. 26. vers. adde quod alibi. ff. de lib. & posth. Ripa in l. centurio. nu. 83. ff. de vulgar. & pupill. Cagnol. in l. si librarius. n. 2. ff. de Reg. Iur. Castellian. Cott. in memorab. in v. Notariorum imperitia. Carol. Molin. in l. 1. §. si quis ita. n. 79. ff. de verb. obligat. Simon. de Prost. in tr. de vlt. volun. interp. lib. 2. dubit. 1. solut. 12. n. 6. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 10. n. 4.*

Quiq; vim, & potestatem verborum, & clausularum, non callent, sed more pśitacorum, & picarum garriunt, atque sine mente sonum dant. *Vt loquitur Ronan. singular. 51. incipit quid operatur clausula, quem refert, & sequitur Cott. in memorab. in d. v. Notariorum imperitia. Cagnol. in d. l. si librarius. nu. 2. ff. de Reg. Iur.* 91

Quantò magis id, in primæ notæ viro, qui ipsi Maiestati Cæsariæ, à consilijs est, obtinebit. Hunc enim comitatus lateris Principis illustrat, *l. vnic. C. de præpos. labor. lib. 12.* 92

Estq; pars corporis Principis. *d. l. quoquis. C. ad l. Iul. Maiest.* 93

Inq; eo ordine constitutus, in quo ipsum ipse numerat Imperat. *l. ius Senatorum. C. de dignit. eod. lib.* 94

Est deniq; nobilis, probataq; persona. *d. l. omnium. C. de testam.* 95

Quid? quod testis etiam vnicus, qui de ijs, quod ipse egerat, vndeq; nil commodi, nil emolumenti sperare, expectareq; potest, attestatur, si præsertim alia affuerint adminicula, plena adhibeatur fides. *Vt in specie decidit Paul. de Castr. in l. quicunq;. n. 10. C. de seruit. Saluc. in l. si quis Decurion. n. 4. C. ad l. Cornel. de falf. Tas. in l. cunctos populos. lect. 1. n. 66. C. de sanct. Trinit. & fid. Cathol. Hippol. de Marsan. pract. crim. §. diligenter. n. 131. Lancel. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubr. dicta testium. n. 5. vers. adde trigesimo quarto. Bl. in tr. de compromiss. q. 8. n. 34 sub vers. vt arbitror. Ant. Gabriel Rom. in tr. Regular. lib. 1. tit. de testib. concl. 2. n. 76. Craus. in tr. de antiquit. tempor. p. 4 §. fed enim n. 26. Tiraq. in tr. de vir. retr. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 47. vbi complures alios, more suo, idem volentes in id adducit. Br. cons. 19. n. 4. & ibi Thom. Diplouat. in addit. vol. 2. Paul. de Castr. cons. 109. n. 2. vers. cui Iacobo. vol. 2. Dec. cons. 342. n. 1. vers. prima est. cons. 363. n. 2. in fin. & n. 3 & cons. 650. n. 9. Alex. cons. 197. n. 5. vol. 7. Craus. cons. 2. n. 9. cons. 90. n. 6. cons. 178. n. 7. & cons. 220. n. 18. Natt. in addit. ad Alex. cons. 192. vol. 6. addit. vlt.* 96

Valebit itaque D. D. A. interpretatio, qua Transactionem Erphordianam interpretatus est: etiamsi eam feciſset tanquam testis.

Attestatus enim est de ijs, quæ ipse fecerat, de quibus item vel commodi, vel dispendij nihil consequitur: Sed & interpretationem eius complurimæ aliæ verisimilitudines adiuuant. 97

Nec obstat, quod nonnulli Interpretum reperiantur, qui hoc Castrensis (is enim antesignanus est huius opinionis) dictum allatrent. *Vti sibiipsi contrarius facit Alex. in l. 2. §. si absens. n. 10. vbi hanc Castrensis opinionem contrariam, verioremq; attestatur, & ibi Ias. n. 10. ff. si ex nox. caus. agat. Alex. in l. nec in. n. 4. & ibi utrumq; Ias. hac in re malè sibi constant. n. 8. ff. de acquir. hered. Alex. cons.*

* *192. n. 13. vbi hanc posteriorem communiter receptam rursus testis est. vol. 6. Carol. Molin. in addit. ad Dec. d. conf. 650. n. 9. lit. B.*

98 Facilis enim harum opinionum, ad inuicem pugnantium, est conciliatio: Si nimirum priori opinioni tum demum locum fecerimus, cum præter id, quod testis, de ijs, quæ ipse gesserat, attestatur, alia quoq; affuerint adminicula: Posteriori verò, cum istiusmodi testis depositio, nulla alia re extrinsecus adiuuatur. Hoc enim thema, interpretes posteriorem opinionem sectantes tractant: *vt primus animaduertit Blanc. in d. tr. de compromiss. q. 8. in fin. & cuius etiam primo intuitu facilè apparebit.*

Quapropter hæc priori repugnans opinio, nil in præsentia nobis faciesit negocij: cum vt superius demonstratum est, complurima adsint adminicula, imò fortissimæ rationes, quibus hæc D. D. A. adiuuatur explicatio.

99 Pariter quoq; illud pondus non habet, quod attamen testi non iurato non credatur.

* *Vt in specie decidit l. vtriusiurandi. ibi Br. Bl. & communiter interpretum scholа. C. de iurar. Br. in l. admonendi. n. 38. ibi Ias. n. 190. Ripa. n. 194. ff. de iureiur. Felinus c. fraternitatis. n. 2. in c. tuis. n. 1. & in c. de testibus nu. 5. ext. de testib. Lancel. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubr. de testib. n. 10. Hartm. Pist. q. 43. n. 1. 2. & 13 lib. 1. Scraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 80. n. 1. & prin. 115. n. 3. Mynsing. obs. 77. in pr. cent. 4. obs. 32. n. 1. cent. 6. Iust. Reub. in tr. de testib. p. 3. n. 56. Hipp. de Marsi. cons. 2. n. 24.*

Quantumuis enim, D. D. A. hanc ad M. in V. & L. perscribens declarationem, iurato id non fecerit.

100 Attamen cum Iuris sit certissimi: quod vtriusq; partis consensu, à iuramenti præstatione rectè liberetur testis, valeatq;, quinimò probationem faciat legitimam eius depositio. *Id namq, expressim & ad literam scriptum reliquêre Br. d. l. iurisiurandi n. 1. C. de testib. Ripa in d. l. admonendi. n. 199. ff. de iureiur. Ias. in l. nemo potest lect. 1. n. 29. ff. de legat. 1. Felin. in d. c. tuis. n. 3. ext. de testib. Hippol. de Marsil. in pr. crimin. §. diligenter. n. 63. Lancel. Conrad. in tr. de offic. Prat. Rubr. de testib. n. 10. Pract. Pap. in for. oppon. cont. test. in v. & non iurati. n. 2. Seraphin. in tr. de iuram. priuil. 30. n. 22. Reubr. in tr. de testib. p. 3. n. 58. Alc. paradoxor. lib. 3. c. 3. n. 3. Mynsing. obs. 3. cent. 2. obs. 80. cent. 3. & obs. 32. cent. 6.*

Non nocebit itaq; D. D. A. interpretationi, iusiurandum nullum præcessisse. Etenim ob personæ testis legalitatem, eidem non solum potest, verum etiam debet, omnis iuramenti præstatio, in totum remitti.

101 Sic enim, quod magis est, scriptum

decisumque extat: Ei qui de iure consulitur, plenam absque vlla Sacramenti religione, adhiberi debere fidem, si Virtute, integritateque conspicuus fuerit. Quantumuis aliàs, qui de iure responsa dat, iurare debeat. *Specul. in tit. de requis. conf. n. 8. Felin. in c. super his. vers. 19. vers. facit quod not. Specul. ext. de accus. Hipp. de Marsil. 1. §. ad quæstionem. n. 22. ff. de quæstion. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 134.*

Quid? quod ipsa vrbanitas, tantum 102
virum, ad iusiurandum adigere, non permisserit. Cum tamen nobiles omnes, vrbanitati dediti præsumantur. *per trad. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 20. n. 41.*

Non afferam nunc illam Iuris dispositionem, qua testis, qui absque solenni iuramento, testimonium tulerat, depositio, etsi plenam, legitimamque fidem non faciat: præsumtioni tamen ansam præbet. 103

Quam in obtutu nihilominus Iudex habere debet, præsertim si is ipse testis vitæ integer, scelerisque purus: bonæque aliàs existimationis, ac famæ, fuerit. *ita in specie decidit Ias. d. l. admonendi. lect. 2. n. 190. vers. idem tenet etiam vbi Ripa. n. 197. Cors. p. 2. n. 42. Cacalup. nu. 94. vers. & præterea adde. ff. de iureur. Lancel. Conrad. in tr. de off. Prat. Rubr. de testib. n. 10. vers. declara etiam. Hippol. de Marsil. l. 1. §. ad quæstionem. n. 8. ff. de quæstion. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 137. Dec. conf. 559. n. 8.*

Ex qua tamen rectè inferri potest, D. D. A. testimonium, ad minimum, plurimum prodesse, M. in V. & L. ad victoriam causæ, obtinendam.

Decimò & vltimò: pertinet huc 104
illud quoque, quod non sit fortior probatio ea, quæ ipsius partis confessione propria, scripto præsertim comprehensa, constat. *Ias. in l. cum te transegisse. n. 5. ibi Dec. n. 7. C. de transact. Hipp. de Marsi. in Rubr. n. 71. C. de probat. Corr. in memorabil. in v. prorogatio. Menoch. in tr. de remed. possessor. remed. 1. n. 217. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 4. n. 19. & c. 9. n. 1. Mascard. in tr. de probat. q. 7. n. 4. Thom. Grammat. decis. 36. n. 66. Craue. cons. 61. n. 3. Zas. cons. 1. n. 4. & 5 lib. 1.*

Atenim hîc M. in D. confessionem propriam habemus, qua confessi sunt, se huius remissionis per viduam B. à M. factæ nomine, fratribus M. in V. & L. obligatos esse: Sed & 9000. millia, se eo, nec non aliarum nonnullarum litium nomine soluturos receperunt: tantum qua forma, tenoreque obligationum literæ conciperentur, eis non conuenit.

Rationem itaque nullam habet, si dubitare amplius vellemus, an Transactio Erphordiana & quæ in ea comprehenditur remissio, ad M. in V. & L. pertineat nec ne?

RESOLVTIONES CONTRARIORVM RESPECTV TRANSACTIONIS Erphordianæ.

SEd nunc obiectionibus respondere operæprecium erit.

Quamobrem ad PRIMAM quod attinet, quæ ex communi illa theorica, quod priuatio habitum præsupponat, astruebatur.

105 Illa resoluitur primò per id: quod non semper & vbiq; priuatio habitum præsupponat, sed ita demum, si ex priuatione habitus necessariò infertur. *Vti in specie decidit Crau. conf. 396. n. 30.*

106 Sic qui *ab*solutionem, ab excommunicationis fulmine, petit, non fatetur illicò, se fuisse excommunicatum, cum & ob abundantiorem securitatem, eam petere possit. *gl in c. venerabilem in v. postulauit. ext. de elect. Bar. in l. decem. n. 7. ff. de verb. oblig. at. Castr. in l. illud. n. 3. ff. de acquir. hered. Dec. in l. non hos. n. 4. vers. & idem est in absolutione. C. vnde legit. Flam. in c. testimonium. n. 25. vers. item petens absolutionem. ext. de testib. Euer. in tep in loc. à priuat. ad hab. n. 2. Rota decis. 146. & decis. 330. in antiq.*

Iam verò hic habitum præsupponere nulla vrget necessitas. Vidua enim remisit residuum hoc, ne fortè feudi successores, exceptionem suam probantes, qua hanc quantitatem totam, feudalem esse pecuniam, asserebant: tota 22000. sibi auferrent: successores verò feudi remisione hac vicissim contenti fuerunt, ne fortè si in excipiendo succumberent, nec pecuniam hanc feudalem esse, edocere possent, tota illa quantitas, viduam, ceu allodiale quid sequeretur.

Non obstat itaq; obiectio. Deinde rectè quoq; obiectioni huic illa adaptatur responsio: quod hic lis tantum, non autem debitum remissum sit.

107 Cum itaq; iura expresse cauerint: quod remittere liteni non fit dare. *Vti in specie decidit Bl. in l. 1. n. 2. C. de bon. matern. Bl. in l. si pro fundo. n. 4. ibi Ias. n. 10. C. de transaction. Blan. l. si inter vot. n. 1. C. communi vtr. iud. Ias in l. naturaliter. §. nihil commun. n. 63. ff. de acquir. poss. Tur. aq. in l. si vnquam, in v. donatione largitus. n. 203. C. de reuoc. donat. Gerard. Mazol. a conf. 37. n. 7. Tiber. Decian. conf. 39. n. 114. vol. 2.*

Cessabit quoq; rursus obiectio hæc.

At esto Tertiò remittere quoq; litem dationem esse: & ideo verba illa: Fallen vnd sincken / priuationem indicare, & debitorem verum requirere: ponamus: non tamen propterea obtinebunt quicquam M. in D. Nam vidua vera erat debitrix successorum feudalium, respectu eius pecuniæ, quæ ex feudo erat redacta, quamq; propterea feudi successores consequebantur: & è diuerso successores feudi veri erant debitores viduæ, ratione eius pecuniæ, quæ allodialibus annumerabatur.

Cum debitor, & quidem strictè, & prolixè intelligatur is, à quo iniuito etiam pecunia exigi potest. *l. debitor. iunc. ibi gl. & ibi Alciat. ff. de verb. signif. Bar. in l. 1. n. 32. ibi Ias. n. 48. ff. si cert. petat. Neguz. in tr. de pignor. in 1. memb. 5. p. n. 26. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 24. Mozz. in tr. de contract. tit. 1. artic. 6 n. 10. vbi hanc esse communem opinionem attestatur, & Rubr. de stipul. prætor. n. 20. Gail. obs. 137. n. 7. lib. 2. Medic. in tr. de compensat. p. 1. q. 8. n. 3.* 108

Habemus itaq; illum habitum in M. in V. & L. quem ob verba Fallen/vnd sincken / siue remittere M. in D. requirebant.

SECVNDVM deinde aduersariorum fundamentum illud habet: Vera per prius, & non per posterius intelligenda esse: illud autem male obseruari, si Transactio Erphordiana ad M. in V. & L. extendatur.

Est itaq; quod respondeamus, præmissas fundamenti huius falsas esse.

Nam cum parens M. in V. & L. agnatus postumi fuerit proximus, cum hoc transactum esse, ni res tota inutiliter administrari debebat, oportebat.

Per extensionem itaq; ad M. in V. & L. transactio hæc per prius, & non per posterius accipitur.

Nam alioqui transactio hæc, & quæ ad eam consequebatur remissio: pactum debitorum mere fuisset. Cuius generis pacta, nullius ponderis, momentiq; esse, ratione, & intuitu Creditoris, præiudicata iam olim opinionis fuit. *l. debitorum ibi Bl. Salyc. Alex. Ias. n. 1. & DD C. de pact. Gail. obs. 14. n. 7. lib. 2. Borcholt. in tr. de pact. c. 5. n. 50. vers. similiter.* 109

Corruat itaq; fundamentum hoc, ob præmissas falsas, necesse est. Cum istiusmodi argumenta constare nesciant. *Vti in specie decidit Cephal. conf. 328. n. 67. & conf. 455. n. 91.* 110

TERTIVM debine fundamentum contrarium, super eo exædificatum est: quod Translactio, & eius generis alia non nisi personas expressim nominatas comprehendat.

Verum ad id respondemus, peruulgatissimam illam iuris theoricam, qua statuitur: transactionem in causa communi nocere, & prodesse omnibus solere. *l. fin. in pr. ff. mandat. Connan. comment. Iur. lib. 10. c. 14. n. 1. Alciat. conf. 41. n. 6. lib. 8.* 111

Cum attamen hæc lis, ad M. in V. & L. non ceu causa communis solum, verumetiam principaliter, spectarit. M. enim in V. & L. proximi erant feudi successores.

Sed sub decisionis rationibus comprobauimus iam: non id curandum, ad quem verborum fiat relatio: sed ad id solummodo spectandum, ad quem effectus verborum pertineat, Iuribus & autoritatibus Doctorum, ibidem in id adductis.

Quare

Quare cum effectus totus transactionis huius, solos M. in V. & L. ceu proximos agnatos tangat: illum quoq; tantum in consideratione habebimus, non inspecto eo, quod fæpius forte nomina M. in D. in transactione expressa sint.

Neq; verò confirmari potest argumentatio hæc, ex eo: quod ibi, vbi noua persona in oratione non exprimitur, dispositio tota de ea, quæ prius nominabatur intelligi debeat.

Nam & hic præmissæ cessant, cum videamus, non minus initio, quàm etiam in calce transactionis huius, M. in V. & L. ceu partium principalium, mentionem fieri.

Et quod magis est, ex illa ipsa dispositione, quæ de remissione facta loquitur: remissionem non M. in D. factam esse, liquet, atq; patet. Labascit itaq; hæc argumentatio tertia, vtpote, quæ ex nudis præsumtionibus, extructa est, quas autem ipsa ex transactione apparens veritas, absorbet.

112 Quis enim nescit, quod præsumtio veritati, & rei perspicuitati cedit. *Iaſon l. ſecundum. n. 7. & 10. ibi Alciat. n. 20. ff. de verb. oblig. Abbas c. ſicut. n. 25. ext. de ſent. & re iudic. Euerh. in top. in loc. à veriſimil. n. 19. Menoch. in tr. de præſumt. præſumt. 192. n. 20. & n. 84. lib. 3.*

113 Quod item in perspicuis, & claris, conicecturis locus esse nequeat. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Caballin tr. de euiction. §. 3. n. 30. Vincent. Caroc. in tr. de locat. tit. de ſimul. locat. n. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 87. C. de reuoc. donat. Rimiualdi in l. 1. n. 243. C. qui admitti Molin. in l. 1. §. ſed ſi mihi. n. 10. ff. de verb. oblig. Cacher. deciſ. 23. n. 49. & dec. 88. n. 37. Sfort. Odd. in tr. reſtit. in integr. q. 23. n. 23.*

Quod si M. in D. dixerint: se itaq; frustrà Transactioni Erphord. secundum interpretationem hanc adhibitos esse.

114 Cum tamen Iura quicquam frustrà fieri nolint. *gl. in c. ſolita. ext. de maior. & obedient. Ias. in l. final. n. 10. ff. quod quiſq; Iur. Cott. in memor. al. in v. diuiſula. el. 8. &c.*

115 Non audientur attamen, hac sua replicatione, propterea: quod primò certum sit, quod argumentum nil fruſtrà fieri fragile admodum per se & ieiunum sit. *Vt in ſpecie decidunt Mantic. in tr. de coniect. vltim. vol. lib. 12. tit. 17. n. 39. Mandell. conſ. 111. n. 29.*

Deinde hoc, ex Transactione hac, adepti sunt commodi: quod iam certiores redditi sint, cuius sint debitores, quid item, quantumue, vnicuiq; Creditorum suorum exsoluere obstricti sint, & deniq; quo pacto, obligationem paternam luere possint.

Tertiò haud parui momenti illud est, quod familia eorum per remissionem hanc, adaucta, locupletior facta, & conseruata sit. Cum remissione hac non facta, tota 22000. summa, viduæ filiabusq; cessisset, quæ deinde familiam alienam his ditassent.

Leue itaq; hinc, in eos, non redundauit commodum. Quippe absq; diuitijs familiarum dignitas, vix sarta tecta constare potest. *Vt in ſpecie decidit Tiraq. in tract. de vt retr. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 51. Franc. Marc. rius in tr. de ſidecom. p. 2. n. 9. Cacher. deciſ. 100. n. 5. & deciſ. 169. n. 18. Bl. inter conſ. Angel. conſ. 88. n. 4. Cardinal. Pariſ. conſ. 26. n. 12. 13. & 73. vol. 2. Dec. conſ. 372. n. 5. Crau. conſ. 328. n. 6. conſ. 777. n. 1. & conſ. 962. n. 2. Tiber. Decian. conſ. 1. n. 279. & n. 290. vol. 1. arg l. quiquis. ponderando verba*: perpetua egestate sordentibus. *C. ad l. Iul. Maieſt. cum ſimilib.*

Permagni autem refert, familiam cuiq; 117
suam conseruari. *argm. eorum quæ tradit Tiraq. in tr. de vt retr. in præfat. n. 40. & p. 1. §. 1. gl. 14. n. 52. tunc. auth. multò magis. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Cum collabente familia, vix sit, vt im- 118
mortale ad posteros nomen, transmittatur. *arg l. liberorum. nunc l. pronunciatio. 5. Familia appellatio. el. 2. ff. de verb. ſignif.*

Sumto nimirum, vt id quoq; obiter mo- 119
neamus, ex istis duobus textibus, argumento à combinatione duarum legum, quod in iure frequens est, & vtile *Vt in ſpecie decidunt Br. in l. Gallus. §. ille caſus. n. 1. verſ. nota per ill. text. ibi. Ias. n. 5. ff. de lib. & poſtum. Euer. in top. inſoc. à coniunct. duar. leg. n. 1. Cacher. deciſ. 17. n. 2. & dec. 177. n. 5. Longorell. in Imperium. n. 12. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Et deniq;, cum omnes hi M. simultanee instituti sint, spes quoq; illis reliqua est, posse se aliquando, in 9500. illos florenorũ succedere.

Quare dicere, M. in D. se in transactio- 120
ne Erphord. fruſtrà interuenisse, non queunt. Nec enim leuis considerationis, istiusmodi spes succedendi in futurum, à iure nostro censetur. *Vt rurſus in ſpecie decidit Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 51. verſ. deinde.*

Portò QVARTA quoq; obiectio, fundamentum in quo imitatur, non habet.

Euinci enim nullo modo potest: nullam inter M. in V. & L. & viduam filiasq; eius fuisse controuersiam.

Vidua enim, filiæq; proximi erant he- 121
redes, intuitu allodialium. Cum prima successio in hereditatibus ab intestato delatis, descendentium vtriusq; sexus, in bonis allodialibus, esse soleat. *§. 1. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Auth. ceſſante. C. de legit. heredib.*

M. in V. & L. verò, feuda sibi, ceu agnati proximi, vindicabant.

M. in D. verò, simplices tantum, mudiq; 122
erant debitores, qui cum agnati remotiores, essent, nec hereditatem capere, nec feuda sibi habere, poterant. Nam in feudalibus quoq; successionibus, gradu, vltimo morienti proximiorem, iure potiorè esse: eumq;, qui gradu est remotior, excludere, ambigendum nõ est. *argm. c. vnic. §. fin. de natur. ſucceſſ. feud. Borch. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 84. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 11. gl. 6. n. 2. Roland. à Valle. conſ. 82. n. 52. vol. 2.*

In allo-

In allodialibus verò per viduam, filiasque B. à M. excludebantur. Quarum, vt paulò antè ostensum est, prima in successionibus intestatorum, potiorq; causa est. *Vt præter iura ibid. adducta in specie decidit Borch. d. c. 7. p. 2. n. 10. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 2. & ibi Eman. Soarez. in addit. 1.*

123 Non itaq; inter M. in D. & viduam, contentio vlla existere potuit. Hi enim parentis sui obligationem (cuius factum, ipsi ceu heredes, præstare coguntur. *l. cum à matre pondérando verba: si matri non successit. C. de rei vindicat. l. ex qua persona. ff. de Reg. Iur. Afflict. decis. 2. n. 1. ibi Thom. Grammat. in addit. Capyc. dec. 162. n. 6. Curt. in tr. feud. 4. p. p. n. 106. Schenck. in c. 1. in fin. qui succ. ff. feud. dar. tenent. Rouchegall. in l. eandem, in pr. n. 155. ff. de duob. reis. Hart. Pistor. q. 9. n. 4. lib. 2. Montic. in tr. de vinculat. hered. c. 9. n. 94.*) non altercando, disputandoq; liberare, sed solu-
124 tione tantum poterant. Solutione enim non autem disputatione, omnis tollitur obligatio. *Inst. quib. mod. toll. oblig. in pr. Aeml. Ferret. in tr. de mor. n. 60. Neguz. in tr. de pignor. an 1. memb. 6. p. p. n. 42. Med. in tr. de compens. at. in præfat. n. 1. Borch. in tr. de visur. c. 4. n. 47.*

Vtamur itaq;, in resoluenda hac quarta obiectione, retortione, & dicamus cum his, quibus cum lis nulla erat, veluti cum M. in D. transigere quoq; necesse non fuisse.
125 Id quod maximè propterea obtinet, quod iura nolint, contrahentes, vel paciscentes, eiusmodi actus celebrasse: pacta, conventionesq; iniusse, quibus tum ipsos, tum alios frustrarentur: Seu qui, vt vulgo loquuntur, essent actus ludificatorij. *Inon solum ff. de action. & oblig. Rubertin. Zuchard. an l. 1. n. 11. C. de pact. Tiber. Decian. conf. 36. n. 2. vol. 2.*

Cum attamen transactio nostra, si eo fine celebrata esset, frustratoria planè esset.

Quid ni enim esset? Dubitari enim nequit, quin eadem ratione, qua postumus exigere M. in D. potuisset, potuissent quoque M. in V. & L. eoldem exigere.
126 Quid enim est hereditas, nisi successio in vniuersum ius, quod defuncto competierat? *l. nihil aliud ff. de verb. signific. l. hereditas. ff. de Reg. Iur. Coras. in prælud. 1. frater à fratre n. 85. ff. de condict. indeb. Montic. in tr. de innent. hered. c. 6. n. 8. Borchelt. in tr. de pact. c. 5. n. 58. & 59. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 4. in v. ne peut. n. 3. Ferdinand. Vasq. in tr. de successionum. 1. reat. §. 20. n. 32. Michael Graff. recept. sententiar. §. hereditas. q. 1. n. 1. Tiber. Decian. conf. 113. n. 4. vol. 3.*

Quorsum itaq; Transactionem hanc, inter viduam & M. in D. fieri, conducebat? cum ea præpedire M. in V. & L. non posset, quo hac, ceu pacto tertij, vel etiam ipsorum debitorum, spreta: M. in D. adhuc ad solutionem cogerent.

Atque hoc in loco animaduertendum rursus ad id non est: quod tamen Erphord. Transactio dicat: Eo quod inter filios C. à M. & viduam B. à M. certarum quantitatum nomine, dissidia essent, conuentum Erphordiam indictum fuisse: Nam ad sequentia quoq; verba Erphordianæ Transactionis respiciendum erit, quæ expressè habent: H. & G. M. in V. & L. tractatibus hisce pro se, fratribusq; suis interfuisse.

Non patitur itaq;, recta loquendi ratio, vt M. in V. & L. reliquorum M. in D. Assistentes tantum fuisse dicamus. Hoc namq; non fert verbum, pro se, quo Transactio loquitur.

Qui enim hunc dicere Assistentem con- 127
uenit, qui nomine proprio, in Actus alicuius celebratione, intercuenit? Me hercle actor is dicendus erit, qui nomine proprio ius suum persecuturus, vel coram Iudice, vel coram arbitratoribus etiam, apparet. *argm. Inst. de action. in pr.*

Sumto nimirum rursus argumento à 128
deriuatis, seu coniugatis. Ab actione enim dicitur actor. Vnde quæ natura est, actionis, eadem quoq; actoris erit. Hoc enim in deriuatis, seu coniugatis omnibus tralaticium est. *Vti Cic. Boetioq; & Agricola autoribus traduit ex Nostratibus. Ener. in top. in loc. ab Etymol. n. 5.*

Sed & ab assistendo dicitur assistens. 129
Iam verò qui nomine proprio (siue sich prout Transactio Erphordiana habet) in iudicio interuenit, liti non assistit.

Non itaq; Assistens dici poterit. Nec enim cui nomen non congruit, res ipsa adaptari poterit. *l. a nullo C. de ser. l. Cornelius ibi gl. C. de frument. Alexandrin. lib. 11. l. si ea in fin. C. de inoff. testam.*

Præterea etiamsi in ingressu Transactionis M. in V. & L. omissi planè essent: hinc tamen ad eos Transactionem hanc non pertinuisse, protinus asserere licitum nó erit.

Nec enim dubij aut incerti iuris est, per- 130
inde ac testamenti pars vna, per aliam declaratur: *Vti præsente Socino in specie decidit Simon. de Prætin tr. de vltim. voluntat. interpretat. lib. 2. interp. 3. dubit. 1. solut. 3. n. 68. Alex. de tuol. conf. 94. n. 1. lib. 1. Dec. conf. 15. n. 3. Gozadin. conf. 29. n. 16. versic. quinto. Crauett. conf. 62. n. 12. per l. vtrum. in pr. ponderando verba, & puto sequentem clausulam ff. de petit. hered.*

Ita quoq; articulum contractus vnum, 131
per alios eiusdem contractus articulos, declarari atq; explicari. Sumto nimirum argumento, ab vltimis voluntatibus, ad contractus, quod in iure nostro est receptissimum. *l. pactum inter heredem. & ibi Br. ff. de pact. Zoan. in l. 117. vers. secundo. C. de pact. int. emt. & vendit. Peregr. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 29. n. 8. Hartm. Pistor. q. 4. n. 7. & q. 13. n. 3. lib. 2. Cacher. decis. 75. n. 1. & decis. 85. n. 11. Roman. in l. vnica. n. 52. C. quand. non pet. part & in l. postumo. n. 259. C. de bon. poss. cont. sub. Coler. in suo processu p. 1. c. 6. n. 59.*

Contem-

Contemplabimur itaq; totum Transactionis huius contextum, exq; eo, causas procatarcticas, & irritatrices, quibus ad transigendum partes commouebantur, addiscemus: tunc demum, rectum de ea iudicium, & num commune aliquid, cum M. in V. & L. habeat, nec ne, ferre poterimus.

132 Scire enim, vereque rem cognoscere haud poterit is, qui causas reliignorat. *Iaſ. in l. pupillus ſi fari. n. 1. ff. de acquir. hered. Laurent. Syluan. in tr. feudal. q. 10 9. n. 31. Hartm. Piſtor. q. 23. n. 12. lib. 2. Renher. in tr. de teſtibus. p. 3. n. 38. & n. 115. Battgell. in Rubr. n. 18. ff. ſi cert. petat. Coler. in præſat. ſui proceſſ. n. 36.*

Prodit itaq; ſe, causa diſsidij huius, ex ipſis Transactionum tabulis, iſthæc: quod viduæ, filiæq; totam illam 22000. florenorum quantitatẽ, ſibi, ceu quid allodiale aſſerebant

His verò viduæ, filiarumq; conatibus, obuiam ibatur per agnatos, duplici modo:

Vno: quod hæc ſumma 22000. millium precium eſſet, quod pro feudo L., à M., defuncto fratri ſuo B. à M, ſoluere erat obligatus. Ideoq; fieri non poſſe, vt hæc quantitas, inter allodialia computaretur.

Altero: quod B. à M, ex pactis nonnullis familiaribus, obſtrictus eſſet, certam pecuniæ ſummam, in feudorum coëmtionem conuertere: & cum id viuus aſſecutus non fuiſſet, oportere nunc idipſum, eo mortuo adimpleri.

Hæ ſunt cauſæ, & rationes diſsidiorum, turbarumq; quæ viduam, agnatosq; implicarant. Quis autem non videt, hiſce exceptionibus agnatos remotiores M. in D. cum effectu vti non potuiſſe? quandoquidem repelli illicò per viduam, exceptione: tua non intereſt, quo ad te, cum remotior agnatus ſis, ædes liberas habeo: potuiſſent.

133 Cum exceptio hæc litis ingreſſum impediat. *Vti in ſpecie decidit Bl. in l. poſtumus. §. ſi quis ex his. n. 1. ff. de inoff. teſtam. Id. m l. 2. n. 30. ff. de iurisdict. Iob. de Imol. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. n. 3. ff. ad S. C. Trebellian. Paul. de Caſtr. in l. 1. n. 4. per illi. text. ff. de inoff. teſtam. Felin. in c. ex parte n. 5. verſ. item alia ext. de teſtib. Fel. in c. ſuper his n. 18. verſ. ſecundo limita ext. de arbitr. Bl. in tr. exceptiſimpl. lit. ingreſſ. qui extat ſub. q. 4. an tr. de compromiſ. n. 10.*

E diuerſo verò M. in V. & L., hæc exceptio iuris tertij, ceu agnatis proximis, veriq; feudi ſucceſſoribus, non obſtabat.

Quinetiam Iure, ex conuentione iſta B. à M., qua promiſerat, ſe pro aliquot millibus, feuda noua empturum, non ſolum adimpletionem conuentionis: verum etiam vt intereſſe præſtaretur, agebant.

134 Eiuſcemodi enim pactum, quo conuenit, vt pecunia ex re feudali, in feudi emtiones, denuo conuertatur, moribus, quibus hodie vtimur, validum eſt, illudq; efficit, vt vaſallo, qui ita pepigerat, prius vita functo, quã pecuniam hanc, in feudi emtionem conuerteret, agnatis, aut feudi ſucceſſoribus, ad intereſſe detur actio: qua filias, aut alios bonorum allodialium heredes, ad quos pecunia, ſeu precium iſtud, morte vaſalli peruenerat, compellunt, vt tantundem pecuniæ, cum intereſſe, qua feuda poſthac emantur, reſtituant. Ne feudo, & precio ſimul, bonorum feudalium ſucceſſores, contra quam conuenerat, carere cogantur. *Ita in ſpecie decidit Bæſenb. in tr. feud. c. 7. n. 9. Borch. in tr. feudal. c. 6. n. 14. fac. trad. Matth. de Affl. in c. vnic. n. 17. verſ. tertio limitabat. Bal. ſi de feud. vaſall. ab aliquo fuer. interpell.*

Ambigendum itaque vlterius non eſt, 135 quod hæc Transactio, immediatè M. in V. & L. attingat. Cauſa enim, quale ſit cauſatum oſtendit. *l. nihil intereſt. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. quo minus. ff. de fluminib. Cagnol. in l. idem ſuncto. n. 11. ff. de offic. aſſeſſor. Marius Salomon in l. Gallus in pr. n. 20. ff. de lib. & poſtum.*

QVINTA dehinc obiectionis, de perſona extrinſecus non ſubaudienda, præmiſsæ, verificari nequeunt.

Vt enim illæ perſonæ, cum quibus ſolis transigendum erat, veluti in prudentia, noſtrates M. in V. & L. ſunt, extrinſecus ſubauditurentur. Deinde reſoluitur quoq; retortione. Nam cum perſona extrinſecus ſubaudienda non ſit, M. quoq; in D. in transactionem hanc, includi non poterunt.

Hi enim non heredes, non feudi ſucceſſores, ſed ſimplices, nudiq; tantum debitores erant, ad quos nihil, extantibus M. in V. & L. ex ſucceſſione poſſumi peruenierabat. Qui itaque cum ijs transactum eſſe, abiq; manifeſtiſsima ſubauditione perſonæ extrinſecæ dici meretur. Cum ab eis periculum nullum extimeſcendum eſſet? Contra quam tradi- 136 tum eſt, tranſactum cum ijs ſolum, qui tam contentionem inchoauerant: aut paulo poſt manum in iure rectè conſerere poterant, videri. *Vti in individuo traditat Cephal. conſ. 558. n. 39. arg. d. l. ff. de tranſact.*

Nec obſtat, quod attamen M. in D. iiſdem quoq; detentionibus, quibus reliqui M., aduerſus viduam, vſi ſint.

Nam vtut eis vſi ſint, reuera tamen de 137 tertij tantum, agnatorumq; proximiorum iure excipiebant. Quare hæ defenſiones eorum ſubuerti facile poterant. Nec enim aliquis exceptione de iure tertij, rectè ſcie defendit, atq; tutatur. *l. loci corpus. §. Capitain. ff. ſi ſeruit. vendit. l. ſi quis emtionis. §. ſin vero nullum. C. de præſcript. 30. annor. gl. in l. inſtitutis. §. ſed et ſi nummi. ibi Iaſ. n. 9. ff. de condict. indeb. Franc. Curt. ſen. pr. ff. de except. rei iudic. præct. p. p. n. form. libelli in act. regul. in v. ſpectat. ac pertinet. n. 3. cum ſeq. ubi Capitain. Pratens. addit. Nagnant. in tr. de pignorib. in 3. membr. 2 p. p. n. 68. Tiraq. in l. ſi vnquam in v. reuertatur. n. 356. C. de reuoc. donat.*

Quapropter non id inſpiciendum, an 138 exceptio-

exceptionibus vſi ſint, ſed num iure vti potuerint. Etenim non id, quod fit, ſed quod fieri debebat, inſpiciatur oportet. *l. penult. ff. de iuſt. & iur. Zoanett. in l. vt vim. p. 3. n. 109. ff. cod. tit. Herculan. in tr. de attent. c. 28. n. 21. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 7. n. 5. an ſine. Connan. commentar. Iur. lib. 1. c. 1. n. 5.*

139 Non dicam nunc iura expreſsim admittere, perſonæ ſubauditionem extrinſecam, quotiès hinc, ſtipulatio, tranſactio, aut alius eius generis actus, non ſubuertitur. *Vti in ſpecie decidit Iaſ. in d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. n. 42. verſ. quarto limita. ff. de verb. obligat. arg. l. Caius. & quæ ibi not. DD. ff. ſol. matr.*

Cum attamen per ſubauditionem extrinſecam, de M. in V. & L. Tranſactio noſtra, potius ſtabiliatur, atq; confirmetur, tantum abeſt, vt deſtruatur. Ni enim, vt ſæpius admonuimus, cum his tranſactum fuerit, pendus aliquod Tranſactio hæc haudquaquam habebit.

In SEXTA obiectione fallacia non cauſæ, vt cauſæ, latet. Habet enim obiectio, ideò conuentum Erphord. inſtitutum fuiſſe, vt aliqua ex parte leuior fieret. M. in D. obligatio, qua aſtricti, à vidua, filiabuſq; B. à M. tenebantur.

Ponitur itaq; pro cauſa, id, quod cauſa reuera non erat. Quippe propria, vnicaque conuentus huius indicendi cauſa fuit, vt lites inter heredes, feudiq; B. à M. & poſtumi eius ſucceſſores, componerentur, atque ſopirentur.

Conſiſtere itaque nequit, Sexta hæc obiectio.

Adducebatur præterea, ſub SEXTA hac obiectione, id: quod tota vis, & ſubſtantia Tranſactionis in eo conſiſtat, vt aliquo dato, vel retento, vel promiſſo, aut à lite, quæ iam mota erat, aut quam motum iri, haud vano timore verebatur, diſcedatur.

Verum id facile admiſſuri ſunt M. in V. & L. Nam vt à lite vtrinq; diſcederetur, vtrinq; quoq;, tam ex parte viduæ, quàm M. in V. & L. aliquid datum, atq; retentum eſt.

Adſunt itaq; omnia, quæ pro ſubſtantia tranſactionum deſiderantur.

Vtamur deinde quoq; aduerſus allegatum hoc, Inuerſione.

Nam cum opus non erat, intuitu M. in D. vtpote, qui nudi, ſimplicesq; erant debitores, quiq; litem nullam niſi truſtratoriam, excitare poterant, ſed ſolutione, obligationum literis ſatisfacere, easq; luere obſtringebantur, aliquid dare, vel retinere: Cum his quoq; tranſactum eſſe, ipſi naturæ, & eſſentiæ tranſactionis repugnabat.

140 Etenim ipſa natura tranſactionum impatiens eſt: Vt de rebus claris, atq; perſpicuis tranſigatur. *arg. d. l. tranſactio. C. de tranſact. Iaſ. in l. 1. n. 1. ff. cod. tit. Cacculup. in tr. de tranſact. q. 9. n. 10. Loriot. in tr. de pact. & tranſact. axiom. 97. Dec. in Rubr. n. 3. C. de Tranſact. Crau. conſ. 430. n. 2. & conſ. 707. n. 17. Angel. conſ. 215. n. 1. verſ. quarto. Dec. conſ. 251. n. 3. & conſ. 379. n. 12. Tiber. Decian. conſ. 39. n. 105. vol. 2. conſ. 103. n. 4. & conſ. 117. n. 43. vol. 3.*

Vnde nec de re iudicata quidem, vt puta qua iam tranſacta, finitaq; lis eſt, tranſactio iniri poteſt. *l. eleganter. §. ſi poſt. ff. de condict. indeb. Caccialup. d. q. 9. n. 1. Loriot. d. axiomat. 97. Curt. in l. ſi cauſa cognita. n. 8. per ill. text. ibi Laſ. n. 1. C. de tranſact. Mynſing. obſ. 47. cent. 4. Cephal. conſ. 518. nu. 56.* 141

Hoc ita, vt dolo etiam extorta creda- 142
tur tranſactio, quæ de ſe liquida celebratur. *Vti in ſpecie decidit Crau. conſ. 717. nu. 37. & conſ. 851. n. 10. Abb. conſ. 12. n. 5. verſ. item tranſactio. & conſ. 85. n. 5. verſ. præterea. vol. 2. Angel. conſ. 94. n. 6. Ludouic. Roman. conſ. 517. n. 18. Horat. Mandoſ. in addit. ad Ludouic. Roman. conſ. 371. addit. 1. Manuell. conſ. 89. n. 1. & 2.*

Deniq; nec valida efficietur tranſactio, rei liquidæ, atq; certæ, etiamſi vtraque pars, hanc tranſactionem valere debere, conſenſerit. *Vti poſt accuratam in vtramq; partem diſputationem, tandem in ſpecie decidit Laſ. in d. l. nu. 5. & ſeqq. ff. de tranſact.*

Deniq; leuiuſculum quoque illud eſt, 143
quod in calce ſextæ huius obiectionis adducebatur, M. in V. & L. tanquam perſonas nouas, ad obligationem M. in D. acceſſiſſe, eorundemq; obligationem aggrauaſſe.

Nam fundamentum nullum habet. Cum potius dicendum ſit, hos ab initio, in obligatione M. in D. compræhenſos fuiſſe.

Nam ſi argumento, à communiter ac- 144
cidentibus, quod probabile, frequens, & vtile eſt, vſi fuerimus, quo id, quod communiter fieri ſolet, factum eſſe præſumitur. *c. 1. ibi Panorm. n. 4. ext. de Cleric. non reſid. l. cum qui probabilem. C. de Epiſc. & Cleric. l. cui dens. ff. de aditt. edict. Laſ. in l. vinum. n. 19. ff. ſi cert. pet. Lup. in c. per veſtras. notab. 1. §. 1. n. 2. ext. de donat. int. vir. & vxor. Euer. in top. in loc. à commun. accid. n. 1. Flot. in tr. de inſtem tur. §. 6. n. 29. Strach. in tr. de mercatur. p. 2. n. 29. Cacher. dec. 44. n. 4. dec. 108. n. 10.*

Dubium amplius non erit, quin in obligationum literis, B à M. à M. in D. ſtipulatus ſit, tum ſibi, tum hered bus, ſucceſſoribuſq; ſuis, hanc 22000 ſummam, diſſolui.

Inconueniens itaq; eſt dicere: M. in V. & L. ex interualło demum ad obligationem hanc acceſſiſſe.

Porrò SEPTIMA obiectio, ſuis caret præmiſſis. Subſiſtere itaq; nequit: Nam minime replicationibus M. in D. acquieuerunt M. in V. & L. ſed eos ſubindè, miſsis in id literis, interpellarunt: ſed & rem tandem ad Iudicem adduxerunt: & ab eodem etiam interlocutionem impetrarunt, qua ad docendum impedimenta legitima, ex ſtylo fori

Saxoni-

Saxonici, M. in D. condemnati fuêre.

Promulgata verò hac interlocutoria, M. in D. iuri suo, vt videtur diffidentes, literis ad M. in V. & L. perscriptis, eos ab vteriori processus prosecutione dehortati sunt, secq; ab amica compositione non alienos esse, significarunt.

145 In quo itaq; M. in V. & L. inertiæ accusari possunt? An non iusta est verecundia eorum, qui lites execrantur? *l. item si res. §. fin. ff. de alienat. iudic. mutand. causa fact. Iaf. in l. filio pater. n. 1. ff. de leg. 1. Neuiz. an. in sylu. nupt. lib. 6. n. 12. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 8. gl. 7. n. 20. & 21. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 45. C. de bon. matern. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 9. n. 30. Bl. in tr. de compromiss. q. 1. n. 1. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 48.*

Quid autem nocere illis potest, quod M. in D. contra quam scripserant, nouas quotidiè moras nexerint, & debitam solutionem hactenus non fecerint?

An non potius, ex improbitate aduersariorum, hos minus iustam fouere causam præsumemus?

146 At esto, tacuerant hactenus M. in V. & L., quid attamen apti, ad exclusionem eorum inferre posses, non video. Siue enim ad ius adeundæ hereditatis respicias, & hoc, trigintæ demum annorum meta, finiri, incerti iuris non est. *l. licet. ibi Br. Alex. n. 1. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Iaf. n. 1. qui hanc itidem communi placuisse scholæ refert. Sichard. n. 2. C. de iur. delib. Goz. adin. in l. 2. n. 73. C. de pact. int. emt. & vendit. Balb. in tr. de præscriptionibus in 4. p. 4. p. p. q. 1. 9. n. 1. vbi & in hanc opinionem ceu communem ample citur. Gomez. Var. resol. lib. 1. c. 9. n. 27. in fin. & ibi Eman. Soarez. in addit. Iaf. ad l. quandiu n. 7. ff. de acquir. hered. Tiraq. in l. si vnquam. in v. reuertatur. n. 392. C. de reuoc. donat. Dilect. in tr. de art. tesland. tit. 11. caut. 6. n. 1. Richard. caut. 35. Bard. in tr. de temp. vtil. & contin. c. 4. n. 7. vers. ac etiam. Hartm. Pistor. q. 8. n. 4. lib. 2. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 7. nu. 4. Mynsing. obs. 7. 1. cent. 2. Coras. in l. frater à fratre. in prælud. n. 19. ff. de condict. indeb. Ludou. Roman. cons. 71. n. 3. vers. & ex hoc sequitur. vbi Horat. Mandos. in addit. sub lit. I.*

147 Siue ad transactionem respicias: cum transactio ius agendi non præstet, sed tantum excipiendi. *Vt est text. ad liieram. in l. siue apud. & in l. si profundo cum similibus. C. de transactionib. Pract. Papiens. in for. lib. quo agitur vt pacta seruentur. in v. transactiones impleuit n. 6.*

148 Nisi stipulatio (vti in præsenti casu, illa verba: Mit Hand vnd Munde angelobet / etc. factum esse, satis, superq; ostendunt) interuenerit atq; accesserit. Quo casu quidem agitur, sed non vi transactionis: sed vi stipulationis: & actione ex stipulatu. *Iaf. in l. vbi. Postum. nu. 1. C. de transact. Pract. Pap. in d. vers. transactiones.*

Siue condictione certi. *l. certi condictio ff. si cert. petat. Inst. de verbor. obligat. in pr. Coras. in l. stipulationum quadam. num. 1. ff. de verbor. obligat.*

Hæ verò actiones ex stipulatu cum per- 149
sonales sint: *Vt de posteriori tradit Adamant. Dionysius in commentar. de diuisionib. actionum. Rubr. ex stipulati. quæ ex verb. oblig. datur. Iob. Crisp. de Montib. an tr. de termin. action. n. 164.*

De priori verò *idem Adamant. Dionys. in* 150
d. commentar. de diuis. action. Rubr. condictio certi generalis, & Rubr. condictio certi specialis. Iohan. Crisp. de Montib. in d. tr. de termin. action. nu. 135. & n. 136. arg. §. appellamus. Inst. de action.

Per tempus longissimum, triginta nem- 151
pè annorum, superstites erunt. Hæc enim perpetua personalium actionum natura est. *l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Affl. decis. 13. nu. 2. & 3. Borch. in tr. de vsur. c. 4. n. 39. Cacher. decis. 132. n. 16. Balb. in tr. de præscript. 4. p. 4. p. p. q. 1. n. 1.*

Restat itaq; in vtroq; casu decennium adhuc integrum, quo redintegrare rursus ea, quæ diuturniori suo silentio, fortè perdiderant, rectè poterunt.

Tollitur adhæc illa iuris præsumtio: qua minus iustam fouere is censetur causam, qui diutius tacuit, confessione ipsius partis contrariæ.

Si enim præsumtio fortior, minus for- 152
tem tollit, atq; elidit. *l. Diuus ff. de restit. in integ. Claud. de Seyssel. in specul. feud. Rubr. qui feud. dar. poss. §. 1. vers. aut verò. Papa. Thom. Ferrat. cautel. 41. n. 4. Exea. in tr. de pact. nu. 317. Romul. in l. vt vim. n. 83. ff. de Iust. & Iur. Gail. obs. 97. nu. 18. & obs. 144. nu. 5. lib. 2. Lancill. Contad. in tr. de offic. Prator. Rubr. de probat. nu. 31. Tiraq. in tr. de iure Constit. limit. 21. nu. 10. Garf. in tr. de expens. c 23. nu. 34.*

Consequatur necesse est, qualemcunq; præsumtionem, per confessionem partis propriam, multò magis tolli atque elidi. Hæc quippe princeps, atq; regina omnium probationum est. Qua de re in decima decidendi ratione vidimus.

Quocirca si id, quod minus inesse vi- 153
debatur, inest, inerit & id, quod magis. *Euer. in top. in loc. à minor. nu. 1. Exea. in tr. de pact. nu. 538. vers. tertio. Riminald. in l. qui se patrũ. n. 422. C. vnd. lib. Cacher. decis. 94. n. 13. Garf. in tr. de expens. c. 2. n. 7. Cald. in l. si Curatorem in v. hunc contractum. n. 23. vers. nec etiam. C. de rest. in integr.*

Facit quod traditur, ea probatione quæ 154
propria partis confessione constat, præsumtionem iuris, & de iure quoque subuerti. *Cyn. in auth. sed iam necesse. n. 4. ibi Br. n. 1. C. de donat. ant. nupt. Br. in l. absentem. nu. 4. ff. de pœn. Alex. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. n. 3. ibi Iaf. nu. 5. ff. de re iudic. Iaf. in l. final. §. & si præsatam. nu. 2. C. de iur. delib. Iaf. in l. 1. §. si is qui. ff. ad S. C. Trebell. Hippol. dè Marsi. in Rubr. n. 72. C. de probat. Maranz. in tr. de ord. iudic. 2. p. 6. p. p. alt. 5. n. 22.*

Alc. in tr. de præsumt. p. 2. n. 5. Euer. in top. in loc. à verisimil. n. 20. Capol. cautel. 7. n. 1. & cau. 8. ante n. 1. Thom. Ferrat. caut. 16. nu. 5. Tiraq. in tr. cess. cauf. p. 1. n. 177. Turr. an. commun. opin. 5. Crau. in tr. de antiq. tem. p. 4. §. materia ista. nu. 13. Couarr. in Epit. 4. lib. decret. p. 1. c. 3. §. 1. nu. 3. Anton. Rub. in l. non solum. §. morte. n. 232 ff. de oper. nou. nunc. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 1. q. 61. nu. 5 Mascard. in tr. de probat. q. 10. n. 51. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram priuil. 4. n. 57. Capsferr. an tr. de num. test. p. 1. 6. g. n. 3. & c. 23. nu. 31.

Atenim hic, ipsorum M. in D. confessionem contrariam habemus.

Nam vt ostendunt literæ ipsorum, paucis adhuc retrò annis, se huius litis & aliarum quarundam litium nomine, 9000. persoluturos, polliciti fuerant.

Tolli itaque obiectionem quoq; septimam, necesse est.

Pergamus verò nunc ad OCTAVAM obiectionem, quæ ex regula illa vulgari: verba in dubio contra eum, qui legem contractui apertius dicere potuerat, interpretanda fore: consuebatur.

155 Verum hoc primò Inuersione diluitur, optimo illo contrariorum dissoluendorum modo. *Abb. in c. in omni n. 3. per ill. text. ext. de testib. Euer. in præamb. topic. nu. 18. text. in c. qui fyncera. ponderando verba: ex eorum cotubiis 45. distinct.*

Nam cum M. in D. magis etiam, quàm ipsi in V. & L. M. spem suam in Transactione Erphordiana totam ponant:

Magis etiam illis incumbebat, curare, quo verba Transactionis, ita conciperentur, vt ab omni ambiguitate essent vacua: & vi consequentis: cum sibi hac in parte non prospexerint, transactionis quoq; interpretatio, contra eos facienda erit.

Non dicam nunc, ex mente transigentium, abunde satis etiamnum apparere, quid de verbis statuendum sit.

Nam cum transigentes, in illa dispositione, quæ de redditione cautionis est, solos M. in D. nomine expresserint: in illa verò, quæ de remissione loquitur, id non fecerint, sed verba ita habeant: Die Wittwe habe gegen die von M das vbrige fallen / vnd sincken lassen: non video, qui dubitare conueniat, an ne hæc verba, ad M. in V. & L. quoque pertineant.

Nam si Transigentes illa verba, ad solos M. in D. referri voluissent, vtique id expressissent. Habemus enim notissimam Iuris maximam; quæ in omnibus ferè dispositionibus obtinet, quæ vult disponentes id nunquam voluisse censeri, quod non expressérunt.

156 Si enim voluissent expressissent. *l. ex hic ibi Bl. nu. 4. qui eam legu coniunctim cum l. Nessenius. ff. de excus. tutor. l. liberto. §. Largius. vers. respondi. ff. de annuis legat. l. vnic. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. c. inter corporalia. vers. vnde si circa. ext. de translat. Episcop. c. ad audientiam. ext. de decim. And. Barbat. in l. cum actuissimus. nu. 294. C. de fideicomm. Tiraq. in l. si vnquam. an v. Libertis. nu. 3. C. de reuoc. donat. Alex. cons. 5. nu. 5. lib. 3. Paul. de Castr. cons. 105. nu. 1. vers. nec etiam obstat. & cons. 224. n. 1. vers. vnde non est verisimile lib. 2. Dec. cons. 442. nu. 9. Crau. cons. 363. n. 17. cons. 374. n. 1. cons. 385. n. 4. cons. 574. n. 12. & cons. 956. n. 16.*

Deindè illa quoque maxima, in qua 157 obiectio octaua innititur: Verba scilicet incertæ declarationis, contra proferentem interpretanda esse, in dubio tantum procedit. *Ita enim loquitur. d. l. veteribus. ff. de pactis, relatum q. ex quibus ista maxima extruitur, tura, idem volunt.* Vnde meritò secundum ea intelligi debet. Maxima enim, quam DD. colligunt, aut aliud eorundem dictum, semper secundum legem, quam maximæ, aut dicti sui fundamentum ponunt, intelligenda sunt. Ex receptissima Bartoli assertione. *in l. non solum. §. si liberationi. nu. 7. ff. de liberat. legat. quem refert. & sequuntur. Iaso in repet. l. admonendum. n. 126. ff. de iureiur. Iaf. in l. Barbarius. n. 44 ff. de offic. Pret. Mynsing. obs. 61. n. 6. cent. 6. Ign. in l. necessarios. §. non alias p. 4. n. 118. ff. ad S.C. Syllan. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 32. C. de reuoc. donat. Coler. in suo proces. p. 1. c. 3. nu. 134. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 870. Dulac. Secur. in tr. de iuer. marit. & vxor. nu. 104. Corac. in tr. de commun. opin. tit. 6. nu. 140. Cæsar Lambert. in tr. de iur. patron. lib. 2. p. 1. q. 9. artic. 18. n. 7*

Atenim nos in obscuris versari, ob ea quæ hactenus recensuimus, pernego.

Adaptari itaque huc quoque illa traditio non poterit.

Tertiò: in hunc quoque modum illa 158 ipsa rursus astringitur: quod nempe vera non sit, minimeq; procedat, quoties verò similius est, verba ambigua, incertæque interpretationis proferente, declaranda, explicandaque fore. Vti in specie adductum axioma declarant. *gl. in d. l. veteribus in v. legem ad fin. ibi Br. n. 5. Bl in fin. ff. de pact. Iaf. in l. stipulatio ista habere licere. §. instipulationibus. nu. 4. ff. de verb. obligat. Dec. in l. in contrahenda. nu. 3. ff. de reg. Iur. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. n. 54. C. de reuoc. donat. Oldrad. cons. 95. v. 5. Paul. de Castr. cons. 195. n. 3. vers. nec obstat l. semper. vol. 1.*

Quare rursus hic cessat. Quis enim recta ratione præditus negare ausus fuerit, vero similius longe esse, remissionem hanc, in gratiam potius propinquiorum agnatorum, quam remotiorum, factam esse?

Quartò considerandum quoque est illud: non ipsos M. in V. & L., hæc verba de quibus in præsentia agitur, protulisse, elocutosq;

cutosque fuisse: sed ea ita ab arbitratoribus, & compositoribus vtriusque partis, fuisse efformata.

159 Quocircò rursus axioma hoc, præsenti negocio accommodari non poterit. Iura enim, quibus innititur, de proferente verba ambigua, loquuntur, inq; eius præiudicium verba ambigua declarari, disponunt: Sed de tertio scribente, nulla ibi fit mentio: tantoq; minus verba Scribentis, in tertij damnum, atq; præiudicium exponenda esse, ibidem disponitur.

Casus itaq; noster, à themate istarum legum, separatus, atque diuersus est: Quapropter separatam ad inuicem rationem habebunt, nec ab vno ad alterum rectè concludemus. *arg. l. final. ff. de calumniat. cum similib. quæ, vulgatissima sunt.*

160 Quintò & vltimò illud quoq; constat: quod obscuritatis argui non possit is: sed aperte loqui, legemq; apertam contractui, alijsq; dispositionibus dixisse censeatur, qui regulam Iuris secutus est. *Vti in specie decidit Alciat. in l. 1. n. 9. ff. de verb. significat. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 210. fact. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.*

161 Eoq; casu, Iuris regula habens: Contra eum, qui legem contractui apertius scribere potuit, interpretationem faciendam esse, non procedit. *Tiraq. in specie limitat. Tiraq. d. n. 210.*

Iam verò M. in V. & L. ad illam Iuris regulam respexerunt, quæ habet; quod ea quæ feudalia sunt, interq; allodialia non numerantur, remotioribus agnatis exclusis, ad proximos agnatos, feudiq; successores spectent. De qua superius fides facta est, & diffusius inferius dilucretur.

Qui igitur fieret, quod illos obscuritatis, ambiguitatisq; argueremus, aut eos, *in l. veteribus. ff. de pact.* peccasse, iure diceremus?

Quod deinde ad NONAM obiectionem attinet: in qua ex redditione cautionis, solis M. in D. facta: ad illos quoque solos, remissionem à vidua factam, pertinuisse, inferebatur: potest & huic quoque plurifariam modis, satisfieri.

162 Nam Primò Iuris est apertissimi: ita demum debitori, ex cautionis restitutione, conuentionis exceptionem profuturam, si ipse Creditor debitori cautionem reddiderit: Quod si à tertio quopiam, etiamsi is creditoris, Procurator, vel ácror fuerit, debitor cautionem suam receperit, secus erit. Nec enim hinc pactum de non petendo oritur. *Ita in specie decidit Bl. in d. l. 2. n. 4. Ab. in fin. n. 8. ff. de pact. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præs. 140. n. 13. vbi ad 1. soluto quoq; rationes, quas contra Baldum in medium profert, respondet.*

Iam verò hic à Tertio cautionis redditio facta est, & non à Creditore. Vidua enim, quæ creditrix non erat, redditionem faciebat. Etenim ius crediti, pœnes M. in V. & L., veluti postumi agnatos proximiores, & successores, iam residebat.

Fieri itaq; nequit, Vt pactum de non petendo, ex illius modi cautionis redditione, producatur.

Secundò: responderi quoq; id potest: 163 quod tum demum ex cautionis redditione liberatio promanet, cum simpliciter fit, & absq; alicuius conditionis adiectione, qua Creditor, velle se, vt pristina debitoris obligatio, nihilominus consistat, palàm fecerit. *argum. d. l. Labeo. ff. de pact.*

Quorsum & tritissimum illud axioma 164 referendum est, actus agentium, vltra intentionem eorum, operari non debere. *l. non omnis. ff. si cert. pet. at. Præt. Pap. in for. prædict. Instrum. in v. illis papiliens. n. 2. Aldobrandin. in §. sed & quod principi ante num. 1. & n. 26. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 26. gl. 2. n. 23. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 2. n. 2. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 7. n. 4. vers. sexto. Turz. in comm. opin. 2. in fin. Medic. in tr. de legib. p. 2. q. 10. n. 2. Guil. obs. 106. n. 5. & obs. 139. n. 3. li. 2.* At hic aliter, cautionis restitutio non fiebat. Quinimò tum demum se reddituram prioris obligationis literas, vidua spondebat, si prius nouum obligationis instrumentum recepisset:

Cessat itaq; planè, omne pactum de non petendo, aut aliud ei simile liberatorium.

Et hinc rursus rectè infertur, cum hic ne respectu ipsius quidem, qui ipsemet cautionem restituebat, tale pactum exortum sit: hoc longè, minus tertij respectu, qui cum restitutione cautionis, nihil commune habebat, nasci potuisse. Si enim id quod magis vide- 165 batur ineste, non inest, multo minus idipsum inerit, quod minus ineste videbatur. *c. licet vniuersis. ibi gl. in v. multominus ext. de testib. l. nec ex verisimilibus. C. de acquir. poss. Cuer. in top. in loc. a maior. Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declar. 10. n. 25. Sfort. Odd. in tr. resti. in integr. q. 1. n. 67. vbi hanc esse com. opin. attestatur.* *

Tertiò obiectio hæc, per id quoq; rectè 166 resoluitur, quod tacitum pactum excludatur, atq; repellatur, omni casu, cum paulò pòst Creditor contra debitorem agere cœpit, quam ei debiti cautionem reddiderat. *Ita in specie decidit Paul. de Castr. in d. l. 2. n. 5. vers. aut est præsumptio ff. de pact. Menoch. d. præsumt. 140. n. 22. Anton. de Butr. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. el. 2. col. fin. vers. hæc maximè vera secundum Iohannem Andream. ext. vt lit. pendent. Crau. cons. 50. n. 15.*

Hic itaq;, oriri neutiquam, pactum de non petendo, potuit. Etenim M. in V. & L., nunquam apud M. in D., etiam post cautionis redditionem, instare desierunt, quo expleueretur eis, quod ipsis successorio nomine debebatur. Quin etiam ad Iudicem rem detulerunt, sed & sententias pro se reportarunt, nec cessassent litem prosequi, nisi se patruelis promissis rem amicè compositum iri, credidissent.

167 Quartò, aduersus nonam hanc obiectionem, succurrit quoq; illud: quod semper excludatur debiti remissio, ex cautionis restitutione originem trahens, quoties aliam, quàm remissionis coniecturam, rectè capimus. *Vtiin specie decidit Br.in dd.2.n.3. ibi Iaf.n.11. Fortun.Garz.n.4.ff.de pact. Abb.in d.c. Ecclesia. el.2.n.13. ext. vt lit. pendent. Menoch. d. præsumt. 140.n.18.*

Atenim hîc aliam, quam remissionis coniecturam, rectè capimus. Literæ obligationum de 22000. florenorum loquebantur: at viduæ filiabusq; 12500. tantum debebantur: Rectè itaq; M. in D. literæ hæ restituebantur: ne olim à viduæ, filiarumq; heredibus, Erphordianæ Transactionis inscijs, fortè plus exigeretur, quàm conuentum erat.

168 Vltimò rectè quoq; hic accommodari potest hæc responsio: quod expressum excludit tacitum. *l. si ita. ff. de lib. & postum. l. Clemens patronus. ff. de hered. instit. Iaf. in l. si quis id quod. n.13. ff. de iurisdict. omn. iudic. Iaf. in l. post. dotem. n.24. ff. soluto matr. Iaf. in l. cum ex filio. § filio impuberi. n.1. ff. de vulgar. & pupill. Iaf. in l. licet. Imper. n.23. ff. de legat.1. Turaq. in l. si vnquam in v. donatione largitus. n.157. C. de reuoc. donat. Mantic. in tr. de coniect. vlt. voluntib. 5. t.14. n.13. Iacob. de Nigr. in Rubr. n.6. ff. si cert. pet. at. Crott. in l.1. §. si stipulanti. n.13. ibi Alciat. n.17. ff. de verb. obligat. Crau. in l. cum filio. n.22. ff. de legat.1. Sebast. Sapia. in l. heres instituta. n.2. C. de impub. & aliis substit. Seraph. in tr. de iur. am. priuil. 19. n.22. & priu. 48. n.10. Ioh. Oldendorp. int. conf. diuers. conf. 28. n.36. vol.1. Andr. Stœckel. in subscriptione ad conf. Christoph. Herdesiani, quod est 35. int. conf. diuers. vol.1. nu.13.*

169 Quodq; prouisio hominis tollat prouisionem legis. *Br. in l. fin. nu.2. per ill. text. C. de pact. conu. Lancellot. in tr. vulgar. substit. n.46 & n.91. Bl. Nouell. in tr. dotiu. p.6 priuil.68. Capol. cautel. 209. n.2. Curt. in tr. feudal. in 2.p.2.p.n.53. Exea. in tr. de pact. n.564. vers. tertio. Gomez. var. resol. lib.1. c.9. n.50. Cacher. dec.21. n.10. Renun. in l. qui se patru. n.7. C. vnd liber. Menoch. in tr. de remed. poss. adipisc. rem. 3. n.155. Hartm. Pist. q.47. n.19 lib.1. Cald in l. si curatorem in v. læsis. n.144. C. de reflit. in integ. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. d. lib.5. tit.14. n.13. Seraphin. in tr. de iur. am. priu. 84. n.6. argm. l. maritus. C. de procurat. c. in nomine ext. de probat.*

Enimverò hic præsto sunt, expressa, præsto item sunt prouisiones hominum. Habemus enim literas vtriusq; partis, quibus M. in V. & L., vt suum consequerentur, M. in D. interpellarunt: quibusq; vicissim M. in D., se soluturos promiserunt.

Quin itaque expressa hæc declaratio, prouisioq; partium, pactum tacitum, & Legis prouisionem superent, dubium non est.

Neq; verò pondus aliquod illud habet: quod attamen promissiones hæ M. in D., effectus nihil habuerint:

170 Sufficit namq; ad mentis declarationem colligendam, rem nondum peractam fuisse, sed intra metas, nudorum tractatuum, perstitisse. Non enim dubitare conuenit, quin exactu imperfecto quoq;, voluntas agentium fiat conspicua. *l. final. ibi Nicol. de Neapol. ff. de reb. eorum. Iaf. in l. mandatæ. n.8. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd. Gomez. var. resol. lib.1. c.3. n.32. vers. quinto facit. & lib.2. c.14. n.16. Menoch. in tr. de arbitr. Iudic. quæst. cas.171. n.70. Simoncell. in tr. de Decret. tit.6. n.109. & tit.8. n.39. Bocr. decis.172. n.22. Rub. in l. vinum. n.164. ff. si cert. pet. at. Crott. in l. re coniuncti. n.65. ff. de legat.3. Crott. in l.1. §. si vxor. n.4. ff. de acquir. poss. Hannib. in l. naturaliter. n.196. ff. de vsucap. Hannib. in l. post contractum. n.208. ff. de donat. Crott. in l. non solum. §. morte. n.43. ff. de op. nou. nunc. Rom. cons.179. n.11. ibi Horat. Mandes. in addit. Mandel. cons.4. n.41.*

Non obstat itaque reuera NONA hæc obiectio.

At nunc postrema, eademq; DECIMA resoluenda est obiectio: quæ habet ob non factam protestationem, aduersus Transactionem Erphordianam, ius M. in V. & L. deterius factum esse. Verum ad id respondetur: nulla hic opus fuisse protestatione, propterea: quod M. in V. & L., in nihil læderet, Transactio Erphord.

Etenim protestationes inuentæ sunt, 171
ad cauendum ab instantibus aut futuris grauaminibus, & præiudicijs: ad competentis Iuris conseruationem. *Martm. Gilbert. in præfat. tract. Constant. Rogger. de protestat. n.2. Constant. Rogger. in tr. de protest. vers. primo pro intelligimme. n.1. Martin. de Ve. in tr. de protest. n.3. Ioh. de Aguilll. in tr. de protestat. n.9. Hormoneti. Det. in l. non solum. §. morte. n.38. & ibi Anton. Rub. n.168. Crott. n.27. ff. de op. nou. nunc.*

Et præterea, etiamsi M. in V. & L., ius eorum in tractum, non manifisset: opus attamen adhuc protestatione vlla, non habuissent: sed satis fuisset, in translationem hanc, expressè consentire:

Propterea quod tacens in ijs, quæ ei 172
præiudicio esse possunt, consentire non creditur. *l penult. ff. de fort. gl. in l.2. C. de acquir. poss. ff. Abb. in can causis. n.3. per ill. text. vers. vndè non sufficit. ext. de Electionib. Iaf. in l. quæ dotis. n.104. ff. solut. matrim. Frid. Schenck à Tautenberg ad c.1. §. præterea. Quib. mod. feud. amitt. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib.1. c.43. n.12. Felin. in c. nonne. n.11. ext. de præsumt. Rub. in l. vinum. n.73. ff. si cert. pet. at. Petr. Stell. in l. si Creditores. n.34. & 39. C. de pact. Corset. in singularib. in v. taciturnitas. Sim. de Proët. cons.138. n.80. & cons.144. n.38. vol.1. Natt. cons.131. n.4. Cephal. cons.235. nu.29. Tiber. Decian. cons.177. n.64. vol.3.*

Quinimò, si hinc vllum, M. in V. & L., præiudicium natum esset, iam ex alio capite labefactaretur, nullaque esse inciperet Transactio Erphordiana.

Nam in

Nam in id, arbitratores constituti erant, vt litem inter heredes, successoresque feudales componerent.

Si itaq; Transactione sua, agnatis proximioribus obesse, remotioribus autem prodesse, cordi illis fuit: iam potestatem illis datam excesserunt.

Irritum itaq; est omne id, quod hac in parte præsumserunt.

173 Nam certum est, quod rectè ducantur argumenta ab Arbitro, ad Arbitratorem, in iis etiam, quæ restrictioris naturæ sunt, nisi diuersum ius in alterutro constitutum reperiamus. *Abb. in c. cum vicesimum in fin. & in c. vno delegatorum. n. 4. ext. de offic. delegat. arg. l. si societatem in §. arbitrorum ff. pro socio.*

174 Sed & non minus certum illud est, quod arbiter in re, de qua non compromitebatur, nihil statuere possit: quodq; arbiter nihil agat, quicquam statuens in re aliqua, de qua in compromisso cautum non erat. *l. non distinguemus. §. de officio. ibi Br. ff. de arbitr. Felin. in c. vno delegatorum. n. 1. ext. de offic. deleg. Nepos à Monte in tr. de exceptionib. artic. 4. n. 17. Tiraq. in l. si vnquam in v. libertis n. 11. C. de reuoc. donat. Blanc. in tr. de compromiss. q. 6. n. 5. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 117. n. 3.*

175 Quid? quod M. in V. & L., reductio etiam, ad arbitrium boni viri superesset, si quidem eiusce modi quid, facere, arbitratoribus concessissent: sin item ab arbitratoribus læsi essent. Contra enim arbitramentum iniustum, semper, & vbiq;, petitioni reductionis ad arbitrium boni viri locus erit. *Ita in specie decidit Br. in l. si societatem. §. arbitrorum. n. 3. ibi Guilhelm. de Tulalt. n. 83. ff. pro socio. Abb. in c. Quinta vallu. n. 26. ext. de iureur.*

Nec nocet, quod attamen, ab illo tempore, quo fiebat Erphord. Transactio, elapsi iam sint 20. anni.

176 * Nam vt habet, opinio illa, quæ creberrimo interpretum calculo recepta est, huic petitioni, qua petitur, vt arbitramentum, seu compositio iniqua, ad viri boni arbitrium redigatur, non nisi longissimi temporis spacio, quod tricennale est, præscribitur. *Ita in specie decidit alibi, refert. Guilhelm. de Tulalto in l. si societatem. §. arbitrorum. n. 88. & 89. ff. pro socio. Rabb. in tr. de præscript. in 4. p. 4. p. p. q. 33. n. 2. vbi hanc esse communem, & receptam DD. sententiam testis est. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 36. gl. 2. n. 39. vbi complures idem volentes more suo adducit. Blanc. in tr. de compromiss. q. 10. n. 18. Marant. in tr. de ord. iudic. in 3. p. 6. p. p. act. 2. n. 112. vbi & is hanc communem opinionem fateri cogitur. Aff. decis. 132. Gail. obs. 150. n. 2. lib. 1. vbi & is hanc communem esse opinionem attestatur. Turz. an. comm. opin. 138.*

177 Sicuti nec illud quidem, arbitratores excusaret, quod attamen arbitrator, seu amicabilis compositor, posit vni partium nonnihil adimere, alteri verò addicere. *Vt in specie vult gl. an l. sed & si in seruum. § si quis index. in v. si quis index. versus sed si contraria. ff. de recept. arbitr. Br. in d. l. si societatem. § arbitrorum. n. 24. vers. & ita debet intelligi. ff. pro socio. Abb. in d. c. Quintanadu. n. 28. ext. de iureur. Curt. an l. transactionis. n. 9. C. de transactionib.*

Nam hoc ipsum de modico quedam & pauxillo, non autem de summa 9500. florenorum intelligi oportet. Ita namque quæ proximè dicta sunt ad modicum restringunt Interpretes, & in specie *Br. in d. § arbitrorum. d. n. 24. d. vers. & ita debet intelligi Panthaleon Cramens. in l. 2. n. 50. C. de resc. vendit.* 178

His itaque nos, iuicisse planè confido, quod M. in D. sub velamine Erphord. Transactionis, tuti esse non possint.

RATIONES DVBITANDI, RESPECTV IVRIS REPRAESENTATIONIS.

VIdeamus itaque nunc, num confidere tutò satis, M. in D. possint, iuri repræsentationis.

Id quod ab initio, re pœnitus non perpensa, dicendum videbatur.

Nam quis nescit, quod patruus in iure, 179
filius & pater, vna; atq; eadem censeantur persona. *Vt in specie decidit Ias. in l. final. n. 2. per ill. text. C. de impub. & aliis substit. Frider. Schenck. c. 1. n. 14. de feud. March. Schenck. c. 1. n. 4. an agnat. Sonsbeck. in tr. feud. p. 9. n. 161. Crott. in l. frater à fratre. n. 8. ibi Coras. in tract. n. 61. & in §. quæsitum. n. 1. ff. de condict. indeb. Tiraq. in tr. de præscript. §. 1. vers. & quanquam sint plærig. Coraſius in cit. lib. 4. c. 9. n. 1. Tonning. decis. 130. n. 52. Caball. in Quæst. de donat. ante conti. adt. matrim. facti. n. 21. Bard. in tr. de temp. vtil. & contin. c. 12. n. 2. Myns. ing. obs. 23. cent. 3. Hartm. Pistor. q. 2. n. 46. lib. 2. Knipradt. in l. qui se patrui. n. 26. C. vnd. lib. Cacher. decis. 31. n. 13. Reub. in tr. de testib. p. 2. n. 20. Seraph. in tr. de iuramento. priu. 4. n. 83. priu. 33. n. 151. & priuil. 154. n. 1. Cald. in l. si curatorem. v. cum non absimilis. nu. 48. ad fin. C. de rest. in integr. Capsecr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 195. Borcholt. in tr. de pact. c. 4. n. 5. Royz. decis. Lituan. 3. n. 336. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 15. C. de reuoc. donat. Vacon. à Vachn. declarat. 50. n. 1.*

Vnde & vox filij, vox parentis: & è di- 180
uerso patris vox, filij esse censetur. *§. ei qui Inst. de inutil. stipulat. Schenck. c. 1. n. 14. de feud. March. Luc. de Penna in Isimus. C. de agric. & censit. lib. 11. Tiraq. d. l. si vnquam. in præfat. n. 15. Royz. d. decis. 3. n. 357. Reub. in dict. de testib. p. 2. n. 50. Mynsing. d. obs. 23. cent. 3. Borch. m tr. de pact. d. c. 4. n. 4. Benuenut. Stracch. in tr. de adscil. p. penult. ampl. 36.*

Consequatur itaq; oportet, eodem modo filios C. à M., posthumo B. à M. successuros: ac eidem successurus fuisset parens eorum, si tandiu superstites fuisset.

SECVNDÒ omnes quoq; scimus re- 181
ceptam inter interpretes esse sententiam: *

quod ius repræsentationis, quo iure, fratrum defunctorum filij, cum fratribus patris sui, qui iam diem obierat, simul succedunt, non sit odiosum, & restringendum: sed fauore dignum atq; extendendum. *Vti in specie decidit Tiber. Dec. conf. 9. n. 3. vol. 2. & conf. 55. n. 41. vol. 3.*

182 Est namq; ius repræsentationis, Iuris diuini: *Tiraq. in tr. de primog. q. 40. n. 23. Burs. at. conf. 67. n. 12. Tiber. Decian. d. conf. 9. n. 2. volum. 2. & d. conf. 55. n. 40. vol. 3.*

183 Et naturalis adinuentio. *Tiber. Decian. d. conf. 9. n. 2. & d. conf. 55. n. 41.*

Et in æquitate summa, semper & vbiq; innititur. *Tiber. Decian. d. conf. 9. n. 2. & 3. & d. conf. 55. ex. n. 38.*

Fac itaq; Ius repræsentationis, de nostro casu, expresim non loqui, porrigi attamen illud ipsum, ad casum nostrum, eo quod fauorabile sit, vtiq; rectè poterit.

184 Odia enim restringi: fauores autem ampliari, legum humanitati congruit. *Odia de Reg. Iur. lib. 6. c. cum scripsi. 35. q. 3. c. tua. cl. 1. ext. de decim. l. cum quidam. ff. de lib. & postum. Iob. Hannibal. in Rubr. n. 85. ff. solut. matrim. Gerard. Mazoll. conf. 108. n. 65. vol. 1. Alc. conf. 58. n. 15. lib. 8.*

185 TERTIÒ Iuris indubitati est: quod afflicto non sit addenda afflictio. *l. tam dementia. C. de Epise. audient. c. cum percussio. 2. q. 1. d. Dunns. ff. de offic. Præsid. Polit. in tr. vulgar. subst. n. 97. & in tr. de exemplar. subst. n. 13. Gail. obs. 138. n. 5. lib. 1. Romul. in l. vt vim. n. 183. ff. de iust. & iur. Montic. in tr. de Inuent. hered. c. 9. n. 115. Cald. in l. si curatorem in v. cum non absimilis. n. 45. C. de rest. in integ. Matth. de Afflict. an c. 1. 9. iniuria. n. 1. de pac. iuram. firmand. Sichard. in l. cum. qui. n. 4. C. de furt & ferv. corrupt. Crau. conf. 456. n. 24. Menoch. conf. 80. n. 32. Cæsar. Lambertin. in tr. de iure patron. at. lib. 1. q. 6. p. p. 1. n. 20. Cephal. conf. 277. n. 12. conf. 336. n. 34. Roland. à Valle conf. 66. n. 51. vol. 1. et. conf. 87. n. 27. vol. 2. Kirchofan. conf. diuers. conf. 21. n. 5. vol. 2. & conf. 1. n. 17. vol. 2.*

Iam verò hic, M. in D., cum ob parentis funera afflicti iam satis essent: affligerentur attamen adhuc acrius, cum ob illam ipsam mortem parentis, carere etiam, cogerentur, successione fratris patruelis postumi.

186 Dandus itaq; locus omnino erit iuri repræsentationis. Nec enim legum humanitas atq; benignitas patitur, vt luctuosæ, tristesq; successiones, à personis, quæ aliàs mortem, & obitum suorum lugebant, indeque contristatæ fuerant, auferantur argm. *Inst. de S. C. Tertullian. in pr. l. vltim. C. de inst. & substit. l. vnica in fin. C. de his qui ant. aperr. tabul.*

187 QVARTÒ inter omnes quoq; peræquè * recepta doctrina illud vult: quod ius repræsentationis, siue illud Ius, quo loco patris defuncti, vnà cum patruo nepos ex fratre succedit, in fideicommissis locum habeat. *Vti in specie decidit gl. in l. cum ita, 5. in fideicommissu. in v. proximo. ff. de legat. 2. Dilect. in tr. de art. tessand. tit. 5. caut. 27. nu. 1. Anton. Gabriel. Rem. in tr. resp. lib. 4. tit. de fideicommiss. concl. 3. n. 1. Petr. Bemmend. decis. 88. n. 1. p. 2. Couarr. Practi. q. c. 38. n. 4. Tiraq. in tr. de primogen. q. 40. n. 191. & seqq. Franc. Marz. ar. in tr. de fideicom. p. 2. q. 18. Vasq. in tr. de success. creation. lib. 3. §. 27. limit. 3. n. 17. vers. ad glossam. Mautic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. n. 2. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Viuius communem opin. lib. 2. opin. 121. vbi hanc magis communem opinionem esse, & in tuto esse dicit. Graff. recept. sentent. §. fideicommissum q. 16. n. 5. Alex. conf. 88. n. 1. & ibi Natt. in addit. lib. 1. consil. 26. nu. 13. vers. præterea glossa, & ibi Carol. Molin. in addit. lit. F. qui in hanc glossæ sententiam omnes pedibus ire refert, lib. 3. Ludouic. Gozadin. conf. 4. n. 16. Crau. conf. 67. n. 5. Cephal. conf. 16. n. 32. conf. 215. n. 12. & conf. 283. n. 14. vbi & in quoq; sese autorem præbet, quo autore asseritur hanc crebriorem & vertiorem opinionem esse. Celsus Hugo. conf. 40. n. 15. Francisc. Burs. at. conf. 67. n. 9. conf. 71. n. 1. & conf. 170. n. 1. Rol. à Valle conf. 68. n. 31. & seqq. n. 1. Simon. de Proët. conf. 37. nu. 11. lib. 1. Cardmal. Paris. conf. 36. n. 1. vol. 2. Tiber. Decian. conf. 7. n. 79. vol. 1.*

Sed & illud indubitatum est, feuda per 188
omnia exæquata esse fideicommissis. *Andr. de Isern. in c. 1. vers. & olim. n. 9. vers. hæc differunt de success. Feud. Isern. in c. 1. §. quid ergo. n. 7. de inuestitur. de re alien. facta. Isern. in c. 1. n. 10. vers. sine ergo de alien. feud. patern. Cardin. Paris. conf. 65. n. 10. vol. 3. Cephal. conf. 213. n. 30. Dec. conf. 445. n. 33. Rol. à Valle. conf. 1. n. 15. vol. 1.*

Patet itaq; consequentia: quodq; rectè 189
concludatur: etiam in feudis, iuri repræsentationis locum relictum esse. Dispositum enim in vno ex æquiparatis, in altero quoque locum obtinebit. *gl. vlt. in l. si quis seruo. C. de furt. Afflict. decis. 260. n. 7. & 8. Iaf. in l. transigere. n. 15. C. de transact. Neguz. in tract. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. n. 23. Ronchegall. in l. 3. §. 1. n. 128. ff. de duob. reis. Cacher. decis. 31. n. 7. Menoch. in tr. de remed. possess. adip. remed. 4. n. 344. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 15. gl. 1. nu. 11. Vasq. illustr. controuers. c. 83. n. 19. & c. 106. n. 8.*

Proindeq; cum hic de successione in feudo, res sit, non excluditur illud ius, quod repræsentationis vocatur.

QVINTÒ communis quoq; traditio Do- 190
ctorum est, quod iuri repræsentationis locus quoq; sit in Emphyteusi. *Raphael. Cuman. in l. cum ita. 5. in fideicom. lect. 1. & 2. in fin. ff. de legat. 2. Alex. in l. Gallus. 5. quidam rectè n. 9. ff. de lib. & postum. Tiraq. in tr. de iur primog. q. 40. n. 21. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 4. tit. de success. ab intestat. concl. 1. n. 11. Alex. conf. 26. n. 9. vers. ita ergo. vol. 3. & conf. 126. n. 3. lib. 7. Crau. conf. 67. n. 5. v. & in term. nostris. Tib. Dec. con. 9. n. 5. vol. 2. & conf. 55. n. 50. vol. 3.*

Rursus itaq; rectè infertur, & hoc in feu- 191
dis quoq; locum sibi vendicare. Incogniti namq; iuris non est, rectè argumenta duci ab Emphyteusi ad feud. *Euer. in top. in loc. ab Emphyt. ad feud. n. 1. Hyppol. de Marsi. in l. de vnoquoq; n. 106. ff. de re iudic. Gasp. in tr. de expens. c. 12. n. 47. Albert. Brun. conf. 81. n. 4.*

Nec

192 Nec obstat nonnullos Nostratium reperiri, qui censeant, haudquaquam ab Emphyteusi ad feudum argumentum rectè procedere posse. *Vti in specie decidit Iaf. in proœm. feud. n. 58. Molin. in consuet. Parisien. §. 12. n. 8. vers. tum perperam. Alex. cons. 30. n. 16. & ibi Carol. Molin. in addit. volum. 1. cons. 5. n. 5. vol. 5.*

Obtinebit enim, veraq; erit ita demum eorum opinio, si scilicet expressum aliud, & diuersum in iure feudorum scriptum esse legitur. Quod si in iure feudorum nulla constituta differentia, inter feuda, illudque ius, quod de Emphyteusi scriptum extat, reperitur, secus omninò erit. *Ita namq; sæpissime declarat Iaf. in l. 1. n. 60. C. de Iur. Emphyt. Euer. in top. in d. loc. ab Emphyt. ad feud. n. 9. Paris. in consuet. Paruf. §. 1. gl. 5. n. 71. & §. 13. gl. 1. n. 49. vers. ne mireris.*

Atenim ad ius repræsentationis quod attinet, nullibi reperitur, differentiam aliquam introductam esse.

193 Sextò, ignoti Iuris non est: quod in causarum feudalium decisione, potius Ius Canonicum, quàm Ciuile attendi debeat. *Vti in specie decidit Bl. in c. 1. §. præterea. cl. 5. n. 10. de prohibit. feud. alien. per Frider. Iaf. in prælud. feud. nu. 63. Bartholom. de Belleuz. in addit. ad Pauorm. in c. 1. ext. de oper. nou. nunciat. Præpos. in c. 1. n. 4. Quo - vsus. Curt. in tr feud. in 1. p. p. q. 12. n. 1. Iacobin. ad S. Georg. in tr. feudal. in v. & dicti vasalli. nu. 17. Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. n. 54. ext. de constit. Felin. in c. ceterum. n. 21. ext. de iudic. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 3. n. 88. Catell. Cotta in memorab. in v. feudi. el. 2. Rochus de Curte. in c. final. sect. 9. n. 50. ext. de consuet. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 66. n. 1. & seqq. & in tr. feudal. c. 17. n. 14. Alex. cons. 51. n. 10. ibi Natt. in addit. vol. 5.*

194 Iam verò certum est, à Iure quoq; Canonico Ius repræsentationis non repudiari, Sic enim volunt ratione Iuris patronatus, filium, locum, qui patris obitu vacuus reperiebatur, occupare: & vna cum patruo succedere. *Vti in specie decidit Guilelm. Benedict. in repert. v. Raynutius in v. & vxorem nomine Adelasiam. n. 618. ext. de Testam. Tiraq. in tr. de primogen. q. 40. n. 21. Ioh. Fabri. in §. cum filium. n. 2. ibi Angel. Aret. n. 7. Instit. de hered. quæ ab intest. defert. Anton. Gabriel. Roman. in tr. reg. lib. 4. tit. de succeff. ab intest. concl. 1. nu. 31. Tiber. Decian. d. cons. 9. n. 5. vol. 2. & d. cons. 55. nu. 50. vol. 3.*

Quare rursus, hoc ius repræsentationis, ad feudales vsq; successiones porrectum esse, haud absre affirmabimus.

195 Septimò ne vlterius ambagibus vtamur, scriptum quoq; in libris feudorum extat, quod etiam in ipsis feudis, inq; feudalium successionibus ius repræsentationis locum habeat quodq; filius fratris defuncti, per patruum non excludatur, aut à successione bonorum feudalium arceatur, remoueatur: *vt sunt text. ad literam in c. 1. §. bis verò. ibi Bl. n. 1. vers. nota. de fu. ccessi. ea. c. 1. & ibi Bl. n. 3. de natur. succeff. feud. c. 1. §. si caput. nei de feud. March.*

Traduntq; præterea in indiuiduo *Ioh. Fabri. in d. §. cum filium. n. 2. ibi Angel. Aret. n. 6. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. Iaf. in l. si suus. nu. 5. C. de succeffor. edict. Iaf. in l. si duo patroni in princ. n. 7. vers. quarto. aduerte. ff. de iureiur. Iaf. in l. 1. potest. n. 37. ff. de acquir. hered. Zaf. in tr. feud. p. 8. n. 17. Curt. in tr. feudal. in 2. p. 3. p. n. 60. Borch. in tr feud. c. 7. p. 2. n. 46. Pract. Papiens. in for. libell. quo ag. ad renoc. feud. in v. nec superstitibus ex eo liberis. n. 14. Mynsing. obs. 94. cent. 3. Tiraq. in tr. de primogen. q. 40. n. 20. & q. 41. n. 3. Conarr. Pract. quæst. c. 38. n. 1. vers. hanc opinioni. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regul. lib. 4. tit. de succeff. ab intest. concl. 1. nu. 7. vbi complures idem volentes allegat Alex. cons. 129. nu. 9. lib. 5. Albert. Brun. cons. 70. n. 1. Cardinal. Paris. cons. 5. n. 31. cons. 10. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 443. n. 7. Rol. à Valle cons. 68. n. 22. & n. 43. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 7. n. 82. vol. 1. cons. 9. n. 5. vol. 2. & cons. 55. n. 50. lib. 3.*

Qui igitur hoc fundamentum, M. in D., conuelli poterit?

Octavò: communem quoq; habemus iuris theoricam, illud volentem, quod prima inuestitura, radix, & fundamentum omnium inuestiturarum sit. *Bl. in l. 1. n. 35. C. quand. non petent. part. Bl. in c. 1. n. 2. de eo qui fibi & hered. fuis maf. & femin. Bl. in c. 1. §. 1. n. 3. de feud. Guard. Zaf. in tr feudal. p. 1. n. 60. & p. 6. n. 23. Molin. in consuet. Paris. §. 35. n. 10. Dec. cons. 185. n. 3. vers. primo. cons. 193. n. 4. cons. 468. n. 27. & cons. 498. n. 17. Rol. à Valle. cons. 67. n. 7. lib. 1. Natt. cons. 305. n. 16. & cons. 56. n. 44. Burs. at. cons. 46. n. 1. Iohan. Baptista Vincen. ant. cons. feudal. var. cons. 1. n. 172.* 196

Vndè vt competenti remedio finiantur, acq; sopiantur lites, controuersiæq; feudales, ante omnia inuestituræ tenor inspiciendus, considerandusq; est. *Vti in specie decidit Matth. de Affli. decis. 195. n. 5. Dec. d. cons. 185. n. 3. ad fin. & cons. 193. n. 1. Nicol. de Agat. mt. cons. Brun. cons. 5. in fin. Cardm. Paris. consil. 2. n. 24. cons. 16. n. 16. & cons. 23. n. & 5. vol. 1. Cephal. cons. 3. n. 1. cons. 12. n. 1. & cons. 135. n. 9. Marc. Anton. Natt. cons. 49. n. 19. Ioh. Bapt. Vincen. al. d. cons. 1. n. 177. Ioh. Gallic. in s. cons. feud. al. var. cons. 2. n. 25.* 197

Neq; id imeritò. Etenim pacta in inuestitura comprehensa, omni feudorum naturæ derogant, illaq; potiora sunt. *Bl. in prælud. feudor. n. 46. Zaf. in tr. feud. p. 6. n. 24. Ioh. Ferrar. Montan. in vsib. feudor. lib. 3. c. 4. vers. ad rem verò. Seraph. de Seraphan. tr. de iuram. priuil. 49. n. 17. Martm. Pistor. q. 1. n. 4. lib. 2. Tiraq. in l. si vniquam in v. libertis. n. 9. C. de reuoc. donat. Borch. in tr feud. c. 1. n. 25. vers. tenor namq; Zaf. cons. 12. n. 59. lib. 1. Natt. cons. 49. n. 19. Ioh. Gallic. d. cons. 2. n. 44. Rol. à Valle. cons. 97. n. 38. volum. 2. & cons. 53. n. 3. vol. 1. Albert. Brun. cons. 18. n. 10. cons. 39. n. 6. cons. 41. n. 6. & cons. 73. n. 6. Ioh. de Cocconato int. cons. Brun. cons. 8. n. 11. cons. 33. & cons. 39. n. 5. Ioh. Iacob. de Leonard. int. cons. Brun. cons. 114. n. 134.* Quapropter etiamsi aliàs, ius repræsentationis, à feudalibus successionibus remotum esset: hic attamen illud locum habere oportet 198

Nam in familiæ huius Inueſtitionum literis expreſsè cauetur: vt filij in patrum defunctorum locum ſuccedant, & hereditatem capiant.

Nec obſtat, quod in illis inueſtituratum literis, poſtea ſcriptum legatur: illos qui huius ſunt proſapiæ, ſecundum ordinis prærogatiuam. Nach rechter Sippſchafft succedere debere.

Nam ad id reſpondendum eſt primo: hanc clauſulam de ordinis prærogatiua, ſuperiorem illam, de ſucceſsione, in locum parentum, longo ex interuallo demum, ſequi.

199 Cum itaque iuris ſit notiſsimi: quod clauſula in principio, medio, vel fine poſita, nunquam trahatur ad ea, quæ propriam, peculiaremq; diſſinitionem, in illa ipſa diſpoſitione iam acceperant. *Vti in ſpecie decidit Abb. in c. cum dilecti m fin. per ill. text. ext. de donat. Br. in l. talis ſcriptura. § hanc autem. n. 3. verſ. cauſæ autem. ibi Iaſ. n. 37 ff. de legat. 1. Blanl. 1. n. 5. C. de legit. hered. Bl. in c. inquiſitionem. n. 5 ext. de appellat. Salyc. in l. 1 n. 2. ibi Caſtr. & 2. Iaſ. n. 8. verſ. tertio. C. de lib. præter. Alex. de Imol. in l. coheredi. § qui patrem. n. 3. ff. de vulg & Pupill. Rimmald. in l. poſtumo. n. 267. C. de bon. poſſ. cont. tab. Capyc. deciſ. 108. n. 10. Zuchard. in Rubr. n. 49. ff. ſi cert. petat. Crott. in Rubr. n. 43. ff. de verb. obligat. Crott. in Rubr. n. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Rebuffi in l. vnica. nu. 537. C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof.*

Sequatur neceſſe eſt: ſuperiorem illam de ſucceſsione in locum patris: cum hoc: de gradus prærogatiua loquentem, commune nihil habere: multoq; minus ex ea, aſtrictionem aliquam recipere.

Secundò reſpondetur: quod illa clauſula; ſecundum gradus prærogatiuam &c. æquipolleat illi: qua ad ſucceſsionem vocantur, proximiores tantum.

Quare hæc clauſula Iuri repræſentationis, impedimento non erit. Concluſio enim
200 Interpretum communis eſt: Iuri repræſentationis nimirum, tunc quoque locum fore, cum ad ſucceſsionem proximiores vocantur, ſiue id fiat per conſtitutionem vel ſtatutum. *Vti in ſpecie decidit Dec. in l. 1. n. 19. C. de ſecund. nupt. Tiraq. in tr. de primogen. q. 40. n. 22. & n. 50. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular lib. 4. d. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 1. n. 5. Alex. conſ. 88. in pr. lib. 1. Cardm. Pariſ. conſ. 20. n. 23. vol. 2. Dec. conſ. 79. n. 2. verſ. ſecundo non obſtat. conſ. 87. n. 4 verſ. vltimo. conſ. 484 n. 8. & conſ. 553. n. 2. Tiber. Decian. conſ. 9. n. 6. vol. 2. & conſ. 55. n. 51 lib 3.*

201 Siue per teſtamentum, vel vltimam voluntatem. *Vti in ſpecie decidit Alex. de Imol. conſ. 26 n. 13. verſ. & dictam gloſſam. vol. 3. Anton. Gabr. d. concl. 1. n. 4. Tiber. Decian. d. conſ. 55. n. 52. vol. 3. Simon. de Prœt. conſ. 37. n. 11. Dec. conſ. 527. n. 1. verſ. & in teſtatore.*

202 Siue deniq; per contractum, aut inueſtituram. *Vti rurſus in ſpecie decidit Tiber. Decian: conſ. 7. n. 83. vol. 1. Caroſum q. Ruinum idem voluiſſe allegat. arg. c. 1 ad fin. ponderando verba: ad proximiores pertinere de nat. ſucceſſ. feud. nunc. 4. § hæ verò. de ſucceſſ. fratr. & grad. ſucced. in feud.*

Et deniq; vt res adhuc indubitata ma- 203
gis fiat, ex Doctorum traditionibus illud conſtat; quod tunc etiam, cum ſecundum gradus prærogatiuam, (nach rechter Sippſchafft) propinqui vocantur, ius repræſentationis locum habeat, & nepos ex fratre defuncto, patrem ſuum repræſentet: proindeque vnà cum patruo hereditatem capiat. *Vti idipſum rurſus in indiuiduo voluere Simon. de Prœt. conſ. 37. n. 25. Philip. Porc. conſ. 54. nu. 14. vbi huius opiniones aſſectas nominat. Socin. Iunior. & Cardm. Pariſ. in loc. quem ibidem inducat.*

Qui itaq; hæc clauſula potens eſſet, ius repræſentationis excludere?

At ſit ita, excludere hanc clauſulam, 204
ſecundum ius commune Cæſareum, ius repræſentationis dicamus. Ita namq; plæriſque, placuiſſe videmus. Ius nempe repræſentationis locum non habere, quoties ſub adiectione hac, vt ſua gradibus prærogatiua ſalua ſit, inueſtituræ, vel aliarum diſpoſitionum formula, concepta fuerit. *Vti in ſpecie decidit Salyc. in auth. defuncto. n. 3. C. ad S. C. Tertull. Thom. Grammat. deciſ. 1. n. 2. Manuc. in tr. de coniect. vltim. voluit. lib. 8. tit. 9. n. 9. Anton. Gabriel. Roman. in tr. Regul. lib. 4. tit. de iudicommiſſ. concl. 3. nu. 3. Franc. Marz. ar. in tr. de iudicom. p. 2. q. 32. Hartm. Piſtor. q. 1 n. 5 ad fin. Dec. conſ. 1. n. 8. & conſ. 408. n. 12. Cravet. conſ. 67. n. 5. Cardinal. Pariſ. conſ. 30. n. 58. conſ. 37. n. 37. & conſ. 40. n. 20. vol. 2. Franciſ. Burſat. conſ. 170. n. 49. Tiber. Decian. conſ. 1. n. 391. & conſ. 7. n. 83. lib. 1. Simon de Prœt. conſ. 37. n. 6. vol. 1. Ex quorum omnium conſenſu, facile palam ſit * hanc communem opinionem eſſe.*

Non tamen, ne ſic quidem, repelletur ius repræſentationis.

Nam illa feuda, de quorum ſucceſsio- 205
ne contentio eſt, in Marchionatu Lauſatiæ inferioris, ſita ſunt.

Moderabimur itaq; ſucceſsionem hanc, ex Iuris Saxonici, non autem Cæſarei præſcripto.

Clari namque, & indubitati iuris eſt: 206
quod in ſucceſsionibus, quæ ab inteſtato deferuntur, ante omnia reſpectus habendus ſit, ad leges, ſtatuta, & conſuetudines illorum locorum, & prouinciarum in quibus bona ſita ſunt. *Br. in l. cunctos populos. nu. 41. verſ. ſed poſſet dubitari. & ibi Iaſ lect. 2. n. 90. C. de ſum. Trinit. & fid. Catholic. Abb. in c. quod clericis. n. 11. ext. de for. comp. Prack. Papienſ. in form. libell. quo pent. hered. ex teſtam. in v. vallatum legitimo numero teſtium. n. 4. & 5. Vallaſ. in Lamperium. n. 279. ff. de iurid. em. iudic. Maſuer. in ſua praxi. tit. 33. n. 51. Medic. in tr. de ll p. 4. q. 12. n. 7. Rauenn. in tr. de conſuet. Section. 4 n. 70. Pyrrh. in conſuet. Aurelianenſ. tit. de feud. c. 25. Tiraq. in tr. de tur. primogen. q. 46. n. 1. & ſeqq. Coler. in ſua*

in fino proceſſ. p. 1. c. 3. n. 216. & ſeqq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 76. n. 3. p. 2. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alex. conſ. 16. n. 1. & vbi Carol. Molin. in addit. & conſ. 128. n. 2. lib. 1. & conſ. 19. n. 6. & 7. lib. 6. Cravett. conſ. 271. n. 2. Goz. adm. conſ. 49. n. 8. vbi hanc concordi conſenſu Interpretum receptam teſtis eſt. Cardin. Pariſ. conſ. 84. n. 43. lib. 1. & conſ. 12. n. 47. lib. 3. Natt. conſ. 148. n. 4. Mandell. conſ. 50. n. 5. Rol. à Valle. conſ. 24. n. 14. vol. 3.

207 Et cum hoc ita ſeſe habeat: præſto verò ſit, Iuris Saxonici diſpoſitio, volens: nihil poſſe clauſulam: ſaluo gradus prærogatiua, aduerſus ius repræſentationis. *Vti in ſpecie decidit Autor. differ. iur. caud. & Saxon. differ. 29. lib. 1. Hartm. Piſtor. q. 23. n. 9. lib. 2. Hieron. Schurff. int. conf. Albert. Brun. conſ. 145. n. 4.*

208 Eò quod nullam graduum prærogatiuam, Ius Saxonicum feudale, in ſucceſsione collateralium cognoſcat: ſed agnatos omnes, à ſucceſsione arceat, niſi ſimultanea inueſtitura, à Domino feudi, donati fuerint. Quo caſu, cum radix, & fundamentum, ſucceſsionis collateralium, inueſtitura ſimultanea ſit, graduum prærogatiuam, inſpici non oportet. Cum Dominus inueſtiens, nulla ſanguinis neceſsitudine inueſtitis coniunctus ſit, proindeq; vlla ſanguinis affectione, erga illos moueri minimè credatur. *Autor. differ. d. differ. 29. lib. 1. Hartm. Piſtor d. q. 23. n. 12. lib. 2.* vbi huic opinioni, non ſolum in illis ditionibus & terris, quæ nutu principis Electoris Saxoniæ reguntur: verùm etiam in reliquis omnibus Prouincijs, in quibus ius Saxonicum viget, in reſpondendo, iudicandoq; inhærendum eſſe, autor eſt.

Reliquum illud ſit: clauſulam ſecundũ gradus prærogatiuam, aduerſus ius repræſentations, præualêre hic nullo modo poſſe.

209 Nec obſtat, quod Ius repræſentationis, de iure Saxonico locum non habeat: verum ſemper, & vbique, frater tanquam in ſecundo gradu conſtitutus, fratris filio, vtpote qui in tertio gradu reperitur, præferatur. *Autor. differ. differ. 75. verſ. de conſuetudine. lib. 1. Zweſenb. in §. cum filius. n. 2. & 3. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. Zweſenb. in tr. feud. c. 6. n. 17.*

Illud namq; in allodialibus tantum: non autem in feudalibus verum eſt. *Vti obiectioni huic reſpondet. Hartm. Piſtor. d. q. 23. n. 11. lib. 2.*

Quapropter vt ſummatim rem complectar, obiectio hæc ad præſens negocium adaptari nequibit.

210 NONO: obſcuri Iuris non eſt quod confeſsio plenam, & ſufficientem probationem inducat. *Vti in ſpecie decidit Bl. in c. 1. §. Sacramentum. n. 13. de conſuet. relict. feud. Bl. in Rubr. n. 17. vbi Paul. de Caſtr. n. 4. Hyppol. de Marſ. n. 17. C. de probation. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 2. d. p. p. act. 5. n. 21. Franciſc. Herculan. in tr. qui teneat probar. negativ. n. 196. Marc. Anton. Blanc. in tr. de iudic. n. 810. Simon de Proët. in tr. de vltimar. voluntat. interpret. lib. 5. interpret. 2. dubit. at. 4. nu. 119. Franciſc. Curt. in l. cum te transfigiſſe. n. 5. C. de tranſact. Heron. Schurff. int. conſ. diuerſ. conſ. 35. n. 6. volum. 2. Nicol. Rucker. int. conſ. diuerſ. conſ. 27. nu. 20. vol. 1. Rota Bononienſ. auditores int. conſ. feud. Vautor. conſ. 9. n. 35. Modeſt. Piſtor. conſ. 14. n. 7. & conſ. 27. n. 56. vol. 1. Mynſing. conſ. 1. n. 6. conſ. 5. n. 10. conſ. 7. nu. 20. & nu. 25.*

Atenim hîc, ne confeſsio quidem, M. in V. & L., qua illorum quoq; ſucceſsionibus, iuri repræſentationis præcluſum non eſſe, falſi ſunt, deſiderari nequit.

Nam, in ingreſſu Tranſactionis Erphordianæ, habetur: quod H. & G. fratres, M. in V. & L., illis tractatibus Erphordiacis, interfuerint, tum proprio, tum filiorum quoque fratrum nomine.

Quorſum autem opus fuiſſet, nomine filiorum fratrum, interuenire, ſi hi excluſi erant à ſucceſsione?

En quomodo, ipſi fateantur M. in V. & L., ius repræſentationis, hîc, alienum non eſſe.

DECIMÒ, Iuris quoq; eſt indubitati 211
quod ſimultaneè quoq; vtritim, ſeu ex æqualibus, vocati cenſeantur. *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. n. 175. Ronchegall in Recol. §. cum tabulu. n. 37. & 40. ff. de duob. reis. vbi Ruin. & Iaſ. idem voluiſſe teſtis eſt. Alex. de Imol. conſ. 13. n. 13. & conſ. 119. n. 1. vol. 5. Dec. conſ. 263. in pr. & conſ. 326. in pr.*

Quo Iure vtimur, tunc etiam, cùm ſi- 212
multaneæ inueſtituræ appoſita fuerint illa verba: vno ex fratribus ſimultaneæ inueſtitis, in fata concedente, feudum ad ſuperſtites pertinere debere, Das es an die vberlebende Brüder kommen vnd gerathen ſoll. *Vti hoc in ſpecie decidit Hartm. Piſtor. q. 23. n. 14. lib. 2. per rationes, & autoritates ibidem adductas.*

Iam verò M. omnes, ſimultaneam inueſtituram habent: ſed nec in illorum inueſtituris expreſſum eſt, feuda fratrum decedentium, ad ſuperſtites pertinere debere:

Hos itaq; ſimul quoque ſucceſſuros, ſi 213
non in capita, at in ſtirpes ſaltem, ſtat concluſio. Extra controuerſiæ enim aleam poſitum eſt, nepotes ex fratre, cum patruis, quodq; conſequens, cum ijs quoq; ad quos patruorum hereditas tranſmittitur, etiamſi bona feudalia fuerint, in ſtirpes: non autem in capita ſuccedere. *Vti in ſpecie decidit Hartm. Piſtor. q. 22. n. 1. lib. 2. Borch.* (aliorum enim autoritates, ceu in re manifeſta recenſere nõ lubet) *in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 81. arg. authent. Ceſſante & l. lege duodecim tabularum. in fin. C. de legit. hered. tunct. c. 1. §. ſtrenuus. de feud. cognit.*

Tandem VNDECIMO quoq; loco, ab In- 214
terpretib. traditur; quod in dubio etiam caſu, pro iure repræſentationis, pronunciandu ſit. *Vti in indiuiduo decidit Tiber. Dec. Conſ. 55. n. 42. vol. 3. per iura, & autoritates ibidem adductas.*

Si itaq;

Si itaq;, quæ hactenus enumerauimus, rationes, rei nondum satisfacerent: pronunciandum nihilominus foret, ob fauorem Iuris repræsentationis, M. in D., admittendos esse.

RATIONES DECIDENDI RESPECTV IVRIS REPRÆSENTATIONIS.

SEd etsi hæc, fucum forsitan alicui facere possent: non dubito tamen, quin nubecula discussa, statim apparere incipiat, melius Ius, illos à M., qui è linea M. in V. & L. sunt oriundi, fouere.

215 Nam PRIMÒ: Iuris est peruulgaris: quod is, à quo stat Iuris regula, habeat, vt loquuntur, intentionem fundatam. *Br. in l. quoties n. 1. per ill. text. ff. si quis caut. Dec. in l. 1 n. 6. ibi Gabr. Sarain. in addit. lit. H. ff. de reg. Iur. Br in l. 2. lect. 2. n. 2. vers. vnde si aliqua. ff. si quis in Ius vocat. non vnit. Euer. in top. in loc. ab Except. ad regul. nu. 12. Exea in tr. de pact. n. 194. Zoanett. in l. 2 n. 26. C. de pact. int. emtor. & vendit. Tiraq. de vir. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. nu. 211. Tiraq. in tr. de pœn. in præfat. nu. 61. Straccain tr. de mercatur. tit. de contr. mercat. nu. 24. Couar. var. resol. lib. 2. c. 12. n. 4. Vasq. illustr. controu. 4. 103. n. 17. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 23. Coler. in suo tract. de process. ib. execut. p. 1 c. 2. n. 181. Mascard. in tr. de probat. concl. 75. n. 3. Dec. cons. 142. nu. 4.*

216 Iam verò partes M. in V. & L., tritissima illa Iuris regula: quod ius repræsentationis regulariter locum non habeat, tutatur. *Vt in specie decidit Iason l. si auus n. 6. C. de succes. edict. Couarr. pract. quæst. c. 38. n. 4. vers. huic opinioni.*

217 Quod vtroq; Iure, tam communi, quàm Saxonico, verum est, cujus rei paulò ante, ex Autore differentiarum Vvesenbeccio. & Pistorio fidem fecimus.

Habent itaq; intentionem suam (vt Practici loquuntur) fundatam. Et è diuerso M. in D. incumbit iam, vt iudicem, qua ratione ius repræsentationis in præsenti casu locum inueniat, condoceat.

218 Nec enim dubitatione dignum est, quin Iuris regulæ, aduersam partem, cui obsistunt, atq; occurrunt, probationis onere afficiant. *Bl. in l. si tutor n. 5. C. de seru. pign. dat. manumiss. Bl. in Rubr. n. 2. ext. de alien. iudic. mutand. caus. facit. Iason in auth. si qua mulier. n. 55. C. de sacros. Eccles. Ludouic. Gozadin. in l. 2. n. 108. C. de pact. int. emtor. & venditor. Craucons. 514. n. 12. & cons. 615. n. 10. Tiber. Decian. cons. 80. n. 16. vol. 3. Caualcan. in tr. de vsufr. mulier. relict. n. 155. ad fin. fere. vers. quia reus. Mascard. in tr. de probat. concl. 1261. n. 2.*

219 SECVNDÒ (ne in re manifestissima superuacuis probationibus vtamur) Iuris longè certissimi est, & vndiq; Doctores, atq; * Interpretes, nemine in contrariam sententiam discedente, affirmant: iuri repræsentationis, in duobus tantum casibus, iure etiam nouissimo locum esse, nempè cum, vel ad successionem maiorum, vel ad successionem patrui, amitæ, auunculi, vel materteræ, liberi defunctorum vocantur. *Vt in specie decidunt Br. in auth. post fratres. ibi Salyc. nu. 4. vers. vlterius nota. C. de legit. hered. Ioh. Fabri. in §. cum filius. n. 2. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. Iason d. l. si auus n. 6. & ibi Dec. n. 4. C. de succes. edict. Iason in l. fratres. n. 5. vers. secundo limita. C. de inoffic. testam. Couarr. pract. quæst. c. 38. n. 4. vers. huic opinioni. Anton. Gabriel. Roman in tr. regul. lib. 4. tit. de succes. ab intest. concl. 1. n. 13. Hartm. Pistor. q. 43. n. 6. lib. 2. Alex. cons. 44. n. 19. vol. 5. Dec. cons. 1. n. 3. cons. 217. n. 2. & cons. 553. n. 1. Abb. cons. 56. ante. nu. 1. vers. nam vbi agitur. vol. 1. Paul. de Castr. cons. 115. n. 1. lib. 1. & cons. 388. n. 1. vol. 2. Cardin. Paris. cons. 20. n. 26. cons. 36. nu. 2. & cons. 37. n. 1. & 2. vol. 2. Craucons. 127. n. 2. & 3. Iohan. Anton. de Ferrar. ant. cons. Alb. Brun. cons. 70. n. 3. & cons. 71. n. 1. Hieron. Schurf. ant. cons. Alb. Brun. cons. 145. n. 1. Simon de Proet. cons. 203. n. 11. vol. 1.*

Iam verò neuter eorum casuum, in præsentia, in controuersiam venit.

Non enim ex ascendentibus erat postumus, nec item auunculus, vel patruus: sed patrui filius, atq; sis frater patruelis. Duorum namq; fratrum filios, fratres patruelis vocari, nemo est, qui nesciat. *l. 1. §. quarto. & l. vlt. §. cod. gradu. ff. de grad. affinit. §. 1. Inst. de legitim. agnator. succes. Barnab. Brisson de verb. signific. lib. 6. in v. fratres patruelis. Scipio Gentil. in lib. orig. in v. consobrini.* 220

Sileat itaq; prorsus, ius repræsentationis.

Nec obstat si dixeris, hæc in allodialium successionibus, ita equidem sese habere: sed cum diuersa vtriq; & allodio & feudo natura sit, haudquaquam apte, & concinnè quicquam hinc, ad feudalium successionem inferri posse.

Quod enim respondeatur in promtu est: recte nempe, & quod è re fuerit, strenuum Iurisperitum factorum, si, vbi casus emerserit, qui iure feudali decisionem quam non receperat, iure communi vsus fuerit. *c. 1. §. strenuus Legis peritus de feud. cognit. Roth. de Curte. in c. final. sect. 9. n. 50. ext. de consuetud. Capyc. decis. 186. n. 5. Sonsbeck. in tr. feud p. 9. n. 86. Thoming. decis. 27. n. 24. Contard. in Ludissanar. c. 2. n. 186. C. de ingen. manumiss. Syluan. in tr. feud q. 1. n. 45. & q. 28 n. 6. Hartm. Pistor. q. 15. n. 76. lib. 1. q. 5. n. 31. & q. 38. n. 70. lib. 2. Zoesenbec. in tr. feud. al. in Proem. n. 82. & n. 24. c. 16. n. 15. & c. 17. n. 5. Borch. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 46. & 47.* 221

At hic casus, peculiarem à iure feudali, decisionem non recepit: meritò itaq; in eo diffiniendo, ius commune scriptũ sequimur.

Sed & alia solutio præsto est, quæ rei aliquantò propriùs accedit, nempe successionem feudalem, semper, & vbiq; moderari, atq; restringi ad instar successionis, in bonis allodialibus, vbi seperatum, atq; peculiare ius, per 222

ius, per consuetúdines, vsusq; feudales introductum non fuerit. *Sicuti hoc in individuo volunt. Bl. in c. 1. in pr. n. 4. vers. faciliter. De success. feud. Præpos. Mediolanens. in c. 1. nu. 3. vers. nota quod regulariter De grad. succed. in feud. Rol. à Valle. cons. 67. n. 14. vol. 1. Francisc. Burs. at. consil. 63. n. 13. vbi Corn. Curt. & Berouni idipsum quoq; scriptum reliquisse testis est Tiber. Decian. cons. 28. n. 34. vol. 1.*

Quod cum ita sit, in feudalibus quoq; ius repræsentationis ijsdem metis finietur: quibus secundum Ius commune scriptum', finiri solet. Nec enim hîc à iure communi quicquam iura feudalia disc repare reperimus.

223 Et deniq; ne nos hac in parte autoritas deficiat, in specie, quod in feudis quoque, non nisi, quàm cum, vel de successione, ascendentium, vel de successione eorum propinquorum, qui in tertio gradu lineæ collateralis constituti sunt, agitur, ius repræsentationis locum habeat, decidunt. *Anton. Gabr. Rom. in tr. reg. d. lib. 4. tit. de succeff. ab intest. concl. 1. n. 9. vbi Anton. Rubeum, & Anton. de Butr. idem voluisse testis est Hier. Schurff. in cons. Brun. d. cons. 145. n. 3.*

Constare, itaque, obiectiuncula hæc, nequit.

224 Tertiò: hoc quoq; iure quotidiè vtimur: quo ea firmiter iure repræsentationis deficiente, tenetur regula: hunc in succedendo potiorem fore, qui gradu fuerit proximior, nec distinguitur, an bona allodialia, an verò feudalia fuerint. *auth. post fratres la. 2. C. de legitim. heredib. l. 2. §. hereditas. ff. de suis & legit. Inst. de legit. agnat. succeff. in pr. & vers. non tamen, & §. si plures. & §. placet. at l. cum quidam. §. 1. ff. de acquir. hered. l. 1. §. sed videndum. ff. de succeff. edict. c. 1. an ille qui interf. frater. dom. Pyrrh. Engleberm. in consuet. Anrel. tit. de succeff. c. 1. Franc Duaren. in tr. feud. c. 11. n. 14. Swefcubec. in tr. feud. c. 6. n. 18. Borchelt. in tr. feud c. 7. p. 1. n. 32. & n. 84. Rol. à Valle cons. 82. n. 36. vol. 2. Socin. Senior. cons. 86. col. final. vol. 3. Crau. cons. 677. n. 1. cons. 715. n. 9. cons. 83. n. 2. cons. 878. n. 7. Tiber. Decian. cons. 9. n. 67. volum. 2.*

Atenim ex præcedentibus constat iam, hîc ius repræsentationis desinere. Succedet itaque in feudis is, qui inter agnatos fuerit proximior.

Et consequenter cum parentes M. in V. & L. qui moriente postumo, in viuis adhuc erant, postumo, ceu patrui eius, proximi sint: M. in D. verò remotiores, cum eidem, fratres patrueles existant: feuda à postumo relicta merito M. in V. & L. adiudicabimus.

225 Nemo enim vnquam, vsq; adeò ignarus fuit, qui dubitaret patruos, siue patris fratrem in tertio. *d. l. 1. §. tertio & d. l. vlt. §. tertio. ff. de grad.*

226 Fratrem patruelem autem, quem & fratruelem rectè dici, testis est, Scipio Gentil. d. lib. origin. verb. consobrinus.

227 In quarto gradu fore constitutum. *d. l. 1. §. quarto & d. l. vlt. §. eodem. ff. de gradib.*

Nec obstat, quod attamen illi M. in V. & L., qui hodie viuunt, non minus ac reliqui illi, qui D. degunt, postumo fratres tantum patrueles sint.

Nam hinc inferre adhuc licitum non e- 228
rit: in eodem gradu propinquitatis constitutos, pariter quoque, ad successionem vocandos esse, *l. 2. §. hered. ff. de suis & legit. §. si plures. Inst. de legit. agnat. succeff. auth. post fratres l. 2. C. de legit. hered. gl. §. non tamen in v. sed his Inst. de legit. agn. succeff. Crau. cons. 831. n. 10. vbi Castr. & Lasidem volentes adducit.*

Obstat enim illationi huic, vulgatissi- 229
ma illa Iuris Regula, quæ habet: quod in definiendo proximo, illud tantum tempus in considerationem veniat, quo moritur is, de cuius successione, atque hereditate agitur. Quapropter hunc rectè, & propriè dicemus, proximum, qui tunc primum, proximumq; obtinebat gradum, cum certum esse cœperat, aliquem intestatum decessisse. *Vti sunt text. ad literam in §. non tamen & in §. proximus. Inst. de legit. agn. succeff. §. ita demum Inst. de hered. quæ ab intest. defer. Br. in l. qui se patris. n. 5. C. vnde liber. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 100. Cardun. Paris. cons. 85. n. 36. vol. 2.*

Iam verò illo tempore, quo moriebatur postumus, superstites adhuc, vt superius indicabamus, M. in V. & L. parentes, qui proximum tertio proximitatis gradu attingebant, erant.

Quare nunc omnes M. pariter, in quarto gradu constitutos esse, minimè nocet, cum clarissima adsit iuris prouisio: quod non referat, si is, qui tempore, cum deferretur hereditas, proximior fuerat: aliumq; in vlteriori gradu constitutum excluserat, in fata concesserit.

Non enim propterea aspirare posthac 230
ad successionem, poterit is, qui semel repulsam passus erat: sed ij succedent, qui arctiori propinquitatis vinculo, excludentem attigerint. *Vt ex specie decidit Tiber. Decian. cons. 54. n. 39. vol. 2. argum. l. vlt. ff. de successor. edict. l. vlt. C. vnd. lib. & l. si cognatus. ff. de reb. dub.*

Exemplo eius, quod de primogenito 231
scriptum reliquerunt Interpretes: Hoc nempè mortuo, minimè secundogenitum successurum: sed ius primogenituræ, ad descendentes primogeniti, redactum iri. Eò quod semel exclusus sit secundogenitus. *Vti est textus clarus, & expressus in c. licet vbi Abb. n. 6. ext. de vero. c. grandi de supplend. negligent. prælat. lib. 6. Bl. in l. 3. §. si duo. n. 1. ff. de legit. tutor. Iason l. si potest. n. 29. ff. de acquir. hered. Tiraq. in tr. de iur. primogenior. q. 40. n. 1. Dec. cons. 443. n. 29. vers. 5. Tiber. Decian. d. cons. 54. n. 39. vol. 2.*

Quarto & vltimò: vt rem paucis 232
absoluamus, & acu quod aiunt tangamus: iuris quoq; expressi est: quod semper, & vbiq; in suc-

in succesionibus nepotum ex fratribus, patruus excludat patruelem. *Vti in specie decidunt Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 4. tit. de succes. ab intest. concl. 1. n. 14. Aug. Peruf. conf. 37. n. 2. Dec. conf. 855. n. 1.*

Atenim hic agimus de succesione nepotis ex fratre. Postumus namq; E. à M illorum in V. & L. parenti nepos ex fratre erat.

Quid itaq; obstet: quo minus hic patrueles per patruum excludi assueremus, equidem non perspicio?

Neq; verò hîc discrimen, inter succesores ibi feudalibus, allodialiaq; constituetur.

233 Nam & de succesione nepotum ex fratre, in feudalibus idipsum decisum est: patruum nempè, excluso, atq; repulso patruele, vel patruelibus, solum succedere, *vt in specie idipsum tradidit. Ioh. Ant. à Ferrar. int. conf. Abb. Brun. conf. 70. n. 1.*

234 Et denique nec inter ius feudale commune, & inter ius feudale Saxonum, differentiam introducere licitum est.

Nam & ex iure feudali Saxonico, statuendum omnino est: in succesione nepotum ex fratre, per patruum, fratrem patruelem præueniri: ideoq; excluſum iri. *Vti in specie decidit Hartm. Pistor. de iure & consuetudine Saxonum feudali loquens. q. 23. n. 15. lib. 2.*

RESOLVTIO CONTRARIORVM RATIONE IVRIS REPRÆSENTATIONIS adductorum.

OStendimus hactenus, quibus rationibus, ius repræsentationis à casu nostro excludatur: qua in re, propterea, quod ipsissimam interpretum decisionem, tradisseneq; receptam haberemus, prolixiores esse noluimus.

235 Nemo enim est qui nesciat, hebitioris, imò stupidi planè esse ingenij, dubitare de eo quod lege diffinitum: *l. ancillæ iunc. ibi gl. in v. quæsto. C. de furt. Neuiz. an. in sylu. nupt. lib. 5. n. 74. Negut. ant. in tr. de pignor. in 1. memb. 8. p. p. nu. 25. Lancel. Conrad. in tr. de offic. Prator. Rubr. de publicat. bon. n. 10. Romul. in l. vt vim. n. 6. ff. de iust. & iur. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 1 1. n. 42. & §. 24. gl. vnic. n. 2. Hartm. Pistor. q. 33. n. 28. lib. 1. Caballin. in tr. de eo quod inter. n. 124. Riminald. in l. iuris ignorantia. n. 20. C. qui admitti. Catualcan. in tr. de tutor. & curator. n. 246. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 4. n. 6. & c. 14. n. 4. Medic. in tr. de legib. p. 3. q. 10. n. 2.*

236 Aut communi Doctorum suffragio receptum est. Exæquata namq; , communis Doctorum traditio, legi est, eiusq; vim, naturam, & effectum sortitur. *Vti in specie decidit Lancill. Galiaul. in l. centurio. n. 291. ff. de vulgar. & pupill. Ant. Mar. Corat. in tr. de commun. opin. in præfat. n. 30. Augustin. Berouu. conf. 91. n. 17. lib. 2.*

237 Sed &, legem ita scriptam esse sufficit. *l. prospexit in fin. princ. ff. qui & à quib. manumiss. liber. non sunt. Capoll. caut. 227. n. 1. Hartm. Pistor. q. 19. n. 80. lib. 2. Cacheran. desis. 71. n. 63. Royz. decis. Lituan. 1. n. 251. Seraph. in tr. de iur. am. priu. 20 n. 14. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 24. & n. 28.*

Restat itaq; illud tantum, vt nunc de resolutione contrariorum sedulò cogitemus. Hæc enim si rectè diluantur, doctrina, quam tradidimus, simul confirmabitur.

PRIMAM itaq; obiectionem sic re- 238
soluimus: quod fictio omnis restrictioris naturæ sit, minimeque ad casus non expressos, porrigenda. *Vti in specie decidit Cephal. conf. 393. n. 143. Gerard. Maz. oli. conf. 3 8. n. 3 8. vol. 1.*

Sed quod & pater, & filius, vna, & eadem persona censeantur, id fictione iuris *fit arg. d. l. final. ad fin. C. de impub.* & alijs subsitit. (ponderando nimirum primò: particulam PENE, quæ nota fictionis est, *arg. eorum quæ tradit Iaf. in l. si u qui pro emtore. n. 42. ff. de vsucapionib.*

Ponderando deindè verbum INTEL- 239
LIGVNTVR ibidem positum, quod leuius haudquaquam, fictionis indicium est. *Vti in specie decidit Br. in d. l. si u qui pro emtore. n. 14. & ibi Iaf. n. 93. ff. de vsucap. Rmin. in l. precibus. n. 164. C. de impub. & al. subsit. Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declarat. 10. n. 7.*

Ponderando tertiò, quod duæ hæ, im- 240
proprietatis, fictionisq; notæ: PENE & INTELLIGVNTVR simul hîc positæ offendantur: vnde consequatur necesse est, non nisi valdè improprie, patrem, filiumq; , eandam personam censeri. Ita enim sese habet communis traditio: duabus fictionum notis, simul iunctis, summam ostendi improprietatem. *Vti in specie decidit El. in l. si abducta. uu. 6. vers. legat. arius autem. C. de furt. Iaf. in l. si is, qui pro emtore. n. 92. in fin. ff. de vsuc. per l. id tempus. §. 1. ff. eod. tit.*)

Nec enim in vllis rebus, quæ sub sole 241
sunt, effici potest, vt duo reuera vnum sint: sed solus DEVS hac prærogatiua fruitur, 242
quod Trinus & Vnus reuera sit. *c. 1. ext. de summ. Trinit. Specular. in tit. de summ. Trinit. in pr. Bieron. Caguol. in l. 1. n. 15. ff. de origin. Iur. Cacciolup. in l. 1. n. 15. C. de summ. Trinit. & fide Cathol.*

Euincitur itaq; , id quod dicitur: pa- 243
trem, filiumq; eandem personam censeri, vltra casus expressos, diuagari non debere.

Vnde rursus fit, cum in succesionibus, 244
nusquam leges prospexerint, patrem, filiumque eandem personam censeri debere, huic maximæ in præsentia locum non fore, vbi de succesionibus res est.

Proindeq; conuellitur primum in con- 245
trarium adductum fundamentum. Sumto nimirum argumento à lege cessante, quod in Iure frequens est, & fortissimum. *gl. in extrauag. Antiquæ de vot. & voti redemtion. Euer. in topic, in loc. à leg. cessant.*

At con-

246 At concedamus, semper & vbique illi maximæ locum esse: aptè tamen, & appositè nihilo magis, hinc quicquam ad ius repræsentationis inferri poterit. Cum de ipso repræsentationis iure, differtè scriptum sit, eius naturam, restrictissimam fore, nec vllibi locum habere, præterquam in casibus ijs, vbi id locum habere, iura expressè sanxerint. *Vt in specie decidit Bl. in auth. cessante n. 5. C. de legit. hered. Bl. ad l. 3. §. si duo in fin. ff. de legit. tutor. Bl. in c. 1. n. 12. Imperator Lotharius. Engeu. Pap. Alex. cons. 204. n. 7. lib. 2.*

247 Sed & quod dicitur, vocem filij, vocem patris esse, in ijs duntaxat filijs obtinet, qui in sacris paternis sunt. *Vt in specie decidit gl. in l. iis nulla. ff. de iudic. Iason l. final n. 3. vers. secundo intelligo. C. de impub. & aliis substit. arg. l. quum potestate. C. de in ius vocando.*

248 Iam verò fieri nequit, vt cum de iure repræsentationis, vel in genere etiam, de successionibus agitur, liberi sub potestatis paternæ nexu, esse queant. Etenim mors tum omnia: *§. denique. auth. de nupt. Neguz. ant. in tr. de pignorib. in 2. p. p. n. 4. in fin. Pyrrh. in consuetud. Aurelian. tit. quib. mod. ius patr. potest. solut. c. vltim. Neuiz. an. in fylual. nupt. lib. 3. n. 39. Valasc. in l. imperium. nu. 28. ff. de iurisdict. omn. iudic. Tiraq. in tr. de mort. p. 5. declarat. n. 1. Bardul. in tr. de temp. vt. & contin. c. 13. n. 2. in fin. Riminald. in l. emancipati. nu. 47. C. qui admitt. Gail. obs. 129. n. 4. obs. 152. n. 9. lib. 2. & lib. 1. de pac. publ. c. 20. n. 2. Mascard. in tr. de iurisdict. n. 56. Medic. in tr. de ll. p. 4. q. 30. n. 5. Medic. in tr. mors omnia solut. p. 1. n. 1.*

249 Tum in specie patriæ quoq; potestatis vinculum, dirimit, atq; dissoluit. *§. hi verò Inst. quib. mod. ius pat. potest. solut. Medic. in d. tr. mors omnia solut. p. 2. n. 240.*

Consequitur itaq; axioma illud, quod habet: filij vocem, vocem patris esse, huc trahendum non esse: verumq; & illud erit (vt rem vno verbo absoluamus) primùm, de quo hactenus vidimus argumentum in contrarium adductum, subsistere non posse.

250 In SECVNDA posita obiectione, quod scilicet, ius repræsentationis, fauore dignum: ideoq; in alijs quoq; casibus, præter expressos locum inueniat, cum sit iuris diuini, atq; naturalis adiuuentum fundamentumque in quo insistat, æquitatem summam habeat, &c. fallacia à dicto secundum quid inheret. Cum id verum tantumodo sit, in iure repræsentationis lineæ ascendentis. Ita loquuntur Doctores ij, quos ad stabiliendum hasce partes adduximus: *In individuo verò Tiber. Decian. d. cons. 9. n. 2. & seqq. vol. 2. & d. cons. 55. nu. 38. & seqq. vol. 3.*

Destituitur itaq; viribus, secunda quoq; hæc obiectio. Nam hic, non de iure repræsentationis in linea ascendenti: sed de iure repræsentationis in linea collaterali, agitur, atq; tractatur.

De quo, in linea collaterali, iure repræ- 251
sentationis, illud communiter receptum est: quod ius repræsentationis lineæ collateralis, iure quodam singulari, minimeq; diuino, aut naturali, & speciali priuilegio sit introductum. *Vt ipsum quoq; in specie decidit. Oluer. Textor. in tr. de successionab intest. §. his igitur. n. 16. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 11. gl. 9. n. 4. vbi Guilelm. Benedicti, huius sententiæ assertorem refert. Tiraq. in tr. de iur. primog. q. 40. n. 167. & q. 41. n. 4. arg. §. sin autem defunctis ponderando verba huiusmodi priuileg. auth. de hered. ab intest. venient.*

Ratio differentiæ inter vtrumq; casum 252
hæc erit: quod ipso rationis naturalis ductu, palàm fiat, hereditates parentum, & ascendentium, liberis, & descendentibus deferendas esse. *l. final. in pr. ff. de bon. damnat. Pyrrh. in consuet. Aurelianens. tit. de testam. c. 1. Ascan. in tr. de pat. potest. effect. 16. ex n. 21. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 7. n. 2. Dulcd. in tr. de art. testam. lit. 3. caut. 11. n. 1. Romul. in l. vt vim. n. 159. ff. de iustic. & iur. Garz. in tr. de expens. c. 4. n. 56. Cald. in l. si curatorem. in v. sine curatore. n. 22. C. de restit. in integr. Capiferr. in tr. de num. test. p. 3. c. 3. n. 162. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. c. 12. n. 9. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 6. n. 1. & c. 7. n. 3. ad fin. Borch. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 10. Vacon. a Vacun. dec. 1. n. 94. n. 2.*

Quod secus sese plane habere, in suc- 254
cessionibus, & hereditatibus collateralium, res ipsa ostendit. Dicere namq; agnatis, & cognatis quoq;, ratione naturali, quasi tacita quadam lege, defuncto rum propinquorum hereditates adijci, rationis non est. Cum videamus, ne fratribus, & sororibus quidem, ex vtroq; latere coniunctis etiam, de inofficioso querelam, iure quo vtimur, dari: præterquam cum ad personas turpes hereditatem suam peruenire, frater, aut soror voluerit. *l. fratres. ibi Br. & Iason. l. C. de inoff. testam. Lancil. Polit. in tr. de vulg. substit. nu. 116. Affl. decis. 204. Dulcd. de art. testam. stud. 3. caut. 16. Anton. Gouuan. variar. lect. iur. lib. 1. c. 5. n. 1. Nicol. Bellon. supputat. lib. 4. c. 20. in pr. vers. primo. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 11. n. 37. Emm. Soarez. recept. sent. lit. F. n. 335.*

Non opus itaq; est, vt multi esse in refutatione huius secundæ obiectionis pergamus.

Proxima nunc est TERTIA obiectio. Verum nec illa quidem aliquid efficiet. Fundamenta enim, quibus innititur, non habet. Quod enim M. in D. aiunt, illis iam afflictis, afflictionem etiamnum addi, liquidem ad successionem, simul cum M. in V. & L. non admittantur: illud nos constanter negamus.

Nam cum hæc successio, illis M. in D. iure non debeatur; ex repulsa quoque, quam patiuntur afflictionem elicere non poterunt.

255 Quis enim rerum omnium vſq; adeò ignarus eſt, vt neſciat non entis nullas qualitates eſſe? *l. eius qui in prouincia. verſ. quoniam. ff. ſi cert. petat. Zoanet in l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vendit. Oclau. Simoncell. in tr. de decret. tit. 8. nu. 91. Zoanet. in l. vt vim. p. 3. n. 96. ff. de inſt. & Iur. Syluan. in tr. feudat. q. 1. n. 60. & q. 49. n. 4. Garc. in tr. de vlt. fin. Iur. n. 52. Henric. Bocer. in l. contractus. c. 5. n. 3. ff. de reg. Iuris. Reuber. in tr. de teſtib. p. 3. n. 82. Anton. Rubeus in tr. de ineff. teſtam. c. 16. n. 4. Carocc. in tr. de locat. tit. de ſimilit. locution. n. 6.*

256 Seu vt aliàs dici ſoler, quod vbi datur priuatio ſubiecti: ibi quoq; detur priuatio qualitatum. *Gomez. variar. reſol. lib. 1. c. 9. n. 45. ad med. & c. 10. n. 43.*

Nec obſtat, quod comprobatum eſt, ex textibus, in tertio argumento adductis: minimè committendum eſſe, vt luctuoſæ hereditates, à perſonis, aliàs in lucru, ſqualoreque viuentibus, auferantur.

257 Nam bi textus omnes, de hereditate filij, qui matrem poſt ſe reliquerat, loquuntur. De matre igitur: non autem de tranſuerſalibus, ſeu collateralibus, intelligendi erunt.

258 Cum dictum omne, omne item Iuris theorema, à lege, in qua fundatur, interpretationem recipiat. Cuius rei ſuperius fidem fecimus. Traduntque præterea *Hormanoſt. in l. 1. §. hoc autem edictum. n. 23. ff. de oper. nou. nunciat. Cagnol. in l. diem funeſto. nu. 21. ff. de offic. aſſeſſ. Ign. in l. neceſſarios. §. non aliàs p. 4. nu. 118. ff. de S. C. Syllan. Hyppolit. de Marſil. in Rubr. n. 30. ff. de fideiuſſor. Dom. Ludolph. Scrad. int. conſ. Varior. conſ. 34. n. 5. vol. 1.*

259 At cum ſpeciale quicquam aſſerere, cauſam, & rationem autem ſpecialitatis, ſiue diuerſitatis nullam adducere, miſerorum ſit refugium. *gl. in l. filium quem habent. in C. famil. herciſc. l. ſi in l. quod te. n. 25 ff. ſi cert. petat. Neguzant. in tr. de pignorib. in 4. membr. 2. p. p. n. 11. & 4. p. p. n. 7. Aſcan. Clement. in tr. de patr. poteſt. effect. 1. n. 10. Caſ. Contarol. in l. diffamari. C. 1. nu. 4. C. de ingen. manumiſſ. Exeat in tr. de pact. n. 175. & 411. Neuiz. in ſyluul. nupt. lib. 1. n. 191. Rouuil. in l. vt vim. n. 305. ff. de inſt. & iur. Caballin. in tr. de eo quod int. n. 19. Cacher. deciſ. 126. n. 7. Rumin. in l. 1. n. 179. C. qui admitt. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 9. ante fin.*

260 Hic quoq; omninò, ratio, cur ius tam diuerſimode conſtitutum ſit, adducenda erit. Matri igitur luctuoſa meritò erit hereditas, quæ morte filij obuenit, cum mater, vt Accurſius loquitur, ante partum ſit onerоſa, in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa. *gl. Inſt. de pat. poteſt. in prine. Valaſc. in l. imperium. n. 7. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Vaſcon. declar. 7. Coraſ. in l. qui liberos. n. 135. ff. de ritu nupt.*

261 Quæ omnia longe aliter ſeſe in collateralibus habent. Hi enim ſapius, vultu auſteriori; quam tacite conceperant, animi voluptatem tegunt.

Exemplo eius, quod de mulieribus traditum eſt, has, etſi vna, eademq; cum maritis caro eſſe, cenſeantur. *Paul. de Caſtro. in l. rei iudicate. §. ſocero. n. 4. ff. ſol. matrim. Bard. in tr. de temp. vtil. & contin. c. 3. n. 7 verſ. ratio. & c. 18. n. 14. Coraſ. miſcell. lib. 1. c. 3. & lib. 4. c. 9. n. 1. & lib. 5. c. 14. n. 3. Reub. in tr. de teſt. p. 2. n. 23. Bald. Nouell. in tr. dotis. p. 2. priuil. 11. n. 28. Seraph. in tract. de iuram. priuil. 1. n. 19. Iob. Iacob. de Leonard. int. conſ. Brun. conſ. 1 14. conſ. 66. text. in c. gaudemus ext. de duorc.* 262

Quinimò vnum, & idem planè, cum maritis eſſe, iudicentur. *Menoch. in tr. de arbitr. iudic. queſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 379. n. 5.* 263

Sæpiuſculè tamen ob mortem, & obitum maritorum, gaudere potius, quàm quicquam hinc acerbitatis contrahere, partim quod ad ſe defuncti coniugis bona pertinere poſſhac videant: partim alias ob cauſas, viſas fuiſſe. *gl. in l. pater Seuermam. §. ſocrus in v. qua morte, ibi Br. n. 1. & Paul de Caſtr. ff. de condit. & demonſtrat. Bl. in c. acceptimus. n. 2. ext. de pœn. Alex. de Imol. in l. 1. n. 39. ff. de vulg. & pupill. Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 1. n. 10. Romuald. in l. precib. nu. 226. C. de impub. & al. ſubſtit. Luc. de Penna in l. queries. col. 3. verſ. nunuca etiam C. de priuil. ſcholar. lib. 12.* 264

Vndè, ne mulieribus quidem, luctuoſe, vt loquitur Bl. defunctorum maritorum heredirates, haud rarò, obuenire dicuntur. *Bl. in l. vlt. n. 1. & ibi Paul. de Caſtr. n. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. Bl. in auth. an relictum. n. 13. C. de inſtit. vidut. tollend. Tiraq. de ll. conuubial. l. 8. n. 17.* 265

Quorſum & illud referendum eſt, quod ſimiliter ſcriptum reliquerunt Interpretes, tabulas pupillares ſeparatim fieri, à tabulis paterni teſtamenti, occludiq; debere, ne pupillariter ſubſtitutus (qui tamen vt plurimũ ex propinquis, atq; cognatis eſſe ſolet) ſe ſubſtitutum eſſe exploratum habens, impuberi adhuc, cui in ima cera heres ſcriptus eſt, vitæ inſidias ſtruat. *§. ſin autem. ibi Iob. Faber. n. 3. & ibi Iob. de Platea. n. 34. Angel. Aretin. in pr. Inſt. de pupill. ſubſt. Dilect. in tr. de art. teſtand. tit. 5. cauſ. 2. n. 1.* 266

Enimuerò in huius generis cauſibus, vt ſummatim rem dicam, heredis fletus, vt in prouerbio eſt, ſub perſona riſus eſt. *vt loquitur doctiſſimus Connan. lib. 8. c. 7 n. 5.* 267

Quapropter, propinquis, atq; cognatis luctuoſas eſſe, propinquorum, & cognatorum hereditates, aſſerere, rationis planè non eſt: quodq; conſequens eſt, debilitatur prorſus, quæ hinc aſtrucbatur obiectio.

Sic quoq; QVARTA obiectio; quod feuda æquiparentur fideicommiſſis: quodq; in fideicommiſſis ius repræſentationis locum habeat, & c falſis præſuppoſitis fulcitur.

Primò etenim certum eſt, quod ſummè adhuc inter ſeſe altercentur Interpretes, vtrum in fideicommiſſis, locum, nec ne, repræſentatio habeat. Sunt enim haud pauci atq; haud vulgaris notæ Doctores, qui iuri repræſen- 268

repræsentationis in fideicommissis locum esse, planè pernegent. Hi sunt *Bl. in l. cum ita. §. an fideicommisso circa fin. & ibi Raphael Cuman. & Florian. ff. de legat. 2. Iaſon. l. ſi auia. n. 5. vbi hanc eſſe veriorem opinionem teſtis eſt. & ibi Dec. n. 5. & 6.* qui ita ſe de iure reſpondiſſe, & Romæ ſententia conſilium hoc comprobatum fuiſſe perhibet. *C. de ſucceſſ. edict. Iaſ. in l. qui liberis. §. hæc verba. n. 4. verſ. terno. ff. de vulg. & pupill. Dec. in l. 1. n. 19. C. de ſecund. nupt. Ang. Aretin. in §. cum filius. n. 5. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Tiber. Decian. conſ. 1. nu. 38. lib. 1. conſ. 47. n. 21. & conſ. 55. n. 10. volum. 3. vbi hanc magis communem eſſe opinionem aſſerit. Dilect. in tr. de art. teſtand. tit. 5. caut. 27. n. 1. vbi & is, hanc, creberiori calculo approbatam, refert. Anton. Gabriel. Rom. in tr. regular. lib. 4. tit. de fideicommiſſis concl. 3. n. 21. qui huius opinionis ſectatores, præter hactenus enumeratos, recenſet Curtium iuniorem, Alexandr. Capram. Rub. Bertr. and. Pariſ. Grattum. Matthæſilan. Goz. adm. Ruin. Guilelm. Bened. & Crott.*

Quod cum ita ſit, retortione etiam in ipſos aduerſarios, modum hunc Gordium, ſoluere poterimus. Si enim feuda exæquata ſunt fideicommiſſis, ijſq; aſſimilantur: in fideicommiſsis autem repræſentatio locum non inuenit, (vt huius poſtremæ opinionis aſſeclis placuit) omninò cuincitur, nec in feudi quoq; ſucceſsionib. repræſentationi locum relictum fore. Deindè quantumuis recepta ab omnibus æquiparatio hæc, feudorum, & fideicommiſſorum eſſet: procedere attamen adhuc, argumentum ab aduerſarijs adductum, non poſſet.

269 Nam & ij Doctores, qui ab his partibus ſtant, atq; affirmant: nepotem in patris locum, ratione fideicommiſſorum quoq; ſuccedere, ipſimet ſeſe declarant, atq; earenus hanc opinionem affirmantem, veram ſolum eſſe volunt, quatenus nimirum fideicommiſſum ab aſcendentibus relictum, deſcendentibus detertur. Quatenus autem de ſucceſsione fideicommiſſaria, ad collaterales, vltra tertium propinquitatis gradum conſtitutos, ſpectante, agitur, ne ipſi quidem putant, hâc ſuam opinionem obtinere poſſe. Hoc namq; pacto ſemetipſos declarant. *Petr. Bemintend. deciſ. 88. n. 3. Couarr. practi quæſt. c. 3 8. n 4. verſ. hæc tamen ratio. Anton. Gabriel. Romanus in tr regular. d. tit. de fideicom. concl. 3. n. 11. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. li. 8. tit. 9. n. 3. & 4. Mart. Lar. in tr. de fideicom. p. 2. q. 18. vbi ſe in hanc ſententiam conſulentem, Tornellum Paduæ inducantem, ſecutum atteſtatur. Dec. conſ. 1. n. 4. & conſ. 217. n. 1. Cran. conſ. 67. n. 5. et con. 127. n. 3. Card. Pariſ. conſ. 56. n. 2. lib. 2. Cephal. conſ. 283. n. 18.* Atenim hic, de ſucceſsione fratrum patruelium, & conſequentet talium agnatorum, qui vltra tertium propinquitatis gradum conſtituti ſunt, agitur.

Excluditur itaq;, ab iſtiuſmodi ſucceſsione, ius repræſentationis. etiamſi æquiparatio hæc, feudorum & fideicommiſſorum, contradictorem haberet neminem.

Eiuſdem quoq; farinæ eſt QVINTA obiectio, quam ex æquiparatione feudi & Emphyteuſeos collegimus.

Nam primò aliqui ſunt, qui ne in Emphyteuſi quidem, ius repræſentationis locum habere velint. *Id namq; in ſpecie ſcriptum reliquit Alex. conſ. 129. n. 3. & ſeqq. vol. 1. & Ruin. conſ. 162. col. 3. vol. 1. vbi alios idem volentes allegat.* 270*

At cum interim fatendum ſit, contrariam huic opinionem, crebriori longè calculo approbatam eſſe; huic primæ ſolutioni non admodum confidimus. Eò quod creberiori Doctorum calculo, receptæ opinioni, in conſulendo, iudicandoq; inhærendum ſit, inſuper habita ea, quæ paucioribus placuit. *Iaſan auth. nouiſſima. n. 22. C. de inoffic. teſtam. Nouizan. in ſylu. nupt. lib. 3. n. 1. Cancellor. in tr. de offic. Prætor. Rubr. de ſententia n. 2. Thoming. deciſ. 23. n. 15. Hartm. Piſtor. q. 5. n. 13 lib. 2. Anton. Marc. Cerat. in tr. de comm. opin. titul. 8 n. 16. vbi ſexcentos ferè, his aſtipulantes, adducit.* ** 271

Quare aliam nunc QVINTÆ obiectioni refutationem applicamus, nempe quod argumentum ab Emphyteuſi ad feudum, vel econtrà, tantum procedat, in feudo vero & proprio. Etenim feudi appellatio proprium, rectum, minimeq; degeneraus, deſignare videtur. *Vtin ſpecie decidit Curt. in tr. feud. p. 1. q. 6. n 32. Iohan. Thom. de Marin. in tr. de generibus, & qualitatib. feudor. tit. 1. n. 54.* 272

Iam verò in prætentia de vero, & recto feudo non litigatur. Nam vt ſæpius iam indicabamus, poſtumus noſter, vera, genuinaq; feuda non reliquit, ſed tantum pecuniam, olim ex diuenditione feudi redactam. Quæ adhuc natura feudorum verorum, imbuta non eſt, donec rurſus ea, feuda aliqua comparentur. Nec enim feudum, in pecunia, ceu re mobili, conſtitui poteſt. *c. 1. §. ſecundum. vbi Bl. Aluacot. Præpot. n. 1. Iſern. n. 1. Afflict. n. 1. Frider. Schenck. n. 1. & DD. de feud. cognit. Sanchez, in tr. feudal. p. 8. n. 26. Iohan. Thom. de Marin. in tr. de generib. & qualitatib. feudor. tit. 1 8. n. 11. Boſcubec. in tr. feud. c. 7. n. 8. Borch. in tr. feudal. c. 1. n 12. in fin. & c. 6. nu. 1.* Ceſſat itaq; hic, à feudo ad Emphyteuſin ſcilicet.io. 273

Deniq; fac, ritè rectèq; hîc ab Emphyteuſi ad feudum argumentum procedere, non attamen eò, quò cupis, peruenies.

Nam præter id, quod tunc in feudis ius repræſentationis locum habeat, cum de ſucceſsione aſcendentium, vel collateralium in tertio gradu conſtitutorum agitur: hinc apti nihil inferre poteris.

Quare rurſus obiectio hæc, inanis redditur. Cum de iſtiuſmodi ſucceſsione non ſed de ſucceſsione agnati vlterioris, res ſit.

Porro SEXTO loco, adducebatur ab aduerſarijs id: quod obſeruandæ ſint potius Iuris Canonici ſanctiones, quàm ciuilis, in diſſiniendis controuerſijs feudalibus: Quod

item iure Canonico ius repræsentationis explosum non sit : cum, verbi gratia, in iure patronatus Ecclesiæ, locum sibi vendicet.

274 Verùm & illud quoque remouerit per id poterit. Quod scilicet causa & ratio, qua Iuris Canonici adinuentiones, in componendis atq; dirimendis causarum feudalium litibus, principem locum obtinent, ex fola iuramenti fidelitatis præstatione, promanet : quo fit, vt vbi iuramentum fidelitatis præstitum adhuc, atq; interpositum non est, Ius quoq; Canonicum, eiusq; dispositiones insuper habeantur. *Ita in specie decidit Curt. in tr. feud. 1 p.p.q. 12. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 66 n. 1. & reliqui omnes, quos ad confirmandum decisionem hanc allegabamus.*

275 Atenim hic nullum adhuc fidelitatis iuramentum interuenit, vtpote pecunia nondum in coëmtionem bonorum feudalium conuersa : Consequatur itaq; oportet, in præsentis quoq; litis dijudicatione vera, iuris Canonici sanctiones, sectandas non esse.

Quod si generaliter omninò, in omnibus causarum feudalium decisionibus, ius Canonicum esset sequendum : non tamen adhuc pondus aliquod, SEXTVM hoc aduersariorum fundamentum haberet.

276 Etenim ius patronatus Ecclesiasticum, & feuda nullam inter se habere cognationem, nullus vsquam gentium est, qui nesciat. Nemo item est, nisi iuris prorsus ignarus, qui non videat à separatis perperam argumenta duci. *l. final. ff. de Calumniator ib. Tas. in l. admonendi. am repet. n. 10 ff. de tutelar. Prad. Papiens. in form lib. quo agit. ad filii præstat. m v. recusauit & recusat n. 3. Lup. ane. per vestras not. 3. §. 3. n. 16. ext. de donat. int. vir. & vxor. Asculan. Clement. in tr. de pat. potest. 5. n. 55. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4 n. 185. Mandell. conf. 2. n. 13.*

277 Quid ? quod ius Patronatus Ecclesiasticum quod vocant, suum quodammodo peculiare ius habeat : ad cuius normam ne ius patronatus libertorum quidem, etsi longè propius, ad ius patronatus Ecclesiasticum, quam feuda accedat, componi queat.

278 Etenim, etsi in iure patronatus Ecclesiastico, ius repræsentationis locum habeat : nullus tamen ei, in iure patronatus libertorum, locus reliquus est. *Vt in specie decidit Ioh. Fab. in §. cum filius. n. 1. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. Iason l. si autem. n. 5. C. de success. edict. Iason l. si duo in fin. pr. n. 7. vers. quarto aduerte. ff. de iurisdict. Ant. Gab. Roman. in tr. regular. lib. 4 tit. de success. ab intest. conclus. 1. n. 30. per l. si libertus prætextio. §. 1. ff. de bon. libertor. Iason duobus. ff. de operis. libert. & l. 3. §. proindè. ff. de legat. tutor.*

Deniq; hac iterum, à iure Patronatus Ecclesiastico, ad feuda, argumenta rectè procedere : indeq; certum esse, ius repræsentationis, vt in iure patronatus, ita in feudo quoq; locum sibi vendicare : non tamen hoc sexto argumento perrumpere poteris, cum hinc amplius quicquam iure non inferatur : quam in feudis quoq; , ius repræsentationis, in successione ascendentium, & patruorum locum habere. Qui casus à præsenti negocio alienus planè est.

Ad SEPTIMAM obiectionem, respondemus per concessionem :

Fatemur enim, in feudis quoq; , ius repræsentationis non excludi : at interim negamus (vti antea sæpius quoq; diximus) illud ius repræsentationis, vires suas, in successione agnatorum, vltra successionem patruorum extendere : & consequenter inepta est, septima hæc ratiocinatio. Nam hic de successione fratrum patruelium res est.

Eodem quoq; modo, res sese, cum obiectione OCTAVA habet : Facile enim concesserim, quod prima inuestitura, radix, & fundamentum, reliquarum inuestiturarum omnium sit : quodq; ad inuestituram veluti ad aucorani sacram semper recurrendum sit : quod deniq; in M. inuestituris exprimatur, fratrum filios, patrem mortuum repræsentare debere, proindeq; cum patruis admittendos esse.

Dummodo M. in D. vicissim concedant : hæc omnia, veluti ipsæ offendunt inuestitionum literæ, intelligenda esse : secundum gradus prærogatiuam.

Constare itaq; nec hoc quidem OCTAVVM fundamentum potest. Ea namq; huius clausulæ , si preces veritate nitantur, vis, atq; energia est, vt ab omni dispositione, ius repræsentationis procul arceat, atq; profliget ; & ad successionem quemque proximioris gradus vocet, vti superius iam demonstratum est.

Nec obstat, quod ad eneruandam hanc clausulam, secundum gradus prærogatiuam, M. in D. illud reponant : quod hæc clausula, quam remotissima sit, ab eo capite inuestitionis, quod de successione filiorum fratris, in locum parentum defunctorum prouidet : proindeq; successionem hanc, determinationem suam antè recepisse, quàm clausula illihæc apponeretur.

Nam præsupposita hac, quæ aduersarij astruere conantur, edoceri nunquam poterunt ; cum expresse in inuestitura ita legatur : omnes secundum ordinem in hac inuestitura præscriptum, & saluâ gradus prærogatiua, &c.

Nam hoc cum ita sit, clausula hæc ad omnes omninò casus, in tota inuestitura comprehensos, merito porrigetur.

Cum dictio : omnis, omnis restrictionis expers sit. *l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. a procuratore. C. mandat. c. si Romanorum. distinct. 19. Vasq. illustr. controu. c. 45 n. 2. Paul. de Ord. n. 11. nu. 77. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Frider.* 279

Schenck. in c. 1. §. si quis de manso. n. 6. si de inuest. feud. controu. fuer. Garz. in tr. de vltim. fin. iur. n. 236. Cacheran. deuis. 23. n. 39. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 3 1. n. 81. Borch. in tr. feudal. c. 3. n. 13. Modest. Pistor. in suo consil. quod extat post quæst. Hartm. 20. lib. 2. n. 10. Acad. Witeberg. int. conf. varior. conf. 1. nu. 139. vol. 2. Oldendorp. inter. conf. varior. conf. 4. n. 1. vol. 3.

Sic quoq; negocium vllum illud non exhibet: quod duæ istæ clausulæ, qua vocantur proximiores, & clausula, quæ habet, saluam fore gradibus suam prærogatiuam, eundem de iure producant effectum:

Nam primò negatur duas hasce clausulas æquiparari, quod vel ipse verborum sonitus indicet, hanc illa præstantiorem fore.

281 Vt taceam, diuersum esse effectum, omnis expertem exceptionis, earum rerum, quæ diuersa habent nomina. *Ias. in l. si dem. C. de codicill. c. sedes apostolica. ubi glan. v. occasione. ext. de rescript. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. n. 115. Bocer. in l. contractus. c. 1. n. 7. vers. postremò. ff. de reg. Iur.*

Nisi lex, exæquare se illa, quæ nominis diuersi sunt, & effectus paritate donare (quod in casu præsenti secus sese habet) palam testatum fecerit. *argm. l. 1. ff. de legat. 1. §. fuerat. Inst. de altiomb.*

Secundò ne illud quidem certum satis est: an ne ex communiori, iuri repræsentationis, semper, & vbiq; locus sit, quoties proximiores vocati fuerint.

282 Videmus namq;, haud minimam Interpretum turis partem, illud velle: quod semper, & indistinctim, excludatur ius repræsentationis eo casu, cum homo, siue is testator, siue contrahens, aut inuestiens fuerit, ad successionem proximiores vocarit. Ceterum sectam contrarium sententium tum demum obtinere posse, cum lex, statutum, vel consuetudo, proximiores succedere iusserit. *Ita namq; in specie decidunt Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 4. tit. de succes. ab intest. concl. 1. n. 12. vbi cæteruatim has partes tuentes recensentur. Couarr. pract. quæst. c. 38. n. 4. vers. tertio ad intellectum glossæ. Franc. Mantic. in tr. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. n. 10. Castr. consil. 164. n. 5. vers. ad secundum respondetur. lib. 2. Cardm. Paris. consil. 30. n. 59. consil. 39. nu. 10. & consil. 40. nu. 16. & 17. lib. 2. Rol. a Valle consil. 38. n. 35. vol. 4. vbi rursus maximas sub hu signu militantium copias conpertatas inuenies.*

Nihil itaq; apti, ad constituendum ius repræsentationis, concludetur, etiamsi æquiparatio istiusmodi, duarum istarum clausularum, de quibus hactenus egimus, scrupulo omni vacua esset.

283 Nam hîc talem præ manibus habemus casum, in quo proximiores, ad successionem vocati sunt, non à lege, constitutione aut statuto: sed ab homine à contrahente, & inuestiente. Feudum enim contractus, & quidem nominatus est. *Vti in specie decidunt Ber. in l. turingentium. §. quinimò. n. 19. vers. feudum autem. ff. de pact. Ias. super vsus feudor. in proœm. n. 26. Schenck. c. 1. §. 1. n. 15. in quib. caus. feud. amitt. Claud. de Seyssel in spec. feudal. tit. de diffin. feud. q. 4. vers. sed in eius. Curt. an tr. feudal. p. 1. quæst. 3. n. 1. vbi hanc receptam Interpretum esse sententiam testis est. Cotta in memorab. in v. legitimatio. el. 3. Syluan. in tr. feudal. q. 2. n. 1. & q. 3. & rursus. q. 110. n. 5. Wesenb. in tr. feud. c. 1. n. 7. Roncheg. in l. eandem. in pr. n. 128. ff. de duob. reis.* *

Quamobrem consequens erit hunc quoque qui inuestit, seu inuestituram dat, contrahere. Cum absq; inuestitura feudi constitutio nulla sit. *c. 1. an pr. quib. mod. feud. consil. post. Borch. an tr. feud. c. 7. in pr. n. 2. Rol. a Valle consil. 30. n. 9. & seqq. vol. 3. consil. 1. n. 5. & consil. 9. n. 24. vol. 4. Goz. ad. consil. 9 in pr.* 284

Nec obstat, quod nonnulli reperiantur, qui asseuerare ausint, feudum propriè contractum non esse, sed beneficium. *Ias. in l. Gallus. §. instituens. el. 1. n. 27. ff. de lib. & post.* 285

Nihil enim in præsens refert, vtram opinionem sectaris; cum vtroq; casu, saluum, inconcussumq; maneat id, proximiores ab homine vocari: proindeq; explosum omninò ius repræsentationis esse. Vt habet communis Doctorum traditio.

Et deniq; esto, ponamus cessare hæc omnia: non tamen propterea euinci poterit, etiam in successione patruelium, ius repræsentationis obtinere.

Eiusdem farinæ illud quoq; est: quod clausula: secundum gradus prærogatiuam, hic ex iure feudali Saxonico, interpretanda sit, quodq; hinc vllum, iuri repræsentationis, præiudicium generari nequeat.

Nam ad id pluribus modis responderi 286
potest. Veluti primò: quod adhuc explo-
ratum satis non sit, num iure Saxonum feu-
dali, vlla clausulæ: salua gradus prærogatiua
&c. aduersus ius repræsentationis, sit efficacitas. VVesenbecius namq; piæ memoriæ, quem ad vnguem iura Saxonum calluisse, omnes scimus, censuit: per adiectionem hanc, salua gradus prærogatiua, &c. ius repræsentationis, totaliter excluſum, remotumque iri, etiam in illis locis, vbi iure Saxonum feudali viuitur. Ita in indiuiduo docet *Wesenb. in tr. feud. c. 6. n. 18. in fin. quo in loco Ludouicus Fachs idem voluisse refert.*

Quæ opinio irrationabilis planè non est. Vt enim taceam, frustra alias adijci hæc verba: salua gradus prærogatiua &c. inducitur opinione hac, conformitas quædam, inter ius commune, & Saxonum, quæ iura aliàs maximoperè, inter sese dissiderent.

Quapropter contraria insuper habita, 287
hæc amplectenda videtur, opinio. Etenim opinio, quæ iuri communi fauet, seu quæ nos ad ius commune reducit, fouenda est. *Vti in specie decidit Crau. consil. 542. n. 28. argm. l. 2.*

C.de nox.d. Action. c. cum dilectus. ext. de consuetud.

288 Cum sit benignior, *teste eodem Cranetta cons.666.in fin.argum.l.vnic.§ post princ.C. de vsucap. transformand.*

Nec obstat, quod dominus feudi inuestiens (hæc namque ratio, & fundamentum vnicum, contrariæ opinioni inhærentium est) tanquam extraneus, quiq; inuestitis, vllo sanguinis vinculo, haudquaquam iungitur, nullam erga eos sanguinis affectionem habeat: Quo fit vt eius nihil planè interfit, graduum prærogatiuam, sartam, tectam esse. Vnde ne velle quidem id ipsum creditur, &c.

289 Etenim satis est, Dominum id se velle expressisse, etsi nulla sanguinis necessitudine moueatur. Quid enim prohibet, citra etiam sanguinis vinculum, legem quemque rei suæ dicere, quam vult? *argum. l.in re mandata. C.mandat.l.etiam. §. licet. ff.solut.matrim.l. sed si lege.§.consulunt. ff. de petit. hereditl. nemo extraneus. C. de ludæ.*

290 Quid item vetat, huic Domini inuestientis voluntati, obsecundari, etiamsi nulla propinquitate inuestitos attingat? An non voluntas disponentium principem vbique locum obtinet? *l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstrat. c. Marchio. 1. q. 1. c. humana.22.q. 5. l. heredes inst. §. cum ita. ff. ad S. C. Trebell.l cum filiofamilias. §. vltim. & l. penult. ff. de legat. 1. l.vlt. C. quæ res pignor. oblig poss. Ll. in l. ita stipulatus. §. si quis ita stipulatur. ff. de verbor obligat. l.in conuentionibus. ff de verb.signif. l. sed Celsus. § si fundus. ff de contrab.emt.*

291 An non verba dilucidissimæ notæ sunt earum, quæ in animo sunt, patsionum? *l. labeo ff.de supell.legat.c.si autem.22.q.2. Bl. in l. sed & reprobari in princ.n.1.per ill.text.ff.de excusat. tutor. Bl.in l.iurisgentium.§.pactorum.n.5. in fin. ff. de pact. Bl.in repet.l.de quibus.nu. 138. ff. de ll. Bl. in c. mandatum.n.1.ext.de refer. Bl.in c.bona.el. 2. nu.3. ext.de postul. Præl.tutor.*

292 Anne aliud præterea quicquam est, quo mentem nostram magis aperimus, quam qualitas inspecta verborum? *Bl.in l. generaliter.n.3.C.de non.num.pecun. Bl. in l. ad recognoscendas n.1.C.de ingen.manumiss. Bl. in l.tres. denunciationes.n.3.C.quom.& quand.Iudex.Iasius l.neq; professio.n.6.C.de testam. Capiferr.in tr.de num test.p.1. §.10.ex.n.8.& p.3.c.2.n.3.cum seqq.*

293 Nonne lingua, & scriptura, eordis est instrumentum? *vt dicit Bl.in d.l. iuris gentium. §. pactorum.n.6.ff.de pact.*

294 Quis deniq; ignarus est, non omnem ex sanguinis coniunctione prodire affectionem, sed varias affectionis causas esse posse? *Vt ex toto tract. Tiraquell.de pœn.videre est.*

Mirum itaq; non erit, nec auditu nouum, etiamsi Dominus in familia inuestitorum plamè alienus, ex aliqua affectione, gradibus, suam prærogatiuam saluam, atque illibatam constare: fratresque, filijs fratrum præferre, voluerit.

Etenim ex pluribus causis, vnam super- 295
stitem esse, sufficit. *§. affinit.atis. Inst.de nupt. Br. in l. 2.in princ.nu.37 ff.de vulg. & pupill. Curt.in tr. feud. in 1. p. 3. p. 9 nu. 5, in fin. Neuiz.an. in fsiuul. nupt.lib. 1. nu. 208. Neguz. in tr. de pignorib.in 4. memb. 2 p.p.n.9 1. Bl. Neuill.in tr.dotis 9 6 priuil. 16. n.6.in fin. Exea.in tr.de pact.n.541. Seraph. in tr.de iuram.priuil.22.n.2.priuil.83.n.45. & priuil. 100. nu.8.Gail.obs.93.n.12.lib. 2. Cald.in l. si curatorem in v.hunc contractum.n.6.C.de restit.in integr. Tiraq. in tr. cessante causa.limit.22. nu. 1. cum seqq. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. nu. 91. C. de revoc. donat. Borch.in tr.feud.al.c.7.p.2.n 68.*

Deindè consideremus quoque illud: quod postumus, de cuius successione hic quæritur, nulla planè bona reliquerit, in quæ succederetur, sed iura tantum & actiones, ad consequendum id, quod sibi M. in D. debebant.

Nam hoc cum ita sit, non nocebit Decisioni nostræ, etiamsi vera omninò, & omnium suffragio esset recepta, sententia illa, quæ habet, quod clausula salua gradus prærogatiua, nullius momenti sit, ratione, & intuitu consuetudinum feudalium, quibus Saxones reguntur.

Nam cum iura, & actiones, propriè lo- 296
quendo, nec mobilibus, nec immobilibus accenseri queant, sed tertiam quandam bonorum speciem constituant. Hic enim perpetuus omnium interpretum consensus est. *Br.in l.1.n.4.C.si aduers.transf.ct.Br.in l.pen.ff.n.1. ff de autorit. tutor. Br.in l.mouentium.n.1 ff. de verb. signif. Alex de Imola.in l.a Duo Pio. §. in rendizione. n.per ill.text ibi Iaf.n.7.ff.de re iudic. Abb.in c.nulli. n. 9 ext.de reb.Eccl.s.al. vel non. Neguz.aut.in tr.de pignor.in 2.memb.2 p.p.n.9. Guid. Papæ decis. 291. n. 1. Borch.in tr.feud.c.6.n.16. Craw.in Rubr. n. 93. ff. de legat.1. Conarr.var.resol.lib.2 c.2. n.3. Pyrrh. in consuet. Aurelian.tit.de societ.inter Vir.& Vxor.c.8. Tiraq.de vt.retr.p.1.§.1.gl.7.n.9. vbi insuntos alios id ipsum quoq; volentes adducit. & p.1.ad fin. tit.n. 11. & p.2.ad fin.tit.n. 19. & n. 110. Præl. Bap. in for. libel.in act.real.in V. veris ac legitimis titulis.n.57. ibi Zilett.& Masuer.in addit. Gomez. var.resol. lib. 2. c. 10.n.2. Art.Pinell.in Rubr p.1.n. 24. C. de bon. matter. Dilect.in tr.de art.resol.tit.5. caut. 11.n. 2. & tit. 6.caut.9. Turz.in. cons. opin.22. Pecc. in tr. de test.imp. conug. lib.5.c.30.n.4. cum seqq. Tomng. decis. 31. n.2 Connan lib.3.c.2.n. 11. Odon. Simoncell. in tr. de decret.tit.3.n.3.& seqq. Mozz. in tr. de contract. Rubr. Subdisf. pignor.n.4 Hartm. Pistor. q.26.n.1.& per tot lib.1. Gail.obs.1 1.n.10.lib. 2. Cald.in l. si curatorem.v.contract. fecisti.n.37. C. de restit.in integr. Celer.in tr.de proceff.execut.p.1.c.3.n.236. & seqq. Dec.conf.414.n.11.per l.quam Tuberonis. §.in peculio.ponderando verba: res mobiles, & sola: hoc amplius nomina debitorum. ff.de pecul.* c

Et præ-

297 Et præterea iura, & actiones nulli locorum insint, nullo item loco circumscribantur. *text. in l. Cæsus in pr. ff. de leg. at. 2. & in l. si ciuitati communi §. tractatum ff. de iudic. Bart. in l. 1. n. 4. ff. de statu hominum. Iaf. in l. cunctos populos. lect. 2. n. 92. C. de sacros. Eccles. Iaf. in d. l. à Diuo Pio. §. in fundamentum. n. 8. ff. de re iudic. Iaf. §. item Seruiana. nu. 42. Inst. de actionib. Alc. in l. final. n. 79. C. de Pact. Alc. in l. nomina & res. n. 3. ff. de verb. signif. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 6. gl. 1. nu. 8. Tiraq. in tr. de primog. q. 41. n. 1. Tiraq. in l. si vnquam. v. bona. n. 9. C. de reuoc. donat. Panel. in Rubr. p. 1. n. 12. C. de bon. matern. vbi hanc receptam esse opinionem attestatur.*

Consequatur necesse est, de iuribus & actionibus, ceu rebus in certo loco sitis, dijudicationem fieri, non oportere : nec item recurrendum esse ad statuta, vel consuetudines, illius loci, vbi solutio fieri debet : Sed moderari hæc omnia, ex præscripto iurium, & statutorum, loci domicilij Creditoris, qui est H. vbi ius commune viget atque obseruatur.

298 Cum enim actiones, personæ Creditoris vsq; adeò inhæreant, vt ab obsibus eius separari, diuelliq; nequeant. *l. quia ergo cæsus, vbi gl. in verb. in nominibus. & in l. si Stycho. ff. de pecul. Specul. at. in tit. de cessat. §. 1. n. 24. Bar. in l. 1. lect. 1. n. 7. C. de act. & oblig. at. Iaf. in l. 1. in pr. lect. 1. n. 10. ff. ad S. C. Trebell. Iaf. in l. si fundum. §. qui Catum. n. 3. ff. de leg. at. 1. Afflict. decis. 335. n. 22. Ripam l. si se non obtulit. in pr. n. 8. ff. de re iudic. Marant. in l. si vxor. n. 14. ff. de Procuratorib. Negus. in tr. de pignoribus. 3. memb. 2. p. 9. n. 32. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 13. & p. 1. §. 26. gl. 1. n. 58.*

299 Consequatur oportet, personam, domicilium; que Creditoris, potius in considerationem venire, ob arctissimam horum iurium, & actionem cum persona coniunctionem, quam locum in quo res sitæ sunt : proindeq; non iura, non consuetudines, non statuta, non constitutiones loci, vbi fieri debet exactio, sed iura, consuetudines, statuta, & constitutiones personæ, seu loci, vbi lares fouet persona, præ oculis, etiam in successionibus habenda erunt, tum verò potissimum, si fundus nullus est, vti in censualibus, Emphyteuticarijs, & id genus alijs contractibus, fieri assolet, qui solutioni præsertim annuæ sit obnoxius. *Vti in individuo censet Tiraq. in tr. de primog. q. 49. n. 9. & 10.*

Deniq; sit ita petere litis huius determinationem veram, ex Iuris Saxonici constitutionibus, necesse esse, ponamus : non tamen propterea efficere id, quod debebat, Octavvm hoc argumentum poterit. Nam superius, & quidem in calce earum rationum, quas pro confirmanda decisione adducebamus, cuicunius iam : quod ne iura quidem, Saxonum feudalia velint ; fratrem patruelem, vna cum patruo, iure repræsentationis succedere : sed iuri repræsentationis limites, finesq; constituant, quos transilire nefas sit, æquè ac iure communi, hereditates ascendentium : hereditates item patruorum.

Robur itaque vllum, ne ex iure Saxonum quidem Octavvm hoc fundamentum recipit.

In Nono dehinc argumento, objiciebatur illud : constare etiam, ex confessione M. in V. & L. propria, posse, quòd hic iuri repræsentationis locus sit, adeoq; fratres patrueles, cum patruis succedant : Eò quod in transactione Erphordiana, expressum legatur, G. & H. M. in V. & L. tam suo quàm filiorum fratrum suorum nomine comparuisse.

Verum huic rectè accommodatur istæc responsio : quod non solum patrui & patrueles, verum etiam omnes remotiores agnati, dummodò ex ijs essent, qui inuestitionibus nominabantur, ad conuentum Erphord. fuerint euocati : quodque pleriq; quoq; horum, per mandatarios suos comparuerint.

Non itaq; hinc apti quicquam, ad ius repræsentationis, inferre poterimus.

Nam, si hinc, ius repræsentationis colligero promtum esset : simul etiam colligere oporteret : quoscunq; agnatos etiam remotissimos, simul successisse.

Determinatio enim, plura respiciens 300
determinabilia, ea pariformiter (vt loquuntur) determinare debet. *l. iam hoc iure. ff. Iaf. n. 10. ff. de vulg. & pupill. Iaf. in l. Gallus. §. quidam rectè. n. 16. lect. 1. ff. de lib. & posth. Bar. in l. fin. n. 3. & n. 5. C. de sent. & int. om. iud. Curt. in tr. fend. 4. p. n. 25. Neuiz. in syl. nupt. lib. 1. n. 186. Strach. in tr. de mercat. tit. mand. n. 11. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 6. Caball. in tr. de eo quod int. n. 161. Valasc. in l. imperium. n. 21. ff. de iurisd. omn. iud. Cacher. dec. 23. n. 39. dec. 81. n. 9. decis. 110. n. 3. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 5. n. 4. & 5. Coras. miscel. lib. 4. c. 5. n. 4. lib. 6. c. 20. n. 8. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 9. gl. 2. n. 51. & in tr. de iur. Confin. p. 2. ampliat. 32. n. 8. Cald. in l. si curatorem. v. non absimile. n. 23. C. de rest. in int. Capyferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 13. n. 24. Seraph. in tr. de iuram. prud. 107. n. 42. Borg. Caual. in tr. de tutor. & curat. n. 94.*

Id autem dicere, seu remotiores cum proximis coniungere : ipsi inuestituram tenori, & iusquè iuri communi feudali, & Saxonico, aduersum est.

Explodamus itaq; istiusmodi, Erphordianæ transactionis interpretationem.

Nam, cum omnium litium, & contro- 301
uersiarum, feudalium componendarum exordium, ex inuestitionibus petendum sit. *Vti in specie præter eos, quos supernis in id adduximus decidunt Bl. in c. 1. n. 3. vers. nota ale. duob. fratr. a Capua. inuest. Boer. in consuet. Biturig. tit. de feud. §. 7: gl. 2. col. 3. Afflict. decis. 265. n. 102. & 103. & dec. 293.*

n. 2. Sylvan. in tr. feud. q. 7 §. Pistor. q. 1. n. 3. lib. 2. & q. 2 1. n. 1. eod. lib. Schenck. c. 1. de feud. cognit. & c. 1. n. 9. de fratr. de non. benefic. inuest. Zwesenb. in tr. feud. c. 8. n. 1 8. Tiraq. in l. si vnquam. in v. libertis. n. 9. vbi infinitos alios idem volentes adducit. C. de revoc. donat. Cacher. an. decis. 23. n. 5. & n. 20. Sonsbec. in tr. feud. p. 9. n. 26. Rorch. in tr. feud. c. 1. n. 25. & c. 7. p. 2. n. 60. Modest. Pistor. in suo consilio quod legitur post quæst. Hartm. Pistor. 20 lib. 2. n. 6. Consil. Ingolstad. quod est ibid. post quæst. 41. n. 28. & 29.

Omnis interpretatio, cui tenor inuestiturarum resistit absona, peregrinaq; censenda erit.

Verum esto, confessionem partis ipsius indicare, verba ista, tranfactionis Erphordianæ dicamus: non tamen ne sic quidem stabiliri poterit ius repræsentationis, nec quicquam indè elici, quod esset, M. in D. proficuum.

302 Nam iuris expressi illud est: quod confessio nullius ponderis sit, respectu eius quod in confirmatis potestate situm non est. *Vtin specie decidit Salyc. in l. non nudis. n. 1. vers. nota quod confessio per ill. text. C. de probationib. Simon de Proet. in tr. de vlt. volunt. interpret. lib. 2. interpret. 1 dubit. 2 solut. 3. n. 59.*

303 Iam verò, verba hæc M. in V. & L., ita declarata, porrigerentur ad illud, quod in potestate M. in V. & L. non stat. Hoc enim pacto, non solum immutarentur, sed & euerterentur, inuestiturarum formulæ. Quarum si non mutatio, tantò minus euersio, atq; interitus, pœnes vasallum erit: nisi & Domini feudi, reliquorumq; omnium, quorum interest, consensus accesserit. *Vtin specie decidit Castr. cons. 46 2. ad fin. fere. volum. 1. Alex. cons. 55. n. 17 lib. 4. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. qui quidem inuestiti n. 70.*

304 Quorsum & illud pertinet: nihil agere Dominum feudi, inuestituras immutantem, & transformantem: sed Dominum temere hoc aggressum, errore deceptum, credendum esse. *Ita tradunt Marc. Anton. Natta. cons. 322. n. 4. & cons. 505. n. 16. & 17. Roland. a Valle cons. 50. n. 83. volum. 3.*

305 Proindeque, hinc nil quicquam detrimenti, vasallum capere debere. *Bl. in c. 1. §. fin. n. 2. vers. & si per impressionem. de feud. Guard. Laurent. Sylvan. in tr. feud. q. 38. n. 3. Iacob. de S. Georg. d. v. qui quidem inuestiti. d. nu. 70. Faculr. Iurisd. Lipsiens. in resp. 3. vers. Es were denn sache / etc. & Faculr. Iurisd. Wittenberg. in resp. vlt. in fin. quæ extant a tergo quæstionis Harim. Pistor. 21. lib. 2. Dec. cons. 185. n. 3. vers. primo. cons. 193. n. 4. cons. 263. n. 3. & cons. 46 8. n. 25.*

Magis itaq; est, vt dicamus confessionem talem, nullam, & inualidam plane esse.

Ad Decimam posteà quod attinet obiectionem, arguebatur in ea ex natura simultaneæ inuestituræ, concludebaturque proinde: hic successionem simul ad omnes &; & quidem in capita pertinere.

Quod potissimum iure quo Saxones viuunt, verum est. Eo namq; iure simultanea inuestitura principes obtinet partes, omnemq; graduum proximitatem eludit: & è diuerso quotquot fuerint inuestiti, & ex his remotiores, vnà cum proximioribus æquè admittit. *Vt luculentissimè tractat Hartm. Pistor. q. 21. per tot. lib. 2. vbi complurimis præiudicijs id ipsum confirmat.* 306

Verùm ad id respondeo Primò: nondum liquere satis, an vlla vnquam adhuc, de bonis postumi, inuestitio facta sit.

Nam pecuniam adhuc feudum esse negamus: licet ad successores feudi pertineat, eamq; in feuda rursus conuerti oporteat.

Concidunt itaq;, quæ de natura simultaneæ inuestituræ, proferebantur.

Nisi enim feudum prius emtum fuerit, 307 inuestitura Dominus vasallum condecorare non poterit. Etenim inuestitura possessio est. *c. 1. in pr. quid sit inuestit. Prall. Pap. in for. lib. quo agit. ad revoc. feud. in v. inuestitur. n. 2. Sonsb. in tr. feud. p. 9. n. 2 Zwesenb. in tr. feud. c. 8. n. 11. Myns. obs. 61. in pr. cent. 4. Borcholt. in tr. feud. c. 7 p. 1. n. 5. Molin. in Rub. n. 39 ff. de verb. oblig. Rol. a Valle cons. 50. n 52. vol 3.*

Sed rei, nondum in rerum natura exi- 308
stentis, nulla potest esse possessio. Quia in 309
eiusmodi re, neq; pedes neq; sedes poni possunt. *A pedum autem d. 1. in pr. ff. de acquir. poss.* 310
Gail. obs. 129. n. 4. & obs. 152. n. 9. lib. 2. Alc. pareg. lib. 5. c. 6. Steph. Forcat. in Necyomant. dial. 73. nu. 2. Hormannott. Dec. tit. l. 1. n. 1. ff. de acquir. poss. siue vt aly rectius legi contendunt, a sedum positione, ducta est possessio. d. l. 1. in pr. secundum alium lectorum ff. de acquir. possess. Alciat. in l. taberna. n. 5 ff. de verb. significat. Alc. disputt. lib. 1. c. 1. Alc. pareg. lib. 1 5. c. 1. Euerard. in loc. ab Etymologia. n. 2. Tiraq. in tr. le mori p. 1. Declarat. 1 n. 1. Vasqen. declar. 32. nu. 4. Bellon. supput. lib. 4. c. 15. n. 3. Counan. lib. 5. c. 8. n. 1. Coras. in l. natur. liter. 6. nihil commune. nu. 12 ff. de acquir. poss. Scap. Genuil. in lib. origin. in v. possessio.

Inuestitura itaque eiusdemodi rei, nulla quoq; erit.

Deinde, etiamsi hîc simultaneam in- 311
uestituram intercessisse liquidò appareret: non tamen propterea generaliter verum esset: simultanee inuestitos simul quoq; & ex vncijs æqualibus succedere: sed secundum quid tantum: si scilicet simultaneæ inuestituræ, clausula: salua gradus prærogatiua, Nach rechter Sippzahl inserta non fuerit. Hæc namq; si affuerit, in causa est, vt non omnes, indiscriminatim admittantur simultaneè inuestiti: sed vt magis proximus, minus proximum excludat, atq; remoueat. *Vti sæpius iam inculcatum est, & in specie decidit Pistor. q. 21. n. 1. & seqq. lib. 2. Iac. Arnd. cons. d. q. 22. n. 1. & seqq. lib. 2.*

Quod non solum iure communi feu- 312
dorum, sed & iure feudali, & moribus Saxonum, probè procedit, atq; obtinet. *Hartm. Pistor.*

Pistor.d. q. 21, & conspicuè ex præiudicijs quæ in fine eius quæstionis annectit, videre est.

Atenim clausula salua gradus prærogatiua, hîc, inuestituris M, inserebatur.

Sic quoq; vltimò VNDECIMÆ obiectioni, in dubio nempè, pro iure repræsentationis respondendum fore: tuto confidendum non est.

313 Nam primò: secundum quid tantum allatum axioma, & quatenus de successione ascendentium agitur: resq; dubia est, an per ius repræsentationis posteri admittendi, nec ne sint, procedit. Hoc etenim casu satius est, iure repræsentationis mediante, posteros simul admittere. *Itaq; loquitur Decian.d. cons.55. n.42. volum. 3.*

Verum ille casus ad nos non pertinet. Non enim hîc de successione ascendentium res est.

Secundò inficiamur, nos in ambiguo versari. Quandoquidem longè clarissimi Iuris sit: quod ius repræsentationis, non nisi in duobus casibus locum habeat, quando nimirum, vel ascendentibus, vel collateralibus, in tertio gradu constitutis, succeditur.

Quod item patruus, præferatur fratri patrueli.

Quod item hoc iure vtamur, non solum in allodialibus: verùm etiam in feudalibus: nec solum in ijs terris, quibus iura Impp. constringunt hominum vitas: verùm etiam in ijs locis, in quibus ius Saxonum colitur: inq; ijs feudis, quorum controuersiæ, ad iuris Saxonici normam, & præscriptum redigendæ sunt. Veluti sub decisionis rationibus euidentissimè ostendimus.

Constare itaq; VNDECIMA quoq; obiectio nescit.

Concludamus itaque tandem, auxilij aliquid, nec à Transactione Erphordiana, nec à iure repræsentationis, M. in D., expectandum esse.

SECVNDA QVAESTIO.

DE PROBATIONE M. IN V. ET L.

EVicimus hactenus, M. in V. & L. postumo B. à M. solos, successuros. Iam verò ipsi nesciunt, quid, quale, quantumque, ipsis hoc nomine debeatur. Obligationum enim literæ, & documenta reliqua omnia, vires successionis, huius indicantia, pœnes M. in D. sunt.

Quæritur itaq; nunc: possint ne M. in V. & L. veluti cauent iura Cæsarea, aduersus patrueles suos M. in D., in litem iurare, vel alio quouis remedio compellere, vt editionem documentorum, Vt iuris & moris est, faciant?

An verò ex beneficio Saxonici Iuris, queant, ante guarendam præstitam, hæc omnia, conscientiæ partis aduersæ, defensorumque eiusdem committere? & an pars aduersa cogatur, sicubi hoc conscientiæ eius commissum fuerit, conscientiam suam sub sacramenti religione aperire?

RATIONES DVBITANDI.

ET ab initio quidem dicendum videbatur: cessare hic omnia Iuris remedia.

Nam PRIMÒ Iuris est apertissimi; 314
quod actor rei instrumentis iuuandus non sit. *Br. in l.1. in pr. per ill. text. ibi Ias. n. 1. Iohan. de Vicomercat. n.4. & Alc. n.4. C. de edend. Ioh. de Imol. in l. penult. § vlt. n.3. ff. ad l. Falcid. Zas. in l. 1. §. editiones. n. 54. vbi hanc esse communem opionem attestatur. ff. eod. tit. Andr. de Besset. in l. 1. nu. 246. C. de sacros. Eccles. Fr. Curt. in l. final. n. 16. C. de edend. vbi concordem omnium hac in re consensum esse, is testis est. Nouell. in tr. de dot. p. 9 priuil. 11. n. 1. Cotta in memorab. in v. Ecclesia vers. secundo Tiraq. in tr. de priu. piæ causæ. priu. 155. Eman. Soar. commune effatum prædicans com. opin. lit. E. n. 25.* *

Etenim qui agere vult probationes in 315
promtu habere debet. *Ias. in l. qui accusare. n. 1. per ill. text. C de eden.*

Easq; ex domo propria producere. *Ioh.* 316
de Vicomercat. in l. 1. n. 3. per ill. text. C. de edend. Cardin. Paris. cons. 153. n. 3. vol. 4.

E diuerso verò inciuile est, partem di- 317
uersam ad exhibitionem eorum vrgeri, quibus sibijpsi negocium facesseret. *l. nimis graue. C. de testib. Ioh. de Vicomercat. d. l. 1. n. 4. C. de edend. Andr. de Besset. in d. l. 1. n. 246. C. de sacros. Eccles.*

Non ita Nostrates quoq; Actores, iure à Reis, editionem eorum instrumentorum exigunt, quæ pœnes ipsos sunt.

SECVNDO: indubitatum quoque 318
illud est: quod Actore non probante reus absoluendus sit, *l. qui accusare ibi Fr. Curt. n. 4. C. de edend. Cotta in memorabil. in v. actore non probante. Schenk in c. 1. in pr. nu. 16. Si de inuest. feud. controu. fuer. Schenck, c. 1. n. 11. de content. int. dom. & fidel. Sonsb. in tr. feud. p. 15. n. 10. Ign. in l. necessarios. §. non alias. p. 1. n. 240. ff. de S. C. Syllan. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 1. n. 47. Dilect. in tr. de art. test. tit. 11. caut. 20. n. 2. Cacher. decis. 13. n. 1. vers. secundo decis. 58. n. 5. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 759. Seraph. in tr. de iuram. priu. 27. n. 1. Mascard. in tr. de probat. conclus. 36. n. 1. Iacob. Petr. de Ptolom. in l. admonendi. n. 22. ff. de iureiur. Panthal. Cremens. in l. 2. n. 213. C. de rescind. vendit.*

Iam verò per M. in V. & L; hactenus probatum nihil est: probari item aliquid, per eosdem non poterit. Destitui enim se documentis, vnde causæ veritas elucere potest, ipsi iam fassi sunt.

Conse-

Consequitur itaq; vltrò: M. in D. absoluendos, non autem ad editionem faciendam cogendos.

319 TERTIÒ illud quoq; certò constat, quod ius nostrum non patiatur, ab actore flagitari editionem illorum instrumentorum, quæ in iure nondum producta fuerant. *Vti in specie decidit Speculat. in tit. de instrum. edit. §. videndum n. 11. & 16. Br. in l. 1. §. editiones. n. 7. ibi Zas. in 44. ff. de edend. Br. in l. final n. 3. vers. oppon. ad istam sibi Curt. n. 5. C. eod. tit. Practi. Pap. in for. libel. quo pet. cop. instrumentor. in v. cum anno vers. & die. n. 2. Abb. in cap. 1. n. 15. ibi Felin. n. 9. vers. fallit. primo. ext. de probat.*

Atenim hìc M. in D. nunquam adhuc, fe documentis hifce vti velle, declararunt: tantum abeſt, quod ea vnquam, in Iudicio produxerint.

320 QVARTÒ dubio omni caret illud, quod in actionibus ſtricti iuris, iuramento in litem locus non ſit. *Ita namq; in mduiduo ſcriptum reliquit Petr. de Bellapert. in Largentariis. §. cum autem. n. 4. ff. de edend. Br. in l. ſi quando. n. 1. ibi Zaſ. n. 34. C. vnd. vi text. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.*

Atenim M. in V. & L; actione tali, quæ ſtricti iuris eſt, experiuntur.

321 Agunt enim, vt M. in D. ſoluant, quod autori eorum, poſſumo B. à M. debebatur, atq; ſic condictione certi (speciali ex mutuo, quam ſtricti iuris eſſe, nemo eſt, qui ambigat. *Vti in ſpecie decidit Ioh. Criſp. de Monitb. in tr. de termin. actionum. n. 136. Adamaut. Dionyſ. in tr. de diuiſ. action. Rubr. condict. certi ſpecialis. arg. §. actionum. Inſt. de action.*

322 Neq; id immeritò, cum in omnibus planè condictionibus, perpetuo verum ſit, eas ſtricti iuris eſſe. *Vti rurſus in ſpecie decidit Zaſ. in l. qui ſe debere. §. ſanctum. nu. 1. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. arg. d. §. actionum. Inſt. de action.*

Ceſſat itaq; omnis planè iurauicnti in litem petitio.

323 QVINTÒ clariſsimè quoq; proſperuntiura: quod ſolum in actionibus ijs, quæ Iudicis arbitrio moderantur, ſiue quæ arbitrariæ ſunt, in litem ſacramentum præſtari poſsit. *d. l. in actionibus & ibi DD. communiter. ff. de in lit. iurand. Br. in l. qui conciuſnam. §. ſi ædes. n. 2. ff. de legat 3. Br. in l. vnic. n. 32. C. de ſentent. quæ pro eo quod int. profert. Br. in l. hoc edicto. ante. nu. 1 ff. de publican. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 22. n. 5.*

Enimuerò actio à M. in V. & L. propoſita arbitraria non eſt, & per conſequens, locus quoq; hic vllus, iuramento in litem, reliquus non eſt.

324 Nam actionem hanc, arbitrarijs annumerari non poſſe, vel ex eo conſtet; quod illi cui non competit diffinitio, nec diffinitum quoq; competat. *Euerard. in top. in loc. à diffinit. n. 3. Alc. paradox. lib. 6. c. 9 n. 4. Capyc. deciſ. 168. n. 8. Aldobrand. in §. cum autem ante. n. 1. Inſt. de ingen. Tomng. deciſ. 30. n. 4. & deciſ. 34. n. 9. Muſcorn. in tr. de iurid. n. 28. verſ. poſtremò. Menoch. in tr. de remed. poſſ. adip. remed. 3. n. 85.*

Iam verò diffinitio arbitrariæ actionis noſtræ actioni non congruit. Eſt quippè arbitraria actio, in qua iudex propter aliquod extrinſecus accedens, incipit habere arbitrium poteſtatemue aliquid faciendi, præter id, quod ab initio ſeu ex natura actionis fieri oportuiſſet. *Vti in ſpecie decidit Zaſ. in d. l. in actionibus. n. 3. ff. de in lit. iur. Caball. in tr. de eo quod int. n. 212. Cuiac. in not. Inſtit. priorib. tit. de actionib. in v. ex arbitrio. Cuiac. tr. ad African. tertio. mihi fol. 26. in pr.* 325

Seu actio arbitraria eſt, in qua exerce- 326
tur iudicis officium, mercenarium quod vocant, propter aliquod extrinſecum accidens, præter naturam actionis propoſitæ. *Ita diffinit Br. in l. vnic. n. 1. C. vbi conuen. deb. qui cert. loc. dar. promiſ. Ang. Aretin. in §. preterea. n. 1. ibi Zaſ. n. 1. Inſt. de actionib. Coraſ. miſcell. lib. 4. c. 12. vbi hanc diffinitionem communi Interpretum conſenſu approbatam teſtis eſt Suhard. in l. non ignorabit. n. 3. C. ad exhiben.* *

Non congruit itaq; diffinitum quoq;.

SEXTÒ, apertiſsimi iuris illud eſt: 327
quod non niſi ob dolum iurari in litem poſſit. *Vti in ſpecie decidunt Br. in l. in actionib. per ill. text. n. 12. & 22. & ibi Zaſ. n. 34. vers. tertio. Ceſſal. n. 3. ff. de in lit. iur. Ant. de Burr. in conſinal. vers. quandoq; deſertur. ibi. Bl. n. 1. Abb. nu. 5 ext. de his quæ vi met. cauſ. fiunt. Zaſ. in l. ſi quando. n. 35. C. vnd. vi Angel. Aret. in §. final. n. 4. Inſt. de verb. obligat. Chriſtophor. Porc. in §. præterea. n. 7. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. Nicol. Mil. in repert. in v. probatio damnorum. & in v. probatio rerum. Practi. Pap. in form. lib. in act. realt. in v. & in florenos. n. 27. Practi. Pap. in form. reſp. res conuent. an v. iuraturandi. n. 18. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 4. n. 7. & 20. & §. 22. n. 2. Angel. Peruſin. conſ. 308. n. 2. Alex. conſ. 214. in pr. vol. 7. Abb. conſ. 109. n. 3. volum. 2. Cardinal. Pariſ. conſ. 74. n. 7. & conſ. 75. n. 28. vol. 1.*

Quo iure eatenus quidem vtimur, vt 328
nec oblatam culpam: *Br. d. l. in actionibus. n. 1. ibi Zaſ. n. 25. Dec. n. 17. ff. de in lit. iur. Practi. Pap. in for. lib. in act. realt. in v. & in florenos. n. 28. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 4. n. 13. vbi hanc ea communem opinionem ampleCtitur. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 58. vbi hanc opinionem ſimiliter. Interpretibus communiter placuiſſe refert. Rebuff. in l. vnic. n. 316. C. de ſent. quæ pro eo quod int. profert. Dec. conſ. 83. n. 3. vers. tertio. Natta conſ. 545. n. 4.* *

Qui inimò ne ob dolum præſumtum 329
quidem, rectè in litem ſacramentum iuretur. *Br. in l. tutor qui repertorium. n. 21. ff. de admin. tutor. Dec. in d. l. in actionibus. n. 28. ff. de in lit. iur. Cotta in memorabil. in v. iuramentum. xl. vlt. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 27. Crau. conſ. 287. nu. 5. Alc. conſ. 4. n. 9. volum. 7.*

Iam verò nullus dolus, M. in D. impu- 330
tari poteſt. Propterea quod in nobilibus omnis ceſſet doli, fraudisq; præſumtio. *gl. in c. illud. 40. diſtinct. Zaſ. in l. ſi peruniam. §. ſed ſi acceperit. n. 50.*

perit n. 5. ff. de condict. causa dat. causa non secut. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 20 n. 20. Royz. decis. 4. n. 50.

331 QUorum & illud referendum est: posse nobili, curiam totam, carceris loco assignari: cum omnis suspicio doli, fraudisq; & fugæ, à nobili sit quàm remotissima, quamuis ex eodem delicto, plebeius in vinculis & compedibus detineri, inq; carcerem includi debuisset. *Ita in specie alios antiquiores secutus, decidit Ias. in repet. Ladmonendi. n. 163. ff. de ureitur. Ias. in d. l. si pecuniam. 6. sed si acceperit. n. 6. ff. de condict. causa dat. causa non secut. Cotta in memorial. in v. carcer. n. 5. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 31. nu. 10. & seqq. & caus. 51. n. 36.*

332 Sed & causa quælibet, etiamsi iniusta, stulta, & fatua sit, à dolo immunem quem præstat *gl. in l. plagy. C. ad l. Fau. de plag. Ias. in l. si id quod. n. 35. ff. de in rud. am. iudic. Ias. in l. si ita quis promiserit. 6. Seia. n. 20. ff. de verb. obligat. Ias. in l. si quis maior. n. 3 C. de transact. Boer decis. 168. n. 11. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 43. n. 1. & 2. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 7. tit. de malefic. concl. 8. n. 1. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 6. n. 2. Rochus de Curte in c. final. in pr. n. 35. ext. de conjuct. Lancel. in tr. de offic. Prator. Rubi. de Ialsar. n. 6. Nouell. in tr. ad defensi. Rubr. 1. n. 116. Syluan. in tr. feud. q. 64. n. 5. Coras. miscell. lib. 2. c. 8. n. 8. & lib. 4. c. 2. n. 10. Zoannet. in l. vt vim p. 2. n. 81. ff. de iust. & iur. Cacher decis. 71. n. 17. Vlot. in tr. de in lit. iur. 6. 10. n. 10. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 14. Berlich. in tr. feud. c. 15 n. 8. Seraphin. in tr. de iuram. prim. 132. n. 54. Bocholt. in tr. feud. c. 8. n. 23. Borcholt. in c. 1. n. 66. quæ sint regal. Borcholt. in tr. de pact. 6. n. 14. Dec. conf. 170. n. 2. versis. & est regula.*

Aditus itaque omnis, rursus ad iuramentum in litem, M. in V. & L. intercluſus est. Nam volentibus parentibus ipſis, horum M. in V. & L.; qui nunc agunt, literaria hæc inſtrumenta, conſecuti fuere. Id quod illis ſat fortem, à dolo excuſationem præſtat.

333 SEPTIMÒ: nemo est qui neſciat quod præter doli interuentum, probationis quoq; difficultatem adeſſe oporteat, niſi minus rité, recteque ad iuramenti in litem præſtationem, accedere voluerimus. *Id namq; in iudiciis docuere gl. d. l. m. alijsq; locis. Bart. in n. 22. Ias. in n. 17. ff. de in lit. iur. Abb. in c. vlt. n. 5. ext. de his, quæ vi met. cauſ. fiunt. Prætt. Pap. in ſor. libell. in act. real. in v. & in florences. n. 27. Plot. in tr. de in lit. iur. 6. 4. n. 20. & 6. 22. n. 2. vbi hanc receptam inter Doctores opinionem eſſe aſſatur. Celer. in ſuo prouiſ. in præſat. n. 15. verſ. cæterum.*

Iam verò hæc difficultas probationis, hîc ceſſat. Etenim quid, quale, quantumue fuerit, quod poſtumus B. à M. reliquerat, conſtare poterit, ſiquidem mater eius, vidua B. à M. tutoresq; matris, & ſororum poſtumi, teſtimonium tulerint.

Irrita itaq; rurſus erit, iuramentum in litem præſta. e.

Sic quoque OCTAVO, ſentiunt iura: 334
quod nunquam contra heredes locum habet iuriſiurandi in litem præſtatio, niſi cum autore eorum, qui, vt ad iuramenti in litem præſtationem peruenirent, anſam præbuerat, lite conteſtata. *Quod rurſus in iudiuduo tradderunt, Br. in d. l. in actionibus. n. 21. & 25. & ibi Salyc. n. 11. Alex. n. 14. Raph. Fulgoſ. n. 36. Ias. n. 38. ff. de in lit iurand. Ias. in l. ſi quando. n. 54. C. vn. vt. Vlot in tr. de in lit iur. 6. 48. nu. 21. Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 14. n. 4. in fin. vbi Bartolo frequentiſſimo omnium ordinum, ciuitatumq; centuriarum conſenſu, ſuffragia data eſſe, ipſis eſt. Maſcard. in tr. de probationib. concl. 471. nu. 13. Angel. Peruſin. conſ. 307. vnp. 2.*

Iam verò omnes hi M. in D. quibus inirio documenta hæc tradebantur, mortui fuerunt, priuſquam cum ijs, litem hoc nomine conteſtarentur M. in V. & L.

Nonum itaque enuò emergit, effectum iuramenti in litem, prapediens, obſtaculum.

NONÒ: talis quoq; apud Interpretes 335
iuris extat traditio: quod intereſſe petentis editionem inſtrumentorum, iutamento probari nequeat. *Vt in ſpecie decidit Cacher. an. deciſ. 57. n. 5. & Aug. & Alex. de Imola ibi ipſum quoq; voluiſſe teſtis eſt.*

Accedere itaq; ad iuramentum in litem, M. in V. & L; vel hoc ſolo obſtaculo præpediti, non poterunt.

DECIMÒ: communiter illud quoque 336
receptum eſt; quod pet heredem in litem iurari non poſsit, eo etiam caſu, quo defunctus, autorq; heredis, id genus iuramenti præſtare potuiſſet. *Vt in ſpecie decidit Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæſt. caſ. 208. n. 12. vbi Ias. Plot. Paris. & Alciat. idem voluiſſe refert. Mynſ. obſ. 12. centur. 4. vbi ita in cauſa Comitum ab Hennenberg, contra Duces Bauariæ, in ſuprema curia iudicatum, ipſis eſt.*

Prodit itaq; leſe iterum, noua cauſa, iuramentum in litem, M. in V. & L. deferri prohibens.

VNDECIMÒ: controuerſi Iuris non 337
eſt: quod Actor, qui nihil probarat, nullo modo compellere poſsit reum, vt ſacramenti religione, ſe ſe ab actione propoſita liberet. *Vt in ſpecie decidit. Abb. in c. vlt. in pr. n. 6. ext. de iureiur. Abb. in n. quod nobis. n. 2. ext. de iud. ff. de ſponſat. Hippol. de Marſ. ſing. 83. Franciſc. Curt. in l. admonendi. n. 49. vbi l. ſi m repet. n. 70. ff. de iureiur. Hippol. de Marſ. in l. de tutore. 6. iuramentum. n. 6. ff. de quæſtion. Maſcard. in tr. de probat. concluſ. 36. n. 40. Cardin. Paris. conſ. 153. n. 3. vol. 4.*

Non itaque M in V. & L; M in D; vt mediante iuramento, inſtrumenta edant, adigere poterunt. Nihil enim plane probarunt. Nam ſi ad probationem vſque legitimam, aliàs peruenire potuiſſent; Vtique actionem aliquam, pro editione conſequenda, non inſtituiſſent.

DVODE-

338 DVODECIMÒ ad ius Saxonicum quod attinet: scriptum in eo extat: quod heredi, ne ante præstitam quidem guarendam, iuramentum deferri, ratione facti, quod defuncrus perpetrarat, posit: quodq; heres hoc casu, iure delatum sibi iuramentum præstare recusет: at verò legitimis probationibus, tunc actor, de ijs quæ petierat, iudicem condocefaciat. *Vti in specie decidit Kd. Kön. in suo processſ. c. 66. n. 4.*

339 Cui, ceu Regulo, & Duci, Practicæ Saxonicæ cuiusq; verbis, quo ad formam procedendi, maximè in iudicijs causarum ordinarijs, vt plurimum tanquam Lesbiæ regulæ, inhæreri solet (tale enim de eo testimonium perhibuit Coler. in Epistola dedicatoria sui processus, ad medium Epistolæ) omninò subscribendum est.

Vt itaq; iure hic compellerentur heredes, illorum M. in D., qui primo documenta illa, de quibus res est, acceperant, de facto autorum & parentum suorum, anceps periurij periculum subire.

340 DECIMOTERTIÒ: cauent præterea Saxonum iura: quod eo casu, quo actor ante præstitam guarendam, iusiurandum reo detulerat: reo tas sit, idipsum quod actor detulerat sacramentum, actori referre. *Id namq, rursus in specie volunt gl. lat. lit. H. & German. verbi* zeuget sich ein Mann / *artic. 22.* Landrecht *lib. 2. & gl. artic. 11. vers.* Wisse in diesem fall Landt. *lib. 3. Chil. Könnig. d. c. 66. nu. 1. Autor. differ. Iur. Cæsar. & Saxon diff. 52. lib. 1.*

Inutilis itaq; fieret, in præsentia, omnis iuramenti delatio, quantumuis iure ad eam progredi possemus. Cum nihil sit certius, quàm M. in D. iusiurandum, sibi à M. in V. & L. delatum, illis relaturos.

341 Id autem si fieret, caderent iam causa M. in V. & L. Ipsi enim delatum sibi iuramentum præstare non possent. Cum ne dubitabundus quidem, tantoq; minus rei, & negocij, de quo agitur, prorsus ignarus, iusiurandum, aut delatum, vel relatum, vt anceps euitetur periurium, etiam vt habent Iuris Saxonum sanctiones, iurare possit. *Vti in specie decidit gl. German. 2 artic. 8. vers.* Das erste ist Landt. *lib. 3. Chil. Kön. d. c. 66. n. 5.*

Is verò qui iuramentum relatum iurare non potest, aut vult, in eo sit, vt pari cum victo, & condemnato, iure vtatur.

342 Habet namq; iuramentum, siue id delatum, siue relatum fuerit, vim & efficacitatem diffinitiuæ sententiæ.

343 Vnde vtroq; casu non iurans, & iudicatus & condemnatus æstimabitur. Idque non solum, vt habent Ciuilia Iura. *Br. in l. iram & postea. §. si in quo. n. 4. ff. de iureiur. and. Br. in l. sed & si possessori. n. 7. per ill. text. ff. eod. tit. Bl. in l. cum quis legatum. n. 4. ff. de reb. Cred. Alex. in l. iusiur. and. dum in pr. col. 1. n. 6. an sin. ff. de iureiur. Iaſ. in l. aut prætor. §. si cum de hereditate. n. 1. per ill. text. ff. eod. tit. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 151. n. 1.*

Verùm etiam, vt habet id ius, quo Saxones viuunt, *Chil. Kön. d. c. 66. n. 2.* 344

DECIMOQVARTÒ & vltimò: hoc 345 iure quotidiè vtimur, quo remittentibus iura, & actiones suas, ad ea regressus non detur. *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. Nouell. in tr. ad defens. Rubr. 2. n. 26. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 18. n. 19. Cacher. decis. 58. n. 45. Schenck. in c. 1 §. præterea. n. 2. quib. mod. feud. amitt. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 121. Dec. cons. 389. n. 10. Rol. à Valle cons. 57. n. 14. vol. 3. Mandell. cons. 81. n. 42.*

Fac itaq; vnum alterumue Iuris remedium, ad impetrandum additionem, M. in V. & L. olim competisse: conticescent attamen nunc isthæc omnia, postquam illis videntibus & volentibus, M. in D. instrumenta, de quibus res est, redhibita fuere.

RATIONES DECIDENDI.

SEd hæc missa faciamus. Cum longè sit certissimum, perplura adhuc superesse remedia, quibus freti, M. in V. & L. à patruelibus suis M. in D. iussè, editionem fieri, & postulent & impetrent.

Nam PRIMÒ: negari à quoquam ne- 346 quit, velle iura, quod reus obstrictus sit, ad edendum instrumenta, casu, quo Actor id petit, non ad fundandum: sed saltem ad iuuandum actionem. *Ita in specie decidit Br. in l. quadam in pr. n. 3. ff. de ædend. Br. in l. 1. lect. 2. n. 4. C. eod. tit. Br. in l. final. in 2 ibi Bl. n. 8. Curt. nu. 21. qui hanc sententiam communibus DD. suffragijs sanctam attestatur. Iaſ. in fin. & Ale. n. 14. C. eod. tit. Zaſ. in l. 1. §. editiones. n. 59. ff. eod. tit. Ale. in l. 1. n. 29 ibi Ripa. n. 18 C. eod. tit. Practi. Pap. in for. lib. quo pet. cop. instrum. in v. cum anno mense, & die. n. 2. Dec. in l. certi conditio. §. quoniam. n. 7. vers. & hoc idem. ff. si cert. pet. at. Cranet. cons. 411. n. 15.* *

Atenim hic, ad coadiuuandum tantum actionem editio fieri petitur.

Quamobrem hanc tacere, M. in D. iure non denegant.

SECVNDÒ: prouisi quoq; Iuris est, & 347 communis interpretum sententia; quoties * actor, non vt principalem actionem stabiliret, sed qualitatem aliquam, seu adiacens aliquod ipsius actionis, quod in controuersiam adhuc rapiebatur, comprobaret, à reo editionem instrumentorum petijt: iniuria facere reum, si editionem Instrumentorum, seu documentorum facere recusauerit. *Vti in specie decidit, communemq; DD. assertionem esse affirmat. Zaſ. in d. l. 1. §. editiones. n. 59. §. de ædend.* *

Quorsum & illud pertinet: me syngra- 348 pham tuam, signo tuo obsignatam, iudici exhibente, rectè factorum Iudicem, si te coëgerit, vt annulum tuum signatorium exhibeas: & compa-

& comparitionis erga aliquid scribas. Eo quod de re ipsa constet, de qualitate autem adhuc disceptetur. *Ita rursus in specie decidunt Bl.in l.final.n.8.C.de edend.Ripa in d.l.1.n.18. versf. similter.C.de edend.Zas.in d.l.1.§. editiones.n.59. ff.eod.tit.*

349 Sed & hoc in loco illud omitti non debet: quod ibidem traditum est: Titio censum minuta pecunia redimere volente: negante id minuta pecunia fieri posse Meuio: ceterum precium redemtionis, Anglicos Nobiles, aut Angelotos (vt cum Connano loquar) aut aliud id genus numisma fore, affirmante: Iudicis fore partes, vt iubeat, quo Meuius instrumenta contractus censualis, proferat. Etenim negocij tantum qualitatem, & accidens, in medio posita esse, Iudicisq; cognitioni subiacere. *Id namq, rursus in indiuiduo scriptum reliquit. Vl.in d.l.final.n.8.C.de edend. Zas.in d.l.1.§. editiones.n.59 ff.eod.tit.*

Enimuerò, in nostro casu, alio fine, documenta ab aduersarijs exhiberi, non petimus, quàm vt hinc certi fiamus de quantitate, quam reliquerat postumus: id quod adiacens tantum actionis propositæ, non autem caput ipsius actionis est. Rectè itaq; concluditur, frustrà exhibitioni huic, resistere M. in D. Nec obstat, si dixeris, quantitatis attamen edocendæ causa, editionem efflagitari. Quare hæc non pertinere, axioma illud, quod loco fundamenti secundi in medium proferebatur, Vtpote cum illud de qualitate actionis loquatur, nobis verò de quantitate in actione expressa, comprobanda res sit.

350 Nam, quod hac in parte, discrimen inter quantitatem, & qualitatem, statuendum
* non sit, apparet vel ex eo: quod inter Interpretes receptum sit: posse cogi reum, si petierim fundum iugerum sedecim, quem tot iugera latum esse, reus negat, vt edat instrumenta, fundi latitudinem ostendentia. *Ita in specie decidit Abb.an c.1.n.15 ibi Felin.n.24. ext. de probat. Practi. Pap.in d.for.lib.quo pet.cop.instr.in v. eũ anno, mense & die. Zas.d.l.1.§.edit.n.59.ff.de edendo.*

Eece, de quantitate, & numero, ibi res erat, nihilominus vt edat, cogitur reus.

351 Sic quoq; traditur: editionem libri rationum, aut aliorum ad rem pertinentium Instrumentorum, tunc quoq; per reum faciendam esse, quoties actor centum libras Imperiales petierit: reus verò de Imperialibus conuentum esse negarit. *Ita rursus in specie decidit Ripa in d.l.1.n.18.C.de edend.*

Ecce rursus de valore & quantitate erat contentio: at per reum eduntur instrumenta etiã propria. Inefficax itaq; est obiectio hæc.

352 Tertiò: Iuris est notissimi: quod instrumentorum communium editio, per reum actori fieri debeat. *Vt in specie decidit Br.in l.final. n.4.ibi Ias.n.2.versf.limita.C.de edend. Abb.an c.1.n. 11.ext.de probat. Iasan l.procurator.n.2.versf.hu præmissũ.C.de edend.*

Iam verò hîc documenta, de quibus controuersia est, non solùm communia non sunt M.in D.: verùm etiam propria sunt M.in V.& L. vtpote ad quos solos postumi succesio, eò quod in gradu primi essent, deuoluebatur.

Vt itaq; iure, editionem facere, M. in D; recusarent?

Quartò: Iure petitur instrumento- 353
rum editio, quoties instrumenta, tanquam corpora hereditaria, non autem ceu instrumenta aduersarij, petuntur. *Vt in specie decidit Br.in l.vlt.ante.n.1.versf.non obstat.C.de edend.& est text.ad literam in l.penult.§.vlt.ibi Ioh.de Imola.n.3. ff.ad l. Falcid.*

Atenim in præsentia, non aliter, quàm vt quid hereditarium, & ad succesionem postumi B.à M. pertinens, documenta hæc literaria petuntur.

Quinto: indubitati iuris est illud: quod 354
in litem iurare posimus contra omnem, pœnes quem res nostræ fuerunt, si ad exhibendum eas, iure cogi poterat. Nec excusabitur, etiamsi eas se amisisse, asserauerit. *Vt in specie decidit Plot.in tr.de in lit.iur.§.47.n.13. vbi Corn. Bl. & Carol.Ruin adipsum quoq, voluisse testis est.*

Iam verò certo illud constat, primò: quod hæc documenta, omninò ad M.in V.& L; ceu succesores postumi B à M; spectent.

Si enim hereditas est succesio in vni- 355
uersum Ius, quod defuncti us habuit. Vti superius demonstratum est.

Consequatur necesse est, fore quoque succesionem in nomina, & instrumenta nominum hereditariorum. Rectè enim argumentum ducitur, á genere, ad speciem, affirmatiuè, respectu eius, quod species continetur sub suo genere. Verbi gratia, nomina debitorum, continentur sub iure vniuerso totius hereditatis. *Ita in specie decidit Euer.in loc.á gener.ad spec.n.2.verfic.illud etiam.arg.l.item legato.§. item interest.ff.de legat.3.*

Si item succesione, rerum dominia no- 356
bis acquirantur, eiusq; res ad nos transeant, cui heredes facti sumus. *§.hactenus. Inst. per quas person.nob. acquir.*

Adeò quidem, vt postquam semel adi- 357
ta est hereditas, nomen hereditatis amittat, heredisq; ex eo tempore patrimonium nuncupetur. *Ias.in l.eius qui in prouincia. §. quod stipulatus.n.8.ff.si cert.pet. Ias.in Rubr. n. 5.ff. de acquir. hered. Ias.in l.si quis filium.§.in omnibus.n.20.ff. eod. tit. Ias.in l.15. veteres.n.20.ff. de acquir. poss. Hipp. Rimin.in l.qui se patrit.n.101.C.vnd.lib.Cor.in l.frater à fratre.n.85.ff. de condict.indeb.*

Dubitari rectè non poterit, quin vt sese in præsentia habent, instrumenta, quorum editio petitur: quorum item gratia iuramenti in litem delatio flagitatur: ad M.in V. & L. pertinuerint, eorundemque propria fuerint.

Restat itaq; vt dicamus, patere iam ad iuramentum in litem aditum.

358 Sextò: certi quoq; iuris est: quod contra eum, qui me præpedit, quò minus probem: vel contra eum quoq;, qui faciliores saltem probationis vias occludit, atq; circumsepit, in litem rectè iurem. *Id namq, rursus in induuiduo scriptum reliquit Plot. in tr. de m lit. iur. §. 3 5. n. 1. vbi Bl. Roman. Alex. Curt. Ias. Dec. Abb. & Cravett. id quoq, voluisse refert.*

Cum itaq;, si editio instrumentorum non fiat, M. in V. & L; tam facilè, vt aliàs, litis victoriam obtinere nequeant.

Consequatur oportet, contra non edentes, iuramentum in litem iam succedere.

359 Sic quoq; Septimò iuris obscuri non est: quod ratione instrumentorum quoq;, quæ quis non exhibet, seu celat, actori permittatur in litem iurare, quanti sua interest, ea proferri: quodque sacramento ab actore præstito, tanti condemnetur reus. *Text. est ad literam in l. in instrumentis, quæ est penult. ibi Br. Bl. Salyc. Raphaël Fulgos. n. 1. Castr. & DD. ff. de in lit. iur l. alio. C. eod. tit. Cravet. cons. 369. n. 34.*

Iam verò hîc M. in D; illa instrumenta, quæ exhibere, M, in V. & L. permagni refert, occultant. Quid itaq; obstat, quò minus M. in V. & L. ad iurandum in litem admittantur, non video?

360 Octavò: apertissimi Iuris est: quod actio ad exhibendum, detur ratione edendorum instrumentorum. *Vti in specie decidit Br. in l. quædam. in pr. n. 3. ibi Cardin. Pariss. in addit. ff. de edend. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 23. n. 3. Arg l. 3. §. sciendum. ff. ad exhibend.*

361 Dummodò referat nostra, ratione dominij, & proprietatis (de quo in casu nostro amplius dubitandum non est) isthæc exhiberi. *d. l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. l. 3. §. si ipse testator. ff. de tab. exhib. Salycan l. 1. n. 8. C. de edend. Ias. d. l. cum quidam. n. 3. ff. eod. tit. Zas. in l. 1. §. editiones. n. 30. ff. edend. Sichard. in l. non ignorabit ad fin. C. ad exhibend. Cacher. decis. 16. n. 3.*

362 Quod cum ita sit, locum quoq; in litem iuramentum omnino reperiet. Non enim ignorabit Iudex, iurisiurandi in litem facultatem deferri, in actione ad exhibendum. *l. non ignorabit ibi Sichard. n. 2. C. ad exhib. Plot. in tr. de in lit. surand. §. 23. n. 1.*

363 Nec obstat, quod traditur: quod ratione eorum tantum, quæ in mea carta scripta sunt, ad exhibendum actionem proponere possim. Etenim cum carta mea sit, & quod in ea scriptum est, meum est: sed si carta mea non fuit: quia vendicare non possum, nec ad exhibendum experiri potero. *d. l. 3. §. interdum. ff. ad exhibend.*

364 Nam primò respondemus ad id, per concessionem. Sed interim negamus sublata actione ad exhibendum, omnes confestim reliquas vias, quibus ad iuramentum in litem itur, præclusas esse. Propterea, quod pluribus causis efficientibus concurrentibus, vna, vel pluribus cessantibus, non cesset effectus, si vel vnica adhuc causa superstes fuerit. Cuius rei superius fides facta est.

Deindè hunc modum resoluimus etiam 365
per id. *quod text. l. 3. §. interdum, ff. ad exhibendum* similesq; leges, literas cartæ cedere debere, præcipientes, moribus, quibus hodie vtimur, non obtineant. *Vti in specie decidit gl. l. in rem. §. sed & id. v. sed necesse est. ff. de rei. vendic. gl. in l. qua ratione. §. literæ in v. directam ad fin. ff. de acquir. rer. dom. Christoph Porc. §. literæ. n. 2. v. in cad. gl. Inst. de rer. diuis.* vbi hanc glossæ sententiam, communi Doctorum suffragio receptam, is testis est. *

Etenim ecquis ignorat nunc, cartas lon- 366
gè viliori precio comparari, maiori autem studio, labore, & sumtibus literas exarari, quamuis apud vetustiores, summa cartarum erat caritas? *Vt ex Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 2. c. 30. videre est.*

Quapropter mirum nō erit, si ad casuum 367
occurrentium varietatem, ipsa quoq; variaretur, immutareturq; Constitutionis sententia. *§. vt autem. auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. Nouiss. in fin. nupt. lib. 4. n. 32.*

Non itaq;, *super l. 3. ff. ad exhib.* firmi quic- 368
quam extruia mplius potest. Cum legem vsu contrario obsoletam, seu quæ in desuetudinem iam abierat, in causarum decisionibus, neutiquam attendere oporteat. *§. in personam. Inst. de action. Br. in l. final. §. sed cum antiquitas. n. 3. C. de curat. furios. Tib. Dec. cons. 55. n. 36. vol. 2.*

Deniq; responderi quoq; id, haud per- 369
peram potest: quod eo casu cum carta mea non est, ideoq; ad exhibendum agere prohibeor, in factum actio prodita sit, si aliquo modo id quod scriptum est, ad me pertinuerit. Qua idipsum, quod ad exhibendum actione persequebar, consequor. *d. l. 3. §. interdum. ff. ad exhibend. gl. in §. literæ Inst. de rer. diuis. Cacheran. d. decis. 16. n. 3.*

A qua actione in factum, rursus in litem 370
sacramentum excluſum non erit. *per trad. Br. in l. in actionib. n. 9 ff. de in lit. iur. & Plot. in tr. de in lit. iur. §. 26. n. 1. fac. d. l. 3. §. interdum. ff. ad exhibend. & d. l. non ignorabit. C. eod. tit. unict. l. si eum. §. iniuriarum. ff. si quis caut.*

Leuiuscula itaq; est hæc obiectio.

Nonò: iuris est euidentissimi: quod in- 371
strumenta, seu documenta propria rectè vindicem. *d. l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. Abb. in c. 1. n. 11 ext. de probat.* Iam verò talium documentorum, quæ illorum propria sunt, M. in V. & L; copiam sibi fieri postulant. Nec enim du- 372
bium est, quin ad nos transeant, nomina instrumentaq; nominum, eius, cuius heredes facti sumus: nobisq; iure dominij acquirantur. *d. §. fin. Inst. per quas person. nob. acquir. sunt. l. rei appellatione. ff. de verb. signif.*

Actio-

Actionem itaq; ad edendum, iure non refragante, hic instituta, obscurum non est.

373 DECIMÒ: iure quoque cautum esse scimus, quod familiæ herciscundæ actione, contra heredem, qui instrumenta communia edere recusat, rectè experiamur. *l. procurator. vers. gl. in v. cum fisc. C. de edend. l. si quæ sunt cautiones. ff. familiæ herciscund. Bar. in d. l. quadam in pr. n. 3. ff. de edend.*

Iam verò M. in D. coheredes non sunt. Quantò magis itaq; iure ad edendum compelluntur.

374 VNDECIMÒ: expressum quoq; in iure est: quod in actione familiæ herciscundæ iuratur in litem. *Vti in specie decidit Plot. in tr. de in lit. iur. §. 15. n. 1.*

375 Est enim actio familiæ herciscundæ bonæ fidei. *§. actionum. ibi Sal. n. 79. Inst. de action. l. non est ambiguum. C. famil. herciscund. Joh. Crisp. de Mont. in tr. de term. Act. n. 133. Adamant. Dionisan tr. de divis. action. Rubr. famil. herciscund.*

376 In quibus in litem iurari, incogniti iuris non est, d. l. in actionibus ff. de in lit. iur.

Fac itaq; coheredes esse M. in D. Non tamen ob id facultas iurandi in litem M. in V. & L. ademta erit.

Etenim ad editionem faciendam, familiæ herciscundæ actione, coheredes queq; adiguntur.

377 DVODECIMO: etsi non eamus inficias, quod iuramentum in litem, quandoq; remedium minus efficax sit, vtpote cum totum in iudicis moderatione positum atq; collocatum sit. Nec enim nisi Iudicis moderatio præcesserit, & secundum Iudicis moderationem, iuratum fuerit, rectè in litem iuratur. *Vti in specie decidunt Abb. in c. fin. d. n. 3. ext. de his, quæ vi met. caus. fiunt. Ias. in l. si quando. n. 3. C. Vnd. vi. Ias. in l. videamus. §. vlt. n. 4. ff. de in lit. iurand. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 2. n. 9. Menoch. in tr. de arbit. Iudic. quæst. cas. 208. n. 4. & 5.*

Hic attamen ex Erphordiana Transactione, tum ex Epistolis, quas M. in D; ad M. in V. & L; dederunt, certò iam constat ad minimum 9000. florenorum, M. in V. & L; deberi. Infra itaque hanc summam, Iudex rem moderari non poterit. Nec enim Iudex modum iuramento in litem præscribet eum, qui quantitatem, de qua ex actis notoriè constat, non adæquet: sed ita rem totam moderabitur, vt in quantitate interesse probata, & iuramento, vndiq; sit consonantia. *per tr. ad. Menoch. in tr. de arbitr. Iud. quæst. q. 13.*

378 DECIMOTERTIO: hoc iure quotidiè vtimur: quo instrumentorum, quæ pluribus coheredibus communia sunt custodia, pænes seniorem ex his relinquitur. *l. fin. ff. de fid. instrum. Azo in summa vers. præterea. C. famil. herciscu. Ias. in l. cum quidam. ff. si cert. pet. Chassan. in cat. al. glor. mund. p. 1, consider. at. 19. Mynsing. obs. 37. ad fin. cent. 4. Tiraq. in tr. de primog. in præfat. n. 176. Tiraq. in tr. de nobil. cap. 21. n. 194. Cas. Lambert. in tr. de iur. patron. 2. p. 2. lib. q. 10. artic. 4. nu. 12. circa med. & lib. 3. q. 4. artic. 5. n. 2. Alex. conf. 4. n. 4. vol. 4. Natta conf. 503. n. 2.*

Iam verò, horum in V. & L. M. parentes, qui proximi erant, cum moreretur postumus, erant seniores M. in D.

Id quod vel ex eo apparet, quod toto 379 die videamus patruos fratribus patruelibus, seu fratrum filijs ætate anteire, *vt in indultuo decidit Tiraq. in tr. primog. q. 40. n. 203.*

Ad M. itaq; in V. & L. etiamsi ad exhibendum actio, item rei vindicatio, actio familiæ herciscundæ & similes cessarent, horũ documentorum custodia pertineret, eoq; nomine rectè sibi ea exhiberi peterent.

DECIMOQVARTO: ipsi M. in notula Transactionis, quæ litera G. notata, in fine responsi huius apposita est, sponte enunciant, se patruelium suorum debitores esse.

Tradere itaq; literas obligationum, vel ex hoc solum capite obligati sunt.

Plenum enim malignitatis est, crediti 380 instrumenta, pœnes debitorem inuito creditore reperiri. Cum hoc pacto facilimè probationes creditoris corrumpi. iuraq; eiusdem euerti possint. *Auth. vt hi qui se oblig. hab. perh. in pr.*

DECIMOQVINTÒ apertissimæ quoq; 381 adsunt Iuris Saxonici Constitutiones, quæ volunt: quod actori etiamsi nihil plane probarit, licitum atq; permissum esse debeat, ante quarendam præstitam, reo iuramentum super vniuerso negocio, & lite: vel parte eiusdem deferre, quod q; delatione illhac facta, reus aut iurare, aut liti cedere, necesse omninò habeat. *art. 6. Landr. lib. 1. autor. differen. iur. ciuil. & Saxon. differ. 52. vers. de iure autem. lib. 1. Chil. Kön in suo proc. c. 66. n. 1.*

Cum itaq; negocium hoc, ratione loci domicilij partium, ex Iuris Saxonici præscripto, diffinire oporteat: iam ipsum Saxonicum Ius, remedium, quo ad iurandum in litem, patebit aditus, porrigit.

DECIMOSEXTO, & vltimò, iuris est 382 peruulgatissimi, quod sicubi casus emerserit, qui respuat petitionem editionis instrumentorum omnem, reliquum adhuc actori illud sit, vt petat, quo positioni suæ, qua instrumenta, quorum exhibitionem alias flagitasset, recensentur, reus iurato respondeat. Nec enim Iudex tunc facere poterit, quin id fieri iubeat: reus verò quin sub sacramenti religione respondeat. *Veluti in specie decidit Joh. Fabian §. item verborum. n. 5. Inst. de inutilib. stipulation. Felin. in c. 1. n. 9. ext. de probat.*

Si itaq; ita, actiones omnes prorsus hic silere dicamus: supererit attamen id remedij, quo iurato respondere M. in D. petitionibus patruelium suorum, tenebuntur.

Quare secundam hanc quæstionem ita resolvo: magnam ab ipsa lege, præberi

copiam remediorum, quibus ad editionem rectè contendere queamus.

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

CEterum his, ea, quæ veluti contraria, adducebantur, non refragantur.

Nam contrario PRIMO à dicto secundum quid, fallacia inest. Nam quod dicitur actorem rei instrumentis, inniti non debere, fallit. 1. Quoties actor non vt fundamenta petitionis suæ, ex rei instrumentis eliciret: sed vt fundatam iam actionem, stabiliret, editionem flagitat.

2. Non obtinet, quoties de ipsa actionis iusticia iam constat: probatio autem perfecta, atq; integra, qualitatis alicuius, aut quantitatis deficit. De qua ex rei instrumentis constare oportet. Hoc etenim casu, iure, reus suorum instrumentorum editionem, haud quaquam recusabit.

3. Locum non habet, quoties instrumenta, quæ penes reum sunt, vtriq; & actori & reo communia: tantoq; minus, si instrumenta, quæ iniustè reus detinet (vti in præsenti casu agitur) ipsius actoris propria fuerint.

4. Eo iure non vtiniur, quoties editionem instrumentorum, vt corporum hereditariorum, non autem ceu rei instrumentorum exigimus.

Id quod planum fecimus sub 1. 2. 3. & 4. decidendi ratione.

Axioma itaq;, quod loco fundamenti huius primi proferebatur, totum, ob limitationes, quas patitur, quæq; præsenti casui rectè adaptari possunt, concidit.

383 Incertæ enim opinionis non est: regulam per casus, ius singulare constituentes, labefactari: seu vt aliàs dici solet: Exceptionem in casibus exceptis regulam vitiare. *l. 1. ff. de reg. iur. l. m his d. quod verò & l. ius singulare. ff. de ll. Euer. in top. in loc. ab except. ad reg. n. 1. Crau. cons. 685. nu. 8. Cephal. cons. 400. nu. 12. Tiber. Decian. cons. 35. n. 66. volum. 1.*

384 Vnde in illis casibus, qui sese regulæ includi non ferunt, non regula, seu ius commune: sed exceptio, seu illud ius, quod regulæ aduersum est, custoditi, obseruariq; oportet. *Vti in specie decidit Cardin. Paris. cons. 47. nu. 79. volum. 1.*

SECVNDVM deindè fundamentum præsuppositis, quibus superextructum est, destituitur. Negamus enim & meritò, M. in V. & L. etiamsi editionem fieri impetrare non possent: omni propterea probatione carere.

Probat enim satis Transactio Erphordiana, quæ testium legaliorum, & omni exceptione maiorum, subscriptione confirmata est.

Etsi enim sub illam classem scripturarum, quas priuatas practici nostri dicunt, transactio Erphordiana redigenda sit: amplius tamen dubitandum non est, quin plenam fidem atq; probationem faciat: cum ad eam testium legaliorum subscriptio accesserit. 385 *l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Hipp. de Mastil. in Rubr. n. 267. C. de probat. Mascard. in tr. de probat. q. 8. n. 31.*

Idq; non solùm in aliis generis scripturis: sed etiam in ijs scripturis, quæ ne transactionum probatio pereat, conficiuntur, verum est, atq; procedit. 386 *d. l. scripturas ponderando verbum: transigendi. C. qui pot. in pign. hab.*

Enimuerò Transactio Erphordiana, expressim loquitur: aliquot millia florenorum, viduam B. à M; in gratiam M; remisisse.

Sed & illud exprimit: M. in D; parentis sui obligationes esse restitutas.

Nec obstat, etiamsi regesteris mihi, hanc attamen Transactionis Erphordianæ scripturam, vtpote cum à duobus tantum testibus, subscripta sit, plenæ probationis fidem non commereri. Eò quod tres omninò testes sint necessarij, minorq; testium numerus non sufficiat, si ritè, rectèq; subscriptio celebrari debeat. 387 *d. l. scripturas, ponderando verba: trium vel amplius virorum. & auth. si quis vult cautè: vbi: non pauciores tribus. C. qui pot. in pign hab.*

Quinimò, si rem exactius aliquantò examinauerimus, ne probationem quidem vllam, instrumentum Transactionis Erphordianæ, faciet. Forma enim hîc, quæ in trium testium subscriptione constabat, omissa fuit.

Formæ autem omissionem, atq; neglectum, totum euertere actum, nemo est, qui nesciat. 388 *Felin. in c. cum dilectus. n. 6. versic. gesta contra formam ext. de reser. Turaq. d. vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 11. n. 9. & seqq. Plotan tr. de in lit. iur. §. 9. n. 6. Caball. in tr. de evict. §. 3. n. 29. Strach. in tr. de mercat. tit. mandat. n. 9. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 30. n. 21. & priuil. 130. n. 1. Borch. in tr. de pact. c. 5. n. 62. Borchgl. in tr. feud. §. 3. n. 9.*

Porrò numerum formæ indicium esse, 389 *ex l. si vnus. ponderando verba: iure defecit. C. de testam.* certum est.

Quorsum & illud referendum est quod traditur: numerum septem testium, in testamentis formam substantialem designare. 390 *Vti in specie decidit Ias. in l. nemo potest. leli. 1. n. 13. & lect. 2. n. 21. ff. de legat. 1. Ias. in l. 1. n. 17. ff. de condict. indeb. Ias. in l. cum quis. n. 10. C. de iur. & facti. ignor. Natta in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 149. C. de testam. Couarr. in c. cum essent. n. 8. ext. cod. Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum. q. 56. n. 2. Capif. in tr. de num. test. p. 1. c. 4. n. 11.*

Sed & clausula decreti annullatiua quam 391 vocant, formæ signum est. *Felin. in d. c. cum, dilecta. n. 6. verf. quintum signum. ext. de reser. Caballin. in tr. de euict. §. 3. n. 64. Seraph. in tr. de iuram. priu. 30. n. 20.*

At clau-

At clausula isthæc adest in præsentia. Ita enim in adducta auth. si quis. legitur, sciant scripturam non sufficere ad probationem, si quis pauciores, quàm tres, in subscriptione, testes adhibuerit.

Quapropter conspicuum rursus fit, numero hoc actui formam dari.

Consequatur itaque necesse est, scripturam, quæ conficiebatur, vt Transactio Erphordiana probari posset, nihil penitus probare: cum ne subsistere quidem ob formæ defectionem possit.

392 Nam hic responsio in promtu est: quod paria scilicet sint, vt scripturæ sua sit firmitas, testes se subscripsisse, aut saltem interfuisse, cum actus, cuius ratione & intuitu, scripturæ tabulæ conficiuntur, celebraretur, atq; perfi-
393 ceretur, sufficitq; hos testes, nomine in scriptura designatos esse. *Vti in specie decidit Mast. in tr. de probat. q. 6. n. 30. vbi Br. & Lanfr. de Oriano id ipsum quoq; voluisse refert, fatiq; probatur. d. auth. si quis vult cautè ponderando verbum : aduocet. C. qui potest in pign. hab.*

Hic autem, etsi duo tantum testes sese subscripserint, veluti D. D. A. & H. à B. plures tamen in instrumento Transactionis, nominati fuere. Veluti F. à H. commendator in G. ordinis Teutonici, C. à M; D. A. S; & D. V. VV.

Non itaq; ob defectum numeri testium, Transactionem Erphordianam expugnabimus.

394 Insuper iuris quoq; est apertissimi: quod tunc omni etiam omissa subscriptione, priuata scriptura plenè probet, quando ad eius præscriptum partes sese conformarunt: eaq; obseruarunt, quæ eiusmodi scriptura iusserat, atq; præceperat. *Vti in specie decidit Aym. Craut. in tr. de antiq temp. p. 1. §. viso de verbis. n. 22. & seqq. Mastard. tr. de probat. concl. 12. 94. nu. 18. Paul. de Castr. cons. 314. n. 2. versic. prætera. lib. 2. Alex. cons. 185. n. 14. lib. 6. Anton. de Butr. in c. quoniam contra. col. 4. vers. quæro an producto instrumento apud acta ext. de probationib.*

Atenim hic M. in D. ipsimet, referunt se, in notula illa, nouæ transactionis, quam sub litera G. in fine apposuimus, ad Transactionem Erphordianam: omnia item adimpleruntur, quæ eos adimplesse iuxta Transactionem hanc oportebat.

Consequitur itaq; firmam esse, transactionem hanc, etsi omni prorsus subscriptione careret.

395 Deindè hanc quoq; resolutionem SECVNDO huic fundamento rectè applicabimus: quod nempe axioma illud, quod habet: actore non probante reum absoluendum esse, declarandum sit: Vt scilicet verum sit tum demum, si actor nec ex proprijs, nec ex rei instrumentis, quæ vel ad iuuandam actionem: vel ad qualitatem eiusdem actionis iam in se probatæ edocendam: vel ceu communia actori & reo: vel deniq; ceu corpora hereditaria ediderat, probarit.

Nam quod hic axiomatis huius sensus, verus sit, vel ex eo liquet, quod aliàs totum euerteretur, atq; detueretur ius, quicquam de editione instrumentorum aduersarij præcipiens.

Quorsum enim editio instrumento- 396
rum? nisi tum demum actorem non probasse dixerimus: cum nec editis quidem reis instrumentis, vllam de ijs, quæ petierat, fidem fecerit. Equidem leges hoc pacto de edendo loquentes, nullam Reipub. afferrent commoditatem, sed vt vetustiores loquebantur, de vento seruirent; contrà quam cautum & dispositum legimus: leges non verbis sed rebus impositas esse, cenieri debere. *l. 2. C. comm. de legat. Zas. nt. cons. diuers. cons. 9. n. 17. volum. 1. Hipp. Riminald. in l. si cui municipat. n. 26. C. de collationib. Simon de Preet. in tr. de vltimar. voluntat. inter. lib. 2. dubit. 1. interpr. 1. folut. 10. n. 44. Marc. Ant. Blanc. in tr. de iudic. & tortur. n. 379. Arimin. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 90. C. de bon. Matern.*

Apage itaq; is, in præsenti casu, cum axiomate hoc. Non enim facta est adhuc editio. Hac enim facta demum, & si tum actor nihil probarit, absoluendus reus erit.

Eodem quoq; modo diluitur obiectio 397
TERTIA. Quod enim dicitur: non cogendum esse reum, vt edat illa documenta, siue instrumenta, quibus in iudicio vsurus non est: verum non erit eo casu, cum vel ad coadiuuandam actionem, vel ad qualitatem, seu quantitatem actionis probandam, actor instrumentorum editionem flagitat: vel cum petit actor instrumenta sibi edi, vel quia communia: vel quia corpora hereditaria sunt: tantoq; minus hoc tertij fundamenti theorema obtinebit, cum instrumenta, quæ apud reum sunt, ipsius actoris propria fuerint. *Vti in specie decidit Abb. in d. c. 1. n. 15. ext. de probat.*

Sed ambæ hæ rationes restrictionis, in præsenti casu militant.

Obtinebit itaque, huius theorematis quoq; restrictio, & non ipsum theorema.

QVARTVM, QVINTVMQVE deinceps contrarium, eandem meretur resolutionem. Carere nempe ea præsuppositis, quibus fulciantur.

Negamus enim, hic condictione certi ex mutuo, M. in V. & L. experiri: & è diuerso constanter affirmamus, petionem hereditatis propositam esse.

Cum itaque Iuris sit indubitati, quod 398
actio petitionis hereditatis, sit bonæ fidei. *§. actionum. vbi Iaf. n. 24. Zas. n. 35. Instit. de actionib. l. vlt. in fin. C. de petit. hered.*

Conticescent ilicò obiectiones hæ, quarta, & quinta.

Nec obstat, quod petitionis hereditatis 399

expers sit feudum. *Br. in Litem videndum. § vlt. n. 1. ff. de petit. hered. Alex. in l. si patroni. n. 9. ff. ad S. C. Trebell. Iaſ. in prælud. feud. n. 43. & ſeqq. Tiraq. in tr. le mort. p. 4. declar. 5. n. 19. Cacheran. deciſ. 26. n. 4. Hartm. Piſtor. q. 39. n. 40. lib. 2.*

Nam ne hinc quidem, iure infertur, inepram eſſe, M. in V. & L. petitionem.

400 Nam etſi verum ſit, pecuniam, de qua res eſt, ex feudo redactam: nec non in feuda conuertendam eſſe: proindeq; eodem iure pecuniam hanc vti, quo ipſum feudum. Cum ſurrogatum naturam ſurrogati ſequatur. *l. ſi eum. § qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionib. Curt. in tr. feud. 2. p. 2. p. 9. n. 43. Roncheg. in l. nemo. n. 3 4. ff. de duob. reis. Chaſſan. in catal. glor. mund. p. 1. conſider. 38. conſ. 18. Cald. in l. ſi curatorem. in v. laeſis. n. 68. verſ. ceterum. C. de reſt. in integ. Nicol. Ruck, int. conſ. diuerſ. conſ. 27. n. 3. vol. 1. Ludolph. Scrad. int. conſ. diuerſ. conſ. 20. n. 60. volum. 3.*

401 Sed & in feudis precium loco rei ſuccedat: *Vti ex Ioh. And. in addit. ad Specul. tit. de feud. in Rubr. ad fin. videre eſt.*

402 Regerimus tamen illud, hoc, quod dicitur: petitionem hereditatis ineptè proponi, vt feudum nancíſcamur, minimè obtinere, cum hereditatis petitione, feudum hereditarium poſcimus. *Vti in ſpecie decidit Br. in l. vt iuriurandi. § ſi liberi. n. 4. ff. de oper. libertor. Caheran. deciſ. 26. n. 17. Hartm. Piſtor. q. 14. n. 3 8. lib. 2. Ioh. Thom. de Marin. in tr. de gener. & qualit. feud. tit. 5. n. 37. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 3. præſumt. 94. n. 6. Alex. conſ. 18. n. 10. volum. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 2. n. 43. volum. 1.*

Iam verò hîc, pecuniam hanc, ſi feudum eſt, feudum hereditarium eſſe oportet.

Iure itaq; eam, petitione hereditatis, nunc vindicamus.

403 De feudo namq; hereditario hîc agi, conſtat vel ex illo: Videmus enim toto die, feuda creditoribus in ſolutum dari, etiamſi vaſalli liberi inuentarium conſcripſerint, quod fieri, ſi feuda ex pacto, & prouidentia eſſent, nequirent. *Vt in ſpecie decidit Couarr. practi. queſt. lib. 2. c. 18. n. 4. verſ. octauo. Thom. de Marin. in d. tr. de gener. & qualit. feud. d. tit. 5. n. 39. Paul. de Caſtr. conſ. 217. n. 1. verſ. ſed ad primum. vol. 2. Alex. conſ. 19. n. 1. & ſeqq. vol. 5. Alb. Brun. conſ. 18. n. 17. Ioh. Campeg. inter conſ. Bruni. conſ. 2. n. 12.*

404 Et præterea certi iuris illud eſt: quod feuda omnia in ambiguis hereditaria eſſe præſumantur. *Vt ex Thom. de Marin. in d. tr. de gener. & qualit. feud. in pr. n. 52. videre eſt. Refert enim Aud. de Iſern. in complurib. locis. Bl. Aluarott. Alex. Curt. Iun. Raph. Comenſ. Brun. Rub. Affl. Couarr. Zaſ. Gozadin. & Pern. huius ſectæ aſſectatores. traduntq;, præterea Affl. deciſ. 140. n. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 2. n. 18. & conſ. 3. n. 9. volum. 1. Natta conſ. 130. n. 10. Rol. à Valle conſ. 32. n. 28. & conſ. 55. in pr. vol. 3.*

** *Franc. Burſat. conſ. 3. n. 4. vbi hanc magis communem eſſe Burſatus teſtem ſe præbet Tiber. Decian. conſ. 24. n. 70. volum. 1.*

Vt taceam, ipſas etiam M. inueſtitiones, edocere, omnia quæ poſſident, data illis eſſe, pro ſe, & heredibus ſuis maſculis.

Dubitare itaq; amplius non conuenit, quin feuda hæc, hereditaria ſint.

Semper, & vbiq; enim, tunc feudum erit hereditarium, quoties inueſtituræ formulæ, verbum HEREDIBVS inſertum fuerit. *Ita namq, in ſpecie decidit Hartm. Piſtor. q. 3. n. 23. lib. 2. Crau. conſ. 472. n. 1. vbi alios idem volentes adducit. Tiber. Decian. conſ. 24. n. 64. volum. 1. vbi & in quoq, huius rei teſtes profert. Iſern. Alex. Dec. Brun. Sigm. de Neap. & Goz. ad. hanc, communem eſſe opinionem,* * *Curt. Iuniorem ſecutus affirmat.* 405

At ſit ita, ceſſare hæc omnia ponamus: non tamen propterea, petitionem hereditatis, inutiliter propoſitam, euinci poterit.

Nam tantum pecuniam, quod feudi naturam habet, petimus, non etiam ipſum feudum. Aliud autem eſt ipſum feudum: aliud verò pecunia feudalis. Nam vt vulgatiſſimum habet Iuris axioma: id propriè tale nõ eſt, quod non ſimpliciter, ſed cum adiectione tale eſt. *l. mercis appellatione. ff. de verb. ſignif. Neguz. in tr. de pignor. 3. memb. 2. p. p. n. 2. Piag. in tr. de iut. & cur. q. 17. n. 6. Crau. in Rubr. n. 115. ff. de legat. 1. Valaſc. in l. imperium. n. 270. ff. de iurisd. omn. iud. Rimin. in l. vnic. n. 134. C. quand. non pet. part. & in l. precibus. n. 606. C. de iurepub. & al. ſubſt. Cacher. deciſ. 120. n. 9. Hartm. Piſt. q. 3. n. 9. & n. 20. lib. 2.* 406

Nec obſtat, quod attamen ab initio pecunia hæc, ex feudo acquiſita fuerit: quodq; in feudis rei loco, precium ſufficiatur: nam idipſum per id refutari poteſt: quod ex re feudali redacta pecunia, feudum non ſit. *Vti in ſpecie decidit Bl. c. 1. n. 6. de feud. non habent. propr. feud. natur. & weſenb. in tr. feud. c. 7. n. 9. Borcholt. in tr. feud. c. 6. n. 14.* 407

Quod item opinio habens: in feudis loco rei precium ſuccedere, cõmuniter ſit damnata, atq; exploſa: negatiua verò, huius contraria, precium non ſuccedere loco rei, in negocijs feudalibus, communi conſenſu recepta. *Vti decidunt Bl. in c. 1. n. 6. ſi de feud. vaſal. ab aliq ſuer. interpellat. Iaſ. in l. ſi eum ſeruum. n. 6. ff. ſi cert. petat. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 32. gl. 1. n. 20. & weſenb. d. c. 7. n. 9. Borcholt. d. c. 6. n. 14. conſil. Ipſenſ. quod extat poſt. queſt. Hartm. Piſtor. 27. lib. 2. n. 9.* 408 *

Sic quoq; non nocebit, quod attamen pecuniam hanc, in feudorum comparationem, conuerti oporteat:

Nam hoc in loco, reponitur vulgatum illud; quod nunquam, in toto iure, pecunia emtioni, vel comparationi alicuius rei deſtinata, atq; addicta: pro re cui deſtinabatur, aut addicebatur, habeatur. *Vti in ſpecie decidit Iaſ. in l. cet. ex. § ſed ſi paruerit n. 1. per ill. text. ff. de legat. 1. Felm. in c. ſium adeo n. 2. ext. de reſcr. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 110. Coraſ. in l. quilibet os. n. 42. ff. de rit. nupt. Alc. conſ. 181. n. 2. & 4. lib. 9.* 409

Concludamus itaq;, petitionis hereditatis

ditatis actionem, haud quaquam hîc perperam propositam.

Cetenim non facesit quoq; negocium illud: quod attamen M. in D; documenta illa, quæ edi, per M.in V. & L.peruntur, titulo pro herede, quodq; se æquè proximos, ac M. in V. & L. esse contenderent, acquisiuerint. Nam ne sic quidè petitio hereditatis eliditur.

401 Nam etsi non eamus inficias; quod contra titulo possidentem, actio petitionis hereditatis inefficax sit. *text. in l. hereditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ long. temp. præſcr. Br. in l. hereditatis. n. 1. C. de petit. hered. Iaſ in § actionum. n. 195. verſ. regulariter. ibi Zaſ. n. 38. verſ. hoc eſt quod dicitur. Inſt. de actionib. Aſſi. deciſ. 228. & deciſ. 374. n. 2. Menoch. in tr. de remed. poſſ. adip. remed. 1. n. 61. Piſtor q. 39. n. 39 lib. 2. Cacheran. deciſ. 56. n. 1. Couarr. præt. quæſt. c. 12. n. 2. Schaſt. Sap. in l. final. n. 114. ibi Zuch. n. 476. C. de edict. D. Hadr. toll. Marc. Ant. Natta conſ. 14. n. 11.*

411 Proindeq; dicendum videatur; M in D. petitione hereditatis non teneri. Cum possidere pro herede perinde sit, ac habere titulum. *toto tit. ff pro hered.*

412 Cogitandum attamen illud quoq; erit: quod illud, quod de titulo afferebatur, verum tantum sit, de titulo vero, & iusto, Vti sunt pro donato, pro emtore, pro soluto & reliqui eius generis tituli. *d. l. hereditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcr.*

Enimuerò hoc iure non vtimur, in hisce titulis, qui instar legitimorum titulorum non habent: nec enim hi, petitione hereditatis agentem repellunt; proindeq; cum ex eorum numero, & classe, hac in parte, titulus quoq; pro herede sit titulo pro herede possidens, petitionis hereditatis vim, aduersus se experietur. *l. regulariter. ff. de petit. hered. l. hereditatis. C. eod. tit. d. l. hereditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ long. temp. præſc. Zaſ in § actionum n. 37 ibi Iaſ. n. 194. Inſt. de actionib. Marant in tr. de ord. iudic. p. 4. diſtinct. 7. n. 4. Iaſ in l. 1. n. 6. C. de inoff. teſt. Sim. de Proet in tr. de vltim. vol. interpr lib. 5. dubit. 2. n. 333. Suchard. in Rubr. n. 6. C. de petit. hered.*

413 Quodq; consequens est, cum alio titulo quàm pro herede, M. in D. documenta quorum editio petitur, non detineant (pro herede enim possidet, qui sese heredem putat. *l. pro herede. ff. de petit. hered.*) haud ineptè aduersus eos, actio petitionis hereditatis, in iudicio proponetur. Quinimò, cum nunc longè sit certissimum M. in D. postumi heredes esse non posse: Reliquum illud tantum fit, ademtum quoq; illis pariter esse, vsum tituli pro herede, cosq; posthac titulum pro possessore
414 tantum, allegare posse. Interrogati enim, qua ratione instrumenta isthæc possideant, seu quod verius est, detineant, vix aliam fuæ detentionis causam, in medium proferte poterunt, quàm quia possideant, aut si mauis detineant. Quod proprie pro possessore possidere est. *l. qui interrogatus. ff. de petit. hered.*

Et quandoquidem hic pro possessore titulus, illo pro herede, longè adhuc sit imbecillior, cum & fur, & raptor, hoc vti possint. *l. nec vllâ & l. quod si in diem. § ſed & cum. ff. eod. tit.* 415

Rectè concludemus: cessare tantò minus actionem petitionis hereditatis. Veluti quod contra pro possessore possidentem, petitio hereditatis, locum sibi omnino vendicet in specie decidit ur, *in d. l. regular. & d. l. hereditatem. tradunt q, Iaſ. d. § actionum. n. 195. ibi Zaſ. n. 37. inſt. de action. reliquq, DD. paululum ſuperius adductis.* 416

Nec obstat, quod decisum extat: cũ quæreretur, an & is, qui scit se heredem non esse pro herede possideat Hadrian. respondisse, & hûc quoq; teneri. *d. l. pro herede. ff. de petit. hered.* 417.

Nam teneri hunc quidem rectè dicemus, sed non vt pro herede, sed vt pro possessore possidentem. *Vti in ſpecie decidit gl. d. qui interrogatus per ill. text. ff. eod. tit.*

Sciens prudensq; prætereo nunc, etiam cessante petitione hereditatis, remanere attamen adhuc intactam, familiæ herciscundæ actionem, & reliqua remedia. Proindeq; pondus aliquod obiectionem hanc, non habere. Porrò consideremus hoc in loco illud quoq; quod iuramentum neutiquâ competere desineret, etiamsi ex mutuo, consequenterq; stricti Iuris, actio esset instituta.

Omnis enim actio, quæ (*vt Br loquitur*) in mundo est, actionis restrictioris iuris naturam mutat: & actionis arbitrariæ naturam induit, quoties Iudicis præceptum, de edendo, exhibendo, vel etiam restituendo, rem petitam accesserit, eiq; præcepto paritum non fuerit. *Vti in ſpecie decidit Br in l. in actionib. n. 9. ibi Iaſ. n. 12. verſ. hiis præmiſſis. Dec. n. 4. verſ. quandoq; tamen. ff. de in lit. iur. Br. in l. ſi cum dos. § 1. n. 1. ff. rer. amot. Iob. de Iuol. in l. Neſen. § 1. n. 3. verſ. ſed potes dicere. ff. de re iudic. Iaſ. in § præterea. n. 24. Inſt. de actio. Plot. in tr. de in lit. iurand. § 22. n. 6. Aſſi. deciſ. 169. n. 6. Franc. Turzan. reg. 15. Menoch. in tr. de arbitr. Iud. quæſt. q. 5. n. 1. & per tot.* 418

Iam verò hîc Iudicis præceptum, de edendo, exhibendoq; omninò si petitum fuerit, accedere oportet. Quandoquidem comprobari, facili negocio, etiam ipsorum Aduersariorum confessione poterit. N. in D. documenta hæc, sub prætextu successionis postumi, arripuisse. Quam nunc assertionem; euanidam esse constat.

Quare cum secundum acta, & probata Iudex pronunciare teneatur. *l. illicitas. § veritas. ff. de off. præſid. Cott. in memor. in v. Iudex. l. 3. Tiraq. de vt. retr. p. 1. § 1. gl. 14. n. 58. Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 1. n. 2. verſ. tertio. Caſtr. dec. 1. n. 39. cum ſeqq. & deciſ. 79. ex n. 44. Gad. obſ. 17. n. 5. lib. 2. Capſerr. in tr. de num. teſt. p. 3. c. 1. n. 18. cum ſeqq. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 2. in pr.* Consequatur oportet, actionem hîc ex mutuo, breui arbitrariam futuram, siquidem huic præcepto, vel interlocutioni Iudicis, paritum non fuerit. 419

420 Eaq; ratione in actione ex mutuo quoq; (nec enim autoritare destituimur) recte in litem iurari, *in specie decidit Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 26. n. 1.*

421 Quid? quod secundum Iuris Canonici constitutionem, omnis contractus: *Vti in specie decidit Bl. in C. 1. n. 12. vers. ego puto ext. de plus petitionibus. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 22. n. 4. Iaf. in Leg. posl tres n. 27. ff. si quis caution. Seraph. de Seraph. in tr. de priuil. iur. inu. priuil. 31 n. 97.*

422 Consequenterq; actio omnis sit bonæ fidei. Cum obligationem ex contractu prodeuntem, matrem agnoscat actio ex contractu. *l. licet. §. ex obligatio pnderando verbum patit. ff. de procurat. gl. 1. Rubr. Inst. de verb. oblig. gl. in l. 1. in 7. Inflict. ubi Fort. Garz. n. 33. ff. de inst. & iur. Specidat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. n. 52. Br. in l. 1. in pr. n. 56. & 79. Inst. de actio. Exea in tr. de pact. n. 337. Bard. in tr. de tem. vt. & contin. c. 1. n. 1.*

423 Filia autem vbiq; matrem redolere; taliq; esse, qualis mater est, soleat. *Vti docet gl. in c. si quis in 7 mentionatur 6. q. 1. Speculat. tit. de feud. §. quoniam n. 14. Turaq. de ll. connub. l. 7. n. 10.*

Recte itaq; rursus inferemus, in omnibus quoq; strictis iuris actionibus, ad ius Canonicum quod attinet, iuramentum in litem porrigi.

Ceterum hoc iure meritò in omnibus, quæ ad sacramenti religionem pertinent, stamus. Vt superius in dubitandi rationibus, respectu iuris repræsentationis, commonstrauimus.

Sexto deinde M in D. argumento, respondemus per concessionem. Concedimus namq; , non nisi ob dolum, in litem iurari posse.

Interim verò pernegamus, M. in D; planè à machinationibus omnibus, vacuos esse.

424 Nam primo certum est: quod dolus probetur eo ipso, quod quis non restituit ea quæ restituere debet. *l. si procuratorem. §. dolo. ff. mand. l. in bona fide. ff. de pecul. l. 1. in fin. ff. depos. l. si. de Penna in l. quemadmodum. præsumt. 12. C. de agric. & censit. lib. 11. Mascard. in tr. de probat. concl. 531. n. 84. Cardin. Paruf. conf. 74. n. 34. volum. 1.*

425 Quin & eo ipso, quod quis non edit ea, ad quorum editionem tenebatur. *l. vbi exigitur. ff. de edend. Luc. de Penna. d. l. quemadmodum præsumt. 27.*

426 Sed & magis est, vt dicamus, eius quoq; qui partem aliquam edendorum ediderat, cum totum edere deberet, dolum probatum hoc ipso fore. *d. l. vbi. ff. de edend. Mascard. d. concl. 531. n. 94.*

427 Et deniq; dolus eo ipso probatur, quod quis occultat, rationes, scripturas, eiusq; generis documenta alia. *Vti in specie decidit Mascard. d. concl. 531. n. 156. & Baldum ibi ipsum quoq; voluisse, in vno suorum consiliorum attestatur.*

Iam verò apud omnes in confesso est: M. in D; non solum non restituere, M; in V. & L. documenta, ad illos, ceu postumi successores pertinentia: verùm etiam, editionem horum facere, recusare, quinimò illa ipsa quantum in eis situm est, occultare.

Qui itaq; hîc destitueremur requisito illo, iuramenti in litem principaliori, quod dolus est?

Secundò cuicimus etiam anteà, Iudicem obstrictum esse, M. in D. præcipere, atq; demandare, quo editionem patruelibus suis faciant. 10.

Sin itaq; obtemperarint, monitioni huic Iudicis, M. in D; tunc res bene sese habet: Sin minus nouæ rursus prodituræ sunt, actiones fraudulentæ.

Nam cum hoc absq; manifesta contumacia fieri nequeat. Is enim non solum contumax est, sed & iudici non obtemperasse (quod contumacia maius est. *teste Robert. Aurel. sentent. lib. 4. c. 21.*) rectè dicitur, qui quod extremum in Iurisdictione est non fecit, veluti si rem mobilem à se (quod proxime ad nostruum casum accidit) vindicari non patitur. l. vnic. §. is autem ff. si quis ius dicent. non obtemper. 428 429

Contumacia autem delictum. *Br. d. l. 1. §. fin. n. 9. ubi Iaf. n. 40. & in § si procurator. n. 3. ff. si quis ius dic. non obtemp. Iaf. in l. fine nostrum. n. 3. ff. de in lit. iur. Boer. in conjuct. Butrig. §. 18. gl. 1. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 3. n. 8. Ferrat. caut. 22. n. 3. Turaq. in tr. de pœn. cauf. 43. n. 6. Cora. / miscell. lib. 4. c. 2. n. 12. Lancil. Conrad. in tr. de offic. prætor. rubr. de contum. n. 11. Sadolet. in l. quod te. n. 25. ff. si cert. pet. at. Plot. in tr. de in lit. iur. in v. dafis. n. 5. C. de restit. in integr.* 430

Quinimo malefician lit. *gl. in l. si plures.* 431 *la. 2. in v. ratio. ff. de admin. tutor. Iaf. in d. l. vnic. §. vlt. n. 41. si quis ius dic. non obtem.*

Delictum autem, tantoq; magis malefi- 432
cium, dolum semper connunctum habeat. *§. item lex Cornelia, ponderando verba: Scius dolo malo Inst. de publ. iudic. Odof. in tr. de percuss. n. 10. Fr. Casan. in tr. de torm. c. 18. nu. 23. Ioh. Hannib. in Rubr. n. 215. ff. solut. matr. Rebuff. in l. vnic n. 376. C. de sent. quæ pro eo quod in. profer. Cardin. Paruf. conf. 154. n. 18. & conf. 167. n. 1. Volum. 4. Gerard. Mazoll. conf. 57. n. 1.*

Consequens dubio procul erit: hunc 433
quoq; , qui ius dicentis imperio non pater, in dolo constitutum fore, atq; versari. Vti hoc, ne emendicatis suffragijs, causæ fucum faciamus, in specie decidit, *Alex. de Imola. in l. vbi nu. 2. vers. in gl. ff. de edend. Luc. de Penna in l. quemadmodum. præsumt. 22. C. de agric. & censit. lib. 11. Mascard. in tr. de probat. concl. 531. n. 89. text. in l. non potest dolo care. ff. de reg. iur.*

Sicuti e diuerso, qui iudicis iussui, ob- 434
temperat, dolo omni prorsus vacat. Vti rursus scriptum reliquit *Cagnol. in l. non videntur. §. qui iussu. n. 1. ff. quo. iur. c. quod quis mandato de reg. iur. lib. 6.*

Neq; verò, à machinationibus excusa- tionem

tionem præstat M. in D; illud: quod pro nobilibus (*Ita enim propriè loquitur gl. d. c. illud 40. dist. quæ huius enunciati fundamentum est*) præsumatur.

Quod item ob fidem summam, qua nobiles pollent, tutò curiæ ciuitatis concredi possint: cum alterius ordinis hominibus, carcer loco mansionis obsignandus foret.

435 Nam præsumtio hæc obtinet, secundum quid tantum, & quatenus id, de quo agitur, ad nobilitatem pertinuerit. Vt seipsam declarat gl. d. c. illud dist. 40.

436 Iam verò, nobilitas, & editio instrumentorum, longè sunt separatissima.

Consequitur itaque, præsumtionem, quam indicabamus, huc non pertinere.

437 Quorsum illud quoq; referendum est, aduersus principem etiam, in litem rectè iurari, tunc etiam, cum nulla probationis difficultas apparuerit. *Vti in specie decidit Seraph. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 97.*

438 Quod si in litem sacramento, aduersus Principem locus est: consequenterq; principes quoq;, quandoq; in dolo constituantur: qui fieret, vt locus huic aduersus nobiles non foret, propter præsumtionem istam, quam modò recensuimus.

439 Accedat adhæc, quod plæriq; nostratium tradunt: Superbiam & fastum, perpetuas quasi nobilitatis esse pedissequas. *Vti in specie decidit Bl. in l. per adopt. lect. 1. n. 2. ff. de adopt. Luc. de Penna in l. militaribus in pr. vers. à natura quippe. C. de decur. li. 10. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 23. n. 2. & seqq. vbi Guilelm. Bened. Host. Ioh. And. Cæp. & Affl. idipsum quoq; voluisse testis est.*

440 Quare haud perperam, de nobilibus præsumetur, quod indicis dicto non obtemperantes futuri sint, præ reliquis inferiorum ordinum hominibus: sed quod in contumaciam futuri sint propensiores, insuper habita ius dicentis maiestate. Cum à superbia, & fastu, facilior ad contumaciam pateat aditus.

441 Et præterea hanc præsumtionem nobilitatis, etiamsi indiscriminatim in omnibus casibus procederet, vinceret attamen, vel præsumtio fortior, vel ipsa veritas. Vt sæpius iam admonuimus.

Cum itaq; fortiores hæ præsumtiones in præsentia non desint, ex enunciatis etenim, quæ superius stabilita, atq; confirmata sunt, res ipsa loquitur, dolum, ni maturè, iudicis iussui obtemperando anticipetur, in præsentia interuenire.

442 Nil aliud restat, quàm vt concludamus, præsumtionem à nobilitate stantem, hic succumbere. Cum eam ita declarari oporteat, vt locum reperiat si nobilis restituerit ea, quæ restituere debet: si ediderit quæ edere debet: si rationes, & alia eius generis documenta non cœlarit: si deniq; immorigerum sese aduersus ius dicentem, non præbuerit. Tunc enim demum pro nobilitate præsumtio stat: quæ euanescit, si in hisce omnibus, quicquam secus factum fuerit.

Sic quoq; diluitur alterum illud, quod sub hac SEXTA obiectione proferebatur: curiam nempè loco carceris nobili, ob abundantem in eo fidem, assignari posse: cum alius generis, & conditionis homines, iustè, in carcerem detruderentur.

Nam præter id, quod axioma hoc, ab 443
omnibus receptum non sit: quod item pluribus modis oppugnari, & tantum non expugnari possit: sed & plæræq; historiæ attestentur, quod sæpius nobiles quoq; à carceribus insuper habita isthac præsumtione, quæ à partibus nobilium stabat, aufugerint. Testatur namq; ipse Angelus (huius enunciati primus autor atq; Inuentor) Guelphum de Pratis, Bononiæ prætorem, summum vitæ discrimen adijsse, parumq; abfuisse, quin vltimo supplicio afficeretur: quod huic præsumtioni confidens, curiam cuidam nobili carcerem definiuisset, qui fide rupta, post deindè aufugisset: *Vti in scripta ex nostratibus immisère Ias. d. repet. l. admonendi. n. 163. ff. de iureiur. Felin. in c. cum contingat. n. 3. ext. de rescr. Ias. in auth. Iubemus. n. 12. versic. sexto. C. de iudic. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 31. n. 13. vbi Cottam. Alc. Hipp. de Marsil. Ioh. Lup. & Petr. Ger. idipsum referentes adducit. Tiraq. in tr. de nobilitate c. 20. n. 28. Royz. decis. Lituan. 4. nu. 49.*

Fallit etiam, si in contrarium effulserit veritas. Hanc autem rem aliter sese habere, ex ijs, quæ paulò antè adducta sunt, præclarè patet.

Eodem quoq; loco habebimus illud: causam quamlibet, stultam etiam & fatuam à dolo excusare.

Nam ne fatuam, & stultam denegatæ editionis quidem, hîc subesse causam, fatemur.

Nam etsi vidua B. à M; vt habet transactio Erphordiana, documenta hæc M. in D. tradiderit, cum noua illi obligatio offerretur. Hinc tamen ansam vllam, non faciendæ editionis, arripere licitum non est. Nec enim eo fine, aut intentione, M. in D. instrumentorum traditionem consequebantur.

Quare vt & sextum hoc Aduersariorum 444
fundamentum, tandem absoluamus, latet in eo fallacia secundum non causam vt causam. Cuius generis argumentationes vitiosæ sunt: *Vti tum ex Logicis alijs, tum ex Dn. Philipp. Melancht. in suis Dialectic. lib. 4. tit. fallacia secund. non caus. vt caus. addiscere licet.*

SEPTIMA dehinc obiectio illud vult: vltra dolum difficultatem quoq; probationis adesse oportere, Vt ad iusiurandum in litem perueniri possit.

Verum

445 Verum ad id respondetur primò: quod enunciatum hoc, locum tantummodò sibi vindicet, in strictis Iuris actionibus: in ijs namq; quæ bonæ fidei sunt, ob solum dolum, in litem iusiurandum defertur, etiamsi nulla probationis difficultas assuerit. *Br. in l. cum furti. n. 2. ibi Paul. de Castr. n. 4. ff. de in lite iurand. Br. in Linumnis. n. 7. ibi Castr. n. 8. Raph. Fulgos. n. 3 ff. cod. tit. Alex. de Imola. in l. in actionibus. n. 17. ibi Ias. n. 40. vers. limita. ff. cod. tit. Prat. Pap. in for. lib. in act. real. in v. & in florenos. n. 31. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 22. n. 1. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priu. 31. nu. 96.*

Enimuerò hîc, in bonæ fidei actionibus versamur. Nam vel petitione hereditatis, vel familiæ herciscundæ actione, hîc actum est. Quarum vtraq; bonæ fidei est.

Non itaq; hîc præter dolum, difficultatem probationis exigemus, priusquam ad iuramentum in litem perueniamus.

Deindè, allegatio quoque hæc frigida satis est, posse hîc per viduam B. à M. tutores-que eiusdem, facile satis, quid, quale, quantumue, postmortem B. a M. reliquerit, comprobari.

Nam præter id, quod incertum sit, an vidua, tutoresq;, inter viuos adhuc agant, nec ne: facilè quoq; cuiuis assequi licet, tradidisse eos hæc omnia iam dudum obliuioni.

446 Cum enim obliuio longi temporis cursu, decem nimirum annorum introducatur: *gl. in l. licet in v. temporis. C. de acquir. poss gl. in l. 1. ibi Br. n. 9. Ias. n. 48. Sichard. n. 42. C. de feru. fugit. Ias. in l. 2. §. ex contrario. n. 5. 2. ff. de acquir. poss. Capyc. decis. 52. n. 3. Paris. de Put. in tr. Syndic. §. fundatur etiam officiali si aliquo tempore. n. 3. Tiraq. in tr. de præscr. §. 1. gl. 4. ad fin. vers. sed multò plures, vbi hanc magis communem opinionem esse attestatur Tiraq. in tr. de iur. constit. limit. 21. n. 4. Mascar. in tr. de probat. concl. 1122. n. 1. Seraph. in tr. de iuram. priu. 5. nu. 12. & pruid. 42. n. 3. Ioh. Hannib. in l. naturaliter. n. 98. ff. de vsucapion. Alex. de imol. conf. 7. n. 9. lib. 4. Gozad. conf. 9. n. 35. Burfat. conf. 47. n. 19. Hipp. de Marsil. conf. 20. n. 23. & conf. 34. n. 9.*

447 Quinimò in fœminis, ob sexus fragilitatem, longe minori tempore: *Menoch. d. casu. 26. n. 3. Mascard. d. concl. 1122. n. 11. Burfat. d. cons. 47. n. 19.*

448 Sed & biennij spacio, præsumatur. *Vt in specie decidit Mascard. d. concl. 1122. n. 18. per trad. Grammat. & Cephal. in loc. ibid. adducti.*

Qui fieret, hanc viduam, tutoresque solos, omni tempore, firmiter, recenterq; tenere, omnia, quæ ante viginti plus minus annos, contigerunt?

Esto itaq;, versari nos in tali casu, dicamus, vbi difficultatem probationis, cum dolo coniunctam esse oporteat: sat difficilem attamen habebimus probationem, Vltra, & præter dolum.

449 Tertiò respondetur iuris esse apertissimi: & præterea receptam inter omnes traditionem: quod toties probatio difficilis esse, rectè dicatur: quoties res, quarum nomine iusiurandum in litem petitur, subijci sub aspectum nequeunt. *Hoc namq, sentit Br. d. l. in actionibus. n. 22. ff. de in lit. iurand. Ias. in l. si quando. n. 34. C. vnd. vi. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 4. n. 33. vbi hanc receptam esse sententiam testatur est. Seraphin. in tr. de iuram. priuil. 15. n. 4. vbi Bartoli sectatores omnes reliquos esse, dicit. Prat. Pap. in form. lib. in action. real. in v. & in florenos. n. 31. vers. illud autem Mascar. in tr. de probat. concl. 934. n. 8. Cardin. Paris. cons. 74. n. 7. vol. 1.* *

Iam verò documenta hæc, nisi edantur, aspectui oculari subijci nequeunt.

Consequitur itaq; rursus, difficultatem hîc adesse probationis: proindeq; obiectionem SEPTIMAM amplius constare non posse.

Porrò vt & OCTAVÆ quoq; obiectioni, contra heredem scilicet in litem iurari non posse, satisfiat: sciendum est: M. in V. & L; negare hîc, quod aduersus M. in D; cæu heredes egerint: & è diuerso affirmare, quod illos conuenerint, ex dolo proprio, in non restituendis ijs, quæ edi: in occultandis documentis ijs, quæ palàm ante oculos omnium esse, debuerant, commisso.

Quoties enim heres conuenitur, præterea, quod ea, quæ in hereditate defuncti repererat, non exhibuerat, vel restituerat: non ob defuncti factum, sed ob dolum proprium, conuenitur. *l. alio iure. C. de in lit. iur. vbi text. est ad literam.* 450

Non obstat itaq; OCTAVA quoq; hæc obiectio. Quoties enim contra heredem, non ob dolum defuncti: sed ob dolum proprium, postulatur à iudice iurisiurandi in litem delatio: petitis obsecundari oportet: Nec refert, an heres cum inuentario: an verò sine inuentario hereditatem adierit. *l. si quis. & d. l. alio iure. C. de in lit. iurand. Br. in l. 1. C. eod. tit. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 48. n. 21. vers. fallit secundo Borgnin. Cauale. in tr. de tut. & curat. n. 61.* 451

Nil quicquam quoq; hoc casu intereret, an actione arbitraria: an verò bonæ fidei, contra heredem agatur. *Vtin specie decidit Plot. d. §. 48. n. 21. arg. l. qui restituere. ff. de rei vindic.* 452

AD NONAM postea obiectionem, replicamus, in confesso esse: quod opinio, quæ habet: interesse petentis editionem instrumentorum, alio, quàm iureiurando, modo probandam esse, communiter sit damnata, atq; explosa: è diuerso verò recepta sententia sanxit: interesse petentis instrumentorum editionem, omnimodo sacramenti religione probari. Ita namq; in indiuiduo scriptum reliquit *Br. in l. 3. §. condemnatio. n. 3. ff. de tabul. exhib. Br. in l. vlt. n. 9. ff. eod. tit. Br. in l. 1. in pr. n. 5. ff. quemadm. test. aper. Br. in l. thesaurus. ff. ad exhib. Paul. de Castr. in l. quadam. in pr. n. 2. ff. de tdend. Masuer. in addit.* 453 *

in addit. ad prax. Rip. in for. lib. quo petit. cap. instr. v. cum anno, mense & die, & in v. cuius interest. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 3 1. n. 7. Roman. cons. 83. n. 3.

454 Consequitur itaq;, hanc in consulendo, iudicandoq; se quondam illam verò insuper habendam esse: cum non minus recepta sententia, sed receptior in hisce casibus attendi debeat. Vti sepius iam comprobatũ, memini.

455 Et præterea etiamsi communi suffragio recepta esset, prior illa opinio: non tamen rursus reipsa obstaret. Loquitur enim eo tantummodo casu, cum adhuc incertum est, an editionem fieri petentis interfit: nec ne: Hocq; casu interesse, absq; alijs adminiculis, solo iuramento probari negat. Vt ex accuratiori inspectione eorum, qui has partes tuentur, quilibet facili negocio videre poterit.

Atenim hæc ratio in præsenti casu omninò cessat.

456 In DECIMA obiectione, fallacia à dicto secundum quid, inest: quod enim dicitur, quod facultas iurandi in litem, ad heredes eius, qui in litem iurare equidem poterat, non pertingat, certo tantum respectu verum est: & quatenus heres, minus cognita, exploratáq; habuerit ea, quorum ratione in litem iurare vult, quàm ipse defunctus. Quod si totius negocij seriem, non minus perspectam habuerit heres, quàm olim defunctus habebat: nihil plane discriminis inter heredem, defunctumq; constituendum erit: sed & heres quoq; ad iurandum in litem, tunc admittendus erit. *Ita in specie decidit Bl. in c. 1. n. 2 ibi Aluar. n. 2. si de inuest. int. dom. & vasal. liu oriat. Alua. in c. 1. ante n. 1. vers. in textu de content. int. dom. & vasal. de inuest. tit. 1. Ias. in L. si quando. n. 51. & seqq. C. vnde vi. Ias. in l. admonendi. lect. 1. n. 119. ff. de iurejur. Ias. in l. penult. §. hoc autem iudicium. n. 7. ff. ne quis eum, qui intus vocat. est vi exim. Cott. in memorabil. in v. iur. facultas. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 29. n. 3. vers. & limitantur. Consil. Ingolstad. quod habetur post consil. Modest. Pist. 27. n. 83. vol. 1.*

Apage itaque fis, cum obiectione quoque hac DECIMA.

Nam hîc, M. in V. & L; rem totam cognitam, perspectamque habere, ex Transactione Erphordiana; ex literis item Reuerfalibus, à vidua B. à M; M. ipsis datis; ex nouæ item transactionis formula, inter ipsos M. conscriptæ: & deniq; ex transactione Lipsensi: possunt.

457 Quare dubium non est, quin Iudex petitionem hanc, magni æstimare possit: quod item de quantitate magna M. in V. & L. in litem iurare possint. Eo ipso enim quod traditur: Iudicis taxationem, seu moderationem, duplum veræ, & communis æstimationis, superare non posse: *Vti in specie decidit Br. in l. vnic. n. 20 ibi Rebuff. n. 289. C. de sent. quæ pro eo quod int. profert. Ias. in l. videamus. §. deferre. n. 4. ff. de in lit. iur. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 49. n. 25. vbi hoc commune Interpretum Enunciatum esse testiu est.* * *Quod item effatur. Masc. in tr. de prob. concl. 934. n. 33.*

Intelligitur, Iudicem suas partes rectè tuiturum, si vlq; eò, moderationem seu taxationem suam instituerit: quodq; consequens est, vsq; eò quoq;, pars rectè in litem iurabit.

Quid? quod partes M. in V. & L. pro- 458
pugnet, illa iuris præsumtio, qua heres qui ex numero liberorum, ascendentium, cognatorum, atq; propinquorum est, notitiam eorum habere, quæ defunctus gesserat, censetur. Quapropter eorundem ratione, rectè iurare poterit. *Bl. in d. c. 1. §. vlt. n. 2. vers. nota filios per ill. text. ibi Aluarot. n. 5. Matth. de Affl. n. 14. si de inuest. int. dom. & vasall. liu oriat. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 29. n. 4. Tir. aq. de vt. retr. p. 1. §. 2. gl. 2. n. 2. Ludouic. Roman. cons. 290. n. 5.*

Sed & heredi extraneo nihil obstabit, 459
quò minus tale iuramentum præstet, dummodò communi, cum suo autore defuncto, domicilio vsus fuerit. Hinc enim eum ignarum non fore, eorum quæ ad defunctum pertinebant, præsumtio oritur. *Vti in specie decidit Plot. in d. tr. de in lit. iurand. §. 29. n. 4. vers. item quando.*

Et in summa, quoties heres, se plenè de 460
negocij veritate instructum, iuraturum, fassus fuerit: mos ei gerendus erit: nisi aduersarius rei veritatem heredi latere, Iudicem edocuerit. *Vti rursus in specie decidit Plot. d. §. 29. n. 4. vers. fc. sed vbi non constat.*

Euanescit itaq;, DECIMA quoq; hæc obiectio.

Ceterum vt ad VNDECIMAM quoq; obiectionem, fieri nempe non posse, vt actor, qui nihil probarat, reum ad iurisiurandi præstationem compellat, descendamus: resoluitur hæc responsione duplici.

Et primò quidem, negando M. in V. & L; nihil hîc probasse.

Nam ex transactione Erphordiana fidem iam fecerunt, quod documenta quæ iure successorio ipsorum erant, ad manus M. in D. peruenerint. Id enim syllabatim in transactione Erphordiana, expressum est.

Cum itaque, ipsam rei substantiam iam habeamus: aduersarij haud iniuria compellentur, vel documentorum horum editionem facere: vel iurato asserere, quot, qualiáq; ista fuerint, & de qua summa locuta sint.

Nam si actor, qui nihil probarat, com- 461
pellere reum, vt iuret, nequibit; is me hercle actor, qui de fundamento intentionis suæ, legitimè fidem fecerat, compellere reum, vt quantitatem, quam actor ob instrumentorum occultationem, à reo commissam, ignorat, iurato aperiat, omnimodo poterit. Sumto nimirum argumento à contrario sensu, quod in Iure vt frequentissimum, ita quoq; fortissimum est. *d. qui testam. §. mulier. ff. de testam. l. ex eo ff. de testib.*

ff. de teſtib. Iaſ. in l. 1. n. 36. per ill. text. ff. de offic. eius cui mand. eſt. utriusd. Euer. an top. in loc. à contr. ſenſu. in pr. Schenck. c. 1. in pr. n. 8. de feud. guard. & Caſtald. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 3. n. 24. Sylu. in tr. feud. q. 109. n. 50. Tiraq. in l. ſi vnquam in v libertis n. 35. & in v. filios. n. 1. C. de reuoc. donat. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 6. gl. vnic. n. 5. Cacher. deciſ. 32. n. 4. Reuber. in tr. de teſtib. p. 1. n. 7. Cauale. in tr. de tut. & curat. n. 83. & 84.

462 Deindè expendamus quoq; illud: quod huius cauſæ deciſio vera, ex Saxonum iure petenda ſit: quod item Saxonum inter actorem probantem, & nihil probantem, nil quicquam diſcriminis conſtituat: ſed vtroq; caſu, ad libitum actoris, qui alijs probationum generibus, vti noluerit, iurare reus cogetur. Cuius rei ſuperius ratione decidendi 15. fides facta eſt.

Sic quoq; duplex ad obiectionem DVODECIMAM patet reſponſio.

Primò enim negamus, hîc, ob factum defuncti, à M. in D; iuramentum efflagitari: ſed ideò hoc ab eiſdem experi, vt iurent, quæ, qualiaq; documenta, ad præſens negocium pertinentia, in hereditatibus ſuorum offenderint. Quapropter de facto proprio iurabunt.

463 Deindè etſi de eo, quod fecerat defunctus, iurare deberent. Cogitandum attamen erit, talem in iure Saxonum extare diſpoſitionem expreſſam, quod etſi heres, cui iuramentum delatum eſt, certò & conceptis ſacramenti verbis, affirmare non cogatur, rem ſeſe, hoc vel illo modo habere: iure tamen compelli heredem, vt iurato vel affirmet, vel neget, an quippiam eius rei, cuius nomine iuramentum exigitur, nec ne, cognitum exploratumq; habeat, & an credat, nec ne, debiti quod petitur nomine, defunctum obligatum fuiſſe. *Ita in ſpecie decidit Zobel. in addit. ad art. 6. v. ſiue negauerit, &c.* Landtrecht *lib. 1. gl. German. art. 11. n. 5. eine gloſſe verſ.* Keine es auch / *ex* Landtrecht *lib. 3. quam refert & ſequitur Chil. Koning in ſuo proceſſ. c. 66. n. 4.*

Eiuſcemodi autem ſolummodo iuramentum, per M. in D. præſtari petimus.

Collabitur itaque DVODECIMA obiectio.

Nec his quicquam refragatur Tomingij autoritas deciſ. 45. quo in loco Tomingius haſce gloſſæ autoritates impugnare videtur. Etenim ſi penitius introſpexerimus Tomingium, ſtatim hunc, gloſſæ aduerſum non eſſe: verùm etiam cum gloſſa facere apparebit.

464 Nam hæc genuina eſt Tomingij ſententia: gloſſam de qua hactenus egimus, obtinere non poſſe, ſi eius autoritate quiſpiam aſſerere vellet, heredem compellendum, vt iurato, præciſe rem, cuius ratione iurabatur, vel affirmet, vel neget, eoq; tantummodo caſu procedere poſſunt rationes, quas in contrarium adducit: Ceterum minimè repugnat, quin heres iuſtè, vt de ſcientia ſua (vber ſeiner wolbewuſt vnd wiſſenſchafft) iuret, cogatur. *Vt ibidem ex n. 9. videre eſt.*

Sed nec illud faceſsit negocij quicquam, 465
quod Tomingius ſæpius, à collegio Iuridico Lipſenſi, reſponſum latum eſſe commemorat: heredem non cogendum, vt iuramentum, quod defuncto iam delatum erat, acceptet: nam idem & nos volumus, heredem nempè minimè ſub eadem formula verborum, qua defunctus iuraturus erat, iuraturum: hîc quippè, vel certò affirmare, vel diſertè negare, neceſſe habebat: at interim nihilominus iuramentum præſtaturum: ſed de ſcientia tantum, & ſub hac verborum clauſula, quàm paulò antè tetigimus.

Porrò, nec id quidem, alicuius momen- 466
ti eſt, quod adijcit: ab actore tunc operam dandam fore, vt intentionem ſuam alijs legitimis modis, vijsq; comprobet: hanc enim declarationem recipit, ſi ſcillcet actor ferre recuſarit, vt de ſcientia tantùm iuret is, qui nomine hereditario conueniebatur.

Deniq; nec illud moramur, quod Gloſſam hanc, lege deſtitui, Tomingius aſſerere auſit. *Toming. d. deciſ. 45. n. 15.*

Etenim etſi hoc ita ſit, ſcimus tamen 467
gloſſæ autoritatem ſolam ſufficere, vbi legem non habemus. *Vti alios in id adducendo docet Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 5. n. 25. in pr. Hipp. Rimin. alias item autoritates adducens. in Rubr. n. 62. C. qui adm.*

At fac Tomingium expreſsim ſeſe, gloſ- 468
ſæ Iuris Saxonici oppoſuiſſe: eius tamen autoritas tanta non erit, Vt gloſſæ autoritate valedicere iuſſa, Tomingij autoritatem ſectemur. Quid enim vetat, idipſum, quod de autoritate Gloſſæ Iuris Ciuilis tradidêre Interpretes, ad gloſſas quoq; Saxonici Iuris traducere? gloſſæ nimirum autoritatem, reliquas omnes Doctorum autoritates antecellere. *Vti in ſpecie decidit Br. in l. vt vim. n. 8. ad fin. ibi Iaſ. n. 34. Zoanett. p. 1. n. 105. ff. de uſt. & iur. Bl. in l. cum hereditas. n. 2. C. depoſit. Vu. com. opin. lib. 1. opin. 182. ad fin. ſere. verſ. nec recedendum. Thom. Ferrat. caut. 17. n. 2. Hipp. Ruminald. in d. Rubr. n. 61. C. qui adm. Hipp. Rimin. in l. ſi emancipati. n. 128. C. de collationib. Z. af. conſ. 3. n. 67. vol. 2. Rol. a Valle conſ. 14. n. 39. & 40. volum. 3.*

Item veritati ſeſe coniungere eum, qui 469
gloſſæ veſtigia ſequitur. *Vti in ſpecie decidit Bl. in l. fin. §. neceſſitate. n. 11. in fin. C. de bon. quæ lib. Iaſ. d. l. vt vim. n. 34. ff. de uſt. & iur.*

Quid? quod ipſe Tomingius, vel inui- 470
tus fateri cogitur, opinionem, quam fouet (ſiue hanc eius propriam: ſiue totius collegij Iuridici Lipſenſis communem eſſe dixeris, perindè erit) ſatis æquam Principi Electori Saxoniæ Auguſto, &c. Conſiſtorioq; eius non viſam cum ab herede, iuramentum credu-

dulita-

dulitatis iurari posse, constitutione in id lata sanxerit. Teste ipsomet Toming. d. decis. 45. nu. 17.

DECIMATERTIA deinceps obiectio, vitio fallaciæ secundum quid, laborat.

471 Quod enim de relatione iuramenti, ad modum Iuris Saxonum delati adductum est, eatenus tantum procedit, quatenus nimirum is, cui iuramentum refertur, rei veritatem scire poterit. Quod si per rerum naturam impossibile est, vt de totius rei, atque negocij vera ratione, quicquam certò constet ei, cui iuramentum relatum est: minimè tunc iuramentum subibit: sed iurabit is, cui ab initio deferebatur, vel veritatis quod vocant iusiurandum, vel illud, quod credulitatis, nostrates dicere maluerunt, secundum casuum occurrentium diuersitatem. *Ita ipsam in specie moderatur gl. Germanic. d. art. 11. Landrecht. lib. 3. & sequitur Köning. d. c. 66. n. 3.*

Idque cum iure planè congruit. *Vtin specie decidit Br. in l. iusiurandum & ad pecunias §. ait* * *prætor. n. 13. ibiq; communis Interpretum schola. ff. de iureiur.*

Iam verò per rerum naturam, M. in V. & L; iurare nequeunt, qualia documenta, in hereditate M. in D; fuerint reperta: aut quæ quantitas in ijs fuerit expressa.

Nec enim, cum M. in D. familiam herciscerent, ipsi affuerunt. E diuerso verò, de his omnibus, quàm optimè M. in D; constare oportet.

Consequatur itaq; necesse est, M. in D. iuramentum illis delatum referre, nullo modo posse.

At inquies, concluseras attamen superiùs, in resolutione obiectionis DECIMÆ: M. in V. & L; ad iurandum in litem, satis de negocij qualitate esse instructos, atq; informatos. Qui itaq; hic, sub prætextu ignorantiæ, eos, quò minus iuramentum relatum præstent, excusabis?

Nam & hoc facili negocio discutitur. Aliud enim, diuersumq; est iuramentum in litem, Vtpote in quo de interesse tantum iuratur, quodq; præcedit iudicis moderatio, atq; taxatio: aliud verò est præsens iuramentum veluti in quo iurandum sit, rem ita sese certò habere.

Ab vno itaq; ad alterum argumentari velle rationabile non est.

At esto ita, rei veritatem, benè M. in V. & L. callere dicamus: non tamen iuramentum ab eis delatum referri illis posse, propterea affirmandum erit.

472 Nam communem habemus Iuris theo-
* ricam, quæ vult: quo in ijs casibus, vbi vel de rebus occultatis, vel clàm subductis agitur, iuramentum referri nequeat. *Vti in specie decidit gloss. in l. Marcellus v. permittisse ff. rer. annot. Br. in l. iusiurandum & ad pecunias §. ait prætor. n. 13. ibi Raph. Fulgosius pr. Alex. n. 3. Iaf. n. 4 vers. in eadem gl. ff. de iureiur. Br. in l. lege Cornelia §. hac lege, ante n. 1. ff. de iureiur. Panormitan c. vlt. n. 11. ext. de iureiur.*

Quo iure, tum potissimum vtimur, cum is, cui delatum est iuramentum, meliùs, quàm is, cui refertur, rei veritatem nouit. Vti omnes ferè modo adducti, Iasone excepto, tradunt.

Atenim hîc de rebus occultatis, atque subductis agitur.

Cessabit itaq; merito iuramenti relatio.

Restat nunc obiectio DECIMAQVARTA eademq; vltima: quæ habet remittentibus actiones suas, regredi ad eas non licere.

Ceterum hæc quoq; obiectio, caret præmissis suis. Quandoquidem M. in V. & L; vt sæpius iam indicauimus, remissionem vllam feciſſe, vehementer negent.

Etsi enim cautio M. in D. reddita sit: id tamen non ab ipsis M. in V. & L; sed à vidua B. à M. fiebat.

Proindeq; intertrimento vllo, illis esse non poterat.

Sicuti quoq; siluisse illos ad hæc, non nocet: Sciebant enim, hanc cautionis redditionem, ad se non pertinere; quinimò cautione hac reddita, ius suum nihilominus saluum fore.

Quid? quod iam debita sibi exigere incœperint, etiam perfecta iam Erphordiana translactione, priusquam cautionis redditio reipsa fieret.

Quid? quod paucis hebdomadis post, noua inter agnatos M; Lipsiæ celebrata sit transactio: qua conueniebat vt feuda omnia, quæ postumus B. à M. reliquerat, indiuisa remanerent, donec lis de pecunia hac inter illos exacta, competentem quoq; determinationem recepisset.

Vt de Epistolis M. in D; ad M. in V. & L. datis, & alijs transactionum formulis, posteà conscriptis, in præsentia nihil dicam.

Quare, cum iuris sit apertissimi: quod 473
quo animo quisq; fuerit, eo tempore, cum actus gerebatur, vel celebrabatur, probetur ex ijs, quæ post deindè secuta sunt. *§. pauonum Inst. de rer. diuis. l. sed Iulianus §. prouide ff. ad S.C. Macedon. gl. in l. Fulcinius §. vtrum. in v. animus ibi Br. §. quod sit autem. n. 4. ff. quib. ex caus. in poss. eat. gl. in l. apud Celsum. in v. causa. ff. de dol. mal. except. Cacher. decis. 71. n. 33. & dec. 90. n. 19. Ign. in l. necessarios §. non alias. n. 236. ff. de S.C. Syllan. Seraph. in tr. de iuram. priu. 1. n. 49. Sim. de Proët. in tr. de vlt. volunt. interpr. lib. 1. interpr. 2. dubit. 1. solut. 2. n. 14. Mascard. in tr. de probat. conclus. 95. n. 7. Dec. cons. 422. n. 13. Cephal. cons. 3. n. 28. Rol. à Valle cons. 77. n. 33. vol. 1. Crau. cons. 77. n. 10. cons. 332. n. 15. cons. 657. n. 25. cons. 697. n. 10. & primo (duplicatus enim est numerus) cons. 729. n. 15. cons. 747. n. 20. cons. 836. n. 10. & cons. 969. n. 13.*

Ex ijs, quæ sub tempus transactionis Erphordianæ contingebant, animum remittendi colligere, res impossibilis ferè erit.

At fac, remissionem aliquam interuenisse hîc dicamus: non tamen ex eo confirmari poterit DECIMAQVARTA hæc obiectio.

Quandoquidem enim M. in D; post deindè in transactione Lipsensi, nec non in noua transactionis formula, quæ posteà harum partium gratia concipiebatur, bonam fidem agnouerunt, & se 9000. persoluturos omnium litium nomine, receperunt: eò res redit, vt haud immeritò, M. in D. vicissim illud ius, quod per cautionis redditionem adepti fuerant, remisisse asseuerenus.

474 Habet enim recepta apud Interpretes
* sententia: æquè ac ex redditione instrumenti, quæ à Creditore debitori fit, tacitum pactum de non petendo gignitur: ita è diuerso pristinam obligationem debitoris rediuiuam, tacito quodam pacto fieri si debitor, denuò post restitutionem semel à Creditore factam, obligationis literas, creditori rediderit. *Vti in specie decidunt Br. in l. 2. n. 6.*
* *ibi Iaſ. n. 7. Fortun. Garc. n. 5. vbi hanc communem esse opinionem atteſtatur. ff. de pact.*

Quod si ex sola instrumenti redditione, rediuiua fit obligatio: aq; tacito pacto priori discedit, iurisque inde producti fit remissio: hoc multò magis dicendum erit, cum non debitori tantum tabulas, semel redditas restituit creditori debitor: sed expressim, se aliquot florenorum millia, post persoluturum, quam tabulas receperat, promittit.

Quare, vt & hanc DECIMÆQVARTÆ Obiectionis resolutionem finiam: regula: remittentibus actiones suas, M. in V. & L. damni quicquam non affert.

Nunc verò videamus, quodnam ex pluribus illis, quæ hactenus attigimus, iuris remedijs, eligamus, quo deinceps vsuri simus.

Et sane quantum mea fert opinio: satius erit, petitionis hereditatis actionem proponere: & Aduersarijs ex permissione iuris Saxonici iuramentum super ea deferre.

Nam etsi actio ad exhibendum quoq; haud ineptè proponeretur ex ea tamen propterea, minus vtiliter hîc agi, videbatur mihi.

475 Nam cum actio ad exhibendum præparatoria tantummodò sit rei vindicationis *l. 3. §. interdum. ff. ad exhibend. Iaſ. in §. præterea n. 42. Inſt. de action. Gabr. Mudæus in §. omnium verſic. aut cum eo. n. 12. ibi Zaſ. nu. 27. Inſt. eod. Iaſ. in Rubr. n. 1. C. de edend. Sichard. in l. 1. nu. 1. C. ad exhib.*

Duplici videbatur hîc opus fore processu: vno, quo petimus editionem fieri: altero, quo agimus, vt edita instrumenta, nobis vindicare, habereq; liceat. Id autem ob expensas temporisq; dispendium, è re M. in V. & L. fore, non videbatur.

Nec obstat quod actio ad exhibendum 476
& vindicatio simul iungi, vnicoque libello proponi possint. *gl. in l. 1. in v. neceſſaria. ff. ad exhibend. gl. in l. 1. in v. inſtituitur. ff. de interrog. actionib. Speculat. in tit. de Iudic. §. vlt. n. 1. Br. in l. qui de inofficioſo. n. 4. ff. de inoffic. teſtam. Zaſ. in d. §. omnium. n. 26. Inſt. de actionib.*

Nam primò hoc tutum adhuc vndique 477
non est, cum non desint, qui hanc cumulationem permissam esse planè pernegent. *Vti in ſpecie vult. gl. in l. 3. in v. actura. ff. ad exhibend.*

Quare rursus hasce duas actiones cumulantes, perderemus tempus. Dum in illum disputationum Labyrinthum incideremus, an connexio harum duarum actionum, concedi deberet, nec ne.

Deindè, etsi doctrina eorum, qui a- 478
ctionem ad exhibendum, cum rei vindicatione coniungi posse statuunt, contradictorem haberet neminem: astringitur tamen illa ipsa, à suis met sectatoribus: Vt cumulatione eiusce modi facta, prius tamen, de editione, deinde verò de vindicatione cognoscere debeat prætor. *Vti in ſpecie decidit gl. d. l. 1. v. neceſſaria. ff. ad exhibend. Speculat. d. tit. de iudic. §. vlt. n. 1. Sichard. in Rubr. n. 8. c. ad exhib.*

Quare rursus in eundem lapidem impingeremus. Vt taceam aliàs cautum esse, non admodum magnum huius actionis moribus, quibus nunc vtimur, vsum esse. *Teſte Weſenbec. in parat. C. ad exhib.*

Easdem deindè difficultates patitur rei 479
vindicationis actio. Et præterea accedit quoque illud: quod dominium (quo non probato causa cadet, rei vindicationem instituens. *l. in rem actio. ff. de rei vindicat. l. vlt. C. eod. tit. Iaſ. in l. non amplius. §. cum bonorum. n. 10. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ſi is cui. nu. 11 ff. eod. tit. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 26. ff. de acquir. poſſ. Affl. deciſ. 40. n. 3. Maſcard. in tr. de probat. concl. 536. n. 1. Rub. in l. Titia Seio. §. Imperator. n. 190. ff. de legat. 2. Alex. conſil. 94. n. 13. vol. 2. Crau. conſ. 157. n. 4.*)

Probatu longe sit difficilimum. *Vti in ſpe-* 480
cie decidit Br. in l. rem alienam n. 6. verſ. ſed quia hoc probare ff. de pignor. action. Br. in l. rem quæ nobis. n. 1. ad finalis Alex. n. 11. Iaſ. n. 28 ff. de acquir. poſſ. Abb. in c. ſæpè. n. 3. ext. de reſt. ſpoliat. Paul. de Monte Pico. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. n. 5. ff. ſi cert. petat. Nicol. Boër. deciſ. 42. n. 25. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. queſt. caſu 42. n. 1. Menoch. in tr. de remed. poſſ. adip. rem. 4. nu. 927. Maſcard. in tr. de probation. concl. 535. nu. 1. Caſtr. conſ. 133. nu. 1. volum. 2. Alex. conſ. 4. n. 10. volum. 2. Dec. conſ. 42. nu. 12. Cardin. Pariſ. conſ. 104. n. 101. volum. 1. vbi hanc eſſe communem ſententiam teſtis eſt.

Quin-

431 Quinimò non sufficiat, in rei vindicatione, ad obtinendam victoriam, vt dominium proprium probet vindicans: sed & oportet vt dominium autoris, seu eius, à quo causam habuit, ostendat. *Vti in specie decidit Br. in l. cum res.nu. 5. & n. 10. C. de probat. Matth. de Affl. decis. 23. n. 4. & decis. 40. n. 3. Mascard. d. conclus. 535. nu. 2. vbi hanc receptam esse sententiam attestatur. Alex. conf. 111. n. 1. vers. dico quod sufficeret. lib. 4.*

432 Præterea, hoc casu, satis non est, dominium, coniecturis, & præsumtionibus, aut semiplenè probari: sed oportet, vt plenè probetur: cum semiplenè probato dominio, ne iuramentum quidem, in supplementum probationis, deferatur. *Vti in specie decidit Iaf. in l. admonendi lect. 1. n. 112. & lect. 2. n. 146. vers. ex ista ratione Baldi. ff. de iureiur. Mascard. d. concl. 536. n. 2. & 3.*

433 Nec iuuat, quod attamen rei vindicatio, & Publiciana (quæ illi datur qui causam à non domino habet. *§. namq; si cui ibi Iob. Fab. n. 7. Ioh. de Plat. n. 32. Angel. n. 7. Iaf. n. 7. Zas. n. 7. Inst. de actionib l. 1. ff. de Public. l. si ab eo. ff. de pignor. Neguzant. in tr. de pignorib. 3. membr. 2. p. p. n. 64. Conf. Ingolstad. quod legitur post. consil. Modestus. Pistor. 27. n. 15.*

434 Vndè facilior ad probandum patere videtur via. Quis enim ignarus est, factu facilius esse, vt me causam à non domino, quàm à domino habuisse probem? *gl. l. 1. v. à non domino. ff. de Public. in rem act. Neguzant. d. n.*

435 *64.*) Cumulari, simulq; proponi queant. *c. abbas sanè in pr. ibi gl. in v. iure dominij vel quasi de re iudic. lib. 6. Aug. Arct. d. §. sed ista. n. 11. ibi Zas. n. 35. qui hanc ambarum actionum coniunctionem, & cumulationem moribus receptam affirmat Inst. de action. Gail. obs. 62. n. 5. lib. 1. Speckhan. cent. quæst. 1. q. 66. n. 9. consil. Ingolstad. post d. conf. Modestus. Pist. 27. n. 23. Natta conf. 200. n. 1.*

Nam etsi hæc inficias non eamus: fatendum tamen quoq; simul erit, plurimum quoq; operis, laborisq;, requiri in id, vt requisita Publicianæ actionis edoceantur.

436 Et præterea, adigi forsitan M. in V. & I. possent, ad optandum, eligendumq; alterutram harum actionum. Iure namque petit reus, vt actor, qui duo pluraue iuris remedia, vel actiones proposuerat, cogatur, vnam ex pluribus aptare, atq; eligere. *Vti in specie decidit Speculat. in tit. de actionib & petit. §. sequitur. n. 8. Br. in l. cum proponas n. 3. ibi Iaf. in fin. C. de transaction. Alex. in l. si constante. n. 19. ff. Solut. matrim. Marant. in l. si actor. nu. 36. ff. de procuratorib.*

437 Vndè noua rutius irrueret difficultas. Si enim Publicianam retinerent, de vero autem, directo, quæ dominio probarent, causa caderent. Constituti namq; iuris est, in Publiciana, non vincere eum, qui dominium directum probat: sed reum absoluendum esse. *Vti in specie decidit gl. in d. l. 1. v. à non domino. ff. de Public. Angel. Aret. in d. §. sed ista. n. 11. Inst. de action.*

Et è diuerso, si lubitum fuisset, rei vindicatione experiri: probarent autem quasi dominium tantum, vel se causam à non domino habuisse, victi rursus discederent. Cuius rei superiùs iam fides facta est. 438

Et quamuis non negem, quod sententia lata in Publiciana, non pariat rei iudicatæ exceptionem, respectu vindicationis. nec è diuerso. *Vti in specie decidit Ang. d. §. sed ista. d. n. 11. Inst. de actions.* 439

Quodq; Publiciana agens, si victus fuerit, rei vindicatione post deinde experiri non prohibeatur, *& è diuerso gl. §. namq; si cui. in v. dict. vers. quamuis Inst. de actionib. gl. d. l. 1. v. à non domino. ff. de Public.* 440

Nouis interim processibus, nouisq; impensis, Vt & aliis incommodis nunc nihil dicam, opus attamen erit.

Et præterea tam rei vindicatione, quàm etiam Publiciana, sola instrumenta; non attamen ipsa debita, de quibus instrumentum loquitur, conseq uimur.

Abstinendum itaq; esse, ab hisce remedijs omnibus, censeo.

Ceterum ne officij quidem Iudicis imploratio placere mihi hac in parte satis potest. Nam etsi incogniti Iuris non sit; editionem instrumentorum, sæpius, Iudicis quoq; officio implorato, impetrari. *l. 1. ibi gl. Br. n. 2. El n. 5. Salyc. n. 5. Iaf. n. 6. Dec. n. 20. Ripa. n. 19. Curt. n. 8. Ioh. an. de Vtcomer cat. n. 13. Purpurat. n. 37. Alcyat. n. 36. & Ludouic. Gozad. nu. 21. qui hanc omnes ferè receptam esse sententiam affirmant. C. de edend. Abb. in c. 1. n. 25. ibi Felin. n. 32. ext. de probat. Iaf. in l. Aristo. n. 3. ff. de acquir. hered. Nicol. Bellon. supput. lib. 2. c. 11. n. 3. vbi & communem hoc pronunciatum pronunciat.* 441

Tamen inter ipsos quoque interpretes satis adhuc non constat, quemnam modum, huic officii Iudicis implorationi, præscribant. 442

(Sunt enim nonnulli, qui hoc officium Iudicis, quod ad edendum datur, mercenarium faciunt: contra dicentibus alijs, hoc nobile esse. *Vt ex Decio. d. l. 1. n. 20. C. de edend. & alijs paulò antè adductis videre est.* 443

Sunt item, qui hoc officium Iudicis, siue nobile, siue mercenarium, non ad ipsam editionem: sed ad causæ cognitionem tantum, absque cuius interuentu, reus actori editionem non facit (*Vti in d. l. 1. C. de edend. l. citur*) trahant. *Vti facit Castr. d. l. 1. in pr. C. de edend. & item alij ex superiùs adductis.*

Sunt rursus, qui implorationе hac officij Iudicis, editionem non expediri: sed præparatorium illud solummodo esse, actionis in factum, qua post implorationem hanc, secutumque Iudicis iussum, ad interesse 444

esse contra non edentem, agitur, asseuerant. *Vti in specie placet Salyc. in d.l. 1. n. 5. C. de edend. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Bellon. suppur. lib. 2. q. 11. n. 3.*

495 Sunt deniq; qui huic officij Iudicis implorationi, tum demum locum fore, velint, cum editio ab eo petitur, qui hanc facere ob officium, quod gerit, cogitur. *Vt facit Br. in d.l. 1 cell. 1. n. 7. & 9. & Iac. 2. n. 5. C. de edend. & ibid. alij.*

496 Verbi causa cum ab argentario, vel notario editio poscitur. *Br. d.l. 1 n. 8. C. de edend. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone limit. 9. n. 12. ff. de verb. signific. Blanc. in tr. de comprom. q. 4. n. 28. vers. & tenendo hanc partem, ad fin. vers. Dec. cons. 22. n. 2. vers. & hoc idem.)*

Et præterea officij hac Iudicis implorationc, ad summum, ipsa quoq; tantum instrumenta nanciscamur: & noua deinde actione, ad debiti ipsius exactionem, opus erit.

Repudiemus itaq; & hoc genus remedij.

497 Sic quoq; familiæ herciscundæ actionem sinamus. Nam etsi hac quoq; ad editionem rectè experiamur: non ramen locum sibi vendicat, nisi aduersus coheredes tantum. *Vti in specie decidit Abb. in c. 1. n. 25. ext. de probationib. Ioh. Fab. in §. qui tdaui. n. 6. ibi Ioh. de vlat. n. 7. Aug. Aret n. 3. Ias. n. 1. Zas. n. 8. Gabr. Mud. n. 5. Inst. de action. l. 1. ff. fami'. hercisc. l. cum putarem. ff. eod. tit l. si ex pluribus. ff. de heredit. vel act. vend.*

Atenim hic M. in D; coheredes esse, ipsi negabamus.

Et deniq; ne iuramentum quidem in litem simpliciter sibi deferri, petere consultum erit.

498 Nam etsi Iudex detulisset in litem sacramentum, fas tamen nihilo minus erat aduersario, testes, aliusq; generis probationes producere, in eum finem, vt iudex edoceatur, rem aliter sese habere, ac in litem iuraturus asserere audet. *Br. in l. 2. §. si à pupillo. n. 6. ff. pro emtore. Abb. in c. proposuisti. n. 1. ibi Felin. n. 3. ext. de probat. Abb. in c. continebatur. n. 7. vers. & in fin. gl. ext. de desponsat. impub. Ias. in l. si quando. n. 27. C. vn. vi Colta in memorial. in v. damnum. Masuer. in addit. ad pract. Pap. in for. respons. rei conuent. in v. iurisiurandi addit. penult. & vlt. Cacheran. decis. 61. nu. 8. Mascard. in tr. de probat. concl. 934. n. 23.*

Id quod rursus, litem haud leuiter, prolongare posset.

499 Vtamur itaq;, quod reliquum est, petitionis hereditatis actione. Hæc etenim ea est, qua simul ad editionem instrumentorũ, & ad quantitatis debitæ dissolutionem, cum effectu agimus. In petitione hereditatis enim rectè concluditur: Vt quis declaretur heres, & hereditatem ad se pertinere, vel ex asse, vel ex vncijs certis. *Br. in l. veluti. n. 3. per ill. text. ff. de petit. hered. Br. in l. licet. n. 2. ff. eod. tit. Br. in l. 1. n. 4. ff. quor. bonor. Br. in l. 2. n. 2. C. de sent. quæ sine cert. quantit. Affl. decis. 35. n. 1. Ias. in §. actionum. n. 214. Inst. de actionibus. vbi complures idem tenentes recenset Zoett in addit. ad pract. Pap. in for. lib. quo petit. hered. ex testam. v. coram vobis. Felin. in c. 2. n. 11. ext. de libell. oblat. Coraf. in prælud. l. qui liberos. nu. 38. ff. de vitu nupt. Conarr. pract. quæst. c. 12. n. 1. Rimnald. in Rubr. n. 192. C. qui admitt.*

Vtque reus, iudicis officio compellatur, 500 ad restitutionem rerum ad hereditatem pertinentium. *Br. in d. licet. nu. 2. ff. de petit. hereditat. Br. in l. 1, n. 7. vers. item aduerte. ibi Ias. nu. 29. ff. de edend. Abb. in c. 2. n. 23. ext. de libell. oblat. Ias. d. §. actionum. n. 214. ad fin. Inst. de actionib. Conarr. pract. quæst. c. 12. n. 1. Cacheran. decis. 74. n. 6. & n. 12. Capiferr. in tr. de num. resol. p. 3. c. 2. n. 41.*

Vna cum fructibus perceptis & perci- 501 piendis. *Item veniunt. §. fructus. ibi Br. n. 2. ff. de petit. hered. l. sed & si lege §. sed & fructus. ff. eod. tit. l. 2. C. eod. tit. Ias. d. §. actionum. nu. 211. Inst. de action.*

Nec non accessionibus alijs. d. l. item 502 veniunt. *§. item non solum. ff. de petit. hered.*

Quodque consequens est, vsuris etiam; 503 cum & hæ accessiones sint. *arg rubr. ponderando verba: omnibus accessionibus ff. de vsur. l. 1. C. de petit. hered.*

Nec distinguemus, an hæ res corporales 504 vel incorporales fuerint. Cum omnium nomine, petitio hereditatis competat. *Br. in l. 1. n. 11. C. quor. bonor. Ias. d. §. actionum. n. 209. Inst. de actionib. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 1. n. 6.*

Neq; verò his occurrit, primò illud, quod 505 explorati Iuris sit, ob faciliorem probationis viam, satius esse, vt interdicto quorum bonorum experiamur. *gl. in l. 1. v. petiturus. ibi Br. n. 6. & n. 10. C. quor. bonor. Br. in l. 1. nu. 4. ff. eod. tit. Matthesil. sing. 2. Ang. Aretin. in §. quadruplis. n. 37. Inst. de action. Dec. in l. final. n. 15. C. de edict. D. Hadr. toll. Cacher. decis. 99. n. 37. vbi hanc magis receptam esse, testis est. Dec. cons. 56. n. 1. & cons. 663. n. 2. Cardin. Par. if. cons. 12. n. 32. vol 2. Craw. cons. 158. n. 12. Goz. adin. cons. 12. n. 11. cons. 50. n. 2. & cons. 99. n. 2. Nicol. Bellon. cons. 35. n. 6.* * *

Nam ad id parata iam est responsio: 506 quod adhuc vndiquaquam exploratum non sit, num res verè sese, ita habeat, nec ne. Etenim non desunt, qui id minime verum esse contendant, & in possessorijs quoq;, plenam probationem requirant. *Vti ex Menoch. complures alios referente, & tum verorem, tum à pluribus receptam attestantem tr. de remed. poss. adip. remed. 1. n. 96. & in tr. de remed. poss. recup. remed. 15. nu. 408. & seqq. videre est.* * *

Et quamuis hæc controuersia in medio non esset: controuersum attamen adhuc remaneret illud: an interdictum quorum bonorum ratione rerum incorporalium, detur.

Et licet

507 Et licet ratione rerum incorporalium,quæ quasi possidentur, forsitan sententiæ affirmanti, magis applaudatur. *Vti rursus ex Menoch.d.remed.1.n.83.apparet.*

508 Ratione tamen nominum hereditariorum,id verum non erit. *Vti est textus cui alsq; cauillo,vix respondere poterit in l. 2. ibi Ripa. n. 1. ff. quor.bonor.Ang.d.§.quadrupli. n. 39. Inst. de action. Menoch.d.remed.1.n.72. Roman.cons.311.n.6.vers. considerandum,& ibi Horat. Mandos. in addit. Steph. Bertraud. idipsum quoq; tenentem,adducit.*

Hoc itaq; interdicto agere, frustrà erit. Etenim hic de nominib. hereditarijs res est.

509 Et præterea consideremus quoq; illud: quod etsi leuiusculæ admittantur forsitan, in quorum bonorum interdicto probationes: minor tamen è diuerso huius interdicti quoque sit efficacia. Solam enim,nudamq; auocat possessionem. *l.1.ff.quor.bonor.Menoch.d.rem. de remed.poss.adip.rem.1.n.4. Harim. Pistor. q.39. n.5. lib.2.*

510 Rursus etsi solidioribus probationibus in petitione hereditatis opus sit: maior tamen huic quoq; actioni inest efficacitas:nempe qua non possessionem, sed plenam proprietatem consequimur. *l.si inter me, & te. ff. de except.rei iudicat.*

Valedicamus itaq; interdicto quorum bonorum, & petitionem hereditatis ex contrario amplectamur.

511 Secundò dilui quoq; illud facile potest: quod nec petitioni hereditatis quidem aduersus debitores hereditarios locus sit. *Vti in specie decidit Ang. Aretin. in §. actionum.n. 68. vers.fic. an autem debitor,& ibi Inf.n.205. Inst. de actionibus. l.si debitor.ff.de petit hered.*

512 Nam nec ob id quidem,petitionem hereditatis institutam esse, infrugiferum erit. Cum illud certò consteat: debitorem hereditatis, minus rectè petitione hereditatis conueniri,ita demum, si scilicet se heredem non esse ostenderit. Quod si,quia heres est, se persoluturum negat,haud frustrà erit,aduersus eum,petitione hereditatis agere. *d.l.si debitor.ibi Bt.ff.de petit. hered. Aug. Aretin.d.§. actionum.n.68.vers.an autem debitor.ibi Inf.n.205. Inst. de act.Cacheran.decis.74.n.16.Vbi Abb. idem volentem adducit.*

Iam verò hîc, M. in D; hereditatis postumi B. à M.debitores sunt, seq; simul. M. in V. & L. coheredes esse, prætendunt.

Iure itaq; aduersus eos hereditatis petitione agitur.

Tertiò non nocet quoq; hereditatis petitioni,quod tamen primo horum M. in V. & L. qui nunc viuunt parentibus, successio postumi debebatur: quodq; ab ijs demum, ad hos, qui nunc in viuis sunt, successio transmissa sit.

Nam nec ob id quidem actio petitionis hereditatis cessat. Nam etsi verum esse videatur: quod primus tantum heres petitione hereditatis, res ex successione sibi debitas, sibi vindicare possit. Cum hoc iure vtamur, quo sermo simpliciter prolatus, de primo quoquo exponatur: eoq; conficiatur, atq; finiatur. *L. boues. §. hoc sermone. & ibi Tiraq. in pr. n.1.ff.de verb.signif. Felin in c.2.ext. de treug. & pac. Iaf.in l.apud Iulianum.§.si quis alium.n.12. ff. de legat.1. Affl.decis.314.n.5. Tiraq.de vt. retr. p.1. §. 8. gl.7.n.2.cum seqq. Decc.in tr.de testam.coniug. lib.5. c.26.nu.6.* 513

Respondetur attamen huic,rectè per id: quod obiectio hæc in præsentia minime vera sit. Cum diserte legibus prospectum, atque interpretibus traditum videamus, milleſimum etiam heredem, à primo herede petitioni hereditatis rectè experiri. *Ita namq; expressim legitur apud Bt in l.pater familias primis tabulis nu. 2. ibi Iaf.n.3.ff.de vulg. & pupill. Br. in l. si quis filium.§.vlt.n.4. per ill.text. ibi Iaf.n.3. ff. de acquir.hered. Cyn.in l. vlt. n. 1. vers. item inducitur. ibi Br.n.2.C.de hered.instit. Br.in l.si defensor.§. illud.n.3. ff.de interrog.action. Ang. Aret.d.§. actionum. nu.64. ibi Iaf.n.186.& 187. Inst.de actionib. Tiraq. de vt.retr.p.2.§.1.gl.6.n.21.* 514

Heres enim heredis, semper & vbiq; primi quoq; testatoris heres est. *l.vlt.C.de hered. instituend. Roman.sing 683. Bertach. in tr. de gabell. p.1.2.n.13. Pyrrh.in conquet. Aurelian.tit.de feud.c.67. Bl.in c.1.§ fin.n.9.de contron.inuest. Cott.in memoral.in v.heredis.d.1.& in v.heres.el.2. Zoanett. in l. 2.n.30.in fin C.de pact.inter.emt.& vendit.Capyc. decis.115.n.7. Tiraq.de vt.retr.p.2.§.1.gl.6.n.20. Tiraq.in tr.de mort p.2 declar.3.per tot.& p.4. declar. 4.n.2. Tiraq.in l.boues.§.hoc sermone.p.1.n.75. ff. de verb.signif. Hac tm. Pistor.q.21.n.2.libr.1. Menoch. in tr.de remed.poss.ff.adipisc.remed.4.n.237. Borch.in tr.de pact.c.2.nuuis.3.nu.22. Borch.in tr.feud.c.7. p.2.n.89.* 515

Nec obstat quod sermo simpliciter prolatus,de primo solummodo, intelligatur.

Verum enim duntaxat erit, in sermone ab homine prolato: non autem in sermone, quem vel lex vel statutum protulerat. *Ita in specie decidit Bl.in l.veluti.§.hæc vox.n.1.per ill.text. (quem §. legit sub l. si quis ex argentariis) ibi Iaf.n. 10.vers.alio modo (qui hunc §.legit sub. §. prætor ait. eiusdem l. si quis ex argentarijs) ff. de edend. Raph. Cumanus.in l.si cum decem §.si post.n.2.ff. solut. matr. Tiraq.in d.l.boues.§.hoc sermone limit.9.n.1. Alex. cons.81.n.8.vol.3. Roman.cons.504.n.2.ibi Horat. Mandos.in addit.Dec.cons.512.n.7.* 516

Lex enim semper loquitur. *l.1.ff. de constit.ex leg.& l.Arriam.C.de hæretic. Br.in l.vlt.n.3. ff.de Regul. Catonian.* 517

Sed &,si legis dispositio,ad primum tantum coarctaretur, manca mutila & imperfecta efficeretur: cum tamen legem vnidquaquam perfectam esse oporteat. *l.1. C. de hu quib. vt indig.* 518

Quare hæc iuris maxima ad nostrum

casum non pertinet. Cum hîc de dispositione legis, non autem hominis, tractetur atque agatur.

Deniq; rationem quoq; illud non habet: quod petitio hereditatis naturam bonæ fidei actionis immutet, & naturam actionis stricti iuris induat, quoties actio, quæ in hereditate reperitur, quamq; heres petitione hereditatis persequitur, restrictioris naturæ fuerit. Verbi gratia: si mutui nomine, quis hereditati obligatus fuerit, heresque, vt debitum soluat, petitione hereditatis egerit. *Ita in specie decidit. Iohan. Fabran §. actionum. nu. 19. ibi Iaf. nu. 24. Zaf. nu. 39. Inst. de action.*

Nam etsi hinc dicendum videbatur, exclusas hac ratione M. in V. & L; à præstatione iuramenti in litem fore; melius tamen re penitius considerata sperare oportet.

Nam primò, facilè omittere iuramentum in litem possumus, cum iuris Saxonici remedia adhuc supersint.

Et præterea quælibet etiam stricti iuris actio, in arbitrariam commutatur, si iussum iudicis accesserit, illiq; paritum non fuerit.

Quare vt finem tandem his imponamus, concludo 1. Erphordianam transactionem M. in D. nihil opitulari.

2. Nec etiam iure repræsentationis, iuuare sese illos posse.

3. Plura præsto esse remedia, quibus id, quod cupimus, Iudicem edoceamus: & inter hæc petitionem hereditatis, quæ proponetur, eligendam esse.

Quæ omnia iuri putarim esse consentanea. F. P. D.

Idem respondit Facultas Iuridica Francofurtana. Quid deinde de hac lite factum sit, ipsemet nescio. Credo autem fratre primogenito, ex M. in V. & L. paulò post interemto, reliquorum socordia, rem totam neglectam fuisse. Vti in rebus communibus fieri assolet.

CONSILIVM III.

SVMMARIVM.

1. *Administratores Rerumpub. tenentur de neglectis indistinctim.*
2. *Item de lata, leui.*
3. *Nec non leuissima culpa.*
4. *Et de ea, quæ est admissa ab ipsismet, & rursus de admissa à collegæ eorundem.*
5. *Quod potissimùm verum est ratione pecuniæ publicæ ipsis concreditæ.*
6. *Administrator siue officialis pub. quis.*
7. *Administratori imputatur, si non inquisierit, quæ inquirere ratione officij, quod gerit, tenebatur.*
8. *Ad Administratorem pertinet, si debitores Reipub. fiant non soluendo.*
9. *Administrator tenetur de neglectis, & de culpa, etiam finito officio.*
10. *Administratoris officium finitur morte.*
11. *Administratorem finito officio non conueniri, ratione contractuum initorum ab eo durante officio: sed nec ex iisdem agere posse, quatenus verum sit.*
12. *Administrator voluntarius arctiùs adhuc astringitur, quàm necessarius.*
13. *Administrator potest cogi, ad sæpius reddendas rationes.*
14. *Etiamsi quietationem, de rationibus perfectè redditis, accepisset.*
15. *Administratoris heres, Reipub. obligatus est, ad reddendas rationes.*
16. *Administrator, de ijs, quæ detrimento vel incremento Reipub. esse possunt, reliquos collegas admonere tenetur.*
17. *Respublica ad instar minorum restituitur.*
18. *Id quod non solùm in Romana Repub. verum etiam in alia qualibet verum est.*
19. *Administratoribus pluribus competit administratio in solidum.*
20. *Administratio, quando plurium in solidum est, tunc vnus reliquis non conuocatis, omnia potest, quæ ere esse administrationis arbitrabitur.*
21. *Administratio volentibus reliquis collegis, vni soli demandari potest.*
22. *Administratio, quoties conceditur, toties simul conceduntur ea, sine quibus expedirè non potest.*
23. *Administrator vnus, rebus ad alterius administrationem spectantibus immiscere se ne non debet.*
24. *Consuetudo excusat à culpa.*
25. *Administrator inferior obtemperans iussui superioris, culpa vacat.*
26. *Quæstor excusatus est in ijs omnibus, quæ facit iussu eius, cuius stipendia meretur.*
27. *Administrator adhibens diligentiam, quam potest, excusatur.*
28. *Par in parem imperium non habet.*
29. *Potentiorum malam gratiam reuereri, iusta verecundia est.*
Potentioribus pares esse non possumus.
30. *Admi-*

30. Administrator de iis tantum rationem reddere tenetur, quæ ad manus eius peruenerant.
31. Administrator, qui de datis & acceptis librum rationum conficit, & coram in id deputatis personis rationem reddit, satisfacit officio, quod gerit.
32. Administrator consequitur liberationem plenam, eo ipso, quod rationes eius, à calculatoribus constitutis approbantur.
33. Administrator heredi eius amplius non sunt molestandi, si gubernatores Reipub. reliqui rationibus ab iis redditis, nihil illis controuersiæ posth ac mouerunt, per unum alterumq; annum.
34. Cortei plures debendi, non conueniuntur, nisi præcesserit executio eius, cui ex eis soli, pecunia numerata fuerat.
35. Excussio, quomodo rite recteq; peragatur.
36. Administrator tenetur de culpa collegæ sui, qui soluendo amplius non est.
37. Exceptio ordinis datur administratoribus publicis.
38. Debitores Reipub. quo ordine conueniantur.
39. Exceptio doli, datur reo aduersus actorem, facto eius læsum: reumq; à solutione debiti, quod petebatur, immunem facit.
40. Dolo me esse circumuentum, quomodo probe.
41. Culpa leuissimæ administrator publicus non accusatur.
42. Administratoris heres, non facilius inde locupletior, ob culpam leuem defuncti frustrà conuenitur.
43. Collegæ qui sint dicendi.
44. Præsupposito amoto corruit assertio.
45. Retortio optimus contrariorum dissoluendorum modus.
46. De culpa administratoris, rigida & exacta nimis diuquisitio instituenda non est.
47. Culpa administratoris leuis illa est, cum non facit id, quod quilibet diligens paterfamilias fecisset.
48. Diuitiæ probantur fama communi.
49. Culpa caret, qui credidit pecuniam sine fideiussoribus ei, qui communiter opulentus habitus est.
50. Culpa omnis abstergitur, resciente, & tacente eo, in cuius damnum hæc culpa vergebat.
51. Culpam omnem interuenire oportet, aut in initio, aut in medio, aut in fine actus.
52. Principum iram merito expauit scimus.
53. Negocium vtiliter gerit is, qui ita gerit, vt Princeps, ad indignationem non concitetur.
54. Culpa ob non factam inuestigationem eorum, quæ quis inuestigare tenebatur, tollitur accedente probabili, & iusta ignorantia, non inuestigantis.
55. Ignorantia probabilis est ea, cum contra hominem illo, qui se pro idoneo gerit, quiq; communiter idoneus habebatur.
56. Non inuestigans inuestiganda excusatur, ob temporis angustiam.
57. Principum preces iussus sunt.
58. Principum mandata sæpius repetita, absq; metu postponi non possunt.
59. Administrator, qui exactioni debitorum publicorum præpositus non est: non tenetur quoq;, etiamsi hi, non soluendo facti sint.
Officiarorum promiscuis actionibus non turbanda ibid.
60. Quæstor quis.
61. Fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, euertit argumentum cui inhæret.
62. Administrator, qui talem debitorem elegit, quem quisq; diligens paterfamilias elegisset; qui deinde negligens, in exigendo eodem, non fuerit, versatur extra periculi aleam.
63. Non entis nulla sunt qualitates.
64. Minor non debet iudicare maiorem.
65. Negligentia in illum non cadit, qui rem ad exitum perducere, morte præuentus, non potuit.
66. Petitionis principij vitium, argumentum in quo latet, concidere facit.
67. Administratores voluntarij qui.
68. Argumentum à tutore, vel curatore, ad administratorem rerum ad ciuitatem pertinentium, valet.
69. Tutor finito præsertim officio, tenetur tantum de culpa leui.
70. Rationes quando sæpius reddendæ.
71. Rationes administratoris publici vt iustæ sint, quid debeant continere.
72. Quietatio accepta, quando non liberet quem, à sæpius reddendis rationibus.
73. Demonstratio rei iam demonstratæ frustrà suscipitur.
74. Administrator quando excusetur, etiamsi reliquos administrationis socios certiores non fecerit.
75. Dictum Doctoris secundum legem quam allegat, intelligendum.
76. Interpretatio l. Titium. §. 1. ff. de administ. tut.
77. Ex separatis illatio vitiosa est.
78. Argumentum à partium enumeratione, non facta sufficienti earundem enumeratione, non valet.
79. Respub. est, Ergò restitui debet, consequentia non valet.
Minor est, Ergò restitui debet, consequentia non valet. ibid.
80. Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.
81. Læsio quæ causari, & non causari potest, ex euentu futuro, non est habenda in consideratione.
82. Administratoris bona Reipub. tacitè sunt obligata.

85. *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non vtitur priuilegio.*
86. *Et quando id verum non sit.*
87. *Priuilegium potentius quod.*
88. *Minor non restituitur aduersus Rempub. nisi agat de damno vitando, respub. verò certet, de lucro captando.*
89. *Argumentum à minore ad Rempub. valet.*
90. *Respub. non restituitur aduersus minorem, nisi cum Respub. in damno, & minor in lucro positus est.*
91. *Respub. aduersus Respub. quando restituatur.*
92. *Minorem, maiori adhuc fauore, quàm Rempub. iura prosequuntur.*
93. *Solutione facta alteri, quàm cui fieri debebat, perinde est, ac si facta nunquam fuisset.*
94. *Solutio non creditori facta, non nocet verò creditori.*
95. *Aliud est respub. aliud persona eius, qui Respub. præest.*
96. *Qualem quisq; se dicit, talem se quoq; esse probabit.*
97. *Solutio non potest fieri personæ communi.*
98. *Etiamsi filius fuerit.*
99. *Administratori Respub. non potest solui nomine Reipub. nisi ex communi decreto ordinis decurionum.*
Argumentum à maiori validum in iure ibid.
100. *Procurator falsus, recipiendo pecuniam alienam, non obligat se, neq; ad ostendendum mandatum, neq; ad liberationem soluentis præstandam.*
101. *Procurator falsus dicitur etiam is, qui nullum planè mandatum habet.*
102. *Liberatio à reddendis rationibus, simul liberationem, à culpæ latitiæ, non præstat.*
103. *Debitor vxoris, non liberatur soluendo marito.*
104. *Inter administratorem & Rempub. tanta coniunctio non est, quanta inter maritum & vxorem.*
105. *Antianis siue administratoribus Reipub. quæ sunt demandata, demandata ijs censentur, non vt singulis, sed vt collegio.*
106. *Solutio rectè fit negociorum gestori.*
107. *Et quando id verum sit.*
108. *Argumentum à negociorum gestore, ad administratorem Reipub. non valet.*
Argumentum à minori affirmatiuè, non procedit.
109. *Negocium cum illo geri dicitur, quo autore, rationes distrahuntur.*
110. *Soluens negociorum gestori, ex contractu cum illo non celebrato, quando liberetur.*
111. *Solutio negociorum gestori facta, vt producat liberationem, oportet ratihabitionem domini accessisse.*
112. *Procuratori generali ad negocia rectè soluitur.*
113. *Administrator Reipub. habet mandatum cum libera.*
114. *Solutio Abbati pro monachis rectè fit.*
115. *Etiamsi hic abbas ad abbatiam iure non peruenerit.*
116. *Argumentum à tutore vel curatore ad administratorem Reipub. valet.*
117. *Soluens tutori plenè liberatur.*
118. *Æquiparata sunt vtrius, eiusdem, natura, virtutis, qualitatis.*
119. *Solutio rectè fit vni ex pluribus tutoribus.*
120. *Et quando id non procedat.*
121. *Soluens tutori remoto, vel suspecto, non consequitur liberationem vllam.*
122. *Solutio, vt alicui rectè fiat, sufficit eum vel semel tantum probatæ vitæ fuisse.*
123. *Soluens officiali, quem scit paulò post, ab officio remotum iri, in culpa non est.*
124. *Soluens mandato eius, ad quem rerum administratio spectabat, liberatur.*
125. *Administrator omnia ea potest, quæ hactenus administratorem facere consueuerunt.*
126. *Solutione administratori facta, plena adest liberatio.*
127. *Siue is sit mas siue femina.*
128. *Administrator Ciuitatis omnia potest, quæ procurator speciale mandatum habens.*
129. *Soluens administratori vniuersitatis, vel Ecclesiæ, liberatur, etiamsi is administrator, pecuniam acceptam, in vsum vniuersitatis, vel Ecclesiæ, non conuertisset.*
130. *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
131. *Ratihaberi possunt ea, quæ administrator gesserat, præter vel contra mandatum.*
132. *Et etiamsi ea solutum fuisset Reipub. debitum, præter, vel contra mandatum.*
133. *Damnum quisq; sibi imputare debet, quod sua culpa sentit.*
134. *Consilium nemo potest immutare, in detrimentum alterius.*
135. *Soluens negociorum gestori simpliciter, non tenetur, nisi in subsidium, & hoc negociorum gestore excusso, & non soluendo apparente.*
136. *Soluens fisco, priuilegium fisci consequitur, & reliquis creditoribus omnibus præfertur.*
137. *Soluens Creditori priuilegiato, eius quoq; priuilegio fruitur.*
138. *Soluens Reipub. fruitur priuilegio Reipub; competenti.*
139. *Excepto in casibus exceptis, regulam labefactat.*
140. *Solem facibus accensis illustrare, opus non est.*
141. *Prior Ciuitatis, quem priorem esse notorie constat, non tenetur docere, de hoc suo priuilegio.*
142. *Argumentum à coniuncta persona, ad administratorem, rectè non deducitur.*
Administrationis pars quædam est, recipere debitæ pecuniæ solutionem ibid.

Ab ad-

Ab administratione dicitur administrator ibid.

Administrator esse non potest, qui non habet alicuius rei administrationem.

141. *Coniuncta personæ, suo coniuncto, coniuncta manet, etiam absq; administratione bonorum vlla.*

142. *Coniunctæ personæ, quæ & administrationi rerum præest, recte solvitur.*

143. *Fallacia consequentis, destruit argumentum cui inest.*

144. *Solutio rectè fit, procuratori, speciale mandatum habenti.*

145. *Fundamento destructo corruunt omnia, superius extructa.*

146. *Procurator falsus, quatenus non teneatur, ostendere mandatum, aut præstare liberationem.*

147. *A dolo quilibet alienus esse præsumitur.*

148. *Controversum maximè quod est, præsupponi non debet, seu certum.*

149. *Fallacia non causæ vt causa, vitiosum efficit argumentum, in quo latet.*

150. *Solutio pro vxore marito fieri quatenus non possit.*

151. *Respub. non habet bona paraphernalia.*

152. *Coniunctio quamuis artissima, nunquam tamen solutionem, coniunctæ personæ factam, iustam efficit.*

Administratio iustam facit solutionem administratori factam, quamuis in pœnitus extraneus fuerit.

153. *Solutio rectè fit loco vxoris marito, quoties is administrationem habet bonorum paraphernalium.*

154. *Solutio si marito pro vxore rectè fieri potest, propter administrationem simplici itaq; administratori, solutio multò magis rectè fiet.*

155. *Vxor potest ratam habere solutionem marito factam: quo casu soluenti vlterius, molestiam vllam exhibere nequit.*

156. *Consules & Senatores Civitatum hodie successerunt ordini decurionum.*

157. *Antiaris ciuitatum, quando quid commissum censetur. Vt singula.*

THEMA.

VOsos esse hactenus, Ordines Prouinciarum N. N. & N. certis quibusdam Præfectis, certis item quæstoribus, qui rem nummariã curarent, nemo est, qui neſciat.

Ceterum quæstorum officium hoc fuit, obsequi illis, qui rei summæ præfecti erant. Præfectorum verò quæstoribus indicare, quæ exacta esse, vellent.

Cum itaq; proximis retrò annis, præfecti officio defungeretur N; quæstoris verò N; contigit, vt summa quatuor millium thalerorum esset conficienda.

Quam quidem summam præfectorum ærario vnus, se curaturum suscipit: ac quamuis illam quoq; confecisset, non tamen quæstoribus, nisi 2300. tradidit: reliqua verò pœnes se retinuit. Quæstor itaq; vt summam illam quatuor millium compleret, aliundè 1700. Ioachimicos corradere, opus habuit. Quos etiam in rationes retulit: quos item expensos esse, ordinibus non dissimulat.

Iam verò paulò pòst, ægrotare incipit Quæstor, & tandem, cum diutius morbi squalorem sustinuisset, moritur etiam: & quamuis reliqui præfecti, harum collegæ sui præsumtionum, non essent ignari: eum tamen reum, non fecerunt vnquam, sed vti antehac, ita etiam in posterum, eum secum retinuerunt, quinetiam passi sunt, vt reliquis absentibus, ab ipsius nutu nihilominus penderent omnia. Sed & defuncto iam quæstore, nemo attamen fuit, qui incusaret quæstorem, aut heredes eius: sed & mutuum, quatuor illorum millium, creditori suo dissoluerunt, cum vsuris omnibus indè natis. Concedit deindè in fata quoq; præfectus, Et cum pòst mortem eius, inopia eius, clarius adhuc eluceſceret, quamuis eum pœnè decoxisse, etiam ipso viuente, rumores iam increbuissent: tunc demum ordines, à quæstoris heredibus, quod eis præfectus ærario debebat, exigere incipiunt.

Quæritur itaq;, an dissoluere quicquam hoc nomine obligati sint, quæstoris heredes?

Deindè præfectus ille, accepit quoq;, nomine Senatus oppidi N; in quo ipse consul erat, & senatores reliquos, ætate, & dignitate anteibat, Ioachimicos 600, & vicissim quæstori apocham sub sigillo, & manu sua, tradidit.

Senatus verò oppidi illius, etiamsi hoc statim resciuisset; præfectus verò, senatui, se rationes huius rei reddituram, recepisset, postquam eum, hanc ob rem, in consilium suum euocassent: & præterea N., nomine heredum quæstoris, apocham præfecti, in pleno ordinum consessu, reliquis rationibus inseruisset, illi verò, inter quos oppidum quoq; illud, in quo præfectus ille, Duumviratum gesserat, suos legatos habuit, ad hæc conticuissent, apocham apud acta reliqua reponi curarent: nunc cum pòst obitum præfecti, illum exactionis difficilioris fore, apparet, similiter heredes impetunt, & ab eis, quod semel iam præfecto solutum erat, denuò exigunt.

Videamus itaq;, num & hoc iure fiat.

RATI-

RATIONES DVBITANDI.

QVÆSTIONIS I.

AD PRIMAM itaque quod attinet quæstionem, iuris videbatur esse dicere: extricare sese heredes Quæstoris non posse, quin 1700. illa ordinibus dissoluant. Id enim, dum hæc suppleret quæstor, feciſſe videbatur, quod sui officij non erat.

1 Omnibus enim notum est: PRIMÒ: quod omnes administratores rerum publicarum, & officiales, teneantur de neglectis. *l. 2. §. ait prætor. ff. de negoc. gest. l. vlt. C vt in poss. legat. Ioh. de Mont. Sper. conſ. 229. n. 15. vol. 1. Alc. conſ. 63. vol. 1. lib. 8. Burſat. conſ. 193. n. 1. vol. 2. Tiber. Decian. conſ. 57. n. 2. vol. 4.*

2 Nec non latæ, leuiſsimæ: *Nicol. tus de Neap. in lectura. Br. in l. proponebatur. ff. de magiſtr. conuen. Br. in l. 2. in fin. C. de naute. lib. 11. Tiber. Decian. conſ. 11. n. 101. vol. 1. conſ. 47. nu. 3. vol. 4. Zweſenb. conſ. 47. n. 21. Paul. Merutan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 39. n. 33. textus ad literam in l. magiſtratus. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.*

3 Sed & leuiſsimæ culpæ nomine. *tradente in induiduo Menoch. conſ. 246. n. 62. vol. 1.*

4 Non ſolum quam ipſi commiſerant, verum etiam quam collegæ eorum contraxiſſent, teneantur. *l. ad Commentarienſem. C. de cuſtod. reor. l. ex facto. & ibi Bl. ff. de neg. geſt. l. exper-ſona & ibi Bl. C. de probation. laſa. in l. peculium. n. 1. ff. ſi cert. pet. at. Zweſenb. conſ. 53. n. 30.*

5 Id quod ad pecuniam publicam, ipſis concreditam, quod attinet, maximè verum eſt, atq; obtinet. *l. Lucius l. Imperatores. ff. ad municip. Zweſenb. d. conſ. 53. n. 30.*

6 Iam verò amplius dubitare non conuenit, quin hîc quoq; Quæſtor inter administratores, recte recenſeatur. Cum & hoc incerti iuris non ſit: quod officialis publicus ſit omnis is, qui publicis negocijs, ac rebus præſicitur ab ijs, quibus præſiciendi poteſtas conceſſa eſt. *tradente Menoch. conſ. 98. n. 78. & 79. vol. 1.*

Conſequatur itaq; oportet, teneri quoq; & hunc Quæſtorem, ſi quod damnum ordines, negligentia eius, ex pliſſent.

7 Quis enim neſcit, magnam eſſe culpam Quæſtoris, quod iuſſu vnius præfecti, quorum tamen tres erant, 1700. quæ deerant, alia pecunia, quæ in id deſtinata non erat, complerit: deindè verò parum ſolicitus fuerit, vt de his per præfectum ordinibus ſatisfieret, donec tandem præfectus tantum æris alieni conflaſſet, quantum diſſoluere non poſſet? Etenim notiſsimi iuris eſt, quod adminiſtratori imputetur, isq; adeò damnum hinc emergens, reſarcire teneatur de ſuo, ſi non perquirat, eaq; inueſtiget, quæ perquirenda, inueſtigandaq; ei, ob officium, quod gerebat, maximè ſuerant. *l. vlt. C. de var. & extraord. criminib. Cran. conſ. 132. n. 4. & 13. Burſ. d. conſ. 193. n. 11. vol. 2. Hieron. Gabr. conſ. 169. n. 8. vol. 2. Socin. conſ. 272. col. 4. vol. 2.*

Atenim hîc Quæſtor, quid vellent, iuberentq; reliqui præfecti, percontari intermiſerat.

Sed & peruulgati Iuris eſt; periculum 8
debitorum Reipub. quodq; non ſoluendo fiant, ad adminiſtratores pertinere, qui in exigendis ijſdem ſatis prouidi & vigilantes non fuerant. *DD. communiter in l. periculum. & ibi Ia. n. 2. ff. ſi cert. pet. Hartm. Piſtor. q. 49. n. 1 lib. 1. Ludouic. Roman. conſ. 413. n. 17. l. 2. C. arbitr. tut.* *

Atenim hîc Quæſtor, exactionem præfecti ſeriò non egit: atq; ſic mora, culpaue eius factum eſt, quod amplius non ſoluendo eſſet Præfectus.

SECVNDÒ certò illud conſtat: quod 9
adminiſtrator, & officialis, non ſolum dum præſunt officio; verumetiam eo ipſo finito, teneantur, atq; obligati ſint, eius nomine, quod culpa eorum commiſſum eſt. *l. ſi non ſubſcripſiſti. C. de admin. tut. l. 4. §. in eum. ff. de adm. rer. ad ciu. pertin. l. procurator qui pro euictione. ff. de procurator. Cran. in tr. de indem. mul. n. 78. Menoch. conſ. 58. n. 57. vol. 1. Boër. deciſ. 273. n. 6. Zweſenb. d. conſ. 53. nu. 31.*

Non præſtat itaq; excuſationem heredi- 10
bus, etiamſi dixerint morte parentis ſui, officium quod geſſerat, finitum eſſe. Nam quod officium morte finiatur, atq; ſoluatur, omnibus in confeſſo eſt. *l. 1. C. de offic. eius cui mand. eſt iurisd. c. grandi de ſuppl. negligent. prælator. Repa in l. ex facto n. 11. ff. de vulgar. Medic. in tr. uers omnia ſoluit. p. 2. n. 234.*

Nec oppugnat his illa doctrina, quæ ha- 11
bet: adminiſtratorem fruſtrà conueniri, ex contractibus, quos durante officio inierat: ſicuti viciſsim nec quidem agere, ex ijſdem poteſt. *tradente in induiduo Speculat. in tit. de reo. n. 18. Martin. Landenſan. tr. de officiel. dominor. concluſ. 85. Blan. l. vlt. n. 2. per ill. text. ff. ſi quis cautionib.*

Nam hæc ita declaranda eſt, quatenus 12
ſcilicet culpa nulla ſit, quæ adminiſtratori contrahenti, imputari poſsit. Etenim ſi de culpa conſtiterit, tenebitur omninò adminiſtrator, quantumuis officium amplius non adminiſtret: *Vti in induiduo ſæpſum declarat. Bl. in d. l. vlt. d. n. 2. ff. ſi quis cautionib. arg. l. cum poſt. ff. de admin. tut.*

Et præterea ij Doctores, quorum autoritate pro confirmanda obiectione hac vſi ſumus, agunt de tutoribus & curatoribus: atq; ſic de adminiſtratoribus neceſſarijs: in præſentia verò nobis de adminiſtratore voluntario res eſt. Quem magis adhuc aſtringi, quàm neceſſarium extra controuerſiam eſt. *tradente Ioh. de Mont. Sper. conſ. 229. nu. 15. vol. 1. Sfort. Odd. in tr. de reſt. in integr. q. 22. n. 36.*

Non

Non iuuat itaq; Quæstoris heredes doctrinam hanc adduxisse.

13 * Tertiò communiter quoq; receptum est: quod administrator possit cogi ad sæpius reddendas rationes. *Br.in l. 2. n. 7. C. de iur. fisc. lib. 10. Iacob. Ayrer. ad l. vnic. nu. 27. C. de err. calc. Carol. Rutn. cons. f. 136. n. 7. vol. 1. Cardin. Parisi. cons. 96. n. 28. & seq. vol. 1. Rol. à Valle cons. 49. n. 49. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 43. n. 1. v. secundo vol. 4.*

Quare etiamsi heredes Quæstoris tuerì se vellent eo, quod semel iam rationes inter eos, & ordines distractæ sint, non tamen adhuc euadere possent.

14 Nec refragatur: quod attamen rationes hæc, in archiuo publico tum temporis sepositæ, consequenterq; ab ordinibus approbatæ sint. Nam etsi quietationem recepissent heredes, ab officialibus illis, quibus rationes reddendæ fuerant, nihilominus tamen adhuc denuò ad rationes reddendas cogi possent. *Dec. in d. l. vnic. n. 3. & ibi Ayrer. n. 34. C. de err. calc. Cauale. in tr. de tutor. & curat. n. 203. per d. l. 2 C. de iur. fisc. lib. 10.*

15 Quartò cogniti quoq; iuris est: quod non solùm ipse administrator: verum etiam heredes eiusdem, ad rationes reddendas astricti sint. *l. 3. §. hæc actio ff. de negoc. gest. Roman. cons. 413. in pr. Dec. cons. 110. n. 8. Tiber. Decian. cons. 42. n. 1 1. vol. 5. Crau. cons. 687. n. 22.*

Non poterunt itaq; Quæstoris heredes, ab instituta actione, sese afferere, etiamsi in eo refugium quæsierint, quod tantum heredes Quæstoris sint; non verò ipsimet officium Quæstoris gesserint.

16 Quintò prospexerant quoque iura: quod administrator vnus, reliquos administrationis socios, certiores facere, de omnibus ijs debeat, quæ ad communem administrationem pertinent atq; spectant. *l. 1. Titium. §. 1. & ibi Br. vers. vltimo Raph. Cuman. ante n. 1. & DD. ff. de admin. tutor.*

Scire itaq; Quæstorem quoq; oportebat, quod in solius N. arbitrio, situm non fuerat, inscijs reliquis, in præfectura ærarij collegis, de 1700. thaleris, profilibitu disponere: quod item se non deceret, iniussu omnium collegarum, quæ deerant, 1700. aliundè supplere: & per consequens heredes eius condemnationem non effugient.

17 Sexto & vltimo peruulgatissimi quoque iuris est, quod quælibet Respub. vtatur iure minorum; quodq; proinde, auxilium restitutionis in integrum, implorare, atq; impetrare possit. *l. respub. C. ex quib. caus. maior. l. rempub. C. de iure Reipub. lib. 11. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 5. n. 3. Caball. in tr. de euict. §. 3. n. 103. Iaf. in auth. Sacramenta n. 64. C. si aduers. vendit. Dec. cons. 42. n. 15. Natta cons. 548. n. 19 lib. 3. Paul. de Castr. cons. 37. n. 1. lib. 2. Cephal. cons. 40. n. 54. lib. 1. Rol. à Valle cons. 37. n. 1. lib. 2.*

Demus itaq; , ordinibus hîc quicquam obstare, quo minus vtiliter aduersus Quæstoris heredes agant: non deerit attamen illis, restitutionis in integrum beneficium.

Nec obstat, quod tamen complurimi DD. 18
reperiantur, qui restitutionem Reipublicæ tantùm Romanæ, non verò reliquarum vrbium, oppidorum, & municipiorum indulgeri sentiant. *Veluti faciunt DD. relatis ab Oddo in tr. de rest. in integ. q. 3. n. 61.*

Nam quicquid eius rei sit, in contrariam * *
sententiam à longè maiori Interpretũ parte, discessum est. *vt attestatur ipse Odd. d. q. 3. n. 61. v. in contrarium.*

RATIONES DECIDENDI
QVÆSTIONIS I.

Sed vtut hæc sese habeant, in contrariam attamen sententiam pedibus eundum esse, omninò videtur. Idq; ob eas, quæ sequuntur, rationes.

Nam Primò euidentissimi iuris est, & ad- 19
hæc concors Interpretum consensus: quod *
eo casu, quando duo, vel tres administratores constituuntur officij publici, quod tunc cuilibet illorum administratio in solidum competat. *Vti in specie decidit Br. in l. 1. n. 1. ff. de offic. consul. Br. in l. 1. §. si plures. n. 1. vers. vt igitur liqueat. ff. de exercitor. Br. in l. 1. §. sed si duo per ill. text. ff. depof. Roncheg. in l. eandem in pr. n. 236. ff. de duob. reis. Bender. in tr. reuif. concl. 4. n. 108. Fruder. in tr. de proc. in Cam. extrab. lib. 3. c. 17. n. 11.*

Rectè itaq; concludimus, eandẽ quoq; naturam, officium horum præfectorum habuisse.

Hinc verò rursus rectè infertur: quod & 20
præfectus Quæstori, quæ vellet, iubere potuerit: quod item Quæstorem addecuerit, ea exequi, quæ iussus erat. Etenim quando plurium est administratio in solidum, ibi quoq; vnus absq; reliquis administratoribus, contrahere, & distrahere, mandare, & prohibere potest, omnia ea, quæ è re esse administrationis, eiq; cõducere videntur. *Br. in l. eandem in pr. n. 8. & ibi Ronch. n. 237. v. ex præmissis. ff. de duob. reis.*

Dubitari quoq; de illo, Secundò non cõ- 21
uenit: quod in ijs etiam casibus, in quibus administratio, pluribus in solidum concessa non est: possit nihilominus reliquis sic volentibus, vni ex illis, summa totius rei, atq; administrationis, soli commendari. *Br. in l. 3. in fin pr. per ill. text. ff. de postul. & in l. qui pupillæ. n. 3. C. de neg. gest.*

Consequatur itaq; oportet, hîc quoq;, vni præfectorum, N. nimirum soli, iniungi per collegas potuisse, quo summam 4000. solus conficeret: & vi consequentis, quod leges non transgressus sit Quæstor, huius solius mandatis obtemperans. Tertiò concludunt quoq; 22
concordi consensu Interpretes: quod eo ipso, quod alicui conceditur administratio: simul quoq; eidem concedatur facultas expediendi eam, vti collibitũ fuerit. *tradentib. Dec. cons. 418. col. 2. circa med. & cons. 476. n. 6. Card. Parisi. cons. 21. n. 51. vol. 2. Ant. Galeat. Maluas. cons. 52. n. 72. vol. 1.*

Atenim

Atenim hic præfecto ærario N. soli, demandatum fuerat, vt videret, quo pacto, 4000. colligerentur: & per consequens, ille quoq; solus, quoad millia illa quatuor, quæ fieri vellet, quæ item fieri nollet, iubere poterat: Quæstor verò nihil fecit, quod officio suo aduersum esset: & tanto minus, vt indè redundans damnum, Ordinibus refarciat, iure compellitur.

23 Qvarto: notissimi quoq; iuris est: quod officialis vnus, nũ debeat sese immiscere ijs, quæ ad alterius officialis officium, & administrationem, á sua pœnitus separatam, atq; diuersam, pertinent. *l. vlt. C. de assess. l. quisquis. §. vlt. C. de postul. l. consulta. d tualia. C. de testam. Bl. in l. 1. in pr. C. de compensat. Abb. in Rubric. de sin. ext. ne cleric. vel monach. Chassan. in catal. glor. mund. in præfat. verf. quapropter ad fin. & p. 1. consid. 38. concl. 44. verf. item non potest.*

Iam verò officium aliud sortitus est, præfectus ærario: aliud item Quæstor.

Excusatum itaq; illum quoq; habeamus oportet, si sese rei huic non immiscuerit, quod ærario præfectus, summam illam 4000. plenam, in ærarium non intulisset.

24 Qvinto stat quoq; á partibus heredum Quæstoris illud: quod culpæ noxiam abstergat, atq; deleat consuetudo. *l. pignus & ibi* * *DD. communiter ff de pignor. act. Francisc. Marc. decis. Delphin. 521. n. 3. p. 2. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 42. n. 9. verf. & per id. quoq; text. Masc. in tr. de probat. concl. 467. n. 21. Hieron. Gabr. cons. 159. incip. sogor. n. 18. & 24. vol. 1.*

Fac itaq; contraxisse culpam vllam Quæstorem nostrum, eò, quod vnius solùm præfecti ærario iussui, morem gessisset: excusabit attamen eum consuetudo.

Nam secundum ea, quæ proponebantur, inusitatum in istis oris non fuit, vnum præfectorum solùm, clauum tenere, ita volentibus præfectis reliquis: sed & ipse præfectus, de quo agimus, clauum sæpè solus tenuit.

Nam vnico præfecto clauum tenente, ab ipsius quoq; nutu, haud immeritò Quæstores dependebant omnes.

25 Sexto statuunt quoq; iura, Interpretesq; eius: quod administrator inferior, ab omni culpa vacuus sit, siquidem iussui, atq; mandato, administratoris superioris, obtemperauerit. *l. liberorum. §. excusantur. ff. de his, qui not. infam. l. liber homo. la. 2. ff. ad l. Aquil. l. seruus. C. ad l. Iul. de vi pub. l. velle & l. adeò, & vtrobiq; DD. ff. de reg. Iur.*

Iam verò nemo est, qui inficietur: quod quæstor in inferiori: præfectus verò in superiori officio, sit constitutus.

26 Reliquum itaq; illud tantum fit, non esse, in quo culpenius Quæstorem, qui id, quod præfectus fieri volebat, executus fuerat. Et ne per emendicata eamus suffragia, quod Quæstor debeat haberi excusatus in ijs, quæ mandante illo, cuius stipendia merebatur, faciebat. *in indiuiduo decidit Burfat. cons. 193. nu. 34. vol. 2.*

Huc quoq; Septimò referendum est illud: quod sufficiat, administratorem eam adhibuisse diligentiam, quam potuit. *vt est textus ad literam in Clem. 1. §. porro. de hæred.* 27

Hinc namq; consequitur: excusatum habendum esse Quæstorem, etiamsi ad officium eius exactio 1700. illorum loachimicorum pertinuisset.

Quam enim potuerat, diligentiam præstitit, nec vnquam tum per literas, tum coram etiam, præfectum vt solutionem faceret, interpellare, quandiu superstes erat, cessauit.

Et præter admonitiones, interpellationesq; istiusmodi, amplius quod faceret, non erat. Ni aduersus communia iuris præcepta, minor eum esset, imperium in maiorem vsurpare voluisset. Cum tamen iura: ne par in parem, vllum exerceat imperium, expressim edicent. *l. nam & magistratus. ff. de arbitr. Cotta. in memor. in v par. Comez. var. resol. lib. 3. c. 1. n. 87. Herculan. in tr. de attent. c. 30. n. 29. Cacher. decis. 139. n. 6. Gail. obs. 41. n. 9. lib. 1.* 28

Et vt vitio verteretur Quæstori, quod se seueriorem, in exigendo præfecto non exhibuisset: cum attamen reliqui collegæ eius, etiamsi conscij huius rei fuissent, vt quicquam seueriùs contra præfectum statuerent, quandiu inter viuos ageret, animum inducere, ausi non fuerint?

An non illo rectè tuebitur se Quæstor; quod iusta verecundia sit, potentiorum malam gratiam reformidare? Cum potentioribus pares esse non possimus. *l. 3. ff. de donat. caus. mort fac. trad. Decian. cons. 39. n. 117. & seqq. vol. 2.* 29

Octavò, cautum quoq; in iure est: quod administrator de ijs tantum, quæ ad manus eius peruenerant, rationem reddere obstrictus sit. *l. 1. §. officio & ibi Iacob. de Aret. & Bl. ff. de tutel. & ration. distr. ab. DD. in l. 2. ff. de negoc. gest. Roman. cons. 168. nic. circa primum dub. 3. & cons. 414. nic. quo ad primum in pr. Abb. cons. 12. dub. 6. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 27. n. 1. vol. 5.* 30

Iam verò Quæstor, 1700. illa, de quibus controuersia est, nunquam ad manus suas percepérat.

Patet itaq; conclusio per se.

Sed & Nonò confirmatur idipsum traditione vulgatissima: quod administrator eo ipso, quod libros rationum confecerit: decq; acceptis, atq; expensis, coram personis in id deputatis, rationem reddiderit, muneri, atq; officio sibi iniuncto satisfaciat. *d. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rat. distr. Bl. in l. 2. §. 2. n. 1. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. Br. in l. 2. C. de iur. fisc. lib. 10. Cardin. Paris. cons. 96. n. 36. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 43. n. 6. Vol. 4.* 31

Benè

Benè itaq; Quæstorem officio suo defunctum esse, quò minus asseramus, nil obstat. Quandiu enim vixerat, quotannis in consensu omnium ordinum, rationes reddidit: sed & mortuo iam ipso Quæstore, nomine heredum eius, in consilio omnium statuum, rationes per N. reddebantur, sed & horum 1700. Ioachimicorum, expressè in rationibus mentio fiebat.

32 Accedit ad hæc DECIMÒ: quod administrator plenam liberationem consequatur, eo ipso, quod ipsius rationes, collaudatæ, atque approbatæ, ab ijs, quibus reddendæ erant, fuerint. *gl.in l.emtor. §. Lucius, & ibi Ias.n. 8. ff. de pact. Br.in l.Aurel. §.Caius.n.6 ff.de liber. leg. Bl.in l. sub pretextu §pecierum.C.de transact. Imol.in c.1.ext. eod.tit.Cacher.decis.38.n.10.Socin.conf.190.col.4. verf.tertio quia.vol.2.*

Iam verò ordines, rationes hasce collaudarunt: & vt approbatas, rectéq; distractas, in archiuo publico reposuerunt: nec non illi creditori, qui quatuor illa millia, ordinibus mutuò dederat, de quibus, Præfectus 1700. pœnes se retinuerat, vsuras, de totis 4000. vt antea, dissoluerunt.

Consequatur itaq; oportet, valdè indecens esse, si nunc Ordines, Quæstoris heredes in ius denuò trahere, vellent.

VNDECIMÒ consideremus quoq; illud: quod status prouinciæ, per quadriennium integrum, post rationes primum collandatas, atq; approbatas, conticuerint, quin etiam pro solutione facienda, nō quæstoris heredes, sed ipsum præfectum, heredit atemq; eius, inter-
33 pellarint. Nam hoc cum ita sit, iam de ratihabitione eorum, luculentius adhuc, apparere incipit. Incogniti enim Iuris non est: tunc maximè administratorem, eiusq; heredes, amplius molestandos non fore: si ad rationes semel collaudatas, atq; approbatas, simul vnius, atq; alterius anni silentium, accesserit. *Petr.de Anchor.conf.135.inc. ex consilijs col. 1. Mar. Socin.§en.conf.15.col.11.Tiber.Decian.d.conf.43.n. 13.vol.4.per text.in c.vlt.de pact.in 6.*

At fac DVODECIMÒ cessare isthæc omnia, haberent tamen, qua se tuerentur, Quæstoris heredes, Ordinis exceptionem.

Primò enim negari nequit, quin ex 1700. illis, commodi, vtilitatisq; nihil, vel ipsi, vel parens eorum perceperint.

Demus itaq; quod Quæstor, & Præfectus Noštrates, inter correos debendi, referri debeant: non poterunt attamen adhuc rectè conueniri, Quæstoris heredes, nisi prius præfecti heredit as, excussa fuerit. Ad eum enim solum, pecunia tota peruenerat.

34 Quare succedit illud: quod vbi plures correi debendi sunt, ibi ad reliquos non perueniatur, quandiu adhuc, de inopia eius, cui pecunia numerata fuerat, non constiterit. *Br.in l.3.§.1.q.7.ff.de duob.reis. Bened.de Plumb. in tr.de discuss.n.5. Hipp.de Marsi.ad Rubr.n.65. & n.370. ff.de fideiussor. Ant.Gab.Roman.in tr.regul.lib.3.tit. de fideiuss.concl.2.n.2. Petr. Duenn. in tr.regul. reg. 335 limit.19.*

Neq; verò repugnat his illud: quod attamen communis vox & fama sit: præfectum soluendo non esse: nam ne sic quidem excussionem factam esse, rectè dicimus.

Etenim vt rité, rectéq; peracta dici possit 35
excussio, necesse est, vt feratur sententia declaratoria, qua pronuncietur, executionem factam, nihilq; amplius in bonis repertum fuisse. *Br.in l.stipulatio.§.habet.n. 4. ff. de nou.op. nunc.Ias.§.item si quis.n.83.Inst.de action.Guid.Pap. decis.432.n.8. Hipp.de Marsi.in d.rubr.n.26.ff. de fideiuss.Gail.obs.27.n.10.lib.2. Pract. Pap.in for.lib. cont.plur.reos deb.n.17. Ant.Gabr. Roman.d.concl.1. n.27.& n.55.Rain.conf.85.col.4.& 6.vol.4. Card. Paris.conf.50.col.5.vol.1. Zwesenb.conf.10.n.15.*

Talem autem sententiam, hîc neutiquam habemus. Ceterum esto, etiam per sententiam, de inopia præfecti, iam constare ponamus, non tamen adhuc auferetur propterea, Quæstoris heredibus ordinis exceptio.

Etenim iuris est euidentissimi: quod ad- 36
ministrator, de culpa collegæ sui, qui ipsemet soluendo amplius non est, teneatur. *l.ad Commentariensem.C.de custod.reor.l.ex facto & ibi Bl. C. de negoc. gest. Ias.in l. periculum. n. 1. ff. si cert. petat. Zwesenb.conf.53.n.50.*

Conueniendi itaq; reliqui præfecti, non 37
autem Quæstoris heredes, ad extremum forent. Etenim dubium non est, quod ordinis exceptio, administratoribus publicis quoq; detur. *Vt in §pecie decidit Boër.decis.60.n.1. & 2. Paul. Montan.in tr.de int.tut. & curat.s.39.n.151.*

Quodq; ita detur, vt primò conueniantur administrator, eiusq; heres, vel heredi tas, post deindè possessor rei ad ciuitatem pertinentis, tertio nominator administratoris, & quarto collega. *vt est text. ad liter. in l. vlt. & ibi Br.C. quo quisq; ord. conuen.lib.11.* 38

DECIMOTERTIÒ succurritur quoque 39
Quæstoris heredibus, per exceptionem circumscriptionis, siue læsionis ex facto Dominorum Aduersariorum prodeuntis. Quæ eos tuetur, quò minus quicquam soluere teneantur. *l.purè.§.vlt.ff.de dol.mal.except. gl.in l.3.v.perfecutione.C.de præscript.30.annor.*

Nam iuris est explorati, quod circumscri- 40
ptio, siue læsio, rectè concludatur, siquidem quis diutius suum exigere, atq; percipere distulerit: maximè si interim, eius, longè deterior facta sit conditio, aduersus quem, is, qui exigebatur regressum habuisset: si debito tempore exactus fuisset. *l.dolus.ff. mandat. Gab. Mud.in tr.de pignor.& hypoth. Rubr. de pact. pignor. n.64. Boër.decis.42.n.10. Masc.in tr.de probat. concl. 531.n.59. Crau.conf.75.n.9. Rimin.conf.39.1.n.25.*

Iam verò agere Ordines, eorumq; Triumviri, siue præfecti, ab an.96. vsq; huc, cessarunt.

Inficias item ire, Ordines non possunt, quin difficilius longè nunc, quàm tum temporis, suum ab hereditate præfecti, sint exacturi Quæstoris heredes.

Etenim id temporis, lis adhuc, de prioritate, inter Creditores Præfecti, nulla erat: viuebat item tunc ipse præfectus, qui modis omnibus vidisset, ne res ad Iudicem, ob 1700 illa retenta, fuisset delata, sed aut satisfeciisset, Quæstoris heredibus, aut ita cauisset eis consensu magistratus accedente, vt nunc inter creditores omnium primi, atq; potiores essent Quibus omnibus nunc propterea, quod serò nimis, agere cœperant ordines destituuntur. Concludamus itaq; necesse est, exceptionem circumscriptionis, Quæstoris heredibus porrigi, eosq; tutari, quò minus ad solutionem vllam, Ordinibus faciendam, adigantur.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM QVÆSTIONIS I.

POrtò decisioni huic veræ, atq; iuridicæ, non obstant ea, quæ superius, ceu aduersa, & repugnantia, introducebantur.

Ad PRIMAM enim obiectionem, rectè applicamus, resolutionem; quod vtraq; præmissarum falsa sit.

41 Nam primò falsa est maior. Nam etsi administrator teneatur, delata, leuiq; culpa, nec non de culpa quoq; collegæ sui.

Extendendum attamen illud, ad leuissimam vsq; culpam non oportet. Nam de culpa leuissima magis communis, & receptа ** opinio in contrarium est; qua staruitur, culpam leuissimam administratorem, seu officialem publicum, non attingere. *Vti in individuo docuit Nicol. de Neap. in lect. Br. in l. 2. ff. de magistr. conuen. Curt. Iun. cons. 10. n. 6. Hieron. Gratt. cons. 100. n. 1 2. vol. 2. Franc. Burs. cons. 193. n. 55. vol. 2.*

42 Sic quoq; sese habet minor propositio: administratorem scilicet publicum, ob culpam leuem obligari: Nam & hæc ita astringitur, vt locum sibi non vendicet in herede administratoris, qui ijs, in quibus culpa leuis, ab autore suo committebatur, locupletatus non est. *text. ad literam in l. heredes. & ibi Br. Salyc. & DD. C. de magistr. conuen.*

Quare peregrina est, casui nostro accommodata, traditio hæc. Agitur enim causa inter Ordines, heredesq; Quæstoris, ad quorum manus, ne peruenerant quidem vnquam 1700. illa: tantum abest, eos hisce diriores fuisse effectos. Longè minus autem, huc trahendum est illud theorema, quod vult: administratorem respondere teneri, de ijs, quæ collega eius, non absq; culpa leui gessit.

43 Primò enim præsupposita in quibus imitatur non habet. Non fuerunt enim vnquam collegæ Præfectus, & Quæstor. Etenim qui eiusdem potestatis non sunt, collegæ quoque dici nequeunt. *l. collegarum & ibi Alc. ff. de verb. signif. Barnab. Brisson in Lex. in v. collega.*

Certum autem est, quod amoto præsuppo- 44
sito corruat quoq; simul, quæ inde astruebatur assertio, *Cran. cons. 486. n. 4. & aly passim.*

Deindè dilutur quoq;, optimo illo con- 45
trariorum dissoluendorum modo, qui dicitur Inuersio, siue retortio in aduersarium. *teste Euerard. in præamb. top. n. 18. Martin. Celer. in tr. de alim. lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundo.*

Nam cum Quæstor, collega præfecti non sit dicendus, reliqui verò præfecti, collegæ eius, reuera fuerint atq; extiterint, iuris item sit indubitati (vt ipsi volunt aduersarij) quod culpam collegæ. alter collega luat.

Rectè iam argumentum hoc, in ipsos aduersarios retorquebimus. Nobis verò nihil negocij facessit. Deindè rectè quoq; non dicitur, culpam leuem Quæstorem contraxisse. Rursus itaque caret præsuppositis, obiectio hæc, quantumuis etiam leuis culpæ nomine, plecterentur officialis heredes.

Nam primò hac de re ita statuunt Inter- 46
pretes: quod disquisitio de negligentia, culpaue administratoris, rigida, & scrupulosa nimis, esse non debeat. *Catoldus in tr. de fynd. v. 134. Grammat. cons. 54. n. 4. Tuber. Dec. cons. 47 n. 36. vol. 4.*

Quis autem hanc disquisitionem, auferam nimis non diceret, qua examen institutur, eius facti, q̃ officialis, iussu præfecti sui obsecundans, fecerat, de quo rationes iam reddiderat: quas rationes concordi consensu, approbarent Ordines: & de quo antehac nunquam conquesti fuerant.

Dehinc pertinet quoq; huc illud: culpam 47
administratoris, eam dici leuem, cum non facit id, quod quilibet diligens feciisset. *Vti in individuo docet Ther. Dec. d. cons. 47. n. 35. vol. 4.*

Quæ autem præcox diligentia illa esset, qua quæstor quispiam præfecto suo, quem autoritate præpollere cernit, cui totius rei, & maximè pecuniæ conficiendæ summam, commissam esse conspicatur: tantulam, 1700. scilicet summulam, concredere nollet?

Vt igitur de leui culpa reum faceremus Quæstorem: Quid? quod tum temporis præfectum, soluendo esse, omnes adhuc crederent? An non hoc solum, omnem Quæstoris culpam, tolleret, atq; ablueret?

Nescimusne: quod diuitiæ, & opes pro- 48
bantur ex communi fama? *gl. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Bl. in auth. quod locum. col. vlt. C. de collat. Bl. in l. pupertas. ff. de excuss. tut. Bl. in l. 1. n. 3. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Tuber. Decian. cons. 47. n. 6. vol. 4.*

Quod item ab omni culpa vacuus sit is, 49
qui absq; fideiussoribus, mutuam dat pecuniam publicam ei, qui ab omnibus communiter

niter opulentus satis censebatur? *Paul. de Castr. l. 1. & ibi Ias. n. 18. vers. sed istis non obstantibus. ff. qui fatud. cog. Castr. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. matr. Felin. in c. adhæc. vers. item nota ext. de sent. excomm. Dec. in l. plus cautionis in fin. ff. de reg. Iur. Affl. decis. 171. Tiber. Decian. d. conf. 47. n. 4. vol. 4.*

Cum artamen hîc Quæstor nihil etiam mutuò dederit, sed ipse præfectus, inscio Quæstore, 1700. illa, secum retinuerit.

50 Sic quoque vlterius iura prosperexerunt: omnem culpæ noxiam dilui, per scientiam eius, cuius ista scire, interest. *gl. in l. 2. v. pupillo. & ibi Castr. & Ias. C. de his quib. vt indign. Hipp. de Marsil. sing. 417. in fin. Burs. d. conf. 193. n. 54. vol. 4.*

51 Diluta itaq; rursus iam erit, omnis culpæ Quæstoris noxia, si quam sibi acciuisset. Ordinibus enim res tota per Quæstorem exposita est, dum adhuc res præfecti benè sese haberent: illi verò tandiu tacuerunt, illumque offendere noluerunt, donec non soluendo esse iam inciperet.

Et vt rem summatim complectamur, vt iure Quæstorem culpæ arguamus, tria omnino tempora considerare oportet: initium nempè, medium, finemq; actus.

52 Nisi enim aliquo horum temporum, culpa, ab administratore publico, contracta fuerit, eam vnquam contractam esse, dici non poterit. *tradente Bl. in l. idem iuris. ff. ad l. Aquil. Tiber. Decian. conf. 47. n. 44. vol. 4.*

Nullo horum temporum Quæstor in culpa constitutus reperitur.

In initio enim culpa omni vacuus est, cum 1700. illa, nunquam ne viderit quidem, cum item præfectum compellere non posset, quo is, 1700. illa, in ærarium publicũ, inferret.

Sic quoq; in medio tempore, culpa nulla in eo inuenitur. Nam etsi, quod 4000. illis, quæ numeranda erant N; deessent: abunde suppleuisset non tamen adhuc culpæ alicui obnoxius fit: sed magis est, vt rectè, & vtiliter eum, ordinum negocia gessisse dicamus. Cum nisi 4000. illa, rectè, probè, & sine remora vlla, fuissent numerata, certum iam erat, Ordines malam gratiam, apud Superiorem suum fuisse inituros.

52 Liber itaq; à culpæ reatu est Etenim Principum ira, meritò exhorrescimus. *per trad. Dec. an l. in omnibus. ff. de reg. Iur. Dec. conf. 210. col. 1. & 2 text. in auth. Gaz. arof. C. de hæret. & monach.*

53 Ergò qui ita negocium gerit, vt Principis offensio, atq; indignatio effugiatur, idipsum vtiliter gessisse, rectèdicitur. *per l. fed an vltrò. §. 1. & ibi Br. n. 1. ff. de negot. gest. Cuppy. decis. 180. n. 5.*

Et deniq; ne sub finem quidem actus, culpa aliqua se reum fecit. Non enim desijt interpellare præfectum, vt solueret, quandiu vixit: heredes verò, statim ac mortuus esset Quæstor, rem totam ordinibus enarrarunt: Ordines verò modo voluissent, suum adhuc rectè à præfecto, tum temporis exigere potuissent. Procul itaq; recedat, omnis de culpa accusatio, quantum ad Quæstoris heredes attinet. Ceterum his non repugnat illud, quod vlterius vt thema dubitabile magis efficeretur, adducebatur: officialem non inuestigantem ea, quæ eum rescire oportebat, culpam incurrisse; & damnum inde emergens, pecunia propria resarcire teneri: 54

E diuerso enim non minus verum est illud: quod illa culpa, quam officialis incurrerat, non inuestigando ea, quæ oportebat inuestigasse, tollatur, atq; perimatur, ob iustam, & probabilem ignorantiam non inuestigantis, Vti in indiuiduo tradit *Dec. conf. 47. n. 27. vol. 4. per l. si quis patrem. ff. ad S. C. Macedon.*

Diciturq; probabilis ignorantia illa, si is, 55
cum quo negocium gerebatur, se pro idoneo gessisset, & ab omnibus idoneus, fuisset existimatus. *Tiber. Dec. d. conf. 47. n. 24. vol. 4. per d. l. si quis patrem. ff. ad S. C. Macedon.*

Iam verò Quæstor, ignorantia probabili fruitur. Quis enim vnquam de tanto viro, qualis præfectus hic fuerat, cui secretiora sua omnia Ordines concrediderant, qui sæpius solus, pro voluntatis suæ arbitrio, Ordinibus applaudentibus, rem totam rexerat, tam tristem euentum, cogitando etiam, percipere potuisset? Rectè itaque sic ratiocinabimur, Quæstorem, quod rem pœnitius non inuestigarit, excusatum omninò fore.

Præterea, incerti quoq; iuris non est: ad- 56
ministratorem non inuestigantem, à culpa excusari, si id temporis angustia, non perfe rebat ac patiebatur. *Vti in indiuiduo decidunt Thom. Grammat. decis. 103. n. 36. Hieron. Gabr. conf. 169. n. 20. vol. 2. per c. felicia. in fin. de præs. lib. 6. c. exposuit ext. de dolat.*

Interim verò probari potest, si opus fuerit, euidentissimè, à Quæstoris heredibus, quod superior ille, cui 4000. illa numeranda erat, sat acriter institerit, vt numeratio fieret.

Quid itaq; faceret, miser ille Quæstor?

Etenim si preces Principum ad instar 57
iussus censendæ. *gl. in l. 1. ff. quod iussu. Br. in tr. de tyrann. q. 7. Affl. decis. 69. n. 5. Signif. de Neap. conf. 14. n. 29. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 7. n. 88. Barbat. conf. 45. n. 9. lib. 4.*

Multò magis præcepta eorundem, sæpius 58
præsertim repetita, postponi absq; metu summo, non poterunt. *l. 1. C. si rect. Prouinc. Bl. in c. quæsitum & ibi Felin. n. 2. ext. de offic. deleg. Corset. in singular. in v. metus. Mascan. tr. de probat. concl. 139. & concl. 1054. n. 55. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 7. n. 89. Mandell. conf. 77. n. 10. Tr. aq. in tr. de pœn. caut. 35. n. 2. & seqq.* Sic quoq; auertere illud, opus, aut labor non est: quod in administratorem redundaturum sit damnum, si is diligentem satis, in exigendis debitoribus Reipub. sese non præstiterit: Inest enim obiectioni huic, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

59 Non enim hoc de omni administratore, sed de tali administratore intelligendum, qui debitorum exactionibus præpositus est. Ne aliàs promiscuis actionibus, rerum turbentur officia. Contra *l. consulta 4 malta. C. de testam.*

Iam verò exactoris officio, Quæstor noster, præpositus non erat. Sicuti olim quoq; florente adhuc Repub. Romana, Quæstoris officium nil aliud erat, quàm ærarium curare, & pecuniarum acceptarum, & expensarum, rationes conficere. *tesse Ewesenb. in parat. ff. de offic. quæst.*

61 Vitiosum itaq; atq; caducum, argumentum hoc est. Quippe vitiosas esse argumentationes, quibus fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter inest, extra controversiam positum est. *Euer. in præamb. top. n. 24 ad fin. Pecc. in tr. de testam. coniug lib. 5. c. 25. n. 4. vers. porrò. Coraf. miscell lib. 3. c. 19. n. 8. Toming. decis. 26. n. 33. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 4.*

62 Secundò etiamsi debitorum exactio quæstori nostro incubuisset, non attamen video, quæ illi obtrudi possit culpa. Si enim administrator, primò elegerit talem, cui pecuniam concredidit, quem quisq; diligens paterfamiliàs verisimiliter elegisset: si deinde nullam interuenire in exigendo negligentiam, fuerit: versabitur meherclè extra periculi aleam, & satis prouidus, & vigilans dici merebitur. *Vt totidem verbis scripsit Hartm. Pistor. q. 49. n. 13 lib. 1. per iura, & autoritates ibidem adductas.*

Atenim duo hæc requisita, in præsentia, præstò sunt. Nam primum Quæstor, præfecto nullam numerauerat pecuniam, sed ipse præfectus hanc nunquam in ærarium publicum intulit.

36 Nulla itaq; in eligendo debitore, culpa commissa est. Eò quod non entis nullæ sint qualitates. *l. eius qui in prouincia. §. quoniam. ff. si cert. pet. Iust. Reub. in tr. de restib. p. 3. n. 82. Rimin. in 1 1. n. 286. C. 9 adm. Rubeus in tr. de inoff. test. c. 16. n. 4.*

Deinde non interpellare destitit præfectum, quandiu vitæ huius vsura fruitus est. Heredes item rem totam, vt gesta erat, Ordinibus proposuerunt.

Reliquum itaq; illud tantùm fit, obiectioni huic aditus omnes intercluso esse.

Nec obstat, quod tamen interpellatio Quæstoris, extraiudicialis tantum fuerit.

64 Nam primò rem ad iudicem deferre, aduersus præfectum, Quæstoris non erat. Auscultare enim iussis præfecti, non verò eundem indicare, Quæstoris erat. Etenim minor maiorem iudicare non potest. *c. si diligente ext. de for. comp. Felin. in c. in Ecclesia. n. 5. ext. de constit. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integ. q. 31. n. 144.*

65 Sed & Quæstor, etiamsi ei, præfectum coram iudice litem, incubuisset: iudicem attamen morte peruentus, adire non potuisset. Id quod rursus ipsi, à culpa, excusationem præstat. Cum in illum cadere negligentia nequeat, qui ad exitum, id, quod concupierat, morte præuentus, perducere non poterat. *tas. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. n. 7. ff. de legat. 1. per l. quod te. ff. si cert. pet.*

Ad Secvndam deindè obiectionem quod attinet, habet illa; quod etiam finito officio, teneatur administrator de neglectis, vel perperam gestis. Verum hoc negocij nihil Quæstoris heredibus exhibet: non enim ob finitionem officij, sed ob alias, sat firmas rationes, ab imputatione omni culpæ, extricare sese cupiunt.

Quare obiectio hæc, nihil ad nos pertinet.

Vt taceam, quod etiam principij petitio obiectioni huic insit. Præsupponitur enim ceu certum quid, culpam hic à Quæstore cõmissam esse, cum tamen idipsum longè sit controuersissimum.

Constare itaq; rursus obiectio hæc non poterit. Cum & illæ argumentationes, quæ vitio petitionis principij laborant, stabiles non sint, tradente ex Nostratibus in indiuiduo *Martin. Coler. in tr. de alim. c. 2. n. 43.* 66

Sed & distinctio illa, inter administratorem voluntarium & necessarium, locum hîc nullum habet. Cum inter administratores voluntarios, Quæstor noster recenseri nequeat.

Primò enim ij sunt administratores voluntarij, qui administrationem absque vllo mandato suscipiunt. *Br. in l. 1. §. 1. n. 1. vers. respondetur. ff. de exercit. Br. in l. eandem in pr. n. 7. ff. de duob. reis. Molin. in Rubr. n. 78. ff. de verb. obligat.* 67

Verùm hîc absq; mandato Quæstor administrationem non susceperat.

Deindè certo quoq; illud constat: quod firmum validumq; sit argumentum, à tutore vel curatore: administratorem rerum, vel bonorum, ad ciuitatem pertinentium. *Vt in indiuiduo decadunt Socin. conf. 2. n. 12. vol. 1. Tiber. Decian. d. conf. 47. n. 3. vol. 4.* 68

Iam verò non nisi de leui culpa, finito præsertim officio, regulariter tenetur tutor. *l. contractus & ibi Dec. n. 32. Bocer. Del' Rio, & DD. ff. de reg. Iur. l. quicquid. C. arbur. tut. Br. in l. quod Neruа. q. 10. ff. depof. Franc. Purpur. in l. 1. n. 32. C. de transact. Alex. conf. 45. n. 1. vol. 1. Ruin. conf. 70. n. 3. vol. 4.* 69

Arctius itaq; administratorem quoq; non alligabimus. Atenim ab istiusmodi culpa, nostrum administratorem plene liberum esse, vel decies cuicimus.

Atq; hæc pro resolutione, obiectionis Secvndæ sufficere, arbitror.

Ad Tertiam deindè obiectionem respondetur: quod in ea, fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter insit.

Nam quod dicitur sæpiùs reddendas esse rationes, secundum quid, non autem simpliciter obtinet; quatenus nimirum in rationibus redditis, erroris, vel falsi quid 70

ineſſe apparuerit. *Vti ſeipſos explicant. Br.in d.l. 2.n.7.C.de iur.fiſc. lib.10.Ayrer.ad l.vnic.n.24.& 27. C.de error.calc.Chaſſan. in conſuet. Burg. tit.des Enfans. §.6.verbo d' en vendre compte. nu.5. Paul. Mont.an.d.tr.de iur.tutel.& curat.c.38.n.118.Dec. conſ.94.n.4.Decian.d.conſ.43.n.1.verſ.ſecundo vol. 4.text.in l.ſemel.C.de apoch.publ.lib.10.*

71 Atenim noſtri Quæſtoris rationes, neq; de errore, neq; de falſo argui poſſunt. Sed cum in ijs,annus, menſis, & dies: quo quæq; accipiebantur, & rurſus erogabantur; nec non perſona,quæ hoc vel illud diſſoluebat, & cui rurſus diſſoluebatur: annotata reperiantur: magis eſt, vt dicamus, eas probè fuiſſe confectas. Hoc enim iure vtimur,quo exrationes officialium,& adminiſtratorum, iuſtæ & legitimæ dicendæ ſunt, quæ continent diem accepti, atq; expenſi: nec non perſonam, à qua officialis quid recipiebat. *Vti in indiuiduo docet Br.in l.2.n.1. per ill.text. C. de nauicul.lib.11.Stracch. in tr. de mercat.p.2.n.57. Iohan. Garſan tr.de expenſ.c.20.n.22.*

Recedat itaq; procul, à themate noſtro: axioma de ſæpius reddendis rationibus.

72 Sed & ad eundem modum, reſoluitur quoq; alterum axioma, quod ſub tertia hac obiectione præterea afferebatur: quod & quietatio recepta, quem à ſæpius reddendis rationibus non liberet: vera enim tantum eſt; quatenus rationes falſas, aut erroneas eſſe, conſtiterit. Quippè tunc ex eodem errore, ex quo rationes illæ falſæ, & erroneæ diſtractæ ſunt, quietatio quoq; data eſſe creditur. *Dec.in l.vnic.n.3.& ibi Ayrer.n.35. C.de error.calc.Borgn.Cauale.in tr.de tut.& curat.n.203. Caſtr.conſ.377.n.2. Iaſ.conſ.219.n.1.& 2.vol.2. Socin.conſ.11y.n.11.vol.2. Anch.conſ.330.n.1.*

Quare ne hoc quidem theorema, cum noſtro caſu, commune quicquam habet.

QVARTVM deinde argumentum reſoluitur conceſsione. Etenim etiam adminiſtratoris heredes,ad reddendas rationes obligatos eſſe fatemur.

At viciſsim detur nobis, neceſſe eſt hoc ipſum,ab heredibus Quæſtoris,adimpletum eſſe. Etenim rationes reddiderunt, rationes item ab ipſis redditæ, ab ordinibus collaudatæ, atq; agnitæ ſunt.

73 Negocium itaq; nullum obiectio hæc exhibet. Cum rei iam demonſtratæ,fruſtrà ſuſcipiatur demonſtratio. *l.continuus.§.illud ff. de verb.obligat. Tiber.Decian.conſ.8.n.210.vol.1.conſ. 34.n.11.vol.3.*

Sequitur iam obiectio QVINTA, ad eam porrò reſpondetur: quod deſtituta ſit à præſuppoſitis ſuis. Non enim habuit collegam Quæſtor, cum quo hac de re conferret; ſed monitis,iuſsisq. præfecti,morem gerere,neceſſe habuit.

Sed & hac de re, Ordines, in pleno conſenſu, conſultationem habuerunt. Satisfactum itaq; fuit axiomati illi, quod in obiectione, ceu deciſioni noſtræ aduerſum eſſet, adducebatur.

Et præterea axioma hoc, certo reſpectu, 74
& ſecundum quid tantum,verum eſt: quatenus ſcilicet celeritas negocij perficiendi patiatur, atq; concedat, iſtiuſmodi certi orationem,reliquis adminiſtrationis ſocijs,fieri. *Thom.Grammat.deciſ.103.n.36. Hieron. Gabr. conſ. 169.n.20.*

Atenim hoc negocium, moram vllam ferre non poterat.

Et deniq; omnes ſcimus; quod vniuſcu- 75
iuſq; Doctoris dictum, ſecundum legem, quam aliegat, intelligendum ſit. *Br.in l.ſi quis liberationis.n.7.ff. de liberat. legat. Hermannoct. Det.in l.1.§. hoc autem edictum.n.22.ff.de nou. op. nunc.Cagn.in l.diem functo.n.21.ff. de off. aſſeſſ. Igu. in l.neceſſarios.§.non aliàs.p.4.n.118.ff. ad S.C. Syllan.Bellon.conſ.5.n.17.conſ.16.n.10.*

Iam verò textus *in l.Titium.§.1.ff. de admin.* 76
tut. (qui eſt fundamentum huius theorematis) de diuerſis, ſeparatisq; loquitur terminis. Etenim *in d.l. Titium. §. 1.* adminiſtratio tutelæ, inter tutores rerum Italicarum,& tutores rerum prouincialium diuiſa erat. Iam verò tutores Romæ reperierant inſtrumenta, ſpectantia; ad res prouinciales: Quærebatur itaq; quid rerum Italicarum tutoribus faciendum eſſet? Et deciditur, pertinere ad officium eorum, reliquos tutores rerum prouincialium, de inſtrumentis repertis, certiores facere: ne eos contractus, qui in iſtis inſtrumentis continebantur,lateret.

Nihil tale in noſtro themate occurrit. Hìc enim adminiſtratio diuiſa non erat; ſed totius rei expediendæ negocium, ſoli N. commiſſum,atq; decretum. Nulla hìc oſtendebantur inſtrumenta, &c.

Quin itaq; ex ſeparatis malè inferatur 77
dubium non eſt. *l.vlt. & ibi Br. ff. de calum. præt.Pap.in form.appellat. à diffinit.in v.& in quantum ſit aliqua.nu.2. Neguzant. in tr. de pignor. 4. memb.2.p.p.n.97.Aſc.Clement. in tr.de pat. pot.c.5. n.55.Mandell.conſ.2.n.13.*

Et vt tandem primam hanc quæſtionem finiamus, vitioſa quoq; eſt,obiectio SEXTA, eademq; vltima.

Nam primò corruit propterea, quod in 78
ea arguitur,ab inſufficienti partium enumeratione. Cuiuſmodi argumentationes vitioſas eſſe, extra controuerſiam poſitum eſt. *Vti tradunt l.filius.ff.de lib.& poſtum.c. venerabilem. & ibi DD. ext. de elect. Euerard. in topic. in loc. à part. enum.n.3.Oldau.Simoncell.in tr.de decret. in reb. minor.interp.tit.6.n.93.*

Non enim ſequitur: eſt Reſpublica: Er- 79
gò reſtitui debet,ſicuti nec illa conſequentia valet: Eſt minor: Ergò reſtituendus. *Vti in ſpecie decidunt Guido Papæ deciſ.141. Tiber. Decian. conſ.39.n.149.vol.2.*

80 Sed vt ad restitutionem iure perueniatur, oportet, vt ante omnia de læsione fides fiat. Etenim læsio, restitutionis in integrum fundamentum est. Vti in specie attestatur *Dec. cons. 27. n. 8. vol. 3. per texel. num & postea. §. si minor. ff. de iureur. l. verum. § fin. cum fundum. ff. de minor.*

Iam verò læsionem vllam, status Prouinciæ edocere nequeunt, nisi prius excussa fuerit, hereditas præfecti, nisi item eadem, non soluendo, reperta fuerit.

81 Restat itaq; vt concludamus, eos iure restitutionem vllam non postulare. Etenim læsio, quæ ex futuro euentu dependet, in consideratione non venit. *l. quo fideicommisso. C. de transact. l. si pater puellæ. C. de inoff. testam. Dec. cons. 474. n. 12. in fin. Dec. cons. 56. n. 96. vol. 4.*

82 Atq; idipsum confirmatur per id: quod administratoris rerum ciuitatis bona, pro administratione tacitè obligata sunt. *l. vlt. & ibi Add. ad Bar. & Luc. de pœn. C. quo quùq; ord. conuenit. lib. 11. Bar. in l. 2. n. 1. C. de debitor. ciuit. eod. lib. Alex. de Imola in l. 1. § si heres. n. 4. vers. in gl. in vers. sequitur. & ibi Iaf. n. 8. fall. 3. Ripa. n. 36. vers. singul. in vers. sequitur. ff. ad S. C. Trebell. Negus. ant. in tr. de pignor. 4. membr. 2. p. n. 119. Petr. Vauderan. in tr. de priuil. creditor. c. 10. n. 3. Ioh. Bapt. Asin. in tr. de execut. § 7. c. 25. n. 3.*

Nam hoc cum ita sit, vllam extimescere læsionem non oportet. Suum enim consequuntur ordines, etiamsi reliquis creditoribus satisfieri non posset.

Ceterum fac, subesse hic læsionem: fac item, excussionem hereditatis præfecti factam esse, indeq; satisfieri ordinibus non posse: non tamen adhuc competere poterit, restitutio vlla. In consideratione enim veniunt, personæ duæ, quarum altera vera, & existens, altera ficta est. Veluti sunt Ordines, veluti item sunt, liberi Quæstoris impuberes: & vtraq; persona, pari priuilegio, immunitate q;, iure quo vtuntur, fruitur.

83 Reliquum itaque illud tantum fit: quod priuilegiatus, contra pariter priuilegiatum, priuilegio suo non vtatur. *Br. in auth. quas actiones. n. 3. & ibi Iaf. n. 13. C. de sacrosanct. Eccles. Couarr. pract. quæst. c. 7. n. 4. Iaf. in § iuris. n. 56. Inst. de actionib. Abb. in c. audita. col. 2. ext. de rest. in integr. Hippol. de Marsil. sing. 99. Franc. des Cald. in l. si curatorem. v. Iasis. n. 169. C. de rest. in integ. Odd. in tr. de rest. in int. q. 18. n. 31. & seqq.*

84 Nec obstat, quod tamen præsens iuris regula, ita declaretur, vt locus ei non sit, quoties vnum priuilegium altero potentius est. *veluti in specie declarat Br. d. auth. quas actiones. d. n. 3. vers. siquidem vnus. C. de sacrosanct. Eccles. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 50.*

85 Negamus enim, Ordinum priuilegium potentius esse, quàm id, in quo liberi Quæstoris impuberes, innatuntur. Cum tunc demum dicatur priuilegium potètius cum vna partium de damno vitando, altera de lucro captando certat. *Br. d. auth. quas actiones. n. 3. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 50.*

Enimuero hic vtraq; pars, de damno vitando certat.

Atq; ita in specie, quod minor frustrà, in integrum restitui petat, aduersus ciuitatem, vel Rempub. nisi si ciuitas, vel vniuersitas, lucrum captare velit: minor verò absq; restitutione, in damno sit, *decidit Hier. Gratt. cons. 67. n. 19. & seq. Sfort. Odd. in tr. de rest. in int. q. 18. n. 63.* 86

Deducto itaque argumento à minore ad Rempub. quod in iure probabile, vtile, & frequens est. *Euer. in top. in loc. à pup. ad rempub. n. 1. Cald. in l. si curatorem. in pr. n. 61. C. de rest. in integ.* 87

Consequatur oportet, nec Rempub. ciuitatem, vel vniuersitatem quidem, contra minorem. cum effectu, in integrum restitutionem efflagitare, nisi in eo casu, quem modò designauimus. Qui tamen casus, vt ex superiùs adductis apparet, à nostro, planè diuersus, atq; alienus est. 88

Quorsum & illud quoq; referendum est: quod ne Respub. quidem, aduersus alteram Rempub. restitutionem postulet, nisi cum illa Respub. aduersus quam, restitutio in integrum petitur, cum iniuria restitutionem petentis, locupletior fieri conatur. *Ioh. Maurit. in tr. de rest. in int. n. 420. per tot. Anton. Vsill. in § iur sus. n. 53. & seqq. Inst. de action. Sfort. Odd. in tr. de rest. in int. q. 18. n. 64.* 89

Multò magis itaq; idipsum in minore dicendum erit. Cum huius fauorem maiorem, quàm Reipub. esse, inter omnes peræquè constet. *arg. l. 1. C. si min. se maior. dix. l. si apud ff. de minor. l. vlt. C. de iur. & fact. ignor. iun. l. non omnia. ff. de min. fac. trad. Odd. in tr. de rest. in int. q. 4. n. 54.* 90

Amplector itaq;, quam superiùs asserebamus decisionem, pro vera, iuriq; consentanea.

II. QVÆSTIO
RATIONES DVBITANDI.

PORRÒ & de altera illa quæstione dicendum videbatur: Quæstorem per solutionem N; ceu consuli oppidi N; nomine eiusdem oppidi factam, liberationem vllum consecutum non esse: verum incumbere ei, vt solutionem 600. Thalerorum, ipsi Reipub. denuò faciet.

PRIMÒ etenim iuris est expressissimi q; 91
solutio facta alteri, quàm cui debetur, perindè sit, ac si facta nunquam fuisset. *Vti in indubitato decidit Cephal. cons. 24. n. 4. vol. 1. per l. 1. § ante omnia. ff. de pact. l. non debet. ff. de reg. iur. l. sepè. ff. de re iudic.*

Quod item non Creditori facta solutio, 92
vero Creditori non officiat. *Vti rursus in specie, consuluit olim tradidit Gerard. Mazoll. cons. 37. num. 38. vol. 1. nec non Tyndarus tr. de compensat. q. 5. n. 35. per l. vero procuratori. & l. qui hominem. § si nullo mandato. ff. de solut.*

Iam ve-

93 Iam verò alij, quàm cui debebatur, solutio, hic facta est. Cum aliud sit Respub. ipsa, aliud item persona eius, qui Reipub. præest. *per trad. Tr aq. in tr. de iur. primigen. q. 35 n. 22. Marc. Ant. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 37.*

In eo itaq; est, vt meritò dicamus, solutionem, quæ antea fiebat, pro ea habendam, ac si nunquam adhuc facta esset: multoque minus per ipsam, debitor liberationem vllam, consecutus est.

94 Secvndò prospexerunt quoq; iura: quod omnis, qui se talem esse dicit, probare quoq; debeat, se talem esse. *Vti tradunt Speculat. an tit. de instrument. edit. §. restat. vers. quod si tabellio. & vers. quod si consilium. Tiber. Decian. cons. 29. n. 1. vol. 5.*

Oportebat itaque, vt prius de mandato præfecti, certum se faceret Quæstor, quàm eidem quicquam dissolueret. Maximè verò, cum videret, apocham præfecti, cum sigillo publico oppidi, obligantem non esse.

95 Tertiò, incerti iuris non est: quod ne coniuncta persona quidem. *Fr. Curt. in l. filius. n. 4. per ill. text. C. de pact. l. vero procuratori. & l. cum maritus ff. de solution.*

96 Etiamsi hæc persona coniuncta filius esset solui possit. *d. l. filius. & ibi l. f. n. 6. & DD. communiter. C. de pact.*

* 97 Rectè itaq; statimus, tantò minus administratori rerum ciuitatis, abiq; communi ordinis decurionum decreto atq; iussu, rectè solutionem fieri, per argumentum à maiori, quod in iure forte, frequens, & vtile est. *Euer. in top. in loc. à maiori. n. 1. Tir. q. in tr. le mort. p. 2. declar. 1. o. n. 25. Sfort Oddan. tr. de restitu. mt. q. 1. n. 67.*

98 Qvartò, recepta quoq; est inter interpretes conclusio: quod tutus procurator sese non obliget, dum pecuniam alterius recipit, neq; ad ostendendum mandatum, neq; ad id, vt liberationé soluenti præstet. *Nam ipsum docet Ang. Per in l. tutus procur. n. 13. v. concludo C. de. furt.*

* Quomodo itaq; rectè dicemus, Quæstorem heredesq; eius, solutione, quam fecerat Quæstor, præfecto liberatos esse?

99 Cum & is, procuratoribus falsis, eo, quod mandatum, vt solutionem reciperet, illi non erat, rectè accenseatur. Etenim qui mandato prorsus destituitur. Tutis procuratorib⁹ haud immeritò accenseatur. *Bl. in l. lucet. & ibi Ias. n. 4. C. de procurat. Bl. in d. l. falsus. C. de fur. fac. trad. Ias. in l. si falso procuratori. n. 6 ff. de condict. cauf. dat. cauf. non secut. Mozz. in tr. de contract. in Rubr. de distr. mandat. n. 10.*

100 Qvintò commune habemus iuris principium, quod vult: quod liberatio à reddendis rationibus, neminem liberet, à culpæ præstatione. *Rain. in l. cum tale. 9 Tutius. n. 1. & Seq. ff. de condit. & demonstrat. Sab. ff. Medic. in tr. de acceptilat. p. 1. q. 9. n. 13.*

Quamobrem, etli non inficiemur, ob quietationem Præfecti, quam Ordinibus exhibuerant, Quæstoris heredes, tutos esse, quò minus denuò rationes reddant non tamen confestim consequetur, eos quoq; liberos esse, ab impetitione omni, senatus oppidani in N. Non enim culpa vacuus erat Quæstor, qui nullum mandatum conspicatus, præfecto nihilominus soluit.

Sextò, apertissimi est Iuris, quod debitor vxoris, non liberetur, si marito soluerit. *l. cum maritus. & ibi Bl. C. de solution.* 101

Quantò magis itaq; , idipsum de debitore Reipub. qui administratori soluit, idipsum rectè affirmamus? Cum talis coniunctio non sit inter administratorem, & Rempub. qualis inter vxorem, & maritū est. *arg. c. gaudemus. ext. de diuort. Menoch. in tr. de arbitr. lud. q. casu. 379. n. 5.* 102

Septimò & vltimò, iure quoq; cautum esse scimus: quod omnia illa quæ committuntur, & demandantur antianis, & prioribus ciuitatum, illis demandata, atq; commissa sint, non vt singulis, sed vt collegio. *Al. x. de Imol. in l. rescriptum. in pr. n. 1. & 2 ff. de pact. Dec. in c. prudentiam. in pr. n. 7. ext. de off. deleg. Richard. in tr. feud. p. 1. o. sect. 8. n. 84.* 103

Vni itaq; senatorum non competit, vt solus ea, quæ vniuersitati debebantur, exigat: & vi consequentis, is, qui vni senatorum soli dissoluit, solidā liberationem conse q nequit.

RATIONES DECIDENDI. QVÆSTIONIS II.

VErum hæc insuper habenda sunt. & è diuerso statuendum, heredes Quæstoris, ex solutione, quam parens eorum consuli, nomine Reipub. fuæ fecerat, plenam securitatem fuisse consecutos.

Nam Primò negari neutiquam potest: quod negociorum gestori rectè soluatur. *l. filiæ. & ibi DD. ff. de solutionib. Ias. in d. l. filius. n. 7. vers. adde quod idem est. C. de pact. Ias. in l. cum qui. §. qui sibi n. 12. vers. tertio. ff. de verb. obligat. Castr. in l. si vrbana. & ibi Ias. n. 2 per ill. text. ff. de conduct. indeb.* 104

Iam verò ambigi non oportet, plus posse consulem, seu Duumvirum, respectu debitorum, reipub. fuæ, quàm possit negociorum gestor. Rectè itaq; , huic quoq; iure solutionem, de ijs, quæ Reipub. cui præsit, debebantur fieri, conciuditur.

Nec obstat, quod tamen ista de negociorum gestore traditio: ita declaretur, vt ibi licet locus illi tantum sit, in illis casibus, vbi ex contractu cum negociorum gestore inito, fit solutio. *tradente Br. d. l. filiæ. n. 2 per ill. text. ff. de solut. Castr. d. l. si vrbana. & ibi Ias. n. 2. ff. de cond. indeb.* 105

Nam nec hinc quidem, concludenter latis infertur: solutionem hic consuli, inutiliter factam, propterea quod cum Quæstore non contrahi fit.

Nam plus semper potest, administrator bonorum ciuitatis, quàm negociorum gestor nudus, atq; simplex.

106 Constare itaq; illatio hæc nescit. Cum argumentum ab æquiparatione, negociorum gestoris, & administratoris ciuitatis deductum non concludat. Etenim à minus efficaci, ad maius efficax argumentum affirmatiuè, inutiliter, & nulliter deducitur. *gl. in c. cum in ciuitate in pr. ext. de elect. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. 2. c. 7. n. 97.*

107 Vt taceam hunc consulem, cum Quæstore, rationes illas, ex quibus 600. illa reliqua erant, subduxisse: adeoq; rectè nos dicere posse: consulem cum Quæstore contraxisse. Geritur enim omnimodò negocium cum illo, quo autore rationes subducuntur, & distrahuntur. *arg. l. aut prator. in pr. ff. de minoribus fac. trad. Odd. in tr. de rest. in int. q. 2. n. 8.*

108 Sic quoq; non refragatur his illud: quod soluens negociorum gestori, ex alio contractu, quàm qui cum eo gestus fuerat, ita demum liberetur, si is negociorum gestor, adhuc soluendo sit. *Br. d. l. filiæ. n. 2. ff. de solutionib. Iaf. d. l. si vrbana d. n. 2. ff. de condict. indeb.*

Nam præterquam, quod hic cum ipso Quæstore rationes subductæ sunt: quod item negociorum gestoris, & administratoris bonorum ciuitatis æquiparatio, firma non sit, destituitur etiam obiectio hæc suis præsuppositis. Quoniam ob non factam excusationem asserere nequeamus, non soluendo esse consulem: maximè cum & hoc debitum, plærisq; sit notius, & peculiari priuilegio suo communitum, vt antea vidimus.

109 Postremò non nocet quoque assertioni huic: illud, quod alibi traditur: in id, vt ex solutione negociorum gestori facta, oriatur liberatio, opus esse, vt Domini ratihabitio, accedat atq; interueniat. *tradeute in indiuiduo Rol. à Valle cons. p. n. 2. vol. 1.*

Nam vt sæpiùs iam inculcauimus, æquiparatio illa administratoris, & negociorum gestoris, bona non est: & præterea ratihabitionem principalis, hic accessisse abunde fatis, constat ex eo, quod decuriones oppidi N. de hoc consulis sui facto, certiores facti, eum, vt pecuniam illam 600. thalerorum soluerent, interpellarint: quod item acquieuerint consulis sui dicto, quo pollicebatur, se indicaturum, vt pecuniam receptam, Reipub. causa rursus expendisset.

Non concludit itaq; obiectio hæc; & per consequens, firma stat PRIMA hæc Decisionis ratio.

110 Sic quoq; SECVNDÒ prosperexerunt iura: quod etiam Procuratori, dummodo administrationem generalem habeat, & ad negocia, & non ad lites datus atq; constitutus sit, rectè soluatur. *Br. in d. l. filiæ. n. 2. ff. de solut. Br. in d. l. eum qui ita. §. qui sibi. n. 2. ab. Iaf. n. 13. ff. de verb. obligat. Br. in l. hoc iure. n. 1. per ill. text. ff. de solut. Cast. in l. quod seruus. ff. de pos. Iaf. d. l. filius. d. n. 6. C. de pact. Iaf. d. l. si vrbana. n. 2. ff. de condict. indeb. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 9. gl. 3. n. 10. Benuonut. Stracch. in tr. de mercat. tit. de mandat. n. 23. Natta cons. 543. n. 3. vol. 3.*

Multò magis itaq; idipsum, de consule, qui ordine, & ætate, reliquos eius loci anteibat: & præterea negocijs ordinum communium istius Prouinciæ, præficiebatur, asserere, irrationabile non erit.

Cum administrator ciuitatis alicuius, di- 111
catur mandatum generale, cum libera habere. *Vt alijs in id relatis in indiuiduo docet Surd. cons. 335. n. 48. vol. 3.*

TERTIÒ, in iure quoq; bene fundata 112
est isthæc sententia: quod & Abbati quoque, monachorum nomine solutio rectè fiat. *Br. Bl. Ang. Paul. de Castr. Iaf. & DD. in d. l. si vrbana. ff. de condict. indeb.*

Quo iure eatenus quidem vtimur, vt et- 113
iamsi abbas hic, cui soluitur, quo iure, qua iniuria abbatiæ incubaret, nihilominus soluens liberetur. Dummodò iustæ adsint causæ, quibus persuasus, eum abbatem iustum, & legitimum esse, in animum induxisset, veluti si diutius imperium, in abbatiam illam, vsurpasset. *Br. Bl. Castr. Iaf. & DD. in d. l. si vrbana. ff. de condict. indeb. Tiraq. de l. connub. l. 8. n. 148.*

Quantò magis itaq; idipsum, in consule quoq;, qui ad id munus obeundum, legitimè vocabatur: quiq; illi muneri, multis annis cum laude præfuerat, verum esse, rectè statuemus.

QVARTÒ cuicimus quoque superiùs; 114
quod argumentum, à tutoribus, & curatoribus deductum, ad administratores, consules ciuitatum, & decuriones rectè concludat, vti in specie attestatur *Nicol. de Neap. in l. proponebatur. ff. de magist. connen.*

Iam verò tutoris respectu, incogniti iu- 115
ris non est: quod per solutionem tutori factam, soluens plenam liberationem, ipso iure consequatur. *l. Lucius §. vlt. & ibi Br. ff. de admin. tut. l. Stychum. §. vsumfructum ff. de solut. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & Curat. c. 32. n. 111.*

Ex natura itaq; æquiparatorum, conse- 116
qui necesse est, eodem iure nos vti, ratione, & intuitu consulum, quibus nomine Reipub. suæ soluitur. Nam omnis virtus, qualitas & natura, vnius æquiparatorum tribuitur & inest, alteri quoq; æquiparato. *per trad. Br. Iaf. Iacob. de Nigr. Crott. & DD. in l. 1. per ill. text. ff. de legat. 1. Paul. de Castr. in l. 1. n. 4. C. bon. quæ lib.*

QVINTÒ prosperexerunt iura: quod vni 117
ex pluribus tutoribus, rectè soluatur. *l. quod si fortè. §. sunt quidam. vers. sine autem ff. de solut. Paul. Montan. d. tr. c. 32. n. 114.*

Nisi fortè testator vetuerit, ne vni tuto- 118
rum soli solutio fieret *l. Titium in pr. ff. de admin. tut. Montan. d. tr. d. c. 32. n. 115.*

Quin

Quin itaque satis sit, si vni ex pluribus consulibus soluatur, amplius dubitandum non est, nisi forte totus decurionum ordo, debitori inhibitionem fecisset, ne huic consuli solueret.

119 Atq; huic QVARTÆ, QVINTÆQVE Decisionis rationibus, non repugnat illud: quod attamen soluens tutori, vel curatori suspecto, vel remoto, nulla liberatione gaudeat. *d.l.quod si forte.§. 1. vers. quod si remoto. & vers. idem duc. ff. de solution. Mont.am. d. tr. de iur. tutel. & curat. c. 32 n. 124.*

Nam si hinc inferre conatus fueris, etiam consuli N; solui non potuisse, vtpote qui 1700. illa, de quibus antea egimus, in vsus suos conuerterat, res non succedet.

Negamus enim hîc suspicionem aliquam affuisse. Quippè incerti adhuc sumus, num solutio illa 600. præcesserit, vel secuta fuerit, præsumtionibus illis consulis, de 1700. Ioachimicis, de quibus in Quæstione prima tractabamus.

120 Et insuper, pristinam quoq;, inter Ordines dignitatem, consul N; etiam post illud admissum retinuit. Quare obicem hunc remoueamus per id, quod sufficiat, quem senicl protabæ vitæ fuisse, in id, vt ei rectè solui possit. *Vti aliorum autoritatibus fretus, decidit Iacob. Mandell. cons. 3. n. 1.*

121 Item ne eum quidem in culpa esse, qui soluit officiali, quem iamiam ab officio remotum iri, non nesciebat. *Vti in indubio scriptum reliquêre. Petr. de Anchar. cons. 285. incip. tria principaliter. col. 2. dub. 2. Crau. cons. 6. n. 94.*

122 SEXTÒ iuris quoq; est quotidiani: quod is consequatur ab obligationis nexu liberationem, qui soluerat mandato illius, cui competebat, earum rerum administratio. *l. furti. 9. qui iussu. ff. ex quib. caus. inf. am. rrog. d. non videtur. §. qui iussu. ibi Dec. n. 2. Cagn. n. 3. de reg. Iur. Br. in l. creditor. ff. de solution. Affl. dec. 150. n. 19. & seq. Menoch. de arbit. Iudic. quæst. casu. 137. n. 13.*

Iam verò in præsentia, Quæstor, illi soluit, qui rerum summæ erat præfectus, cui fas erat, Quæstori, quid vellet, quid item nollet, indicere.

Dicamus itaq; haud immeritò, Quæstorem liberationem plenam, iam consecutum esse.

123 SEPTIMÒ, iuris quoq; obscuri non est: quod officiali ea non sint deneganda, quæ vsu iam inualuerant, vel quæ consueta hactenus fuerant. *August. Berous. cons. 157. in pr. vol. 3. Bursat. cons. 193. n. 24. vol. 2.*

Atenim si inspexerimus apochas, quas quotannis in ærarium intulerunt Quæstores, apparebit illicò, sæpius, ad apocham vnius consulis, etiam ipsius Consulis N; de quo agimus nunc, maiores etiam summas, quàm hæc nostra est, fuisse persolutas.

Cum itaq; consuetum hoc fuerit, Ordinum Quæstoribus, in quid impegisse, Quæstorem nostrum, dicere poterimus?

OCTAVÒ: cum per emendicata suffragia ire non libeat, in specie, quod administratoribus facta solutione, plenè præstò sit liberatio, *decidunt. Franc. Curt. in d. l. filius. n. 8. & ibi Iaf. n. 7. C. de pact. text. in l. filia. & ibi Br. ff. de solutionibus.* 124

Nec distinguendum est, inter administratores feminas, & administratores masculos. Vtrique enim facta solutio, liberationem operatur, atque introducit. *d. l. filia. & ibi Br. ff. de solut. Curt. d. l. filius. n. 8. & ibi Iaf. n. 7.* 125

Etenim administrator Ciuitatis, potest omnia, quæ Procurator speciale mandatum habens, expedire potest. *Iaf. in l præses. n. 7. C. de transact. Gail. obs. 72. n. 11. lib. 2. Surd. d. cons. 335. n. 48. vol. 3.* 126

Nec obstat his illud: quod attamen pecunia hæc, ad Rempub. non peruenerit, sed interuersa sit.

Nam id nescimus, tantoq; magis asserere id, graue erit, quinimò de illo constat, quod consul N. interpellatus, vt de 600. his, Reipub. vicissim satisfaceret, semper rectè distractis rationibus, se ostensurum esse, vt pecunia hæc, in vsus Reipub. conuersa sit, responderit: Scimus item illum multis adhuc postea annis superfuisse, rationesq; hasce, rectè subduci potuisse, modò veternum ex oculis, senatores reliqui, excussissent.

NONÒ, concludunt quoq; Iuris Interpretes: soluentem administratori, siue Rectori Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, plenam liberationem manere, etiamsi is Rector, vel administrator, pecuniam solutam, in vtilitatem Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, non conuertisset. *Innoc. in c. grauu. n. 1. vers. pro eadem. & ibi Panorm. n. 9. ext. depos. Guilhelm. Redoan. in tr. de reb. Eccl. non alienand. q. 51. c. 11. n. 5. Dec. cons. 36. col. 2.* 127

DECIMÒ accesit quoq; reliqui Ordinis ratihabitio. Nam primum non nesciuerunt, 600. illa, consuli N. persoluta esse: non cessarunt illum interpellare: cessarunt autem calculo posito, id quærere, vbi nam 600. illa remanserint, licet diutius adhuc inter viuos, post deindè ageret, consul N.

Haud itaq; perperam, sic ratiocinabimur, rectè solutionem consuli N; ob ratihabitionem hanc factam esse. Cum omnibus notum sit; ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari. *c. ratihabitionem de reg. Iur. lib. 6. Tir. aq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 10. n. 64. Negus. ant. in tr. de pignor. 1. memb. 3. p. 9. n. 3 8. Dec. in tr. de testam. conjug. lib. 1. c. 5. Schrad. in tr. feud. p. 6. c. 3. n. 12.* 128

Sed & quod gesta ab administratore rerum ciuitatis, præter, & contra mandatum, ratificari possint, controuersia caret. *Vti ex Franc. Bursat. cons. 193. n. 3 1. videre est.* 129

Etiamsi

130 Etiamsi is solutionem recepisset. *l. vero procuratori. §. vlt. & l.cum decem. §. fi fideiussor. ff. de solutionib.*

Nec iuuat partes senatus: quod tamen nunc demum apparere incipiat, non soluendo esse Consulem illum,cui fiebat solutio.

Temerè enim idipsum nunc, vbi excusio nondum facta est, assecuerant. Quandiu enim excusio facta nondum est: tandiu quoque, quem soluendo non esse, verè non dicitur *Vti superius fides facta est.*

Deinde iure antelationis debitum hoc fruitur. Ante reliqua itaq; Consulis debita, hoc dissolui oportet.

131 Tertiò, rectè quoq; huc refertur illud: quod damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debeat, non alijs imputare. *c. damnum de reg. Iur. lib. 6. Neuiz. an. in sylu. nupt. lib. 4. n. 50. Zoanett in l. vt vim. p. 3. n. 114. ff. de iust. & iur. Schenck. in c. 1. in pr. n. 11. quib. mod. feud. amitt.*

Atenim Decuriones oppidi N; si hinc damni quicquam senserint, neminem habent, quem incusent, præter seipsos. Potuissent enim iure retentionis vti, & salarium, quod Consuli ex oppidi ærario quotannis pendebatur, tandiu pœnes se retinere, donec plenam solutionem fuissent consecuti.

132 Et deniq; respondetur quoq; per tritum illud iuris Principium: quod consilium suum nemo in alterius detrimentum immutare possit. *c. mutare de reg. Iur. lib. 6. l. nemo potest mutare ff. eod. tit. Schenck. in d.c. 1. in pr. n. 11. quib. mod. feud amitt. Coler. in tr. de alim. lib. 3. 4. 5. sub n. 6.*

Iam verò hic, si Decurionibus conatus eorum succederent, cum maximo heredum Quæstoris detrimento, consilium prius immutaretur.

Conniuendum itaq; ad id non est.

133 Vndecimò, expeditissimi quoq; Iuris illud est: quod & is, qui simplici negociorum gestori soluerat, non teneatur aliter, quàm in subsidium, & cum negociorum gestor excussus, non soluendo esse, repertus est. *Br. d. l. filiæ. n. 2. ff. de solut. Iaf. d. l. si vbi ana. n. 2. ff. de condict. indeb. Br. in d. l. cum qui ita. §. qui sibi n. 2. & ibi Iaf. n. 13. ff. de verb. oblig.*

Ordinis itaq; excussionisque exceptio, Quæstoris heredibus succurret. Etiamsi reliquæ omnes, quas hactenus enumerauimus rationes, cessarent, atq; desinerent.

Habuit enim suos collegas, Consul N; quos prius omninò excussos esse oportet, quàm ad Quæstoris heredes perueniatur: sed & ipsius Consulis N. hereditas, excussa nondum est.

134 Dvodecimò, porrigitur quoq; Quæstoris heredibus, exceptio læsionis, siue circumscriptionis (veluti etiam sub prima quæstione induximus.)

Fac enim senatoribus oppidi N; actionem illã, aduersus Quæstoris heredes, competijsse; cessare attamen tandiu non debuerunt, donec inanis planè efficeretur actio, ob inopiam Consulis N; si quam, vt suum vicissim consequerentur, instituissent Quæstoris heredes.

Quod si Decimotertiò soluere denuò Reipub. oppidi N; Quæstoris heredes, id, quod parens eorum consuli N. soluerat, deberent: oporteret attamen, vt ante omnia, Respub. ipsis, recepta satisfactione, cederet omne ius suum, quod Reipub. in bona, hereditatemq; Consulis N; competierat: & consequenter inter creditores reliquos Consulis N; omnium primi essent, Quæstoris heredes.

Prosperexerunt enim iura: quod nomine 134
debitoris fisci soluens: consequatur, si id petat, per cessionem, priuilegium fisci. Vnde omnibus illis creditoribus præferetur, quibus fiscus potior est. *l. vlt. & ibi Br. Salyc. & Castr. C. de priuil. fisc.*

Sed & qui alij priuilegiato creditori soluit, in eius locum succedit, etiam ad prælationem quod attinet. *l. si ventri. §. vlt. ff. de priuil. creditor. Surd. cons. 444. n. 9. volum. 3.* 135

Quod & in eo, qui Reipub. soluit, verum 136
est. *l. 2. C. de iur. Reipub. lib. 11. Surd. d. cons. 444. nu. 10.*

Sed nec in integrum restitutione Respub. hic frui potest ob ea, quæ in primæ Quæstionis resolutione, introducebamus. Etenim si ad restitutionem in integrum Respub. accesserit, heredes è diuerso, restitui sese ad id, quod mater eorum, pro dote titulo, parenti, Quæstori iam defuncto, attulerat, rectè quoque petent.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM QVÆSTIONIS II.

AT nunc tempus est, vt videamus, quomodo, in contrarium adducta, solidè refutentur.

Respondeamus itaque, ad obiectionem Primam, habentem, solutione alij, quàm creditori vero facta, perindè esse, ac si facta nunquam fuisset: item eiusmodi solutionem, creditori ipsi, nec nocere: eam regulariter veram esse, non autem vniuersaliter, vt in casibus, quando Abbati pro monasterio tutori loco pupilli, & administratori nomine Ciuitatis, soluitur.

Sic quoq; cessat, cum verus Creditor, ratam habet solutionem alteri factam, vt hæc omnia docent nos, sub Decisionis rationibus allata.

Proindeq; cum iuris sit peruulgatissimi: 137
quod exceptio in casibus exceptis, regulam vitiet.

vitier l. 1. ff. de Reg. Iur. l. in bis. l. quod verò & l. ins singulare ff. de ll. Euer. in top. in loc. ab except. ad regul. n. 1. Vas. q. ill. controuers. c. 51. n. 75. Marant. in lib. potest. n. 203. ff. de acquir. hered. Del' Rio in l. transigere. n. 115. C. de transact.

Illud tantum restat, frigidiusculam obiectionem hanc esse.

Etenim soluebatur hîc, consuli oppidi illius primario, sicuti & alias quoq; (quod bene notandum) non infrequenter factum fuerat. Eiusdem quoq; ponderis, SECVNDA
138 est obiectio; quod omnis. qui talem se esse dicit, talem quoq; se esse probare debeat.

Nam & hæc, secundum quid tantum vera est: & quatenus eorum, qui se rales, aut tales esse affirmant, condirio cognita, perspectaq; satis non fuerit. Ad quid enim opus est, solem facibus illustrare? aut notoria, & manifesta omnibus adhuc docere? *Vt docit Speculat. in tit. de aduocat. §. 11. versic. vel tali.*

Et vi consequentis, cum omnes consulem N; qui esset, norant, opus non fuit, vt se consulem Reipub. oppidi N. esse, edoceret.

139 Atq; ita in specie, quod prior Ciuitatis, quem Priorem esse, notoriè constat, hunc suum prioratum, edocere adhuc necesse non habeat. *decidit Br. in l. 1. n. 4. vers. circa primum. C. qui & aduersus quos.*

140 Sequitur iam obiectio TERTIA, verum latet in ea, Consequentis fallacia. Cum non sequatur, non potest solui coniunctæ personæ. Ergo nec administratori. Etenim ab administratione, cuius pars receptio quoque pecuniæ debitæ est (*per l. filiæ. ff. de solut.*) dicitur administrator, nec administrator esse potest, nisi alicuius rei administrationem habeat (*per trad. Br. in proœm. forum. in pr. n. 9. Bertach. in tr. de gabell. p. 2. n. 18.*)

141 Coniuncta persona verò est, & manet mihi, necessitudine sanguinis iuncta, etiam sine vlla bonorum meorum administratione. *Vti decidit Iason. d. l. filius pacifcendo. n. 4. C. de pact.*

142 Quinimò si coniuncta persona, administratoris officio simul fungitur, tunc quoque eidem rectè soluitur. *Fr. Curt. d. l. filius. n. 8. & ibi Iaso. n. 8. C. de pact. vbi Iaso. Angel. idem volentem allegat. per l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib. l. filiæ. & ibi Br. ff. de solut.*

143 Non concludit itaq; argumentum hoc. Cum fallacia consequentis, confestim concidere faciat, argumentum, cui inest. *Marian. Coler. in tr. de alimen. lib. 1. cap. 2. n. 13.*

QVARTÆ dehinc obiectioni, duplici satis fieri potest resolutione.

Primò enim, præsuppositæ, quibus fulciatur, non habet.

144 Non enim procuratoribus falsis, Consulem N. connumerare possumus. Cum & is, & quilibet Reipub. administrator, ea omnia possit, quæ potest procurator, mandatum speciale habeus, quodque consequens est, solutionem quoque recipere potuerit. Etenim procuratori speciale mandatum habenti, solutionem rectè fieri, controuersi iuris non est. *per trad. DD. in l. non solum. ibi Iaso. n. 17. ff. sol. matrim.*

Reliquum itaque illud fit: quod fundamento destructo, omnia simul corruant, quæ desuper extruebantur. *Hipp. Rumin. in l. postumo. n. 538. C. de bon. poss. cont. tab. Toining. decis. 20. n. 46. decis. 24. n. 14. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram priuil. 74. n. 27.* 145

Deinde contaminata quoq; obiectio hæc est, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: Quod enim dicitur falsum procuratorem, non obligare sese, neq; ad ostendendum mandum, neq; ad liberationem soluenti præstandam: secundum quid tantum procedit, & quatenus in dolo versatus est. *Vti scipsum interpretatur Aug. l. Perusin. d. l. falsus Procurator. n. 18. versic. concludo. C. de furt.* 146

Cuius doli conuincere, consulem N. nequimus. Cum quilibet, à dolo potius alienus, quàm huic deditus præsumatur. *Castr. in l. si quis ex argentariis. §. prætor. nu. 7. ff. de edend. Crau. conf. 319. nn. 1. Nicol. Euerard. conf. 79. colum. 2.*

Ad QVINTAM verò obiectionem respondetur, iuris esse euidentissimi, & præterea rationi omni conforme: quod illud, pro certo præsupponi non debeat, quod maximè controuersum est. *l. ex facto etiam agitatum. ff. de hered. instit. l. cum tale. §. vlt. ff. de condit. & demonstrat. Rota. decis. 346. nota si in procuratorio in antiq. Alex. conf. 17. n. 8. lib. 2. conf. 126. n. 5. vers. secundò confirmo. vol. 5. Crau. conf. 186. n. 3. & conf. 942. n. 26.* 147

Iam verò hîc ea præsupponuntur, quæ non solum controuersa sunt, verum etiam quæ falsa omninò esse, iam ostendimus. 148

Præsupponitur enim Quæstorem culpæ reum fieri illo ipso, quod solutionem coo. illorum, consuli N. fecerit: quod tamen falsum planè est. Omnia enim potest, consul oppidi alicuius, quæ potest Procurator, habens mandatum speciale, cui tamen solui posse, dubium non est.

Collabitur itaq; etiam hæc obiectio.

Maximè cum heredes Quæstoris, non ideò quod rationes reddiderint: sed propterea, quod iure astipulante parens eorum solutionem fecerit, se liberatos esse, contendant.

Nam hoc cum ita sit: exoritur rursus non causæ, vt causæ fallacia. Quæ argumentum hoc destruit. Cum ob inhærentem fallaciam non causæ argumentum consistere nequeat. *Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. vers. & sic.* 149

SEXTA obiectio illud in sese complecti- 150
tur: quod debitor vxoris, non liberatur eo ipso, quod marito soluerit. Verum hoc re-

fellitur primò, per id: quod hoc axioma, in certis tantum casibus procedat, quando nimirum solutio talis sit, quæ ex causa bona paraphernalia concernente promanat. In his enim, cum nulla administratio marito competat: ei nulla quoq; solutio fieri potest. *tradente in terminis ipsis. Bl.in d.l.cum maritum.n.2. C.de solution.per l.vlt.C. de pact. conuent.*

151 Iam verò Respub. vel ciuitas paraphernalia bona non habet. Cum non sit lex tale quid dicens.

Consequitur itaq; hanc obiectionem, ad præsens negocium quod attinet, peregrinam & ineptam esse.

152 Deinde, infecta quoq; est, non causæ vt causæ fallacia. Quandoquidem coniunctio, etiamsi illa summa, & arctissima illa fuerit, nunquam tamen causa sit, solutionis iustæ, & legitimæ: è diuerso verò, administratio, etiam pœnitus priuato data, causet semper liberationem, & obligationis pristinæ peremptionem, siquidem solutio administratori facta sit. *Ias.d.l.filius.n.4.C.de pact.*

153 Labascit ita argumentatio hæc: Maximè cum in illis casibus, vbi administratio bonorum paraphernalium vxoris, marito, à lege, vel ab homine datur, debitor quoq; vxoris eo ipso, quod marito soluit, securus plenè reddatur. *Bl.d.Lcum maritum.n.1.vers. nota quod maritus.*

Indè enim fit, vt & Retortione, seu Inuersione rectè vtamur.

154 Non enim solutio coniunctæ personæ sed administratori fiebat: & per consequentiam, argumentum hoc tuetur potius partes heredum Quæstoris, quàm partes Ordinum. Si enim marito potest solui, propter administrationem, multò magis illi, qui simpliciter administrator est, securè solutio fiet. *arg. auth.multò magis.C.de sacrof.Eccles.*

155 Sed & l.cum maritum.C. de solut. in quam obiectionem hanc exædificabamus, non procedit, si vxor in maiori ætate constituta, solutionem marito factam, ratam habuerit. Tunc enim exagitari amplius, ab ipsa creditrice, debitor soluens nequit. *Vt est text. ad literam in d.l.cum maritum. C. de solut.*

Fac itaq; (id quod tamen asserero, Iuridicum non est) æquiparationem mariti respectu bonorum vxoris: & administratoris intuitu rerum ciuitatis, generaliter procedere atque obtinere.

Non tamen vi æquiparationis huius, quò vis, progredi poteris. Adest enim Senatus oppidi N. ratihabitio.

Septimò & vltimò, obijciebatur: quod commissa prioribus Ciuitatis: censeantur illis commissa, & demandata, non vt singulis, sed vt collegio.

Verùm ne hæc quidem argumentatio, etiamsi demus, senatum oppidi N; inter antianos, & priores ciuitatis, & decuriones, recenseri, eo quod conclusio Interpretum communis sit; quod nostri ævi Consules, & senatores oppidani, in locum horum successerint. *trad. Br.in Rubr.in fin. & ibi Ioh.de Plat.C.de decur.lib.10. Lancilot.Conrad.in tr.de decur.n.2. Alex.cons.17 n. 1.vol.6. & cons.40.n.1.vol.7. Bertach. in tr. de gabell.p.1.n.6.* 156

Rectè procedit. Nam & hæc fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, laborat. Quatenus enim alia forma, vel ordo, actui qui per antianos, siue ciuitatum priores, expediendus est, à iure est præscriptus: eatenus huius actus absolutio, singulis quoq; & non omnibus, seu toti collegio competere potest. *tradentibus Paul.de Castr.d.l.rescriptum.nu.2. vers. item dicit Br. & ibi Ias.nu.2.ff. de pact.* 157

Iam verò ad solutiones quod attinet, quæ antianis, siue prioribus ciuitatum, faciendæ sunt: hic ordo, siue forma hæc, à iure præscripta est, quod eæ, vni ex pluribus fieri possint, ad instar tutorum plurium. *Veluti ex traditu sub decidendi rationibus, conspicuum fit.*

Consequitur itaque iuri satisfieri: si hæc forma in solutionibus obseruetur: quantumuis aliud dicendum foret in casibus, quibus decisione peculiari à iure prospectum nõ est.

Non insistamus itaq; vlterius Quæstioni huic. Sed concludamus molestari heredes, ob 600. illa, Consuli N. persoluta, non posse.

Quam sententiam, ceu iuri consentaneam, atq; conformem, omnino in iudicando sequendam putarim. Id quod pace aliorum, qui meliora & iuri magis apta proferre poterunt, fieri velim. F. P. D.

Transigebatur tandem de hoc lite, & ita quidem transigebatur, vt nullum hinc damnum Quæstoris heredes sentirent. Non enim magnum admodum, nec bonum nomen, ordinibus, pro vexa redimenda, cedebant.

CONSI-

CONSILIVM IIII.

SVMMARIVM.

1. *Feudo alienato, filius duplicem habet, revocandi viam.*
   Etiam respectu feudi hereditarij mixti n. 2.
3. *Feudum hereditarium simplex, quod Marchia Brandeburgensis non novit, feuda hereditaria propria. ibid.*
4. *Revocari potest feudum, quantumuis intervenerit, in alienatione Domini consensus.*
   Aut etiam eius, qui de feudo alienato, investitus est, in casum mortis. n. 5.
   Investitus de feudo aliquo, in casum mortis, habet tantum ius ad rem. ibid.
6. *Consensus eius, qui investitus est, de feudo in casum mortis filij, vel agnatis, quò minus feudum alienatum, revocent, non officit.*
   Revocatur per filios feudum, etiam viuente patre alienatore. ibid.
7. *Revocare potest feudum etiam is, qui scit, aij, videt, feudum alienari, dummodò alijs modis, consensum suum, non adhibuerit: ex magis recepta sententia. n. 8.*
9. *Revocationi feudi, tantum tricennalis temporis spacio, prescribitur, siue filius, siue agnatus, id revocare velint. n. 10.*
11. *Revocatio illa, quæ fit iure protomiseos, annua tantum est.*
    Contrarium docetur, ex communiori n. 12.
13. *Revocatio feudi, locum habet, etiamsi ob eas alienum vasalli feudum esset distractum.*
    Item etiamsi iudex, alicui creditorum, feudum adiudicasset. n. 14.
15. *Revocatoria feudi, alio est, in rem scripta.*
16. *Revocatoria feudi, in feudo nouo locum non habet indistinctum, siue fuerit hereditarium, sine familiare, & ex prouidentia.*
17. *Feudum, quomodo, ex antiquo nouum efficiatur.*
    Sonnenlehen *quid.*
18. *Feudi hereditarij, nota propria, & genuina quæ sit.*
    Feuda in Marchia Brandeburgensi, pro se, & heredibus suis masculis, ex corpore suo legitimè natis, communiter dari solent. ibid.
19. *Feudum hereditarium, ex magis recepta, tunc quoq; est, cum conceditur, pro investito. & heredibus, ex corpore eius legitimè descendentibus.*
    Vel pro se, & heredibus masculis, vel pro se, & heredibus suis legitimis, vel denique pro se, & heredibus suis masculis, ex corpore suo procreandis. n. 20.
21. *Feudum in dubio, præsumitur hereditarium potius, quàm ex pacto.*
    Quæ opinio, magis approbata est. n. 22.
    Opinio magis communis, quæ sit. ibid.
23. *Feuda Germaniæ omnia, potius hereditarijs, quàm feudis ex pacto, accensenda.*
24. *Revocatoria feudi cessat, in feudo hereditario, etiam antiquo.*
    Nec non in feudo hereditario, misto quoque. n. 25.
    Sive inuentarium conscriptum fuerit, sive non. n. 26.
27. *Heres dicto, etiamsi illi, vocula quibuscunq; non opponatur, efficit, vt recte dicamus, feudum hereditarium mistum, constitutum esse.*
28. *Revocari feudum hereditarium, sive simplex, sive mistum, quando possit, ex sententia alsquorundam.*
    Impedimentum vnum ex pluribus, superesse sufficit. ibid.
29. *Feudum hereditarium vbicunq; adest: ibi verum non est, nihil in hereditate fuisse.*
30. *Revocatoria feudi, tantum habet locum, in feudo, per venditionem alienato.*
31. *Appellatione emtionis, & venditionis, quando reliqui contractus non veniant.*
32. *Emtio & venditio, & rursus in solutum datio, differunt.*
33. *Revocatio feudi desinit, feudo in solutum dato.*
34. *Retractus ius, quod competit agnato, ex statuto, vel consuetudine, cessat, in datione in solutum.*
35. *Revocatio feudi, toties locum non reperit, quoties alienatio, necessariò fit.*
36. *Prohibitio omnis, de non alienando, intelligenda est, de alienatione voluntaria, & non necessaria.*
37. *Alienationis causa necessaria, dicitur res alienum: & quotidiana creditorum interpellatio. n. 38.*
39. *Datio in solutum, absq; iudice facta, dicitur alienatio voluntaria.*
40. *Omnia nostra facimus, quibus autoritatem impartimur.*
41. *A fine sit denominatio.*
42. *Revocatio feudi, excluditur, quoties onus, ob quod alienatio facta est, non minus incumbit, filio vel agnato alienatoris, quàm ipsi alienanti.*
43. *In feudis, mos regionis considerandus.*
    Feuda Marchiæ Brandeburgicæ, revocationis, & redemtionis expertia sunt. ibid.
    Feuda Marchiæ Brandeburgicæ, obnoxia sunt æri alieno, etiam illi, quod sine consensu Domini feudi, filiorum, & agnatorum contrahebatur, eo casu, cum allodialia alia vlla, amplius suum non reliqua. ibid.
44. *Lex non verbis, sed rebus imposita esse debet.*
45. *In feudis, filijs, & agnatis, ita sanciendum, vt tamen*

tamen inter ea feuda, hominum commercijs prorsus non eximantur.

46. Verba cum effectu accipienda.

47. Concessio vno, concessa censentur omnia, sine quibus expediri id non potest.

48. Consensum Domini feudi, in oppignerationem accessisse, satis est, nec nouus desideratur, tum temporis, cum feudum alienatur.

49. Feudi reuocatio cessat, quoties notorium est, filios, & agnatos, egestatem in qua viuunt non sinere, emtionem eius rem facere.

50. Exceptio ordinis cessat, quoties notorium est, principalem non esse soluendo.

51. Res alienari prohibita, cum effectu alienatur, quoties alienatio omnibus cognita est. omnibus item, præsertim verò ijs, quorum gratia alienatio inter ducebatur, sui erat, rem si modo vellent, sibi comparare, idq; per aliquod temporis spacium.

52. Feudum ex aliquorum sententia etiam absq; Domini consensu alienari potest, si id cogat, durum aris alienis telum: sicq; Dominus feudum promercale esse resciuerit, & se emturem fore, non declarauerit.

53. Æstimatio & subhastatio, in id adinuentæ sunt, vt res omnibus innotescat.

54. Neminem cogi, precio comparare id, quod paulò pòst, sine precio illi obueniet: quomodo intelligendum.

55. Feuda in Marchia Brandeburgensi, nemini possunt obuenire, sine æris alieni dissolutione, siue filius is sit, siue agnatus.

56. Reuocatio feudi cessat, quoties filius & agnatus fraudulento silentio vsi fuerint, tempore alienationis facta.

57. Dolo facere videtur omnis is, qui iactura alterius lucrum quærit.

58. Reuocatio feudi cessat, quoties renocans id sibi retinere nequit, sed statim extraneo diuendere rursus cogitur.

59. Cessante ratione legis, ipsa quoq; cessat lex.

60. Feudum regulariter non reuocatur. Argumentum à sufficientis partium enumeratione validum.

61. Regula iuris ex his constituinon debet, quæ rarissimè contingunt.

62. Regula standum donec de exceptione doceatur.

63. Reuocatio cessat, in feudo hereditario misto.

64. Opinione magis recepta sequenda.

65. Reuocatio feudi, filio ex quorundam sententia, nunquam concedenda.

66. Genus ad vnius speciei remotionem, nunquam remouetur.

67. Exceptio in casibus exceptis regulam vitiat.

68. Opinio communis quando amplectenda vel non.

69. Vnum adesse non sufficit, quoties plura requiruntur.

70. Reuocatio feudi, cessat tunc etiam, cum filius vel agnatus tantum sciunt, feudum alienari, etiamsi aliter non declararint, se in eam consentire, ex communiori.

71. Reuocatio feudi, tunc indubitatò cessat, cum præter scientiam & taciturnitatem, filij vel agnati, alia etiam consensus indicia affuerunt ex communi.

72. Consensus probatur, ex manus percussione, siue aus der glückwünschung.

73. Ius redimendi feudum, tantum annuum est.

74. Opinio communis, quæ sit dicenda.

75. Opinio communis illa indicatur, à qua stant Doctores autoritate grauissimi, etiamsi contrariam tueantur, Doctores numero plures.

76. Impedimentum vnum remotum esse, satis non est.

77. Argumentum à fortiori validum in iure est.

78. Lex in necessitate posita, facilius semper succurrit, quàm ijs, qui aliquid spontanè gerunt.

79. Hartmannus Pistoris vir summus. Vnus vir, nullus vir. ibidem.

80. Opinio Doctoris, quæ fundamento destituitur, nihil facienda.

81. Conditio ex moribus, competit pro feudi reuocatione, vel redemtione.

82. Conditio omnis est personalis, & non in rem scripta.

83. Conditio ex moribus, competens pro feudi reuocatione, vel redemtione, est personalis.

84. Datur tamen aduersus heredes possessoris.

85. Præsupposito amoto, corruit assertio.

86. Dolus arguitur ex lesione magna

87. Emtio & venditio sunt contractus bonæ fidei.

88. In solutum datio, emtioni & venditioni per omnia similis.

89. Dispositum in emtione & venditione, locum quoq; habet, in solutum datione.

90. Dolus intercuniens in contractu bonæ fidei, eum totum euertit.

91. Emtio & venditio, ob dolum intercuenientem fit irrita. Idem est in datione in solutum. ibid.

92. Lesio magna dicenda est ea, cum quis damnum mille thalerorum percipit. Dos mille florenorum & re & effectu magna.

93. In solutum datio, tota irrita est, cum pro quantitate haud magna datur in solutum, res precij magni.

94. Siue ea fiat à iudice, siue ab ipsa parte.

95. Taxatio bonorum ideo excogitata, vt de iusto eorum valore constaret, isq; valor notus omnibus fieret.

96. Valor verus, quando per æstimationem non edoceatur.

97. Valor regulariter probatur, per æstimationem factam.

98. Valor is iustus est, cum res venditur tanti, quanti dinenda potest.

99. Pro-

99. *Probatio ex facti euidentia, reliquis omnibus præpollet.*
100. *Precium omne, de quo inter partes conuenerat, iustum censetur.*
101. *Quinimò omnis potius, pluris quàm minoris diuendisse censetur.*
102. *Geminatio actus, est argumentum propositi firmi atq; deliberati.*
103. *Precia tria sunt cuiuslibet rei in tota natura.*
104. *Læsio quæ vltra dimidium iusti non est, contractũ emtionis & venditionis nõ rescindit.*
105. *Maximè si præcesserit subhastatio.*
106. *Argumentum ab æquiparatis, validum in iure est.*
107. *Læsio magna vel parua ex iudicis arbitrio dijudicatur.*
108. *Arbitrium iudicis sectari attamen tenetur legum præscriptum.*
109. *Læsio magna respectu Ecclesiæ quæ dicatur.*
110. *Ecclesiæ plus, quàm priuato fauendum.*
111. *Lex quæ non dicit, nec nobis dicendum.*
112. *Lege q; non cauetur, in practica nõ habetur.*
113. *Subhastatio sequitur æstimationem.*
114. *Iudex potest in subhastatione precium ab æstimatoribus dictum reticere.*
115. *Preciũ commodè per æstimatores nõ ꝓbatur.*
116. *Interpretatio optima est illa, quæ ducitur ex moribus eius regionis, vbi contractus celebrabatur.*
117. *Contractus omnis declaratur ex eo, q; vsitatum est, in illo loco, vbi contractus initus est. In Marchia Brandeburgensi, in rerum æstimatarum alienationibus precium ab æstimatoribus dictum, sæpius posthabetur.*
118. *Contractus omnis licitus, qui à viris grauibus, & bonæ existimationis quotidie celebratur.*
119. *Precium rei imminuitur eo ipso, quod rem distrahens, obrutus est ære alieno.*
120. *Valor is iustus est, cũ res venditur tanti, quãti vendi potest, scienti conditionem eius.*
121. *Dolus non omnis sufficit ad rescissionem emtionis & venditionis aut in solutũ dationis.*
122. *Læsus in contractu emtionis, si tacet, facit valere contractum aliàs inualidum.*
123. *Actio de dolo, durat tantum biennio.*
124. *In remedio l. 2. C. de rescind. vendit: electio est emtoris vel rem à se dimittere, vel id, quod iusto precio deest supplere.*
125. *Argumentum à maiori validum in iure est.*
126. *Fundamento destructo, corruit ædificium.*
127. *Læsio & dos sunt disparata.*
A separatis malè infertur. ibid.
128 *Dos magna quæ dicenda sit, iudicis arbitrio relinquendum est.*
129. *Dolus ex enormissima tantum læsione præsumitur.*
130. *Fallacia æquiuocationis destruit argumenta.*
131 *Emtio & venditio ob dolum non sunt nullæ, nisi dolus eis causam præbuerit.*
132. *Mutuum est contractus stricti iuris.*
133. *Distractus eius est naturæ, cuius cõtractus est.*
134. *Dolus dans causam stricti iuris contractui, contractum ipso iure non euertit.*
135. *Argumentũ ab æquiparatis quomodo ꝓcedat.*
136. *Liberatio à contractu bonæ fidei cui dolus causam dederat, nulla est ipso iure.*
137. *Liberationes à contractibus stricti iuris, quarum causa dolus extiterat, ipso iure nullæ non sunt.*
Contrariorum eadem est disciplina. ibid.
138. *Causa qualibet etiam stolida & iners à dolo excusationem præstat.*
Datio in solutum de re precij maioris, pro summa minori facta, quomodo sit nulla. ibi.
139. *Præmissarum alterutra falsa, falsa quoq; erit conclusio.*
140. *In solutum datio, pro quantitate debiti consistit, etiam rei in solutum datæ precium, debiti quantitatem superarit.*
141. *Ius retentionis competit, in re in solutum dato, etiamsi ipsa in solutum datio, inutiliter planè facta sit.*
142. *In solutum dationi nil nocet, rem plus valere, quàm quantitas debiti sit, cum ista per ipsam partem peragitur.*
143. *Fallacia non causa vt causæ argumenta destruit.*
144. *Æstimatio etiam iudicis ipsiusmet, ad res immobiles q; attinet, momenti nullius est.*
145. *Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter vitio afficit eas argumentationes, quibus inest.*
146. *Paria sunt non esse, & non apparere.*
147. *In valore iusto diffimendo non est consideranda citatio eius, qui affectione aliqua erga rem ducitur.*
148. *Factum ab vno, rectè communiter fieri, non dicimus.*
149. *Testis quomodo iustum rei valorem probet.*
150. *Tempus quod in iusto rei precio costituendo, sit considerandum.*
151. *In solutum datione immodica, fructus rei, aut restituendi, aut in sortem computandi sunt.*
152. *Fructus in remedio l. 2. C. de rescind. vendit. restituendi sunt.*
153. *Nec non in integrum restitutione.*
154. *Et in qualibet rei redhibitione.*
155. *Et in pacto l. commissoriæ.*
156. *Et addictionis in diem.*
157. *Et cum rescinditur heredis institutio.*
158. *Aut mortis causa donatio.*
159. *Restituere verbum includit semper in sese fructuum restitutionem.*
160. *Dolo facit, qui petit, quod pauxillum post restituturus est.*
161. *Ius commune, quando in causarum feudalium quoq; decisionibus sequamur.*
162. *Possessor malæ fidei, neq; industriales neq; naturales fructus suos facit.*
163. *Mala fides oritur ex eo, quod quis scit, se emisse feudum, absq; filiorum & agnatorum consensu.*
164. *Maximè verò si filij vel agnati testatum iam fecerint, se feudum redemtum vel reuocatum capere.*

185. Nemora & sylue, queq, in hisce nascuntur arbores fructibus naturalibus accensentur.
186. Fructus naturales semper Domino, & non possessori nascuntur.
187. Litis contestatio causat malam fidem.
188. Iudex inhibere potest, ne arbores grandiores & annoso cedantur.
Mandata sine clausula, in Camera decernuntur in id, ne sylue non deuastentur. ibid.
189. Sylue deuastatis, decrit materia edificiorum, nauigiorum, &c.
Arbores vix intra seculi spacium, ad iustã procerutatem accrescunt. ibid. (fieri potest.
190. Inhibitio, ne arbores cedantur, etiã possessori
171. Causa priuationis feudi iusta est arborũ incisio.
172. Emtor feudi, quod reuocationi vel redemtionis obnoxium est, inter ea nihilominus sit Dominus eius, & bona fide possessor.
173. Sed & iuris reuocandi & redimendi feudum præscribi potest.
174. Fructus ad neminem pertinere possunt nisi ad eum, qui Dominus & possessor rei simul est.
175. Interpretatio ad l. dolo C. de rescind. vendit. Argumentum ab l. fur dolo longè fortissimũ ibi.
176. Lesio vltra dimidiũ iusta ab allegante p banda.
177. Ius reuocandi & redimendi ab allegante probandum non est, dum constat, rem de qua lis est feudũ esse, & quomodo id verum sit.
178. Honesta non sunt, omnia quæ licent.
179. Argumentum ab emtore, qui obnoxius est remedio l. 2. C. de rescindend. vendit. ad emtorem, qui reuocationem vel redemtionem feudi timere cogitur, recte concluditi.
180. Emtor feudi, qui per reuocationem vel redemtionem feudum amittit, ante amissionem dominus eius est.
181. Fructus ab emtore non auocantur si reuocans vel redimens feudum actiones suas, cum citius potuisset, diutius proponere supersedit.
182. Fructus alio iure, alio item res ipsa censeutur.
183. Emtor à quo feudum reuocatur vel redimitur, tantum, si dolo & lata culpa eius feudũ deterius factum sit, tenetur, nec amplius quicquam præstat.
Dolo culpæue caret, qui id facit, quod quis g, paterfamilias, in eodem casu constitutus faceret. ibi.
Fructus feudi sunt vasalli, antequam feudo ob feloniam priuatur. ibid.
Item donatarij, antequã resolutur donatio.
Et vsufructuary antequam vsufructus in feudo constitutus soluatur. ibid.
184. Emtoris feudi reuocati, vel redemti, fructus immaturi non sunt, etiam à solo reparati.
185. Arbores an finitis immaturis accensenda sint.
186. Arbores annosiores demum exiccantur & à vermibus corrodantur.
187. Fructus, qui immaturi adhuc, à solo separati sunt, emtoru feudi reuocati manent, si ante potuissent matur escere. quàm feudum ob redemtionem amitteretur.
188. Sicuti & ij, qui tam proximi sunt maturitati, vt eandem asseruari vellut item, ac si maturi planè fuissent.
189. Fructus immaturi manent emtoris, si incertum adhuc sit, an prius amittatur feudum, an verò citius ad maturitatem prouenturi sint fructus.
190. Fructus eius anni, quo reuocatur res vendita, ob pactum de retronendendo, inter possessorem & reuocantem diuiduntur.
191. Quod & in reuocante rem iure retractus, q consuetudo, vel statutum dat, verum est.
192. Ratio vbi eadem est, ius diuersum constitui non potest.
193. Possessor fundi, qui vbertores fructus sua industria percepit, quàm renocans percipere potuisset, eos non restituit, etiam in illis casibus, in quibus alias restitutioni locus est.
194. Fructus ex melioratione bibus percepti nunquam restituuntur.
195. Fructus cur restituantur, in datione in solutum, inutile.
Ratio vbi est diuersa, idem ius constitui non debet.
196. Fructus, in remedio l. 2. C. de rescind vendit. non restituuntur ex communi.
197. Fauor maior est, etatis minoris, quam filij vel agnati, contra iuris communis regulas, feudum reuocantis vel redimentis.
198. Fructus cur restituantur in redhibitione.
199. Ius reuocandi vel redimendi feudum non tra hitur retrò.
200. Indignum est vt hic lucrifaciat fructus, qui ipse ad rescissionem contractus agit. (sorte.
201. Fructus cur restituãtur in pacto legis commis-
202 Cur item in additione in diem.
203. Cur denig, eo casu, cum rescinditur institutio.
204. Aut mortis causa donatio.
Donatio causa mortis est reuocationi obnoxia, quandiu taliter donans, superstes est.
205. Fructus non restituuntur, quocunq, modo inter vinos donatio resoluatur. (mere.
206. Aliud est restituere, aliud reuocare vel redi-
207. Fundamento destructo, omnia, qua superextructa fuerint, corruunt.
208. Fructus dum feudũ redimitur vel reuocatur, restituendos esse, iura feudalia non expressisse sufficit.
209. Regulæ: dolo facit &c. declaratio.
210. Consequentia mala est: scit feudũ redimi vel reuocari posse: Ergo est malæ fidei possessor. Reuocatio feudi quò rarius perficiatur, multa contingere possunt. ibid.
211. Multa cadunt, intra calicẽ supremæ, labra.
212. Reuocationi feudi, possessor male fidei præscribere non potest.
213. Mala fides nunquam oritur, ob id, quod quis cõtingenter personali actione conueniri potest.
Fructuum restitutio nunquam causatur ex eo, quod quis scit, se actione personali impetiti iri. ibi.
214. Sicuti nec meliorationes aut expensæ, ex hoc capite quis perdit.
215. Denunciatio, quando malã fidem producat.
216. Mala fides, cum illo commune nihil habet, qui quidem actioni alicui se obnoxium scit,

Interim

interim tamen firmissimis innititur aduersus hanc actionem exceptionibus.

217. *Paria sunt nullam habere actionem & talem, quæ exceptione opposita elidi possit.*

218. *Fructus qui naturalibus, qui industrialibus accensendi, iudicis arbitrio committẽdum.*

219. *Herba alibi spontè nascitur, quæ hîc cura vix hominis singulari producitur.*

Ouium greges alibi conspiciuntur pacantes, per montes syluasq́, sine vlla hominum custodia: quæ hîc vix adhibita nocturna, diurnaq́, opilionum solertia, asseruari possunt.

220. *Equi equæue, in Galliciæ regno per totum annum oberrant, sine vlla custodia hominum.*

221. *Ligna syluæ cæduæ, fructibus naturalibus annumerantur à Baldo.*

222. *Et qua ratione id fiat.*

223. *Ratione legis cessante, cessat lex.*

224. *Ligna syluæ cæduæ tunc inter fructus industriales numerantur cum hominis opera, cultiora effecta sunt.*

225. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

226. *Effectus sine sua causa oriri nequit.*

227. *Mala fides, quatenus ex litis contestatione, gignatur.*

228 *Consequentia non valet, lis illi vel illi, de feudo mota est, & lis cum illo contestata est: Ergò amittet feudum.*

229. *Euentus litis dubius est.*

230. *Bonæ fidei sedes, in conscientia est.*

Conscientia dummodò nil mali dictet, bonam fidem retinere possum, etiam decies millies, proposita aduersus me actione ibid.

231. *In fructuum restitutione, quod tempus in considerationem veniat.*

232. *Bona fides præsumitur.*

233. *Syluæ deuastatio, & vsus syluæ ad eum modum, quo vti solet, quisq́ bonus paterfamilias, differunt.*

234. *Emtor feudi potest vendere ligna ex Syluis ad feudum pertinentibus: quantumuis venditor feudi, id facere solitus non fuisset.*

235. *Ratio alia arborum, pinorum vel pinearum, alia item quercuum est.*

236. *Possessor, quando inhibitio fieri possit, ne arbores incidat.*

237. *Simul & vna vice ligna tota incisa, sunt indicium dilapidationis.*

238. *Vasallum feudo priuari, ob arbores succisas, quatenus verum.*

239. *Et n seq.*

Arbores feudi sui, præter abusum quilibet cædere potest

240. *Pœnam non meretur, quod sit lege permittente.*

241. *Feudo is demum priuare potest, qui id dederat.*

242. *Exceptio iuris tertij, frustrà opponitur.*

243. *Exceptio, feudum venditum esse, absq́ domini consensu, à tertio frustra possessori obijcitur.*

244. *Vasallus ob arborum incisionem iure feudo non priuatur, nisi prius monitus fuerit, ne arbores incidat.*

245. *Possessor, qui rem illicitè detinet, perdit non solum precium, verumetiam melioramenta.*

246. *Meliorationes compensandæ sunt, cum fructibus inde perceptis.*

247. *Meliorationes dici non merentur, quæ rem meliorem non reddiderunt.*

248. *Nomen habere non meretur, quod ipsa re destituitur.*

249. *Meliorationes & expensæ, si nimiæ non sint, restituuntur, cum res iure retractus, repetitur.*

250. *Aut via restitutionis in integrum.*

251. *Aut cum Ecclesia rem suam repetit.*

252. *Sed & eo casu, cum contractus, ex l. 2. C. de rescind. vendit remedio, irritus sit.*

253. *Argumentum à minori validum.*

254. *Feudum licitè alienatur eo etiam casu, cum filius vel agnatus non consentiunt, licet tunc sit obnoxium reuocationi vel redemtioni.*

255. *Meliorationes, cum fructibus inde redactis, nunquam compensantur cum res iure Dominij possidetur.*

256. *Emtor feudi reuocationi subiecti, manet dominus eius donec pronuncietur feudum reuocandum vel redimendum.*

257. *Melioratio cum fructibus in compensationem venit, quoties titulus, cuius nomine res possidetur, ad non titulum reducitur, facta contractus rescissione.*

THEMA.

IVV. in B; cum soluendo amplius non esset, tùm ob æs alienum, quod ipse conflâsset, tùm ob debita ea, ad quæ dissoluenda fideiussorio nomine tenebatur: & tam vehementer à creditoribus suis: maximè verò ijs, qui assensum à superiori impetrarant, vel quo alio priuilegio vtebantur, exagitaretur atq́ premeretur, assentire tandem coactus fuit, quod feuda eius æstimarentur: Sed & deindè vnum ex his H. (quod ab agnato illi obuenerat) vni creditorum suorum F. G. qui consensum Domini feudi, sed & inuestitorum de hoc feudo, in casum mortis, primus omnium impetrarat, postquam illud diutius promercale fuisset & nullum emtorem reperiret, in solutum dedit, Licet ei creditori, non eam deberet quantitatem, quæ precium huius feudi ab æstimatoribus dictum, adæquaret, sed summa de-

bita, precio dicto inferior esse, mille & amplius thaleris.

Sed & hic creditor., & eo diem functo, heredes eius, feudum hoc, sibi in solutum datum, post deinde, per quatuordecim & amplius annos quietè possederunt, nec à quoquam vllam molestiam experti sint.

Iam verò debitorus filij, qui tamen tempore celebrati contractus, & maiores fuerunt: & talem contractum celebrari non neseiuerunt, ipsis negocium facessunt: conanturq. feudum hoc ab illis: actione reuocatoria feudi, tum iure proximitatis, tum verò ob id, quod quantitas debita, ad summam precij, ab æstimatoribus dicti non accederet, auferre.

Quæritur itaq. primò, num hæc res, pro soluto data, cum feudum sit, possit reuocari?

Secundò, Vel an id licitè fiat, propterea quod minor fuerat debiti quantitas, pro qua in solutum dabatur, quam id precium, quod huic feudo æstimatores dixerant?

Tertiò, an verò donec lis hæc, ratione reuocationis feudi cœpta, finiatur, possessoribus fas sit, ligna incidere, quæ hactenus ceu non cædua obseruarunt, quantum sine deuastatione lignorum fieri potest: præsertim cum ipse in solutum dans, si feudum penes eum remansisset, lignis tamdiu parcere non potuisset?

Quartò, An denig. non, si feudum per reuocationem amissuri sint, ipsis præter numerationem quantitatis debitæ, simul quoq. meliorationum factarum nomine satisfaciendum sit?

RATIONES DVBITANDI QVÆSTIONIS I.

ET equidem, quantum primo intuitu hac de re dijudicare licet: tàm iure proximitatis, quàm eam ob causam, quod res iusto & ab æstimatoribus dicto precio, alienata non sit, reuocationi locum esse, dicendũ videretur.

1 Etenim omnibus notam esse putarim primò, tritissimam hanc iuris regulam, quod nempe alienato feudo, filio planè licitum atq; permissum sit, feudi alienati reuocationem aggredi, tàm iure *agnatorum*, precio restituto: quantumuis adhuc in viuis sit parens: quàm iure successorio & proprio.

Quod quidem parente iam defuncto locum habet, etiamsi nullam feudi possessori restituatur precium. *c. 1. §. si Titius. ibi Andr. de Isern. Aluarot. n. 13. Præpos. & Afflict. si de feud. defunct. contend. sit c. 1. de succes. feud. c. 1. §. sed etiam res per quos fiat inuest. Iac. de S. Georg. in tr. feud. v. & cum pacto. de non alienand. n. 44. Zas. in tr. feudal. p. 9. n. 30. vers. sin verò non omnes. Sonsbec. in tr. feudal. p. 13. n. 125. Mynsing. obseru. 85. cent. 4. Hartman. Pistor. q. 13. n. 18. lib. 2. Borcholt. in tr. feudal. c. 8. n. 147. Curt. in tr. feud. 4. p. n. 151. Tiraquell. de vtr. retract. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 46. Aur. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 74. C. de bon. matern. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 7. n. 9. & c. 8. n. 1. & seqq. Her. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 11. ex n. 85.*

Idq; non solùm in feudo ex pacto & prouidentia, siue familiari (vt cum Pinelo Joquar) sed & in feudo hereditario misto, verum est atq; obtinet. *Vti tum ex Hartm. Pistor. q. 14. n. 20. & quos ibi recenset, tum ex Vult. d. c. 11. n. 87. videre est.* 2

Iam verò, illud extra controuersiam positum est, quod pagus H; sit feudum: quod item si non feudum familiare per omnia est, feudum attamen hereditarium mixtum sit. Feudis enim simpliciter hereditarijs accenseri non potest. Cum feudum hereditarium proprium illud sit, quod quis pro se & heredibus suis quibuscunq; acquisierat, quodq; ob id, ad omnes etiam extraneos, vasalli heredes, licet aliàs feudi incapaces sint, transeat. *Iac. de S. Georg. in d. tr. feud. v. & cum pacto. el. 3. n. 11. Ias. in prælud. feud. n. 46. cum seqq. Curt. in tr. feudal. in 2. p. 3. p. p. n. 62. & 4. p. n. 130. Card. Paris. consil. 65. vol. 3. & alij quos congessit Schrad. in tr. feudal. p. 8. c. 8. n. 9. & Thom. de Marin. in tr. feudal. tit. 5. n. 17.* 3

Cuiusmodi genus feudorum in Electoratu & Marchia Brandeburgensi incognitum atq; inauditum est. Consequatur itaq; oportet, actionem feudi reuocatorium dandam esse.

Porrò illud hoc in loco in consideratione non venit, quod attamen Domini feudi consensus adhibitus sit. Nam Domini consensus nec filio nec agnatis præiudicat. *Iul. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 41. n. 2. vbi communem omnium dicit, tradunt, & alij complurimi, qui apud Rosenth. extant in synopsi feudal. c. 9. concluf. 113.* 4 *

Sed & leuiusculum illud est, quod & inuestiti in casum mortis cõsensus accesserit: Nam cum ille qui in casum mortis de feudo vasalli viuentis inuestitur, adhuc nullum planè ius in re, sed tantum ad rem habeat. *per trad. Pistor. q. 25. n. 5. lib. 2. Vult. c. 7. n. 48.* 5

Is filijs vel agnatis, vtpote, qui ius quæsitũ in re iam habeant, suo consensu præiudicare non poterit. Secundò incerti quoq; iuris non est, quod filius viuo etiam patre alienatore, hanc reuocationem possit instituere, *vt tradit omnes superiùs, sub prima dubitandi ratione relati.* 6

Patrem itaq; alienatorem in viuis adhuc esse, reuocationi feudi paulò post instituendæ non nocebit.

Tertio quoq; loco, alia adest iuris dispositio, quod is etiam, qui feudum alienari videns & sciens, ob hoc silentium, & scientiam suam, nihilomagis, in alienationem consensisse creditur: dummodò præterea consensum suum, vel facto vel verbis nõ declararit. *Andr. de Isern. c. 1.* 7

in c. 1.

in c. 1. §. præterea ibi Præpos. & Affl. c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. cons. sit. Thom. de Mar. in tr. feud. tit. 2. n. 71. Turaq. de utr. retract. gl. 9. n. 159. Herman. Vult. d. c. 11. n. 105.

Ponamus itaq; filios I. VV. alienatoris, diſtractionem hanc reſciuiſſe: non impediet attamen iſtud ſcire, feudi reuocationē, dummodò præterea ſe conſentire, verbis, vel facto ipſo, non declararint.

8 Atq; his non repugnat illud, quod tamen aliqui reperiantur, qui contrariam opinionē tueantur, taciturnitatem & præſentiam nempe filij, vel agnati, hoc caſu loco conſenſus exprefsi eſſe, cosq; ab omni reuocatione excludere. *gl. in c. 1. §. præterea. ibi Iac. de Beluis & Bl. quib. mod. feud. amit. Iac. de S. Georg. in tr. feud. d. v. & cum pact. de non alien. vol. 2. v. ſed quid ſi vaſallus. Curt. Iun. in tr. feud. 4. p. queſt. penult. n. 125. Hunneton. in tr. feud. lib. 7. c. 7.*

Nam magis communiter ab hac ſententia diſceſſum eſt. *teſte Hart. Piſtor. q. 7. n. 1.*

9 Quartò expreſſæ adſunt ad hæc iuris diſpoſitiones: ſed & commune Interpretum placitum eſt, quod iuri reuocandi feudum, ſiquidem in extraneum fuerit alienatum, non præſcribatur tempore breuiori, quàm triginta annorum. gl. in d. c. 1. §. Tit. & ibi DD. Feudiſtæ communiter. ſi de feud. def. cont. ſit. Curt. Iun. in tr. feud. p. 4. n. 53. & 146. Zaſ. in tr. feudal. d. p. 9. n. 29. & alij innumeri, quos tum Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 8. n. 24. tū Vult. in tr. feudal. c. 11. n. 108. referūt atq; ſequuntur.

10 Et hoc iure eatenus quidem vtimur vt non ſolùm ad agnatum quod attinet: ſed etiam filij reſpectu, ius reuocandi feudum, annis triginta duret. *Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 148. Schrad. d. p. 8. c. 8. n. 38. Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 9. n. 125. Roland. à Vall. conſil. 57. n. 64. vol. 3.*

11 Nec obſtat quod tamen annus ſpacio finiri ius Protomiſeos ſiue id ius, quo vel filius vel agnatus viuente adhuc alienatore feudum alienarum reuocant, cenſuerit *Bl. conſil. 187. incip. quod conſentiente in pr. lib. 3. nec non Schrad. d. tr. feudal. p. 8. c. 7. n. 42. 43. & 44.*

Cum tamen in præſentia, vtpote cum adhuc in viuis ſit alienator, vnicè ex iure Protomiſeos, agendum ſit.

12 Nam & hæc contraria opinio communi calculo damnata atque exploſa, & è diuerſo ſcitum eſt, ius protomiſeos quoq;, ante triginta annorum lapſum præſcriptionis expers eſſe, eo caſu, cum in extraneum res alienata eſt. *Vti habet communis opinio, teſte ipſomet Schrad. d. tr. feud. d. p. 8. c. 7. n. 42. in pr.*

Fingamus itaq; tredecim, quatuordecim vel amplius annos elapſos eſſe, poſt alienationem hanc à I. VV. in F. G. factam: hinc tamen ad feudi reuocatoriæ præſcriptionem nil apti colligemus.

13 Quintò certò & illud conſtat, quod etiam eo caſu, cum ob æs alienum feudum inſolutum datum eſt, ius reuocandi feudum, locum habeat, poſsintq; filius vel agnatus, viuente adhuc alienatore, ſed reſtituto precio: aut ſi iam in fata conceſſerit alienator, precio etiam non reſtituto, feudum à poſſeſſore ipſius vindicare, atq; recuperare. *Bl. in c. 1. col. 3. de alienat. feud. Bl. in c. 1. §. hoc quoq; & ibi Affict. n. 56. de ſucceſſ. feud. Alex. conſil. 106. vol. 4. conſil. 128. vol. 3. Ias. conſil. 57. col. penult. vol. 3. Rum. conſil. 17. & conſ. 176. vol. 1. & conſil. 108. vol. 2. Got. adin. conſil. 9. Pariſ. conſil. 5. n. 22. & 24. & conſil. 18. vol. 1.*

Siue itaq; ob æs alienum vrgens, alienatio hæc facta fuerit: ideoq; hic contractus venditio propriè dici non mereatur, cum in ſolutum datio ſit, parti reæ attamen idipſum nil quicquam prederit.

Id quod propterea eò magis in præſentia 14
dicendum videtur: cum & eo caſu, quando ipſe iudex adiudicat, ob æs alienum feudum nihilominus feudi repetitioni atq; reuocationi locus ſit. *Vti in indiuiduo decidit Hartm. Piſt. q. 6. n. 57. lib. 2.* Atenim in diſtractione noſtra, omnia à parte ipſa, vlla iudicis autoritate non adhibita, fuêre peracta.

Sextò & vltimo, ambigi quoq; non opor- 15
tet, quin actio feudi reuocatoria ſit in rem ſcripta & omnem feudi alienati poſſeſſorem ſequatur. *Vti in ſpecie decidit Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 1. n. 7.* Perinde itaq; erit, ac ſi is, in quem feudum transferebatur, adhuc ſuperſtes eſſet. Non minus enim heredes, quàm ipſe defunctus vtiliter feudi reuocatoria actione conueniuntur.

RATIONES DECIDENDI QVÆSTIONIS I.

VErum enimuerò his, & ſi aliqua præterea afferrentur, inſuper habitis, in contrariam diſcedamus ſententiam, concludemusq; vti ſeſe res hîc habent, fruſtra eſſe, ſi qua feudi reuocatoria inſtituretur. Idque propter rationes quæ ſtatim ſubijcientur.

Pro primo. Clari atq; indubitati iuris, 16
vnanimisq; Doctorum concluſio eſt: quod in * feudo nouo, actioni feudi reuocatoriæ, locus non ſit. Nec diſtinguemus quale id feudum nouum fuerit, an ex pacto & prouidentia: an verò hereditarium abſolutum, an deniq; hereditarium miſtum. In omnibus enim hiſce feudorum generibus indiſcriminatim ſi noua fuerint, reuocatio ceſſat, quantumuis inuentarium confectum, conſcriptumq; à filio fuiſſet. *Iſern. in c. 1. §. etſi libellum ibi Aluar. de alienat. feud. pat. Mart. Laudens. in c. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. cont. ſit. Affict. in c. 1. in pr. n. 75. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Affict. in c. 1. n. 17. & 19. De alienat. feud. pat. Affict. deciſ. 138. n. 5. deciſ. 248. n. 1. Bartol. Camerar. d. c. 1. §. præterea ducatus. verſ. tertia ſpecies de prohib. feud. alien.*

per Frideric. Camer in c. 1. in prin. verſ. oppono ſecundo n. 32. & q. 1. n. 35. verſ. ſecundum caput. an agn. vel fil. Marin. Freco in tr. de ſubfeudu. lib. 2. autor. 29. n. 10. Iohan. Thom. de Marin. in tr. feud. tit. 3. n. 16. Zaſan tr. feudal. p. 9. n. 36. Borch. in tr. feudal. c. 8. n. 145. Bl. in c. inter dilectos. n. 11. ext. de fid. inſtrum. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 98. C. de bon. matern. & alij quos refert & ſequitur Vult. de feud. lib. 1. c. 1. n. 84. verſ. alijs. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 8. n. 2. Roſenth. in Synopſi feud. c. 2. concl. 22.

* Et eſt communis opinio, quam omnes nemine reluctante ſequi atteſtantur. Sigism. de Neapol. conſ. 5 2. n. 1. Alex. conſil. 28. n. 16. vol. 5. Gozadin. conſil. 75. n. 17. Menoch. conſil. 161. n. 2. vol. 2. Hartman. Piſtor. q. 4. n. 44. vbi huic ſolis ſubſcribendum ſe admonet.

Iam verò actores diffiteri nequeunt, quin feudum H. tempore factæ alienationis, nouum fuerit.

Rectè itaq; infertur hoc reuocari neque à filijs, neq; ab agnatis poſſe.

17 Nam quod referri id, ad noua feuda debeat, vel ex eo conſtare arbitror, quod iura proſpexerint, quod quoties nouis conuentionibus, & pactis additis, forma antiquæ inueſtituræ immutatur, feudum antiquum fiat nouum. Bl. in c. 1. §. inſuper in fine. de prohibit. feud. alienat. per Friderc. Laſ. in l. ſi mihi & Titio in fine. ff. de verbor. obligat. Afflict. deciſ. 112. n. 4. & 5. & deciſ. 248. n. 8. Herman. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 8. n. 4. verſic. eadem ratione. Albert. Brun. conſil. 78. n. 5. & 6 Cephal. conſil. 311. n. 29. Tiber. Decian. conſil. 23. n. 35. vol. 1. qui alios ideò volentes adducit.

Sed Actores non poſſunt non confiteri quod longe, longeq; dum hoc feudo parens eorum, qui adhuc viuit, potiretur, ab antiqua inueſtiturarum forma, quo ad hæc feuda, fuerit receſſum.

Nam cum antehac feuda hæc, planè liberà & vt populares vocare ſolent: Sonnenſehen: quærq; à nemine recognoſcerentur, fuiſſent: nunc temporis recognoſci ea, ab Electoribus & Marchionibus Brandenburgenſibus oportet: nec aliter inueſtituræ impetrari amplius poſſunt, quàm ſub conditione recognitionis.

Reliquum itaq; amplius nihil aliud fit, quàm feudum hoc nouum eſſe.

18 Secundò incogniti quoq; iuris non eſt, quod omnis inueſtitio, in qua mentio heredum fit, feudum hereditarium eſſe coarguat. *Vt vel ſexcenti concordi conſenſu tradiderunt, quos refert. Hartman. Piſtor. q. 1. n. 1. volum. 2. Hartman. Piſtor. q. 3 n. 23. cod. vol. & ſexcenti item alij congeſti per Roſenth. in ſynopſi feud. c. 2. concl. 24.*

Ceterum cum certum ſit in literis inueſtitionum, quæ VV. habent, per verbum HEREDIBVS inueſtituram fieri & etiam ab initio factam fuiſſe.

Haud perperam concludemus, feuda hæc hereditaria eſſe.

Sed & obiectio hæc remouenda facilè poterit: quod attamen inueſtituræ verba ita habeant, feudum pro ſe & heredibus ſuis maſculis (quæ perpetua ferè, inueſtiturarum in Electoratu Brandeburgico forma eſt) ex ſe legitimè natis datum eſſe. Nam etſi aliqui reperiantur, qui velint, feudum pro ſe & heredibus ex ſuo corpore, legitimè deſcendentibus, non hereditarium, ſed ex pacto & prouidentia eſſe. *Quorum nonnullos refert & ſequitur Schrader. in tr. feud. p. 2. c. 3. n. 24. alios item recenſet Roſenthal. in Synopſ. c. 2. concl. 24.*

Attamen certum omninò eſt, quod con- 19
traria ſententia, feudum nempe etiam hoc caſu hereditarium fore & verior & creberiori ** calculo recepta ſit. *teſte Hartm. Piſtor. q. 3. n. 65. & ſeqq. Clar. ſecept. ſententiar. § feudum q. 9. n. 8. vbi Paruſ. Afflict. & Sigism. de Neapol. huius rei teſtes adducit. Thom. de Marin. in tr. feudal. tit. 5. n. 20. & 27. Roſenth. d. concl. 24.*

Sicuti illa quoq; feuda: quæ pro ſe & he- 20
redibus ſuis maſculis dantur: vel pro ſe & heredibus ſuis maſculis, ex corpore ſuo procreandis, ex magis approbato, receptoque ** interpretum placito, omnia feuda hereditaria, non autem ex pacto ſunt. *Roſenthal. teſte d. concluſ. 24. vbi complurimos harum opinionum ſectatores nominat.*

Quare obiectio hæc, nullius momenti 21
erit: præſertim cum receptior habeat traditio, quod in dubio quoq; caſu, feudum potius hereditarium quàm ex pacto eſſe cenſeatur. *Audr. de Iſern. in c. 1. in pr. vbi Alnauol. n. 8. Præpoſ. n. 3. Afflict. n. 15. de alienat. feud. pat. Audr. de Iſern. in c. 1. abi Bl. & Iac. de Belvis. An agnat. Iſern. in c. 1. in fin. qui ſucceſſ. ten. Decian. conſil. 24. n. 70. vol. 1. Iſern. Afflict. Zaſ. Bl. Curt. iun. Caſtr. Alex. Socin. Senior. Neuiz. Rub. Brun. Ruin. Gozadin. Alciat. Natta. Cephal. Decian. Roland. a Valle Mynſing. & Fichard. in locis relatis à Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 8. n. 33. alij item complures recenſiti à Menoch. in tr. de præſumt. lib. 3. præſumt. 94. n. 1.*

Nec obſtat: quod tamen permulti ſint, 22
atq; reperiantur, quibus contrarium, feudum, nempe in ambiguo, dijudicari, feudum ex pacto eſſe, arrideat, *quos rurſus apud Vult. d. c. 8. n. 33. verſ. maluerunt. & Menoch. d. præſumt. 94. n. 7. offendes.*

Si enim rectè ſubduxeris calculum apparebit, vt de autoritate, vtramq; ſententiam, propugnantium, nihil in medium afferam, longè maiorem illorum fore numerum, qui illam quam qui hanc tuendam ſuſcipiant. Quare prior illa opinio, magis communis ** omnino dicenda erit. Etenim magis communis opinio ea eſt, quæ maiori Doctorum numero fulcitur. *Neuiz. an in ſtatut. nupt. lib. 3. n. 4. an fine & ſeq. Anton. Mar. Coras. in tr. de com. opin. in præfat. n. 44.*

Id quod ex eo quoq; confirmatur quod 23
feuda totius Germaniæ, claſſi feudorum heredita-

reditariorum & non ijs, quæ ex pacto sunt, accenseantur testibus rerum Germanicarum peritissimis. *Hartm. Pistor. q. 3. n. 59. vol. 2. Ludolph. Schrad. mt. consil. diuersor. consil. 20. n. 11. & 13. vol. 3.*

Non est itaq; ambigui amplius iuris feudum H. hereditarium esse.

Hoc nunc facto fundamento, consequitur vlterius, huius feudi nomine, etiamsi antiquum foret, concedendum attamen feudi reuocationem vel redemtionem non esse.

24 Cum iuris sit perspectissimi, quod respectu feudi hereditarij etiam antiqui, nec ius redimendi, nec ius reuocandi feudum competat. *Hart. Pist. q. 15. n. 1. vol. 2. Alex. consil. 19. n. 13. & seq.*

** *& cons. 28. n. 18. vol. 5. Et est magis communis teste Michael. Grasso recept. sententi. § hereditas. q. 12. n. 29. vers. aut loquimur in feudo.*

25 Tertiò ex magis recepta quoq; opinione,

** illud palam est omnibus, quod redemtio & reuocatio feudi desinant, ratione & intuitu feudi hereditarij misti etiam antiqui. *Iser. an c. 1. 5. olim. n. 2. de successionfeud. Zas. p. 8. n. 6. Frecc. in tr. de subfeud. lib. 2. 6. superest vt al. qua. q. 1. n. 3. Mar. tit. 6. n. 27. Ruin. consil. 1. n. 13. vol. 1. Paris. cons. 23. n. 198. vol. 1. Rolland. à Vall. consil. 2. n. 40. vol. 1. Sigism.*

* *de Neapol. consil. 1. n. 52. & est recepta opinio. Cum rei testem se præbet. Menoch. consil. 89. n. 68.*

26 Quod non solùm eo casu, cum inuentarium confectum non est: verùm etiam cum inuentarium conscribebatur, verum est, atque procedit. *Iser. in c. 1. in fin. Qui succeß. teneant. Conarr. variar. resol. lib. 2. c. 18. n. 4. vers. octauo infertur. Rum. consil. 2. n. 8. vol. 4. Loffred. consil. 14. n. 43. & seq. Affl. decis. 26. n. 3. & decis. 112. n. 3. decis.*

* *240. n. 7. Pinell. communem dicens in rep. l. 1. p. 3. n. 93. C. de bon. mat. Rol. à Vall. in tr. de inuent. p. 4. q. incip. nunquid heres. n. 27. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regul. lib. 6. tit. de regul. iur. consil. 11. n. 21. & seq. Gratt. consil. 4. n. 56. vol. 1. Burf. consil. 3. n. 27. vol. 1. Menoch. consil. 89. n. 68. Ale. consil. 160. n. 15. vol. 1. Craueta consil. 256. n. 3. Thom. de Marin. tit. 3. n. 18. tit. 5. n. 59. vbi in fine controuersia procedere asserit. Et alios complures ibi volentes Pist. adducit. q. 14. n. 24. lib. 2.*

27 Ad minimum itaq; hoc feudum H. inter feuda hereditaria mista referretur.

Quoties enim vocabulum Heres in inuestitura exprimitur: tunc ad minimum illud efficit, & operatur, quod rectè dicamus feudum hereditarium mistum constitutum esse: quodq; in eiusmodi feudis, nemo qui heres simul non sit, succedat: licet ad extraneos heredes, hoc casu, feudi successio non deuoluatur. *Inl. Clar. receptar. sententiar. § feudum. q. 9. n. 4. Arrius Pinell. d. l. 1. q. 3. n. 85. C. de bon. mat. Catheran. decis. 161. in fin. Thom. de Marin. in tr. feud. tit. 1. n. 2. 3. 4. Hartm. Pist. q. 1. n. 47. vol. 2. Cardin. Paris. cons. 65. n. 10. vol. 3. Marian. Socin. consil. 114. n. 12. vol. 2. Burfat. cons. 89. n. 36.*

Vnde rursus colligitur, redemtioni vel reuocationi feudi, locum hic non esse.

Nec obstat, quod aliqui Doctores reperiantur, filium tunc quoq;, ad feudi hereditarij, siue simplicis, siue misti, redemtionem, & reuocationem aspirare posse, concludentes, cum alienator feudi, nihil planè in bonis reliquit. *Vt antecessor Iacob. de Belvis in c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. content. sit. tradant Iohan. Reinaud. in c. Imperialem. § pœna. n. 7. de prob. feud. alienat. per Frederic. Laudens. in cit. an agnat. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. itaq, ipsi muestitus. n. 4. & in v. & cum pacto de non alien. n. 43. Afflict. d. § Titius. n. 16. Zas. p. 8. n. 11. Syluan. cons. 15. n. 36.* 28

Si etenim hinc inferre conatus quispiam fuerit, filijs VV. alienatoris fas esse, vtpote cum parens eorum in bonis nil amplius habeat: sed & soluendo planè non sit, feudum hoc siue feudis hereditarijs simpliciter sic dictis, siue feudis hereditarijs mistis, accensere voluerimus, redimere atq; reuocare: est quod respondeamus in promtu.

Et primo quidem, quod præter hanc qualitatem feudi hereditarij, aliud quoq; in medio sit impedimentum: feudum nempe hoc nouum esse: veluti sub prima decidendi ratione euicimus. Ceterum feudum nouum, omnis redemtionis & reuocationis expers est indistinctim, siue aliquid patrens alienator in bonis reliquerit, siue verò paupertior, vltimum clauserit diem.

Sufficit itaq; vnum ex duobus reliquum esse impedimentum. §. affinitatis instit. de nupt. cum similib.

Post deindè, sententiæ quoq; huic, eiusq; sectatoribus, refragantur omnes ij, quos paulò antè adduximus. Docent traduntque enim: etiam inuentarij confectionem, quicquam non prodesse, ad redemtionem vel reuocationem feudi hereditarij, vel simplicis vel misti. Verum illorum, quàm horum, longè maior est numerus, vt de autoritate Isernij sileam.

Sed & tertio loco hæc opinio contradictionem suipsius implicat: Vbicunq; enim adest feudum hereditarium, ibi dici nequit, nihil fuisse in hereditate: cum si non alia quæpiam res adest, adest tamen ad minimū feudum illud hereditarium, de quo controuersia est. Vnde etiam fit, vt is, qui in tali feudo heres est, defuncti factum præstare, sit obligatus. *Vt rectè admonet Hartm. Pistor. q. 14. n. 47. & seqq. Vbi quoq; Doctores in contrarium euntes malè Iacobi de Belvisio autoritate fuisse fascinatos, is autor est.* 29

Quartò. Iura id quoque præterea dispo- 30
fuisse non ignoramus: quod redemtiones, feudiq; reuocationes, tantummodò locum habeant, in illa translatione, alienationeque feudi, quæ fit, mediante contractu venditionis. *Vt in indiuiduo scriptum reliquêre Iacob. Alua. d. c. 1. §. Titius in v. concessit. si de feud. defunct. content. sit. Schrad. in tr. feudal. p. 8. c. 7. n. 33 fac. tract. Matth. ac*

Matth. de Afflict. in tr. de iure protomis. vers. licet enim supra diximus. n. 23. Card. Paris. consil. 81. per tot. cum 2 seqq. cons lib. 3.

31 Et generaliter verum est, quod omnis dispositio, de emtione & venditione, contra iuris communis regulas loquens, comprehendat tantummodò emtionem & venditionem propriè sic dictam: *tesse gl. & Bl. in c. 1. n. 12. de alienat. feud. Matth. de Afflict. d. tr. de iur. protom. d. vers. licet enim supra n. 26.*

32 Nos verò hic non versamur in terminis propriæ emtionis & venditionis. Nunquam enim datio pro soluto, & emtio & venditio propriè sic dicta idem sunt: *tesse Tiraq. in tr. de utroq. retract. p. 1. §. 1. gl. 14. nu. 6. Raphael. Fulgos. consil. 134. inc. in quæstione versa coram Dom. cap. col. 2. vers. sed & illud.*

33 Conclusio itaq; patet, ius reuocandi vel redimendi feudum, remotum hic omnino esse.

34 Quorsum & illud magis receptum Interpretum dogma referendum est, etiam retractui, statuto vel consuetudine, proximiori agnato dato, in datione in solutum locum non esse. *Vt ex magis recepta opinione scriptum reliquit Tiraquell. d. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 5. Vbi vel sexcentos hanc sectantes opinionem, nominatos offendes. Crau. consil. 327. n. 7.*

35 Pro quinto: quando alienatio feudi fit ex causa necessaria: tunc cessat & remouetur tam redemtio, quàm reuocatio feudi. *Matth. de Afflict. in tr. de iure Protom. d. vers. licet enim supra diximus. n. 27. & n. 28. Schrad. in tr. feudal d. p. 8. c. 7. n. 34. Corn. consil. 166. n. 26. lib. 2. Dec. consil. 301.*

36 Etenim omnis dispositio de re non alienanda præcipiens, de alienatione voluntaria, non verò necessaria intelligitur. *l. Diuus. ff. de petit. hered. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. pater in pr. ff. de legat. 3. l. alienationes. ff. fam. hercisc. Iaf. in l. filius familias. §. Diui lectur. 2. col. 4. versic. octauo & vlt. & ibi Fernand. Loaz. n. 216. Rip. a. n. 24. & DD. ff. de legat. 1. Tiraq. de utr. retract. p. 1. §. 1. 1. gl. 14. n. 11. vbi infinitos alios in id adducit. Hart. Pistor. q. 6. n. 50. vol. 2.*

Iam verò feudum H; spontè non distraxit alienator eius I. VV. sed ideò, quod ære alieno vehementer premeretur, atque sic necessariò.

37 Restat itaq; vt concludamus, omnem ad reuocationem vel redemtionem feudi aditum præclusum esse. Etenim vbi adest æs alienum. *arg. l. magis puto. §. non passim & §. si æs alienum ff. de reb. eor. l. ob æs C. de prad. minor. Dec. in l. mandata n. 6. ff. de offic. eius. cui mand. est iurisdict. Ioh. Plot. in l. si quando. n. 198. C. vnd. vi Menoch. in tr. de arbitrar. iudic. quæstion. casu. 171. n. 5. Natt. consil. 162. in pr. lib. 1. Roland. à Vall. consil. 33. in pr. lib. 1.*

38 Instant item, atq; interpellant creditores: ibi adesse censetur causa necessaria. *d. l. magis puto. §. non passim vers. si modo vrgeat. ff. de reb. eor. & l. tutor. vrgentibus. ff. de minorib. Ioban. de Plat. in l. 1. vers. sicut ergò minor. C. de prad. Curtal. lib. 10. Paris. cons. 98. n. 2. lib. 1. & consil. 85. n. 10. lib. 3. Rol. à Vall. consil. 33. an pr. Octau. Simoncell. in tr. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 56.*

Nec obstat, quod datio in solutum, quæ ab ipso debitore, non accedente iudicis addictione, fit, aliq; peragitur, censeatur voluntaria, non verò necessaria. *Vt tradunt Soc. de Plat. Iaf. Masuer. Afflict. Loaz. Fabianus. Dec. & Coras. in locis accumulatiu. per Tiraquell. de utr. retract. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 8.* 39

Nam quicquid eius rei sit, hic satis iudicis factum interuenisse, rectè dicimus, ob consensum super hac pro soluto datione, à domino feudi, eodemq; superiori, impetratum.

Etenim omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur. *l. 2. C. de veter iur. enucl. cum similib.* 40

Vt taceam, ni datio pro soluto, per debitorem facta fuisset, creditorem, ob consensum Domini feudi quem habuit, rem eò deducere absq; negocio vllo potuisse, vt addictio ipsius iudicis consequeretur.

Quare cum iuris sit rem à fine denominandam. *c. commissa. in pr. de elect. lib. 6. l. si ita stipulatus essem abs te & l. insulam intra biennium. ff. de verbor. obligat.* 41

Hæc in solutum datio, voluntaria dici non meretur. 42

Pro sexto, quoties onus, quod vasallum ad feudi alienationem aggrediendam compellit, tale est, vt etiam filium & agnatum deuinciat, ita vt hi licet inuiti, illud ipsum agnoscere obstricti sint: tunc cessat redemtio & reuocatio feudi. *Andr. de Isern. c. 1. §. quod ergo. & ibi Afflict. de inuest. de re alien. facl. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 97. anc. si quis post litem. n. 21. & lib. 3. Rubric. 14. inc. fratribus. Frecc. in tr. de subfeud. lib. 2. Rubric. de autor. & potest Baron. §. pluribus autem modis n. 75. limitat. 25. Camer. in c. Imperialem in pr. vers. quarto & vltimo, mihi pag. 81. Marin. in tr. feud. tit. 2. n. 63. Hartman. Pistor. q. 6. nu. 66. lib. 2.*

Locum ergò reuocatio aut redemtio feudi non habebit.

Quandoquidem, vt paulò pòst demonstrabitur, filij huius alienatoris I. VV. non minus, ac ipse alienator obligati erant, secundum pacta inter Principem & ordines harum Prouinciarum conuenta, ex feudo & per feudum, allodialibus consumtis debita patris exoluere. 43

Septimò indubitati quoq; iuris illud est, quod in feudis, ante omnia mos regionis inspiciendus sit. *Oldrad. consil. 159. in sec. dub. Brun. consil. 81. in fine. Cardinal. Paris. consil. 11. n. 30. & consil. 21. n. 48. vol. 1. Craucl. consil. 926. n. 10. fac. trad. Iason. in l. 2. n. 202. C. de iure Emphyteut.*

Concludemus itaq; in feudis illis quæ in Marchia & Electoratu Brandeburgensi, ob æs alie-

æs alienum posſessoris alienantur, locum sibi vllum, iura de feudi reuocatione & redemtione disponentia, non vindicare.

Negare enim non possunt Aduersarij, quod Principes Electores Brandeburgici, ordinesq; prouinciarum ijs subditorum, inter se statuerint: feuda, quoq; æris alieni dissolutioni subiacere, allodialibus nullis reliquis: nec distinguendum esse, an adhæc debita assensus superioris, vel agnatorum accesserunt nec ne: sed & idipsum ita obseruari.

Iam verò, ijstiusmodi conuentio Principis, & statuum Electoratus, nullius prorsus momenti esset, si necessario consensum filiorum & agnatorum interuenire oporteret: siquidem hoc pacto emtores omnes deterrerentur: in potestate item filiorum & agnatorum situm esset, parentes & agnatos suos, quousq; libitum fuerit, consensum suum denegando, ludificari & risui habere: insuper habito eo, ipsos interim famæ & existimationis suæ, iacturam & naufragium facere.

44 Quapropter cum iuris prouisi sit quod lex non verbis sed rebus imposita esse debeat. *l. 2. C. com. de legat. & fideicom. Pract. Pap. in for. lib. in action. real. v. summarie. n. 5.*

Consequens erit, filijs, agnatisq; redemtionem & reuocationem in Marchia denegandam fore. Quorsum & illud referendum: ita fauendum in feudalium tractatione filijs atque agnatis, vt tamen hominum commercio feuda prorsus non eximamus. *Hartm. Pistor. q. 13 n. 60. vol. 2.*

Sed & per id, quod per feudorum alienationem, solutionem fieri secundum pacta principis & ordinum permissum est atq; concessum: simul quoq; feudorum alienationem sine circuitu & ambagibus vllis esse indultam, rectè consequitur.

46 Et quia verba cum effectu accipienda. *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; Iur. Bertachin. in tr. de gabell. p. 2. n. 28. Neguzant. in tr. de pignor. 3. p. 2. p. p. n. 79. Cott. in memoralib. v. clausula. el. 8. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. effect. 2. n. 82.*

47 Et quia concesso vno, concessa simul censeantur omnia, sine quibus, id quod principaliter concedebatur, expediri non poterat. *Br. in l. veteres. ff. de stim. act. priuat. Iaſon l. 2. n. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Menoch. in tr. de remed. poſſ. ff. retinend. remed. 5. n. 110. & remed. 7. n. 27. Iohan. Iacob. de Leon. in cons. Brun. consil. 114. n. 234.*

48 Facit quod traditur, ex consensu Domini feudi, qui interponebatur, tempore oppignerationis feudi: rectè ad feudi subhastationem procedi, quantumuis non adsit nouus Domini consensus. *Hartm. Pistor. alios in id allegans. q. 19. lib. 1. & q. 49. n. 26. lib. 2.*

49 Rursus atq; sic. Octauo loco, illud quoq; iure cautum esse, omnes scimus: quod nulla, in alienatione feudi vel filiorum, vel agnatorum requisitione opus sit, si notorium & palam est eos feudum, quod iamiam ab alienari debebat, ob egestatem qua squallebant, coëmere non posse. *arg. l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. seu fideic. nom. caueat. l. non cogendum. §. vlt. ff. de procur. l. non distinguemus. §. penult. ff. de arb. l. si a quo. §. 1. ff. vt in poſſeſſ. legat. seu fideic. nom. eſſ. luc.* 50

Facit, quod in simili traditur, ordinis exceptionem, etiamsi ei renunciatum non sit, omnino cessare, dummodò notorium atq; palam sit, principalem debitorem non esse soluendo. *Vti tradunt complurimi, ab Hipp. de Marsil. congeſtis in Rubr. n. 10. ff. de fideiuſſor. & valent. Franc. in tr. de fideiuſſ. n. 316.*

Atenim filiorum I. VV. inopia, publicè nota est, quodq; ob id, feudum hoc, neq; redimere sibi, neq; retinere sibi possint. Nam altero ab hinc anno, à creditoribus patris sui, qui assensum super hypotheca sua, in feudo B. constituta, impetrarant, eosq; vrserant, precibus ferè exorare coacti sunt, vt hi contenti essent: si quotannis singulis eorum certa summa persolueretur: ne, si vna vice & simul tota quantitas illic esset exoluenda, ad alienationem quoq; feudi B. descendere cogerentur. Consequitur itaq;, patrem eorum, necesse non habuisse, vllum ab eis consensum rogare, tum temporis, cum feudum H. abalienaret: sed & illos nequere adhuc, iure redemtionis vel reuocationis feudi vti.

Nono iuris quotidiani illud quoq; est: 51
quod alienatio rectè fiat in extraneum, etiam eius rei, quæ extra familiam alienari prohibita erat, si alienatio omnibus tam extraneis, quàm gentilibus erat cognita, & omnibus, per aliquod temporis spacium integrum fuerat, modò vellent rem talem precio sibi comparare. *DD. communiter. an l. si Romæ. §. coheredes. ff. de verb. oblig. Br. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. Iaſon l. vlt. n. 14. C. de iure emphyteut. fac. tradita. Schrad. an tr. feudal. p. 8. c. 7. ſub n. 8.* *

Quinimò aliqui reperiuntur, qui velint 52
feudum etiam domini consensu non accedente, rectè abalienari, si vasallus multum æris alieni conflauerit, & Domino feudum promercale esse constiterit, ipse attamen emere noluerit. *Bl. in l. voluntas. n. 6. C. de fideicom. Bl. in c. inter dilect. n. 8. extr. de fid. inſtrument. & plures in id coacernauit. Borcholt. in tr. feudal. c. 8. n. 70.*

Iam verò illud certum est, quod hæc in solutum datio de feud. H. celebrata, palam omnibus facta sit: quod item tempus plurimum effluxerit, postquam feudum H. venale, iam omnibus factum esset, antequam ad ipsam in solutum dationem, peruenireturus: sed & conscios huius rei filios I. VV. veluti qui id temporis in domo, deq; mensa paterna viuebant. Fateri enim ipsimet coguntur, hoc feudum 53
æstimatum & subhastatum prius, quæ tamen duæ solennitates ideo potissimum adhibentur vt res omnib. innotescat. *Sa. Ar. tract. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 78. & ſeqq.* denum F. G creditori in solutum datum sufficiunt: cæteros omnes, qui idipsum pluris licitari essent,

Haud

Haud perperam itaq; inferemus, iure non refragante, & quidem absq; metu reuocationis vllo, vti sese res in præsentia dant, feudum H. extraneo, in solutum dari potuisse.

54 Nec obstat, illa interpretum iuris traditio, non cogi quenquam precio emere, quod paulò pòst, alienatore mortuo, absq; precio vllo, nancisci posset.

Proindeq; ius filij & agnati duraturum etiamsi venditionem scientes, emere tamen recusarint. Iohan de Anan. consil. 47. inc. illud præsupponitur in fin. Alb. Brun. consil. 80. n. 3. Tiraq. de utr. retr. p.1. §.1. gl. 9. n. 145.

55 Nam hæc sententia in Marchia Brandeburgica, ob placita, pactaq; conuenta inter principem & ordines, quibus feudum quoq; æris alieni dissolutioni subiacet, obtinere nequit. Hinc enim fit, quod filijs alienatoris, feudum sine precio, ob æs alienum distractum, obuenire nunquam possit.

56 Decimò communis insuper DD. traditio
* habet, quod filius & agnatus, à iure redimendi & reuocandi feudum excludantur, si tempore factæ alienationis fraudulenter tacuerint, & alienationem fieri passi sunt. *Harm. Pistor. q. 7. n. 4. lib. 2. & Roseuth. in synopſ feud. c. 9. concl. 114 an fine. vbi alios idem volentes referunt atq; sequuntur.*

Cessat itaq; rursus tam reuocandi quàm redimendi ius.

Manifestissimè enim ex negocij circumstantijs elucet: ideo reuocationem hanc, nunc demum instituì, quod filij alienatoris I. VV. videant, per tot annos, ligna nulla, ad feudum H. pertinentia, quamuis huius reditus, si ligna non cæderentur, vsuris quantitatis debitæ, quam creditor in solutum accepto hoc feudo, remiserat, non respondèrent, cæsa esse: Ea verò iam commodè, & cum lucro aliquo cædi posse. Sed & conspicantur, alias præterea adesse iam meliorationes, quas tamen, ipsos egestas eorum, facere non siuisset: & deniq; ignari non sunt, hoc feudum, ob vicinitatem alterius feudi, ad heredes creditoris spectantis, ipsis earum admodum esse. Vnde pollicentur sibi, posse se reuocatoria proposita, creditoris heredes aliqua adhuc pecuniæ summa emungere.

57 Quæ omnia viri boni non esse videntur. Cum eo ipso, quod quis damno & iactura alterius lucrum quærit, fraudulenter atque dolosè versari, rectè dicatur. *l. 1. §. an in pupillum. ff. de pos. Dec. in l cum fundus. §. seruum tuum. n. 6. vers. secundo nota. ff. si cert. pet. at. Mascard. de probat. conclus. 531. n. 61. Natt. consil. 305. n. 2. Crau. consil. 142. n. 17.*

58 Vndecimò & vltimò, incerti quoq; iuris non est, quod eo casu meritò cessare debeat ius redimendi & reuocandi feudum, quando redimens vel reuocans feudum reuocatum vel redemtum, sibi, communiq; agnationi retinere atq; conseruare nequit. Sed ob durum, quo premitur, necessitatis telum, alij rursus extraneo diuendere cogitur. Cessant quippe hoc casu rationes omnes, ob quas ius redimendi vel reuocandi feudum introductum est.

Quare ipsa quoq; dispositio omnino cessa- 59
bit. *Ludigere. §. quamuis. ff. de iur. patronat. l. quod dictum. ff. de pact. Tiraq. in tr. cessant. caus. p. 1. n. 125. Euerard. in topic. in loc. à cessat. rat. n. 1. Schrader. in tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 139.*

Rectè itaq; formabimus conclusionem: excludendum hic iri atq; remotum feudi reuocatoriam.

Talis enim filiorum alienatoris conditio est, vt omnes norunt (absit interim iniuria omnis) quod feudum H. vel hodie redemtum tueri, ob æs alienum patris, & proprium, graue, & magnum, nequeant.

RESOLVTIO CONTRARIORVM APVD PRIMAM QVAESTIONEM.

ARgumenta itaq; in contrarium pro rationibus dubitandi, minimè subsistent.

Primum enim quod attinet, quod videli- 60
cet filio & agnato liceat, duplici iure, redemtionis nimirum & reuocationis feudum extraneo alienatum, repetere atq; condicere: Regula ista, potius negatiuè constituenda venit: idipsum nempè regulariter non licere: Cum vti sub decidendi rationibus fides facta est, idipsum nefas sit, in omni feudo nouo, siue id ex pacto, siue hereditarium, vel mistum, vel absolutè sic dictum, fuerit, nefas item sit, in omni feudo hereditario antiquo, quantumuis hereditarium purè non sit, sed partem feudi ex pacto capiat, ideoq; rursus mistum sit. Et consequenter illud axioma, quod loco primæ rationis dubitandi adducebatur, in feudo tantummodo ex pacto & antiquo reperiet. Argumento nimirum à sufficienti partium enumeratione deducto. Id quod validum & frequens in iure est. *l. patre furioso. & ibi DD. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. ex maleficijs. §. heres & l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat. Euer. in topic. in loc. a part. enumerat. n. 1. & 2.*

Cum ergo iuris sit: quod regula ex his 61
constituì non debeat, quæ rariusculè duntaxat, vel interdum solummodo licent atque permissa sunt. *per tradit. Br. in l. nec ei. §. vlt. in pr. ff. de adopt. Euerard. in topic. in loc. ab except. ad regul. nu. 14.*

Regulam hanc in parte, negatiuè concipere oportet.

Ceterum hinc rursus elicitur, heredes F 62
G. cre-

6. creditoris fundatam habere intentionem. Profpexerunt namq; iura vlterius, quod regula ſtandum ſit, donec de exceptione deceatur. *l. ab ea parte.ff. de probat. c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. lib 6. Mant. in tr. de coniectur. vlt. volunt. lib. 5. tit. 15 n. 31. Brunus conſil. 31. n. 5. Mandell. conſil. 25. n. 18 conſil. 46. n. 3. Roland. à Vall. conſil. 18. n. 4. vol. 1. conſil. 5. n. 6. vol. 4.*

63 Nec obſtat, quod tamen aliqui ſint, qui etiam reſpectu feudi hereditarij miſti, ius redimendi & reuocandi, filio agnatoq; concedant atq; indulgeant.

** Nam vt traditum eſt ſub decidendi ratione tertia, maior interpretum pars, contrarium amplexi ſunt atq; ſequuntur, quod videlicet hæc opinio recipienda non ſit, quodque feudum hereditarium miſtum iuri reuocandi & redimendi non ſubiaceat, & ſatis luculenter apparet ex ipſum *ex Vult. in tr feud. lib. 1. c. 11. n. 87.*

64 Reſtat quoq; vt hanc, non verò illam, in conſulendo iudicandoq; ſectemur. Etenim quoties concurrunt, duæ Doctorum ſententiæ, illa ſectanda atq; amplectenda eſt, quæ magis communiter approbatur: quantumuis altera, ad quendam modum communis quoq; dici poſſet. *Ita in iuſtinuduo Anton. Mar. Corat. in tr. de comm. opinion. in præfat. n. 38.*

65 Et quod magis eſt, nonnulli interpretum, ijdemq; grauitate inſignes ſunt, qui filio firmiſſimis, & luculentiſſimis rationibus, ad ita decidendum adducti, in omni planè feudo, tam ius redimendi, quàm reuocandi, denegent atq; adiment. *Hi ſunt Poſſor q. 13. ex n. 33. lib. 2. & Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 11. n. 88.*

Pariter quoq; de eo dubium nullum eſt, quin feudum, de quo in præſentia res eſt, ſit hereditarium. Nam etſi inter feuda hereditaria ſimplicia numerari apte haud poſsit: nihil tamen prohibet, quin illud ipſum claſsi feudorum hereditariorum miſtorum adiudicemus. *Veluti ſub tertia decidendi ratione euincimus.*

66 Ponamus itaq; remoueri à feudo noſtro alteram feudi hereditarij ſpeciem quæ ſimplex dicitur: ob id protenus totum genus feudi hereditarij, ab eo non remouebitur. Cum ad vnius ſpeciei remotionem, totius generis remotio haudquaquam ſequatur. *l. duobus. 5. ſi quis iuraueri ita l. a Dr. ff. de iureiurando. gl. Br. & DD. in l. iurigenium. 5. ſed ſi fundandi. ff. de pact. Euer. in top. in loc. a genere ad ſpeciem. n. 2.*

Sed & ponamus regulam hic affirmatiuè concipiendam: nempe regulariter in omni feudo, & quo ad agnatum, & quo ad filium, redemtionis & renocationi locum eſſe: Nihilo tamen magis nos ob id infeſtos reddet obiectio, cum tot ſub decidendi rationibus adducti ſint caſus, in quibus regulæ locus non 67 eſt: vt facile quis intelligere poſsit, reſtrictionibus hic regulæ, & non ipſi regulæ locum relictum fore. Etenim in caſibus exceptis, exceptio regulam euertit atq; deſtruit. *l. nam quod liquidè. 5. penult. ff. de penu l. gat. Hercul. in tr. de attent. c. 3. n. 5. Seraph. de Seraph. in tr. de iur. priuil. 99. n. 5. Tonins. deciſ. 36. n. 7. Cachet. deciſ. 26. n. 12. Bortholt in tr. feud. c. 8. n. 140.*

Hinc quoq; dimanat, ſecundi contrarij: filio nempe licitum eſſe, viuo etiam adhuc parente alienatore, feudum ad ſe retrahere reſolutio. Eſſe nempe præſtantiſſimos Iureconſultos, qui rationibus fortiſſimis & vrgentiſſimis commoti docuerint, idipſum filio, nullo modo fas eſſe: *Vti ex Poſſor. & Vult. antea demonſtratum eſt.*

Quorum ſententia, relicto communi interpretum errore, amplectenda omnino videtur, cum longè melioribus fundamentis innitatur: quininò communis ſententia fulcris omnibus careat. Etenim tum demum 68
ad communem opinionem recurrendum eſt, cum lege & canone & ratione planè deſtituimur, adeoque quid verum ſit, extra opinionem communem ignoramus. *Ioh. de Immol. in l. cum quidam. 5. quod ducitur, in fine. ff. de acquir. hered. Maragn. Arrog. in tr. de com. opin. lib. 3. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 11.*

Sed fingamus opinione veriori & ſaniori poſthabita: adhuc crebriori calculo approbatam ſequendam eſſe: maioris tamen ponderis, quàm antea obiectio, non erit: Cum in id, vt feudi redemtio, vel reuocatio à filio, viuente alienatore, vel diuenditore iure fiat, alia præterea adeſſe requiſita oporteat: *Veluti ex traditis ſub decidendi rationibus conſpicuum ſit.*

Ob defectum itaq; horum, concluſio ita 69
concipietur: quod vnum adeſſe non ſufficiat, quoties adeſſe alicuius rei conſtituendum, plura requiruntur. *l. vnde etiam. 5. hæc autem. v. item q. & ibi gl. ff. de tim. act. prin. l. Fulcin. & ibi Br. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. ſi per alium. 5. docere. & ibi Caſtr. & Iaſſ. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt. vi exim. Euer. in top. in loc. ab eſſ. cor. quæ fim. adeſſe requir. n. 1.*

Porro obiectioni tertiæ, varia applicari 70
poteſt retorſio. Et primò quidem, quod adhuc fatis controuerſum ſit, vtra opinio crebriori calculo ſit recepta, illa ne, quæ filium & agnatum, ob ſcientiam & taciturnitatem ſolum, à iure redemtionis & renocationis remouet: an verò illa, quæ præter id, aliam quoq; declarationem conſenſus verbo vel facto factam, requirit atq; poſtulat. Nam præter antea recenſitos, priori illi, ſubſcribit quoque *Mozz. in tr. feudal. Rubric. ex quib. cauſis feud.* **
amit. n. 149. & ceu magis receptam eam refert & ſequitur Roſenth. in ſtupof. feud. c. 9. concl. 114.

Secundò reſponderi poteſt: quod etiamſi 71
eam amplecti opinionem, quæ hic ceu contraria, & aduerſa noſtræ ſententiæ adducebatur, deberemus: eam tamen nil negocij facellere, cum à ſuismet aſſeclis allringatur: vt ſcilicet fallat, quoties præter præſentiam &

taciturnitatem, aliud quoque consensus signum atq; argumentum accesserit. *Vt traduunt communiter omnes sub tertia dubitandi ratione adducti.*

Cum tamen illijsdi filij I. VV. alienatoris, dationi in solutum interfuerint, & præterea, cum iam acta transactaq; essent omnia. F. G. de datione hac in solutum gratulati sint: sæpius etiam ab illo, in illoipso feudo hospitio sint excepti, & plæraq; ex feudo hoc ab illo emerint, & rursus ei, quæ pro feudi huius sustentatione opus habebat, diuendiderint.

72 Etenim vt alia in præsentia non commemoremus, consensus ex manus percussione (siue der gluckwunschung) satis probatur. *Bl. in l. & in Epitaph. in pr. C. de fideicommiss. Iacob. de Nigr. in l. 1. §. si quis ita n. 37. vers. adde etiam. ff. de verbor. obligat. Masc in tr. de probat. concl. 417 n. 52.*

Accedat ad hæc præsens theorema rursus restringi, vt scilicet, in taciturnitate & silentio fraudulento, locum non reperiat.

Præsentes verò reuocatores, fraudulenter tacuisse *iuxta ea, quæ in decidendi ratione vltima affirmabantur.*

Eodem quoq; modo locus huic theoremati nullus relictus est: quando notorium est, egestatem filij vel agnati, non finere vt emat feudum, quod alienari oportebat. *per tradita sub decidendi ratione 8.*

Sicuti in plærisq; quoq; alijs casibus, sub reliquis decidendi rationibus enumeratis, quosq; repetere hic operæ precium non est, non admittitur.

73 Sic quoq; res se sic habet cum obiectione quarta. Eniuuerò controuersum itidem est, an non magis recepta opinio, hodiè illa sit, qua statuitur ius redemtionis, filio & agnato, feudi alienati respectu datum, tantum annuum esse: qui annus à die scientiæ auspicatur atq; exorditur. Etenim hanc non solum sequitur *Bl. cons. 1 87. incip. quod consentiente. in pr. lib. 3. & Schrader. in tr feudal. p. 8. c. 7. n. 42. 43. & 44. Verumtamen Hartm. Pistor. q. 8. ex n. 31 lib. 2. & Vult in tr. feud. lib. 1. c. 1 1 n. 108.*

74 Quod si communis opinio ea dicitur, quæ vel omnibus, vel à plærisq;, vel à grauioribus iuris interpretibus laudatur atq; approbatur. *teste Anton. Mar. Corac. in tr. de comm. opin. lib. 1. tit. 1. n. 20.*

Facilè ausim affirmare, hos quatuor, qui à posteriori opinione stant, reliquos qui primam tuentur, grauitate sua antecellere.

75 Atq; ita in indiuiduo, quod eo casu, cum in vnam sententiã descendût Doctores numero plures: in contrariam verò à grauioribus itũ sit: illa dicenda sit magis recepta. cui fauent Doctores maiori grauitate præfulgentes, *decidit Marb. in tr. de cl. v. op. prope fi. sub. n. 10. v. si vero.*

At esto, hæc in considerationem non venire: inficias tamen ire pars aduersa non poterit, quod non solùm præscriptio, verùm etiam alia impedimenta perplura, in præsenti themate, iuri redimendi vel reuocandi obnitantur. *Qua in re rursus prouoco ad adducta sub decidendi rationibus.*

Cessante itaq; præscriptionis obstaculo: 76 reliquis tamen impedimentis interim non occurritur. Rectè itaq; dicemus, vnum ex pluribus impedimentis remotum esse, non sufficere. *l. cum si. §. si prator. ff. de transact. l. vlt. ff. de diuort. §. affinitatu. ibi Aldobrand. instit. de nupt. §. fortiue. Instit. de Vsucap. Oct. au. Simonc. in tr. de decret. tit. 8. n. 207.*

Ceterum iam ad quintum contrarium accedendum erit. Quo in loco sciendum est primò, quod cùm feudum omne nouum, tùm verò feudum omne hereditarium etiam antiquum, sine vllo periculo redemtionis vel reuocationis, recte in solutum detur, *Vt patet ex adductis sub 1. 2. & 3. decidendi rationibus.* Si enim istiusmodi feuda, omni alienatione voluntaria, sine vlla spe reuocationis vel redemtionis, in quemcunq; transferuntur.

Consequens erit illum ipsum effectum, 77 multò magis dationi pro soluto, quæ voluntaria alienatio proprie dici non meretur, attribuendum esse. Idq; tum per argumentum à fortiori, quod est fortissimum in iure. *l. vlt. tunct ibi gl. & Iob. de Plat. C. qui ætat. ibi. 1 o. & sum in cunctis in pr. & ibi Canon. communiter ext. de elect. l. 3. C. de condict. indeb. Euer. in top. in loc. à minor. n. 1.*

Tum quia in necessitate positis atq; con- 78 stitutis, lex suum semper facilius impertitur auxilium, quàm alijs liberè & suapte sponte, actum aliquem exercentibus. *l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisdar. cogant. l. si quis minor. 8. restitutio ff. de minor. & l. cum postulassem in fin ff. de damn. infect.*

Sed & illa responsio huic obiectioni rectè accommodabitur, quod etsi Doctores, quos sub quinta dubitandi ratione adduximus, quasi velint, etiam contra alienationem necessariam, iuri redimendi & reuocandi feudum, locum esse, allegati reperiantur *apud Hartman. Pistor. q. 6. n. 55. lib. 2.*

Attamen neminem omnium, quos Hartmannus Pistoris nominauit, & quos consultò ex eiusdem quæstionibus excripsimus: id ipsum dixisse: nec illud thema de alienatione ob æs alienum facta, in locis citatis, verbulo quidem vnquam attigisse, certum est, vt ex inspectione eorundem manifestissimè primo etiam intuitu apparebit.

Quare Hartman. Pist. etiamsi vir summus 79 sit, eius tamen autoritas sola, tot præstantissimis iureconsultis, *veluti Matth. de Afflict. Corn. Dec. & Schrad. qui contrariam veluti ex quinta decidendi ratione, videre est*, sententiam amplectuntur, non præualebit. Etenim vnus vir nullus vir, vt in eodem ferè proposito dicit. *Tiraq. in tepet. l. si vnquã in pr æ f. n. 17. C. de reuoc. don.*

Sed & Doctoris opinio si fundamentis 80 destituitur, corruit. *Anton. Mar. Corac. in tr. de comm. opin.*

com.opin. lib. 1.tit. 6. n. 15. & 97. vbi Curt. Iunior. quoq; in id allegat.

Tertiò hoc quintum fundamentum sic penitus demolitur: Ponamus, ea quæ sub quinta dubitandi ratione adducta sunt, communiter iuris interpretibus placuisse: attamen ea omninò adhibenda erit distinctio, vt tum demum locus illi placito sit, si nimirum illa causa necessaria, ob quam, ad feudi alienationem perueniebatur, communis & alienatori, & agnato, vel filio redimenti, vel reuocanti feudum, non fuerit *Vti ex sexta decidendi ratione palam est.*

Constare ergò hæc quinta obiectio non poterit. Quandoquidem in præsentia illa causa, ob quam feudum H. alienabatur, non minus filios, quàm ipsum parentem concernebat. Nam vt demonstrauimus in septima decidendi ratione, & alibi passim, secundum ius, quo in Marchia Brandeburgensi vtimur, filij & agnati, necesse omninò habent, ex feudo debitoribus paternis satisfacere: si nil amplius in hereditate restat.

Sed & omnes aliæ restrictiones & limitationes, sub decidendi rationibus luculenter enucleatæ, aduersus hanc dubitandi rationem quintam, militant.

Non est itaq;, quod diutius resolutioni huius quintæ obiectionis inhæreamus. Restat nunc, vt vltimæ obiectioni respondeam⁹.

81 Certum autem est, quod filio vel agnato feudum alienatum redimenti vel reuocanti competat conditio ex moribus. *Duarenus in tr. feudal. c. 10 n. 2. Rosenth. alios complurimos in id allegans in synopsi. feudal. c. 9 coroll. 133. Et est communis opinio test. Vult. in tr. feud. lib. 2. cap. 1. n. 11.*

82 Iam verò, vt habet communis opinio, conditiones generaliter omnes, personales simpliciter: non verò in rem scripta sunt, de qua communi opinione attestatur *Iason. in §. item si quis n. 104. Inst. de actionib.*

Erit itaq; hæc actio merè personalis, quæ aduersus tertium possessorem non porrigitur.

83 Atq; ita in specie, quod conductio ex moribus, quæ feudi ratione datur, personalis sit, sibijpsi contrarius decidit. *Schrad. in tr. feud. p. 5. c. 2. n. 26. arg. §. sic itaq; Inst. de action.*

84 Quamuis non eam inficias, hac resolutione, creditoris heredibus consultum non esse. Nam & conditiones etiamsi personales sint, aduersus heredem, nihilominus dantur, attestanter idipsum in indiuiduo *Schrader. in d. tr. feud. p. 5. c. 2. n. 26.*

Tutius itaq; erit, si dixerimus, hanc obiectionem præsuppositis falsis inniti. Nam etsi verum sit, quod heredes F.G; quatenus heredes sunt, conditioni ex moribus, quæ filio vel agnato, feudum redimentibus, vel reuocantibus competit, sint obnoxij: Constare attamen adhuc non poterit ex eo, quod huic conditioni non sit locus, in feudo nouo.

Item in feudo hereditario, vel misto vel absolutè sic dicto: & in reliquis casibus, de quibus, sub decidendi rationibus egimus.

Reliquum itaq; est, quod præsuppositio amoto, euertatur his innixa assertio. *Cranet. consil. 489 n. 4. cum similib.* 85

His ergò rationibus adducor, vt firmiter credam, nostros reuocatores, & redemtores incassum laboraturos. Id q; pace aliorum fiat.

SECVNDA QVAESTIO.

AD secundam deindè quod attinet quæstionem, an scilicet ex hoc capite feudum H. reuocari possit, quod precio viliori distractum sit, quàm ipsi æstimatores constituissent: quam item alij licitati fuerant: & in hac ab initio respondendum videtur, reuocationem iure fieri posse.

Iuris enim expressi est; primò quod ex læsione magna rectè coarguatur dolus. *Marian. Socin. consil. 47. n. 3. vol. 2. consil. 98. n. 26. cod. vol. Abb. consil. 77. n. 23. consil. 100. n. 6. Roman. consil. 54. n. 4. consil. 68. n. 3. Bl. consil. 153. incip. statutum quod prohibet. vol. 2. Alex. de Imol. consil. 4 2. n. 6. lib. 1. Dec. consil. 29. post n. 6. vers. nam ex enorm. lasione. Crauett. consil. 142. n. 1.* 86

Et è diuerso illud quoq; controuersia omni caret, quod omnis dolus, in cõtractu bonæ fidei, qualis est datio in solutum (sunt quippe emtio & venditio bonæ fidei contractus. *Fabian. de Monte in tr. de emt. & vend. it. q. princ. n. 1. Mozz. in tr. de contract. Rubr. emt. & vend. n. 9.* 87

His autem per omnia, soluendi causa datio assimilatur atq; accedit. *Vt latissimè tradidit Turaq. in tr. de retr. retr. p. 1. §. 1. gl. 1. a. n. 2. & seqq.* 88

Vsq; eò quidem vt quicquid disputatum de emtione & venditione reperitur, idipsum rectè quoq; ad dationem pro soluto protinus transferatur. *Vti in specie attestatur Fr. Aretin. consil. 32 inc. diligenter consideratis. col. 2. vers. nec obstat si dicatur. Vide Dec. consil. 3. n. 128. vol. 1.)* inter- 90 ueniens, illum ipsum contractum totum destruat atq; euertat. *l. & eleganter & ibi DD. communiter. ff. de del. Iaf. in l. in deposit. n. 8. ff. de re iudic. Iaf. in Craus. actione finita n. 5. C. de transact.* *

Atq; ita in specie, quod etiam ex dolo emtio & venditio, quodq; his consequens est, in solutam datio, irrita fiat, decidit, complurimis aliorum autoritatibus in id adductis. *Mozz. d. tr. de contract. Rubric. quib. casib. annull. emt. & vend. n. 6. & 7.* 91

Rectè itaq; statuitur, præsenten in solutum dationem nullam esse, ideoq; debitoris heredibus, feudum in solutum datum, reuocare licere. Quandoquidem, cum quinq; millibus hoc feudum fuisset æstimatum: alij item reperirentur, qui quinq; illa millia soluere parati essent, pro quatuor tantum millibus in solutum fuisset datum. Id quod verè magna & enormis læsio dici potest: Exemplo eius quod de dote, mille florenorum, eam nempe re, & 92

effectu, magnam esse, tradidere interpretes. *Bl.consil.123.in fin.hb.1. Boër.in consuet.Bitur.tit.de consuet.matrim.§.5.gl.vnic.col.2.in fin. Chassan.in consuet.Burg.Rubric.4.n.27.& Rubric.7.5.12.gl.6. n.8. Burf.consil.223.n.18. Cephal.consil.668.n.25. per gl.auth.præterea C.vnd.vir. & vxor.*

93 Secundò: ideo quoq; affirmatiua amplectenda esse videtur, quod iterum iura, disertis verbis cauerint: quod si in solutum detur, pro minori, sumia res valoris, precijq; maioris: tota illicò concidat, irritaq; fiat, in solutum datio. *Br.in l.si non sortem.§.si centum.per ibi text.n.6. & ibi Raphael Fulgos. Castr. Alex. Fr. Curt. senior. in addit. ad Alex.and.Ias.in 1.ff.de condict.indeb. Bl.in l. certi conductio.§.quoniam in lect.antiqua.n.7.vers.secundus & ibi Dec.col.1.not.ab.3.ff.si cert.petat. Alc.in l.1.§. sed si mihi. n.22.ff.de verb. obligat. Matth.de Afflict.dec.218.n.1.& decis.358.n.7.*

Cum itaq; feudum millibus quinq; æstimatum, pro quatuor millibus, creditori fuerit datum, atq; concessum.

Concluso patebit per se, illam ipsam nempe in solutum dationem, viribus deficere.

94 Nec obstat, quod attamen ipsa pars vltrò, & iudice non cogente, hanc dationem fecerit: Nam & ea quæ à parte fit in solutum datio, non minus nulla est, ac ea, quam facit iudex, siquidem res quæ soluitur, debiti quantitatem, etiam iq modico superarit. *Ias.d.l.si non sortem.§.si centum.n.2.ff.de condict.indeb. Tir.aq. de vir.retract.p.1.§.23.gl.2.n.26.in fin.Carol. Ruin. consil.136.inc.primò videndum.n.5.vol.1.*

95 Tertiò: Ideo excogitatæ atq; adinuentæ sunt taxationes (vt vulgò vocant) siue æstimationes bonorum debitoris, vt iustus, verusq; eorum valor constaret, omnibusq; palam fieret. *fac.tradit.Paul.de Castr.in l.si quos n.2. C.de rescind. vendit. Damhoud. de subhast. c.2.n.11. Coler.in tr.de process.execut.p.3.c.9.n.81.*

Iustum itaq; precium id dici non poterit, cum res minoris distrahitur, quàm æstimatum per selectos æstimatores fuerat.

96 Nec obstat, quod alibi traditum reperitur, tum demum iustum rei valorem ex æstimatorum taxatione apparere, cum æstimatio paulò ante facta est, quàm diuenditur res æstimata. Secus autem est, si inter æstimationem & rei alienationem, nonnihil temporis effluxerit. *Paul.de Castr.in l.2.ad fin. C. de rescind. vendit.* Obiectio enim ista huc non pertinet, propterea quod paulò pòst secuta sit in solutum datio, quàm peracta esset æstimatio.

97 Atq; ita in specie, quod valor rei per æstimatores in id datos, rectè probetur atq; doceatur, decidunt *Br.in l.2.ad fin.& ibi Castr.in fin. Salyc.col.antepen.Pancl.p.3.c.vlt.n.3.v.eligentur autem per in.C.de rescind. vendit. Ioh. Campeg. in tr. de testib.reg.3 21. vers.duodecimo.*

98 Quartò. Sed & idipsum iura volunt atq; disponunt: quod is demum iustus rei valor sit, cum tanti venditur res, quanti potest. *l.si quis seruus. ff. de condict. furt. l.3. ff. de in diem addict. c.in ciuitate. & ibi gl. ext. de vsur. l.1. §. si heres. ff. ad S.C. Trebell. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. gl. in c. cum causa & ibi Felin. n.1. vers. in quantum ext. de testib. Abb. in c.1. n.3. ext. de emt. & vendit. Cagnol. in l.2. n.21. C. de rescind. vendit. Vbi hanc communem esse attestatur.* *

Quare cum alij affuerint feudi licitatores, quinq; milia numerauturi: Dici nequit, creditorem F. G. precium, feudo in solutum dato dignum, persoluisse.

Quintò, cogniti quoq; iuris illud est: quod 99 illa probatio, quæ ex facti euidentia constat, reliquis omnibus anteferatur atque præpolleat. *Ias.in l.1. in pr. n.10. ff. de nou. oper. nunciat. Ias. in l. de periurio. n.3. ff. de in lit. iurand. Aro. in summa. C. ad l. Aquil. Bl. in Rubr. col.1. ad fin. C. de probat. Mascard. tr de probat. quæst. 8. n.1. & seqq.*

Opus itaque Reuocatores nostri non habent, vlterius quicquam de læsione à se perpessa, edocêre. Cum & hodie res ipsa loquatur, feudum H. pluris vænundari posse.

RATIONES DECIDENDI

Ad Quæstionem secundam.

VErum enimuerò etsi hæc aliquam præ se ferant veritatis speciem: verius attamen erit, si dixerimus, ne ob hanc quoque causam, posidentibus feudum H. ademtum iri. Veluti ex sequentibus manifestissimè constare arbitror.

Primò etenim iuris explorati est, quod 100 omnia precia rerum, de quibus inter partes conuenerat, iusta & legitima esse censeantur. Vti in indiuiduo scripserunt *Bl.in l. per diuersas.q.4. C. mandat. Pantaleon. Cremens. in l.2.n. 18.143.& 260. C. de rescind. vendit. Fabian. de Mont. in tr. de emt. & vendit. 8.q. pr. n.25. vers. item aduerte. Mascard. in tr. de probat. concl.1225. n.1. & seqq. text. l. circumscripta. ff. de solution.*

Sed & quilibet, non solùm iusto, verum et- 101 iam pluris potius, quàm minoris vendidisse præsumitur. *tradente post Capoll. Menoch. in tr. de præsumt. lib.3. præsumt.122.n.83. per l. in causa. l.2.§ penult. ff. de munor. & item si precio. §. quemadmodum. ff. locat.*

Iam verò, cum inter hasce partes conuenerit, vt publicis documentis comprobari posset, quod feudum H. cum pertinentijs suis, F. G, creditoris heredibusq; eius, ipso fato functo, pro summa debita, quatuor millium Ioachimicorum, esse deberet.

Consequens illud erit, possessoribus feudi H; ipsum ius, & æquitatem applaudere: nec verisimile esse, quod pluris vendi potuerit. Præsertim cum & inuestitus in casum mortis I. VV. de hoc feudo, consensum suum, & quidem in scriptis, nec non alio tempore,

pore, quam ipse alienator, consensum suum interposuerit.

102 Notissimi enim iuris est: quod actus geminatio, consensus deliberati propositique firmi argumentum sint. *l. quingenta. ff. de probat. l. balista. item l. gl. ff. ad Trebell. l. si mulier & auth. siue à me. C. ad Vell. l. cum scimus. ibi Br. C. de agr. & censit. lib. 11. c. cum te. ibi Bl. ext. de rescript. Euerard. in topic. in loc. à via genuinat. n. 1. Schrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. 6. sect. 3. n. 134.*

103 Secundo communis quoq; assertio tum
* iuris interpretum, tum aliarum disciplinarum Doctorum, est, quod quælibet res, in vniuersa natura tria habet precia, (supremum scilicet, medium & infimum: quodq; in nullo horum, vlla contingere possit iniquitas, læsio, vel circumscriptio. *Anton. Burgef. in c. cum causa. n. 5. ext. de emt. & vendit. Iohan. Medic. in tr. de restit. q. 31. & seq. Mart. ab Arpilcuet. in c. qualitas. n. 45. de panit. dist. 5. Molin. in tr. vsurar. q. 14. col. 2. Conarr. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 1. vbi Aristot. Scotum. & Thomam Aquinat. in id affert.*

Ponamus itaq; summum precium feudi H. quinq; millia fuisse, hinc tamen læsio vlla elici non poterit, cum quatuor millia, eiusdem precium, vel medium, vel infimum, esse potuerint.

104 Tertiò approbatum quoq; hoc enuncia-
* tum iuris est, quod in emtione & venditione, citra dimidium tamen iusti precij, emtor venditorem, & è contra circumscribere & conuenire possit. Quodq; ob id, contractus rescissio lequi nequeat. *L. in causa. l. 2. §. penult. ff. de minor. Item si precio. §. quemadmodum. ff. locat. Bened. Capr. regul. 87. n. 26. Cacheran. decis. 95. n. 1. Mozz. in tr. de contract. Rubric. de substant. emt. & vendit. n. 21.*

105 Quod in illa potissimum emtione & venditione, quæ subhastationem sequebatur, verum est. Hæc enim nunquam sub prætextu læsionis, quæ iusti precij dimidium non excedit, rescinditur aut retrahitur. *Angel. autor. in l. sciendum in repet. ff. de verbor. obligat.*

Quamobrem, cum hoc in contractu emtionis venditionisq; vetitum non sit, reliquum est, quod id ipsum quoq;, haud iniuria, ad dationes in solutum vsq; porrigatur. Vndè fit, vt præsens contractus rescindi, irritusq; fieri nequeat.

106 Ducto nimirum argumento ab æquipara-
* tis, quod in iure validum & frequens est. *c. cum electus & c. ad audientiam. & ibi DD. Canon. communiter. ext. de elect. non residenti. Harum. Pistor. q. 41. n. 19. vol. 2.*

107 Pro quarto: quæ læsio magna aut parua dicatur, id iudici arbitrio suo diffiniendum relinquitur. *gl. in §. precium instit. de emtion. & vendit. Cyn. in auth. qui rem. C. de sacros. Eccles. Salycet. in l. vlt. oppos. 1. vers. sed adhuc stat dubium. C. de contrahend. emtion. Bl. in l. 1. C. si aduers. vendit. pignor. Mascard. in trde probat. conclus. 1225. n. 11. & alias complurimas autoritates coacernauit. Turaq. in l. si vnquam. v. ninta. n. 31. C. de reuocand. donat.*

Concedi itaq; non potest, quod dum datio hæc in solutum fieret, læsio vlla magna vel enormis extiterit.

Et quia clari iuris est, quod iudex; cuius 108
arbitrio illud vel illud determinandù committitur: necesse attamen habeat, hoc suum arbitrium, legum præscripto conformare. *Bl. c. 1. §. iudices. n. 5. de pac. iur. firm. Iaf. in l. si fic legatum. n. 2. ff. de legat. 1. Hippolit. de Marsil. in l. quæstionis modum. n. 68. ff. de quæstionib. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. constante. n. 30. & §. diligenter. n. 24. Capoll. in l. fugitiui. n. 35. C. de seru. fugit. Hippolit. de Marsil. consil. 8. n. 25. consil. 15. n. 16. Cardun. Paris. consil. 56. n. 5. lib. 1. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæstionib. lib. 1. q. 15. n. 15.*

Et quia ex canonum præscripto, iurisque 109
interpretum traditione, illa demum respectu Ecclesiæ, dicatur læsio magna, quæ tertiam partem iusti precij excedit atq; superat. *Abb. in c. Quintaullus. n. 33. extr. de iureiur. Abb. in c. 1. collat. 5. ext. de restitut. in integr. Anton. Burgos. in c. cum dilecti. n. 44. in fine. ext. de emt. & vendit. per text. in l. vnde si Nerua. ff. pro soc.*

Quod cum ita sit: negari autem interim 110
nequeat, quod secundum iuris sanctiones Ecclesiæ plus, quàm alij priuato fauendum sit, *per trad. Redoan. in tr. de reb. Eccles. alien. vel non. q. 5. n. 44. fac. 1. subemus in fin. C. de sacros. Eccles.*

Quod item læsio, de qua res est, ad tertiam vsq; summæ totius partem, minimè accedat.

Consequatur oporter, bene formatam esse conclusionem, quam fecimus.

Pro quinto: quod lex non dicit vel requi- 111
rit, nec nos dicere vel requirere debemus. *Euerard. in topicis in loco à leg. cessant. n. 1. Lup. in c. per vestras. notab. 2. §. 1. n. 21. ext. de donat. inter. vir. & vxor. Ronchegall. in l. reos in pr. n. 21. ff. de duobus reis. Roland. à Valle consil. 30. n. 29. vol. 4.*

Et quod lege non caueretur, in practica non 112
habetur. *Blanc. nihil. col. vlt. extr. de elect. Iaf. in l. illam. n. 8. C. de collation. Schrader. in tr. feud. p. 10. sect. 7. n. 42.*

Iam verò nusquam iura requirunt, vt precium si iustum esse debeat, vndiq; & præcisè respondeat, illi summæ, quam æstimatores dixerant, aut si id non obseruetur, contractum propterea rescindendum esse.

Quinimò contrarium potius iura sanciue- 113
runt, quod videlicet post æstimationem demum, res æstimata publicè subhastam poni, illiq; addici debeat qui intra certum tempus, à iudice designandum, plus precij offert. *Paul. de Castr. d. l. si quos. n. 2. C. de rescind. vendit. Damhoud. in tr. de subhastat. c. 2. n. 11. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 3. c. 9. n. 81.*

Sed & potest iudex si vult, dum res æsti- 114
matas hastæ subijcit, precium ab æstimatoribus dictum reticere, quò carius & maioris, res debitoris distrahat atq; venundet. *Celeus*

ioste. d. tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 81. Quæ omnia fieri non poſſent aut deberent, ſi mordicus inhærendum eſſet, precio ab æſtimatoribus diffinito.

Non itaq; hinc apti quicquam, ad læſionem aſſerendam infertur.

115 Sed & quod magis eſt, deciditur præterea à iuris interpretibus, quod omninò valor, precium q; rei, per æſtimatores, benè commodeque non probetur. *Vti in ſcripta immiſit Angel. in l. precia rerum. n. 3. in fine. ff. ad l. Falcid. cuius ſententiam veriorem eſſe, contra Paulum de Caſtro atteſtatur Maſc. in tr. de probat. concl. 1396. n. 27.*

116 Pro ſexto: Contractus potiſsima interpretatio ex moribus loci, vel regionis, vbi contractus celebratus eſt, petenda eſt. *l. 1. C. De emancip. liber. l. ſi non ſpecialiter. & l. vlt. C. de teſtam.* * *gl. in l. 2. ff. de eo quod cert. loc. DD. communiter ad* * *Rubric. ext. de conſuet. DD. communiter in l. cunctos populos. C. de ſumm. trin. & fid. cathol. Tiber. Decian. conſil. 11. n. 179. & conſil. 31. n. 144. vol. 1.*

117 Etenim omnis actus, qui geritur ab eo, quod in regione illa, in qua actus perficitur, vſitatum atq; conſuetum eſt, declarationem recipit. *Innoc. in c. oliv. ext. de verbor. ſignificat. Alex. conſil. 37. col. 3. vol. 2. & conſil. 107. col. penult.* * *ead. vol. Roman. conſ. 114. dub. 2. Et eſt communis opinio, cuius rei teſtis eſt Decian. d. conſil. 31. n. 145. vol. 1.*

Haud itaq; perperam concludemus, contractum, quem nunc præ manibus habemus, ob ſpretum precium, ab æſtimatoribus conſtitutum, iniuſtum neutiquam fieri.

Sed & ſi qua adeſſet iuris communis diſpoſitio, ne latum quidem vnguem ad vnguem, ab æſtimatorum precio diſcedendum eſſe, fanciens: non tamen video, vt ob id aperti poſſet præſens conuentio: Cum etiam ipſi aduerſarij vel inuiti fatere cogantur, ſimile quid in Marchia Brandeburgenſi non fuiſſe cuſtoditum: ſed plurifariam extare exempla, in quibus ea, quæ ſeptem millibus fuerant æſtimata, pro duorum millium precio ſunt diſtracta.

118 Pro ſeptimo: Illicitus is contractus non eſt, indeq; multò minus reſcindi debet, qui à viris grauibus, bonæq; exiſtimationis, quotidie celebratur. *Bl. in l. vnic. q. 3. C. de his quæ pœn. nom. Cravett. conſil 6. n. 103. & conſ. 127. n. 10.*

Præſentem igitur contractum irritum eſſe
119 dicere, rationis non eſt. Cùm, vt paulò antè commemorauimus, hiſce in terris, quotidie emtiones, venditiones in ſolutum dationes, & ſimiles contractus celebrentur: & quidem inter primæ notæ homines: nec vlla interim contrahentibus, precij ab æſtimatoribus diffiniti cura ſit.

119 Pro octauo: Iuris præterea explorati atq; certi eſt; quod valor rei ob id imminuatur, quod venditor æri alieno obrutus eſt. Cum hinc emtoribus naſcatur iuſtus timor, qui eos ab emundo retrahat. *Br. in l. 3. ſi hæres, vbi Alex. Iaſ. Rip. & DD. ff. ad SC. Trebell. Carpell. in tr. de ſimul. contr. n. 30. Pantal. Cremenſ. in l. 2. n. 253. C. de reſcind. vendit. Iacob. de S. Georg. in l. ſi fideicom. §. tractatum. n. 4. ff. de iudic. Raph. Cumanus in l. mortis. §. vlt. ff. de donat. cauſ. mort. Felin. in c. cum cauſa. n. 1. verſ. item intellige niſi ext. de teſtib.*

Idipſum itaq; precium quoq; feudi H; meritò minuit. Cum palàm ſit omnibus, feudi noſtri alienatorem ſoluendo non eſſe.

Pro nono. Valor rei iuſtus is eſt, cum res 120
tanti venditur, quanti vnicuiq; rei conditionem ſcienti, vendi poteſt. *Iohan. Baptiſt. Lup. in l. 2. §. 5. n. 121. v. vel ſcilicet, vbi hanc eſſe communem* * *atteſtatur. C. de pact. int. emtor. & venditor. Maſcard. in tr. de probat. concl. 651. n. 2. verſ. ſecundum Aretin. & concluſ. 1356. n. 6. Conart. tract. reſcil. lib. 2. c. 3. n. 4.*

Cum itaq; vnicum tantum nominare ſciant emtorem, qui paratus fuerit feudum H; pluris emere: Aptè ſatisnò concluditur, precium quod numerarat F. G; ineonueniens, rei in ſolutum datæ fuiſſe.

Pro decimo: non quiuis dolus, ſed is de- 121
mum, qui prudentiſsimum quemq; fallere potuiſſet, in cauſa eſt, vt emtio & venditio, quodq; conſequens eſt, in ſolutum datio, reſcindantur atq; retractentur. *Innocent. in c. dilectus. ext. quod met. cauſ. Bl. in Rubr. C. de reſcind. vendit. Iaſ. in l. interpoſitas. n. 4. C. de tranſact. Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. n. 9. ff. de verb. obligat. Iaſ. §. actionum. n. 40. inſtit. de action. Mozz. in tr. de contract. Rubric. quib. cauſ. annull. emt. & vendit. n. 7.*

Eſto itaq;: probatam eſſe læſionem à Reuocatoribus dicamus: dicamus item ex læſione rurſus dolum, machinationeſq; fraudulentas, rectè elici idipſum tamen omne, ad reſciſionem contractus, nil quicquam proderit, cum talem edocere dolum, qui perſpicaciſsimum quemq; fefelliſſet, hactenus non potuerint. Nec enim latebat alienatorem, quod precium rei æſtimatores edixiſſent. Quamobrem omnia quæ poſtea euenêre, ſponte ipſius facta atq; peracta ſunt.

Pro vndecimo: etiam is, qui dolo in con- 122
tractu emtionis & venditionis affectus eſt, tacere, & hoc ſuo ſilentio efficere poteſt, vt valeat contractus alias, ob dolum non valiturus. *text. & gl. in l. & eleganter & ibi DD. ff. de dol. l. Iulianus. §. ſi quis ſolludente. ff. de action. emti. l. ſi quos. ibi Br. C. de decur. lib. 10. Iaſ. §. action. n. 42. inſt. de act.*

Conſequens itaq; erit, cum I. VV. alienator, per tredecim, & amplius annos integros, tacuerit, nec de læſione, & circumſcriptione vlla, ne verbulum quidem vnquam fecerit, aut etiamnum (in viuis etenim adhuc eſt) faciat eo ipſo, eum tantoperè alienationem feudi H; ratam habuiſſe: vt omnis controuerſiæ mouendæ aditus, ob læſionem, filijs eius interceptus atq; præcluſus ſit.

Pro vndecimo. Actio de dolo tantummo- 123
do biennio durat, & deinde expirat. *l. vlt. C. de dolo. Iaſ. in l. cum notas. n. 26. C. de tranſaction. Iob. Criſp.*

Tob. Cisp. de Montib. in tr. de term. aff. n. 33. v. septimo.

Cum itaq; huic contractui, suprema impositа fuerit manus, anno ab hinc decimo tertio, & toto illo temporis spacio, nihil planè fuerit præsumtum, ad demoliendum, euertendumq; id, quod conuenerat.

Reliquum erit, vt subsistente etiam læsione nihilominus asseramus reuocationem omnem exclusum iri eò, quod actionibus illis, quæ ob læsionem, dolumue, dantur, iam præscriptum sit.

124 Pro Decimotertio: Etiam eo casu, cum venditor deceptus vltra dimidium iusti precij, remedio l. 2. C. de rescindend. vendition. experitur, adhuc in electione emtoris est, vel rem ipsam dimittere, vel id, quod iusto precio deest, addere: & rem minus iusto precio emtam retinere. *DD. communiter in l. 2. ibi Pinel. p. 3. c. 3. n. 6. & 7. C. de rescindent. vendit. Fab. de Mont. in tr. de emt. & vendit. 2. q. p. 1. n. 24. Mozz. in tr. de contract. d. rubr. quib. casib. annull. emt. & vend. n. 27. Roland. à Vall. consil. 59. n. 8. vol. 1.*

Consequitur itaq;, id multò magis locum habiturum, in rescisione vel emtionis vel vendit. vel etiam dationis in solut. quæ ob aliam quampiam læsionem, minorem con-
125 tingit. per arg. à maiori quod in iure forte, frequens & vtile est. *attestante idipsum Ener. in top. in loc. à maiori. n. 1.*

Ad summum itaq;, in electione, liberoq; arbitrio posse ssorum, positum erit, reuocationem non concedere: sed id, quod iusto precio deest, supplere, & feudù feuicl adeptum, etiam in posterum retinere.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM
Ad secundam Quæstionem.

SEd videamus, vt resolui possint, obiectiones, aduersus hoc enunciatum nostrum, factæ. Respondebimus itaq; Primæ; carere eam fundamento. Nam vt ex quarta ratione, decisionis nostræ apparet, vel nulla omnino læsio hic contigit, vel si qua euenerit, talis attamen non est, quæ nomine læsionis magnæ, vel enormis nuncupari possit.

126 Quamobrem eò res deducitur, vt secundum vulgare, destructo fundamento corruat ædificium. *Legis ff. de except. rei iudicat. l. in Vniuersis. C. qui dar. tut. poss. cum Paulus 1. q. 1. Hartman. Pistor. q. 20. n. 54. Versic. ex quib. vol. 2.*

127 Neq; verò alicuius momenti illud est, quod de dote, & quod dos, mille florenorum magna dicatur, adducebatur. Nam læsio & dos, sunt disparata. Vnde à disparatis mala fit illatio. *Iason l. admonendi. n. 10 per. n. 10. ff. de iureiur. Præt. Papiensis in form. libell. quo agit ad fid. præst. v. recusant & recusat. n. 3. Lup. in c. per vestras. notab. 3. §. 3. nu. 16. ext. de donat. int. vir. & vxor. Ascan. Clement. in tr. de patr. potestat. c. 5. n. 55. Manfred. consil. 8. n. 13.*

Sed & ad dotem quod attinet ipsam, re- 128
ceptum magis illud est: quod iudicis arbitrio committendum sit, quæ dos magna dicatur: quodq; iudex ex personarum qualitate, alijsq; negocij circumstantijs, idipsum diiudicare debeat. *Br. in l. si constante n. 46 ibi Alex. n. 21. & DD. ff. solut. matr. Br. 4 illud. n. 5 auth. de aqual. dot. Br. in auth. quod locum n. 2. ibi Bl. n. 3. & DD. C. de collat. Br. in l. admonenda. n. 5. 4 ff. de iureiur. gl. Br. & DD. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex bren. recit. Mar. in tr. de ordin. iudicior. 2. p. 6. p. p. 11. q. n. 8. Boer. in consuet. Biturr. tit. de feud. §. 20. gl. vnic. Borgn. Cauale. in tr. de iur. & curat. n. 213. Cardinal. Paruf. consil. 109. n. 32. vol. 3.* 1

Et sub quarta decisionis nostræ ratione, iam fidem fecimus, arbitrium tamen iudicis vltra septa præscriptaq; legum, diuagari non posse; indeq; fieri, quod læsionem, de qua hic agitur, non possit arbitrari magnam vel enormem. Porrò respondeti potest & illud: latere in obiectione hac, à dicto secundum quid ad dictum simpliciter cauillationem siue fallaciam.

Nam quod dicitur: ex læsione præsumi 129
dolum, tunc demum verum erit, quando læsio non solùm magna: verùm etiam enormissima in toto, vel quasi (vt Practici loquuntur) est. *Alex. consil. 47. n. 5. & 15. vol. 1. consil. 42. n. 6. cod. vol. & consil. 41. n. 7. vol. 3. Abb. consil. 81. n. 49 Socin. Iun. consil. 47. n. 41. vol. 1. cons. 50. n. 7. vol. 3. Iaf. consil. 18. n. 16. & seq. vol. 1. Run. cons. 82. n. 3. vol. 5. Mascard. in tr. de probat. concl. 551. n. 28.*

Quousq; læsio, quam filij I. VV. alienatoris prætendunt, non progreditur.

Possumus deinde, & illud respondere: inesse huic obiectioni æquiuocationis fallaciã.

Nam rursus hæc assertio, dolum ipso iure, euertere contractum bonæ fidei, tantisper tantum vera erit, quatenus scilicet talis affuerit dolus, qui nasutissimum quemq; fallere & seducere posset, *iuxta posita sub decisionis ratione 10.*

Cum itaq; ea argumenta, quibus æqui- 130
uocatio inest, non subsistant: *Everard. in praamb. topicor. n. 24.*

Nec hoc argumentum robur, vllum obtinebit.

Porrò etiam ita, hoc fundamentum destrui 131
potest quod ob dolum, nisi caulam contractui dederit, emtio & venditio, per se, & ipso iure nullæ non sint, vt *tradunt DD. communes in l. 2, ibi Cagn. n. 15. C. de rescind. vendit. Iaf. in l. si id quod aurum n. 3. ff. de verb. oblig. Mozz. in tr. de contr. Rubric. quib. casib. annull. emt. & vendit. n. 7. Iason §. actionum. n. 31. Instit. de action.*

Atenim suppositum hoc falsum prorsus est. Siquidem præsens datio in solutum, ex debito vero & liquidissimo, cui Domini feudi consensus, nec non eius quoq;, qui in casum mortis inuestitus erat, accesserant, conciliata sit.

Vt taceam: dationem hanc in solutum bonæ fidei contractibus, connumerari nō posse.

Primo namq; certum est, de mutuo vero, & naturaliter, & ciuiliter debito, distractum hīc fuisse celebratum.

132 Iam verò nemo est, qui nesciat, quod mutuum, sit contractus stricti iuris. *per tradit. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quæ alt. oriat. ex mut. n. 1. & 6. Ioh. Crisp. de Montib. in tr. de term. alt. n. 135. & 136. text. in § actionum. inst. de action.*

133 Quando quidem itaq; iuris cogniti atque exploratī sit, quod distractus eius sit naturæ, cuius naturæ contractus, qui hoc distractu dissoluebatur, erat. *auth. e contra. C. de repud. l. fi ad rescindendum, & l. non solum. C. de præd. minor. l. fi consensit in pr. iunct. gl. ff. quib. mod. pig. l. ab emptione. ibi Br. & Iaſ. ff. de pact. l. 1. & ibi Vl. C. quand. liceat ab emt. disced. gl. & Br. l. de tutela. C. de in integ. restit. min. Buerard. in top. in loc. à contr. ad distr. n. 1. Schrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. p. sect. 5. n. 16.*

Restat vt dicamus, de contractu stricti iuris, hīc agi.

Vnde rursus consequitur, non posse ipso iure, dationem hanc in solutum nullam esse: sed causæ cognitione opus omninò, ad extremum tore.

134 Ambigui enim iuris non est, quod dolus contractus stricti iuris, quorum causa fuerat non ipso iure: sed per actionem duntaxat vitiet atq; eneruet. *l. dolus. ibi Bl. n. 1. C. de inutil. stipulat. Mozz. in tr. de contractib. Rubr. de diuis. contrad. n. 22. Bernhard. Diaz. in tr. regul. reg. 200. Couarr. in c. quamuis. § 6. n. 5. de pact. lib. 6.*

Nec obstat his æquiparatio, quam de emtione & venditione, & in solutum datione, fecimus.

135 Plus quàm notum enim est omnibus, ab æquiparatis argumentationem in ijs solum procedere, in quibus æquiparatio facta est. Quod si per omnia, vnum alteri æquiparari nequit, vndiq; quoq; argumentum ab æquiparatis non obtinebit. *Matheſil. in tr. extens. Iaſ. in auth. quas actiones. n. 19. C. de sacroſ. Eccleſ. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. p. c. 7. n. 97.*

Cum attamen æquiparatio, in præsentia de datione in solutum, ad emtionem & venditionem, vsq; eò, sese non extendat, vt naturam bonæ fidei induat, veluti emtio & venditio, quoties ex stricti iuris contractu oritur.

136 Sed & hūc referemus & illud, quod alibi decisum extat: Vti contractus bonæ fidei, quibus dolus causam præbet, ipso iure nulli sunt: Ita quoq; liberationes ab eiusmodi contractibus, ipso iure nullas esse. *gl. in l. de tutela. C. de restit. min. gl. in l. sub prætextu. l. 2. & ibi Br. & DD. C. de transaction. gl. in l. si maior. C. de dol. Br. in l. si cum te. ff. de pact. Bl. in l. 1. in pr. & ibi Salyc. C. quand. luc. ab emt. disced. Iaſ. in l. ab emtione. n. 2. ff. de pact.*

137 Hinc enim rectè dicimus, vti contractus stricti iuris, quos causauerat dolus, per actionem demum demoliuntur: Ita quoq; haud aliter demoliri posse ab huiusmodi stricti iuris contractibus, factas liberationes. Quò contrariorum eadem sit disciplina. *Ieſi contra. § vlt. ibi gl. ff. de vulgar. & pupill. l. vlt. § vlt. ff. de legat. 3. Iaſ. in Rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. Euerard. in top. in loc. à contrar. n. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 14. nu. 47.*

Porrò præter hactenus traditas resolutiones, viterius primam quoq; hanc obiectionem, resoluemus per concessionem.

Ponamus etenim: ex eo, quod F. G. pos- 138
sessorum parenti, feudum H; minoris in solutum datum esse, quàm vel taxatores id æstimasſent, vel alij emere parati essent, dolum elucére: Attamen cum interim verum sit, quod quælibet causa, etiamsi iniusta, & stolida planè fuerit, à dolo excuſet. *l. igitur. §. poteſt. verſ. generaliter. ff. de liber. cauſ. l. de etate. §. qui iuſto ff. de interr. action. l. cùm poſſidere in pr. ibi Iaſ. notab. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. iuſtè. n. 31. ff. eod. it. Iaſ. videamus. in pr. n. 9. ff. de in lit. iurand. Iaſ. in l. qui iuraſſe. n. 6. ff. de iureiur. Iaſ. in l. ſi quis maior. n. 3. ibi Thom. Parp. n. 97. Cagnol. n. 128. circ. fin. C. de tranſact. cum alijs complurimis interpp. autoritatibus, quas adducit Schrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. p. sect. 7. nu. 33.*

Consequens nihilominus erit, cum appareat ex octaua decisionis ratione, quod causa imminuendi iustum rei valorem, legitima ea sit, quod venditor ære alieno obrutus esset: nec non peruulgatissimum sit, nostrum alienatorem, animam, vt in prouerbio est, debere: ob id, quod minus solutum sit, nil machinationis dolosæ, effingi posse: Propterea q; primaim hanc obiectionem, cui præterea reliquæ omnes decisionis rationes obnituntur, pœnitus concidere atq; collabi.

Ei deniq;, quæ sequitur obiectioni, quæq; in ordine SECVNDA est, id dabitur responsi: non velle id Doctores ibidem adductos, ad quod autoritas eorundem allegabatur: verum id tantùm: eam in solutum dationem, in totum vitiari & nullam effici, quando ex errore, res in solutum, pro maiori summa vel quantitate datur, quàm reuera debiti summa esset. Verbi gratia, pro ducentis fiebat datio in solutum, & tamen centum tantummodò debebantur. *Id quod cuiq, ex Doctorum allegatorum ſuſpectione, facilimè apparebit.*

Nihil itaq; hoc interpretum enunciatum, 139
cum nostra determinatione commune habet. Quodq; in consequentiam venit, præmissæ, obiectioni huic desunt. His autem falsis apparentibus, falsa quoq; erit concluſio. *gl. in l. mancipia. v. aduocandum. C. de ſeru. fugitiu. Br. in l. vbi pactum. col. 1. verſ. ſily dicunt. C. de tranſact. Felin. in c. nonnulli. n. 104. ext. de reſcript. Dec. conſil. 201. conſil. 233. n. 7. conſ. 317. n. 2. & conſil. 591. n. 3. Cephal. conſil. 602. n. 9.*

Vt silen-

140 Vt silentio præteream, aliam insuper adesse traditionem Doctorum, propius adhuc ad rem accedentem: eam nimirum pro solutionem, qua pro minori summa, in solutum datur, res maioris precij, non in totum concidere: Sed pro quantitate debiti omninò constare, roburque suum obtinere. *Vti in specie decidunt Paul. de Castr. Alex. de Immol. in d. l. si non sortem. §. si centum & ibi Iaf. n. 2. ff. de condict. indebit. Matth. de Afflict. decis. 218. n. 2. addit ad Br. ad d. l. si non sortem. §. si centum sub lit. D. ff. de cond. indeb. per l. vlt. §. 1. C. de bon. aut. iudic. possid.*

141 Sicuti & id iuris prouisi est, quod tunc etiam retentio rei, quando datio in solutum inutilis & inualida planè est, locum habeat. *Vti in mutuo duo scripsit Br. d. l. si non sortem. §. si centum. n. 6. ff. de condict. indebit.*

Necesse itaq; foret, antequam possessores feudo H. cederent, causæ cognitionem interuenire, & qualis futura sit, ex decisionis rationibus colligere promtum esset.

142 Accedat adhæc, magis communiter id receptum, quod præsens theorema nunquam locum habeat in datione in solutum, quæ per partem, absq; iudicis interuentu fit. *Franc. Aretin. in l certi condictio. § quoniam. n. 23 ff. de cond. indeb. Franc. Aretin in l. 1. §. penult. n. 34. ff. de verbor. obligat. Mar. de ord. iudic. 2. p. p. 6. p. p. tit. de execut. n. 20. vers. hoc tamen limita. Asin. in sua praxi. p. 1. §. 7. & 5 limit. 9. n. 16. Coler. in tr. de process. executio. p. 3 c. 9. n. 61. vbi hanc sententiam benigniorem esse attestatur.*

Cum interim difficeri nequeant nostri Reuocatores, dationem hanc, ab ipso debitore, vltrò peractam esse.

In tertia obiectione fallacia secundum non causam vt causam deprehenditur. Sicuti enim ex quinta decidendi ratione apparet, certum est, æstimatione, iustum valorem, vt scilicet res minori precio, quàm æstimata erat, vænundari non oporteat, minimè constitui: Sed ideò tantum æstimatio fit, vt iudex ex ea informare sese possit, accedente licitatione, quem valorem iustum esse, statuere debeat.

143 Non concludere itaq;, tertiam quoq; obiectionem extra controuersiam stat. Omnia enim argumenta, efficacia omni carent, atque destituuntur, in quibus non causa, pro causa ponitur. *Id quod vel ex Logicorum traditionibus satis constat.*

144 Quorsum & illud referendum erit: quod etiam ipsius iudicis contemplatio & æstimatio, ad res immobiles quod attinet, nullius momenti sit, tantoq; minus, iustum rei valorem, ad quem soluendum quis præcisè astringatur, constituat. *Vti Sylv. Cagnol. Lupo in id recentius, in specie decidit Masc. d. concl. 1396. n. 21.*

Vsq; adeo itaq; precio, ab æstimatoribus nominato, addicti non erimus vt hinc ne vnguem quidem latum, discedere liceat.

Sed & quarta obiectio, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter affecta est.

Quod enim dicitur, rem tantum valere, quantum vendi poterit, eatenus tantum obtinebit, quatenus nimirum communi æstimatione tanti vendi possit. Nec enim Doctores hîc nominati, aliter loquuntur.

Quare & hæc quoq; quarta obiectio col- 145
labetur. Nec enim ex argumentationes subsistere possunt, in quibus à dicto secundum quid ad dictum simpliciter argumentamur. *Eurard. d. praamb. topic. n. 24. vers. quando autem fit mutatio à dicto secundum quid.*

Neque verò huic sententiæ officit quicquam: quod attamen alius affuerit emtor, id precij numeraturus quod æstimatores feudo H. constituerant.

Nam primò de hoc certi nihil constat, 146
quamobrem succedet id, quod paria sint, non esse & non apparere. *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Iaf. in l. Titia texiores. n. 3. per ill. text ff. de legat. 1. Tiber. Decian. cons. 1 n. 132. volum. 1.*

Et etiamsi probata hæc, de emtore carius feudum H. emturo, assertio fuerit: nihil tamen id parti aduersæ proficiet.

In iusto enim rei valore diffinieṅdo, non 147
haberi id precium in consideratione, q̃ quis se numeraturum affectione aliqua, veluti vicinitatis, vel alia qua piam causa, vtpotè quod maiorum suorum res ista, antehac fuerat, motus edicit atq; pollicetur. *gl. singul. in l. mortis causa capimus. & ibi DD. ff. de donat. caus. mort. Alb. in c. cum causa. n. 1. & ibi Felin. n. 1 Verſic. in quantum. ext. de testib. Conarr. variar. resol. lib. 2. c. 3. n. 4. fac. tradit. Masc. ard. in ar. de probat. d. concl. 1396. n. 6.*

Cum attamen, si quis affuerit, rem precio maiori sibi comparaturus, idipsum non nisi affectione aliqua, quam erga feudum H. mente conceperat, peculiari, commotus, fecisse credibile sit. *Valuti constare posset, si aduersarij emtorem illum nomine indicarent.*

Deinde id quoq; responderi potest, quod 148
id communiter fieri, rectè non dicamus, quod tantum ab vno fit. *arg. c. pluralu. de regul. Iur. lib. 6.*

Quorsum & illud pertinet, quod traditur: 149
testes haud aptè & concludenter iustum & legitimum rei valorem probaturos, nisi deponat ante & post venditionem initam, complures fuisse, qui tanto precio, communi æstimatione, rem emere voluerant. *Angel. Aretin. §. si qui agens. n. 4. vers. ex his etiam infertur. instit. de action. Alex. de Imol. in l. precia rerum. n. 12. vers. & eadem ratione dicit. ff. ad l. Falcid.*

Non igitur quæ hîc acciderint, in considerationem veniunt. Cum vnicus tantum fuerit, qui id feudum carius se emturum, præ se ferebat.

Et vt tandem concludamus: nec sexta & quidem vltima obiectio constare poterit. Nam etsi forsitan concedendum sit: precium vltra millia quatuor iam ascendere: Cogitandum tamen est, qui id fiat, vbi confestim deprehendetur, fieri id, ob ligna non incisa, nec non ob meliorationes alias in feudo à possessoribus factas.

150 Nihil igitur hoc, cum præsenti disceptatione commune habet. Etenim iuris quotidiani est, quod in æstimationibus, rerum immobilium, illud solum in considerationem veniat, quod rei, tempore contractus adest. *l. si voluntate in fin. C. de rescind. vendit. l. 3. §. Dui fratres. ff. de iure fisc. c. cum dilectis. ponderando verba: tunc valentem. ext. de emt. & vendit. Br. in l. 2. ad fin. & ibi Arr. Pinell. p. 3 c. vlt. n. 15. vers. in hac materia. C. de rescind. vendit. Iohan. Bapt. Lup. in l. 2. §. 5. nu. 154. vers. aduertendum est tamen. C. de pact. int. emtor. & venditor. Tiraq. de vtr. retr. p. 2. in præfat. n. 24. Mascard. d. concl. 1396 n. 26.*

Concipiemus itaq; hoc pacto conclusionem, quod ne ob feudum quidem H; minoris emtum, quàm æstimatorum tabulæ deposcebant, quam item alij coëmissent, feudum hoc possessoribus auffetri possit.

TERTIA QVAESTIO
RATIONES DVBITANDI.

ETsi huius tertiæ quæstionis decisio, dependeat ex decisione, priorum duarum, de quibus hactenus vidimus, responsione: Præsupponamus attamen, posse I. VV. filios, feudum ad se, tàm ex primo, quàm secundo capite revocare, & hinc tertio loco haud inepte quæritur, quid dicendum sit de feudi interim reditibus, & num ob litem motam, feudi possessoribus protinus denegatum sit, lignis vti, eaq; incidere eo modo, quo boni patresfamiliàs solebant.

Sed & primo intuitu dicendum videbatur, non licere idipsum feudi possessoribus: aut si id liceret, fructus tamen ita perceptos, Revocatoribus vnà cum feudo ipso restituendos esse.

151 Nam primò iuris expressi est, quod in illo casu, vbi per errorem, pro summa maiori, quæ tamen reipsa minor erat, pro soluto debatur res aliqua: non solùm, eo quod datio isthæc nulla erat, res ipsa: verumetiam simul fructus rei restituendi, aut in sortem computandi sint. Adeò quidem vt hac fructuum perceptione, sors omnino extenuetur, atq; imminuatur. *Br. Paul. de Castr. & DD. in l. si non sortem. §. si centum. & ibi Iaf. n. 1. ff. de condict. indeb.*

152 Sic videmus tunc etiam, cum remedio. l. 2. C. de rescind. vendit. res euincitur, fructus quoq; à tempore traditionis perceptos, in restitutionem venire. *Alberic. de Rosat. in l. 2. n. 16. Salicet. n. 3. Bl. n. 3. C. de rescind. vendit. Matth. de Afflict. in c. 1 n. 150. & seq. de feud. Aut in vic. leg. commissor. Cenatr. variar. resolut. lib. 1 c. 3 n. 9. Anton. Gomez. ad l. 7 o. Taurin. n. 29. vers. confirmatur. Bero. c. cum dilectis in fin. & in c. ad nostram. n. 25. ext. de emt. & vendit. Gregor. Lup. ad l. Hispan. 56 tit. 5 p. 5.*

Sed & vbi cum effectu, in integrum restitutio postulatur, fructus simul restituendi sunt. *l. quod si minor. §. restitutio & l. patri. vers. item ex diuerso iuncta. ibi gl. ff. de minorib.* 153

Sed & quandocunq; res redhibetur, fructuum quoq; restitutio simul facienda est. *l. cum autem. §. redhibetur & l. facta. ff. de edilit. edict. Bl. & Salycet. in l. 2. C. de rescind. vendit.* 154

Quod & in pacto legis commissoriæ. *l. 5. ff. de leg. commiss.* 155

Nec non addictionis in diem obtinet. *l. imperator & l. item quod dictum. ff. de in diem. addiction.* 156

Sic vbi rescinditur heredis institutio, bona hereditaria, simul cum fructibus, restitui debent. *l. filio. §. 1 in fin. ff. de inoffic. testament. Felin. in. cum causa. n. 27. extr. de re iudicat. Curt. Senior. consil. 71. ad finem. Rom. cons. 454 n. 25.* 157

Quid & in donatione mortis causa resoluta, puta si res donata, viuo adhuc mortis causa donatore, fuisset tradita, & postea reuocata, verum est. *l. cum quis. ff. de condict. caus. dat. non secut. Cremen. singul. 16. Lup. in Rubric. §. 72 n. 3. ext. de donat. inter vir. & vxor.* 158

Et generaliter, verbi restituere natura hæc est, vt fructus quoq; includat. *l. videamus. §. in Fauiam. ff. de vsur.* 159

Qui igitur aliud concludere possumus, quàm quod fructus maximè pendentes, & à solo nondum separati, veluti etiam ligna nondum incisa sunt, in restitutionem veniant. Vbi enim ius feudale, peculiare aliquid aq; iure communi diuersum, non sanciuit: ibi meritò, in decisionibus causarum quoq; feudalium, scriptam sequimur legem. *c. 1. §. strenuus. de feud. cognit. cum similib. vulgar.* 160

Vnde rursus hæc damnat collectio: cum dolo facere censeatur is, qui petit, quod paulò pòst restituturus est. *c. dolo facit. de regul. Iur. lib. 6. Ian condemnatione. §. dolo. ff. eodem. tit.* 161

Iure feudi, possessores ligna incidere non posse.

Secundò, ei quoq; iura prospexerunt, quod malæ fidei possessor ne industriales quidem fructus, tantoq; minus naturales, lucretur aut suos faciat. *DD. communiter in l. & ex diuerso. & ibi Br. n. 5. ff. de rei vindicat. fac. tradita. gl. in §. si quis à non domino. v. fructus. in stit. de rer. diuis. gl. §. 1. in stit. de offic. iudic. Garf. in tr. de expens. c. 23 n. 20. & n. 34. ad finem.* 162 *

Iam verò possessores præsentes, malæ fidei possessoribus dubio procul accensendi sunt, cum feudum H. ad alios pertinere non nesciant.

Etenim omnis, qui absq; consensu agnatorum, 163

torum, emit feudum, vel in solutum idipsum accipit. scit vel scire debet, propter defectum consensus filiorum, vel agnatorum feudum à se & redimi & revocari posse. Vti in indiuiduo scriptũ reliquit *Hartm. Pist. q. 10. n. 5 vol. 2.*

164 Id quod fulcitur eo: quod interpellati de feudo restituendo, etsi extra iudicium, à filijs alienatoris iam sint, quodq; hi declararint, constitutum apud se esse, feudum reuocare atq; redimere. Istiusmodi enim denunciatione mala fides adhuc illustrior atq; perspicacior fit. *fac. l. si fundum. C. de rei vindicat. Br. in l. Celsus col. 4. vers. sed qual. probet. mal. fid. ff. de vsucap. Afflict. decis. 36 n. 6. Vasq. illustr. controu. lib. 1 c. 8. in pr. Ripa in c. cum M. Ferrariensis n. 137. ext. de constit.*

Non esse itaq; fructus, reditusq; feudi maximè verò eis, quos ex lignorum distractione perceperant, possessoribus relinquendos, consequitur.

165 Etenim nemora & sylvæ, quæq; in his nascuntur ligna & arbores, fructibus naturalibus meritò accensentur.

Cum in his nulla ferè, hominis industria, vel opera opus sit. *Br. in l. ex diuerso n. 1. ff. de rei vindicat. Cop. in tr. de fructib. lib. 1 c. 3. in pr. Abb. in c. grauu ext. de restit. spoliat. Bl. in l. C. de fructib. & lit. exp. Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 3. n. 6. Menoch. in tr. de arbit. iudic. quæst. cas. 120. n. 2.*

166 Quorsum & generale illud referendum est: fructus naturales, domino semper, non verò possessori, nasci, *tradeute Lupo in tr. de lucr. mar. & vxor. c. 6. n. 14 per l. fructus in fin. ff. de vsur. & not. ad l. in bona fides in pr. ff. de acquir. rer. dom. cum similibus.*

167 Tertio iure decisum est: quod litis contestatio quoq; inducat malam fidem. *l. litigator. & ibi Br. n. 1. & DD. communiter. C. de fructib. & lit. expens. l. sed etsi lege. §. etiamsi ante litem contestatam. ff. de petit. hereditat. l. si feudum. C. de rei vindic.*

Rectè itaq; hanc assertionem, hinc extruemus, fructus ad minimum à tempore litis contestatæ, in restitutionem venire.

168 Quarto omni dubio caret: quod iudex inhibere possit & debeat omnibus, qui sylvas possident, ne arbores grandiores, atque annosas cædant: aut aliàs nemora & sylvas deuastent. Hinc namq; in Camera imperiali, sine clausula, mandata decerni videmus. *attestante Gail. observat. 67. n. 8. lib. 1. Fruder. in tr. de processib. extr. lib. 2. c. 39. n. 2. & n. 4. vbi id in causa comitis ab Hohenzollern contra Principem Virtenbergensem obseruatum attestatur.*

169 Etenim duplici nomine id suadet vtilitas, cum sylvis deuastatis, arq; incisis, desit materia ædificiorum, nauigiorum & id generis aliorum. Cum item hic de irreparabili damno agatur. Etenim annosæ illæ arbores, intra seculi spacium, in altum, vix, & ne vix quidem, recrescunt. Frider. d. tr. de process. extrah. lib. 2. c. 39. n. 2.

170 Et hoc iure eatenus quidem vtimur, vt ne commodum quidem possessionis (quod tamen aliàs beatos facere possessores solet) hac in parte in considerationem veniat. Nam & possessori rectè inhiberi potest, ne arbores sylvæ litigiosæ incidat, nec non ipsa sylua sequestro subdi potest, si de dilapidatione, vastationeq; suspectus est possessor. *text. singul. in l. imperatores. ff. de appellat. Gail. obseruat. 145. in fin. lib. 1. Fruderu. d. tr. de proc. extrah. lib. 2. c. 39. n. 3.*

Patet itaq; consequentia, possessoribus nempe Feudi H. non permittendum vt arbores, lignaq; cædant: Sed inhibitionem potius faciendam, vt donec finiatur lis de redemtione, vel reuocatione feudi cæpta, à lignis arboribusq; cædendis, in totum abstineant. Cum fieri nequit, quin vnâ arbores procerrimæ, & annosæ cædantur, quæ vix in seculo ad eam vsq; proceritatem, & robur succrescerent: Id quod sine vastatione & deformitate nemoris, non posset fieri.

Quinto concluditur à iuris interpretibus: 171 quod arbores incidere, iusta priuationis causa sit. *Bl. in l. duorum. §. si feudum. ff. solut. matrim. Tiraquel. de retr. retract. p. 2. §. 3. gl. 1. n. 23. Schrad. in tr. feud. al. p. 9. c. 6. n. 64. vbi alios in id allegat. Zas. in epit. feud. p. 10. conclus. 8.*

Vt itaque iudex conniueret, ad incisionem lignorum, à possessoribus feudi præsentis præsumtam.

RATIONES DECIDENDI
AD TERTIAM QVÆSTIONEM.

HÆc ferè sunt, quæ potissimum iudex in vtilitatem aduersariorum ob oculos sibi ponere possit: Interim tamen dubium non est, quin contraria decisio iuri sit magis conformis.

Peruulgatissimi enim iuris Primò est, quod 172 emtor feudi, iuri redimendi vel reuocandi obnoxij, verus fiat dominus & pariter possessor bonæ fidei, eius feudi, à se vel emti vel per dationem in solutum acquisiti. *arg. l. dolus. C. de rescind. vendit. iunct. c. 1. §. strenuus. de feud. cognit.*

Quod vel inde apparet, quod iuri redi- 173 mendi & reuocandi feudum, intra tricennale tempus, præscribere possit. *gl. in c. 1. §. Tutus & ibi DD. communiter. si de feud. defunct. content. sit, & alios infinitos ferè in id adducunt Schrad. & Vult in loco ante hac sub quarta ratione dubitandi, quæstionis primæ designatio.*

Ad eos itaq; pertinere omnes fructus, re- 174 ditusque feudi, consequatur oportet. Fieri enim nequit, vt ad alium, quam ad dominum & possessorem rei simul, fructus rei pertineant. *arg. l. & ex diuerso & quæ ibi DD. docuerunt. ff. de rei vindicat.*

Nec ob-

175 Nec obstat, quod l. dolus, C. de rescind. vendit. de eo emtore loquatur, qui venditorem, vltra iusti precij dimidium deceperat: nec de feudi emtore quicquam disponat.

Nam si is emtor, qui ne dimidium quidem iusti precij, pro re diuendita numerauerat, dominus nihilominus rei taliter emtæ fit, irrationabile planè erit, dicere, hunc emtorem, qui iustum, & æquabile pretium soluerat, ob id solùm, quod feudum, quandoque reuocatione vel redemtione reuocari possit, dominum eius non fore. Argumentum ab absurdo autem, longè est fortissimum. *Euer. in topic. ab loc. ab abs. n. 1. Paul. omnit. in Cuiuscum. n. 2. per ill. text. ext. de rer. permutat.*

176 Sicut nec illud quicquam faciesit negocij, quod attamen ibi lædo vltra dimidium iusti lateat, adeoq; ab allegante probanda sit. *dd. dolus. C. de rescind. vendit.*

177 Hic verò confestim, ac rem feudalem esse constiterit, simul quoq; appareat, rem eius naturæ esse vt per agnatum, & filium, sine consensu eorum alienatum, redimi, reuocariq; possit. *Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 2. n. 42. per c. 1. in pr. de alienat. feud. pat.*

Negarim enim, & hic quoq;, tàm citò rem inclarescere. Cum non semper, & vbiq; feudum retrahatur: sed in certo demum feudorum genere, nec non in certis quibusdam casibus tantum, id licitum atq; permissum sit. *Vti ex decidendi rationibus, quæstionis principalis primæ conspirari licet.*

178 Cum item incertum sit, an filius quicquam velit, contra factum parentis, irreuerenter satis, attentare, atq; præsumere, nec ne. Cum non omnia, quæ licent, satis tamen honesta sint. *l. semper in communibus. ff. de rit. nupt. tar. l. semper. ff. de regul. iur. l. si qua mihi. § si vxor. ff. de rit. nupt. Tiber. Decian. consil. 52. n. 9. vol. 2.*

179 Rectè itaq; argumentum, ab emtore, qui remedium, l. 2. C. de rescind. vendition. reuereri cogitur, ad emtorem qui ius redimendi, vel reuocandi extimescit, concluditur.

180 Atq; ita in specie, quod is, qui feudum redemtione, vel reuocatione amittit, ante amissionem feudi, per redemtionem, vel reuocationem dominus sit: *Vult. Schrader. in tr. feud p. 8. c. 8. n. 48. & 49.*

181 Sed & secundò inter omnes interpretes * conuenire, cognitum atq; exploratum est quod fructus ab emtore auocari tunc nequeant, quantumuis ipsa venditio rescindatur: Cum rescisio quocunq; tempore fieri potuisset, dummodo iam rescissorio iudicio agens, antehàc actionem instituisset. Imputet enim sibi, qui tam diu agere supersedit. Ita in specie decidit *Abb. in cillo vos. n. 6. ext. de pignorib. Turquell. de vtr. retract. p. 2. §. 5. gl. 2. n. 3. Couarr. variar. resolut. lib. 3. c. 9. post Princip. Arr. Vin. l. 1. 2. p. 3. c. 4. n. 13. C. de rescind. vendit. vbi Couarr. & Paul. hanc esse receptam sententiam attestantur.*

Cum itaq; denegatum I. VV. filijs non fuerit, multis retrò annis, actiones suas iudici exponere: illi verò hoc facere hactenus, & in præsentem vsque horam, intermiserint: Quid obstet quò minus dicamus, non decere illos, molestiam vllam possessoribus fructuum, & quidem perceptorum, præsertim nomine, creare, aut ad restitutionem eos adigere, non video? Quinimò si quod damnum hac in parte sentiant, propriæ asscribant culpæ, necesse erit.

Tertiò illud quoq; inter omnes receptum 182
est, quod generaliter verum sit, alio iure cen- *
seri, rem ipsam, alio verò, fructus rei. *l. in editis. § ex rebus. ff. de donat. El. in l. vlt. C. de vsucap. pro donat. Pinel. ad dd. 2. p. 3. c. 4. n. 13. ad fin. C. de rescind. vendit.*

Dicere itaq; vnà cum feudi restitutione, fructuum quoq; restitutionem fieri oportere, irrationabile est.

Quartò iuris quoq; illud notissimi est: 183
quod feudi possessor, à quo feudum redemtione, vel reuocatione retrahitur, teneatur tantum eo nomine, quod eius dolo, vel culpa, feudum deterius factum est. *Vti hoc in mundum scripsit Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 8. nu. 47. & seqq.*

Atenim culpa & dolo omni vacans est is, qui re sua, ad instar patrisfamiliàs vtitur. Qui enim facit id quod quisq; diligens paterfamiliàs in simili casu constitutus, faceret: procul ab omni dolo, & culpa abest. *Br. in l. ea igitur. ff. de pignor. action. Mascard. vt tr. de probat. conclus. 467. n. 22. Gratt. consil. 49. n. 6. vol. 1.*

Non tenentur itaq; possessores, quod fructibus feudi hactenus vsi sint & etiamnum vti cupiant.

Quintò: notum quoq; est omnibus, illud iuris theorema: quod feudi possessor lucretur omnes fructus, quos antè perceperat, quam amitteret feudum, vel ob feloniam perpetratam, vel ob donationem vel emtionem resolutam, vel reuocatam vel vsumfructum in feudo constitutum finitum. *Pro vt hoc in specie decidit complurimis quoq; rationibus confirmat Schrader. in tr. feud. l. 2. p. 9. p. sect. 3. n. 1.*

Non itaq; Reuocatores, ad fructuum quoque restitutionem possessores compellere possunt.

Nec obstat, quod tamen huic classi accen- 184
sendi non sint fructus immaturi, cum hi vel ad dominum, vel ad agnatum, vel ad reuocantem, vel redimentem pertineant. Quamuis eos feudi possessor, iam à feudo separarit. *Vti multis turpius comprobat Schrad. d. p. 2. p. p. 9. sect. 3. n. 22.*

Negatur enim quod arbores hæ, de qui- 185
bus in præsentia agitur, adhuc immaturæ sint. Cum plures ante annos rectè cædi potuissent, ni in id fuissent hactenus conseruatæ, vt adhuc augerentur, & procériores fierent,

rent, & aliquantò post maiori cum emolumento cædi atq; diuendi possent. *fac. tradit. Speculat. in tit. de aduoc. §. 5. n. 5. & 6.*

186 Vt taceam arbores vetustiores & annosas exsiccari, atq; vermibus corrodi solere. *fac. trad. Vasqu. illust. controuersiar. c. 36. n. 3.*

187 Dehinc quòq; hæc traditio, locum non obtinet: in illis fructibus, qui quidem immaturi, à solo separabantur: ad maturitatem ramen peruenire potuissent, antequam amissum fuisset feudum. *Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 30. Schrad. d. section. 3. n. 23.*

188 Sicuti nec eo casu procedit, cum fructus tam proximi maturitati sunt, vt iam eandem separanti afferant vtilitatem, quam attulissent, si omninò fuissent maturi. *Vti pluribus comprobat Schrad. d. n. 23.*

189 Et deniq; locum non inuenit, quoties adhuc incertum est, an prius ad dominum vel agnatum, feudum sit reuersurum, quàm maturitatem suam consequerentur, fructus, in præsentia immaturi. *Schrad. d. n. 23. vers. deinde hoc ita demum.*

Peregrina itaq; atque impertinentia sunt omnia, quæ hactenus adducta fuere: Cum incertus sit reuocationis institutæ euentus: Cum item ante litis exitum, arbores, quæ nondum maturitatem perfectam consecutæ sunt, adipisci eam interim possint: Cum deniq; arbores proceritatis mediocris sat carè etiam hodie emantur.

190 * Sextò communis quoq; conclusio Doctorum est, quod non solum eo casu, cum res vendita, ob pactum de retrouendendo interpositum, reuocatur: *Iafm l. qui Romæ in pr. & ibi Soc. n. 20. ff. de verbor. obligat. Cagnol. in l. 2. n. 100. q. 11. C. de pact. inter. emtor. & vendit. Tiraq. de vtr. retract. p. 2. §. 5. gl. 4. n. 6. Couarr. variar. resol. lib. 1. c. 15. n. 6. Hartm. Pistor. q. 24. n. 12. lib. 1. Borgnin. Caualcan. in tr. de vsufr. mul. ret. n. 244. Rol. à Valle consil. 27. n. 17. lib. 2.*

191 Verum etiam eo casu, cum agnatus, vigore statuti, vel consuetudinis, rem ab agnato suo venditam, reuocat, fructus eius anni: quo res reuocatur inter possessorem, & reuocantem: pro rata anni postremi, diuidendi sint. *Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 15. n. 8. Schrad. in tr. feudal. 2. p. 9. p. p. sect. 3. n. 85.*

Ambigi itaque non oportet, quin multò minus Reuocatores nostri, fructuum perceptorum restitutionem fieri, iure non desiderent.

Et cum inter reuocationem, quæ fit ob pactum de retrouendendo, aut iure retractus: eamq; reuocationem vel redemtionem, quæ ex iure feudorum oritur, discriminis nihil insit.

Reliquum illud quoq; erit, vtriq; reuocationi eandem decisionem applicandam esse.

192 Vbi enim eadem ratio est, ibi diuersum ius constitui non debet. *Schrad. in tr. feudal. p. 7. 6. n. 16. p. 10. sect. 17. n. 19. 59. & 72. sect. 5. n. 132. section. 6. n. 164. & n. 180. Medic. in tr. de compens. p. 1. c. 4. n. 2. Medic. in tr. de venat. p. 2. q. 23. Reub. in tr. de test. p. 2. n. 7.*

Septimò & vltimò, prouisum quoq; illud 193
in iure extat, quod eo casu, cum possessor fundi, vberiores percipit fructus, quàm reuocans percipere potuisset: fructus istiusmodi vberiores, in restitutionem non veniant, quantumuis aliàs omnes fructus restituendi forent. *Br. in l. ratio. §. 1. n. 5. ff. de act. emti. Bl. in l. ceterum. per ill. text. & ibi Angel. ff. de rei vindicat. Salyc. in l. post perfectam. in fine. C. eodem tit. Roman. singul. 337. & ibi Nicol. Pignolat. in addit. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 15. gl. 1. n. 29.*

Iam verò certum est, nemora hæc, ob lignorum conseruationem, per tredecim & amplius annos continuatam, longè meliora esse effecta: lignis item, non absq; possessorum intertrimento parcitum hactenus esse: (quandoquidem ad vsuras, quas aliàs percipere potuissent, de quatuor millibus, feudi reditus, absq; lignorum incisione non acceserint) quod deniq; Reuocatores inopia eorum ligna ipsa cædere coëgisset, veluti nemoribus suis proprijs, parcere non potuerunt.

Consequens itaque erit, etiamsi talis nobis casus esset, in quo fructuum restitutio facienda omninò esset, hos tamen fructus, quos possessores, facto suo proprio nacti sunt, nunquam restitutum iri.

Quorsum trahenda quoque est decisio 194
illa quæ habet: quod fructus ex meliorationibus percepti, nunquam in restitutionem veniant, etiamsi de illo ageretur casu, in quo aliàs fructus omninò restituendi forent. *Neguzant. in tr. de pignor. 4. membr. 5. p. p. n. 20. Matth. de Afflict. decis. 87. n. 6. Schrad. in tr. feudal. 2. p. 9. p. p. sect. 3. n. 10. Garsi. in tr. de expens. c. 23. n. 56. & seq.*

RESOLVTIONES CONTRARIORVM AD TERTIAM QVÆSTIONEM.

SEquitur ergò, vt ad ea, quæ in contrarium adducta sunt, respondeamus.

Et quidem illationem Primam: quod vi- 195
delicet fructus restituendi sint, vnà cum reipsa: quando in solutum datio nulla est, illud dissoluit, mirum nempe non esse, cum ibi ab initio, quod fiebat, inutiliter gereretur: huic verò contractui, suum ab initio, & vsq; in id tempus, quo redemtio vel reuocatio, locum inuenit, robur omninò constiterit. In ijs igitur, quæ diuersam rationem habent, idem ius constituendum non erit. *l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligat. Schrad. in tr. feudal. 1. p. q. 6. n. 16.*

196 Pari ratione etiam secundum, nihil importat simile: quod videlicet à remedio l. 2. C. de rescind. vendition. quodq; in eo, cum re fructus quoq; simul restitui debeant, deducebatur. Nam vt habet magis recepta sen-
** tentia: ad remedium l. 2. C. de rescind. vendit. quod attinet, fructus rei restituendi non sunt, quamuis emtor rem restituere, quàm precium supplere malit. Hanc etenim sententiam sectantur *Anton. de Butr. & Iohan. de Imol. in c. ad nostram. & ibi Anton. Burgef. n. 36. ext. de emtion & vendit. Rota Rom. decis. 116 an vou. Fab. de Mont. in tr. de emtion. & vendit. q. 8. n. 24. Panthal. Gemen. in l. 2. n. 17. & ibi Cagnol. n. 40. Pinel. p. 2. c. 4. n. 1. qui communem dicit, & alios in id allegat. C. de rescind. vendit. Afflict. c. 1. n. 83. de feud. dat. m vic. legis commiss. Gomez. variar. resolution. lib. 1. c. 2. n. 24. & c. 4. n. 21. in fine. Marc. Mant. locor. comm lib. 1. c. 6 ad fin. Schrad in tr. feudal. 2. p. 9. p. sect. 3. n. 1. in fine. Vbi & u quoq, hanc communem esse effatur Mozz. in tr. de contr. Rubr. quib. caf. annull. emt. & vendit.*

197 Imò & hoc nihil nos mouet: quod in integrum restitutione quoq;, fructuum restitutio includatur. Nam nulla est parilitas, inter in integrum restitutionis remedium, & remedium reuocandi, vel redimendi feudum. Cum plus faueatur ætati, fraudibus obnoxiæ, quam filio, vel agnato, contra communem iuris normam, feudum reuocanti vel redimenti. *fac. tradit. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 4. n. 4. C. de rescind. vendition.*

198 Sic quoq; quod in redhibitione rei fructus veniunt, id ex eo fit: quod contractus retrò, & ex tunc (vt practici loquuntur) rescinditur. *arg. l. facta. § sum redhibetur. ff. de aedil. edict.*

199 At ius reuocandi vel redimendi feudum retrò non trahitur: sed quasi ex nunc contractum rescindere incipit. *fac tradit. Schrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. p. sect. 3. n. 1. in pr.*

200 Sed & in redhibitoria emtor ipse agit, vt rescindatur contractus. Quare nouum non est, vt non lucrifaciat fructus ex re, quam ipse impugnauit. *vt post Panormit. in c. illo vos. nu. 6. ext. de pignorib. rectè animaduertit Pinel. d. l. 2. p. 2. c. 4. sub n. 3. C. de rescind. vendit.*

201 Præterea venditione sub pacto legis commissoriæ facta, & postea resolutæ, fructus quoq; restituendos fore, verum est. Sed hoc ideo fit, quod nempe hoc in casu, contractus resoluebatur, ob precium ab emtore non dissolutum. Quare indecens omninò esset, si fructus lucrifaceret. *Pinel. d. l. 2. p. 2. c. 4. n. 9. C. de rescind. vendit.*

202 Sed & sub additione in diem facta venditio, & venditio, quæ ob ius redimendi vel reuocandi rescinditur, longè ad inuicem differunt. Cum prior illa conditionalis sit: posterior verò pura & perfecta, licet quandq; ob naturam rei, quæ venundabatur, rescindi possit. *fac. trad. Pinel. d. c. 4. d. n. 9.*

Quod deinde ad rescisionem institutionis attinet: ibi ideo fructuum quoq; restitutio facienda est, quod hæc rescisio retrò trahatur, & pro eo, ac si nunquam facta fuisset, habeatur. *l. eum qui. § vltim. ff. de inoffic. test. Pinel. d. c. 4. n. 10.* 203

Sic quoq; magna est dissimilitudo, inter eum casum, vbi reuocatur mortis causa donatio, & nostrum casum vbi reuocatur vel redimitur feudum. Cum enim mortis causa donatio, non nisi morte donatoris rata firmaq; fiat: ideoq; quandiu superstes est donator, titulus sit reuocabilis: mirandum non est, si titulus tantopere fragilis ad fructuum requisitionem non sufficiat. Vt rectè resoluit *Iason d. l. cum quis, quam legit cum l. præced. nec. si heres. n. 2. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* 204

Hîc verò, emtio & venditio feudi, omnino efficax, atq; perfecta est, donec iudicium de iure redimendi vel reuocandi feudum excitatim, finem sortiatur.

Quo in loco, & illud rectè adducitur: in omnibus inter viuos donationibus fructus non restitui, quo vnquam modo, donatio resoluatur, atq; intercidat. *gl. in l. generaliter. § planè si munus. v. ex causa. ff. de fideicommiss. libertat. Iaf. d. l. cum quis. n. 2. & ibi. DD. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. Iohan. Berber. in tract. iur. p. 2. rubr. 6. n. 6. Catel. Cotta. in memor. v. legatum factum à testatore. Tiraq. in l. si vnquam. v. reuertatur. n. 81. C. de reuocand. donat. Molin. an consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 30. Bocr. decis. 98. n. 6.* 205

Denique nauci quoq; est, ex verbi restituere natura deducta argumentatio. Cum restituendi verbo iura feudalia non vtantur, sed per verbum reuocandi & redimendi loquantur. *Vti in simili hunc nodum resolut Pinel. in l. 2. p. 2. c. 4. n. 3. C. de rescind. vendit.* 206

Cum itaq; hoc pacto resolura sint singula, omniaq; in contratiù adducta, consequitur, obiectionem hanc primam vlterius consistere non posse. Fundamento enim destructo, corruant quæ desuper exstructa erant omnia, necesse est. *l. & quia & ibi Alb. de Rosat. in pr. ff. de iurisd. omn. iudic. Bresenbec. cons. 13. nu. 67.* 207

Sicuti nec illa quoq; argumentatio, semper & vbiq; vera est: quod in casibus quos ius feudale omiserat, inhærere debeamus iuris communis præscripto: Sufficit enim in istiusmodi odiosis, quale ius reuocandi & redimendi feudum est, de fructibus eorundemque restitutione iura feudalia non prouidisse. Cum hæc fructuum restitutio, vtpotè res haud vulgaris momenti, & notabilis, si legislator id voluisset, vtiq; neglecta non fuisset. *arg. text. not. ab. in l. at si quis. § Diuus. ff. de reliq. & sumpt. funer. gl. in c. vltim. extr. de iure patronat.* 208

Sed & regula in contrarium adducta: dolo facis, &c. huc non pertinet. Quandoquidem, vt vel ipsius verba indicant, de petente, siue, 209

sine actore loquatur. Hic verò rei fructus, feudi possessores non petant ab aliquo, sed perceptos, vel posthac percipiendos, conseruare, ac retinere solummodo cupiant.

Quare locus huic regulæ hic non est.

Negatur postea id quod secunda obiectio præsupponit, malam fidem vllam ex parte F. G. liberorumq; eius feudi H. possessorum oriri.

210 Nec enim sequitur, quod omnis qui scit, iuri redimendi vel reuocandi feudum, contra contractum locum esse. Protinus ob istiusmodi scientiam, in mala fide constituatur. Cum multa euenire possint, quò minus eiusdemodi ius, in iudicium deducatur, aut vsurpetur. Vt scitè animaduertit *Hartm. Pistor. d.q. 10 n. 29. vol. 2.*

211 Cum multa intra calicem supremaque labra cadere soleant. *§. illud quæsitum. instit. de rer. diuision. cum similib.*

Id quod dilucidius adhuc ex eo fit, quod tam iuri redimendi, quàm reuocandi, intra triginta annos, præscribatur. *Cuius rei supersum, sub primæ quæstionis dubitandi rationibus, fides facta est.*

212 Cui tamen præscribi, si in medio esset mala fides, neutiquam posset. per tradit. *Pinel. in l. 2. p. 2. c. 1. n. 28. C. de rescind. vendit. vbi Castr. Balb. Rub. & Conarr. in id adducit.*

213 Vt sciens præteream illam interpretum traditionem: in genere verum esse, quem ob id, quod scit, sè personali actione conueniri posse, in mala fide, ante moram constitutum non censeri: multoq; minus ad fructuum restitutionē ex hoc capite, obligatum esse. *l. videamus l. 2. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsur. l. cum fundus. in pr. & ibi Iaf. Dec. & DD. ff. si cert. petat. l. 2. & ibi DD. C. de pact. int. emtor. & venditor. Br. Alex. Iaf. & DD. l. si filiusfamiliæ. §. 1. ff. de verbor. obligat. Schrader. in tr. feud. al. 2 p. 9. p. 1. sect. 2. n. 78. ad fin.*

214 Sed nec meliorationes, aut expensas illum ob hoc perditurum. Vti rursus multis in adductis, & textibus & autoritatibus *docuit Schrader. d. p. 2. p. 9. sect. 2. n. 78. in fin.*

Cum tamen actiones, quibus ad ius redimendi vel reuocandi peruenimus aut personales simpliciter, aut personales in rem scriptæ sint. *Qua de re videm sub primæ quæstionis resolutione vidimus.*

215 Sed & denunciatio possessoribus facta illis nihil obest. Tum demum enim denunciatio malam fidem producit, atq; gignit, quando fit ante contractum perfectum, & titulum ex contractu acquisitum. Secus autem est, si de contractu iam actum, transactumq;, nec non titulus quæsitus sit. *Anton. de Butr. in c. grauis. & ibi Abb. colum. antepenult. extr. de rest. spoliat. Abb. in c. 2. n. 9. ext. de præscript. Abb. c. 3. n. 4. ext. eod. tit. Iacob. Butrigar. in l. 1. §. hoc tantumodo & ibi Br. ff. de vsucap. transform. Bl. in l. si fundum. C. de rei vindicat. Balb. in l. Celsus. n. 111. ff. de vsucap. Crau. consil. 6. n. 76. & cons. 261. in fin.*

Cum attamen denunciatio hic, tredecim & amplius annos, post perfectum contractū venditionis demum, interuenerit.

Sed etsi possessores feudi iura, quæ de re- 216
demtione & reuocatione feudi sancita sunt, apprimè nossent: in genere item denunciatio malam fidem introduceret: in præsentia tamen hæc omnia, causam feudi possessorum non obuerterent, ob plurifariam illa fundamenta, sub primæ quæstionis decisione adducta, quibus hi possessores, reuocationem, redemtionem & denunciationem actorum, prosternere possunt. Nec enim rectè dicimus, eum qui scit litem aduersus se excitatum iri, aut cui denunciatio facta est, in mala fide versari: sic diuerso in promptu habeat tot firmissimas exceptiones, atq; defensiones, quibus vniuersum ius actoris, retundere atque elidere potest. *Vti in specu decidit Imol. in c. apostolicæ ext. de donat. Alex. consil. 46. col. fin. vers. dato etiam. vol. 3. Ruin. cons. 107. n. 23. vol. 1. Ioh. Petr. Surd. cons. 228. n. 55. vol. 1. text. in l. in causæ. la. 1. §. interdum. ff. de minorib.*

Etenim paria sunt, nullam habere actio- 217
nem, vel talem, quæ exceptione elidi atque destrui possit. *l. si dare. ff. de verbor. obligat. Crott. cons. 37. n. 7. Surd consil. 28. n. 55. vol. 1.*

Sciendum præterea est, quod vndiq; ex- 218
peditum non sit, qui fructus naturalibus, qui deinde industrialibus accenseri debeant. Quinimò plærisq; iuris interpretibus, id iudicis arbitrio committendum esse, satius visum est. Vti receptum atteſtatur *Conarr. var. resolut. lib. 1. c. 3. n. 6. & Garf. in tr. de expens. c. 23. n. 8. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæst. casu. 210 n. 20.*

Etenim quæ hic sponte, ex terra produci- 219
tur herba: alibi singulari cura & industria hominis, vix prouocatur. Alibi per montes & syluas: & quidem vlla hominis custodia non adhibita, balantes oues, saltantesq; hœdos conspicamur: alibi vix pascuis, tùm hyberno tùm æstiuo tempore commutatis, accedente adhæc diurna, nocturnaq; solertia & industria opilionum, à nece vindicari possunt, vt rectè animaduertit *Garf. in d. tr. de expens. c. 23. n. 8.*

Sic equi, equæue, quæ in equitio sunt, hîc, 220
& alibi, hominū cura fouentur: cum in Galliciæ regno, sine omni humana cura, & obseruatione diuagentur: & toto anno, nisi cum stigmate notantur, pulli earum heris suis vix in conspectum veniant. *teste eodem Garf. d. c. 23. n. 8. vers. & in hoc nostro Galliciæ.*

Quod cum ita sit, haud ineptè dicemus, fructus nemorum in præsentia, iuter iudustriales fructus, numerandos esse.

Nam etsi sciam Baldum expressè docuisse 221
ligna syluæ cædua, inter naturales numerari *Bl. in l. ancillæ. n. 17. C. de furt.*

222 Cogitemus attamen, hanc doctrinam ea ratione esse à Baldo traditam, quod nimirum hæc ligna, ab ipsa natura, absq; semine & absque vllo facto hominis, producantur atq; germinent. *Bl.d.l.ancille.n.17.C.de furt.*

223 Quæ ratio in nostro themate cessat, cum hîc opera omninò humana, atq; industria interuenerit, qua arbores, lignaq; nemorum, per tredecim & amplios annos conseruatæ, atque ne cæderentur, tutatæ sunt. Vtque grandiores, procerioresq; fierent effectum est. Cum hac cura hominis non interueniente, aliàs primo etiam anno arbores hæ, atque ligna fuissent excidi, eradicarique potuissent. Cessante itaq; ratione, ipsa quoq; cessabit Doctoris decisio. *fac. tradit. Schrad. in tr. feudal. 2.p. 9.p.p.sect. 13.n. 158. & p. 10. sect. 15.n. 16.*

Impedimento itaq; decisioni nostræ secunda hæc obiectio non est.

Sicuti nec illa quoq; traditio ad extremum valere hîc potest, quod fructus naturales, domini & non possessoris sint.

224 Cum remota reperiantur præsuppositæ: Fides enim iam facta est, ligna etiam sylvæ cæduæ, tunc inter industriales referri, cum cura & cultura humana, cultiora hæc ligna effecta sunt.

225 Sed & inuersio hîc locum reperit. Cum enim antè euicerimus, quod emtor eius feudi, quod reuocari, vel redimi potest, verus nihilominus dominus feudi efficiatur.

Rectè iam concludetur, eos etiam fructus, quos ipsa natura per se, & absq; hominis adminiculo, producit, ad possessores feudi H; non etiam Reuocatores, etiamnum pertinere. Retortio verò optimus contrariorum dissoluendorum modus est. *Abb. in c. in omni. n. 3 per ill. text. ext. de testib. Euerard. in præamb. topic. n. 18 text. in c. qui syntera. ibi ex eorum codicibus diss. 45.*

Proxima iam est tertia obiectio: ex litis contestatione nempe causari, malam fidem.

Huic verò respondetur primò: ad litis vsque contestationem peruentum nondum esse: sed nec timorem quidem vllum subesse, hanc paulò pòst insecuturam, propter exceptiones dilatorias competentes, & nondum examinatas.

226 Quare eò res redit: sine causa effectum introduci non posse. *Schrad. in tr. feudal. p. 10. section. 4. n. 60.*

227 At enim esto, litis contestationem iam factam esse dicamus, nihil tamen oberit causæ possessorum feudi, cum iuris sit minimè controuersi: quod ex litis contestatione oriatur mala fides, non vere sed præsumtiuè tantum. *Brun l. illud. ff. de petit. heredit. Castr. in l. 2. C. de fructib. & lit. expens. Abbas in c. illud. & ibi Felin. col. 5. & 6. ext. de præscript. Balb. in tr. de præscript. in 3. p. 6. p. p. q. 4. n. 43.*

228 Nec enim sequitur: controuersia mihi de hoc vel illo feudo mota est: & iam litis contestata est: Ergò res aliena est, egoq; mala fide possideo. *teste Garf. in tr. de expens. c. 6. n. 2. & c. 23. n. 12.*

Etenim dubius litis euentus est: Egoque 229
tàm facilè rem, cuius nomine mihi quæstio iam mouetur, retinere quàm amittere possum. *l. quod debetur. ff. de pecul. Bertach. in repert. v. euentus. Lup. in c. per vestras not. ab. 4. §. 27. n. 33. ext. de donat. int. vir. & vxor. Cæs. Contard. ad Rubric. n. 18. C. si de moment. possess. fuerit appell.*

Sed & bona fides in conscientia consistit: 230
Vnde si decies millies, actione aliqua impeditus fuero, adhuc bonam fidem retineo, dummodò conscientia dictarit, rem ad me pertinere. *Garf. d. c. 6. n. 3. & c. 23. d. n. 12.*

Quod itaque ad fructuum restitutionem 231
attinet, non ex die contestationis: non item ex die denunciationis, hi restituendi veniunt: sed ex eo demum die, quo ex documentis à parte aduersa productis apparere iam incipit, me ex lite victum discessurum, nec rem, de qua controuersia est, mihi permansuram. *Garf. in tr. de expens. c. 6. n. 6. & c. 23. n. 12.*

Cum itaque is causæ nostræ status adhuc non sit: quinimò complurimæ, eæque vrgentissimæ iuris regulæ pro feudi possessoribus militent, properè nimis, ex malæ fidei effectis argumentatio deducitur.

Præsertim cum videamus, quod bona po- 232
tius semper, quàm mala fides, præsumatur. *l. merito. ff. pro soc. gl. in l. super v. probatur. C. de præscript. long. tempor. l. penultim. C. de euict. Br. in l. quemadmodum. n. 3. vers. nota ex hoc. C. de agric. & cens. lib. 11. Couarr. ad rubric. extr. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 1. n. 4. Couarr. in c. possessor. p. 2. itt. 6. §. 8. n. 2. de regul. iur. lib. 6. Menoch. tr. de remed. possess. recup. remed. 8. n. 64. Vasqu. communem dicens illust. contr. c. 79. n. 15.* *

Sic nec quarta obiectio nobis quid nego- 233
cij faceſſet. Licet enim verum sit, quod inhibitio fieri possit, ne sylua deuastetur, neúe cædatur: distinguendum tamen est inter deuastationem, & eam sylvæ incisionem, quam quisq; paterfamiliàs ipsemet faceret, si sua esset sylua.

Nam prior ille incidendi modus illicitus est: ideoq; eius nomine, rectè emittitur mandatum inhibitorium: posterior verò permissus, quantumuis aliquantò intempestiuius, dummodo sylua cædua sit, fiat. *Vti seipsum declarat Frider. d. lib. 2. de process. in Camera extrab. c. 40. n. 1. & seqq.*

Sed & rectè vendi hoc casu à feudi emto- 234
re, ex sylua cædua ligna poterunt, quantumuis venditor eiusdem id facere non consueuerit. *Frider. d. c. 40. n. 1. argum. l. item si fundi in fin. ff. de vsufr.* Quare obiectio hæc, innocua est decisioni nostræ.

Sicuti nec illud mandatum, quod Spiræ ad 235
preces supplices comitis in Hohen Zollern,

contra

contra Ducem VVirtebergensem decernebatur, huc pertinet, cum de quercubus fructiferis loquatur, testè ipsomet *Frider. d. tr. de proceſſ. extrab. lib. 2. c. 3 9. n. 4.*

In hisce verò nemoribus, non nisi pineæ arbores reperiantur.

236 Rursus & illud quod obijciebatur: etiam possessori istiusmodi inhibitionem fieri posse, sic declarandum est: si nempe de dilapidatione possessor suspectus fuerit. *Vt ſeqſum rurſus interpretatur Frider. d. lib. 2. c. 39. n. 3.*

137 Quæ suspicio inde oritur, si vna semel vice, tota ligna cæderentur & popularentur. *d. l. Imperatores. in fin. ff. de appellat. l. ſi cum dotem. §. fin autem ſub fin. ff. ſolut. matrim.*

Porrò hæc requisita in præsentia desunt: siquidem possessores nostri dilapidationis suspicione, onerati non sint. Sed tales existant, qui de omni deterioratione, in omnem casum, Reuocatoribus satisfacere possint: quibus item animus non sit, totum nemus incidere: sed lignis tantum ad instar patrisfamiliàs vti. Vt taceam hos, non nudos possessores, sed simul esse dominos feudi, per superiùs enucleata, censendos.

238 Postremò quintæ quoque obiectioni respondere difficile non est. Nam etsi verum esse demus, quod ob arbores incisas, iure priuetur feudo suo vasallus: Attamen idipsum hac primum indiget declaratione, si nimirum, arbores hæ, frugiferæ iam sunt. *Aliter enim ipſi in contrarium adducti DD. non loquuntur.*

Falsæ itaq; fiunt huius argumentationis in contrarium, præmissæ. Quippè cum destituamur arboribus frugiferis.

239 Sed & secundò declaratur, vt vera sit, si arbores incidantur, ad abusum vsq;. Aliàs enim re sua vti, & arbores feudi sui incidere, nemini denegatum est.

240 Quare impunè id quoq; fiet: Eò quod id, quod lege permittente fit, pœnam non mereatur. vulg. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. Iaſ. in l. tranſigere. n. 12. C. de tranſact.

241 Vt hæc, Reuocatorum non interesse, sed Domini feudi tantum referre, taceam. Eius enim est priuare feudo, qui me de feudo inuestierat. *Bl. in c. 1. §. inter pares. col. 2. verſ. ita ponunt. de leg. Coru. idemq; , alys in id recenſitis tradit Hartman. Piſtor. q. 15. n. 27. lib. 2.*

242 Vnde Reuocatores, hac exceptione vtentes, de tertij iure excipiunt: Quare audiendi non sunt. *Cravet. conſil. 772. n. 7. Paul. de Caſtr. conſil. 247. col. 2. lib. 1. Dec. in l. aliud eſt vendere. §. vlt. ff. de reg. iur.*

243 Quod & eo confirmatur, quod traditur: nihil efficere eum, qui feudi possessori opponit, rem inconsulto feudi Domino, esse diuenditam. Eò quod taliter, de tertij, id est domini directi iure, excipiatur. *Oldrad. conſ. 139. n. 6. dub. 6. Alex. conſil. 173. n. 5 in fin. verſ. praterea. lib. 2. conſil. 106. n. 5. circa med. verſ. nec prædict. lib. 4. Dec. conſil. 247. n. 3. Mandell. conſil. 67. Cravett. conſil. 913. n. 1.*

Et deniq; ob arborum incisionem, Vasallus feudo, iure non priuatur: nisi prius monitus fuerit, vt à deuastatione arborum, in posterum sibi temperaret: Is verò domino sese monenti non obtemperauerit. *Hartm. Hartm. præt. obſeruat. 1. tit. de feud. obſeruat. 73. Frider. d. c. 39. in fine. Roland. à Vall. conſil. 49. n. 79. vol. 2.* 244

Eiusœmodi verò monitio Domini feudi, hic non interuenit vnquam, nec interuenire potuit. Cum ansa domino feudi, per possessores data non sit, ad istiusmodi monitionem faciendam.

Concludamus itaq; iuri non esse aduersum, si possessores nostri fructibus feudi vtantur: nec Reuocatoribus, etiamsi vicissent, eorum nomine faciendum satis esse.

QVARTA QVAESTIO.

RATIONES DVBITANDI.

POrrò cum inter alia, Quartò quoq; de eo quæsitum fuisset, an vincentibus Reuocatoribus, eos quoq; sine vlla refarctione, meliorationes feudi sequerentur.

Et hos sequi, ob ea quæ sequuntur, initio dicendum videbatur.

Primò enim prouisum est in iure, quod vbi res ab initio illicitè tenebatur, atq; possidebatur, ibi non solùm precium, verùm etiam meliorementa simul pereant, casu, quo res taliter vitiosè possessa, à possessore auffertur. 245 *Speculat. in tit. de emtion. & vendit. §. nunc dicendum ad finem Ioban. de Immol. c. 2. in fin. ext. de reb. Eccleſ. alienand. vel non. Abb. in c. ad noſtram. n. 8. & 9. ext. eod. tit. Felin. in c. cum cauſa. n. 28. ext. de ſent. & re iudicat.*

Iam verò vix aliud, in præsenti subiecto dici poteſt, quàm quod secundum hoc iniuste & illicitè fuerit possessum, propterea, quod consensus filiorum alienatoris, non fuerat adhibitus.

Consequitur itaq; meliorationes vnà cum feudo, sine spe refusionis vllæ, Reuocatoribus manere.

Dehinc iura quoq; prospexerunt meliora- 246
tiones nempe cum fructibus ob rem meliorem redditam, perceptis compensari: quodque consequens est, imminui atq; extenuari. *l. ſumtus. ff. de rei vindicat. l. emtor. & ibi gl. ff. eodem tit. Angel. Aretin. §. certè in fin. Inſtit. de rer. diuiſion. Boer. deciſ. 44. n. 15. & ſeqq. Maſcard. in tr. de probat. concl. 1040. n. 41.*

Idcirco vel ex hoc fundamento, Reuocatores meliorationum nomine, soluere quicquam, non tenebuntur.

Nec iuuat possessores quicquam, etiamsi 247

inficiati fuerint, se adhuc ex meliorationibus, commodi quicquam non percepisse. Nec enim allegatio hæc vetitissimilis est: nisi enim meliorationes, rem meliorem effecerint, adeò vt hinc vberiores, quotannis percipi possint fructus: ne nomine quidem meliorationum dignæ sint. *per tradit Boër. d. decis. 44. n. 6. Mascard. in tr. de probat. d. conclus. 1040. n. 1. Garsan tr. de expens. c. 1 n. 8. verf. hæc autem. Natt. consil. 607. n. 1.*

248 Fecur enim nomen meretetur, quod ipsa re, sese nomine indignum ostendit? Cuius contrarium colligitur. *ex l. si idem. C. de coducill. gl. in c. cor episcopi. §. quod autem. v. nomen. 86. dist. Euerard. in top. in loc. ab etymolog. n. 12.*

RATIONES DECIDENDI AD QVARTAM QVÆSTIONEM.

SEd nec hæ obiectiones, tantæ sunt efficaciæ, vt contrarium non amplecti, nobis persuadere possent.

249 Nam cum iure cautum sit, quod, vbi res iure retractus repetitur, dummodò meliorationes & expensæ nimiæ non sint. *Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 7. n. 5. Aluar. Vaeq. in quæst. Emphyt. q. 25. n. 4. Garsan tr. de expens. c. 6. n. 8. & c. 18. n. 17.*

250 Nec non, vbi iure restitutionis in integrum, contractus rescinditur, meliorationes illæsæ conseruentur. *l. intra vtile. §. vlt. ff. de minor. l. si prædum. C. de præd. minor. c. 1. ext. de restit. in integr. Garsan tr. de expens. c. 18. n. 15. Schrad. an tr. feud. 2. p. 9. p. 8. sect. 2. n. 3.*

251 Sicuti quoque cum res Ecclesiæ repetitur laboris, culturæ, & sumtuum ratio omninò habenda est. *Abb. d. c. ad nostram. n. 4. per ill. text. & ibi DD. reliqui ext. de reb. Ecclesiæ alien. vel non. Garsan. d. tr. de expens. d. c. 18. n. 16.*

252 Quod & in l. 2. C. de rescind. vendit. eiusq; remedio verum est. *Bl. d. l. 2. n. 23. C. de rescind. vendit. cum aliis complurimis, quos refert & sequitur Garsan. d. c. 18. n. 18.*

253 Ipsa itaq; esset iniquitas, si diuersum quid hîc statueretur: Si enim id quod minus videbatur ineste non inest, non inerit & id, quod magis. *l. vlt. sunct. gl. & ibi not. per Iohan. de Plat.*

* *C. qui ætate lib. 10. c. cum in cunctis. in pr. & ibi DD. communiter. not. ext. de elect. Euerard. in topic. in loc. à minor. n. 1.*

Vt enim ex proximè præcedenti quæstione apparet, casibus, quos iam recensuimus, longe maior dubitandi ratio inest, quàm nostrati.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

CEterum redarguere contraria facili momento possumus.

Prior enim refellitur eo, quod feudum in 254
præsenti casu, non illicite teneatur aut possideatur. Nam & filij, & agnati consensu non accedente, licitè venditur, licitè item emitur feudum, quantumuis ceteris paribus, redimi, reuocarij; possit: & irreuocabilis tum demum fiat feudi alienatio, si pariter & domini & agnatorum consensus accesserit. *per tradit. Hartm. Pistor. q. 7. n. 63. vol. 1.*

Quare non habet hæc obiectio fundamenta, quibus innitatur.

Posterior autem repellitur, per vulgatissi- 255
mam iuris maximam: quod nunquam meliorationum & fructuum compensatio instituenda sit, cum res possideatur iure dominij, Vti alios idem volentes complurimos recenset, seq; ipsum sectatorem huius sententiæ præbet. *Garsd. tr. de expens. c. 23. sub. n. 56.*

Cum attamen in præsentia, donec pro- 256
nuncietur iure rediuendi locum esse, emtor feudi, verus eius dominus sit & remaneat. *gl. an c. 1. ibi Bl. & Aluarott. de alienat. feud. patern. Bl. in c. imperialem. in pr. col. 3. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. cum simulab. DD. autoritatibus coacernatis per Hartm. Pistor. q. 15. n. 101. lib. 2.*

Nec obstat, quod non iuuet, rem iure do- 257
minij possessam esse in id, vt fructuum cum meliorationibus compensatio cesset, quoties titulus reducitur ad non titulum. *Garsd. c. 23. n. 58. Vbi huius sententiæ sectatores perplures refert.*

Nam antea fides facta est, eo casu cum ob reuocationem vel redemtionem amittitur feudum, titulum ad non titulum non reduci.

Quare vt finem tandem hisce quatuor quæstionibus imponamus: pro mea parte concludo, consentaneum, conformeque iuri esse.

1. Hîc reuocationi & redemtioni feudi, locum nullum concedendum esse.

2. Sed nec ob id feudum, à possessoribus ablatum iri, quod pro minori summa, in solutum datum sit, quàm esset precium, ab æstimatoribus dictum.

3. Et si præter omnem spem, & expectationem pronunciatum fuerit olim, feudum restituendum esse, fructus tamen perceptos, possessoribus relinquendos esse.

4. Et denique à Reuocatoribus meliorationum impensas omninò resarciendas. F. P. D.

De eodem facto, consulti Domini Iureconsulti, qui in Academia Iulia sunt, sic responderunt.

W. F. D. J.

W. F. D. J. demnach so erachten vnd bekennen wir vntenbenante / nach fleissiger verlesung vnd erwegung obberürtes falles / vnd der hinc inde, pro & contra, vernünfftiglich eingeführten argumenten / motiuen vnd gründen / darauff im Rechten begründet / zuerkennen / vnd außzusprechen sein:

Anfenglich / vnd auff die erste frage / das obgedachtes W. Söhne / mit der angedraweten actione reuocatoria feudi, wann sie dieselbigen gleich anstelleten / dennoch nichts erheben / sondern dieselbige durch die / bey den rationibus decidendi, dieser ersten fragen / eingeführte fundament / gentzlich elidirt / vnd ewere Mündlein billich / von angestalter klagen / absoluirt vnd entbunden würden.

Auff ewere andere frage / erachten wir ebenmessig / im Rechten begründet / vnd zuerkennen sein / wann gleich in processu, & deductione causæ, außfündig gemacht / vnd dargethan werden solte / das J. W. bey verkeuffung oder loßschlahung des guts H. jhn etwa verforteilet / vnd das gut wolfeiler geben were / als die taxa mit sich gebracht / das demnach darumb / die bedrawete reuocatio, oder redemtio feudi, nicht statt haben / sondern auff solchen fall / ewern Mündlein / bevor / vnd frey stehen würde / was am rechten werth des guts gemangelt / solchs mit gelde nachmals zuersetzen / vnd nachzuschiessen / vnd das gut für sich zubehalten.

Auff die dritte frage / erachten wir gleichsfals zuerkennen sein / das durch den von obgedachtes W. Sohnen / bedrawlich anstellenden proceß / euch wegen ewerer Mündleinen / als besitzern vñ einhabern des guts H. die heiden nicht gebunden / viel weniger die abenutzungen / so wol in gemein / als auch sonderlich der holtzung halber / nicht können entzogen noch genommen werden / sondern jhr seit derselbigen / durante processu, nach wie vor / wie ein jeder fleissiger Haußvater zuthun pfleget / zugebrauchen / wol befuget.

Wie dann zum vierdten auch mehr gemeltes W. Sohne / auff den vnuerhofften fall / die von jhnen angedrawete reuocatio statt haben solte / auch die angewandte besserung vnd meliorationes des guts / nebenst den 4000. thalern schuld / die ewerer Mündlein Vater / dafür schwinden lassen / zuerstadten vnd widerzugeben schüldig. Alles V. N. W. vrkündlich / rc. 1. Martij 99.

CONSILIVM V.

SVMMARIVM.

1. *Nihil tam congruit fidei humanæ, quàm seruare ea, quæ semel placuerunt.*
2. *Fidem fallere graue.*
3. *Etiamsi id facerent, Principes, Duces, Marchiones, Comites, aut Barones.*
4. *Principis appellatione, veniunt etiam Duces, Marchiones, Comites, Barones.*
5. *In Principe constans debet esse voluntas.*
6. *Principi potissimùm conuenit, illud quod dicitur, semel locutus est* DEVS: *item non faciam irrita, quæ processêre ex labijs meis.*
7. *Princeps debet habere linguam vnam, & calamum vnum, & debet stare immotus, ceu lapis angularis, & polaris in cœlo stella.*
8. *Fidem fallere, grauibus graue, grauioribus grauius, grauissimis grauissimum.*
9. *Vitium omne animi, tantò conspectius est, quantò grauior est is, qui committit.*
19. *Remittentibus iura, & actiones suas, non datur regressus.*
11. *Verba in nulla vnquam dispositione, superflua (esse debent.*
12. *Imò ne syllaba quidem.*
13. *Genere posito, species omnes, quas sub se continet, positæ esse censentur, non minus ac si nomine fuissent expressæ.*
14. *Indefinita, æquipollet vniuersali.*
15. *Omne qui dicit nihil excludit.*
16. *Emtor, vt re euicta, conuenire possit venditorem, tenetur eidem litem motam esse, quãprimum denunciare.*
17. *Emtor venditori litem motam esse, non solum tenetur denunciare, verum etiam, vt veniat, litiq; assistat.*
18. *Emtor ex aliquorundam sententia, venditori, vt conuenire eum cum effectu, propter rem euictam possit, vnà cum denunciatione, exemplum quoq; libelli, iudici exhibiti, tenetur mittere.*
19. *Certum, certiorem vlterius reddi non oportet.*
20. *Et quomodo id procedat.*
21. *Diuisio similis est emtioni.*
22. *Euictio locum habet, in contractu diuisionis.*
23. *Euictio cessat, cũ quis scienter rem alienã emit.*
24. *Emens scienter rem alienam, re euicta, non repetit precium à venditore.*
25. *Repetitio cuius est per errorem dati, eius consultò dati, est donatio.*
26. *Emtor, qui cum posset, non prouocat, à sententia, qua res ei euincitur, frustra deinde venditorem molestabit.*
27. *Etiamsi dubitet, iusta, an verò iniusta sit, quæ ferebatur sententia.*

Præsumtio, qua quælibet sententia iusta, & legitima præsumitur, contrariã ꝓbationem admittit. ibi.

Euictio inter coheredes cessat, ob pactũ, quo conuenerat, vt quisq; eorũ, rei euentum susciperet. ibid.

28. *Feuda nunquã veniunt in dispositione generali.*
29. *Feuda in generali renunciatione non compræhenduntur.*
30. *Feuda non continentur in renunciatione generali, etsi illi renunciationi, signum vniuersale fuerit appositum.*
31. *Baronia quid?*
32. *Baronia dici nequit id, quod partibus suis integralibus non constat: sed mutilum atq; truncatum est.*

Totum est, quod constat ex omnibus suis partibus. ibid.

33. *Argumentum à parte integrali, ad totum, recte procedit.*

34. *Determinatio vna, plura respiciens determinabilia, ea vniformiter determinare debet.*

35. *Renunciatio quelibet est stricti iuris.*

36. *Renunciatio generalis, nunquam completitur ea, quæ post renunciationem factam, demum contingunt.*

37. *Emtor prius non potest de euictione actionem proponere, quàm ei res per sententiam diffinitiuam, euicta sit.*

38. *Eaq; sententia executioni iam demandata fuerit.*

39. *Euenire quæ possunt, inspicienda sunt.*

40. *Et quando id verum sit.*

41. *Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.*

42. *Euentus litis dubius.*

43. *Consequentia mala est: Titius petijt à Seio, illam vel illam rem. Ergo iudex condemnabit Seium ad Rei restitutionem.*

44. *Remissio est donatio.*

45. *Donatio non præsumitur.*

46. *Renunciatio, siue remissio actionum suarum nunquam præsumenda.*

47. *Fatuitas potius, quàm donatio præsumitur.*

48. *Error potius in facto proprio, quàm donatio, statuendus.*

49. *Ad remouendam remissionem iuris sui, quælibet coniectura sufficit.*

50. *Donatio quingentis solidis maior, absq; insinuatione, nulla est.*

51. *Etiamsi fiat inter coniunctos.*

52. *Pactum liberatorium, quingentis solidis maior, indiget insinuatione.*

53. *In generalis concessione non veniunt ea, quæ quis in specie verisimiliter concessurus non fuisset.*

54. *Renunciatio generalis non includit nisi verisimilia.*

55. *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

56. *Interpretatio in omni dispositione facienda, secundum ea, quæ interrogatus quis, verisimiliter respondisset.*

57. *Verba generalia, potius restringenda, imò pro superfluis, & nullis etiam habenda, quàm vt quis indebitè damnum patiatur.*

58. *Verba, vel scriptura, contra proferentem, vel scribentem, in dubio interpretanda.*

59. *Sicuti & contra stipulantem.*

60. *Et contra omnem, qui ex ipsiusmodi ambigua dispositione quicquam cupit acquirere.*

61. *Verba vbi sunt expressa, voluntatis quæstio excluditur.*

Heres coheredi suo tenetur de euictione, si res, quæ in diuisione hereditatis, coheredi obuenerat, euicta fuerit. ibid.

Et quando id verum non sit. ibid.

Pactus, expresso pacto, ne teneretur de euictione, tenetur attamen ad precij restitutionem. ibid.

Tacitum maioris efficaciæ, quàm expressum esse nequit. ibid.

Inter feudi emtorem, & eum, qui sciens alienam rem emit, discrimen ingens est. ibid.

Emtor qui scit, rem quam emit alienam esse, agit nihilominus ad precij restitutionem. ibid.

Venditor tum demum liber est à precij restitutione si pactus sit expresse, ne teneatur, si res per Titium, vel Mœnium euincatur. ibid.

62. *Nemo tenetur ad obseruantiam eius, quod nunquam pactus est.*

Non entia nulle sunt qualitates. ibid.

63. *Priuatio vbi adest subiecti: ibi quoq; adest priuatio qualitatum.*

64. *Regula remittentibus regressum non dari, quando vera.*

65. *Nobdienst latinè comitatus.*

Superflua non possunt dici, quæ ponuntur gratia declarationis melioris. ibid.

66. *Argumentum nil frustra fieri debere, ieiunum, & tenue.*

67. *Posito genere, quando sequatur quælibet species.*

Consequentia mala est: animal currit. Ergo homo currit.

68. *Species ponitur per generis positionem, vi comprehensiua. sed non vi positiua.*

69. *Indefinita ab homine prolata, quando æquipolleat vniuersali.*

70. *Et n. seq.*

71. *Venditori, quatenus ob euictionem, denunciatio facienda.*

72. *Emens scienter rem fideicommisso grauatam, vel aliàs obnoxiam restitutioni, agit nihilominus ad precij restitutionem.*

73. *Feuda æquiparantur fideicommissis, & rebus restitutioni subiectis.*

74. *Feudum emens repetit precium, etsi sciat hoc à filijs, vel agnatis, reuocari posse.*

75. *Emens scienter rem alienam, precium repetit, si id versum sit in vtilitatem venditoris.*

76. *Emens scienter rem alienam, omni casu precium repetit.*

77. *L. si fundum. C. de euict. correcta est per l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat.*

78. *Emtor tenetur tum demum appellare, à sententia euictionis, si certus est, sententiam esse iniustam, sese, bonam tueri causam.*

79. *Quam sententiam secutum est consilium Neapolitanum.*

80. *Opinio communis, in consulendo iudicandoq; sequenda.*

81. *In appellationibus, decem dies ad appellandum concessi, labi demum incipiunt, à die scientiæ.*

82. *Venditor à sententia euictionis, aduersus emtorem lata, appellare potest, etiam post decennium,*

decendum, si prius sententiam talem promulgatum esse, non resciuerit.

13. *Pactum, quod quisq; in se rei cuentum susceperit, & pactum, quod quisq; rei suæ onera ferat, differunt.*

14. *Idem effectus eorum, quæ nomine differunt, esse non potest.*

15. *Aliud est, quem agere non posse de euictione, aliud item, quem non posse agere ad precij restitutionem.*

THEMA.

Iberi Barones S. à L; cum familiam à Domino parente, relictam, inter se, iacta sorte, diuidissent, fratrig; maiori natu baronia L. tertio genito verò Baronia VV; & secundo genito totum argumentum signatum obtigisset, pacti sunt, vt quilibet eorum ferret onera, si qua bonorum, cuiq; eorum obuenientium fuissent.

Iam verò viuente adhuc communi horum Baronum parente, instituerat aduersus eum, feudi N. L. nomine, quidam ex L. familia oriundus, reuocatoriam feudi actionem.

Et tandem, cum ferenda esset sententia, reuocationi locum esse, pronunciatum fuerat.

Ideoq; hoc feudo cedere frater secundo genitus Baro C. coactus fuit: atq; vicissim fratres euictionis nomine conuenit.

Quæritur itaq; fuit, iure ne id fieret: ob pactum, de quo superius mentio facta est, conuentum.

RATIONES DVBITANDI.

ET videbatur equidem euictionem hîc repelli, dicendum esse.

1 PRIMÒ, quod clari, & indubitati iuris sit; nihil tam congruum humanæ fidei esse, quàm ea, quæ semel placuêre seruare. *l. 1. in pr. ff. de pact. Afflict. decis. 265. n. 101. Boër. in consuet. Biturens. tit. de consuet. matrimon. §. 2. Plot. tr. de in lit. iur. §. 38. n. 2. Caball. tr. euict. in præfat. n. 2. cum seqq. Stracch. tr. mercat. p. 2. n. 10. Mozz. tr. contract. tit. 1. artic. 3. n. 8. Hartman. Pistor. q. 14. n. 17. vol. 1. Rotul. l. vt vim. n. 206. ff. de iust. & iur. Capifer. tr. num. test. p. 3. c. 2. n. 11. Seraph. tr. iuram. privil. 33. n. 149. Garc. tr. vlt. fin. iur. n. 332. Coras. miscell. lib. 2. c. 2. n. 5. lib. 4. c. 3. n. 1. Tomin. decis. 13. n. 33. Pistor. q. 4. n. 21. lib. 2. Cacheran. decis. 2. n. 3. Dom. Schenck à Toutenb. c. 1. §. final. de feud. marcb. Borcholt. tr. feud. c. 3. n. 8.*

2 Et econtra graue esse fidem fallere. *l. 1. in pr. ff. de consult. pecun. Gail. obs. 27. n. 29. lib. 2. And. ab Exea tr. pact. n. 384. Tomin. decis. 13. nu. 34. Borchelt. tr. pact. c. 2. dubs. 2. n. 33. Boër. d. tractat. c. 1. n. 8. ff. de R. I. Schenck. d. t. §. sed non est alia, quæ sint prima causa.*

Et hoc vsque adeò verum est, vt procedat, 3
non solùm respectu hominum priuatorum: verùm etiam ratione Principum, Ducum, Marchionum, Comitum & Baronum.

In Principe enim (cuius appellatione, 4
Duces, Marchiones, Comites, & Barones quoq; continentur. *gl. Clem. 1. v. regnum. ibi Ioh. de Imol. n. 7. de Baptism. Bertach. in suo repert. v. Princeps. Iacob. de S. Georg. tr. feud. v. Princeps Pedemontium. n. 1. Bost. tr. de Princip. n. 1. Sichard. l. ex imperfecto n. 5. C. testam. arg. c. quamuis. ext. de verb. significat. c. in apibus. 7. q. 1. Cardin. Paris. cons. 141. n. 29. vol. 4.*)

Constans debet esse voluntas. *Aegid. Bost.* 5
tr. de Princip. n. 18. Gail. obs. 55. n. 3 lib. 2. Dec. cons. 286. n. 7. in fin. cons. 588. n. 19. Ioh. Iacob. de Leon. int. cons. Alb. Bruni cons. 117. n. 95. per l. pradia. C. locat. prad. ciuil. lib. 11.

Illiq; potissimum conuenit, quod dicitur: 6
semel locutus est DEVS: item non faciam irrita, quæ processêre ex labijs meis. *Rol. a Valle cons. 2. n. 153. vol. 1. cons. 13. n. 56. vol. 3.*

Vnde linguam vnam, calamumq; vnum, 7
vt quod scripsit, scriptum sit, habere, immotusq; stare, propositi tenax, vt lapis angularis, polarisq; in cœlis Bella debet. *Rol. a Valle. d. cons. 13. n. 57. vol. 3. Acad. Viteberg. int. cons. diuers. cons. 1. n. 84. vol. 2.*

Quinimò fidem fallere, grauibus graue, 8
grauioribus grauius, grauissimis verò, quorumq; exemplis alij mouentur, grauissimum. *Ioh. Bapt. Caccialup. l. omnes populi. n. 107. versic. præterea. ff. de iust. & iur.*

Deniq; omne animi vitium tanto conspe- 9
ctius in se Crimen habet, quanto qui maior peccat habetur. *Iuuenal. sat. 8. refert. Vasq. ill. controu. in præf. n. 124. And. ab Exea. tr. de pact. n. 454. Pimel. l. 1. p. 3. n. 67. in fin. C. de bon. matern. Gail. obs. 56. n. 12. lib. 2.*

Cum itaq; Baroni C. placuerit semel, vt 10
onera, quæ Baroniæ suæ incumbebant, solus ferret.

Consequatur necesse est, obligatum eum fore, ad obseruationem eius, quod semel placuerat: nec eum ob id, quod Baro sit, ab obseruatione pacti huius excusatum iri.

SECVNDÒ indubitati quoq; iuris illud 11
est: quod remittentibus iura & actiones suas, regressus non detur. *l. quæritur. §. si venditor. ff. de adil. ed. Nouell. tr. ad defens. Rub. 2. n. 26. Seraph. tr. iuram. privil. 18. n. 19. Cacheran. decis. 58. n. 45. Schenck. d. t. §. præterea. n. 2. quib. mod. feud. amit. Tiraq. vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 121. Decius cons. 389. n. 10. Rol. à Valle. cons. 57. n. 14. vol. 3. Mandell. cons. 81. n. 42.*

Cum itaq; Baro C. onera Baroniæ suæ, in seipsum transtulerit, & quod perinde est, fratres, ab omni euictionis præstatione liberarit.

Contra

Contra hanc liberationem, & iuris sui remissionem, quicquam attentari non posse, dicere, rationis erit.

11 TERTIÒ de illo quoq; constat, quod in nulla dispositione, verba debeant esse superflua. *gl.c. solita.v. tanquam in fin.ext. maior. & obad. Bl.in Rubr.n. 16. C. de contrab.emt.l.a.l.2.§. creditum.n.24.ff.si cert.petat. Gerard. Maz.oll. cons. 1.n.8 cons.53.n.30.vol.1. Rol.à Valle cons.6 1.n.47. vol.2.cons.55.n.45.cons.62.n.34.vol. 3. Ioh. Iac. de Leon int.cons.Alb.Bruni. cons. 117.n. 131. Sigism. de Neap.cons. 1.n.121.Guilh.à Perno.cons. 12.n. 48. Zas.cons. 12.n.23.& cons.20.n.39.vol.2.*

12 Et hoc vsq; adeò verum est, vt ne syllaba quidem, absq; operandi virtute posita censeri debeat. *l.i.l.fin.n. 9. vers. tene contrarium. ff. quod quisq; iuris. Cotta in memor. v. clausula. cl. 8. post princip.*

Iam verò frustrà, pactum de quo loquimur, hereditatis diuisioni fuisset appositum, ni extenderetur ad litem vsq; Baronibus hisce ab L. motam.

Nam de ijs oneribus, quæ ratione seruitiorum, huic Baroniæ incumbunt, in pactis hereditarijs prouisum iam erat.

Rectè itaq; concludetur, non nisi iutuitu reuocationis feudi N.L; hoc pactum interuenisse: proindeq; frustra, vt res euicta præstetur, Baronem C. experiri.

13 QVARTÒ illud quoq; iuris controuersi minime est: quod genere posito, species omnes, quas sub se continet, ac si nominatim expressæ essent, positæ censeantur. *Br.l.si quis maior. n. 13. ibi Bl.n. 14. Ias.n. 11. Parpal.n. 10.& DD. per ill.text. C. transaction. Natta cons. 98. n.14. vol.1. Crau.cons.7 85.n.20. Menoch.cons.148.n. 23. vol. 2.*

Hîc verò nomen generis: onera, siue Beschwerdt / expressum fuit.

Consequitur itaq;, cum euictio hæc, feudi N.L; oneribus Baroniæ huius maximæ, fuerit accensenda: hanc quoq; in pacto fuisse inclusam: & ideo iniqua esse, quæ iam præsumit Baro C; fratres euictionis nomine conueniens.

14 QVINTÒ clarissimi quoq; iuris est: quod indefinita vniuersali æquipolleat. *l.1.§. cum vrbem.ff.de off.præf. vrb.l.final. C. hered. vel action. vendit. Dyn.in proœm.n.5.de R.I.lib.6.ibi latè Boer. in addit. Dec.d.1.n.12.ibi Cagn.n.13.& 14.ff. eod. tit. Ias.l.sub pratextu.n.5.C. transact. Seraph. tr. iur. priu. 22.n.2. Eman. Soar. com. opin. lit. 1.n.28. Ripa in Rubr.n.39.ext.de iudic. Rimin l.1.n.367. C. qui admitti. Ias. Inst. de action. in pr. n. 25. Angel. cons. 376. n.4. Francisc. de Ecclesia. in cons. feud. diuers. cons. 11 n. 18.& ibi Ambros. de Vignate. cons. 52.n.1. Bapt. de S. Blasio. int. couf. Alb. Bruni cons. 66.n. 17. Sigism. de Neap. cons. 7.n.6.*

Ea igitur verbi oneris significatio, atq; potestas erit, vt omnia & singula onera, quodq; in consequentiam venit, euictionem quoq; hanc feudi N. L. sub se comprædendat.

Omne enim qui dicit, nihil excludit. *l. Iulianus in pr. de legat. 3. Hercul. tr. attent. c. 30. n. 14. Vasq. ill. contro. c. 45. n. 1. Plot. tr. de in lit. iur. §. 1. n. 13. in fin. Garf. tr. expens. c. 8. n. 24. Syluan. tr. feud. q. 109. n. 11. Montic. tr. mutent. hered. c. 9. n. 54. Seraph. tr. iur. am. priu. 31. n. 68. Garc. tr. vlt. fin. iur. n. 236. Cacheran. decis. 23. n. 39. Schenck. c. 1. 9. si quis de manso. n. 6. si de inuest. feud. controv. fuer. Borchol. tr. feud. c. 3. n. 13. Modest. Pistor. in consilio suo, post quæst. Hartm. Pistor. 20. lib. 2. n. 10. Burlat. cons. 189. n. 79. vol. 2. Ceph. cons. 446. n. 17. Roman. cons. 44. n. 6.* 1

SEXTÒ, iuris est expressi: quod emtor, vt contra venditorem regressum habere de euictione possit, teneatur, venditori etiam scienti, litem motam esse denunciare. *Specul. tit. de euict. n. 6. ibi Ioh. And. in addit. Br. l. non solum. §. morte. n. 52. ibi Horman. Det. n. 127. qui communem attestatur. ff. de op. nou. nunc. Br. l. denunciasse. n. 2. ff. ad l. Iul. de adult. Br. l. emtor. fundi. C. de euict. Br. l. 2. §. voluntatem. n. 7. ibi Ias. n. 26. Ripa. n. 17. & DD. ff. solut. matrim. Abb. à. fin. n. 8. ext. emt. & vend. Cotta in memorial. v. emtor. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 39. vers. item adde. Seraph. tr. iur. am. priu. 49. n. 2. Vivius. commun. opin. lib. 1. opin. 434. Mor. z. tr. contract. Rubr. de natur. emt. n. 2. Couarr. var. resol lib. 3. c. 17. n. 5. Caballin. tr. euict. §. 3. n. 4. Eman. Soar. com. opin. lit. E. n. 150. Menoch. cons. 178. n. 17.* 16 *

Et hoc vsq; adeò verum est, vt non sufficiat, simpliciter denunciasse: sed sub hac formula denunciatio concipienda sit: vt veniat venditor, litiq; assistat. *Abb. d. c. final. n. 3. ext. emt. & vendit. Br. d. l. non solum. § morte. n. 51. ff. op. nou. nunc. Br. l. 1. C. peric. & com. rei vendit. Spec. d. tit. de euict. n. 1. Bl. l. libera. n. 7. C. de sentent. & interloc. om. iud. Felin. c. cum M. Ferrat. n. 6 4. ibi Ripa. n. 165. ext. de consti. Ang. Aretin. § fin. n. 5. Inst. emt. & vendit. & in § actionum. n. 18. Inst. de action. Matth. de Affl. c. 1. n. 2. ibi Schenck. n. 5. si de feud. vasall. ab aliq. interpell. Capell. Tholos. decis. 407. ibi Steph. Aufr. in addit. Robert. Marant. tr. ord. iudic. 6. p. p. memb. 5. n. 7. Pract. Pap. in for.* 17 *declin. iurisd. v. protestans. n. 13. ibi latè Masuer. in addit. Caball. d. §. 3. n. 21.*

Quinimò, multi & quidem maximæ auctoritatis DD. reperiuntur: qui libellum etiam contra emtorem oblatum, in forma authentica mittendum requirunt. *Br. d. l. non solum. § morte. n. 48. ibi Ioh. de Imol. n. 13. Ias. n. 38.& Rubeus. n. 14. qui communem dicit. ff. de op. nou. nunc. Salyc. d. emti. n. 2. C. euict. Gomez. d. c. 2. n. 39. vers. & adde. Alc. l. detestatio. n. 63. ff. de verb. significat. & hanc tursus communem dicit, sequiturq; Caball. d. § 3. n. 33. & seqq.* 18 *

Nec obstat tritum illud iuris axioma: eum qui certus est, certiorari vlterius non oportere. *c. eum qui certus de reg. iur. lib. 6. l. 1. in fin. ff. de act. emt. Hercul. in tr. attentat. c. 6. n. 8. Seraph. tr. iur. priu. 49. n. 15. Tiraq. vt. retr. p. 1. § 36. gl. 2. n. 24. Modest. Pistor. cons. 42. n. 10. vol. 1.* 19

Procedit enim, quando certioratio, ad nudæ, scien- 20

dæ scientiæ, & notificationis finem, requiritur: secus autem est, si præter scientiam, in eum finem, vt quid fiat, vel non fiat, certioratio desideratur. *Vti expressim in specie declarat Azo in summa n.6 C.de euiction.Et.1 item veniunt §. petitam.ff.de petit.hered. Abb. c. cum inter.cl.2.n.10. ext.electionem.& plerique DD. antè à citatorum.*

21 Iam verò emtoris vicem Baro C.sustinet, fratres verò eiusdem vices venditorum gerunt. Diuisio enim emtioni similis est, *l.1. & ibi Cyn.n.1.Br.Bl.Salyc.Suchard.n.1.& DD.C. communi.iudic.Pract.Pap.m for.lib pro hered.vel re singulari diuid.v.communiter.n.36.Pyrrh.in consuet. Aurel. tit.de feud.c.54. Fab.de Mont.S.Sab 22.q.4.q.p.n. 16.Chassan.in consuet.Burg.Rub.3.§.6.n.4.Tiraq. vt.retr.p.1.§.1.gl.14.n.77. Ambros.de opizon.l.filiusfamilias.§.diui.n.108.ff.de leg.1.Crau cons.377. n.6.Ceph.cons.395.n.3.*

22 Et in ea euictio locum habet. *l.si fratres. ibi Br.& Bl. C. com.vt. iud.l.si filiæ.C. famil. herciscæ. Pract. Pap. in form. lib. pro hered. vel re sing. dimid. d. v.communiter.n. 36. Br. l. cum pater.§. euictio. n. 4. ibi DD.ff. de legat. 2. Caball. in tr. de euiction. §. 4.n.52.*

Ille verò, durante lite nunquam, horum opem, & auxilium implorarit, aut vt liti assisterent, admonuerit.

Rectè inferemus, fratres reliquos, quantumuis sciuerint, litem hanc excitatam, præstationi tamen euictionis: nō fore obnoxios.

23 Septimò iuris quotidiani est illud: quod emens scienter rem alienam, de euictione actionem non habeat. *l.si fundum. ibi DD. communiter.C.de euict.Gomez.var.resol.lib.2.c.2.n.42. Pinel.l.1.p.3.n.79. C. bon.matern. Hartm. Pist. q.10.n.4.lib.2. Et plures in id citat Caball.d.tr.euiction §.1.n.31.*

24 Quod vsq; adeò verum est, vt nec hoc casu, precium repeti possit. *Vt tradunt DD. complurimi in locu modò citatis. Et vltra ibidem citatos, idem in specie decidit Tiraq V.R.p.1.§.12.gl.1.n.11. qui rursus alios idem tenentes, in magna copia adducit.*

25 Eam ob causam: quod cuius per errorem repetitio, eius consultò dati donatio est. *l. cum per errorem.ff. de R.I.l.1.ff. de condict. indeb. Seraph.tr.iuram priu.29.n.8.*

Cum itaq; Baro C.cognitum exploratumque ante diuisionem habuerit, feudum N. L. litigiosum iam factum, & deindè ad instar rei alienæ censendum esse.

Consequatur oportet, & ad duplæ præstationem, & ad precij restitutionem, Baronem C; sine effectu agere.

26 Octavò huc quoq; referendum est, quod traditur: quod emtori, qui ad rei restitutionem condemnatus, appellationem interponere omiserat, de euictione actio non competat. *l. Herennius §. Caua.ibi gl.v.ex præscriptione. ff. de euiction. Matth.de Affl.c.1.§.rursus.n.10. vers. 32.quib.modis feud. amitt.*

27 Et hoc vsq; adeo verum est, vt in dubio etiam, cum iusta sit nec ne sententia, ignoratur, emtor nihilominus appellare teneatur. Cum præsumtio, qua quælibet sententia iusta esse præsumitur, contrariam probationem admittat. *Vti in specie decidit Couarr.var.resol.lib. 3.c.17.n.9. quem sequitur Caball. in tr. de euict. §. 5.nu. 41.*

Cessabit itaque rursus de euictione actio. Nec enim à sententia aduersus se lata, cum posset Baro C. prouocauerat: sed sententiam hanc, tacendo approbauerat.

Nonò & postremò, quoties adest pactum, quo heredes inter se pacti sunt, vt quisque eorum, rei euentum susciperet: toties frustrà de euictione agitur. *Vti est textus ad literam in l.si familiæ.C.fam.herc.*

Eius autem generis nostrum pactum est.

Patet itaq; consequentia, euictioni scilicet locum hîc reliquum non fore.

RATIONES DECIDENDI.

VErum enimuerò, his me adduci non finam, quin potius statuam, de iure rectè responderi, Baronem C. ob feudum N. L. euictum, ad minimum, ad precij restitutionem, actionem dextrè institituturum. Veluti cuiuis ex sequentibus constare posse arbitror.

28 Primò etenim, quod in nulla dispositione generali feuda, siue bona feudalia, includantur, nisi specifica & expressa eorum fiat mentio, certum est. *c.1. §.in generali. ibi Iser. El. Aluarott.prap.Affl.& Feudista communiter.si de feud. def.cont.sit.Tiraq.de vt.retr.p.1.§.1.gl.3.n.3.cum omnib.seqq.vsq; ad n.10. Anton.Gabr.Roman.in tr.regul.lib.6.tit. de reg.iur. conclus.12.n.15. cum seqq. Alb.Brun.cons.115.n.3. Ioh.Campeg. cons.2.n.34. int.cons.eiusdem Bruni Goz.ad.cons.26.n.51. Card. Paris.cons.3.n.3.cons.7.n.3.cons.12.n.46.lib.1. Ceph.cons.323.n.23.cum seqq. Burs.at.cons.44.n.1. vol.1.& cons.187.n.33.lib.2. Ripa.int.cons.feud. var.cons.8.n.13. Decius cons.139.n.4.* *

29 Et in specie, quod in generali renunciatione feuda non compræhendantur, nisi nominatim expresse fuerint *decidit Tiraq. d. gl.3. n.8.vbi perplures in id allegat, & præter ibi tradutos, idem in induiduo docuêre, Taf. in l. Gallus. § quidam rectè lect.1.n.43.& lect.2.n.26.ff. de lib. & posthum. Dec.cons.395.n.10.Rol.a Valle cons.63.n.1.vol.2. Tiber.Decian.cons.39.n.65.vol.2.*

30 Quo iure tunc quoq; vtimur, cum dispositioni, vel renunciationi, signum vniuersale fuerit appositum. Nec enim nisi expressè nominata fuerunt ea feuda continentur. *Burs.d. cons.187.n.33.lib.2. vbi hanc communem esse opinionem attestatur.* *

Quandiu itaq; non edocetur, Baronem C. expressè promisisse, quod omnia Baroniæ onera, nec non damnum quoq; euictionis feudi N. L; sua forent.

Tandiu

Tandiu quoq;, vſq; eò non porrigetur pactum, de quo nobis res eſt: & conſequenter Baro C. non prohibebitur, quò minus ratione damni, euictione hac illati, iure experiatur.

SECVNDÒ: pactis hereditarijs, horum fratrum quoq; expreſſè prouiſum eſt, Baroniam VV. ceſſuram, Baroni C.

Ad caſum itaq; euictionis feudi N. L. vſq;, pactum, de quo hactenus ſermonem inſtituimus, iure non poterit extendi. Quippe hoc pacto, Baroni C. Baronia VV. integra, non cederet, ſed bona ſui parte mutila, atq; truncata. QVI in enim feudum N. L. haud infima, partium integralium, Baroniæ huius ſit, dubium non eſt.

31 Itaq;, cum baronia ſit corpus, ſeu quid totum, quod ex alijs corporibus, ſeu feudis, ceu membris diſtantibus conſtat, veluti ex vicis, pagis, nemoribus, ſyluis, paſcuis, venationibus, piſcationibus, & id genus alijs: *arg. l. rerum mixtura. ff. de vſucap. & in ſpecie decidit Marin. Freccia. in tr. de ſubfeud. lib. 2. Rubr. quis dicat. Com. n. 25.*

32 Baronia dici nequit, quod omnibus ſuis partibus non fruitur, ſed mutilum atq; truncatum eſt. Cum id damnum totum, quod partes ſuas integrales omnes habet, nuncupari debeat. *l. 1. ff. de orig. iur. Aldobrand. in §. vlt. n. 6. in proœm. inſtit. Borcholt. in tr. feud. c. 2. in pr.*

33 Recte itaq; à parte integrali, ad totum negatiuè, argumentemur. *Vt in ſpecie decidit Euer. in top. in loc. à tot. ad part. n. 10.*

Quodq; conſequitur: baroniam non dicemus, quæ omnia ſua feudan in habet.

34 TERTIÒ: determinatio vna, pjura reſpiciens determinabilia, æqualiter, & vniformiter, determinare ea debet. *l. tam hoc iure. ibi Ias. n. 10. ff. de vulg. & pup. Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè lect. n. 16. ff. de lib. & poſtum. Br. in l. vlt. n. 3. & n. 5. C. de ſent. & interl. omnium iudic. Curt. in tr. feud. 4. p. p. n. 25. Neuiz. an ſyluul. nupt. lib. 1. n. 186. Caball. in tr. de eo quod intereſt. n. 161. Vallaſc. in l. imperium. n. 211. ff. de iuriſd. omnium iudic. Borgn. Cauale. in tr. de tut. & cur. in n. 94. Cald. in l. ſi curatorem in v. cum non abſimulu. n. 23. C. de reſt. in int.*

Non poſſumus itaq; ſæpius iam deſignatum pactum, de euictione feudi N. L. interpretari. Nam hoc pacto non determinaret, vno, & eodem modo ſua determinabilia.

Etenim ratione, & intuitu Baroniæ VV. ONERIS verbum, quo paciſcentes vſi ſunt, intelligendum eſſet, de tali onere, quod partem etiam totam integralem, Baronatus VV. abſorberet; cum attamen ſimile onus Baronatui L. inhærere non reperiretur.

35 QVARÒ: controuerſi quoq; iuris non eſt, quod renunciatio quæq;, ſtricti ſit iuris, ſtrictè intelligenda, & quantum fieri poteſt aſtringenda. *l. emtor. §. Lucius. ff. de pact. l. ſi ex plurib. in pr. ff. de ſolut. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 128. C. de reuoc. donat. Gail. obſer. 77. n. 5. lib. 2. Hipp. Riminald. in l. 1. n. 249. C. qui adm. Roman. conſ. 168. n. 1. Gozadin. in conſ. 7. Dec. conſ. 379. n. 3. conſ. 452. n. 21. conſ. 460. n. 8. & conſ. 618. n. 6. Caſtr. conſ. 86. n. 6. Cardin. Pariſ. conſ. 110. n. 96. vol. 1. conſ. 12. n. 94. vol. 2. Crau. conſ. 338. n. 6. conſ. 407. n. 34. & conſ. 877. n. 3. conſ. 964. n. 4.*

Pactum itaq;, quod quiſq; ſuſciperet in ſe, onera rei ſuæ, non includet in ſeſe caſum euictionis feudi N. L. Continet enim in effectu renunciationem, quæ taliter non aſtringeretur, ſed maximè ampliaretur & proferretur.

QVINTÒ in generali etiam renunciatione, non niſi ea veniunt, quæ tempore renunciationis factæ, iam præſtanda erant. 36 *Br. in l. qui cum tutoribus. n. 1. ibi Ias. n. 2. ff. de tranſact. Br. in l. poſt emancipationem. §. illud. n. 3. ff. de liber. legat. Br. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 19. ff. de verb. oblig. Br. in l. ſi vxor. §. Diuus. n. 1. ff. ad l. Iul. de adult. Rimin. in l. qui ſe patris. n. 104. C. vn. lib. Aſſi. deciſ. 350. n. 4. Capyc. deciſ. 159. n. 19. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rub. 7. §. 12. gl. 12. n. 6. Tiraq. de ll. connub. gl. 2. n. 36. Boër. deciſ. 147. n. 12. & eſſe communem opinionem atteſtatur Mandell. conſ. 66. n. 2. per l. 1. & 2. ff. de ſtatu.*

Cum itaq; hic caſus euictionis, tempore factæ renunciationis, nondum extitiſſet, ſed longè pòſt demum, exorditus ſit. Cum ſit 37 clari, indubitatiq; iuris, quod emtor de euictione, vel ad rei euictæ precium, ante agere non poſsit, quàm diffinitiua ſententia ad eius reſtitutionem condemnatus fuerit. *l. quitem. ibi Br. Bl. Sal. & DD. C. de euict. l. habere licere. ff. eod. tit. Neguz. in tr. de pignor. in 3. memb. 3. p. p. n. 2. Alex. conſ. 106. n. 1. vol. 5. Caball. in tr. de euict. §. 4. nu. 37.*

Quinimò, niſi ſententia contra emtorem, 38 executioni mandata fuerit, isq; rem reipſa tradiderit, haudquaquam de euictione, vel ad rei reſtitutæ precium, actio naſcitur d. l. habere licere. *ibi Bl. n. 1. Salyc. in pr. & DD. ff. de euict. Gomez. var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 39. in pr. vbi hunc textum in id ſingularem ducit.*

Illud reſtat, vt vſq; eò, pactum inter fratres hoſce Barones conuentum, non protendamus.

Nec obſtat, quod attamen Baro C. non fuerit neſcius litis, quam L. intenderat, quodque ob id cogitare ſecum & potuerit, & debuerit, fieri poſſe, quod ipſe victus ex lite diſcederet: proindeq; hoc onus euictionis, tempore pacti initi iam extitiſſe, atq; ideo renunciationem, quam pactum tacitè complectitur, ad hunc vſq; caſum extendendam, conſequens eſſe. Cum quæ euenire poſſunt, 39 inſpicienda ſint. *DD. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 120.*

Fallit enim hæc regula, primò: in renunciationibus, quæ ſtricti iuris ſunt, & futura contingentia, ſibi non vindicant, veluti ſuperius eſt commonſtratum. 40

Secundò ita demum inſpicienda ſunt, quæ euenire

euenire possunt si futura, vel euentura, necessariò statum rei præsentem, consequuntur.
Ita Br. in d. § sacram. n. 7. cuius doctrinam attestatur communiter receptam. Iaf. ibid. n. 28. Br. in l. 1. n. 1. ibi Iaf. n. 1. per ill. text. ff. de in lit. sur. Straech. in tr. de mercat. p. 2. n. 26. Pecc. in tr. de testam. conueng. lib. 3. c. 18. n. 9. Zas. cons. 18. n. 34. vol. 2.

Cum itaq; parum concludat hæc argumentatio: L. litem ob feudum N. L. intulit: victor ergo abibit.

41 Cum multa cadant intra calicem, supremaq; labra. *§. illud quæsitum. Inst. de rer. diuis. Capyferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 5. n. 13. Pecc. in tr. de testam. conueng lib. 1. c. 31. n. 8.*

42 Dubius euentus litis sit. *l. quod debetur in pr. ff. de pecul. Bertach. in repert. in v. euentus. Lup. in c. per vestras notab. 4. §. 27. n. 33.*

43 Et in specie, quod vitiosa sit argumentatio: Titius petijt à Seio, illam aut illam rem: Ergo iudex Titium, ad rei restitutionem condemnabit, deciderit Cæsar. *Contard. ad Rubr. n. 18. C. si de moment. poss. fuer. appell.*

Rursus ergò iuris erit, dicere, onus euictionis feudi N. L; tum temporis adhuc Baronatui VV. non incubuisse: sed nec in rerum natura quidem extitisse.

44 Sextò renunciatio, siue remissio donatio est. *l. 1. ff. de transact. l. Modestinus. ff. de donat. Bl. Nouell. in tr. de dot. p. 10. n. 7. vers. quod autem. Alex. cons. 119. n. 1. vol. 5. Menoch. cons. 1. n. 214. Rol. à Valle cons. 11. n. 17. vol. 1. cons. 64. n. 20. vol. 2. Cardin. Paris. cons. 65. n. 57. vol. 3. Modest. Pistor. cons. 23. n. 24. vol. 1. Natta cons. 14. n. 2. cons. 166. n. 16. Burs. cons. 173. n. 66. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 43. n. 32. vol. 3.*

45 Vndè quemadmodum donatio, nisi vbi apertis, expressisq; verbis, de ea constiterit, introducenda non est. *l. si cum aurum. ff. de solut. Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. n. 15. ff. de legat. 1. Iaf. in l. si id quod n. 4. vers. sed aduerte. ff. de verb. obligat. Iaf. in prælud. feud. n. 12. Pecc. in tr. de testam. conueng. lib. 2. c. 14. n. 1. Molin. in l. 1. §. si quis simpliciter. n. 33. ff. de verb. obl. Syluan. in tr. feud. q. 29. n. 4. Mozz. in tr. de coutr. rubr. de natur. donat. n. 2. Cornel. Bemmc. in tr. de priuil. paupert. in 1. special. in contr. n. 1. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumpt. 8. n. 14. præsumt. 12. n. 10. & præsum. 71. n. 2. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. casu. 88. n. 1.*

46 Ita quoq; renunciatio, siue iurium suorum remissio, nunquã, nisi vbi ea, verbis specificis exprimitur, coniecturanda, præsumendaq; erit. *Vti in specie decidit Bl. in l. generaliter. n. 14. C. de non num. pecun. quem referunt & sequuntur Iaf. in d. vlt. fend. d. n. 12. & d. l. si feudum per fideicommissum. n. 15. Mozz. d. rubr. de natur. donat. n. 3. Menoch. d. casu. 88. n. 2. & d. cons. 1. n. 215.*

47 Quinimò fatuitas potius: Doctores com-
* muniter iam nominati.

48 Nec non error in facto proprio, quàm remissio iurium sibi competentium, præsumitur. *Crau. cons. 77. n. 14. cons. 142. n. 26. Decian. cons. 55. n. 33. vol. 2. Mascard. in tr. de probat. concl. 554. nu. 6.*

Ad quam remissionem excludendam, 49
qualis qualis coniectura sufficiens est. *Bl. in l. vlt. n. 19. C. de dot. promiss. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 36. gl. 2. n. 50. & in l. si vnquam in v. donatione largitus. n. 208. C. de reuoc. donat. Mascard. d. concl. 554. nu. 14.*

Cum itaq; Baro C. nunquam expressim euictioni, in illum casum, si L. feudum N. L. per sententiam euinceret, renunciarit: eiusmodi verò renunciatio, donationem haud vulgarem, in se includeret.

Rectè concludemus, ex verbis istis generalibus, quod quisq; Baronum, onera Baronatûs sui, in se receperit: renunciationem tam insignis iuris, nec colligendam inferendam, aut præsumendam.

Septimò: renunciatio, siue remissio iu- *
rium est donatio: vti concordi consensu tradidêre DD. modò adducti.

Iam verò donatio, quingentos solidos, siue aureos excedens, absq; insinuatione non 50
valet. *l. sancimus. C. de donat. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de testam. c. 3. Practi. Pap. in for. lib. pro donat. in v. solenniter. n. 1. cum seqq. Dilect. in tr. de art. test. tit. 10. caut. 2. n. 4. & tit. 11. caut. 19. n. 5. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 73. n. 1. Anton. de Peretr. in l. 1. n. 165. ff. de iureur. Ioh. Hamb. in l. posit contractum. n. 98. ff. de donat. Tiraq. in tr. de priuil. pia can. priuil. 124. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de subst. aut donat. n. 5. Rol. à Valle cons. 39. n. 34. vol. 1. Cuiac. consult. 3.*

Non solum quando extraneo: verumet- 51
iam cum coniuncto sit. *Tiber. Decianus cons. 32. n. 51. vol. 3. Mozz. d. rubr. de subst. donat. n. 5. text. in l. data. C. de donation.*

Quod vsq; adeò verum est, vt procedat, 52
etiam in pacto gratuito, siue liberatorio, quo vltra quingentorum solidorum summam, fit remissio. *gl. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. Alex. in l. creditori n. 4. vbi communem dicit, vbi Iaf. n. 3. itidem communem dicens, Dec. n. 12. similiter communem dicens. C. de pact. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione largitus. n. 173. & seqq. C. de reuoc. donat. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 4. n. 9. qui ita in Cancellaria Regia, quæ Valladolie, in Hispaniis est, practicatum fuisse, vidisse se attestatur. Couar. var. resol. lib. 2. c. 4. n. 8. Inl. Clar. communem dicens, receptar. sententi. §. donatio. q. 16. n. 2. Mozz. in tr. de contract. d. rubr. de subst. donat. n. 17. Ambros. de Opiz. on. in l. filius familias. §. Diu. n. 147. ff. de legat. 1.*

Fac itaque, pactum illud, quod quisque onera baronatuum suorum in se receperit: ad casum vsq; euictionis feudi N. L. extendendum.

Nihilominus tamen illud ipsum pactum, vt puta liberatorium, siue remissorium (vt practicorum more loquamur) ob defectum insinuationis, nullum erit.

Cum remissio, quam hoc pactum continet, non solum summam, quingentorum solidorum adæquet, verumetiam ad quatuor vlq; loachimicorum millia, ascendat.

53 OCTAVÒ: alia quoq; adest communis
* Doctorum traditio, quæ habet: quod in generali renunciatione non veniant ea, quæ quis in specie, verisimiliter non esset, concessurus. *l. obligatione generali. ff. de pignor. l. 1. C. quæres pign. obl. post l. filiusfamiliar. ff. de donationib. inter. gerali de reg. iur. lib. 6. Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Curt. in l. causa. n. 17. C. de transact. Sapien. l. 1. n. 17. ff. de offic. eius cui mand. est. iuncta Longonall. in l. imperium n. 192. & ibi Vallasc. n. 45. ff. de iurisd. omn. iudic. Lancil. Conrad. in tr. de decurionib. n. 75. in fin. Scraph. in tr. de iuram. privil. 154. n. 2.*

54 Et in specie, quod in renunciatione generali, non nisi verisimilia includantur, consulendo deciderunt. *Dec. conf. 495. n. 19. Cardin. Parisconf. 49. n. 40. vol. 3. Crauconf. 290. ante n. 1. vers. tertio Menoch. d. cons. 1. n. 224.*

Iam verò non solum coniecturis assequi: verumetiam certò statuere possumus, Baroni C nunquam in mentem venisse, tot millia remittere, & fratribus condonare. Nec enim illi, Baroni C. de minima quidem summa, quicquam remittebant.

55 Portò neminem velle iactare suum, stat præsumtio. *l. cum de indebito. ff. de probat. Afflict. decis. 13. n. 14. & decis. 315. n. 5. Marant. in l. u potest. n. 84. ff. de acquir. hered. Roncheg. in l. 3. vers. vlt. n. 52. ff. de duob. reu. Zoarett. in l. 2. n. 54. C. de pact. int. cent. & vendit. Tiraq. in tr. de præscript. gl. 4. vers. tamen si posteriorem. Coraf. misc. ll. lib. 3. c. 2. n. 13. lib. 4. c. 14. n. 1. Cacher. decis. 17. n. 8. decis. 44. n. 3. & decis 132. n. 14. Rimin. ad. in l. 1. n. 243. C. qui adm.*

Consequentia itaq; patet per se: nempe illa verba: spopondit, quisq; baronum, onera bonorum suorum ferre, ad illum casum, siquidem feudum N. L. euictum fuisset, non trahenda.

56 Cum interpretatio in conuentionibus, semper facienda sit, secundum illud, quod proferens interrogatus, verosimiliter respondisset. *Vti in specie decidit Decian. conf. 29. n. 43. vol. 2. conf. 41. n. 10. 1. vol. 1. per gl. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.*

57 NONÒ: Verba generalia, potius restringenda esse, sed & pro superfluis planè haberi, quàm vt quis damnum patiatur, indubitati iuris est. *Dec. conf. 374. n. 7. Craun. conf. 3. n. 6. conf. 70. n. 29. Iason. l. vlt. §. in computatione. n. 12. C. de iur. delib. Scraph. in tr. de iuram. priuil. 136. n. 13. Gozadin. conf. 88. n. 10. Zas. conf. 3. n. 26. vol. 1. Lancil. Gallanl. in l. 1. in pr. n. 5. ff. de verb. obl.*

Cæterùm, certo certius est, quod si hanc interpretationem, pacti huius de terendis oneribus, admiserimus: summè læderetur, indebiteque damnum pateretur, Baro C.

Huc vsq; itaq;, pactum hoc extendendum esse, dicere, irrationabile planè erit.

DECIMÒ: verba, (scripturamq;) ambiguam, contra proferentem eam, vel fundamentum causæ suæ, in ea collocantem, interpretanda esse, certum est. *l. veteribus ibi Bart. Bal. Cassr. n. 1. Fulg. n. 4. Ias. & DD. ff. de pact. l. in contrahenda. ibi Dec. n. 1. & seqq. Cagnol. n. 1. & DD. ff. de reg. iur. c. contra eum. ibi Dyn. n. 5. eod. tit. lib. 6. Cacher. decis. 141. n. 12. Tomin. decis. 19. n. 15. Alex. conf. 35. n. 5. vol. 1. Borcholt in tr. de pact. c. 5. n. 55. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 12. n. 2. Simon de Pret. conf. 58. n. 17. conf. 71. n. 35. & conf. 160. n. 86. vol. 1. Tiber. Decian. conf. 121. n. 17. vol. 3. Alc. conf. 110. n. 5. Coraf. 1. 11. n. 26. vol. 5.* 58

Nec non contrà stipulantem l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obligat. *Butig. in l. est. n. 38. ff. si cer. pet. Hormannocl. Desius in l. 4. §. Cato n. 417. ibi sylvest. Aldobrand. in addit. ff. de verb. oblig. Scraph. in tr. de iuram. priuil. 141. n. 1. Simon de Pret. conf. 11. n. 9. vol. 1. Rol. a Valle conf. 56. n. 34. vol. 3. Craun. conf. 422. n. 3. conf. 436. n. 3. conf. 5. 18. n. 10. Molin. conf. 28. n. 25.* 59

Contra eum item in genere, qui ex dispositione ambigua, quicquam acquirere cupit. Curt. in l. si palæstra, n. 5. C. de pact. per d. l. veteribus. ff. eod. tit. 60

Cum itaq; Domini Rei, toti, pacto, de quo hactenus egimus, inuitantur, & ob id, millia quatuor, vel amplius etiam lucrari cupiant, quæ, nisi pactum hoc in medio esset, Baroni C. soluere essent obligati. Verba verò pacti huius, ad euictionem feudi N. L. quod attinet, obscura atq; ambigua sint.

Consequatur oportet, illud ipsum pactum, contra fundamentum in eo ponentes, atq; ita interpretandum fore, vt Baroni C. non obsit, quo minus regressum, precij ad minimum nomine, aduersus fratres reliquos habeat.

Etenim, si à precij restitutione, liberi voluissent esse, Domini Rei, etiam in hunc casum euictionis pactum expressum, interpositum esse oportebat.

Tunc enim, ob verba expressa, voluntatis quæstio admittenda non fuisset. *l. non aliter. in pr. ff. de legat. 3. Capre. decis. 17. n. 6. Craun. ad rubr. n. 135. ff. de legat. 1. Tiraq. in tr. de præscript. gl. 7. vers. at dices. Tomin. decis. 13. n. 28. decis. 20. n. 8. & decis. 26. n. 10. Martin. Pistor. q. 3. n. 36. q. 15. n. 16. q. 19. n. 71. lib. 2.* 61

VNDECIMÒ: has quoq; partes tuetur illud, quod coheres, coheredi, ob rem, quæ ei in diuisione inter ipsos facta, obuenerat, euictam teneatur, atq; obligatus sit, euictionis nomine. *l. si fratres & ibi DD. C. comm. vt. iud. l. si familiæ, & ibi ruinosus DD. C. fam. herciscæ. Bart. in l. cum pater. §. euictis in fin. ff. de legat. 2. Practi. Pap. in for. lib. pro hered. vel re singul. aliud. in v. communiter. nu. 36. Caball. in tr. de euict. §. 4. nu. 51. vers. coheredes.*

Habebit

Habebit itaque Baro C; intentionem vt aiunt suam, fundatam.

Nec obstat, quod attamen inter coheredes, rem periculo euictionis subiacere non nescientes, de euictione actio cesset. *l. si fundū. C. de euict. & d. l. si fratres. C. com. vt. iudic. Dec. cons. 411. in fin. Ruin. cons. 10. n. 10. & cons. 14. n. 5. lib. 1. Crau. cons. 211. n. 7. Gozadin. cons. 58. n. 6. & 23.*

Nam si inferre huic conatus fueris, Baronem C; cum periculum euictionis huius, ignorare non potuerit: (Is enim cæpta iam erat, viuente adhuc communi, Baronum parente) frustrà de euictione actionem instituturum: est, quod regeram tibi: verum id esse, quò ad duplæ præstationem: ad precij autem restitutionem quod attinet, rem longè secus sese habere. Etenim si is, qui expressè pactus est, ne euictionem præstare cogeretur, ad precij restitutionem nihilominus obstrictus sit. *l. emtorem. §. qui autem vers. ibidem aut. ff. de act. emt. Roman. sing. 387. incip. si vendo. Ang. Aret. in §. actionum. n. 22. Inst. de act. Anton. Burgesius c. vlt. n. 15. ext. de emt. & vend. Corn. cons. 226. n. 6 lib. 2.*

Consequens erit, hunc, qui id expressè pactus non erat, ob scientiam solam rei alienæ emtoris, melioris conditionis non fore. Nec enim tacitum expresso, potentius, & efficacius operari debet. *Euer. in top. in loc. ab expreſſ. ad tac. n. 10. Tiraq. de ll. connub. gl. 7. ex n. 49. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. decl. 10. nu. 18. cum præcedent. & seqq.*

Sed & DD. in contrarium adducti, de eo tantum loquuntur qui sciens rem alienam emerit. Vnde decisio eorum, huc trahenda non est. Inter eum enim, qui sciens rem alienam, in diuisione accipit, & eum, cui feudum reuocationi obnoxium, in diuisione obtigit, ingens est discrimen. *Vti in induiduo decidit Harim. Pistor. q. 10 n. 29 lib. 2.*

Non faceſſet itaq; negocium hæc obiectio. Atq; ita in specie, quod sciens rem alienam, ad precium nihilominus resarciendum agat, *communne esse DD. pronunciatum ex Couarr. attestatur Soar. com. opin. lit E. n. 140.*

Dvodecimò & vltimò tum demum à precij restitutione, liber est venditor, si expressim pactus est, ne, si res per Titium euinceretur, de euictione teneretur l. qui libertatis ibi gl. *Bl. Fulgos. & DD. ff. de euict. Castr. d. l. emtorem. § qui autem. ff. de act. emti. Bl. in l. 1. & ibi Salyc. q. 5. C. de perc. & comm. rei vend. Marſ. sing. 656. int. venditor. Ripa in l. si aliquam. n. 47. ff. de acquir. poſſ. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 12 gl. 1. n. 14. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natur. emt. & vend. n. 6. Natta cons. 181. n. 7. & est communis opinio teste Caball. d. tr. de euict. d. §. 5. n. 26.*

Cum itaq; reliqui fratres, non minus ac præsens actor Baro C; reuocatoriam feudi institutam à L. esse, nouissent: tale autem pactum, quo sibi immunitatem ab euictione pepigissent, etiamsi res à L. fuisset euicta, interponere omiserint.

Nihil aliud, concludere poterimus, quàm precij restitutionem illis incumbere.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

Porrò nunc videndum, vt contrarijs satisfiat.

Primo itaq; respondetur, per inficiationem. Negatur enim tale vnquam pactum interuenisse, quo Baro C. remiserit, de euictione vel ad minimum, de precij restitutione regressum, fratribus reliquis. Quinimò ex rationibus decisionis apparet, verbum onera: quod paciscentes vsurparunt, ad casum euictionis, feudi N. L. non porrigendum.

Quare ad eius, quod nunquàm pactus est, obseruantiam, nemo tenetur. Cum non entis nullæ sint qualitates. *l. eum qui in prouincia. vers. quoniam ff. si cert. pet. at. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 9. Zouuett. in l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vendit. Olau. Simoncell. in tr. de decret. tit. 8. n. 91. Vincent. Carocc. in tr. de locat. tit. de similit. locat. n. 6. Reuber. in tr. de testib. p. 3. n. 82.* 62

Et vbi damus priuationem subiecti, damus quoq; priuationem qualitatum. *Gomez. var. resol. lib. 1. c. 9. n. 45. ad fin.* 63

Ad Secvndvm deindè respondetur: quod regula, quæ habet: remittentibus actiones suas, regressum non dari: vera sit, quò ad casum, tempore renunciationis, siue remissionis, iam existentem: secus autem esse, respectu casus, post renunciationem factam superuenientem. Nam cum renuncians certus debeat esse de eo, quod remittit, futurorum autem nulla possit esse certitudo. Consequitur de casu, qui nondum venit, non fuisse cogitatum. Quare nec renunciatum ei fuisse. Ceterum regressum dandum esse, prout prædictam regulam, ita expressim declarat, limitat, & restringit. *Afflict. in c. 1. §. præterea. nu. 18. quib. mod. feud. amitt.* 64

Hucque referenda sunt omnia, quæ sub quinta decisionis ratione adduximus.

Tertiæ postea obiectioni, quæ habet, verba nunquam debere esse posita, absq; virtute operandi, vitandamq; esse, verborum superfluitatē, facilè inueniri potest resolutio. 65

Primò enim negatur: verbum: onera, nihil operari. Etsi enim de comitatu Domini feudo præstando (Von den Roßdienſten) antea esset prouisum: negari tamen non potest, & alia præter comitatus onus, vasallis grauamina, feudi ratione incumbere. Vti sunt sororum, aliarumq; personarum dotationes, & alia: satis igitur istud verbum operatur, etiamsi ad casum partis Baroniæ euictæ, non trahatur.

At esto, quod præter comitatum, siue seruitia, domino feudi præstanda, feudis nulla præterea impolita sint onera: hic attamen verbum onera: superfluum & inanei udicari, non meretur. Cum vel melioris declarationis gratia, eorum, quæ in hisce pactis hereditarijs, de seruitijs disposita erant, appositum esse, censeri recte posjt. Ea autem superflua dici non posint, quæ melioris declarationis gratia, apponuntur. §. 1. Inst. de pat. pot. Hartm. Pist. q. 3. n. 58. & q. 35. n. 26. lib. 2. Hormann Dec. in l. 4. §. Cato. n. 207. ff. de verb. obligat. Gerard. Maxoll. conf. 113. n. 45. vol. 1. Crau. conf. 70. n. 29. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 21. gl. vnic. sub n. 5.

Quid? si sat oneris, Baroni C; impositum esse dixerimus eo ipso: quod solus impensas litis tulerit, fratribus reliquis, ne obolum quidem, in id contribuentibus. Ideoq; verbum, onera: frustrà hic appositum non erit.

66 Quartò respondendum est, argumentum illud: quod verba superflua esse non debeant, fatis per se exile, infirmiumq; esse, & qualicunq; præsumtione tolli. *Vti decidit in specie Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 17. n. 39.*

67 Sed & responsio dehinc, quæ QVARTÆ obiectioni applicetur, in promtu est; nempe, quod verum quidem sit, posito genere, omnem sub eo contentam, poni speciem, si assuerit signum vniuersale. Aliàs enim cum signum vniuersale abest, perperam à genere ad speciem affirmatiué argumentamur. Minimè enim sequitur: animal currit. Ergò homo currit, cum asinus, aut bestia currere posint. *Vt is expressim & in specie decidit Euer. in loc. à gener. ad spec. sub n. 2. verific. non autem. & in loc. à spec. ad gen. n. 2. & in loc. à tot. ad part. n. 10. Mascard. in tr. de iurisd. n. 78. Camill. Visit. in Rubr. n. 68. ff. sol. matrim. arg. l. si quid earum. §. inter eum. ff. de legat. 3.*

68 Genere item posito, quamlibet eius speciem poni, vi comprænsiua quidem, non autem vi positiua. *Ramon. in l. postumo. n. 74. C. de bon. poss. cont. tab. Euer. in top. in d. loc. à toto ad part. n. 10.*

Cum itaq; nullum signum vniuersale, in hoc pacto deprænendatur (vt interim missum faciamus, reliquas decidendi rationes.)

Consequetur, verbum oneris, ad tam enormia onera, in quibus longè alia & maior ratio, quàm in reliquis militat, extendi non posse.

Præsto deinde quoq; est, QVINTÆ ob-
69 iectionis, refutatio. Nam indefinita ab homine prolata, ita demum vniuersali æquipollet, si is casus, in quo prolata fuerat, fauore dignus sit. *Br. in l. si pluribus. n. 6. ad fin. per ill. text. ff. de legat. 1. Alex. in l. 2. n. 5. ibi Ias. n. 18. ff. de lib. & post. Ias. in l. 1. n. 97. & ibi Iacob. de Nogr. n. 10. ff. si cert. pet. Ale. in l. in vsus. n. 5. ff. de verb. signif. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone limit. 3. n. 14. ff. eod. tit. Crott. in l. situs similiter. §. Dui. n. 55. ff. de leg. 1. Crott. in l. 4. §. Cato. n. 82. ff. de verb. obl.*

Hic itaq; indefinita, vniuersali non æquipollebit. Aginus enim de renunciationibus, & remissionibus, quæ restrictioris naturæ sunt. Veluti constat, si intuita fuerit, quarta decisionis ratio.

Similiter indefinita, tum demum indefinitæ & vniuersalis, par virtus est, si in vno sub indefinita contentorum, non sit maior, vel minor ratio, quàm in altero. *Br. in l. cum aurum in pr. n. 2. ff. de aur. & arg. legat. Sapia in l. vlt. n. 3. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. Zuchard. in l. 1. n. 8. C. de pact. Ludouic. Bologn. in l. 4. §. Cato. n. 203. ff. de verb. obl. Couar. var. resol lib. 3. c. 13. n. 9. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 4. n. 12. & lib. 7. tit. 5. n. 11. vers. neq; hinc.* 70

Cum itaque in præsentia, dispar sit ratio onerum. Aliud enim est, cum aliquid bonorum meorum nomine, præsto: aliud rursus est, si ipsa bona, alij restituere cogor.

Fieri nequit, vt hic, indefinita vniuersali æquipolleat.

Sed & SEXTVM argumentum contrarium, dilui facilè potest. Ad hosce enim limites restringitur, si scilicet emtor solus, & separatim, de re restituenda, conuentus fuerit. Quod si contra emtorem, & venditorem simul, & vno libello, actio propolita fuerit, minimè procedit. *gl. in l. si dictum. §. si compromisero in v. posit. ff. de euict. Bl. in l. libera ante. n. 1. C. de fidei. & int. omn. iud. Alex. in l. 2. §. voluntatem. n. 15. ibi Ripa. n. 23. ff. sol. matr. Apost. ad Abb. in c. vlt. lit. F. ext. de emt. & vend. Rubeus in l. neu solum. §. morte n. 426. ff. de nou. op. nunc. Caball. in tr. de euict. §. 3. nu. 97.* 71

Cum itaq; in præsentia, ille à L; non Baronem solum C; verumetiam communem fratrum parentem, & eo in fata concedente, omnes fratres simul conuenerit: nomine item omnium fratrum, lis contestata, exceptiones item exhibitæ, omniaq;, quæ ad litem hanc expediendam pertinebant, administrata fuerint, & deniq; sententia ipsa, contra omnes fratres, promulgata, atq; lata sit: Recte nascitur, ratiocinatio, nulla hic opus, detestatione fuisse.

Sed nec SEPTIMA, quoque obiectio præiudicij quicquam affert: primò etenim destituitur præsuppositis, quibus innititur. Cum vt superius adduximus, dubius euentus litis sit, nec consequentia valeat, res vendicatur à Seio. Ergo iudex, ad rei restitutionem Mœuium. 72

At fac, feudum N. L. tempore diuisionis initæ, iam rem alienam fuisse, maioris tamen præiudicij, obiectio hæc non erit. Vt enim iura expressa habent: emens scienter, rem fideicommissò, vel aliàs restitutioni obnoxiam, nihilominus, ad precij restitutionem, agere potest. *text. ad lit. sub. vlt. §. vlt. ibi gl. Cyn. n. 1. Br.*

n. 1. Br. Bl. Salyc. Castr. n. 8. Ias. & DD. C. com. de legat. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 42. Vbi communiter receptum attestatur Tiraq. de vt. retr p. 1. §. 12. gl. 1. n. 23. Garc. in 1. de expens. §. 7. n. 10. Molin. in consuet. paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 76.

73 Iam verò feuda æquiparantur fideicommissis, & rebus restitutioni subiectis. *And. de Isern. in c. 1. §. quid ergò n. 7. ibi Affl. n. 10. vers. in contrarium de success. feud. Isern. in c. 1. n. 10. de alien. feud. pat. Dec. cons. 44. n. 3. 3. Cardin. Paris. cons. 65. n. 16. lib. 3. Rol. a Valle cons. 100. n. 35. lib. 1. Ceph. cons. 313. n. 30. vol. 3.*

74 Consequitur itaq; eum, qui sciens feudum emit, quod per agnatos reuocari poterat, nihilominus à venditore precium, quod dederat, vel illud, quod loco precij datum est, repetere posse. *prout hoc expressim, & in specie decidit Hartm. Pistor. q. 10. n. 27. lib. 2.*

Sed & vlterius ponito, Baronem C. scientiam rei alienæ habuisse: innocuum tamen illud ipsum quoq; erit.

75 Certi enim, & explorati iuris est, quod emtor, qui sciens, rem alienam acquisierat, ad precij nihilominus restitutionem agere posit, si precium in rem vtilitatemq; venditoris versum fuerit. *Vt in specie decidit Gomez. d. lib. 2. var. resol. c. 2. n. 42. in fin per text. l. emtor. in* * *pr. & ibi DD. communiter, ff. de res vendit.*

Iam verò inficias ire, nemo potest: quin fratres reliqui, si precium feudi euicti, Baroni C. non restituant, eo ipso locupletentur, & rem suam familiarem adaugeant.

Rectè itaq; infertur, quod scire hoc feudum à L. reuocari, Baronem C. non impediat, quò minus precium ad minimum repetat.

76 Quartò nonnulli DD. reperiuntur, qui generaliter ementi, qui rem alienam esse non nescius erat, precij nihilominus repetitionem concessam velint. *Vt in specie decidit* * *Cotarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 1. vbi de communi, post Franc. Aretin. attestatur, & Curt. Iun. in l. ea quæ in fin. ff. de contr. emt.*

77 Quin & l. si fundum. C. de euict. quæ fundamentum est contrariæ opinionis, *per d. l. vlt. §. vlt. C. comm. de legat.* coriectam dicere, cum hæc vna sit, ex quinquaginta Iustiniani constitutionibus, non esse, eos in cœlum ponere, expressim decidit *Caball. in tr. de euict. §. 5. n. 31.*

Huic itaq; fundamento, nil quicquam firmi inædificari potest.

Postea, ad Octavam quoq; obiectionem hoc respondebimus: cõcordem esse DD.
* 78 sententiam, quod emtor à sententia, aduersus se lata, appellare teneatur duntaxat eo casu, cui certum est, iniustam sententiam, bonam verò causam emtoris esse: ad prouocandum autem astrictum non esse, cum est in dubio, & ignarus, an iuste nec ne, se opposuerit. Tunc enim, quando pro sententiæ iusticia, semper præsumitur, emtorem non prouocantem excusatum iri. *l. Herennius §. Caia. & gl. in v. ex præscriptione. Br. n. 1. Bl. Salyc. n. 1. Raph. Fulg. n. 3. & 9. ff. de euict. Salyc. in l. si procuratorem. 9. si ignorantes. n. 4. ff. mandat. Ieb. de Imol. in l. ab executore. §. alio. n. 2. vers. in gl. ff. de appell. 1. Ang. Aretin. in §. actionum. n. 20. inst. de act. Gomez. var. res. lib. 2. c. 2. n. 39. vers. secundus casus. Affl. decis. 49. n. 3. & sibi ipsi contrarius Caball. in d. tr. de euict. §. 3. n. 145. Natta cons. 208. n. 1. & 2. quam esse communem opinionem attestatur Molin. in add. ad Dec. cons. 74. nu. 2.*

Et ita, in Regio Consilio Neapolitano decisum fuisse testis est *Capyc. decis. 106. n. 4.* 79

Nec obstat, autoritas Couarruuiæ. Couarruuias enim ipsemet *d. c. 17. n. 9.* hanc receptionem esse opinionem attestatur.

Cum itaq; magis communis sit. Ergò in 80
iudicando consulendoq; sequenda erit. *Ios. in auth. nouissima. n. 22. C. de inoff. test. Neuiz. in syll. nupt. lib. 5. n. 1. Tomm. g. decis. 23. n. 15 Lancelott. in tr. de off. prætor. Rubr. de sent. n. 21. Pistor. q. 5. n. 13. lib. 2. Capyferr. in tr. de num test. p. 1. c. 16. n. 50. Simon. Pistor. cons. 5. n. 10. & infinitos in id conuenientes Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. lib. 2. tit. 8. n. 16.*

Sed vti sese habet thema nostrum, hîc meritò dubitabatur, bonamne fouerent causam Domini Barones, an minus. Siquidem ille à L. feudum antiquum, voluntarie distractum reuocabat: sententia item eius partes tuebatur.

Consequatur itaq; oportet, Baroni C. necessariò non incubuisse, à sententia aduersa prouocare: nec item obstaculi quicquam huic oriri, quò minus ad precij restitutionem, actionem aduersus reliquos Dominos fratres institueret: id quod ex eo etiam confirmari potest, quod hic reliqui fratres, non sustineant vicem venditorum simplicium, qui cum semel rem distraxerunt, omnem de recipienda ea spem amittunt: sed de talibus hîc agitur venditoribus, qui ius simultaneæ inuestituræ simul habent, quibusque ob id spes haud incerta reliqua est, reuersum aliquandò ad illos, rem nunc alienatam.

Nam hinc haud ineptè infertur: Baronibus reliquis nihil præterea remansisse, quo se aduersus L. impetitiones tuerentur.

Etenim, si eius generis quicquam, præter adducta, in primæ instantiæ actis illis competisset: non omisissent, cessante etiam Barone C; proprio nomine, appellationem interponere. Cum nemo suum iactare præsumatur. *d. l. cum de indebito. ff. de probation. cum similib.*

Neque verò id, impedimentum Baroni C. præstat, si forsitan prætenderint Domini Rei ignorantiam, sententiæ aduersus Baronem C. latæ: quodq; inde euenerit, quod decem ad appellandum dies dati, elaberentur citius, quàm rem resciscerent.

81 Nam hoc fieri non potuisse, vel ex eo apparet: quod decendium ad appellandum, non nisi à tempore scientiæ elabatur. *c. concertationi ibi Dominus de S. Gemin. n. 14. de appellat. lib. 6 gl. magn. in Clement. sicut circa medium eod. tit. Br. in l. 1. dies in pr. ff. quand. appell. sit. Mins. obs. 2. cent. 2. Br. in l. ab eo. n. 3. C. quom. & quand. iud. Br. in auth. hodie n. 1. C. de appellat. Mar. in tr. de ard. iudic. in 3. p. 6. p. p. act. 2. n. 204. Marc. Ant. Bard. in tr. de temp. vtil. & contin. c. 3. n. 1. vers. hoc tamen Rota decis. 49. in nouis. Capyc. decis. 139. n. 1. Natta cons. 384. n. 1. vol. 2. Alex. cons. 114. n. 4. lib. 1. Ceph. cons. 106. n. 4. & cons. 279. n. 1.*

Saluum itaque, integrumq; adhuc erat, Dominis Fratribus, etiamsi biennium, & amplius temporis, elapsum iam, à die publicatæ sententiæ fuisset, appellationis libellum exhibere. Dummodò id fieret, intra decem
82 dies, quos à prima scientia, computari conuenit, pro vt hac, quod venditor à sententia, contra emtorem lata, post lapsum, à die promulgatæ sententiæ, decendij, si prius cognitum non habuisset, appellare possit, optimè deducit, & comprobat *Cephal. d. cons. 106. & d. cons. 279. per tot.*

Postremò vltimæ quoq; obiectioni, ex L. si familiæ C. fam. hercisc. satisfaciemus.

Nam pactum, de quo in d. l si familiæ res est, alijs, alijs item nostrum pactum verbis, concipitur. Hic etenim paciscebatur, vt quisq; bonorum suorum onera ferret: ibi, vt quisq; in se, rei euentum susciperet. 83

Mirandum itaq; non erit, si alius nostrati, si alius item pacto *l. si familiæ. C. fam. hercisc.* effectus sit. Cum idem effectus eorum, quæ nomine differunt, esse non possit. *arg. l. si idem. C. de codicillis. cum similib.* 84

Vt taceam per id, quod de euictione actio sublata est, secundum dispositionem d. l. si familiæ C. fam. hercisc. actioni attamen, quæ ad precij restitutionem agitur, viam protenus non præcludi, veluti ex 11. & 12. decisionis rationibus videre est. 85

Concludo itaq;, pactum nostrum non pertinere ad casum feudi N. L. euicti: sed & eo non obstante, concessum Baroni C. esse, ad minimum ad precium restituendum, experiri. Id quod à me fieri, aliorum rectius sentientium sententia inconcussa, inuiolataq; persistente, hisce testatum facere volui. F. P. D.

Postea sententiam concipientibus Dominis Francofurtensibus ad Viadrum, in contradictorio iudicio, pronunciatum fuit, precij restitutionem, Baroni C. deberi. Et tandem tribus millibus thalerorum transigebatur, veluti ex decreto, Dominorum Consiliariorum Brandeburgicorum, quod sequitur, apparet.

NAch dem Herrn C. S. Herrn W. H. vnd L. von seinen Brüdern mit der herrschafft W. auch das gut N. H. in der väterlichen theilung zugeschlagen/ aber die H. solchs/ etliche Jahr/ für der Brüderlichen theilung / in Herrn C. vnmündigen jahren allbereits/ in Rechtlichen ausspruch genommen / vnd die sache / durch vrtheil vnd Recht / so weit erstanden/ das wolgemelter Herr C. solchs / absque precij refusione, abtreten müssen. Derowegen er hinwiderumb / ratione euictionis seinen Brüdern Herrn W. H. rechtlichen besprochen / vnd so viel erhalten/ das jhme Herrrn W. H. die gewehr pro rata, durch vrtheil vnd Recht aufferleget / vnter jhnen aber / wie hoch etwan diese seine rata, lauffen möchte / streit fürgefallen / derowegen sie für den Churfürstlichen Cammergerichtsräthen/ in dato erschienen.

Als seind sie mit jhrem guten willen/ dahin verglichen vnd vertragen/ das Herr W. H. seinen Brudern/ Herrn C. für diese seine anfoderung pro sua rata funffzehenhundert thaler zugeben versprochen vnd zugesaget / ꝛc.

CONSI-

CONSILIVM VI.

SVMMARIVM.

1. Bonorum conditionem, rectius is novit, cuius propria sunt, præ illo, ad quem non pertinent.
2. Maximè, si alius is, illi non cohabitarit, de cuius bonis agitur.
3. Tutor minus potest, in rebus pupilli, quàm pater in rebus filij.
4. Diuisio est quædam transactionis species.
5. Tutor rectè non transigit, de pupilli rebus.
6. Pupillus & minor, ad diuisionem faciendam, neminem iure prouocant.
7. Diuisio, ita demum rectè procedit, si res commodè diuidi potest.
8. Diuisio, quæ inefficax & infrugifera foret, petenda non est, tanto, minus concedenda.
9. Pupillus, & minor, aduersus diuisionem in integrum restitutionem rectè postulant.
10. Communio parit discordiam.
11. In communione nemo stare tenetur.
12. Pactum de non diuidendo, non valet.
13. Etiamsi iuramentum huic accessisset.
14. Testatoris præceptum, de rebus hereditarijs nunquam diuidendis, non valet.
15. Etiamsi iuramentum heredis interueniisset.
16. Diuisionem petere potest omnis is, qui expressim id facere, non prohibetur in iure.
17. Tutorem, diuisionem petere non posse, nusquam cautum reperitur in iure.
Tutor est dominus rerum pupillarium.
18. Tutor habet mandatum cum libera.
19. Actio communi diuidundo, datur rei domino, cuius diuisio petitur.
20. Tutoribus diuidere permissum est.
21. Diuisionis petitio, ob nudam aduersarij contradictionem, nunquam cessat.
22. Ad diuisionem, in casibus quoq; alias prohibitis, rectè progredimur, si socius rei communis, ad rixas, & iurgia, propensior est: aut alias pupillo non expedit, in communione amplius stare.
23. Diuisio permittitur, in casibus alias prohibitis, quando id faciunt, commodum minoris, vel pupilli euidens, aut econtrà detrimentum, & damnum eius.
24. Restitutio in integrum, frustrà imploratur, contra diuisionem, per sortes factam.
25. In dubio iudicandum pro illis, quæ conducunt, tranquillitati, & paci publicæ.
26. Pacem conseruari, Reipub. interest.
27. Diuisio omnia magis tranquilla, & pacata efficit, quàm communio.
28. Fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, euertit argumentationes quibus inest.
29. Bonorum suorum conditionem, quatenus quis cognouisse credatur.
30. Præsupposito amore, eorum assertio.
31. Retortio optimus contrariorum dissoluendorum modus.
32. Diuidi adhuc, post mortem debent, quæ in vita diuisa non fuerant.
33. Diuisionem omnis rectè petit, cui id facere, iura expressim non denegant.
34. Fallacia consequentis destruit argumenta, in quibus reperitur.
35. Tutor tenetur omnia facere, quæ pupillo suo, vtilia sunt.
36. Tutor eandem præstat diligentiam, in rebus pupilli, quam quisq; paterfamilias diligens, propriis rebus adhibet.
37. Clausula: rebus sic stantibus: omnibus omninò, artibus humanis, inest.
38. Nouæ emergentia, nouo quoque auxilio indigent.
39. Tutor regulariter, de rebus pupilli transigit.
40. Tutor regulariter ad diuisionem prouocare potest.
Argumentum ab æquiparatis, validum in iure est.
41. Tutor, etsi regulariter, diuisionem petere non posset: posset tamen in casibus illis exceptis, & maioris præiudicij.
Regula, in casibus exceptis labefactatur.
42. Transactio, quam facit tutor, de re pupilli, decretum iudicis exigit, si ea auenamur, res pupilli immobiles, vel quæ seruando, seruari possint.
43. Quod & in diuisione, secus esse non habet.
44. Concesso vno, concessa omnia intelliguntur, sine quibus id, explicari non posset.
45. Minor, quatenus possit, prouocare ad diuisionem.
46. Diuisio fieri debet, etsi una pars rei, altera sit melior.
47. Indiuiduum censeri non debet, omne id, cuius partes tantum afferunt vtilitatis, quantum totum, respectu totius.
48. Diuidua censetur omnis res, quæ diuisione deterior non fit.
49. Consanguineus censetur nouisse conditionem rerum, consanguinei sui.
50. In indiuiduis tolures, vni adiudicanda, & alteri pecunia satisfaciendum.
51. Restitutio in integrum, etiam contra diuisionem per sortes porrigitur, si hinc secuta fuerit, enormissima, alterius diuidentium læsio.
52. Læsio enormissima, non præsumitur in ijs, quæ expediuntur, per peritos in arte.

Periti in arte omnia ea creduntur nouisse, quæ ad artem, quam profitentur, quoq; modo pertinent.

53. *Restitutio in integrum, contra diuisionem per sortes, frustra petitur, si præterea iudicis quoq; autoritas, diuisioni huic accesserit.*

54. *Consequentia non valet: est minor, ergò læsus.*

55. *Læsionem allegans, probare eam debet.*

56. *Etiamsi minor sit, qui illam allegat.*

57. *Minor non restituitur, ob satis minimam rem, vel summam, si hac restitutione negetur maiori rei vel summæ.*

58. *Cautio toties rellè postulatur, quoties alius suspicio aliqua inest.*

59. *Metus litis futuræ, est iustus metus.*

60. *Cautio rellè petitur, non solùm ob periculum iam instans, verùmetiam ob metum periculi venturi.*

61. *In periculo dicitur versari omnis is, qui in eo statu positus est, vt olim periculum incurrere possit.*

62. *Euenire potest iterum, quod semel iam enumerat.*
Transitus in symbolum habentibus facilior est.

63. *Cautionis remedium fragile.*

64. *Cautionis fragilitatis submittere sese nemo tenetur.*

65. *Cautio à nemine absq; causa exigenda.*

66. *Onere duplici, nemo aggrauandus.*

67. *Tutorum bona tacitè, administrationis nomine, pupillo obligata sunt.*

68. *Tutorum onera, ne incrementum recipiant, iudex prouidere debet.*

69. *Cautio, ye non amplius integra, exigi nequit.*

70. *Plus cautionis adhibendum, vbi periculum maius.*

71. *Reseruatio ius reseruantis conseruat, etiamsi contrarium quid iuri suo feciſſet.*

72. *Restitutio in integrum facilius denegatur, si ustusmodi restitutione præiudicium generaretur rei maiori.*

73. *Quisq; eo vti debet iure, quod statuerat in alium.*

74. *Cautio, quæ non releuat, si præstita fuerit, à quoquam etiam exigenda non est.*

75. *Tutor ius pupillo suo competens, remittere nequit.*

76. *Tutor non potest exceptionem peremtoriam pupilli remittere.*

77. *Tutor sua remissione pupillum præpedire non potest, quò minus olim ob læsionem petessam agat.*
Argumentum à maiori valet.

78. *Restitutio in integrum, competit etiam tunc, cum pupillo integrum est, contra tutorem vel curatorem experiri.*

79. *Cautionem de rato petens ab eo tutore, de cuius constitutione, & mandato constat, non est audiendus.*

80. *Interpretatio l. vulgò ff. de administr. tutor.*

81. *Tutor si primus ad diuisionem prouocat, loco actoris habetur.*

82. *Argumentum à tutore agente, ad tutorem prouocantem ad diuisionem, rellè cõcludit.*

83. *Lex, quod non dicit, nec nobis dicendum.*

84. *Ob fallaciam non cause, vt cause, concidit argumentatio.*

85. *Ad cautionem exigendam, quæ suspicio, qua item causa, sufficiat.*

86. *Metus timorisq; vani, nulla est excusatio.*

87. *Testamentum conditum tempore pestis, & secundum priuilegia testatoribus, ob pestem data, valet, etiamsi cessante iam peste, superstes adhuc manserit testator.*

88. *Victus victori, in expensas condemnandus.*

89. *Nisi iustam habuerit litigandi causam.*

90. *A separatis non infertur.*

91. *Hirundo vna, non facit ver.*

92. *Insiciendum non est id, quod rarò accidit, tantoq; minus id, quod semel tantùm.*

93. *Consequentia à possibili ad esse non valet.*

94. *De futuris contingentibus, non iudicat Ecclesia.*

95. *Cautio quo respectu remedium fragile dicatur.*

THEMA.

Reliquit post se, vir Nobilissimus H. à B. piè defunctus, duos ex legitimo thoro susceptos filios L. & G.

Hi verò, etsi bona plerag, post obitum patris diuisissent: nemora attamen, & syluas, plurimi precij, pro indiuiduo possederunt, donec alter fratrum G. in viuis esse quoq; desisset, & natum tantum vnicum, ex vxore procreasset. Cui ceu impuberi, à principe, Dominoq; feudi, tutores dati sunt.

Iam verò tutoris hi, pupilli sui patruum L. à B. ad diuisionem prouocant. Idq; ideò, quod conspicantur, superstitem fratrum, L. à B; longè maiori lignorum copia, ad ignem quotidianum alendum, necessariò indigere, quàm pupillum: & aliàs etiam, in lignis cædendis, modum illum æquabilem non obseruari, quem in lignis communibus succidendis, custodiri, par erat.

Sed & noua quæg, ædificia, à L. à B. extrui vident, cum ex parte pupilli sui, nihil tale præsumatur: pupillusq; interim, compensatione vlla, non fruatur.

Quod si ad rationum distractionem, id quod quotannis fit, peruentum fuerit, minima quæg pecuniæ quantitas accepta fertur, cum tamen ad deuastationem ferè vsq; arbusta, nec non grandiores pariter arbores præcisæ appareant. Tutores itag, hisce causis moti, ad diuisionem prouocant. Concipiunt enim bonam spem,

nam spem, posse se, nemoribus diuisis, maiori cum fructu & minori lignorum detrimento, rem pupilli gerere. Quandoquidem omnia pro libitu nunc, ab ijs, quos L. à B; vt nemorum curam agant, præfecerat, quosq; competescendi, tutoribus potestas non est, administrantur.

Ceterum L. à B. è diuerso, aut in totum diuisionem remouere, aut saltem aliquandiu adhuc, remorari conatur, hisce rationibus.

Asserit enim nemora hæc, nullam diuisionem commodam recipere. Eam ob causam, quod ipsi principi, in vna nemorum parte, ligna in vsum certæ ipsius ill. Cels. præfecturæ B; incidere, fas, atq; ius sit: sed & summè periculosum sibi esse, ait, in tam impuberi fratris sui defuncti filij ætate, diuisionem admittere. Cum posteà, si fratris filio incœpti, pœniteret, posset is, aduersus diuisionem, in integrum restitutionem postulare, adeoq; impetrare. Quod si fieret, omnem se operam, oleumq; perditurũ.

Quapropter, si are apud se sententiam, inquit, aut omninò non diuidere, aut si diuidere necesse plane habuerit, ad eam tamen non accedere, quàm accepta à tutoribus prius satisdatione, de se aduersus pupillum olim defendendo, siquidem is ad restitutionem in integrum aspirare conaretur.

Quæritur itaq. 1. num diuisionem iure recuset L. à B.

Et deindè an tutores, ejusmodi satisdationi sint onerandi, veluti à L. à B. petitur.

RATIONES DVBITANDI
QVÆSTIONIS
I.

ET quantum ad primam quæstionem attinet, dici posse, haud irrationabiliter videbatur: L. à B. iure, diuisioni, nemorum, & syluarum, sese opponere.

1 PRIMÒ: etenim indubitatum est illud, quod quisq; bonorum, quæ sibi propria sunt, naturam, & conditionem, rectius, penitiusq; cognitum, exploratumq; habeat, præ illis, quorum hæc bona, propria non sunt. *per trad. Br. in anth. sed cum testator. n. 5. C. ad l. Falcid. Br. in l. quisquis. n. 1. per ill. text. C. de rescind. vendit. Socin. in subscript. consilij. Rutin. 26. n. 31. volum. 3. Cephal. cons. 191. n. 7.*

2 Quod maximè in non cohabitantibus, procedit, locumq; inuenit. *per tradit. Dec. cons. 10. n. 86. vol. 1.*

Consequatur itaq; oportet, parentem pupilli quoq;, rectius qualitatem, & conditionem, lignorum, nemorumq; suorum addidicisse, quàm per tutores pupilli, vsq; huc fieri potuerit.

Hinc verò rursus rectè elicitur, cum is ipse defunctus, ligna, & nemora sua, cum fratre L. à B; pro indiuiso, ad mortem vsq; possederit, eum perspectum satis habuisse, commodi nihil ad se, ex diuisione, redundaturum: proindeq; diuisionem, ne hodie quidem pupillo, vtilem fore, commodumq; quod allaturam.

SECVNDÒ: certi quoq; iuris est: quod 3
longè minus, in rebus pupilli posse tutor, quàm pater in rebus filij. *arg. l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib. & l. vlt. §. sin autem in fin. C. cod. ut fac. testam. Pinel. in l. 1. p. 2. n. 20. & seqq. C. de bon. mat.*

Restat itaq; vt concludamus, non decere tutores hos, ad diuisionem prouocare. Quandoquidem parens pupilli eorum defunctus, hanc nunquam expetierit, vel postularit.

TERTIÒ: dubio quoq; omni caret, quod 4
diuisio sit quædam transactio. *Br. in l. tres fratres & ibi DD. reliqui. ff. de pact. DD. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. Raph. Fulgos. cons. 120. an pr. Card. Paris. cons. 12. n. 7. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 32. n. 12. vol. 1. & cons. 39. n. 104 vol. 2.*

Non itaq; tutores hos, ad diuisionem aspirare posse, rectè ratiocinabimur.

Nec enim de re pupilli, rectè transigit tu- 5
tor. *Iaf. in l. vlt. n. 122. C. de iure emphyt. Tiraq. de retr. p. 1. §. 1. gl. 14. n. 60. Eman. Soar. receptar. sent. lit. A. n. 147. Minsf. cons. 45. n. 4. & 8.*

QVARTÒ: illud quoq; prouisum in iure 6
est: quòd pupillus & minor, ad diuisionem prouocare, neminem possint. *text. in l. pennult. & ibi Br. & DD. C. de pred. minor. Br. in l. subemus. l. 2. in pr. n. 7. C. de sacros. Eccl. Br. in l. inter pupillos. ante. n. 1. ff. de autor. tutor. Bl. in l. 1. n. 4. C. si aduers. transact. Guidelm. Redoan. in tr. de reb. Eccl. al. vel non. q. 2. c. 35. nu. 2.*

Successu itaq;, & præsens diuisio meritò carebit, cum hanc L. à B. prouocatus ne expetat quidem, tantoq; minus pupillum, ad diuisionem faciendam impellat.

QVINTÒ, ita demum instituenda erit di- 7
uisio, si res, quæ diuidi petitur, commodam diuisionem recipiat. *Vtuex Cassr. attestatur Bertachan repert. in v. diuisio. n. 31. & est text. ad literam in l. ad officium. C. com. diuid.*

Iam verò, nemora, syluæq; de quibus nunc agimus diuisionem commodam non patiuntur. Etenim in vna nemorum parte, plura longè visuntur loca, arboribus & virgultis vacua, quàm in altera: hæc item pars, annosiores, longeq; robustiores insitas habet arbores, quam illa: sed & seruitus illa principi competens, quæ certi tantum nemorum parti incumbit, atq; inhæret, quaq; tot ligna, quot princeps vult, cædere, in vsum præfecturæ B; integrum atq; permissum est, partui faciendæ non est.

Cessare

Cessare itaq; hic diuisionem omnem, dicendum planè erit.

8 SEXTÒ: ob id quoq; diuisionem instituendam non esse, respondendum videbatur: quod diuisio quæ inefficax, & infrugifera, futura est, nec petenda, nec concedenda sit. *Vti in specie decidit Cardm. Paris. cons. 127. n. 14. vol. 4.*

Iam verò præsens diuisio, siquidem perageretur, infrugifera planè, atq; inutilis foret.

9 Quandoquidem ne aduersus diuisionem quidem, ope in integrum restitutionis, minori
* venire, denegatum sit. *DD. communiter in l. fi maior. vbi est textus ad literam. C. communi diuid. tot. tubr. & nigr. C. si aduers. transact. vel diuis.*

Quare huius generis diuisiones, petendæ à quoquam non sunt: aut si petuntur à quoquam magistratuum, non sunt concedendæ.

RATIONES DECIDENDI QVÆSTIONIS I.

VErum omnia hæc, & si quæ alia eius generis afferrentur, non remorabimur, quin in contrariam descendamus sententiam, diuisionem nempe à tutoribus his, iure peti, & à magistratu, petitioni huic, locum dandum esse.

10 PRIMÒ etenim: iuris est notissimi, quod communio discordiam pariat. *l. in re communi. ff. de seruit. vrb. pred. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. gl. in c. nullus. 17. q. 4. Cardm Paris. cons. 100. n. 3. cons. 106. n. 18. & cons. 34. n. 41. vol. 2.*

11 Quodq; ob id nemo, in communione stare teneatur. *l. si non sortem. §. si centum. & ibi Br. n. 1. Iaf. n. 3. & DD. ff. de cond. ind. spec. in tit. de lib. concept. §. vlt. n. 11. & in tit. de iudic. §. sequitur. n. 6.*

12 Et hoc iure caetenus quidem vtimur, vt nec pactum, de nullo vnquam tempore diuidendo, valeat, iureq; subsistat. *l. in hoc iudicio. §. si conuenit & ibi Br. & Alex. de Imol. ff. com. diuid. speculat. in tit. de fend. §. quoniam. n. 10. vers. item pactum de non diuid.*

13 Quantumuis iuramentum accesserit. *teste Aemil. Mar. Manol. in add. ad Bertach. in v. diuision. 91.*

14 Nec præceptum testatoris, ne heredes bona hereditaria vnquam diuidant, obseruari, custodiriq; debeat. *Paul. de Castr. d. l. si non sortem. §. si centum. & ibi Iaf. n. 5. vbi hanc opinionem æquiorem esse, attestatur. ff. de condict. indeb. Alex. cons. 110. col. 3. vol. 3.*

15 Etiamsi rursus iuramentum heredis, huic præcepto accessisset. *Hipp. de Marsil. sing. 9. Oldrad. cons. 241. n. 1.*

Quid igitur vetet, quò minus tutores ad diuitionis petitionem, recè accessisse dicamus, equidem non perspicio?

16 SECVNDÒ: certò illud quoq; constat, quod quilibet non prohibitus diuisionem petere, rectè ad iudicium diuisorium pronocet, *tradente Specul. in tit. de iudic. §. quarto vers. de diuisione & seq. Alex. in addit. ad Br. in l. vlt. C. comm. diuid.*

Iam verò inter prohibitos, tutores non re- 17
periuntur. Quinimò cum tutores domini, rerum pupillarium sint: *l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emt. Piag. in tr. de tut. & cur. q. 15. n. 29.*

Mandatumq; cum libera, habere dican- 18
tur. *gl. in l. mandato generali. ff. de procurat. Piag. d. q. 15. n. 71.*

Extra controuersiam autem omnem posi- 19
tum sit, dominis communi diuidundo actionem dari. *l. 4. ff. comm. diuid.*

Contrarium potius statuendum erit: di- 20
uisionem nempe facere, tutoribus omninò, permistum esse. *Id quod ex rubr. & nigr. C. si aduers transact. vel diuis. mm. resl. velut: satu luculenter apparet.*

Ob tutorum idcircò personam, diuisioni huic, moram nullam afferri, planè perspicuum est.

TERTIÒ: constituti quoq; iuris illud est, 21
quod toties ob contradictionem aduersarij, diuisio non impediatur: quoties ad aduersarij contradictionem, aliud præterea impedimentum, non accesserit. *Vti in specie decidit Bartol. Socin. cons. 68. vers. secundo dato quod præd. ta in fin. volum. 1.*

Iam verò vti decebat, edoceri nequit, diuisioni hîc, verè quicquam obstare: Consequens igitur erit, nec ob solam contradictionem aduersarij quidem, hanc distentam esse, oportere.

QVARTÒ: peruulgatum illud quoq; est: 22
quod in omnibus illis casibus, vbi aliàs prohibita est diuisio: rectè tamen adhuc, ad illam progrediamur, si id exposcerit, vel natura socij biliosior, & ad rixas propensior: vel suadeat item pupilli vtilitas, hunc socium rei communis, vlterius non habere. *l. si conuenerit. & ibi Br. n. 2. ff. pro Soc. Br. in l. subemus la. 2. in pr. & ibi Bl. C. de sacrof. Eccles. Br. in l. inter pupillos ante n. 1. ff. de autor. tutor. Bl. in l. 1. n. 4. C. si ad transact. Bl. in l. 2 dell. 2. n. 4. C. quand. & quib. quarta pars lib. 10. Bl. in l. vlt. C. comm. diuid. Guilelm. Redoan. in tr. de reb. Eccl. q. 2. c. 35. n. 2. & alios complurimos in id adducit Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 33. n. 290. vbi hanc esse communem opinionem, ex Benedicto Capra attestatur, & alios infinitos ferè rursus recensct Octau. Simoncell. in tr. de decret. in reb minor. tit. 4. nu. 6.*

Cum itaq; inficias ire nemo possit, quod hæc præsentium nemorum communio, causa hactenus fuerit, plurimæ turbæ, atq; rixæ, tum inter ipsum L. à B. & tutores: tum inter L. à B. & pupilli familiam: quod item minimè è re pupilli sit, in hac syluarum communione diutius commorari.

Diuisionem in præsentia permissam esse, etiamsi prohibita aliàs foret, consequens erit.

QVAN-

23 QVINTÒ: in illis quoq; casibus, in quibus aliàs, pupillo vel minori, eiusq; tutori, vel curatori, ad diuisionem prouocatio denegatur: illa permittitur, licitaq; fit, quoties eam, vel euidens pupilli, vel minoris vtilitas, vel é diuerso, damnum & detrimentum eius promanans, suaserint, atq; iusserint. *Cyn. Br. Bl. & DD. in d. Isubenus la 2. in pr. C. de sacros. Eccl. DD. in l. penult. per ill. text. C. de præd. minor. Socin. in tr. regul. reg 228. fall. 2. Roned. Capr. com opin. lit. M. n. 7. Mant. Montan. d. c. 33. n. 209. Zas. in l. 1. cui bonis. n. 10. ff de verb. oll. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. casu. 171. nu. 37. Cravet. cons. 268. in fin.*

Vtrunq; horum, in præsenti casu adest. si enim nemora, sylueque diuidentur, certa item loca definiantur, in quibus statis temporibus, quotannis ligna cædantur: id emolumento pupillo fore, nec tantoperè ligna posthac, vastationi fore obnoxia, dubio procul est: & ex contrario, si communio hæc, etiam in posterum perdurabit, non nisi damno, & detrimento pupilli, id fiet, veluti superiùs est commonstratum. Vt taceam hæc ligna, hactenus, aliquandiu ab ipso principe ne partes venirent ad arma, cum haud leue pupilli intertrimento, fuisse sequestrata.

Tantò itaq; æquius erit, tutorum preces à magistratu exaudiri.

24 SEXTÒ: contra diuisionem, quæ per sortes fir, minori in integrum restitutio non datur. *Vbi in indultu scriptum reliqui Bl. in l. ait prætor. §. hodie. n. 1. ff de minor. Antou Gomez. var. resol. lib. 2. c. 14. n. 14. in fin. Tiraq. in tr. de primogen. q. 17. n. 96. Arr. Pucel. ad l. 2. p. 2. c. 1. n. 6. C. de rescind. vendit. Bertach. in repert. in v. diuisio. n. 76.*

Cessare itaq; hîc, restitutionem in integrum, omnibus constare iam arbitror.

Etenim non nisi per sortes, diuisio hæc expediri debet.

25 SEPTIMÒ & postremò: in dubio quoque casu, secundum legitimas sanctiones, pro illis pronunciandum est, quæ tranquillitati publicæ pacisq; conducunt. *arg. c. nisi essent. & ibi Anton. de Butr. Abb. & Canon. reliqui ext. de prab. c. hu quæ & ibi DD. ext. de maior. & obed. c. quod sitat & ibi DD. ext. de cl. d. Solin. Nop. cons. 68. n. 158. volum. 4.*

26 Etenim pacem conseruari, Reipublicæ interest. *l. congruit ff. de off. præsid. l. si quis ingenuum. §. vlt. ff. de captiu. l. 5. §. quies. ff. de off. præf. vrb. Br. in l. ambitiosa n. 24. ff. de decret. ab ord. fac.*

Hæc itaq; superesse adhuc aliquid, quod perplexum etiamnum iudicem teneat, concedatne, an vero deneget, diuisionem: in hanc tamen sententiam, ob iam adducta, semper erit prochuior, quæ concedendam
27 esse, suadet. Iuris enim prouisi est: Diuisionem omnia pacifica magis, atq; tranquilliora, reddere, atq; efficere. attestante id ipsum Cardin. Par. l. cons. 69. n. 16. vol. 2. per l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de l. 3. 2.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM
QVÆSTIONIS
I.

POrrò huic, non facessunt negotium sententiæ, quæ ceu pugnantia cum illa, ante hoc adducebantur:

Etenim ad PRIMVM quod attinet: quemq; nempè rerum suarum conditionem, atq; naturam, pœnitiùs nosse, quàm extraneus quispiam, eam norit: satisheri huic plurifariam potest.

Primò enim latet in eo, à dicto secundum 28
quid, ad dictum simpliciter, fallacia. Cuiusce-
modi argumentationes vitiosæ sunt. *Fuer. in præamb. top. n. 24. v. quando autem sit mutatio a li secundum quid. Bl. in l. apud antiquos ante n. 1. C. de furt.*

Nam quod dicitur: quemq; vires patri- 29
monij sui nouisse: simpliciter verum non est, sed respectiue tantum, & quatenus, illud patrimonium, alicui recenter non obuenerit: sed diu iam ab aliquo fuerit possessum. *Pro vt hoc in indultu dixit Br. in d. auth sed cum t. §. tuor. n. 5. C. ad l. Falc. id. text. in l. qui nondum. C. de hered. vel act. vend.*

Iam verò negari nequit, quin hæc bona, parenti pupilli defuncto, paucis ante annis obuenerint, quàm moreretur: quod item is ipse, ob diutinum, quo laborabat morbum, ligna hæc, nemoraq; raro inuiserit, & præterea in œconomia, non satis exercitatus fuerit, vtpote qui animum, antehac ad studia, appulisset.

Non itaq, huc pertinet, quæ in contrarium adducebatur, iuris maxima.

Sed etsi maxima hæc, generaliter vera esset, atq; obtineret, ob id tamen nihilominùs, contrario argumento, proficeretur quicquid. Caret enim ijs, quæ facit, præsuppositis.

Etenim l. à B. inficiari nequit, & si inficiaretur, conuinci attamen, facili momento posset, quod & pupilli parens, sæpiusculè ad diuisionem prouocarit, licet tandem re infecta, vitam cum morte commutaret.

Collabitur itaq;, primum hoc contrarium. 30
Cum iuris sit: quod remoto præsuppohto, corruat, quæ hinc connectabatur assertio. *Cravet. cons. 487. n. 8. Cephal. cons. 407. n. 48.*

Vt taceam, inuersioni (quæ optimus con- 31
trariorum dissoluendorum modus est. *Fuer. in præamb. top. n. 18. text. in cum omni negotio. & ibi Canon. communiter ext. de testi.*) *vt. locum esse.* *

Etenim auus pupilli H. à B. qui longissimo tempore, nemora hæc possedit, conditionemq; eorum, sedulò perscrutatus fuit, peremit: scripto comprehendam diuisionis formulam, filijs tradidit, quam in ligna diuidendis, sequerentur.

Non

Non itaq; immerirò, contrarium hoc argumentum, in ipſum aduerſarium retorquemus. Nam ſi auus in lignis, nemoribusque exercitatiſsimus, conſcribi fecerit, certam, qua filij, in lignis hiſce diuidendis vterentur, normam: irrationabile planè erit, dicere, tutores, temerè & incōſultò, diuiſionem horum
32 appetere. Cum iuris quotidiani ſit: quod ea, poſt mortem diuidi debeant, quæ in vita diuiſa non fuêre. *l. quæ pater. & ibi Br. ff. fam. herciſc.*

Ad SECVNDVM deindè contrarium reſpondetur, quod antecedens ad quendam modum valeat: interim tamen conſequentia, nihilominus falſa eſt.

Non enim plus poteſtatis tutores ſibi arrogant, dum diuiſionem fieri requirunt, quàm ipſe pupilli, parens defunctus.
33 Potuiſſet enim vtiq; parens, præſentis pupilli, ſi idipſum voluiſſet, ad diuiſionem prouocare. Cum idipſum, niſi expreſsim prohibito, denegatum non ſit. *Tradente Alex. in add. ad Br. in l. vlt. C. com. diuid. & ſuperius eius rei fides facta eſt.*

Cum itaq; hoc argumentum, in fallaciam conſequentis incurrat: conſtare nullo modo poterit.

34 Etenim corruunt argumenta, quibus conſequentis fallacia ineſt. *Euerard. in præamb. top. n. 24. verſ. quando autem ſit mutatio ex minus. & in loc. à part. enum. n. 3. & in loc. à comm. accident. n. 10.*

Sed & inuerſione ſeu retortione, contrarium hoc, diluere poſſumus. Veluti enim ſuperius indicauimus, ipſe pupilli parens, ſæpius diuiſionem appetijt, etiamſi tandem, ante diuiſionem impetratam moreretur.

Non itaq; tutores noſtri, diuiſionem fieri deſiderantes, quicquam tutoris officio indecens, committunt.

Etenim, cum ipſe defunctus, conducere rei ſuæ familiari putarit, ſi diuiſionem nemo-
35 rum vrgeret: quilibet autem tutor, ſummè ſit obligatus, ad faciendum ea, quæ pupillo ſuo, vtilia ſint. *pro vt hoc docuit Piag. in tr. de tut. & cur. q. 7. n. 22. & q. 15. n. 30.*

36 Quinimò tutor quilibet, eam teneatur adhibere diligentiam, in rebus pupilli ſui, quam quiſq; diligens paterfamiliàs rebus proprijs impertiretur. Veluti hoc tradidêre rurſus *gl. in l. à tutoribus. ff. de adm. tut. Br. in l. 1. C. de condit. in pub. horr. lib. 12. & Roman. Caſtr. & Dec. in loc. à Paul. Montan. adductis in tr. de iure tutel. & curat. c. 32. reg. 9. in pr.*

Aliud dicere non poſſumus, quàm hiſce tutoribus, incubuiſſe hactenus, & etiamnum incumbere, vt videant, quo pacto, diuiſionem conſequantur.

Quandoquidem diligens quiſque paterfamiliàs, magis diuiſionem & ſeparationem, rerum communium, quàm communionem ipſam amplectatur. Vt ex ijs, quæ ſub prima deciſionis ratione tradidebantur, apparet.

Accedat ad hæc, quod in eodem amplius ſtatu, res non fuit, in quo fuerant, dum viueret adhuc paterfamilias. Nulla enim tunc apparebat inæqualitas, in cædendis lignis, ad ſuſtentationem ignis quotidiani, quo vterq; in domibus ſuis vtebatur, quod ſpectat: tot item motus, turbæ, & rixæ, excitatæ non fuerunt.

Fac itaq;, nunquam pupilli parentem diuiſionem concupiuiſſe: hinc tamen nihilo magis, ad ſtandum in communione, alligabuntur tutores.

Etenim omnem actum, tam morientium, 37
quàm viuentium, rebus ſic ſtantibus, intelligi oportere, incogniti iuris non eſt. *Vulgat. l. quod ſeruus & ibi Iaſon. 8. & ſeqq. & Purpur. in addit. & DD. communiter. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* *

Sicuti è diuerſo, quæ nouè emergunt, no- 38
uo quoq; remedio, atq; auxilio indigent. *l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interr. act. cum ſimilib.*

Porrò, vt ad reſolutionem tertij quoq; contrarij pergamus: Non negatur id, quod ibi habetur: diuiſionem, quandam tranſactionem eſſe: interim autem pernegatur, tutorem regulariter ad tranſactionem accedere non poſſe. Quinimò ſi diſpoſitio L. præſes C. de tranſact. & ibidem à DD. tradita rectius conſiderentur, manifeſtum ilicò fiet, 39
regulam in contrarium conſtituendam eſſe: tutorem nempè de re pupilli, regulariter transactionem, facere poſſe. *Pro vt hoc, ita in ſpecie reſoluit Caccialup. in tr. de tranſact. q. 7. n. 6.* *

Diffluit itaque, quod hinc extruebatur, 40
TERTIVM contrarium, & ex contrario, rectè ſtatuimus: cum tutor regulariter, rectè, & cum effectu tranſigat: eundem quoq; iure concedente, regulariter diuiſionem petere, atq; impetrare poſſe. Ducto nimirum argumento, ab æquiparatis, quod in iure, forte, vtile, & frequens eſt. *gl. vlt. in l. ſi quis ſeruo & ibi DD. C. de furt. Iaſ. in l. ſi arrogantur Col. ante penult. ff. de adopt. Cran. in tr. de antiq. temp. p. 4. §. tranſeo nunc ad quartam n. 98. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 19. n. 150.*

Sed eſto, regula negatiuè concipienda e- 41
rit, tutorem nempè regulariter, tranſigere, aut diuidere non poſſe, nihilò tamen magis conſtabit contrarium. Cum oporteat id, per caſus à regula exceptos, reſtringi, atq; limitari: Nemo enim eſt, qui neſciat, regulam in caſibus exceptis vitiari, atq; aſtringi. *l. 1. ff. de reg. iur. l. in his. l. quod verè & l. ius ſingulare. ff. de ll. Euerard. in top. in loc. ab except. ad regul. n. 1.* iam verò ante hoc, ſub quarta deciſionis ratione fides facta eſt: quod etiam in prohibitis caſibus, tutor ad diuiſionem rectè accedat, quoties id ſuaſerint, vel conditio ſocij, in re communi, vel cuidens vtilitas.

Sed & ibidem demonſtrabatur, vtrumq; requi-

requisitum, hic concurrere. Patet itaq; conclusio per se, nempe tertium hoc contrarium, ad impediendam diuisionem, frustrà obijci.

42 Non obstat quoq; illud, quod attamen iura, tam in transactione. *Bl. in d.l. præses n. 8. C. de transact. Bl. in l. 1 n. 1. C. si ad transact. Caccialup. in tr. de transact. q. 7. n. 6*

43 Quam in diuisione, decretum iudicis desiderent, siquidem in his, res pupilli immobiles, vel eæ, quæ seruando seruari possunt, abalienentur. *Br. an l. inter pupillos. n. 1. ff. de autor. tut. Oldau. Simoncell. in tr. de decret. dit. 9. n. 33. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. casu. 171. n. 39. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 25. n. 28.*

Nam & decretum hoc iudicis, præsto est. Cum enim sæpius, Cameræ Electoralis Brandeburgicæ Assessores, certos deputarint delegatos, quibus nemorum horum diuisio, demandaretur: idipsum meherclè loco decreti, & causæ cognitionis erit.

44 Cum iuris sit vulgatissimi: quod concesso aliquo, simul quoq; concessa intelligantur omnia ea, sine quibus inutilis foret, aut explicari requiret concessio. *Tiber. Dec. conf. 41. n. 45. vol. 3. Crau. conf. 871. n. 6.*

Et, si quod præterea decretum desideretur, dubium tamen non est, quin vti se res in præsentia dant, illud ipsum facilè impetrari, concediq; debeat.

Cessat itaq; tertium hoc contrarium.

Quarta dehinc obiectio, huic quoque casui, adaptari non potest.

Nam etsi, si dextrè intelligatur verum sit, quod minor, tantoq; minus pupillus, ad diuisionem prouocare nequeant: interim tamen idipsum, generaliter accipiendum non
45 erit. sed secundum quid tantum, & quatenus minor, insuper habito decreto iudicis, & absque curatoris sui autoritate, idipsum aggressus fuerit. *Vti in iniuidno scribit Br. in d.l. inter pupillos. nu. 1. ff. de autor. tut. Bl. in l. 1. C. si aduersus transact.*

Iam verò in præsentia, ipsi tutores, diuisionem fieri efflagitant: magistratus item, decernendo Commissarios, qui diuisioni præessent, decretum suum impertitus est.

Locus itaq; nullus, quarto huic contrario relinquitur.

Vt scientes, prudentesque prætereamus, alios plærosq; in iure quo vtimur, reperiri casus, in quibus hoc quoq; aximoma contrarium, fallit. Veluti sub quarta, quintaq; decisionis rationibus, iam edocuimus.

Quintvm post deindè contrarium, caret suis præmissis, atq; præsuppositis.

Labascere itaq; idipsum necesse est.

Nam etsi vna, alteraq; asseratur, subesse difficultas, diuisionem fieri impediens, vt ordinè has recensuimus, sub dubitandi rationibus: ita tamen comparatæ, hæ omnes non sunt, quod remedium his vllum, afferri nequeat.

Concedamus etenim in vna partium nemoris, refertissimas, grandissimasq; stare arbores, in altera verò nil tale reperiri: poterunt tamen mensores loca vacua, à locis arboribus oppletis secernere, & vtriq; diuidentium post deindè, suam ex his portionem, in diuisione attribuere.

Eodem quoq; modo, se se habet, secunda in medium prolata, difficultas, proceriores nempè arbores hic, quàm illic, in nemoribus apparere: poterunt namq; in locum vnius iugerum, arboribus annosioribus refertum, substitui iugera duo, aut vnum iugerum cum semisse: atq; ita æqualitas conseruari.

Qua itidem ratione, res quoq; temperanda erit, respectu oneris, ipsi Principi, in certa nemorum parte, competentis.

Vt tacem, pecuniam quoq;, apponi posse illi parti, quæ altera est inferior, & si quæ alia excogitari poterunt remedia.

Non itaq; hæc memoria expertia diuisionis dijudicabimus. Nam adhuc diuisio fieri debet, quantumuis vna pars rei, altera sit melior. *Vti ex Bl. in l. si ex facto. n. 13. C. de transact. docet Bertach. in repert. verb. diuisio. n. 18.* 46

Sed & illa res, indiuidua censeri non debet, cuius partes, tantam afferunt vtilitatem, respectu partis, quantam totum respectu totius. *l. in executione. § secunda species. ff. de verb. obl. Br. in l. stipulationes non diuiduntur. q. 4. ff. de verb. obl. Crau. conf. 239. n. 6. conf. 644. n. 1. vers. rursus.* 47

Ceterum idipsum fiet, siquidem remedia, de quibus paulò antè vidimus, diuisores, ob oculos sibi posuerint.

Quinimò omnis res, quæ diuisione non fit deterior, pro diuidua censetur, atq; habetur. *tradente Bl. in l. sancimus ad fin. ferè. C. de donat.* 48

His accedit & illud, quod quidam agnatorum horum nobiliùm, nuper pollicitus fuerit, se diuisionem, primarij illius nemoris, in quo præterea solo. ius lignandi princeps ipse habet, absq; insigni omnium læsione, perfecturum.

Non itaq; nemora hæc, diuidi non posse, æstimabimus. Nam præter id, quod L. à B. ipsemet, non inficiabitur, hunc suum agnatum, probe cognitum, exploratumq; habere, nemora ista, stat quoq; ab agnato hoc, illa iuris præsumtio, quæ vult: consanguineum notitiam eorum, quæ ad consanguineum spectant, habere. *l. oct. uus. ff. vnd. cogn. Bl. in l. vlt. §. 1. col. 5. C. de iur. delib. purpur. in l. 1. n. 92. ff. si cert. pet. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 24. n. 9. & seqq.* 49

Sicuti nec auus quidem pupilli, nemora hæc, inter indiuidua recensuit, cum certam diuisionis futuræ descriptionem, filijs suis ambobus, quam imitarentur, post se reliquerit.

At esto, sint hæ syluæ, natura sua indiuiduæ: non tamen ob id, in communione perseuerare coguntur, tutores. Quin potius vni syluæ integra, alteri verò pecunia, pro parte sua cedet.

50 Pro vt hoc, quod in rebus, quæ diuisiones expertes sunt, vni tota res adiudicari, sub hac conditione, vt alteri pecunia satisfiat, debeat, *exprimit text. in l. 1. & ibi Br. n. 2. Bl. n. 2. C. comm. diuid. Br. in l. ad officium & ibi Bl. C. eod. tit. Tiber. Decian. conf. 15. n. 38. vol. 1.*

Non itaq; ea, quæ quinta hæc obiectio in sese complectitur, diuisionem remorabuntur.

Ceterum, SEXTÆ quoq; obiectioni, non minus ac præcedentibus reliquis, sua desunt, quibus inniteatur, præsupposita.

Negatur enim prorsus, hanc diuisionem, inutilem, infrugiferamq; futuram: & è diuerso, commodi, vtilitatisq; multum, pupillum hinc consecuturum: damnique itidem multum, eundem cuitaturum, certò affirmatur.

Vndè obsistere nequit id, quod attamen minor, maior factus, si diuisionem ratam habere non vult, in integrum restitutionis remedium, postulare posit. Nam vt ostendit, sexta decisionis ratio, nec semper, nec vbiq; istud verum est, sed casenus tantum, quatenus per sortes, diuisio non celebratur. Quam verò hîc, absq; sortibus non celebratum iri, certum est.

51 Sed & huc non pertinet, illud, quod dicitur: quod aduersus diuisionem quoque per sortem, si enormissima, & vltra dimidium iusti læsio subest, in integrum restitutio, minoribus læsis porrigatur. *Bl. in l. maioribus. C. com. vt. iud. Iaf. in l. si duobus. n. 10. C. comm. de legat. Franc. in Rubr. n. 10. ext. de appell. Dec. in c. licet causam. n. 28. ext. de probat. sequuntur q, aly, quos recenset Tir aq. in tr. de primog. q. 7. opin. 1. n. 97.*

Nam ad hoscè scopulos hîc non impingemus. Quinimò vt offendicula hæc, euitarentur, peritos in arte mensores, tutores adhibere cupiunt, quibus opitulantibus, læsio omnis, præsertim verò ea, quæ enormis sit, declinari poterit.

52 Nec enim quisquam, enormem læsionem pati creditur, peritis in arte interuenientibus. Cum ab illorum partibus stet præsumtio, quod fideliter omnia, ad artem suam facientia addiderint. *l. 1. ff. de vent. inspic. auth. habita. C. ne fil. prop. pat. Tiber. Decian. conf. 2. n. 41. volum. 2.*

53 Sed & aduersus diuisionem per sortes, toties in integrum restitutio, etiamsi in diuisione hac, vltra dimidium iusti læsio interueniset. cessat; quoties ad diuisionem, autoritas insuper superioris accesserit. *tradente in indutiuo Petr. de Ubal. in tr. de duob. fratr. p. 11. nu. 87. quem refert & sequitur Bertach. in repert. in v. diuisio. n. 102.*

Quam attamen hic intercessisse, meritò affirmamus, ob delegationes diuersas, quas diuisionis faciendæ nomine, supremi huius territorij Iudices, diuersis temporibus decreuerunt.

Porrò ponamus: contra diuisionem per sortes, in integrum restitutionem, generaliter obtinere: ante tamen plura interuenire oportet, præter minorem ætatem, quàm ista hæc restitutio indulgeatur.

Falsum enim planè est, quod consequentia hæc: est minor: Ergò læsus, aptè concludat, aut valeat. *Vti hoc in indiuiduo attestatur Tiber. Decian. conf. 39. n. 149. vol. 2. Masc. in tr. de probat. conl. 962. n. 2. text. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.* 54

E diuerso verò, certissimum est: quod omnis, qui se læsum, deceptumq; esse asserit, idipsum probare sit obstrictus. *c. 3. ext. de eut. & veud. gl. & DD. in l. 2. C. de rescind. vend. Natta conf. 650. n. 8.* 55

Qua in re ne minori quidè parcitur. *Masc. d. concl. 962. n. 2. Decian. d. conf. 39. n. 148. vol. 2.* 56

Et præterea opus est, iudicem tunc edoceri, non de qualibet læsione, sed de ea, quæ maxima, atq; insignis est. Cum iuris sit notissimi: quod propter satis minimam rem, vel summam, si maiori rei, vel summæ præiudicatur, non audiatur is, qui in integrum restitui postulat. *l. fin. ff. de rest. in int. Arr. Pinel. in l. 2. p. 1. c. 1. n. 26. C. de rescind. vendit. Paul. Moutan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 33. n. 301.* 57

Ex adductis igitur, loco obiectionis sextæ, restitutio adhuc necessariò non consequitur: tantum abest, vt metu eius, diuisio præpediri posit.

II. QVÆSTIO.

RATIONES DVBITANDI.

SECVNDÒ, quærebatur de eo, anne tutores iure compellantur, ad præstandam cautionem, quam diuisionis nomine, ab eis L. à B. exegerat.

Verum id quoq; fieri debere, primo intuitu, haud abs re dicendum videbatur.

PRIMÒ: etenim iuris est peruulgatis: quod vbicunq; actui alicui, ineat suspicio aliqua, ibi iure postuletur, adeoq; impetretur cautio. *Bl. an auth. hoc iuris. n. 2. C. de solut.* 58

Iam verò, haud vano timore percellitur L. à B. ne eum olim, ob diuisionem hanc, infestum reddat pupillus.

Etenim litis metus, iustus metus est. *Ripa in l. 1. §. fabiata. n. 19. ff. ad S. C. Trebell.* 59

Necessatiò itaq; consequitur, cautionis onus, à tutoribus subeundum esse.

Nec obstat, quod attamen plures antè effluere annos oporteat, quàm pupillus, ad in inte-

in integrum restitutionem petendum, aptus
60 fiat. Nam, non propter periculum iam iam instans solùm, verumetiam propter metum periculi, cautionem rectè petimus. *per trad. Decian. conf. 17. n. 42. vol. 2.*

61 Cum omnis is, qui in eo statu positus est, vt periculum incurrere possit, iam in periculo versari, haud abs re dicatur. *Vt loquitur Corn. conf. 154. n. 1. vol. 3. & conf. 53. n. 4. vol. 4.*

Eiusdem quoq; farinæ, illa est obiectio: quod attamen adhuc sub iudice, veluti ex ratione decisionis, quæstionis primæ sexta, apparet, lis sit, victor ne, an victus, pupillus noster, siquidem iudicio rescissorio agere cœpisset, ex lite discessurus sit.

Ad minimum enim litis sumtus facere, aliasq; diuexationes interim perferre, L. à B. cogeretur. Quare haud perperam, cautionem petit. Eccur enim frustrà impensas faceret, litisq; molestias deuoraret? *contra. l. cum de indebito. ff. de probat.*

Secvndò: tantò maiori æquitate, L. à B. cautionem hanc postulare, ideò videbatur, quod iam in familia illorum à B; extent exempla eorum, qui cum fratrum suorum filijs, sub tutorum potestate constitutis, syluas communes diuiserant, & post deinde eos sat duros, molestos, & laboriosos experiri, coacti fuêre.

62 Hoc itaq; per L. à B. præcaueri, quis iniquiori feret animo? Quod enim semel euenit, euenire iterum potest: & in habentibus symbolum, transitus facilior est. *l. in rem. §. item quæcunq. ff. de rei vind. Tib. Decian. conf. 1. n. 99. vol. 1. conf. 6. n. 25. eod. vol. Crau. conf. 805. n. 15. conf. 980. n. 8.*

Tertiò tantò minus, quod conquerantur tutores habent, ob exactam ab eis cautionem, cum eos sat molliter à L. à B. adhuc tractari, videatur, dum se, suaq; cautionis lubrico concredit.

63 Cum tamen aliàs, lippis etiam, & tonsoribus notum sit: cautionis remedium fragile esse. *l. cogi. §. pater in fine & l. qui ita instituus. §. 1. ff. ad S. C. Trebell. Tit. aq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 18. nu. 33.*

64 Nemineq; cogendum, vt sese, illi submittat. *l. pupilli. ff. quod falsò tut. aut. Crau. cons. 665. nu. 11.*

II. QVÆSTIONIS RATIONES DECIDENDI.

Sed vtut hæc sese habeant, impelli tamen me, ob ea non finam, vt statuam sententiam hanc iuri consonam, ideoq; sequendam esse. Quinimò arbitramur, tutores hosce, à cautionis onere, planè immunes, atque excusatos fore. Id vt sentiam, sequentibus adducor rationibus.

Primò etenim, certissimi iuris est: quod 65
à nemine absq; causa, cautio exigi debeat. *Fr. Aret. in l. 2. in pr. n. 13. ff. sol. matr. Alex. in l. stipulationum la. 2. n. 12. ff. de verb. obl. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. casu. 140. n. 1. Petr. Vander. in tr. de præsid. credit. c. 16. n. 5. fac. l. hæc stipulatio. §. vlt. ff. vt leg. nom. cau. l. in omnibus. ff. de iudic.*

Consequitur itaq;, tutores nostros, ad præstandam cautionem, adigendos non esse.

Nam si ea, qua par est assiduitate, expendantur, quæ adducta sub 6. decisionis ratione & sub refutatione, obiectionis contrariæ sextæ, quæstionis primæ, anteà fuêre: manifestè apparebit omnibus, L. à B. iustam, iureq; cognitam, prætendere non posse causam, ob quam cautionem exigens, tutoribus molestus sit.

Sed & Secvndò, iura expressim sanci- 66
uerunt; quod nemo duplici onere, aggrauari debeat. *l. nauu. §. cum autem. ff. ad l. Rhod. de iact. l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. Crau. conf. 303. cum simil. general.*

Rursus itaq; consequitur, quod etiamsi L. à B; iustissimas allegaret, petitionis suæ, hac in parte causas: eum tamen non exaudiendũ.

Nam vt omnibus est notissimum; bona 67
tutorum tacite pupillo, ratione administratæ tutelæ, iam obligata sunt. *l. pro officio & ibi Br. Bl. & DD. C. de adm. tut. Gab. Mud. in tr. de pign. & hyp. Rubr. de v. & eff. pignor. n. 7. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 4. p. 2. §. 9. n. 6. Montan. in tr. de iur. tut. & curat. c. 30. eff. 2. n. 1. Dec. conf. 249. n. 3. vers. in tertio dubio. Card. Paris. conf. 80. n. 34. & seq. lib. 1. Crau. conf. 230. n. 4.*

Sin itaq; tutores nostri, præter hunc tacitæ hypothecæ nexum, dum ea quærunt, quæ pupillo sunt salutaria, bona quoq; sua expressim alijs, ob tutelam quam gerunt, hypothecæ dare cogerentur, duplici iam onere aggrauarentur, & tandem nusquam gentium, qui tutelas susciperе vellent, reperirentur.

Ad officium itaq; iudicantis pertinebit, 68
prospicere, ne onus tutorum incrementum accipiat. *Vti in specie scripserunt Castr. & Alex. in l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tut. Paul. Montan. d. tr. de tut. tutel. & curat. c. 12. n. 1.*

Tertiò, negare quoq; L. à B. non poterit, quod ante hac cum tutorib. his, prata, agros, prædia, & alias res, ipsi cum pupillo communes, diuiserit: & nullam interim ab ijs cautionem petierit.

Atenim tutorum conditio, ab eo tempore vsq; huc, deterior facta non est.

Consequens itaq; erit, etiamnum ab ijs, 69
cautionem immeritò desiderari. Nec enim, vbi res integra amplius non est, cautio exigi poterit. *fac. l. Pomponius. §. ratthabitionis. ff. de procur. l. ita demum. C. eod. tit. & trad. Iason in l. 1. n. 1. vers. octauo. C. de procurat.*

Nec obstat, quod tamen inter res hacte- 70
nus diuisas, nemora longè maximi valoris

70 sint, quodq; ob id rectè dicatur: vbi periculum maius vertitur, ibi quoq; plus cautionis, adhibendum esse, *vt loquitur Pontifex Romanus, in c. vbi periculum in pr. de elect. lib. 6.*

Nam sub tempus prioris diuisionis, reciuerat iam L. à B; tutores, etiam nemora cum ipso, diuidere velle. Vndè ad minimum, tunc temporis, de cautione, quodq; hanc

71 tutoribus, remittere nollet, protestari debuerat. Si enim aliquid contrarium, meo iuri facio, id mihi saluum, & incolume non remanet, nisi accesserint protestatio & reseruatio. *per trad. Bl. in l. vlt. C. de legit. tut. Iaf. in l. si quis legauerit n. 2. per ill. text. ff. de leg. 1. Dec. conf. 116. n. 18. Tiber. Decian. conf. 56. n. 16. vol. 1.*

Et si maioris sunt precij, nemora, quàm res aliæ hactenus diuisæ, idipsum in causa erit, quò minus, ad in integrum restitutionem, pupillus aspirare possit.

72 Nec enim ignorabit iudex: quod longè faciliùs quis, in integrum restitutionem postulans, repulsam ferat, quando hac in integrum restitutione, maiori rei præiudicatur, quàm aliàs fieri solet. *text. ad literam in l. sciò. ff. de rest. in integr. tradità, Ptuel. in l. 2. p. 1. c. 1. n. 26. C. de resc. ven.*

Ex maioritate itaq; rationis, hîc commodè non concluditur.

73 Quarto: non solùm ex iure communi didicimus, verumetiam ex ipso naturæ iure, hausimus: quod quisque eo iure vti debeat, quod in alium statuerit. *tot. rubr. & nigr. ff. quod quisq; iur. Tomng. decis. 26. n. 1. cum simil.*

Iam verò L. à B; cum tutores ab ipso cautionem peterent, simulq; promitterent, se diuisionem intermissuros, siquidem L. à B. defensionem tutorum, aduersus pupillum, ob non factam diuisionem, in se reciperet, eosq; indemnes conseruare sponderet: cauere recusauit: Vtatur igitur eo iure, quod in alium statuerat, inq; posterum à cautionis petitione, abstineat.

74 Quinto: notissimi quoq; iuris illud est, quod cautio, quæ præstita, nil releuat, à quoquam exigi non debeat. *text. ad literam in l. hac stipulatio. §. Diuus. & ibi Br. ff. vt leg. nom. cau.*

Iam verò cautio hæc, etiamsi præstaretur, alleuamentum attamen vllum, L. à B. non afferret. Nam in eum finem, L. à B. cautionem hanc interponi desiderat, vt via pupillo, perueniendi ad restitutionem in integrum præcludatur.

75 Id quod, in tutorum potestate, situm non est. Vt enim tutor, remittere posset, ius pupillo suo competens? *contra l. creditor. §. Lucius. ff. mand. c. 2. ext. de donat. fac. trad. Rom. conf. 28. in pr. Alex. conf. 22. n. 7. lib. 1. Dec. conf. 689. n. 4. Tiber. Decian. conf. 110. n. 13. lib. 3.*

76 Et qui fieret, quod is, qui ne exceptionem quidem peremptoriam, remittere potest. arg. l. si quis delegauerit. ff. de nouat.

Adeò præiudicaret, remissione sua pupillo, vt ne ex capite quidem lectionis, actionem instituere posset. Deducto nimirum argumento à maiori quod in iure, forte, frequès, & vtile est. Euer. teste in loc. à maior. n. 1. 77

Quorsum & illud pertinet, in integrum restitutionem haudquaquam cessare, etiamsi cum effectu, contra tutorem, vel curatorem agere, expeririq; possit, pupillus vel minor. 78
text. in l. etiam, & in l. vlt. C. si tut. vel cur. interf. & in l. 2. C. si aduers. pign. Imperatores. ff. de minor. Montic. in tr. de inuent. her. n. 210. & 211. Ioseph. Ludouic. decis. 55. n. 21. p. 1. Sfort. Odd. in tr. de rest. in int. q. 22. n. 16.

Eccur itaq;, hac cautione superuacanea, molestia tutoribus crearetur.

Sextò, cautio hæc, quæ petitur à L. à B; & cautio de rato, seu quod pupillus olim, diuisionem, ratam habere debeat, in effectu idem sunt. Iam verò indubitati iuris est: quod quis 79 cautionem de rato, ab eo tutore, de cuius constitutione & mandato, iam constabat, petens: audiendus non sit. *l. vulgò. ff. de adm tut. fac. l. tutores. el. 1. C. eod. tit. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 31. eff. 1. n. 6. & c. 32. reg. 9. n. 30. Speculat. in tit. de satisdat. §. viso. n. 16.*

Consequatur itaque necesse, petitionem hanc cautionis, L. à B; omnino repellendam.

Cum satis superq;, L. à B; sciat, hosce tutores, à iudice competenti, datos esse: plærosque item actus, cum illis ceu tutoribus gesserit. 80

Nec obstat, quod attamen l. vulgò. ff. de adm tut. quæ fundamentum huius theoremat is est, de tutore tantum agente, loquatur: 81
Namq; ad id responderi potest: quod etiam is tutor, qui ad diuisionem prouocat, actoris partes sustineat. *l. in tribus. ff. de iudic. Iaf. in l. duo iudices. n. 14. ff. de re iudic. Mar. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 17. ad fin. ferè.*

Valet itaq; argumentum, à tutore agente, 82
ad tutorem ad diuisionem prouocantem.

Septimò & vltimò, tritissimi quoq; iuris illud est: quod id, quod non dicit, vel requirit lex, nec nobis quoq; dicendum, vel requirendum sit. *§. consideremus auth. de trient. & semis. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. l. dissentientes. C. de repud. Euer. in top. in loc. à leg. cels. n. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 17. n. 66.* 83

Iam verò nusquam in toto iure, cautum reperitur: quod tutori iniungenda sit satisdatio talis, qua caueat, pupillum suum, diuisionem, ratam habiturum, nec contra eam, in integrum restitutione, vsurum.

Quinimò contrarium huius, iure prouisum esse, ex adductis hactenus luculenter apparet.

Rectius itaq; facturus est iudex, si huiusmodi innouationibus, tutores non onerauerit.

RESO-

RESOLVTIO CONTRARIORVM QVÆSTIONIS II.

NEq; verò huic sententiæ & decisioni, officiunt quicquam ea, quæ ceu repugnantia, superiùs adducebantur.

84 In PRIMO enim contrario, quod habet: quamlibet suspicionem satis esse, vt impetretur cautio, ineſt fallacia non causæ, vt causæ. Ideoq; euertitur argumentum. Nulla enim firmitas, eiusce modi argumentis est, quæ hoc vitio laborant, tradentibus ipsis logicis.

85 Non enim quælibet suspicio, non item quælibet causa, quam quisq; sibi imaginatur, in id sufficit: sed ea demum, quæ iusta est. *d. l. in omnibus. ff. de iudic. Petr. Vander. an. in tr. de priuil. cred. c. 16. n. 15.*

86 Sed & tum demum, litis, & alius periculi metus iustus est, cum ex causa inusta, proficiscitur. Vacuus autem timor, in considerationem non venit. *Cagn. in l. si quis maior. n. 56. C. de transact. Paul. Montan. in tr. de iur. tut. & curat. c. 33. n. 273.*

87 Deniq; non illud nocet, quod ex Corneo afferebatur. Loquitur enim de eo, qui peste decumbebat, testamentumq; secundum priuilegia, testamentis pestis tempore, indulta, considerat: atq; hunc, licet peste, diem supremum non clausisset, sed reconualuisset, pro eo habendum esse decidit, ac si peste contabuisset, in id, vt testamentum valeat. *Corn. d. cons. 154. n. 1. vol. 3. & cons. 53. n. 4. vol. 4.*

Qui casus à nostro casu, tam alienus est, vt nihil supra.

Cum attamen vt luculentissimè patet, ex ijs, quæ sub resolutione, quæstionis primæ, & secundæ, hactenus tradita sunt, nulla hic legitima, perendæ cautionis causa adsit.

Porrò leuiusculum quoq; illud est, quod attamen L. à B. etsi in principaliori negocio, de victoria certus sit, meritò timeat, ne sumtibus inanibus, molestijsque alijs diuexetur.

88 Nam & huic malo, legum benignitate, obuiam iam itum est. Eò, quod victos victotibus in expensas commendandas esse, iam dudum statutum sit. *l. eum quem temerè. ff. de iudic. c. finem litibus ext. de dol. & contum. c. calumniam. ext. de pœn. l. properandum. §. sin autem alterutra, & ibi Ias. n. 1. & DD. communiter. C. de iudic. Martin. Vran. cons. 6. n. 39. cons. 17. n. 63. vol. 1. cons. 10. n. 20. vol. 2.*

89 Eamq; condemnationem, neminem euadere posse, nisi fortè iustam, litigandi causam habuerit. *l. qui solidum. §. etiam. ff. de legat. 2. Ias. in d. l. properandum. §. siue autem alterutra. n. 3. C. de iudic. Dec. in l. qui in alterius. & ibi Cagn. n. 19. ff. de reg. iur. Tib. Decian. cons. 12. n. 21. volum. 2.*

Procul dubio itaq; Iudex, rem ita moderabitur, ne pupillus ille à B. impunè ferat, contra decretum superioris, & delegationem ab eodem factam: nec non diuisionem deinde secutam, cui in arte periti, & sortes adhibebantur, in integrum restitutionis iudicium exusitasse.

Tantum abest, vt quicquam hinc dignum consequatur, ob quod, cautionis præstatio, tutoribus imponatur.

Circa SECVNDVM deindè contrarium negatur, quod in familia illorum à B. vnquam resciſſorium iudicium, contra diuisionem nemorum, fuerit institutum. Sed si quæ lites inter hosce gentiles, nemorum causa, fuerunt vnquam exortæ, aliam hæ, quàm ipsam diuisionem, occasionem habuêre.

Nihil itaq; hinc ad thema nostrum, conclu- 90
ditur. A separatis enim malam illationem consui, nemo est qui nesciat. *l. vlt. ff. de calumniat. Sichard. in d. l. neq; natales. n. 4. C. de probat. Sichard. in l. consentaneum. nu. 30. C. quemod. & quand. iud.*

Vt taceam, secundum prouerbium vulga- 91
tissimum: vnam præterea hirundinem, ver non facere. *Tiraq. in tr. de pœn. cauſ. 51. n. 159. qui alios id ipsum quoq, volentes, refert.*

Nec illud inspiciendum esse, aut in consi- 92
derationem venire, quod ratò accidit, tantoque minus id, quod semel tantum. *l. iura constituit. ex ijs, & l. nam ad ea. ff. de ll.*

Sed & malè consequitur: tum temporis 93
illud, aut illud contigit. Ergò etiamnum continget. Cum hac ratione ad ineſſe, à pofsibili argumentum deducatur, quod validum, aut firmum non est. *arg. l. non hoc. C. vn. legit. cum ſimil.*

Nec enim de futuris contingentibus, iu- 94
dicat Ecclesia. *l. non potest & l. non quemadmodum. ff. de iudic. Euerard. in top. in loc. à iudic. ad arbitr. n. 16.*

Et præterea retortione, seu inuersione, rectè hic vtimur. Veluti enim reliqui, huius familiæ gentiles, si qui eorum, nemorum factas diuisiones inculassent, tandem succubuerunt, diuisioq; semel perfecta perduraüit: ita quoq; rectè concludemus, pupillum eundem exitum sortiturum, siquidem contra diuisionem, insurrexisset.

Et idcircò, contrarium hoc non efficit, quò magis tutores, cautionis onere afficiantur.

TERTIVM deniq; contrarium, vitio fallaciæ, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter contaminatum est.

Nec enim semper, & vbiq; cautio, fragile 95
remedium est, sed eo tantum respectu, quatenus scilicet, ad ipsam rei exactionem, præsenti iam die peruenire possimus. Tunc enim plus cautionis est, rei ipsi insistere: tunc item nemo, cautionis fragilitati, sese tenetur committere: At quatenus res, ex euentis futuro,

adhuc pendet, eatenus cautionis remedium, fragile non est. *per trad. Burs. cons. 9. n. 11. vol. 1.*

Quod cum ita sit, quæ hic tertio loco, ceu repugnantia adducebantur, casui nostro, planè peregrina sunt. Non itaq; tricis istis, amplius posthac immorabimur, sed his discissis, concludemus:

1. Diuisionem impediri non posse.
2. Nec onus cautionis, tutoribus imponendum.

Id quod pace aliorum, me rectius sentientium fieri, protestor. F. P. D.

Idipsum quoq; responderunt, Facultas Iuridica Helmstadiensis & Rostochiensis, & scabini Lipsenses veluti ex sequentib. apparet.

W. F. D. J. Edle / Gestrenge vnd Ehrnveste / günstige gute Freunde / als jhr vns etliche rationes dubitandi, decidendi, vnd resolutiones contrariorum, eine holtztheilung welche jhr mit L. V. B. wegen eweres Mündleins G. von B. anzustellen gemeinet / belangende zugefertiget / vnd euch vber zwey denselben nachgesatzten fragen / des Rechten zuberichten gebeten habt / demnach erkennen vnd sprechen wir Dechant / Senior / vnd andere Doctores / der Juristen Facultet / in der Fürstlichen Julius Vniuersitet zu Helmstadt / darauff vor Recht:

Erstlich / vnd auff die erste frage / das sich gemelter L. V. B. durch die von jhm angezogene vrsachen / der angeregten holtztheilung / zuentbrechen nicht befuget: Sondern deroselben vngeachtet / solche holtztheilung am fürderlichsten anzustellen / vnd er auff dem fall / da er sich ferner verweigern würde / durch die Obrigkeit / dazu anzuhalten / vnd zuzwingen sey. Dagegen aber seid jr / die andere frage betreffend / die euch zugemutete caution, zubestellen nicht schuldig. Alles V. R. W.

Dechandt / Senior / vnd andere Doctores der Jurist Facultet zu Helmstadt.

W. F. D. J. ꝛc. demnach erachten / sprechen vnd erkennen wir / Dechandt / Senior / vnd andere Doctores / der Juristen Facultet / in der Vniuersitet zu Rostock / nach fleissiger verlesung vnd erwegung / angeregten berichts / vnd was dabey mehr ausführlich angezogen / darauff vor Recht: Haben weiland / H. V. B. auff F. seligen nachgelassene zween Söhne L. vnd G. von B. nach gemeltes jres Vatern absterben / desselben nachgelassene güter / biß auff etliche wenig nach getheilet / vnd die ansehnliche / statliche holtzung pro indiuiso, ein zeit hero besessen / genützt vnd gebraucht: es ist auch gemelter G. von B. hernacher todts verfaren / vñ seinen vnmündigen Son / deß jhr zu vormünden constituirt vnd verordnet / nach sich verlassen / vnd es hat sich demnach eigentlich befunden / das L. von B. berürte gemeine holtzung / mit fewrung vnd gebewden vngleich höher / als wegen ewres Mündleins beschehen / gebraucht: man könte auch / wann die holtzung getheilet würden / mit wenigern vnkosten / vnd verödung derselben / dem vnmündigen grössern nutz vnd frommen daraus schaffen / vnd die theilung sonsten / ohn einiges paris verkürtzung / mit consentz vnd bewilligung der hohen Obrigkeit / zu wercke richten: So kan in solchem fall die theilung mehrgedachten gemeinen holtzung von L. von B. nicht verhindert werden. Jhr als des vnmündigen von B. verordente vormünden / seid auch gestalten sachen nach / wann die theilung vor erst / durch einen erfarnen vnd geschwornen agrimensorem voneinander gesatzt / vnd das loß darüber geworffen / einige caution, solcher theilung halb / zubestellen nicht schüldig. V. R. W.

Dechandt / Senior / vnd andere Doctores der Juristen Facultet / in der Vniuersitet Rostock.

W. F. D. J. ꝛc. demnach sprechen wir / Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig auff beyde fragen vor Recht: Ob wol G. von B. weiland auff F. ewers Mündleins Vater seliger / nach seines Vatern L. von B. auch seligen tödtlichen abgang / die Väterliche gehöltze / mit seinen Brudern L. V. B. vngetheilt gelassen / nach mehrem inhalt eweter fragen / do jhr aber dannoch / ewerm fernerm bericht nach / mit solchen gehöltzen / wann dieselben getheilet werden / eweres Mündleins nutzen besser / als geschicht / schaffen könten: So were gedachter L. V. B. seines gethanen / vnd in ewrer fragen angezogenen / fürwendens vngeachtet / berürte holtzung / durch geschworne Feldtmesser / oder andere vnuordechtige personen / so vmb derselben gelegenheit gute wissenschafft haben / mit vorbewust vnd einwilligung der hohen Obrigkeit / in zwey gleiche theil / abtheilen zulassen schuldig / vnd do ein theil besser als das ander sein würde / so were derjenige / dem derselbe theil / durchs loß zukomen möchte / dem andern solche besserung / mit gelde auff erkentnis vnd ermessigung verstendiger Leute / zuerstatten pflüchtig. Wann auch die theilung oberzehlter massen geschehen / so weret jr L. von B. die gefoderte caution, von wegen ewers Mündleins / zubestellen nicht schüldig. V. R. W.

Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig.

Transactum est demum, de hoc negocio-

CONSI-

CONSILIVM VII.

SVMMARIVM.

1. *Regula standum est, donec de exceptione doceatur.*
2. *Fideiussorem, Diui Hadriani epistole renunciantem, in solidū conueniri, regula iuris est.*
3. *Correos debendi constitutos esse, ex quibus verbis colligatur.*
4. *Diuisio obligationis in solidum, per solutionem partis, ab vno, correorum debendi sublatam, nunquam introducitur.*
5. *Fideiussorum vnus suam soluens partem virilem, non liberatur per id, à prestatione residui.*
6. *Solutio partis, non operatur diuisionem, sed debiti tantum, ratione eius, quod solutum est, imminutionem.*
7. *Solutio vsurarium, à quolibet fideiussorum, pro parte eorum virili facta, efficax non est, ad introducendam diuisionem.*
8. *Diuisio nunquam oritur, ex partis virilis solutione, si creditor, eiusmodi solutionem recipiens, protestatus, de saluo solidi iure, fuerit.*
9. *Protestatio facto contraria, nil releuat.*
10. *Protestatio, de saluo iure solidi, à recipiente, solutionem partis virilis interposita, facto contraria non est.*
11. *Solutio partis virilis, recepta ab vno fideiussorum, qui in solidum obligati erant, obligationem eorundem adeò dinidit, vt posthac quisq; eorum, non nisi pro rata, conueniri possit.*
12. *Diuisio obligationis in solidum, reflectu fideiussorum plurium exordiur, per interpellationem creditoris, de soluenda parte virili, apud duos, vel tres fideiussorum in solidum obligatorum, simul facta.*
13. *Nec distinguitur, an reliqui soluendo adhuc, nec ne sint.*
14. *Frustrà à nil fieri debet.*
15. *Renunciatio beneficij diuisionis, ab initio fideiussionis facta, non extenditur, ad obligationem, quæ ex iudicato proficiscitur.*
16. *Recognitio manus, & sigilli, habet vim confessionis.*
17. *Recognitio efficit, quod scriptura priuata, aquiparatur instrumento publico.*
18. *Recognitio efficit, fidem plenam adhiberi ijs, quæ continentur, in priuata scriptura.*
19. *Bona fides non patitur, debitū vnum, bis exigi.*
20. *Quæstio voluntatis non est admittenda, cum verba sint clara, atq; expressa.*
21. *Comitatus, in certis locis non est.*
22. *Interpres verborum suorum, quando quisq; sit.*
23. *Verba, vel scriptura ambigua, contra proferentem, vel scribentem interpretanda.*
24. *Creditor, qui culpa sua, actiones cedere non potest, cōtra fideiussorem frustrà experitur.*
25. *Etiamsi is, non sit soluendo, aduersus quem, actiones cedi deberant.*
26. *Quod & in duobus, vel pluribus debendi correis, verum est.*
27. *Creditor solutionem recipiens, tenetur fideiussori soluenti, omne suum ius cedere, contra fideiussores reliquos, demta soluentis parte virili.*
28. *Renunciatio beneficij diuisionis, non infert renunciationem beneficij cedendarum.*
29. *Exceptio cedendarum, rectè opponitur, & post conclusum in causa quam est, & post sententiam ipsam.*
30. *Correi debendi, non semper, & vbiq; per illa verba: obligamus nos in solidum &c. constituuntur.*
31. *Correi debendi, hodiè nunquam constituuntur, nisi id expresse agatur.*

THEMA.

Vir strenuus, & Nobilissimus, C. ab A. cum tria millia florenorum, nec non mille vnum thalerorum, quæ A. à G. I. G. mutuo dederat, fidei suæ esse iussisset, diuisionis beneficio, sicuti & reliqui eius confideiussores, renunciauit.

Et cum debitor principalis solutionem facere neglexisset, creditor, fideiussores quidem conuenit, at non, veluti per obligationum literas potuerat, in solidum, sed pro rata cuiusque parte tantum. Recepit item à tribus eorundem. N. N. & N. partes eorum viriles, nulla de iure solidi apposita reseruatione.

Sed & pœnes C. ab A. quinq; creditores epistolæ sunt, quas suas esse, creditor ipsemet, in iudicio confessus iam erat, quasq; pro suis iam recognouerat. His porrò creditor significat, reliquos fideiussores omnes, pactis conuentis stetisse, & fidem dat am iam soluisse, seu vt verba, in vernacula lingua sonant; das die andern Bürgen jhren antheil erleget / jhren ehren/vnd siegelung nachgelebt: *hortatur q; C. ab A. vt & is solutionem diutius non procrastinet, atq; ret ardet.*

Quæritur it aq., sine fideiussorum obligatione, per eiusmodi creditoris petitiones, insecutasq; virilium portionum solutiones, adeò diuisa, vt compellere vlterius, C. ab A. non possit, ad soluendum id, quod fideiussorum nonnulli, inopes & non soluendo iam facti debebant.

Quandoquidem post receptionem partium virilium, à tribus fideiussorum, protestatus creditor demum fuerat, se à C. ab A. prater solutionem ratæ virilis, exactarum quoq; ea, quæ nondum à fideiussoribus aliquot, receperat: cum item epistolas, quas ad C. ab A. dederat, iam interpretetur, ac si ad vsurarum tantum solutionem, essent referendæ.

Et sanè, haud improbari posse, creditoris conatus, idcò dicendum esse videbatur.

1 Quod Primò: clari indubitatiq; iuris sit, regula standum esse, donec de exceptione doceatur. *l. ab ea parte. ff. de probat. l. suæ quoq;. ff. de hered. inst. Tomus. decis. 160. n. 5. Hartm. Pistor. q. 4. n. 45. lib. 2. q. 13. n. 4. o. q. 36. n. 15. q. 39. n. 13. cod. lib. 2. Cachet. decis. 12. n. 2. Rimin. ad Rubr. n. 172. C. qui adm. & l. qui se patrũ. n. 393. C. vn. lib. Seraphin tr. de iuram. priuil. 49. n. 2. ad fin.*

2 Iam verò regula est vulgatissima: fideiussorum, qui diuisionis beneficio vel Epistolæ Diui Hadriani, renunciarat, in solidum conueniri, exigiq; posse. *Specul. in tit. de renunc. & conclus. §. 1. n. 10. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. Contr. plur. deb. reos. v. intercesserunt & fideiuss. n. 2. & in v. benef. nouar. constitut. n. 1. Hipp. de Marsil. ad rubr. de fideiuss. n. 27. Roncheg. in l. 3. §. vbi duo n. 110. ff. de duob. reis. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 13. n. 15.*

Stabimus itaq; hac regula, & consequenter C. ab A. non solum ad præstandum id, quod à fideiussoribus inopibus exigi non poterat, sed etiam ad solidi solutionem conueniri, cum effectu poterit. Diuisionis enim beneficio, vt ex syngrapho videre est, renunciarat

3 Secundò: in præsenti casu, non solum simpliciter fideiusserunt, verumetiam plures debendi reos, se constituerunt, ob clausulam literis obligationum: ad finem ferè insertam, quæ ita habet: Solche angezeigte verschreibung sampt allen puncten vnd articuln/ geloben wir/ mit gesampter hand eintrechtiglich/ keiner mit seiner anzahl abzukommen vnd loß zuwerden/ stet/ fest/ vnd vnnerbrüchlich zu halten: quæ verba, illis verbis: obligamus nos in solidum æquipollent.

Verba autem: obligamus nos in solidum plures debendi reos constituunt. *Br. in l. 2. n. 2. ff. de duob. reis. Br. in auth. hoc ita n. 2. C. cod. tit. Ronch. in l. reos. §. cum tabulæ. n. 63. ff. cod. tit. Stracch. in tr. de adiect. p. 1. n. 23. Borchelt. in tr. de pact. c. 2. pact. diuis. 3. n. 11. Gomez. var. res. lib. 2. c. 12. n. 1. vers. secundo per l. & heredi. §. vlt. ff. de pact.*

Non proderit ergò, C. ab A. suam soluisse partem, nec G. creditori nocebit, debiti partem petijsse, & recepisse. Nec enim ob id, debiti est inducta diuisio, nec C. ab A. à residui præstatione, eam ob rem, contigit liberatio.

Etenim in duobus, vel pluribus debendi reis, perpetua tenenda est regula: vnum ex reis debendi, suam soluendo partem, non censeri liberatum, neq; inde aliquam, obligationis diuisionem exortam, quin ex natura plurium reorum debendi obligationis, quæ in solidum est, pro rata aliquorum correorum, recè contrà eundem, in iudicio agatur. Quam pluribus in id adductis, constituit *Hartm. Pistor. q. 9. n. 1. lib. 1. per l. si ex toto. §. 1. ff. de leg. 1.* 4

Tertiò, fac, in præsenti negocio, simpliciter tantum, fideiusionem interpositam fuisse: non autem in solidum, hosce fideiusores, sese obligasse, idem tamen dicendum erit. Nam in fideiusoribus quoq; pluribus, constituti iuris est, vnum ex ijs, soluendo suam partem, ab obligatione planè non eximi, sed adhuc pro debiti residuo conueniri. *Inter eos. §. 1. ff. de fideiuss. Hartm. Pistor. d. q. 9. n. 2. vol. 1. Roncheg. in l. 3. vers. viij,. n. 22 ff. de duob. reis.* 5

Receptio enim partis debiti, non diuisionem, sed debiti tantum minutionem operatur. Vt rectè statuit *Roncheg. d. vers. viij,. n. 23. per d. l. si ex toto. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si creditores. C. de pact.* 6

Dicendum itaq; omninò est, C. ab A. ad partiones confideiusorum quoq; soluendas, obstrictum teneri. Cum ex eo, quod propriam dissoluerat quotã, nulla prodierit, debiti diuisio: verum is, vt anteà, in solidum obligatus remanserit.

Quarò: creditor, qui à pluribus confideiusoribus separatim, & diuisim, accessorij ad debitum, vt puta, vsurarum solutionem recipit, ob talem receptionem, debitum diuisisse, dici non potest. *Paul. de Castr. in l. si creditores in fin. ibi Ias. n. 3. Imol. 3. Dec. n. 3. Alc. n. 14. & DD. C. de pact.* 7

Iam verò creditor pernegat planè se vnquam præter vsuras, quicquam à fideiusoribus, diuisim percepisse, aut etiam petijsse.

Non itaq; introducta hîc fuit, obligationis, quæ in solidum erat, diuisio: proindeq; frustrà C. ab A. recusat, exolucre ea, quæ hactenus creditori, persoluta nondum fuerant.

Quintò & vltimò creditor, qui recipit particularem solutionem, non diuidere debitum censetur, si tempore solutionis factæ, protestatus fuerit, de residui petitione, in eum casum, quo reliquos, vel debendi correos, vel fideiussores inopes esse apparuerit. *Br. in d. l. si creditores lect. 2. vers. Doctores dicunt, ibi Bl. n. 8. Ias. n. 3. Imol. 4. Dec. n. 4. & DD. C. de pact. Bl. in l. si ex toto. §. 1. n. 4. ibi Ias. n. 10 ff. de legat. 1. Ioh. de Arnon. cant. 81.* 8

Nec obstat, hanc protestationem, tanquam facto contrariam (nam partem debiti, quod protestationi interpositæ aduersum est, creditor protestans, nihilominus recipit) nil quicquam protestantem, releuare debere: sed in- 9

sed inualidam, nulliusq; effectus esse. *Br. in l. non solum. §. morte. n. 17. ibi Ias. n. 14. Hormannect. Det. n. 57. Anton. Rub. n. 216. & DD. ff. de op. nou. nunc. Innoc. in c. enim M. n. 1. ibi Felin. n. 77. Ripa. n. 70. ext. de constit. text. in c. solicitudinem ext. de appell.*

10 Negatur enim factum creditoris, protestationi contrarium: at tale esse asseritur, quod sese cum protestatione, compatitur. *Vti resoluit Ias. d. l. si ex toto. §. 1. nu. 11. & 12. ff. de legat. 1.*

Quare, rationis non est, dicere debiti hîc diuisionem, exortam fuisse. Quandoquidem, vti habet, decretum. Dominorum Assessorum Electoralium, anno 1578. promulgatum, A. à G. creditor, testatum fecerat, coram tribunali: se quidem partem virilem, à C. ab A. recepturum: interim tamen fas sibi nihilominus fore, omnia ea etiam, ab eodem C. ab A. exigere, quæ consequi, ab vno, alteroue confideiussorum, non potuisset.

RATIONES DECIDENDI.

VErum enimuerò hæc si pœnitius introspiciantur, tanti facienda non sunt, vt propter ea, hæc opinio affirmatiua sit amplectenda, & sequenda: quinimò respondebimus potius, his neglectis: creditorem A. à G. obligationis in solidum nexum, per supra adductos actus, semel diuisisse: ideoq; huic malo, re non amplius integra, per protestationem remedium afferri non potuisse, proindeq; indecens, atq; inhumanum esse, si vlterius & præter partis virilis, exactionem quam iam dudum C ab A. exoluerat, vllas eidem molestias extribuisset. Idque propterea.

11 PRIMÒ: quod creditorem recipientem debiti partem, ab vno ex pluribus fideiussoribus, qui beneficio diuisionis renunciauerant, obligationem eorundem diuisisse, & non nisi pro rata, quemlibet deinceps conuenire posse, & constituti iuris & communi

* Doctorum calculo receptum sit. *Cyn. in d. l. si creditores in addit. ibi Br. n. 4. Salyc. n. 5. Castr. n. 4. Curt. n. 10. qui hanc veram & communem esse opinionem attestatur. C. de pact. Br. in l. inter eos. §. 1. n. 2 ff. de fideiuss. Roncheg. in d. l. 3. vers. vtiq;. n. 25 ff. de duob. reu. Tomin. g. decis. 47. n. 11.*

Quid igitur obstet, quo minus diuisionem obligationis in solidum, hic factam esse, dicamus, equidem non perspicio?

Creditor namq; quemlibet horum fideiussorum, de parte sua virili tantum, quamuis antehac beneficio diuisionis renunciassent, interpellarat, & à tribus eorundem, omni protestatione omissa, diuersis item temporibus, eandem etiam receperat.

SECVNDÒ: quando creditor, non vnum tantum, ex fideiussoribus, de sua soluenda rata, interpellat, sed duos, vel tres, aut omnes etiam: tunc per illam, de parte virili soluenda, pluries factam interpellationem debiti diuisio introducitur, etiamsi ad interpellationem hãc, solutio nondum accessisset. *Bl. in l. si ex toto. §. 1. n. 4. ibi Br. n. 3. Castr. n. 3. Iohan. de Imol. n. 2. vers. in ead. gl. Raph. Fulg. n. 1. vers. nota duo. Alex. n. 6. Ias. nu. 13. & Ripa. nu. 15. qui communem docet. ff. de legat. 1. Br. in l. ex duobus. n. 12. ff. de duob. reu. Alex. in l. si creditores. nu. 5. ibi Alc. n. 40. C. de pact. Ronchegall. in l. 3. §. 1. n. 38. qui itidem communem docet. ff. de duob. reu.* 12

*

At hic creditor, quatuor fideiussorum, de sua tantum parte virili exoluenda, interpellauit: aq; tribus eorundem, solutionem quoque eius, absque denunciatione vlla, de saluo iure solidi, accepit: & demum, cum quartus C. ab A. solueret, protestationem interposuit.

Restat itaq;, præter debiti diuisionem hîc nihil: & C. ab A; de persoluendis, duorum fideiussorum inopum quotis, iniuria in ius vocatus est.

Porrò hinc quoque refutantur ea, quæ in actis, de horum fideiussorum inopia publicè cognita, disputabantur.

Etenim ambigui iuris non est: quod creditor partem debiti recipiens, remittat ad soluentem quod attinet, regressum, siue reliqui, vel Correi, vel confideiussores, soluendo, siue non soluendo fuerint. *Ita in specie decidit Tomin g. d. decis. 47. n. 11. & Petr. Stella. in l. si creditores. n. 6. & n. 13. per ill. text. C. de pact.* 13

TERTIÒ demus, quod attamen in ipsa rei veritate, secus sese habet: quæ modò iecimus fundamenta, in præsenti negocio non militare: apparet attamen hîc, non conditione certi, sed actione iudicati, actorem experiri. (Etenim cui aliàs bono, decretum istud, de quo superius mentio fiebat repetito etiam, & sub calcem libelli, & sub calcem replicarum suarum apposuisset.

Cum tamen iura nolint, frustra aliquid fieri. *l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. vt legat. seu fideicom. nom. caueat. cum similib.)* 14

Proindeque cum iuris sit notissimi: quod ad obligationem ex iudicato ortam, non trahatur renunciatio beneficij diuisionis, à fideiussoribus, in prima conuentione, obligationeque interposita. *Br. in l. Paulus la 2. n. 3. per ill. text. ff. de re iudic. Angel. Aret. in §. si plures. nu. 7. Instit. de fideiuss. Boer. decis. 59. nu. 8. Ronchegall. in l. 3. §. 1. nu. 133. vbi post Zasium, hanc esse magis receptam attestatur. ff. de duob. reu.* * 15

* *Alex. consil. 37. nu. 10. vol. 2. per l. 3. §. idem scribit: ponderando verba: proinde non originem. ff. de pecul.*

Concludendum omninò erit, perperam diuisionis beneficium, à fideiussore creditori; hîc non

hîc non opponi. Et idcircò fideiussorem non compellendum, ad inopum quoq; portiones perferendas.

QVARTÒ: fac vlterius, omnia quæ hactenus afferebantur, casui huic accommodari non posse: præsto tamen adhuc sunt, quinq; creditoris ad fideiussorem datæ Epistolæ, quæ ab omnibus fideiussoribus, C. ab A. excepto, solutiones iam factas esse, syllabatim dicunt: cum primis verò, quarta earundem ostendit creditorem iusto, debitoq; tempore, fideiussoribus denunciasse, vt cedente die, solutioni destinatæ, pecuniam mutuo datam, cum vsuris persoluerent; additò; à reliquis sibi satisfactum esse, seq; eius tantum partis, quæ C. ab A. concernebat, solutionem desiderare: er habe die loßfündigung/ beyde an heupt-summen vnd zinsen/ zu rechter zeit gethan/ vnd sey darauff von den andern gnugsam befridiget. Begeret derowegen von C. von A. nur bezahlung/ seiner portion vnd antheils.

Iam verò A. à G. creditor, has Epistolas suas esse, in iudicio agnouit, atq; confessus est:

Id itaq; quod in sese continent hæ literæ,
16 planè, sufficienterq; probatum erit. Recognitio enim manus, sigillij; sui, vim, & instar confessionis obtinet. *l. cum fidem, & l. generaliter. C. de non num. pecun. l. cum de indebito. ff. de probat. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 3. n. 59. & p. 3. c. 1. n. 93.*

17 Nec non priuatam scripturam, instrumento publico, æquiparari efficit. *Zas. conf. 6. n. 8. & 10. vol. 1. per text. l. ne in arbitrio post princip. C. de recept. arbitr.*

18 Et plenam omninò fidem, atq; probationem, contentorum in scriptura recognita operatur. *Cato Saccus in l. admonendi. n. 45. ibi Iac. Petr. de Ptolom. n. 55. Ludouic. Roman. n. 52. ff. de iureiur. Masc. in tr. de probat. conclus. 109. n. 9.*

Cessat itaq; exactio, C. ab A. omnis, vti enim habent sæpè dictæ literæ, non solum A. G. I. M. A. H. fideiussores: verumetiam reliqui quoq; duo fideiussores M. G. & I. R. id, quod fidei suæ esse iusserant, iam persoluerunt: Vt taceam ipsum quoq; C. ab A. suam portionem, iam exoluisse.

19 Concludamus itaq;, bonam fidem non pati, vt semel debitum, bis exigatur. *c. bona fides de reg. iur. lib. 6. l. bona fides. ff. eod. tit. Bertach. in tr. de gabell. p. 5. n. 6. Roncheg. in l. 3. verf. vlt. n. 10. ff. de duob. reu. Montic. in l. vlt. n. 111. C. de iur. delib. Caball. in tr. de eo quod int. n. 132. Cacheran. decif. 1. nu. 33.*

Nec obstat: quod attamen, ipsemet creditor, hasce Epistolas suas, de vsurarum tantum persolutione, interpretetur.

Quarta enim, quam antea indicabamus Epistola, hanc restrictionem dum rem tam clarè diffinit, vt dubitationis nihil, reliquum
20 sit, non patitur. Nec enim vbi verba clara sunt, admittere adhuc quæstionem voluntatis, rationi congruit. *l. ille aut ille. ff. de leg. 3. l. non aliter in pr. ff. eod. tit. Capyc. decis. 17. n. 6. Crau. in rubr. n. 135. ff. de leg. 1. Tiraq. in tr. de præscript. gl. 7. verf. at dicet. Toming. decis. 13. n. 28. Hartm. Pistor. q. 3. n. 56. q. 15. n. 16. lib. 2.*

Sed nec illud quoq;, facesit negocium, quod dicitur, quemlibet verborum suorum esse Interpretem:

Item verba prolata, secundum intentionem agentis, & ea proferentis, intelligenda esse.

Non enim locum sibi, præterquam, in ambiguis, & obscuris, vendicat. Cum interim nos, ob Epistolas creditoris, in re manifestissima versemur.

Ideoq; in certis coniecturis, locus non sit. 21
l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 1. n. 209. Exea in tr. de pact. n. 558. verf. videndum. Caroll. in tr. de locat. tit. de similit. locat. n. 4. Cald. in l. si curatorem. v. vel aduersary dolo. n. 20. ad fin. C. de rest. in int. Mozz. in tr. de contr. Rubr. diuis. donat. n. 19. verf. hæc tamen.

Sed & quæ in contrarium adducebantur, 22
iuris maximæ omnes loquuntur, de tali verborum, quæ viua voce fit, prolatione, non autem scripturæ mentionem vllam faciunt. In scriptura autem, facilius lubricitatem abfuisse omnem, credendum est, cum tacita mentis deliberatione præuia, scribamus, in ijs autem, quæ viua voce proferimus, lingua æpiusculè mentem, præcurrere soleat. Quapropter non tam facilè, eorum quæ scribimus, quàm quæ loquimur, interpretatio, & declaratio admittenda est. *arg. eorum, quæ tradit Euer. in top. in loc. à vi gemmat. n. 16.*

Et etiamsi concederemus, de re dubia adhuc, hîc agi: verum attamen nihilominus in- 23
terea maneret: verba vel scripturam ambiguam, contra proferentem, vel scribentem interpretanda. Quippe cum legem contractui apertius, dicere potuerit. *l. veteribus ibi Br. Bl. Castr. n. 1. Fulg. n. 4. & DD. ff. de pact. l. in contrahenda. ibi Dec. & Cagnol. vers. q. n. 1. & DD. ff. de reg. iur. c. contra eum, ibi Dyn. n. 5. eod. tit. lib. 6. Molin. in consuet. Paris. §. 12. n. 2. Alex. conf. 35. n. 5. vol. 1. Simon. de Proët. conf. 58. n. 17. Alc. conf. 110. n. 5. & conf. 114. n. 16. lib. 5. Tib. Decian. conf. 121. n. 17. vol. 3.*

QVINTÒ & vltimò, illud quoq; certò con- 24
stat, creditorem, qui actiones, culpa sua cedere nequit, fideiussorem, ad solidum soluendum, compellere non posse.

Quinimò taliter proponens actionem, à iudicij, potius limine, repellitur. *l. Stychum. §. si creditor. ibi Br. ff. de solut. Br. in l. si stipulatus. §. 1. n. 3. ibi Castr. n. 2. Imol. n. 3. verf. ex prædictis. ff. de fideiuss. Speculat. in tit. de cess. act. in pr. n. 25. Speculat. in tit. de renunc. & conclus. n. 22. & 24. Cyn. in l. iubemus. n. 1. verf. non obstat. ibi Br. n. 3. Salyc. n. 5. C. ad S. C. Vell. Br. in l. 2. per ill. text. ibi Salyc. n. 2. C. de fideiuss. Br. in l. non alter per ill. text. C. eod. tit. Hipp. de Marf.*

Marsf. ad rubr. n. 28 ff. de fideiuss. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 3. memb. 5. p. p. n. 29. Ronchegall. in l. reos in pr. n. 56. ad fin. ff. de duob. reis. Hartm. Pistor. q. 48. nu. 4. lib. 2. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 4. c. 1. nu. 87.

25 Quod vſq; adeò verum eſt, vt procedat etiamſi is, aduerſus quem iura vel actiones cedendæ ſunt, ſoluendo non fuerit. *Br. in d. l. ſi ſtipulatus. §. 1. n. 4. ff. de fideiuſſorib. per l. vir ab eo. ff. de iur. dot.*

26 Similiter, hoc vſq; adeò verum eſt, vt procedat, non ſolùm in pluribus confideiuſſoribus: verumetiam in pluribus debendi correis. *Vtpoſt Raph. Fulg. decidit in ſpecie Ronchegall. in d. l. reos in pr. n. 56. circa med.*

Iam verò A. à G. creditor, aduerſus eos fideiuſſores, qui iam ſoluerunt, veluti A. H. A. G. & I. M; actiones cedere nequit. Rediderat enim eos, iam quietos, ſine vlla de iure ſolidi proteſtatione.

Conſequatur itaq; oportet, C. ab A. cedendarum quoq; actionum exceptione, tu-
27 tum eſſe. Etenim creditor, omne ius, quod pœnes ſe habebat, demta ſoluentis portione, contra reliquos fideiuſſores omnes, ſoluenti cedere obſtrictus eſt. *Cyn in l. 1. n. 4. verſ. quarto. C. de duob. reis. Bar. in l. Modeſtinus. n. 10. ibi Imol. n. 6. verſ. in gl. Raph. Cuman. n. 11. ff. de ſolut. Hartm. Piſt. q. 48. n. 5. cum ſeqq. & latiſſimè Coler. in ſuo proceſſu 2. c. 2. n. 12. & ſeqq.*

Neq; verò obſtat: renunciatum attamen eſſe, diuiſionis beneficij: hincq; non ineptè, cedendarum quoq; beneficio, renunciatum eſſe colligi.

28 Etenim diuerſa ab inuicem ſunt hæc beneficia: nec vnius remiſsio, alterius remiſsionem infert. Prout hoc, quod ex renunciatione diuiſionis, non arguatur cedendarum actionum renunciatio, in ſpecie dicetur. *Paul. de Caſtr. in l. 1. ſi ſtipulatus. §. 1. n. 4. ibi Imol. n. 2. verſ. in gl. nulla. ff. de fideiuſſ. Medic. in tr. de acceptilat. p. 3. q. 9. n. 11.*

Et deniq; non nocet, quod poſt concluſum in cauſa dentum, exceptio hæc cedendarum opponatur.

29 Cum exceptio cedendarum, non ſolùm poſt oppoſi poſsit, quàm in cauſa concluſum eſt: verumetiam poſt ſententiam. *Paul. de Caſtr. in l. ſi res obligata. n. 3. ibi Ias. n. 46. verſ. quarto. ff. de leg. 1. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 1. p. 3. memb. 5. p. p. n. 51.*

RESOLVTIO
CONTRARIORVM.

VIdeamus itaq; nunc, vt ea, quæ ab initio ceu contraria adducebantur, poſsint dilui. Porrò inter hæc PRIMVM erat contrarium: regula ſtandum eſſe, donec de exceptione docetur:

Reſpondeamus itaq;, duas hîc interuenire, præſtoq; eſſe, regulæ reſtrictiones: Vna illa eſt, quæ habet: creditorem recipientem debiti partem, ab vno fideiuſſorum, qui diuiſioni renunciauerant per illam ipſam partis virilis receptionem, fideiuſſorum obligationem diuiſiſſe, & non niſi pro rata, ſine ſoluendo, ſiue non ſoluendo reliqui fuerint. deinceps hos conuenire poſſe. Altera eſt: quando creditor, non vnum tantum fideiuſſorum, in ſolidum obligatorum, ſuam ſoluere portionem permittit, ſed ſecundum etiam, & tertium, aut plures (quemadmodum A. à G. in præſenti negocio ab H; M. G. I. M. & C. ab A. ratam cuiuſlibet, diuerſis temporibus, & ſolutionibus recepit) eo ipſo debitum diuidit, nec vt quicquam vlterius, ab ijſdem ſoluatur, iure agit. Vti in prima, & ſecunda, ratione decidendi, diffuſè dictum eſt.

Quare fit, vt hoc, quod ceu contrarium adducebatur, proſit potius, quàm obſit C. ab A. fideiuſſori.

SECVNDA deindè obiectio illud volebat: hîc eſſe plures debendi correos. Plurium autem debendi correorum, hanc eſſe naturam, vt non oriatur vnius ſolutione, obligationis diuiſio. Quin ſoluens, pro debiti quoq; reſiduo, conueniri rectè poterit.

Sed nec illa quidem, C. ab A. damnoſa eſt. Primò enim negatur, hîc eſſe plures debendi correos. Ponamus enim, iſta verba (ſeiner mit ſeiner anzahl abejuſtemmen) quæ in literis obligationum leguntur, æquipollere illis: obligamus nos in ſolidum: nulla tamen hinc exorditur plurium reorum conſtitutio. Non 30
enim ſemper & vbiq;, verbis: obligamus nos in ſolidum &c. plurium correorum conſtatur obligatio. Vti in ſpecie decidit *Roncheg. in l. eandem. in pr. n. 54. & in l. reos, §. cum tabulis. n. 66. ff. de duob. reis per l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodat.*

Quinimò vt crebrior habet opinio, ad 31
hoc, vt iure: quo hodie vtimur, duo pluresue ** rei conſtituantur, id expreſsim agi, omninò neceſſe eſt. *Vti in ſpecie decidit Br. in l. 1. n. 1. C. quo quiſq; ord. conuen. lib. 10. Bertach. in tr. de gabell p. 4. n. 15. Ripa in l. 4. §. Cato. n. 32. ff. de verb. obl. Gail. obſ. 28. n. 6. lib. 2. text. in auth. hoc ita C. de duob. reis.*

Deindè fac, plures debendi correos, hîc fuiſſe conſtitutos: adhuc tamen, regula, de qua res eſt, locum non inuenit. Loquitur enim, cum vnus tantum correus debendi, creditori partem ſuam offert: non autem ſi primum, ſecundus quoq;, tertius, & quartus, debendi correus, ſecutus fuerit. partemq; ſuam virilem exoluerit. Quin enim tunc debitum, inter plures etiam debendi correos, diuiſum ſit, negari non poteſt. Vt ex adductis ſub ſecunda deciſionis ratione, conſpicuū eſt.

QVARTAM deinde obiectionem, præſuppoſitis carere aſſerimus. Etenim vt ipſæ oſtendunt creditoris apochæ, literæ, & proteſtatio-

ſtationes, fideiuſſores omnes M. G. & I. R. exceptis, quod debebant, ſoluerunt, & quidem quiſq; eorum, partem ſuam virilem. Apage itaq; ſis, cum obiectione hac.

POSTREMÒ: ad proteſtationem quoq; à creditore interpoſitam, reſponſio in promtu eſt. Etiamſi enim eam, ſi ab initio, & cum primus fideiuſſorum ſolutionem faceret, interueniſſet, & poſt deindè ſingulis partium virilium ſolutionibus, adhibita eſſet, caſſam non fuiſſe, meritò fateamur: interim tamen non minus obtinebit, hanc nihili faciendam, cum re non amplius integra demum, fuerit interpoſita.

Vt taceam ob proteſtationem hanc, exceptionem cedendarum actionum minimè colſaturam.

Quinimò rectè dicimus, proteſtationem hanc, ceu facto contrariam, conſiſtere non poſſe. Nam etſi eiuſcemodi proteſtatio, ex Iaſonis ſententia, facto contraria non ſit, ſi fiat vnico tantum fideiuſſorum ſoluente: aliud tamen rectè ſtatuemus, cum creditor, poſt proteſtationem, de reſiduo adhibet, quàm primus, ſecundus, & tertius fideiuſſorum, iam ſoluerant, & liberati, ab obligatione fideiuſſoria iam fuerant, nulla de exigendo ab eis reſiduo, facta mentione, niſi dum quartus fideiuſſor, ſolutionem facit. Recuperat enim iam creditor, debiti partem, quod proteſtationi, quam iam facit, eſt contrarium.

Atq; ita, ad factum quod proponebatur, reſponderi debere, omninò putarim. F. P. D.

Pars aduerſa A. à G. Vt iudicem, ne hanc ſequeretur, in iudicando ſententiam commoueret, impetrauit à Facultate Iuridica Francofurtenſi ad Viadrum, vt ſuas defendendas partes ſuſciperet. Quare ego, à meo cliente rogatus, ſequens conſcripſi reſponſum, vt eſſet loco confirmationis huius reſponſi.

CONSILIVM VIII.

SVMMARIVM.

1. *Conſilia collegiorum, & facultatum iuridicarum, plurù facienda, quàm Doctoris vnius.*
2. *Veritas à pluribus prudentibus quæſita, facilius inuenitur.*
3. *Iudicium integrum eſt, quod plurimorum ſententia comprobatur.*
4. *Veritas eſt perfectiſſima, quæ ab amplioribus hominibus reuelatur.*
5. *Tractatio illa è plenior, cui plures Iuriſperiti adhibentur.*
6. *Paruulis quandoq; reuelantur, quæ prudentioribus ſunt abſcondita.*
7. *Vipera ſæpius necat taurum.*
   Aper ſæpè, à cane non magno tenetur ibid.
8. *Paulus & Iulianus principes Iureconſultorum, iuerunt in ſententiam, Celſi adoleſcentis.*
9. *Veritati omnia cedunt.*
10. *Veritas, amori, & reuerentiæ præceptoribus debita anteferenda.*
11. *Diuiſio obligationis in ſolidum inducitur, per receptionem partis virilis, ab vno ex pluribus fideiuſſoribus, qui diuiſionis beneficio renunciauerant.*
12. *Sine reliqui fideiuſſores ſint ſoluendo, ſiue non.*
13. *Diuiſionem, tam demum induci, aliqui voluerunt, cum fideiuſſor in ſolidum obligatus, ſoluens ſuam partem, exprimit, ſe ſoluere pro rata ſua.*
14. *Quod an verum ſit, exponitur enim ſeq.*
15. *Diuiſio abſq; vlla alia proteſtatione oritur, cum creditor fideiuſſorem interpellat, de ſua tantum parte diſſoluenda: & fideiuſſor admonitioni huic paret, & partem ſuam ſoluit.*
16. *A titulis primordio poſteriorformatur euentus.*
17. *Reſponſio interpretationem recipit, ex interrogatione.*
18. *Solutio declarationem recepit, ex creditoris interpellatione.*
   Talia ſub ſubtilia, qualia ea, prædicata eorum eſſe permittunt. ibid.
19. *Diuiſio oritur, quando non vnus tantum fideiuſſorum, de ſua ſoluenda parte admonetur, ſed plures item, partium virilium ſolutorem facinnt.*
20. *Verbum quenquam eſt ſingularis numeri.*
21. *Soluiſſe quiſq; præſumitur, ſuo, & non alterius nomine.*
22. *Actum quilibet, proprio nomine cenſetur celebraſſe & non alterius.*
23. *Diuiſione res creditoris non fit deterior. Creditor, qui obligationem in ſolidum diuidit, iure non conqueritur, de inopia fideiuſſorum, qui nondum fuerant exacti. ibid.*
   Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non

& non alijs imputare debet. ibid.

24. *Diuisio nemine refragante oritur, cum creditor petit à diuersis, in solidum obligatis, partem virilem, illiq; ad petitionem hanc, viriles tantum partes, exoluunt.*
Et n. 25.

25. *Diuisionem colligere, ex solutione partium virilium, plurium fideiussorum in solidum obligatorum, simul facta: at ex ea, quæ diuersis temporibus fit, non colligere, rationabile planè non est.*
Geminatio verborum, actusq; iteratio sunt indicium propositi firmi, mentisq; deliberatæ. ibid.

27. *Geminatus actus, maioris, quàm simplex: & trigeminus maioris, quàm geminatus est efficaciæ.*

28. *Doctoris dictum secundum legem, quam allegat intelligendum.*

29. *Interpretatio l. reos. C. de fideiuss.*

30. *Diuisio non introducitur, ex sola petitione, partis virilis, quam solutio secuta non est.*

31. *Conuenire propriè est, aliquem apud iudicem reum facere.*

32. *Diuisio citius oritur, ex receptione partis virilis extraiudiciali, quàm iudiciali.*

33. *Diuinare Iureconsultorum non est.*

34. *Argumentum ab vltimis voluntatibus, ad contractus valet.*

35. *Diuinare quicquam, in vltimis voluntatibus non licet.*

36. *Nec in contractibus.*
Renunciare nemo creditur, illi iuri, quod competere sibi nescierat. ibid.

37. *Argumentum, à superfluitate verborum deductum, fragile, & frigidum est.*

38. *Superflua dici non possunt, quæ apponuntur, maioris declarationis gratia*

39. *Correi debendi constituuntur, per illa verba: obligamus nos in solidum.*

40. *Petitio & solutio partis virilis, quarta etiam vice facta, frustrà non erit.*
Voluntas magis declaratur facto quàm verbis. ibid.

41. *Non allegare, & allegare quidem, sed non probare, sunt paria subesse non dicitur, quod non docetur. ibid.*

42. *Cedens bonis tenetur attamen in id, quod facere potest.*

43. *Probatio necessariò non concludens, probationis nomine digna non est.*

44. *Diuisione semel facta, non patet reditus, ad locupletes, ob inopiam vnius, vel plurium fideiussorum, antea in solidum obligatorum.*

45. *Præsumtio cedit veritati.*

46. *Præsumtio fortior, debiliorem tollit.*

47. *Protestatio nil operatur, si is coniudicat in cuius præiudicium fit.*

48. *Protestatio, conseruat ius priuationis, Domino, qui canonem ab emphyteuta recipit.*

49. *Nisi protestationi huic, contradixerit emphyteuta.*

50. *Diuisionem non impediri, protestatione de saluo iure solidi, nonnulli existimant.*

51. *Protestatio de saluo iure solidi, an sit facto contraria.*

52. *Protestatio nulla est, si fiat de ijs, quæ sita non sunt in protestantis potestate, sed à iuris communis dispositione dependent.*

53. *Protestatio, qua heres protestatur, se non aditurum hereditatem, donec conscriptum fuerit inuentarium, momenti nullius est.*

54. *Protestatio, qua maritus testatum facit, bona sua, pro dote, tacitè non fore obligata, non attenditur.*

55. *Protestatio re integra adhuc, demum rectè fit.*

56. *Pactum tacitum, quod oritur, ex petitione, & solutione partis virilis, vnius in solidum obligati fideiussoris prodest omnibus, siue soluendo, siue non soluendo sint.*

57. *Quod & in absente, & tale pactum nesciente, verum est.*

58. *Pacta omnia tacita, quæ lex producit, prosunt absentibus, & ignorantibus quoq;.*

59. *Interpretatio. § si plures Inst. de fid. & l. si fideiussores ff. eod. tit.*
Beneficium Epistolæ D. Hadriani prodest ita demum, si omnes fuerint soluendo adhuc, litis contestatæ tempore. ibid.

60. *Renunciatio beneficij diuisionis, non iuuat agentem, actione iudicati.*

61. *Libellus omnis iudicialis, rectè assimilatur syllogismo.*
Syllogismus omnis, tribus constat partibus, maiori, minori, & conclusione.

62. *Certi condictio, oritur ex obligatione, quæ re contrahitur.*

63. *Certi condictio, non datur contra fideiussores.*
Fideiussores obligantur verbis.

64. *Actiones nomen hodie, in libello exprimere, necesse non est.*

65. *Actio inepta, si in libello exprimatur, totus euertitur processus.*

66. *Iudex non tenetur, in sententia exprimere rationes, quibus commouebatur, ad sententiam taliter dicendam.*
Iudex fatuus est, qui exprimit rationes, quæ eum impellebant, vt taliter sententiam ferret. ibid.

67. *Iudex causam sententiæ ineptam exprimens, totam euertit sententiam.*

68. *Expressio causæ ineptæ nocet, etiamsi non nocuisset, nullam expressam esse causam.*
Solennitatis etiam non necessariæ adhibitio, si ritè, recteq; non fiat, destruit actum, qui celebratur.

69. *Conclusio libelli, sola attendenda non est, sed reliqua etiam, quæ in libello recensentur.*

70. *Actio, quæ colligi potest ex ijs, quæ enarrabantur in libello, proposita censetur. (bello.*

71. *Actoris intentio, colligitur, ex recensitis in li-*

72. *Clausula peto mihi ius, & iusticiam administrari, cuius sit efficaciæ.*

75. Regula ſtandum donec de exceptione doceatur.
74. Vltima derogant prioribus.
75. Scripturam priuatam, ſuam eſſe agnoſcens, fateri cenſetur omnia, in ea contenta, vera eſſe.
76. Scriptura priuata, ob recognitionem, publico inſtrumento æquiparatur.
77. Et omnia plenè probat, quæ in ea continentur.
78. Scriptura recognita, & res iudicata æquiparantur. (mauult.
79. Non ſoluere, quàm ſolutum repetere, quisq;
80. Stultus eſt, qui alios requirit, cum ab aliis ſit requirendus.
81. Bonæ fides non patitur, bis idem exigi.
82. Improbum eſt, iserum conſequi velle, quod iam acceperat.
83. Liberatio legitimè probatur, creditoris confeſſione.
84. Etiamſi nullâ liberationis cauſam expreſſiſſet.
85. Liberatio omnè obligationem, ipſo iure perimit.
86. Liberationis confeſſio, non minorem habet vim, tollendæ obligationè, quàm apocha, quitantia, remiſſio, aut acceptilatio creditoris.
87. Liberatione vnius plurium correorum debendi, reliqui quoq; fruuntur.
88. Liberatio, abſenti etiam fieri poteſt.
89. Libera me eum quoq; rectè, qui pecuniam non numerauerat.
90. Ad apocham eſſe, requiritur pecuniæ realis numeratio.
91. Argumentum nil fruſtrà fieri, leuidense, & effeminatum eſt.
92. Exprimitur ſæpius, quod aliàs diſpoſitioni, iam inerat.
93. Diuiſionem non oriri, ex petitione & ſolutione partis virilis, eorum qui in ſolidum obligati ſunt, eſt contra ius commune.
94. Interpretatio, quæ ad ius commune reducit, & eius correctionem effugimus, eſt ample-ſtenda.
95. Superfluitas toleratur, dummodò hac ratione, minus à iure communi recedamus.
96. Renunciatio nunquam introducitur, quandiu alia cauſa poteſt conſtituta.
97. Clauſula in principio, medio, vel fine poſita, nunquam trahitur ad ea, quæ ſuam determinationem propriam, iam habent.
98. Argumentum à ſenſu communi, & ratione naturali deductum, fortiſſimum omnium eſt.
99. Rationem querere in iis, quæ naturæ ductu percipimus, rationis non eſt.
100. Cogitare inopinabilia non poſſumus.
101. Cogitatio non poteſt trahi ad ea, quæ rarò contingunt.
Idem iuris in renunciatione quoq; eſt ibid.
102. Continentia cauſæ, non eſt diuidenda.
103. Docere nõ poſſum alium, quæ meipſum latent.
104. Renunciatio nullius momenti eſt, niſi præceſſerit certioratio.
105. Mulier, ruſticus, & idiota æquiparantur, quantum pertinet ad iuris ignorantiam.
106. Mulier Velleiano renuncians, nihil agit, niſi prius certior reddita fuerit, qualeſit S. C. Velleianum.
107. Notarius neſciens, quale id ſit ius, cui partes renunciaſſe aſſerit, totam eam tuetur renunciationem.
108. Culpa lata eſt, ignorare ius.
109. Et quatenus id verum ſit.
110. Culpa non eſt ignorare ea, quæ ad materiam l. Gallus ff. de lib. & poſt. pertinent. (dentia.
111. Sunt enim pœntioris, & obſtruſioris iurisprudentia.
112. Iurisprudentes etiam, vix aſſequi poſſunt ea, quæ ſunt iuris.
113. Cognitio omnis, multis eſt obſtructa difficultatibus, vnde vix doctiſſimi quiq; inuenire poſſunt, quæ cupiunt.
114. Interpretatio l. latæ culpæ. ff. de verb. ſignif.
115. Liberatio habet vim ſolutionis. (uerſa.
116. Diuiſio debiti, & liberatio à debito ſunt di-
117. Renunciatio omnis eſt ſtricti iuris, nec de caſu ad caſum dilatanda.
118. Renunciatio non poteſt introduci, niſi ex verbis expreſſis, & ad introducendam eã aptis.
119. Fatuitas potius colligitur, quàm renunciatio, ceteris paribus.
120. Nec non error, in facto proprio.
121. Renunciatio excluditur, per quamlibet coniecturam, quæ aliud ſuadet.
122. Argumentum labefactatur, ſi alterutra præmiſſarum, falſa ſit.
123. Opinionem eam quis amplecti cenſetur, quam vltimo loco refert.
124. Contradicens ſibipſi non eſt audiendus.
125. Dolo nemo facit, qui ſuo iure vtitur. Nec moram committit. ibid.
126. Difficultas excuſat a mora.
127. Proverbium: tardi venêre bubulci.
128. Iura vigilantibus ſcripta ſunt.
129. Negligentibus iura non ſubueniunt.
130. Damnum, quod quiſq; culpa ſua perſert, alijs imputare nequit.
131. Liberatus ſemel, vlterius non eſt moleſtandus.
132. Creditor, qui culpa ſua, actiones cedere nequit, fideiuſſorum fruſtrà in ſolidum exigit.
133. Nec diſtinguitur, an ſoluendo ſit is, aduerſus quem, actiones cedi debent nec ne. (tinet.
134. Quod etiam in pluribus debendi correis ob-
135. Creditor tenetur omne ius ſuum, quod habet cedere, demta parte ceſſionarij.
136. Contraria allegans, audiendus non eſt.
137. Inconſtantia omnem autoritatem eleuat.
138. Ab expenſis excuſat, iuſta litigandi cauſa.
139. Iudex tenetur reſarcire expenſas ſi abſq; cauſa iuſta, partem ſuccumbentem, ad refundendum eas, non condemnarit.
140. Cauſa litigandi iuſta, non ſolum excuſat ab expenſis, verumetiam à qualibet pœna.
141. Cauſa litigandi iuſta, excuſat à mora, quamuis litigans tandem condemnetur.
142. Interpretatio l. ſi plures. ff. de adm. tut. l. 1. §. plane. ff. de tutel. & rat. diſtr. & n. 144.

143. Mora

143. *Mora absq; contemtu magistratus, non est dolus.*
145. *Mora quatenus dolo, vel culpæ æquiparetur.*
146. *Dolꝰ, culpaue, quæ in omittendo, & illius qua in faciendo consistit, diuersa semper habita est ratio.*
147. *Tutor aduersus contutorem, habet vtilem negociorum gestorum actionem, etiamsi hæc ei à pupillo non cedatur.*
148. *Fideiussor, aduersus confideiussorem frustrà agit, nisi cessæ ei fuerint actiones.*
149. *Aduocati pauperis, & positus est, respondere, per generalia iuris principia.*
150. *In fideiussoribus non habent locum. l. si plures. ff. de adm. tut. l. 1. § si planè ff. de tut. & rat. distr. & l. 2. C. de contrar. iud. tut.*
151. *Interpretatio l. vndè quæritur. ff. commod.*
152. *Actio l. Aquilæ, datur ob facta, & non propter omissa.*
154. *In fideiussoribus non habet locum l. vnde quæritur ff. commod.*
155. *Renunciationes beneficiorum potius ex consuetudine conscribentium, antepochis inseruntur, quàm quod ea sit mens, & voluntas contrahentium.*
156. *Cuius generis renunciationes, iudex dum sententiam fert, attendere non debet.*
157. *Renunciatio, qua quis se priuat omni legum auxilio, efficax non est, nisi constiterit, appositam eam esse, à partibus volentibus, & rem totam intelligentibus.*
158. *Renunciatio generalis, non extenditur ad futura, & nondum tempore initæ obligationis, subsistentia.*
159. *Exceptio cedendarum oritur, non dum se obligat fideiussor, sed dum soluit.*
160. *Renunciatio generalis restringitur, ex causa, modoq; in ijs expressis.*
161. *Limitati causa, limitatum producit effectum.*
162. *Exceptionum exclusio, intelligitur tantum, de exceptionibus minus iustis, atq; legitimis.*
163. *Interpretatione per statutum remota, intelligitur de calumniosa, & iniusta.*
164. *Appellatio si interdicatur, idipsum de iusta, & legitima interpretandum non est.*
165. *Fideiussor qui promiserat se sponte soluturũ, non creditur per id renunciasse, exceptioni cedendarum, aut excussionis.*
166. *Vltima derogant prioribus.*
167. *Clausula sequens, trahitur ad præcedentia, & ijs derogat, & formam dat.*
168. *Generi per speciem, in toto iure derogatur.*
169. *Generi generalissimo, derogatur per genus subalternum.*
170. *Species sua derogant individua.*
171. *Generalitas restringitur, per enumerationem specierum.*
172. *Generalis renunciatio, referri debet, ad nominata tantum, & expressa specificè. (rem.*
173. *Renunciation: priori, derogatur per posterio-*
174. *Renunciatio generalis, nihil valet, ratione eorum, quæ specialem renunciationem desiderant.*
175. *Omissa censentur, quæ specialiter non notantur, dum notatu digna sunt.*
176. *Exceptio cedendarum, non includitur in renunciatione generali.*
177. *Nec in statuto, vllam exceptionem interponi prohibens.*
178. *Cessionarius non auditur, nisi simul & cessionem, & titulum cessionis, edocuerit.*
179. *Quantitas, ob quam fit cessio, in cessionum literis exprimenda.*
Quantitas nisi correspondet summæ, quæ cedebatur, cessio inutilis est. ibid.
180. *Quantitatem item verè numeratam esse, probari oportet si cessio constare debet.*
181. *Exceptio tibi non competit actio, impedit litis ingressum.*
182. *Absq; actione, nemo experitur.*
183. *Agens sine actione, potest per iudicem repelli, in quacunq; iudicij parte.*
184. *Conducto indebiti datur ei, qui soluit, cum tutus esset, exceptione perpetua.*
185. *Etsamsi dubitaretur adhuc, an exceptio perpetuò duratura, nec ne sit.*
186. *Dubia perpetuæ, regulariter exæquari solet.*
187. *Superflua non sunt, quæ apponuntur declarationis maioris gratia.*
188. *Prouerbium: bis aut ter, quæ pulchra sunt.*
189. *Fundamentum, cui innititur, quisq; probat.*
190. *Diuitiæ, vel paupertatem fundamentũ sua intentionis ponens, probare eas necesse habet.*
191. *Diuitiæ aut paupertas non præsumuntur, perpetuò in eodem statu persistere.*
192. *Opes humanæ sunt caducæ, fragiles, & consistere nescia.*
193. *Extremè pauper, emergere adhuc potest.*
194. *Mala cum sunt maxima, bona iam sunt proxima, & è diuerso.*
Thomæ Mori laus. ibid.
195. *Tempus probabit, qui in tempore fiduciam suam ponit.*
196. *Tempus actui formam dat.* (nitæ.
197. *Exceptio: tua non interest, quando sit litis si-*
198. *Protestatio respectu eius actus, qui continuò protestationem non sequitur, nullius momenti est.*
199. *Protestatio semper repetenda, ne recessisse ab ea videamur.*
200. *Protestatio de saluo iure residui, non potest constare si nullum adsit debitum, cuius nomine, fiat protestatio.*
201. *Protestatio noui quicquam iuris non tribuit.*
202. *Protestatio ius prius cõpetens, tantũ reseruat.*
203. *Diuisio introducitur, non minus eo casu, cum fideiussor exprimit, se pro sua rata soluere, quàm cum simpliciter, & absq; expressione hac, soluit.*
204. *Iohannis de Imola laus.*
205. *Decij laus.*
206. *Curtij laus.*

207. *Verba: pro sua persona persoluentem, quæ habentur in l. si creditores. C. de pact. verba sunt partis, & non Imperatoris.*

208. *Argumentum ex verbis enunciatiuis deducitur, ineptum est, & frustratorium.*

209. *Diuisio quæ oritur, ex l. si creditores. C. de pact. nihil cum donatione commune habet.*

210. *Euentus tristis, in considerationem non venit.*

211. *Remissio iuris sui, non est donatio propria.*

212. *Donatio propria non est, nisi vbi quicquam alicui acquiritur.*

213. *Verba: soluo pro mea persona, & verba: soluo pro mea rata, sunt adæquata in iure.*

214. *Diuisio tunc indubitatè exoritur, quoties id, quod soluitur, ad amussim respondet, parti virili soluentis.*

215. *Coniecturis in claris locus non est.*

216. *Argumentum nil frustrà fieri, otiosum ferè, & frigidum.*

217. *Verba id ipsum exprimitur, quod iam inerat.*

218. *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

219. *Verba: obligamus nos in solidum, tories ociosa, & superuacanea remanent, quoties eo modo exprimuntur, quo alias iam inerant.*

220. *Frustra quid fieri tolerabilius est, quàm vt quisq; damnum, indebitè patiatur.*

221. *Renunciatio nunquam inferenda, cum alia capi potest coniectura.*

222. *Renunciatio non extenditur, ad non cogitata.*

223. *Nec ad futura.*

224. *Actus omnis intelligitur, rebus sic stantibus.*

225. *Item renunciatio omnis.*

226. *Verba: obligamus nos in solidum, nihil operantur, nisi præterea Epistolæ D. Hadriani renunciatio expressa, asserit.*

227. *Renunciatio expressa, & specifica requiritur, in id, vt cesset, beneficium l. si creditores. C. de pact.*

228. *Beneficio l. si creditores. C. de pact. rarissimè renunciatur.*

229. *Renunciatio generalis non extenditur, ad rarò contingentia.*

Lex rarò contingentibus non adaptatur, nisi cum legulator, id exprimit.

230. *Propter quod vnumquodq; tale est, illud magis tale est.*

231. *Mens in omni humano actu, dominatur scripto.*

232. *Mens contrahentium, vel pacisc entium præfertur scripturæ.*

233. *Calumniatoria est scriptum sequi, boni viri autem, voluntatem scribentis defendere.*

234. *Mens est rex in omnibus actibus humanis, fatellites cuius sunt, verisimilitudo, & coniectura: hæc, tur sum ancillantur verba.*

235. *Contrahentes id voluisse censeri, quod statuissent, si de eo cogitassent, quatenus verum & n 236.*

237. *Renunciationes sunt odiosæ.*

238. *In renunciationibus, non procedit illa regula, quæ habet, pro expressis haberi ea, quæ verisimiliter renunciantes expressissent, si de eis fuissent interrogati.*

239. *Pactum tacitum, quod oritur, ex petitione, solutione q; partis virilis, vnico verbo, non dexterè accepto, totum euertendum non est. Princeps vnico verbo, totum ius testamentorum, tot vigiliis excogitatum, euertere non creditur. ibid.*

240. *Geminatio actus, vt aliquid efficiat, oportet eam per interualla fieri.*

241. *Consuetudo, quatenus ex duobus actibus introducatur.*

242. *Confessio, quando censeatur, iteratò facta.*

243. *Actio iniuriarum, semel tantum datur ob plura verba contumeliosa, quæ quis simul, & semel enumerat.*

244. *Furtum vnicum est, quantumuis quis plures res, simul absportet.*

245. *Appellatio tantum vnica est, quantumuis quis, vno tempore sepius, vocem hanc, appello. appello, repetierit.*

246. *Apostolos semel tantum petisse recte dicitur, qui vna vice, Iudici dixit: apostolos peto, & iterum peto & cum instantia peto.*

247. *Velleiano non dicitur, iteratò renunciatum, nisi inter primam & secundam renunciationem interceserit annus.*

248. *Non minus in geminatione, quæ actu aliquo fit, quàm in geminatione verbo facta, temporis spacium, vt geminatio dicatur facta, desideratur.*

249. *Renunciatio facto magis, quàm verbis fit.*

250. *In geminatione quoq;, quæ scriptis fit, temporu interuallo opus est, vt iteratò facta dicatur.*

251. *Et quatenus id verum sit.*

252. *Scribens creditur, omnia verba quæ scripserat diligenter expendisse, oquens non item.*

253. *Cessante ratione distinctionis, ipsa cessat distinctio.*

254. *Geminatio, absq; temporis interuallo, nihil planè operatur, in tertij præiudicium.*

255. *Geminatio astringenda, ne ex ea, alsurdi quid consequatur.*

256. *Neue quis damnum patiatur.*

257. *Geminatio ex diuersis, colligi non debet.*

258. *Geminatio nihil operatur, in ijs, quæ sunt restrictioris naturæ, veluti renunciationes.*

259. *Remedium l. 2. C. de resc. vend non tollitur, per renunciationem geminatam.*

260. *Conditio indebiti non tollitur, per renunciationem, qua renunciatur conditioni sine causa, actioni in factum, & omni alio legum auxilio.*

261. *Geminationis natura est brocardica.*

262. *Geminatio verborum, sensum eorundem non auget.*

263. *Actus repetitus, eiusdem est naturæ, cuius est simplex.*

264. *Promittens bis, semel tantum, soluere tenetur.*

265. Legatum saepiùs in eodem testamento repetitum, semel tantum debetur.
266. In brocardicis, scripto iuri mordicus inhærendum.
267. Geminatio nihil operatur, nisi in casibus à iure expressis.
268. Renunciationem geminatam, introducere renunciationem beneficij. l. si creditores. C. de pact. nulla lex præcipit.
269. Pactum, stipulatio, & eius generis alia, contra paciscentem, stipulantem & c. interpretanda.
270. Dispositio obscura, semper ei nocet, qui hinc quicquam emolumenti, acquirere conatur.
271. Stulti posse malum accipium, erratum cognoscere desunt.
272. Iura vigilantibus scripta sunt.
273. Negligentibus iura non subueniunt.
274. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi quoq; imputabit.
275. Prouerbium, bis aut ter, quæ pulchra sunt.
276. Recognitio habet vim confessionis iudicialis, & legitimam fidem de liberatione facit.
277. Creditorem diuturniori silentio non vsurum, si causam bonam foueat, sæpe præsumtio.
278. Tacens diutius causam bonam fouere non creditur.
279. Firmissimum argumentum in fine collocandum.
280. Sententia dicenda non est, siquidem ea, causa principalis non diffiniatur.
281. Sententia diffinitiua, quæ esse censeatur.
282. Diffinitio cui non competit, nec diffinitum.
283. Sententia referuans ius, alterutri partium, mera est interlocutoria.
284. Res iudicata dicitur, tum demum, quando appellationi, amplius locus non est.
285. Correlatiuorum vno posito, alterum quoq; sequitur.
286. De vno correlatiuorum disputato, disponitur quoq; de altero.
287. Actio & exceptio sunt correlatiua. Actiones sunt arma actorum, quibus persequuntur, quod suum est, vel quod sibi debetur.
288. Exceptiones sunt arma reorum, quibus se, suaq; tuentur.
289. Actio telum est, exceptio clipeus.
290. Exceptiones sunt elisiones actionum.
291. Exceptio facilius longè, quàm actio datur.
292. Exceptio omnis, in æquitate innititur.
293. Actio, siue petitio omnis innititur stricto iuri.
294. Excipientis conditio in dubio semper melior.
295. Actus quilibet pro sui perfectione, voluntatem, & potestatem requirit.
296. Exceptio est defensio.
297. Exceptionem, solus princeps tollit, adhibita clausula ex certa scientia, & clausula non obstante, item clausula plenitudinis potestatis &c. n. 298.
299. Consistorium principis, non vitur clausula, ex certa scientia, non obstante, aut immensa potestate.
300. Actus in dubio interpretationem recipit, ex potestate agentis. Nec quisquam id creditur voluisse, quod non potuit.
301. Viam eam nemo creditur elegere, per quam, quæ vult, euertuntur.
302. Sententia, & decretum aduersus ius constitutionis latum, ipso iure est nullum.
303. Sententia aduersus opinionem communem latu, est nulla ipso iure.
304. Sententia aduersus ius constitutionis, vel communem opinionem latu, nulla est, etiamsi in eam consenserit vtraq; pars.
305. Sententia diffinitiua nulla est, si non contineatur in illa, verbum: absoluo, vel condemno.
306. Sententia contra non citatum lata, est nulla ipso iure.
307. Etiamsi ei commodo esset, qui absens fuerat.
308. Nullitas ex defectu iurisdictionis promanans maxima est.
309. Et vt reparabilis & insanabilis.
310. Iurisdictio est iudex, dux, & Imperator iudicij.
311. Iudicatum dici non meretur, quod à iudice non suo, iudicatum est.
312. Sententia confirmans primam nullam ipsa quoq; nulla erit.
313. Sententia debet conformis esse libello.
314. Iudex non debet iudicare, nisi super allis & probatis.
315. Sententia in vno articulo, vel capite lata, quò ad reliqua, ius non facit.
316. Sententia est stricti iuris.
317. Sententiæ verba, ita sunt sumenda, vt sonant.
318. Ex sententiæ verbis, nihil inferendum, quod necessariò ex ijsdem non consequitur.
319. Ad sententiam nihil extrinsecus subaudiendum.
320. Sententia in dubio interpretatur ita, vt minus noceat ei, aduersus quem lata est.
321. In sententiæ interpretatione, potissimum ad mentem iudicis recurrendum.
322. Legum præscripto, quilibet se conformasse creditur.
323. Iudex creditur ad ea appulisse animum, quæ lex vult.
324. Interpretatio sententiæ, ea est prima, quam dedit ipse, qui sententiam tulit.
325. Consistorio principis, vt plurimum assident, nobiles probataq; personæ.
326. In dispositionibus omnibus inspiciendum non id, quod fieri debet, sed quod fieri debet.
327. Sententia alicui parti, ius suum reseruans, intelligitur, si pars, cui ius aliquod reseruatur, reuera ante sententiam, ius aliquod habuisset.
328. Reseruatio, reseruabile non inueniens, nihil operatur.

329. Reservatio nouum ius non tribuit, sed antea competentis, tantum reseruat.

330. Impedimentum non præstat, quod de iure effectum non sortitur.

331. Confessio ipsius partis, reliquas probationum species, omnes vincit.

332. Preces, libellus, articuli faciunt plenam probationem, contra supplicantem, libellantem, articulantem.

333. Exceptio, quæ se, cum sententia compatitur, potest opponi, etiam post rem iudicatam, ad executionem eius retardandam.

334. Exceptio diuisionis, remoratur rei iudicatæ executionem.

335. Et exceptio cedendarum.

336. Exceptio cedendarum, semper obstat executioni, donec cessionem petenti satisfiat.

337. Ad alsoluendum, quam condemnandum promptiores esse debemus. (diget.

338. Nouæ emergentia, nouo quoque auxilio indigent.

339. Argumentum ab absurdo fortissimum.

Nam cogitassem, vir strenuissime, atque Nobilissime, opellam meam, quam antehac, tibi petenti, denegare non poteram, ideo à me expectatam, vt actis publicis inseserer etur, Iudicij, posthac sententiam conscripturo proponeretur. Etenim Domini Aduocati tantùm gratia, illum, qualemcunq, laborem, tunc temporis susceperam.

Multòminus autem conijciebam, Dominos Francofurtenses, iam partis aduersæ A. à G. defensionem susceepisse. Alioqui enim negocio facili, præuidere potuissem, operam, & oleum, vt aiunt, me perditurum.

* Non nescius enim eram, commune Interpretum conclusum esse: quòd consilia Collegiorum, & Facultatum Iuridicarum, insuper habito Doctoris vnici consilio, tenenda atq; sequenda sint. *Abb in c. prudentiam. n. 4. ext. de off. deleg. Tiraq. Gallard. in l. centurio. n. 459. ibi Verdin. Lotz. in addit. ff. de vulg. & pupill. Ant. Gab. Rom. in tr. regul. lib. 1. tit. de testib. conclus. 4. n. 91. And. Gail. obs. 33. n. 5. lib. 1. Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 9. n. 50. Dec. conf. 400. n. 1. Sum. de Proct. conf. 307. n. 15.*

2 Veritas enim, à pluribus prudentibus quærita, facilius reperitur. *c. de quibus. dist. 20. Abb in d. c. prudentiam. n. 4. Gail. d. obs. 33. n. 3. Corat. d. tit. 9. n. 20. Vib. Decian. conf. 8. n. 145. vol. 1.*

3 Et integrum est iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur. *c. extra dist. 64. c. prudentiam in fin. pr. ext. de off. deleg. Boër. in consuet. Bitur. tit. de iurisd. § 2. in fin. Tiraq. de vt. retr p. 1. §. 11. gl. 6. n. 3. Oldrad. conf. 130. n. 11.*

4 Deniq; ea perfectissima est veritas, quæ ab amplioribus hominibus reuelatur. *l. vlt. C. de sent. omn. Cacher. in proœm. suar. decis. n. 7. Hipp. Rissum ad l. iuris ignorantiam. n. 41. C. qui adm. Antou. Mar. Corat. d. tit. 8. n. 20. Oldrad. d. conf. 130. n. 11.*

Cum res plenius tractetur, in cuius tractatione, plures Iurisperiti adhibentur. *l. Duæ fratres. ff. de tut. patron. Cacher. an. in proœm. suar. decis. n. 7.* 5

Ar, cum tot, vt aiunt, parasangis, à vero cogitationibus meis aberrarim, meum responsum antehac conscriptum, ad Notarium Actorum, allatum sit, tu item me quotidiè, precibus tuis defatigare, non cesses: ego verò promissi mei, bene mihi sim conscius, quo promiseram tibi, nobilissime atq; familiaritatis, in omnibus, in quibus par erat, obsecundare: non potui non facere, quin tandem petitioni tuæ concederem, & quin adductis à Dominis Consulentibus; pro parte aduersa, possem satisfacere tentarem, periculumq; facerem.

Hac spe fretus: quod parumlis, quandoq; 6
reuelari, quæ prudentioribus, & ætate prouectioribus absconditia sunt, memineram. *c. esto subiectus in fin. 95. dist. c. vlt dist. in d. 38. Host. in proœm. sua Summ. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. n. 10. Paul. de Mont. pic. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. n. 100. ff. de leg. 2. Capsferr. an tr. de num. test. p. 2. l. 9. n. 37.*

Et quod Ouidium ceciniſſe sciebam: 7
Sæpè necat morsu, spaciosum vipera taurum:
A cane non magno, sæpè tenetur aper.

Quod ex nostratribus adduxère *Neuiz. d. lib. 5. n. 10. & Paul. de Monte. Pic. in d. § Titia. n. 110.*

Sic recordabor, Paulum, & Iulianum pri- 8
scorum iurisconsultorum coryphæos, in Celsi adolescentis adhuc, & tum ætate, tum rerum gerendarum prudentia illis longe inferioris, sententiam iuisse. l. si seruum. §. sequitur ibi *Iul. n. 9. ff. de verb. obligat. Tiraq. in tr. de primogen. in præfat. n. 99.*

Et deniq; non ignarus eram, veritati om- 9
nia concedere debere. *c. quæritur. 2. q. 7. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. n. 112. Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 6. n. 4. Matth. de Afflan c. 1. n. 5. de cons. imt. dom. & Vasall. de inuest. feud. Angel. Perus. conf. 391. n. 3.*

Vnde etsi olim, Dominis Francofurtensi- 10
bus, pro præceptoribus vsus essem, omnem tamen præceptorum quoq; cultum, reuerentiam, veritati postponenda esse, certus eram *Abb. in c. cum nos. n. 2. ext. de maior. & obed. Abb. in c. 1. n. 25. ext. de resil. spolat. Abb. in c. qualiter & quando. el. 2. n. 8. ext. de accus. Petr. Gerh. de petrosanct. sing. 62. in fin. Cat. ll. Cotta in memorab. in v. iuuenicius capitalis in fin. Fortun. Garc. in l. Gallus. §. idem credendum. n. 9. ff. de lib. & posth. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. n. 38. Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. lib. 2. tit. 9. n. 34. Caccialup. in l. si qua alluvius. n. 83. C. ad S. C. Orfician. Cagnol. in l. 2. §. auris studia facientium. 35. ff. de orig. iur. Sim. de Proct. conf. 28. n. 1. vol. 1.*

Quod itaq; rerum omnium primum erat, repetita nempe lectio, hactenus in iudicio agitatorum, eam non neglexi: & præterea, quæ in

quæ in medium aduersus te, à Dominis Consulentibus afferebantur, quàm potui accuratissimè, mecum expendi.

Arq; his omnibus peractis, tale quid attamen reperire non potui, ob quod, priùs nam mutare sententiam in animum inducerem.

Etenim antea adduxeram, & etiamnum adduco, pro tuis, vir Nobilissime tutandis partibus, PRIMÒ: id, quod vti antehac firmissimè demonstratum est, creditorem recipientem debiti partem, ab vno, ex pluribus fideiussoribus, qui beneficio diuisionis renunciauerant, obligationem eorundem diuisisse, & non nisi pro rata, quemliber posthac conuenire posse, communi DD. suffragio, sit receptissimum, & iuris apertissimi. *l. si creditores ibi Cyn. in addit. Br. n. 4. Salyc. n. 5. Castr. n. 4. Alex. n. 6. vers. put in eum Curt. n. 10. qui hanc esse veram, & communem opinionem asserit. l. 1. n. 1. & 2. Petr. Stella. n. 10. C. de pact. Bar. in l. inter eos. §. 1. n. 2. ff. de fideiuss. Roncheg. in l. 4 vers. vnde. n. 25 ff. de duobus reis Hartm. Pist. q. 9. n. 6 lib. 1 Tonning. decis. 47. per tot.* 1

Ita hoc visq; eò procedit, vt discrimen hoc casu nullum constituendum sit, siue fideiussores reliqui, qui nondum soluerant, soluendo, siue non soluendo fuerint *Br. in l. ex duobus. n. 3. ff. de duol. reis. Alex. in d. l. si creditores. n. 2 ubi Iaf. n. 2. Curt. n. 14. Ale. n. 4. Stella. n. 13. C. de pact. Prael. Pap. in for. lib. quo ag. ad plur. reos. deb. in v. quilib. ipsorum in fi. huius n. 12. Tonning. d. decis. 47. n. 11.* 2

Neque verò illud remouere obstaculum; quòd à Consulentibus adductum est, opus, aut labor est, tum demum, scilicet, l. si creditores C. de pact. determinationi locum esse, cum fideiussor, se pro rata sua soluere expresserit, & eiusmodi solutioni creditor acquieuerit. *per text. d. l. si creditores. C. de pact. vbi Alex. Iaf. & Dec. ad vsque allegant.* 3

Nam etsi hanc interre conentur, cum sub hac verborum formula, solutio à fideiussoribus, in præsenti negocio facta non sit, sed ij simpliciter, & absq; vlla verborum conditione, debiti portiones exoluerint, debiti quoq; diuisionem, non intercessisse, quodq; consequens est, C. ab A; ad persoluendas fideiussorum inopum quotas, rectè conueniri, atque exigi.

Est attamen, quod respondeamus in promtu: nempe primò: complures Doctores, & ipsum quidem Decium (quamuis ad suas stabilitendas partes, Domini Consulentes eum adduxerint) velle: etiamsi verba: quinquam vestrum pro persona sua soluenten, *in d. l. si creditores. C. de pact. exprimantur*, his tamen frustra quenquam inniti. 4

Non enim Imperatoris referibētis, sed partis Imperatorem consulentis, verba esse, aq; Imperatorie, enunciatiuè tantummodò proferri. Iuri itaq; consentaneum non esse, in causarum decisionibus, hæc ipsa verba, ponderari. Ita namq; in specie decidunt *Iob. de Imol. in l. 2. n. 4 vers. item adde ff. de duob. reu. vbi illam distinctionem. an si fideiussor sim pluster soluerit, an verò se pro parte sua soluere, exprimerit, veram non esse, testis est Dec. in d. l. si creditores. n. 1. ubi Curt. n. 4. C. de pact.*

Palàm itaq; fieri omnibus arbitror, vtri opinioni inhærendum sit, vix cuiquam constare. Quapropter fieri nequit, ve hæc dubia, & nondum enucleata satis opinione axioma, quod à me superius positum est, euertatur. At tac, veram esse opinionem, quam fouent Domini Francofurtenses, illiq; à nullo Interpretum contradici: victi tamen nihilòmagis ex acie discedemus. Adest enim, alia, præsentis thematis circumstantia, quæ huic distinctioni, locum non fore, plane persuadet. Enimuerò cum hic creditor ad fideiussorem scripserit, vt soluerat partem suam, siue partem virilem (scimus autbell) huicq; admonitioni fideiussor paruerit, creditorique partem eam debiti, qua rectè subductis calculis, is fideiussor tenebatur, simpliciter dederit, omninò ob huiusmodi verborum, à creditore factam conceptionem, & pro parte virili soluenda, admonitionem, debitum diuisum esse, nec aliam à fideiussore protestationem fieri, desiderari, Doctoribus nostris placuit. *Ita in specie decidunt Salyc. n. 4. Alex. n. 4. Franc. Curt. n. 4. vers. & cum ista. C. de pact.* 5

Quorum opinio omninò irrationabilis non est. A tituli enim primordio posterior euentus, formari solet *l. vnic. ad fin. C. de imp. lucr. defer lib. 10. Neguz. in tr. de pignor. in 2. membr. 5. p. p. n. 50. Affl. decis. 376 n. 5. Lup. ad rubr. §. 62. n. 28. ext. de donat. int. vir. & vxor. And. ab Exea. in tr. de pact. n. 76. Hartm. Pistor. q. 7. n. 9. lib. 1.* 6

Et quemadmodum magis est, vt ad interrogata, interrogatum respondisse dicamus. *l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interr. act. l. Titia. §. idem respondeo. ibi. l. ff. de verb. obl. Iaf. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. n. 42. ff. de verb. obl.* 7

Ita quoq; omninò rationis erit, dicere: fideiussorem ex eo capite, cuius ratione à creditore interpellabatur, solutionem fecisse. Etenim generale est, talia subiecta esse solere, qualia à prædicatis suis esse permittuntur, & econtra. *l. fundum. ff. de fund. instr. Nemz. in syntul. nupt. lib. 1. n. 229. Franc. à Sousbec. in tr. feud. p. 13. n. 5. Cas. Contard. in l. diffamari. c. 6. n. 15. C. de ingen. manum. Capoll. in tr. de cessur. suis. prædior. c. 4. n. 14. Gail. obseruat. 106. n. 3. lib. 2.* 8

Iam verò si alia non adsunt, adsunt tamen literæ creditoris A. à G. ad C. ab A. datæ, quæ ostendunt, quod Creditor hic ab A. H. M. G. H. M & ab ipso C. ab A. quamuis singulos eorum, in solidum obstrictos teneret, partem virilem tantum petierit: partem item virilem sibi solui permiserit. Quod reliquum itaq; est, concludamus oportet, obligationem hic diuisam esse, & alia præterea protestatione vlla, opus non fuisse.

Adest deinde & alia facti circumstantia, qua longè itidem fortius, vlla protestatione fideiussoris, opus non fuisse enincitur. Ponamus etenim, veram esse opinionem eam, in qua fiduciam posuerunt, Domini Consulentes, nullum tamen exhibebit negocium.

** 19 Cum in id, a frequentiori Interpretum schola, pedibus itum sit, debiti diuisionem exoriri, ex viritim facta debiti solutione simplici, quoties non ab vno, sed ab altero item, & tertio, & pluribus consequenter fideiussorum, particularis solutio exacta, atq; recepta est. *Ita in specie desidunt Br.in l.si ex toto.§. 1.n.3. ibi Bl.n.4. Castr.n.3. Ioh.de Imol. n. 2. vers. in eadem gl. Raph.Fulgos.n. 1. versnota duo. Alex. n. 6. Ias. n. 13. & Ripa.n. 13. qui communem dicu.ff.de legat. 1. Br.in l.ex duobus.n. 12 Abi Ioh.de Imol.n 3.ff.de duob. reu. Alex. in l. si creditores.n. 5. ibi Alc.n. 40. C. de pact. Routhegall.in l. 3.§. 1.n. 38. qui itidem communem dicu.ff.de duobus reis.*

20 Quæ opinio rursus, cui inhæreat, optimum fundamentum habet. Si enim ponderetur exactius verbum: quenquam, in d.l. si creditores positum, facile cuiuis apparebit, notati textus ordinationem, de eo casu loqui, cum vnica tantum, partis virilis exactio, à creditore facta est: quodq; consequens est, etiamsi detur verba ista: pro sua persona persoluentem: Imperatoris, non verò partis esse, omnibus nihilominus conspicuum fiet, eam, cum eo casu, quo plures viritim, & pro parte sua exacti sunt, nihil commune habere. Est enim verbum quenquam: singularis numeri, proindeq; solutione vnica, contentum est, arg. c. pluralis numerus de reg. iur. lib. 6.

Vt taceam nouos plane geminationis effectus esse, de quibus nonnihil paulò post agendum erit.

Neq; verò his occurrunt ea, quæ hîc, ceu aduersa, & repugnantia, adduxerunt, pro parte aduersa Consulentes: ex iure communi nimirum, omnem, cuiuscunq; actus, interpretationem quærendam: item iure communi prouisum esse, ne per partis debiti solutionem simpliciter factam, diuisio obligationis introducatur, nisi adsit protestatio soluentis, se suo nomine soluere.

Fac enim maiorem propositionem (omnia nimirum, secundum iuris communis sanctiones, declarari) vniuersaliter veram esse: nihilo tamen magis consistet, propositio minor.

Nam etsi incogniti iuris non sit: in dubio ex particulari solutione, obligationis diuisionem non produci: non minus attamen certum quoq; est illud: quod per creditoris petitionem particularem, pro rata cuiusq; fideiussorum, huicq; petitioni correspondentem solutionem, debiti, obligationisq; diuisio inducatur. *Quæ est doctrina Salyc. in d.l. si creditores. n. 4. ibi Alex. n. 4. Curt. n. 4. C. de pact.*

Et hoc amplius, traditum in iure est: semper in ambiguo, soluentem, suo, & non alterius nomine soluisse, respondendum esse. *l. & magis. ff. de solution. Br. in l. Modestinus. n. 4. ff. de solut. Br. in l. cum autem. n. 1. ff. de fideiuss. Raph. Cuman. in l. vt fideiussor. n. 2. ff. eod. tit. Ias. in l. si res obligata. n. 46. ff. de leg. 1. Marant. in tr. de ord. iudic. in proœm. n. 20. Hartm. Pistor. q. 7. n. 2. vol. 1. Nicol. Bellon. cons. 44. n. 3. vers. præterea.* 21

Quod & generaliter verum est. Cum iuris expeditissimi sit, omnem omninò actum, qui fit: à celebrante actum, nomine proprio, non autem alieno celebratum, videri. *Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 10. gl. vnic. n. 3. per l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. l. pro herede. ff. de acquir. hered. & d. l. & magis. ff. de solution.* 22

Nihil itaq; vetat, quo minus in dubio casu, talem constituamus interpretationem, qua ex particulari solutione, obligationis semper diuisio, promanet. Si enim verum est, in dubio quemlibet, suo nomine soluere præsumi: vti verisimum esse iam constat: Consequens erit, in dubio perindè esse, ac si fideiussor dixisset, se pro sua persona soluere. Quo casu obligationis diuisionem fieri, ipsimet quoq; Domini Consulentes, fatentur.

Nec enim recte inferri potest, ob obligationis diuisionem, creditorem res suas pessundare, cum ei, aduersus reliquos fideiussores non soluentes, actiones saluæ sint. Nec est, quod de inopia reliquorum fideiussorum, quorum obligatio diuisa iam est, creditor conqueratur. Cum ipse damni causa sit. Damnum verò, quod quis sua culpa sentit, sibi, & non alijs, imputare debeat, vti & cautius, in posterum, mercari addiscere. *c. damnum, de reg. iur. lib. 6. Neuiz. in sylua. nupt. lib. 4. n. 50. Schenck. à Tautenb. in c. 1. in pr. n. 11. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. sed non est alia. n. 7. quæ fuit prima caus. Zoanett. in l. vt. vim. p. 3. nu. 114. ff. de vsufr. & iur.* 23

Rursus, minor quoq; propositio, ideò consistere nequit: quod de casu, dubio & incerto loquatur.

Ceterum nobis de casu incerto, & dubio res non est. Etenim, vt sese res in præsenti negocio habet, creditor hîc, à fideiussorum vno, atq; altero, partes suas viriles, petijt: sponsoresq; particularem quoq; solutionem, portionũ suarum virilium fecerunt. Quo casu, diuisionem obligationis factam esse, & pro residui præstatione, neminem ex his, qui iam soluerant teneri, amplius dubitari, non conuenit. *Vti in specie resolutæ Salyc. in d. l. si creditores. n. 4. Alex. n. 4. Curt. n. 4. C. de pact. Nec quisquam qui illis refragetur, reperitur.* 24

Consequitur itaq; minori propositioni, quam Domini Consulentes adduxêre, in præsentia, locum non esse.

Firma itaq; stat conclusio, resolutiones, à Dominis consulentibus, primo fundamento, à me ad-

à me adducto, accommodatas, efficaces nõ esse.

SECVNDA, qua monebar, & adhuc moneor, vt concluderem, in præsenti negocio, diuisionem obligationis factam esse, ratio hæc est: quod animaduertebam, non solùm C. ab A. verumetiam H; M. & G. singulos, pro parte sua virili, diuersis temporibus, atq; coadionibus, exactos fuisse.

Nihil itaq; in medio relinquebatur, quod obligationis diuisionem impediret. tacitumque pactum, de non exigendo, nisi pro rata, singulos fideiussorum remoraretur. Indubi-
15 tati siquidem iuris est: tunc planè creditorem, diuisionem obligationis feciße, dicendum esse, cum non vnum tantum fideiussorum, sed duos, tres, pluresue, pro partibus suis virilibus exegerit, atq; ad dissolutionem coegerit. *Br. in l. si ex toto. §. 1. n. 3. vbi Bl.n. 4. Castr.n.3. Ioh.de Imol.n.2. vers. in eadem gl. Raph. Fulgos.n. 1. vers. nota duo. Alex.n.6. Iasn.13. Ripa.n.15. qui communem dicit. ff de leg. 1. Br.in l. ex duob.n. 12. ff. de duob. reis. Alex.in l. si creditores.n.5. vbi Ale.n.40. C. de pact. Roncheg.in l. 3.§. 1. n. 38. qui itidem communem dicit ff de duob. reis.*

Huic autem, nil quicquam negocij facesit, prima à Consulentibus adaptara resolutio: tum demum, theorema modò adductum, locum habere: cum ab aliquot fideiussorum simul: non verò seorsim, separatimq;, ab vno, poß alium pars sua virilis extorquetur. autoritate *Alex.in d.l. si ex toto.§.1.n.6. vbi Iasn.13. ff. de leg. 1. per l. reos. C. de fideiussor.*

Respondeo enim primò: nihil tale, apud Alexandrum, aut Iasonem, scriptum reperiri: sed Alexandri, Iasonisq; verbis, manifestò (quod pace tantorum virorum dixerim,) fucum fieri.

Accedat ad hæc, irrationabile prorsus esse,
26 ex vnica omnium, vel plurium fideiussorum conuentione, & solutione simul facta, obligationis diuisionem, pactumq; tacitum, colligere, ex conuentione verò, debitiq; dissolutione, disiunctim, à pluribus fideiussoribus, pro portione virili extorta, eandem debiti diuisionem non inferre.

Quæ enim maior animi, mentisq; diuidere volentis, coniectura est? Eiusne, qui omnes simul, aut plures conuenit, & partes viriles, quas petierat, sibi oblatas, vno tempore, recipit: an verò illius, qui disiunctim & plures fideiussores conuenit, & particulares solutiones, quas flagitarat, sibi fieri passus est. Et mehercle eius esse, qui iteratò id fecit, dicendum omninò erit. Alioqui enim in notißima iuris principia impingemus, maiorem nimirum efficaciam, operandiq; virtutem, actui vni co & simplici, quàm geminato, aut tertio etiam, vel quarto, tribuentes.

Cum tamen receptißimi iuris sit, ipsiq; Consulentes, ad finem, secundæ suæ rationis decidendi, facere cogantur, quod geminatio verborum, actusq; reiteratio, propositi, consensusq; firmi, argumentum sit, & ius, ab actu simplici, longe diuersam rationem habens, inducat. *l. quingenta. ff. de prob. l. Beluſa. ff. ad Trebell. l. si mulier la 2. auth. siue à me. C. ad vell. l. cum scimus. C. de agr. & cens. lib. 11. s. eam te ext. de restr. Euer. in top. in loc. a vi geno. n. 1. Seraph. in tr. de iur. priu. 106. n. 15. Toming. dec. 1. 3. n. 54. Hartm. Pist. q. 3. n. 6. lib. 2.*

Quod item actus geminatus, maioris, 27
quàm vnicus. *Rol. à Valle conſ. 5. n. 21. vol. 1. conſ. 100. n. 63. vol. 4.*

Tertiò verò, aut quartò repetitus, maioris rursus, quàm geminatus sit efficaciæ. *Rol. à vall. d. conſ. 100. n. 65. vol. 4. Tiber. Dec. conſ. 1. n. 204. vol. 1. cum similibus, quæ ipſi Conſulentes, in loco ſuperius deſignato, aſſerunt.*

At sic, Alexandrum, & Iasonem, idipsum, 28
quod asserunt, Domini Consulentes locutos (quod tamen neutiquam concedi protest) nihilominus tamen dicta eorundem, secundum legem, quam allegant, intelligendum esset, quæ est *l. reos. C. de fideiuſſ. Ex receptißima Bartoli doctrina, in l. non ſolum. 6 ſi liberat. n. 7. ff. de liber. leg.* *

Iam verò d. l. reos, ne syllaba quidem, indicium præbet, plures simul fuisse conuentos. 29

Deindè vt habet, communis Interpretum sententia, non de diuisione, sed de electione: *Vtſi ibidem tradunt Br. Bl. n. 1. ſalyc. n. 4. qui commun. dicit, per illum text. ponderando verba: cum nullus electione* 3
electione haeretur. Seu vt ſalycetus eam intelligit (cuius interpretatio, amicior litere videtur,) de fideiussoribus & mandatoribus loquitur. Fideiussores q; mandatorum conuentione, & exactione, & è diuerso, non liberari tradit: de eo verò, quando vnus fideiussorum, ratione conuentionis, & actionis, sui confideiusoris, liberationem consequatur, nihil agit.

Quapropter consequitur, cum in præsenti quæstione, creditor, non elegerit, sed diuiserit: cum item non de mandatorum, & fideiussorum, vel è contrà, sed de confideiussorum inter sese liberatione, tractetur. l. reos. C. de fideiuss. hic accommodari non posse.

Sed & l. reos habet, conuentum tantum- 30
modo, in dubitatione, quam dedidit, fuisse vnum confideiussorum: non verò creditori petenti, virileni soluisse eum, qui conuentus fuerat. Quo casu, nemini in mentem venit, ex nuda petitione, absq; solutione, atq; satisfactione, diuisionem introduci. *Vt hoc, non ſolùm in d. l. reos. C. de fideiuſſor. deciſum eſt: verumetiam traditum legitur, à ſalyc. ibid. n. 4. in fin. Br. in l. ſi creditores. n. 4. vbi Bl. n. 4. ſalyc. n. 4. Alex. n. 4. Iaſ. n. 4. ver. redeo. C. de pact. Br. in l. ſi ex toto. §. 1. n. 3. ff. de leg. 1.*

Vndè rursus inter thema l. reos. C. de fideiussor. & thema nostrum, ingens apparet discrimen, cum hic non solùm petitio: verumetiam solutio partis virilis, & quidem non vnius, sed plurium fideiussorum, facta sit.

Deniq;

31 Deniq; l. reos. C. de fideiuſſ. de iudiciali conuentione tractat, quod ex verbo conuenire apparet, quo textus l. reos. C. de fideiuſſ. vtitur. Etenim conueniri proprie eum dicimus, quem in iudicio, reum facimus. *l. ſi homo. ibi gl. in v. conuentionem. ff. de rei vind. l. cum notiſſimi in pr. ibi gl. in v. per ſolu. C. de præſcr. longiſſ. temp.*

Hîc verò, de petitione extraiudiciali agitur. Nec enim H. G. aut M. vnquam in iudicio G. conuenit, ſed extraiudicialem partis virilis, quam à quoquam eorum exegerat, oblationem recepit.

32 Qua extraiudiciali partium virilium receptione, longè facilius obligationis diuiſio introducitur. Sunt enim qui velint, ſolam extraiudicialem, partis vnius virilis receptionem, ad diuiſionem obligationis ſufficere: Cum tamen petitio, in iudicio facta, aliter diuiſionem non producat, quàm ſi à quolibet fideiuſſorum, pars virilis flagitetur. *Ita in ſpecie decidit Cyn. in d. l. ſi creditores in fin. ibi Curt. n. 10. C. de pact. quo in loco Cynus. l. liberum. C. de fideiuſſ. (quam rectius ſuæ opinionis confirmatione adhibuiſſent Conſulentes) ita declarandam autor eſt.*

Sed videamus ne non altera, quam ſecundæ deciſionis noſtræ rationi, Domini Conſulentes dederunt, reſponſio, nos acrius infeſtos reddat. Poſtquam enim vidiſſent, primæ reſolutioni, qua diſcrimen, inter coniunctim, & diſiunctim, factam partis receptionem, tutò inhæreri non poſſe. Vtpotè quæ omni illi auxilio deſtituatur, Interpretumq; autoritate careat: cò confugerunt: vt aſſererent, tum demum, ex partium virilium petitione, & perceptione, diuiſionem obligationis fideiuſſoriæ induci, ſi fideiuſſores beneficio, quod illis, Epiſtola D. Hadriani largitur, ſolum renunciauerint: ſecus autem eſſe, ſi præter beneficij ex Epiſtola D. Hadriani prodeuntis renunciationem, ſyngrapho, & cautioni fideiuſſoriæ, alia quoq; clauſula aſſcripta fuerit, qua fideiuſſores promiſerunt, neminem ex ſe, partis virilis ſolutione, liberatum iri. Ne ſi hoc quoq; caſu, obligationis diuiſionem admittamus, nullius momenti, ponderis, atque efficaciæ ſit, clauſula, quam iam nominabamus.

Sed hæc reſolutio, priore multò peior eſt. Neq; enim tale quippiam, ex l. ſi creditores. C. de pact. deprehendi poteſt. Nulla namq; ibi, an talis verborum formula: das ſeiner von den Bürgen / mit ſeinem antheil abekommen vnd loß werden ſolle: inſtrumento obligationis appoſita fuerit, nec ne, conſtituitur differentia, nec eſt alia lex vſquam gentium, tale quippiam dicens, aut ita diſcriminans.

33 Conſequitur itaq; hanc reſolutionem diuinationem meram eſſe. Vnde rurſus infertur, cum Iureconſultis ariolari non liceat. *c. 1. verſ. cum enim ext. vt Eccleſ. ben. ſ. ſine dimin. conſer. l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertd. ſi putator. ff. ad l. Aquil. Neuiz. in ſyluul. nupt. lib. 1. n. 191. Franc. Montic. in tr. de coniect. vlt. voluntl. lib. 3. tit. 2. n. 2. Didac. Segur. in tr. de luc. mar. & vxor. n. 246. Natta conſ. 470. n. 7. & conſ. 678. n. 34. Rol. à Valle conſ. 59. n. 43. vol. 3. Crauett. conſ. 958. n. 19. Gerard. Maz. oll. conſ. 30. n. 37. volum. 1.*

Hanc Conſulentium reſponſionem, ne tanti quidem faciendam.

Sed &, hoc in loco, illud adducere, benè 34
eſt: rectè ab vltimis voluntatibus, ad contractus, argumenta duci, *l. pactum inter heredem. ff. de pact. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſt. Euer. in top. in loc. a contr. ad vlt. vol. n. 2. Zoan. in l. 2. n. 117. verſ. ſecundo. C. de pact. int. emt. & vendit. Cacheran. deciſ. 75. n. 1. & deciſ. 85. n. 11.*

Iam verò in vltimis voluntatibus, quic- 35
quam diuinare non licet. *Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 2. n. 2. & 3. Alc. conſ. 44. n. 33. lib. 9. Natta conſ. 470. n. 7. & in conſ. 678. n. 34. Rol. à Valle conſ. 59. n. 47. vol. 3. Crau. conſ. 161. n. 12.*

Ergò, nec in contractibus. Cum itaque 36
hæc explicatio, quam Conſulentes, illis verbis affingunt: ſeiner mit ſeinem antheil abekommen, plus quàm diuinatio ſit. Qui enim fideiuſſores, tempore contractæ obligationis, ſcire potuerunt, creditorem, contrà quàm conuenerat, vnumquemque pro parte ſua virili, non verò in ſolidum vt eis fas erat, exacturum.

Conſequens erit, hanc omninò explodendam eſſe, ex notiſſimis, tritiſſimisq; Iuris principijs: neminem nimirum videri, iuri, quod ſibi competiturum, neſcierat, renunciare, etiamſi expreſſa fuerit renunciatio. *l. mater decedens verſic. ceterum. ff. de inoff. teſt. Toming. deciſ. 1. n. 31. Syluan. in tr. feud. q. 82. n. 1. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 10. n. 24. Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 4. Gail. obſ. 77. n. 8. & obſ. 98. n. 13. lib. 2. Cacher. deciſ. 54. n. 6. Scraph. in tr. de iuram. prmil. 63. n. 2. pruil. 83. n. 59. Borchelt. in tr. feud. c. 8. n. 26.*

Nec obſtat id, quod à Dominis Conſulentibus affertur: aliàs hanc verborum conceptionem: das ſeiner mit ſeiner anzahl abekommen / noch loß werden ſolle: fruſtrà adiectam eſſe, cum tamen ne ſyllabam quidem otioſam, aut ſuperfluam eſſe deceat.

Nam & hîc, quod reſpondeamus, in prom- 37
tu eſt: argumentum nimirum, à ſuperfluitate verborum diſpoſitionis ductum, ſatis per ſe exile, atq; fragile eſſe, vtpotè quod præſumtione, cuicuimodi illa ſit, facilimè tollatur. *Vti in ſpecie decidit Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 17. n. 39.*

Sed & id reſponderi poteſt, ea, quæ maio- 38
ris declarationis gratia, diſpoſitionibus inſeruntur, ſuperflua dici non poſſe. *§. 1. Inſt. de pat. pot. Hormannoll. Det. in l. 4. §. Cato n. 207. ff. de verb. obligat. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 21. gl. vnic. ſub n. 5. Hartm. Piſt. q. 3. n. 53. & q. 35. n. 26. lib. 2. Gerard. Maz. oll. conſ. 118. n. 45. lib. 1. Crau. conſ. 70. n. 29.*

Iam ve-

Iam verò ideo verba illa: das keiner mit seiner anzahl abkommen soll / apposita esse, rectè censeri possunt, vt rectius perciperetur id, quod antea in syngrapha continebatur, nempe hosce fideiussores, esse loco principalium debitorum constituisse, das sie sich als selbst-schüldige sachwoldige bürgen / verschreiben.

Non itaq; superflua, ea dici conuenit. Postremo hæc verba: das keiner mit seiner anzahl abkommen soll, æquipollent illis verbis: obligamus nos in solidum.

39 Sed per verba; obligamus nos in solidum, plures correi debendi fiunt, atq; constituuntur. *Brunl. 2.n. 2. ff. de duob. reis. Br. in auth. hoc ita. n. 2. C. eod. tit. Ronchegall. in l. veos. §. cum tabula. n. 63. ff. eod. tit. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 12. n. 1. vers. secundo. Stracch. in tr. de adiect. p. 1. n. 23. Borcholt. in tr. de pact. c. 2. pact. dissuas. 3. n. 11. per l. & hered. §. vlt. ff. de pact.*

Non itaq; superflua, & ociosa erunt illa verba, vti Consulentes astruunt, cum præter fideiussoriam obligationem, plurium correorum debendi constitutionem, gignant atq; producant. Neutiquam autem opus erit, hæc peregrino, & ad quendam modum incondito intellectu, onerare.

40 Quod si tantoperè in eo elaborandum esset, ne sæpius adducta verba: keiner mit seinem antheil abzukommen / ociosa, & superflua maneant: multòmagis in id incumbendum erit, ne quarta etiam vice, partis virilis petitio, atq; perceptio, effectu suo destituantur. Maiori enim voluntatis certitudine fruitur, declaratio ea, quæ factis, quam quæ verbis fit, præsertim si tot factorum iterationes accesserint. *Franc. Curt. in l. pacta nouissima. n. 39. vbi Iaf. n. 12. C. de pact. Crott. in l. non solum. §. morte. n. 37. ff. de no. op. nunc. Tib. Dec. conf. 31. n. 97. vol. 1. conf. 46. nu. 74. vol. 2. c. Iolcitudinem. ext. de appell. c. cauete. 22. q. 5.*

Iam verò huius, pro parte virili fideiussorum exactionis, nullus effectus esse potest, nisi ex ea, secundum legitimas sanctiones, debiti, obligationisq; diuisionem, colligamus:

Consequens itaq; erit, rectè responsionem à Dominis Consulentibus allatam, in illos retorqueri, iureq; cogente, hanc omnino Interpretationem capiendam esse, qua ex eiusmodi exactione debiti diuisio, nec non fideiussoriæ obligationis, generetur.

Porrò vltra hasce duas, quas iam refutauimus, consulentium responsiones impugnant vlterius id, quod à me, antea afferebatur, ex protestatione nempè G. quam fecerat, soluente C. ab A. apparere, atq; constare, reliquos adhuc confideiussores duos, qui nondũ soluerant, tum temporis soluendo adhuc fuisse. Aiunt enim, de inopia horum, ex actis, plenè, tum etiam temporis, constitisse.

Etenim cesserat iam bonis, A. G; & I. R. diem iam suum obierat, & plus alieni æris, quam bonorum, post se reliquerat.

Equidem haud eram nescius, hæc multoties à G; fuisse in actis prolata, nusquam verò fuisse probata.

Et cum parem vim habeant, non allegare: 41
& allegare quidem, sed non probare, neq; id, subesse dicatur, quod non docetur. *Bl. cons. 67. col. 2. circa med. lib. 3. Cran. cons. 681. n. 10. cons. 851. nu. 10. cons. 860. n. 3. & cons. 944. n. 16. Cran. in consil. pro Genero. 1. nu. 123. Sim. de Præt. cons. 179. n. 37.*

Haud abs re concludemus, adhuc de inopia horum, qui nondum soluerant, duorum fideiussorum, plene sufficienterque non liquere.

Vt taceam, obstare Dominis Consulentibus, argumentum quoq; illud: quo me hactenus tam acriter presserunt: nil fruſtrà nimirum fieri.

Cui enim bono, testationem hanc feciſſet, A. à G. si inopia reliquorum, notoriè iam apparuisset.

Sed & plausibile, argumentum illud non 42
est: A. G. bonis antea cesserat: Ergo iam soluendo non est. Cum nouum plane inauditumq; non sit, quinimò legitimis sanctionibus cautum, hunc qui bonis cesserat, rem suam familiarem, posse adaugere. Hinc enim scriptura legimus, cedentem bonis, in id, quod facere potest, condemnandum. *l. si quis bonis. 2. ff. de cess bonor. Ang. Arctin in §. vlt. in fin. & ibi Taſ. n. 3. & 4. Instit. de act. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 11. n. 2. Couarr. var. resolut lib. 2. c. 1. n. 6. Abb. in c. Odoardus in pr. ext. de solut. Gail. obſ. 43. n. 20. lib. 1. Roxz. decis. Lituan. 1. n. 238. & n. 239. Guid. Pap. decis. 343. n. 1. Stephan. Ranchun. in addit. ad Guidon. Pape. decis. 210. vers. alter est. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. caſu. 183. n. 20.*

Cum itaq; iuris sit publici: quod proba- 43
tio non necessariò concludens, ne nomine quidem probationis nuncupanda sit. *l. non hoc. C. vn. Legi. Abb. in c. illud. n. 13. ext. de præsumt. Bardul. in tr. de temp. vt. & contin. c. 16. n. 3. Pece. in tr. de testam. conjug. lib. 1. c. 21. n. 4. & lib. 3. c. 10. n. 2. Stracch. in tr. de decoct. in 2. p. vlt. p. n. 3.*

Rectè dicimus, à cessione bonorum, ad notoriam inopiam cedentis, argumentum non concludere.

Sed & pluribus tueri, & confirmare possemus assertionem hanc nostram: si id facto opus esset, aut C. ab A. conduceret quicquam.

At cum in eo, summa rei posita, non sit, 44
quinimò perindè sit, soluendo nec ne, reliqui confideiussores fuerint: cum sæpius iam comprobatum sit: quod debiti diuisione, semel facta, in consideratione non habeatur, an fideiussores, vel correi plures debendi, soluendo sint, nec ne. Cum ob eorundem inopiam, ad locupletes, quiq; soluendo sunt, nullus pateat reditus: *Br. in l. ex duobus. n. 3. ff. de duob.*

de duob.reis. Alex.in d.l.si creditores.n.2.ibi Iaſ.n.2. Curt.n.14.Alc.n.4.Stella.n.3. C.de pact.Pact. Pap. in form. lib. quo agit. aduerſ.plur. reos debendi in v. quilibet ipſorum in ſolidum. nu. 12. Toming.d. deciſ. 47. nu. 11.

Miſſa hæc faciemus, & ad reliqua pergamus.

Maximè cum hæc ipſa, reliquorum fideiuſſorum inopia, ſi vera eſſet, adiuuet etiam C. ab A; re pœnitiùs conſiderata. Nam ſi notorié, reliqui conſideiuſſores inopes fuerunt (vt ipſemet, pars aduerſa aſſerat) & creditor A. à G; præter reliquas receptiones partium virilium, à C. ab A; virilis quoq; partis ſolutionem, fieri paſſus eſt, quamuis inutilem, & fruſtratoriam, proteſtationem adiecerit; quis negare auſit, apparere hinc manifeſtiſsimè, mentem, obligationem, diuidere volentis, creditoris?

Quod itaq; reliquum eſt, concludamus, ceſſare hîc, illam præſumtionem iuris, quæ habet: neminem res ſuas, malè perdere præſumi. Cum ſit extra controuerſiam poſitum: ciuſcemodi præſumtiones, veritati cedere. *Iaſ.in l.ſciendum.n.7. & 10.ibi Alc.n.20.ff.de verb. obligat. Abb.in c.ſicut. nu.25.ext.de ſent. & re iud. Euer.in top.in loc. à verſim. n. 19. Menoch. in tr. de præſumt.præſumit.132.& n.20.& n.84.lib.3.* 45

Cum & fortior præſumtio, debiliorem tollat. *l.Diuus.ff. de reſt.in integr. Claud. de feyſell. in ſpecul.feud. Rubr.qui feud.dar.poſſ.§.1. verſ. aut verò Papa Ferrat.tant.4 1.n.4.Exea in tr.de pact. n.317. Romul.in l.vt vim.n.83.ff.de iuſt.& iur.Turz.an.com. opin.101.in fin.Gaſ.obſ.97.n.18.lib.2.* 46

Quod deinde, ad ipſam attinet proteſtationem, certò illud conſtat: quod omnis proteſtationis effectus ceſſet, expreſsè contradicente eo, in cuius præiudicium fit, proteſtatio. *Br.in l.non ſolum.§.morte.n.67.ff.de no. op. nunc. Curt in l.pacta nouiſſima.n.34.ibi Iaſ.n.15. C. de pact. Ripa in c.cum M.n.123.ext.de reſcr. Coraſ.in l.qui liberos.n.155.ff.de rit.nupt. Conſtant. Rogger.in tr.de proteſt.verſ. tertio videndum. n.26. Crau. conſ. 341.n.6.& conſ.463.n.20.* 47

Quò & illud pertinet, quod per manus quaſi traditum eſt, quod etiamſi dominus, qui canonem ſibi diſſolui patitur, emphyteutæ culpam, ob quam è re emphyteutica ejici poterat, non condonaſſe cenſeatur: ſi dum canon ei diſſoluitur, proteſtatus fuerit, emphyteutæ crimen, hac canonis receptione, non abolitum iri. Iaſ.in l.ſi poſt moram. n. 6. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur. *ff.de eo, quod cert.loc. Vincent. Caroč. in tr. de locat.tit.de hered.actionib. n.2. vbi is quoq;, hanc communi calculo receptam teſtis eſt. Iul. Clar.in §.emphyteutic..q.10.n.10. Borcholt.in tr.feud c.3.n.38.* 48 *

Hoc tamen iure, nos ita demum vti, ſi hûc à domino, factæ proteſtationi, emphyteuta acquieuerit. Quod ſi emphyteuta, domini proteſtationi, teſe oppoſuerit, illiq; contradixerit: dominusq; nihilominus canonem, ab emphyteuta allatum acceperit, diuerſo nos iure vti, remq; emphyteuticam, quæ in commiſſum iam inciderat, ac ſi nulla à domino proteſtatio facta fuiſſet, emphyteutæ manere, & à caducitate omni liberari. *Iaſ.an d.l.ſi poſt moram.n.4. verſ. in alio caſu. Iaſ.in l. 2.n.124.verſ. ſalua tamen. C. de iur. emphyt. Aurel. Caſtul.in tr.de iur.emphyt.c.15.limit.21.n.4. Rubeus ad l.non ſolum.§.morte.n.290.ff.de nou.op.nunc.* 49

Cum itaq; C. ab A; illi, quæ à creditore facta fuerat, proteſtationi, non acquieuerit: ſed expreſsè, ſe, per ſolutionem partis ſuæ, in totum, ab A. à G. liberatum fore, edixerit: A. à G. item, nihilòminus, ſub conditione hac, ſolutionem eius partis, quam C. ab A. debebat, fieri: abſq; vlteriori aliqua contradictione, vel proteſtatione, paſſus ſit.

Probabilius erit, dicere, contradictione C. ab A; in totum eneruatam, caſſamq; factam eſſe. A. à G. proteſtationem.

Ad quæ accedit & illud, quod aliqui, & quidem, haud poſtremæ notæ Interpretes, decidant, atq; tradant: diuiſionem obligationis, per proteſtationem creditoris, cui partes viriles ſoluuntur, de ſaluo iure reſidui, non præpediri: ſed proteſtationem eiuſcemodi, tanquam facto contrariam, planè negligendam eſſe. *Ita vamq; in ſpecie decidit Socin. in l.ſi ex toto.§.1.ff.de legat.1. Dec.in l.ſi creditores.n.4.C.de pact. & nonnullos*, de veritate illius deciſionis proteſtatione creditoris de reſiduo petendo, quò minus obligatio diuidatur fieri: dubitare, refert Paul. de Caſtr. in d.l.ſi creditores.n.2.C.de pact. 50

Et licet Iaſon. hunc Gordium reſecare nodum, conetur per id, quod negat, hanc proteſtationem facto contrariam eſſe: & e diuerſo affirmet, partis virilis receptionem, & proteſtationem hanc, compatibilia eſſe. *Iaſ. in d.l.ſi ex toto.§.1.n.11.ff.de legat.1.* 51

Nemo tamen facile docebit, quæ iſta (vt Iaſonis verbis vtar) ſit compatibilitas. *Vt fateri quoq; cogitur Petr.Stell.in d.l.ſi creditores.n.54. C. de pact.*

Quinimò proteſtationem hanc, non ſolùm facto, ſed & iuri ipſi contrariam, rectè aſtruimus. Cum certò illud conſtet, ex partis virilis acceptione, ab vno, ex pluribus fideiuſſoribus, aut debendi correis, debiti, obligationisque, diuiſionem oriri. *d.l. ſi creditores. C. de pact.*

Iam verò, extra controuerſiam poſitum eſt illud: quod de his, quæ in noſtræ voluntatis arbitrio, ſita non ſunt, ſed in iuris communis diſpoſitione poſita, facta proteſtatio, nullius ponderis, atq; momenti ſit. *Hieron. Butig.in l.ciuit.n.31.ff.ſi cer.pet. Iob. de Aguſch. in tr.de proteſtat.n.11. Rubeus in l.vinum.n.66.ff. ſi cert. pet. Anton. Rub. in l.non ſolùm.§. morte.n.336. & ibi Hermanno C. Det.n.94.ff.de op.no.nunc. Butig.in l.1. §.ſi quis* 52

§. si quis ita n. 22 ff. de verb. obl. Berengar. Paulhac. in l. vnic. n. 37. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. Br. inl. Nesennius. n. 1. ff. de neg. gest. Ioh. de Gradib. in addit. ad Capoll. caut. 155. Aurel. Corbul. in tr. de iur. emphyt. c. 14. ampl. 31. n. 9.

53 Sic. protestatio, qua heres, ante, se non aditurum hereditatem, protestatur, quàm ritè, rectéq; inuentarium conscripserit, protestan-
54 tem nil iunat. Crau. consil. 348. n. 8. Sic, si maritus bona sua, pro dote, tacitè obligata non fore, protestatur, ob protestationem hanc, ab hypothecæ nexu, bona sua non liberat. *Vt in specie, decidit Las. in § fuerat. n. 107. Inst. de actionib. Et sic in similibus.*

Non alleuabit itaq; creditorem, aut impedimento erit diuisioni, istiusmodi protestatio.

At sac, nec iuri, nec facto contrariam, creditoris G; esse protestationem; obstabit attamen illi, hæc iuris, eiusq; Interpretum tra-
55 ditio: tum demum, ritè rectéq; fieri protestationem, si res adhuc est integra. *Br. in l. debet. §. item si pradixerit, ante. n. 1. ff. naut. caup. stab. Br. in l. si ita fit scriptum. n. 1. ibi Las. n. 8. ff. de legat. 1. Felin. in c. cum M. Ferrar. n. 54. ext. de constit. Las. in l. non solum. §. morte. n. 34. ff. de op. no. nunc. Martin. de ve. in tr. de protest. n. 6. & 22. Martin. Gilbert. in præfat. qua legitur, ante tractatum Roggerij, de protestationibus. n. 6. Vuaq. illustr. contr. 80. n. 1. vbi hanc esse*
* *communem opinionem attestatur. Card. Paris. cons. 5. n. 196. vol. 4. Menoch. cons. 370. n. 5.*

Consequitur itaq; vltrò: nullam esse, quæ hic interposita fuerat protestatio, vtpotè, cum re non integra, facta fuerit, sed receptis iam, à multis confideiussorum, portionibus eorum virilibus.

56 Clarissimi etenim iuris est illud: quod pactum illud tacitum, quod ex petitione, & acceptione, seu solutione partis virilis, vnius, plurium confideiussorum, qui beneficio diuisionis renunciauerant, aut plurium correorum debendi prodit: non solum ei, à quo pars virilis petitur, quiq; partem petitam dissoluit, conducat. Verumetiam reliquis omnibus, absentibus quoq;, sua efficiendi vi, opituletur, vt non nisi pro parte virili, postquam semel pactum tacitum, cum vno eorum initum est, iure exigantur, siue soluendo, reliqui fuerint, siue non. *Ita in specie decidit Br. in d. l. si creditores lect. 2. in fin. ibi Bl. n. 5. Castr. n. 1. Salyc. n. 4. 5. & 6. Alex. n. 1. & 2. Ias. nu. 1. 2. & 4. Dec. n. 1. & 6. Stella. n. 9. & 14. & reliqui DD. concordi consensu omnes. C. de pact.*

* Quod vsq; adeò verum est, vt ius ex tali
57 pacto tacito, absenti quæratur, etiamsi de pacto hoc, nihil plane exploratum habuerit. *Ita in specie decidit Salyc. in d. l. si creditores. n. 8. vbi Richard. de Salyc. idem tenentem allegat. Ias. n. 4. Petr.*
* *Stella. n. 14. & 16. vbi hoc axioma*, prædicatæ esse opinionis, propter perpetuum, & vetustiorum, & recentiorum, Interpretum consensum, testis est. C. de pact.

Similiter hoc vsq; adeò verum est, vt non 58
solùm in hoc pacto, quo obligatio plurium sponsorum, viritim distribuitur, procedat: verumetiam in omni alio pacto tacito, quod solam legem, matrem agnoscit. Quæcunq; enim eius generis fuerint pacta, absentibus, & ignorantibus, fructum suum impartiuntur. *Br. in l. 2. n. 1. per ill. text. Bl. in summar. Castr. n. 2. Salyc. n. 1. Cyn. n. 2. Alex. n. 3. Ias. n. 5. Curt. n. 10. Dec. n. 7. & DD. C. de pact. Ias. in d. l. si creditores. n. 4. ibi Dec. n. 5. Stella. n. 15.*

Nec his accurrit. § si plures. Inst. de fide- 59
iuss. l. si fideiussores. ff. eod. tit. & si quæ sunt alia iura, quæ his astipulantur. Loquuntur enim, locumq; habent, in beneficio diuisionis, quod fideiusoribus pluribus, D. Hadriani Epistola, donatum est. Hoc namq; tueri sese solummodò potest fideiussor, si litis contestatæ tempore, reliqui confideiussores, locupletes fuerint, & ad soluendum idonei. Priuatur autem eo, reliquorum fideiussorum inopia. Secus autem est, in eo beneficio, quod fideiussores, vi pacti taciti, ex petitione partis virilis, solutionisq; eiusdem, nanciscuntur. In hac enim diuisione, quam efficit eiusce-modi pactum tacitum, creditoris, & fideiussorum, seu plurium debendi correorum, diuisione semel facta, amplius in consideratione-nem, an soluendo, nec ne sint, reliquatores, non venit. *Ita in specie decidit Petr. Stella. in d. l. si creditores. n. 8. C. de pact. traduntq; reliqui omnes, quos sæpiùs iam recensuimus.*

Tertiò illud verum est: quod renuncia- 60
tio diuisionis, à pluribus confideiusoribus, aut debendi correis, in actu aliquo interposita, ad illum casum, non porrigatur, cum creditor, non certi condictione, aut simili actione: sed actione in factum ex iudicato orta, illos qui renunciauerant, conuenit. *Ita in specie decidit Br. in l. Paulus ls. 2. n. 3. per ill. text. ff. de re iud. Ang. Aretin. in § si plures. n. 7. Inst. de fideiuss. Boër. decis. 59. n. 8. Ronchegal. in l. 3. §. 1. n. 133. vbi post Zasium, hanc esse receptiorem attestatur. ff. de duob.* ** *reis. Alex. cons. 37. n. 10. lib. 2. per l. 3. §. idem scribit ponderando verba: prout de eo origine. ff. de pecul.*

Iam verò creditor G. ex Decreto potissimum, Dominorum Assessorum Cameræ Electoralis, quod die veneris post festum Circumcisionis Domini, anni 1578. promulgabatur, egit. Hoc enim adiunxit libello suo: nec non Replicis suis.

Egit itaq; actione iudicati, quodq; consequens est, vsq; eò, renunciatio diuisionis, à C. ab A. & reliquis fideiusoribus facta, non extendetur.

Nec obstat id, quod Domini Consulentes, vt nostram decisionem infringant, adducunt: A. à G. nempè, non solùm iudicati actionem instituisse, sed huic copulasse quoq; ius omne, sibi ex iuris præscripto competens. Quandoquidem pro medio concludendi as-

ferat illud, quod eo casu, quando fideiussor, pro rata tantũ soluit, is teneatur, pro illis etiam soluere, qui soluendo non sunt, inopumq; partes, ad eum qui pro rata soluerat, adhuc spectare.

Nam etsi hinc inferre conentur, C. ab A. ad A. G. & I. R. inopum confideiussorum suorum quotas, dissoluendas obstrictum teneri: perperam tamen illa fit illatio. Cum iuris fit apertissimi: quod diuisione, vi taciti pacti creditoris, introducta, reditus ad fideiussorem, suam partem soluentem, interseptus sit, eo etiam casu, cum ij qui nondum soluerant, ad inopiam redacti fuerant, vti hoc ipsum, vel decies iam commonstratum est.

Non offenditur itaq;, hoc Dominorum Consulentium assertione, quodq; aliud non habeat, concludendi medium Actor, Reus C. ab A. Quinimò confidit planè, medio hoc concludendi, falso iam apparente, fallam quoq; fore, ratiocinationem Consulentium totam.

61 Ratiocinatio enim, seu syllogismus, cui libellus assimilatur. *Br. in l. si prius. n. 13. ff. de no. op. nunc Ias. in l. 1. n. 13 ff. de edend. Euer. in præamb. topic. nu. 11.*

Tria complectitur, maiorem, minorem, & conclusionem, seu vt Cicero de Inuent. nominat, complexionem. Quorum vnum si falsum est, aut necessariò non consequitur, tota destruitur, atq; euertitur, ratiocinatio. *Euer. in d. præamb. top. n. 9. Medic. in tr. de ll. p. 2. q. 13. n. 3.*

Cæterum malè quoq; Reum, illud non habet, quod Domini Consulentes fatentur, certi conditione speciali quæ ex mutuo datur, hic actum esse. Nam hinc eum rursus, spes hæc fouet, quod ab actione, aduersus se proposita, omnimodò sit absoluendus. Inauditum namq; planeq; nouum est, certi conditione speciali, fideiussores, aut plures debendi correos, conueniri.

62 Cum enim certi condictio, ex obligatione, quę re contrahitur, originem trahat. *gl. in rubr.*
* *ibi Ripa. n. 18. & 19. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. ff. si cer. pet. gl. 1 in l. certe conditio. ibi Br. n. 1. & 3. & Ias. n. 12 ff. eod. tit. gl. Inst. quib. mod. re contrah. obl. in pr. in v. conditio & ibi Sylvest. Aldobr.*
* *hoc communi DD. suffragio, approbatum refert Mozz. in tr. de contr. Rubr. de mut. quæ act. seu oblig. ortat. n. 1. & seqq. Valon. à Vacun de l. ar. 47. n. 11. Cuiac. in tr. ad Afric. n. 2. in pr. Ioh. Crisp. de Montiban term. act. n. 136. Placentin in tr. de variet. action lib. 2. tit. 2. verf. exponamus.*

63 Quis fieret, hanc rectè, contra fideiussores proponi? Cum fideiussores, aut correi etiam debendi, non re, non consensu, non literis, sed verbis tantum obligentur. *l. blandit. us. l. sanctimus ponderando verbum: spopondericerit. C. de fideiuss. Bl. Nouell. in tr. de dot. p. 6. prin. 1. n. 5. Ferdinan. l. pacta conuent. n. 1. c. 2. n. 24. ff. de contrah. Ias. in rubr. n. 2. & ibi Alc. n. 22. Butrig. ff. n. 5. Bl. Nou. ll. n. 26. Bul-*

gar. n. 2. Lancil. Goluual. n. 70. Hieron. Verius. n. 214. Coras. n. 9. & Molin. n. 21. ff. de verb. obl. Coras. miscell. lib. 1. c. 25. n. 4. Couuan. commentar. iur. lib. 5. c. 3. n. 5.

Proindeq; cum iuris fit vulgatissimi: quod 64
etiamsi actor, actionis nomen, in actis exprimere non teneatur. *l. edita actio. ibi Cyn. n. 13. Bl. n. 9. Castr. n. 2. Salyc. n. 8. Ias. n. 2. Dec. n. 1. Alc. n. 10. Ioh. de Vicomerc. n. 4. & n. 20. Corn. n. 2. Curt. n. 3. Purpur. n. 5. Gozadin. n. 6. C. de edend. Vacon. declarat. 88. Abb. in c. dilectis. n. 1. ibi Felin. n. 6. ext. de iudic. Abb. in c. examinata n. 1. ext. eod. tit. Gail. obs. 61. n. 1. lib. 1.*

Attamen vanum, inanemq; esse, proces- 65
sum vniuersum, reumq; ab actione, contra eum proposita, absoluendum esse, quoties actio inepta, in actis exprimitur. *Abb. in d. c. examinata. n. 19. Felin. in c. cum ordinem n. 2. verf. similiter. ext. de refer. Ias. in l. 1. n. 45. ff. de edend. vbi Bl. Ang. & speculat. idem tenentes allegat, & hanc ipso veriorem attestatur. Ias. in l. edita n. 3. vbi hanc sustentabiliorem rursus testa est. C. de edend. Adam Dionys. in quæst. quæ extant post eius tractat. de diuis. act. q. 12. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 5. n. 50. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 3. per text. in l. 2. ponderando verba: si aptam rei, & proposito negocio, competentem eam esse confiterit. C. de form. & impetr. l. 1. §. 1. ff. si ment. falf. mod. dixer.*

Sic etsi ludex minimè obstrictus sit, in sen- 66
tentia ferenda, quibus rationibus, & fundamentis persuasus, hanc, vel illam sententiam tulerit, exponere, quinimò occceptum hoc, amentium, & non iudicantium esset. *c. sicut. verf. cum autem. vbi Abb. n. 1. Felin. n. 10. ad fin. verf. regulariter. ext. de sent. & re iudic. Br. inl. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infam. Ias. in l. 1. nu. 47. ff. de edend. Ias. in l. edita n. 5. C. eod. tit. Felin. in d. c. cum ordinem. n. 2. verf. ad idem ext. de rescript. Mar. in tr. de ord. iudic. an 1. act. 6. p. p. n. 50. Tiraq. in tr. de pœn. in præfat. n. 54.*

Attamen, si iudex, ineptam in sententia 67
causam expresserit, tota euertitur sententia. *c. cum super Abbatia. ext. de off. deleg. Felin. in d. c. cum ordinem. n. 2. verf. ad idem ext. de rescr. Ias. in d. l. 1 in pr. nu. 47. ff. de edend. Ias. in d. l. edita actio. nu. 5. C. eod. tit. Ias. in l. qui Roma. §. duo fratres. nu. 10. ff. de verbor. oblig. Br. in l. si ut ad quem. nu. 3. vbi Ias. n. 18. & 19. ff. de acquir. hered. Abb. in c. sicut. nu. 14. ext. de sent. & re iudic. Pract. Pap. in form. sent. diffinit. in verf. nos. Bernard. n. 47. Vant. in trad. de nullit. rubr. de nullit. sentent. ex def. proc. num. 128.*

Quantumuis aliàs, & absq; causæ, seu ra- 68
tionum expressione, sententia ex aliquibus consistere potuisset. *Abb. in c. ex parte. nu. 19. per ill. text. de conces. præb. Ias. in d. l. 1 in pr. n. 47 ff. de edend.*

Et in summa, quoties necesse non est, vt 69
aliquid exprimatur, seu vt aliqua solennitas adhibeatur, tunc illa superuacanea expressio, si fuerit inepta, solennitatisq; adhibitio rite rectèq; non facta, actum nihilominus extin-

extinguunt, funditusq; delent. Vt hoc theorema astruit *Felin. in d.c. cum ordinem. n. 2. ext. de restit. quod ipsum confirmant Iasonii quoq;, tradita in d. l. 1 in pr. ex n. 47. ff. de edend.*

Euincetur plane, C. ab A. Reum, vel ob hanc solùm causam, victoriam in hac lite, aduersus Actorem A. à G. reportaturum.

Porrò ad genericam illam, quod attinet traditionem: conclusionem libelli potissimum in considerationem venire, & ad reliqua, quæ de verbo ad verbum Consulentes, *ex Iasone in § . omnium ex n. 129. Inst. de act.* transscripserunt: illi meritò respondebimus: non
69 solùm conclusionem, verumetiam reliqua, in libello recensita, iudicem intueri oportere, & secundum recensita in libello, conclusionis declarationem fieri. *Brun. in l. si prius. ff. de nou. op. nunc. Capoll. cons. ciuil. 11. colum. 1. in fin.*

70 Ea namq; actio, quam, ex in libello recensitis colligere possumus, proposita censetur. *Br. in l. Gallus. § . quidam rectè. n. 12. ibi Ias. n. 51. Lancelot. Galiaud. nu. 39. vbi in Bartoli sententiam transire omnes testis est. ff. de lib. & posth. Castr. cons. 85. n. 1. lib. 2.*

71 Et narratio, quæ in libello exponitur, quorsum actor tendat, palàm facit. *Anton. de Butr. in c. cum ad sedem notab. 7. vers. hac vera ext. de rest. spol.*

Iam verò hîc, actionis suæ fundamentum vnicum, G. Actor, ponit in libello suo, Decretum illud, quod in Camera Electorali obtinuerat, de literis verò obligationum, inibi verbum nullum.

Reliquum itaq;, illud tantum fit, actione iudicati, experiri eum voluisse. Cum hac autem, renunciatio diuisionis, quæ in literis obligationum exprimebatur, commune nihil habet.

At sac, ad libelli conclusionem solam, vt plurimum recurrendum, obtinere attamen idipsum, neutiquam poterit, quoties in fine libelli, isthæc clausula, peto ius, & iusticiam mihi administrari, appositа legitur.

72 Efficacia enim sua, istiusmodi clausula, in causa est, vt potius ad narrata, quàm ad conclusionem, seu complexionem libelli habeatur recursus. *Abb. in c. cum dilectus. n. 52. ext. de ord. cognit. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 191. ff. de acquir. poss. Capyc. decis. 86. n. 16. Dec. in c. 1. notab. 1. ext. de off. deleg. Rol. à vall. consil. 41. nu. 11. vol. 3.*

Atenim ista hæc clausula, libello creditoris G. adest: & per consequens, non actione ex stipulatu, sed actione iudicati agere voluit.

Nec vrget, quod Domini Consulentes; has regulæ huic fines, præscribant: quod scilicet, tum demum, cum actori conducit, ad libelli narrationem animaduerti, necesse sit. *Ad cuius probationem, Alex. cons. 200. nu. 7. lib. 2. Ias in § . omnium. n. 15. Inst. de act. Neuiz. an. cons. 79. n. 5. (quæ autoritates, ex Hartm. Pist. q. 45. n. 26. lib. 1. cum nomine relicto, transscripserunt) adducunt.*

Nam nec Alexander, nec Iason, nec Neuizanus id habent, aut dicunt, ad quod comprobandum, autoritas eorundem affertur. Qua in re, ad ocularem illorum inspectionem, pronoco.

Restat itaq; vt dicamus: axioma præsens, indifferenter verum esse, siue actori emolumento, siue detrimento fuerit. Cum regula 73
standum sit, donec de exceptione doceatur. *l. ab ea parte. ff. de probat. l. suus quoq;. ff. de her. inst. c. ad decimas ext. de rest. spol. lib. 6. Ias. in l. 2. n. 33. ff. si quis in ius voc. Crott. in l. si Constante. repet. 1. n. 24. ff. sol. matr. Gozadin. in l. qui se patris. n. 110. & ibi Fab. Aceromb. n. 116. C. vn. lib. Roman. cons. 116. n. 4. Modest. Pistor. cons. 27. n. 3. vol. 1.*

Vt taceam, idipsum quoq;, elici ex eo, quod rursus Replicis suis, creditor G; solum Decretum Electorale, omissis obligationum literis assuerit.

Nam hinc rectè asserimus, vltima dero- 74
gare prioribus. *l. pacta nouissima. ibi Ias. n. 3. C. de pact. Franc. Niconet. ad rubr. n. 259. ff. de op. nou. nunc. Hipp. de Marsil. ad l. 1. § . si serui. n. 14. ff. de quæst. Sim. de Proët. in tr. de vlt. vol. interp. interp. 1. dubit. 1. solut. 1. n. 4. lib. 2. Burs. at. cons. 47. n. 6. vol. 1. Iacob. Omphalant. cons. diuers. cons. 30. n. 25. vol. 1.*

Qvartò: hoc iure vtimur, quo Epistolam, vel alterius generis scripturam, manu priuati exaratam suam esse agnoscens, fateri censetur ea omnia, quæ in scriptura agnita, visuntur, atq; leguntur. *c. tanta ext. de excess. prælat. Bl. in auth. contra qui propriam. n. 6. C. de non num. pec. gl. in c. per inquisitionem, in v. recognouit ext. de elect. gl. in c. Odoardus in v. recognoscentem. ext. de solut. Coler. in suo proces. p. 1. c. 3. num. 59. & p. 3. c. 1. n. 93.*

Quoq; agnitione hac, scriptura priuata, 76
instrumento publico æquiparatur. *Zas. cons. 6. n. 8. vol. 1. per text. l. ne in arbitrio post pr. C. de recept. arbitr.*

Et omnia in eo contenta, plenissimè pro- 77
bet. *Cato sec. c. in l. admonendi. n. 45. ibi Iacob. Petr. de Prolom. n. 55. Ludouic. Roman. n. 52. ff. de iureur. Mascard. in tr. de probat. concl. 109. nu. 9. Simon de Proët. cons. 196. n. 1. vol. 1. per l. testator filium in pr. ponderando verba: si fides epistolæ relictæ constaret. ff. de leg. 2. & l. vlt. in pr. ff. de probat.*

Æquè, ac si de vi, harum probationum, iu- 78
dicatum pronunciatumq; fuisset. *Cardin. Paris. cons. 77. n. 24. volum. 3.*

Atenim præstò hic sunt, quinq; Actoris A. à G. epistolæ, quas suas esse, in iudicio agnouit, atq; fassus est. Et in quibus C. ab A. Reum, partim, vt ipsam sortem, partim vt vsuras, pro rata sua, exoluat, interpellat: sed & in ea, quæ quarta est, se frumenti solutionem, pro argenti lignati solutione, admis-

ſorum, quantum ad Rei C. ab A. partem attinet, Reum certiorem facit.

Vt igitur inficias ire, creditor poterit, etiam per Epiſtolas haſce, obligationis diuiſionem, introductam eſſe? per iura, & autoritates ſæpiùs iam allatas.

Et quod magis eſt, in tertia earundem Epiſtolarum, expreſsim legitur, quod reliqui fideiuſſorum, fidem ſuam, vti bonos addecet, ſoluerint: nec non in quarta: ſatisfactum ſibi eſſe ſufficienter à reliquis, ſolo C. ab A. excepto.

Quis autem ſanæ mentis, verba hæc aliter, abſq; ſophiſticatione manifeſtiſsima, interpretari poterit, quàm præter partem, C. ab A. virilem, creditoris, etiam tum temporis, debitum nihil fuiſſe.

Accedat ad hæc, quod in illa præterea Epiſtola, quæ numero ternario notabatur, A. à G. ſyllabatim expreſſerit, ſe idoneè ſatisdaturum Reo, reliquorum nomine, ſi quæ, ei, poſt reſtitiſſent, ex frumento, ad ſe miſſo, quàm quota eius portio, eſſet deducta: quinimò ſe curaturum, & factorum, vt ad diem, qui Martino dicatus eſt, recta proba, hæc ei perſoluerentur, viciſsim omnia.

Vt igitur iſtiuſmodi promiſsiones, feciſſet A. à G. creditor, ſi ei præterea exactiones vllæ, vlterius competijſſent: præſertim, cum vt ipſe aſſerit Actor, A. G. & I. R; iam quod debebant, notorié, ſoluere non poterant? 79 Meherclè nemo tam ſtupidus, & vecors eſt, qui ſolutum repetere, quàm non ſoluere malit. *l. 3. ff. de compenſat. Butigell. in l. cum fundus. §. ſeruum. n. 52. ff. ſi cert. pet. Tyndar. in tr. compenſat. art. 2. Coler. in ſuo proceſſ. executi. p. 4. c. 1. n. 149. Montic. in tr. de inuent. her. c. 9. n. 167. & in l. vlt. n. 130. C. de iur. delib.*

80 Sed & ſtultiſsimus iudicatur is, qui alios requirit, cum ipſe ab alijs eſſet requirendus. *Montic. in d. l. vlt. d. n. 130. C. de iur. delib. per text. in §. furti. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.*

Porrò hinc, non ſolum diuiſionem obligationis, quæ antea in ſolidum erat: verumetiam improbitatem nonnullam agentis, eluceſcere autumo.

81 Nam bona fides, (abſit iniuria omnis) idem debitum, bis exigi, ferre recuſat. *c. bona fides de reg. iur. lib. 6. l. bona fides. ff. eod. tit. Bertach. in tr. de gabell. p. 3. n. 6. Ronchegall. in l. 3. verſ. vlt. n. 10. ff. de duob. reis. Montic. in l. vlt. n. 111. C. de iur. delib. Caball. in tr. de eo quod intereſt. n. 132. Cacher. deciſ. 1. n. 33.*

82 Et improbus eſt, qui vult iterum conſequi, quod antehac acceperat. *l. ſi quis dolo. §. 1. ff. de re ind. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 29. gl. 4. n. 13.*

Id, quod ſolum, & abſq; reliquorum, quæ adduximus adminiculo, Rei abſolutionem promereretur.

Sed & inducitur hinc, acceptilatio quædam, & liberatio debitoris, & fideiuſſorum. Hæc enim verba, quæ in tertia creditoris A. à G. Epiſtola leguntur: Nebenſt den andern ehrlichen Leuten / die ſich doch gar recht gegen mir gehalten. Item: wie mich dann die andern gnugſam befridiget: vim confeſsionis, & quidem iudicialis, ob factam literarum recognitionem habent.

Qua confeſsione creditoris, de liberatione debitoris, legitimè fides fit. 83 *Vtiin ſpecie decidit Maſcard. in tr. de probation. concluſ. 982. num. 3.*

Etiamſi nulla adſit cauſa, ob quam libe- 84 rationem factam, confiteatur creditor. Vti complurimis in id adductis, rurſus autor eſt *Maſc. in d. tr. concluſ. 343. n. 40. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur.*

Liberatio enim, ipſo iure, perimit, tollit, 85 atq; diſſoluit obligationem omnem. *Cardin. Pariſ. conſ. 109. n. 44. vol. 3.*

Et non minus, quàm acceptilationem, 86 apocham, quitantiam, aut remiſsionem debiti, ſolutionis vim habere docet. *Medic. in tr. de acceptilat. q. 12. n. 2. & ſeqq.*

Sed & hæc liberatio, ad C. ab A. quoque propria eius parte demta, pertinet. Per illa enim verba, quæ in literis obligationum continentur: Iemer mit ſeinem antheil abzukommen / plures debendi correi conſtituti ſunt, vti ſuperiùs tetigimus.

Sed in his, pluribus debendi correis, iuris 87 expreſsi eſt; liberatione vnius, alios quoque frui, vti hoc ad literam legitur, *in l. ſi ex pluribus, bis Br. Bl. Iohan. de Imol. & DD. ff. de acceptilat. Roncheg. in l. 2. n. 90. ff. de duob. reis.*

Nec obſtat, quod attamen literæ hæ, inter 88 abſentes conſcriptæ ſint. Nam liberatio rectè inter abſentes celebratur, & efficax omninò eſt, ad ſuos producendos effectus, in præiudicium eius, qui abſentem liberat. *Innoc. in c. veniens ante nu. 1. ext. de renunc. Innoc. in c. cum idem in v. reſignauit. ext. de paſt. Bl. in Margar. in v. liberatio. Br. in l. non ſolum. § ſi liberationis. nu. 1. & ſeqq. ff. de lib. leg. Bl. Nonell. in tr. de dot. p. 6. pruul. 66. n. 2. Hipp. de Marſ. ad l. vlt. n. 19. ff. de uxid. Vital. de Gamb. in tr. clauſul. Rubr. an ll. requirent. niſi poſſ. renunc. nu. 182. Medic. in tr. de accept. q. 6. n. 1. & ſeqq. Tiraq. in l. ſi vnquam in v. donatione Largitus. n. 172. C. de reuoc. donat.*

Sed & creditor A. à G. audiendus non erit, etiamſi probationem eius, quod ſolutum ſibi nihil, ab A. G. & I. R. fit, in ſe ſuſceperit.

Nam & eum quoq; debitorem, fideiuſſo- 89 rem, aut debendi reum, qui nullam vnquam pecuniam numeraſſet, rectè liberamus.

Ad apochæ enim eſſe, pecuniam ſolutam 90 eſſe, neceſſe non eſt. Cum liberatio omninò contingat, quantumuis pecuniæ ſolutio conſecuta non fuerit. *l. ſi acceptolatū & ibi Br. & Ioh. de Imol. num. 2. ff. de acceptilat. Medic. in tr. de accept. quæſt. 2. nu. 1.*

Verùm

Verum enimuerò, essi hæc omnia, vera esse, fateantur, Domini Consulentes: redeunt attamen nihilòminus, ad argumentum illud, de superfluitate vitanda, ceu sacram suam ancoram, contendentes, quàm possunt acerrimè, fustrà & superfluè, verba hæc: Seiner mit seinem anthell abexukommen: adiecta: ni hinc elicitur, *l. si creditores. C. de pact. beneficij, renunciatio.*

91 Sed ad id, meritò respondetur illud: quod argumentum ab eo deductum, quod omnia, in omnibus dispositionibus verba, vsum aliquem, habere debeant, effeminatum sit, & qualibet ferè, etiam minima ratione tolli, atq; destrui possit. *Vt decidit in specie Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 17. n. 39. Iacob. Mandell. conf. 111. n. 29.*

92 Nec nouum est, aliquando verbis exprimi, quod iam, & absq; vlla alia verborum expressione, dispositioni inerat. *Dec. conf. 216. n. 5.*

Vt taceam, clausulæ hac: plures debendi correos, præter fideiussores in solidum obligatos introduci.

Sed & nostra interpretatio præ illa, quam Consulentes, clausulæ illi: seiner mit seinem anthell abexukommen/assumit: iuri est conformior.

93 Ex petitione partis enim, ab vno ex pluribus, in solidum obligatis, solutioneq; partis virilis, obligationis diuisionem oriri, iuris communis est sanctio. Et è diuerso, contra ius commune est, ex ejusdemodi petitione, & solutione, obligationem non diuidi. *Vt ex l. si creditores. C. de pact. qulibet negocio facili intelligere potest.*

94 Volunt autem iura: quod ea capienda sit, omnium dispositionum interpretatio, qua ad ius commune redimus, quaq; iuris communis correctionem effugimus. *gl. in c. statutum in v. numerandum. vers. item per hanc de præbend. lib. 6. Ias in l. si vnus. §. pactus ne peteret, n. 6. per ibi text. ff. de pact. Exea in tr. de pact. n. 419. Rub. in l. pater filium. n. 179. ff. de inoff. test. Couarr. var. resolut. lib. 3. c. 6. n. 4.*

95 Hanc itaq; amplectamur interpretationem. Præsertim, cum iuris sit apertissimi: quod superfluitas toleretur, tunc, cum secundum interpretationem, qua superflui quicquam inducitur, minus à iure communi recedimus. *decidente in specie Cephal. conf. 171. n. 29. & prius eo Ruin. conf. 192. n. 13. lib. 2.*

96 Porrò accedit & illud, in iure, nempè, quo vtimur scriptum esse, nunquam quoties coniectura alia capi potest, eò perueniendum esse, vt ex verbis dispositionis, renunciationem colligamus. *Anton. de Butr. in c. accedentibus. col. 2. vers. declaro ext. de priu. Bl. in l. Labeo. §. sed etiam. n. 3. ff. de pact. Dec. in l. cuius per errorem. n. 3. ad fin. ff. de reg. iur. Tiraq in l. si vnquam. in præfat. n. 129. C. de reuoc. donat. Castr. conf. 179. n. 4. vers. item non obstat. vol. 1. Alex. conf. 33. n. 10. vol. 5. conf. 133. n. 5. lib. 7. Dec. conf. 374. num. 5. & conf. 402. n. 6.*

Ad hanc coniecturam aliam, in præsentia habemus: ob constitutionem plurium, debendi correorum, quam hinc oriri dicimus.

Sed & illud responderi potest: quod clausula in principio, medio, vel fine posita, nunquam ad alia, præsertim ad renunciationes quod attinet, referatur, atq; trahatur, quæ propriam, peculiaremq; determinationem, iam in illa ipsa dispositione acceperunt. *c. cum dilecti. ibi Abb. in fin. ext. de donat. Br. in l. talis scriptura. §. hanc autem. n. 3. vers. causæ autem ibi Ias. n. 37. ff. de leg. 1. Bl. in l. 1. n. 5. C. de legit. hered. Bl. in c. inquisitioni. n. 4. ext. de appell. Sal. in l. 1. n. 2. ibi Paul. de Castr. nu. 2. Ias. n. 8. vers. tertio. C. de lib. præter. Alex. de Imol. in l. coheredi. §. qui patrem. num. 3. ff. de vulg. & pup. Zuchard. ad Rubric. n. 49. ff. si cert. petat.* 97

Atenim, renunciationes, quas fideiussores facere volebant, determinationem suam, iam receperant. Renunciarunt enim, doli mali, non numeratæ pecuniæ, Epistolæ D. Hadriani, & nouæ Constitutionis de fideiussoribus, beneficio.

Absonum itaq; est, ex illis verbis: seiner mit seinem anthell abexukommen: nouam quandam, & in literis obligationum, non expressam, renunciationem, astruere velle.

Porrò considerandum est & illud: quod fideiussores hoc in loco, non renunciandi, sed promittendi verbo, vsi sint. Ita enim habent, obligationum literæ: Wir geloben/seiner mit seiner anzahl abexukommen. 98

Aliud autem esse promittere, aliud verò renunciare, lippis etiam, & tonsoribus notum est. Per argumentum à communi sensu, & ratione naturali deductum, quod est fortissimum. *Bl in l. 1. §. in primo. n. 1. C. de caduc. toll. Bl. in c. 1. n. 5. vers. vltcrius, de feud. Matth. Zas. int. conf. diuers. conf. 9. n. 23. volum. 1. c. ex eo ibi gl. in verationes de elect. lib. 6.*

Etenim in ijs rationem quærere, quæ natura duce, vera esse deprehendimus, nil aliud, quàm infirmitas, intellectus est. *l. cui pactum. ff. de ser. export. Bl. in l. testium. n. 37. vers. quarto. C. de testib. Ias. in l. dedi. §. si libert. n. 6. ff. de condict. indeb. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 3. n. 21. Borcholt. in tr. feud. c. 2. n. 32. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 8. & p. 3. c. 2. n. 37.* 99

Dehinc respondeamus & illud: quod iuris incogniti non sit: quod inopinabilia, cogitare non possimus. *§. & hæc qua diximus. ibi gl. in v. adinuenerit auth. vt hi qui obl. sef. hab. per auth. quib. mod. nat. eff. legit. in pr. l. antiqui. ff. si pars. hered. per l. Mœuius in pr. ff. de leg. at. 2.* 100

Neq; ea mens, aut cogitatio, tantoque minus renunciatio trahitur, quæ ratò aut nunquam ferè fiunt. *c. coram ad fin. ibi Abb. nu. 4. vers. nota ibi ratò. ext. de off. deleg. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 111. C. de reuocation. donat.* 101

Non itaq; ad casum tam inopinatum, etiamsi verba hæc: feiner mit seinem antheil abezukommen: renunciationem continerent: renunciatio isthæc extenderetur. Quis enim vnquam tam negligenter res suas tractauit, vt A. à G. creditor, qui cum posset, in solidum vnumquemq; fideiussorum exigere: à singulis partem eorum virilem exegerit.

Nec enim, quæ maioris declarationis gratia, in facto tàm obscuro, iterantur, superflua esse solent. *l. qui mutuam. §. 1. ff. mand. gl. in l. pupillus. §. vlt. in v. commune. ff. de verb. significat. Abb. in c. solitæ n. 7. vers. in gl in v. tanquam ext. de maior. & obed. Abb. in c certificari. n. 10 ext. de sepult. Dominic. de S. Gemin. c. si papa in fin. de priud. lib. 6. Dec. in l. quæ dubitationis. n. 1. ff. de reg. iur. Dueñ. in tr. de art. test. tit. 2. caut. 11. n. 1. Hartman. Pistor. q. 3. n. 53. & q. 35. n. 26. lib. 2. Cephal. cons. 104. n. 14.* 187

Nec vitiosum est, ea, quæ pulcra sunt, bis, aut ter dici, vt habet prouerbium cuius ex nostratibus meminit *Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 21. gl. vnic. n. 7.* 188

Aggrediamur itaque PRIMVM eorum fundamentum, habet autem idipsum: quod vlla diuisione debiti, fideiussores aut correi debendi, sese iuuare nequeant, cum aliqui eorum, tempore contestatæ litis, ad exigendum, ob paupertatem, minus idonei fuerint.

Ceterum contendunt fortiter consulentes, I. R. & A. G. inopes iam fuisse, illo tempore, dum litis contestatio fieret: Verum nos è diuerso, idipsum semper vehementer negauimus: probare itidem idipsum, A. à G. nunquam potuit.

Sed & alligationi huic, ipsum Dominorum consiliariorum decretum, resistit. Habet enim: vnd do A. von G. von A. G. vnd J. R. seitgen Erben/ so gleichfals gelobet/ nichts erlangen söndte: sol jhme seine ansodderung/ wider E. von A. vnd andere Bürgen hiermit vnbenommen sein.

Tueri itaque se, A à. G. hac paupertatis allegatione, non poterit. Etenim vt aliàs semper quilibet fundamentum, quo innitur, planum facere debet: *l. sicut §. si quæritur. ff. si seruit. Vind. Paul. de Castr. in l. si de vi. n. 5. ff. de iudic. Mascardus tr. de probat. concl. 5. n. 4. & conf. 525. n. 2. nec non concl. 1154. n. 6. Franc. Herculan. in tr. quis teneat. prob. negat. n. 3. vbi infinitos in id allegat.* 189

Sic

190 Sic quoque is , qui fundamentum ponit
suæ petitionis, paupertatem, vel diuitias ali-
cuius, ad earundem probationem facien-
dam astrictus est. *Abb. in c. bonæ memoriæ col. 1.*
n. 15. ext. de elect. Br. in d. l. si verò. §. 1. n. 6. ibi.
Mas. n. 15. ff. qui satisd. cog. Affl. decis. 377. Tiraq.
de vt. retr. p. 1. §. 32. gl. 1 uic. n. 94. Covarr. var. re-
solut. lib. 2. c. 6. n. 2. & seqq. Gail. obs. 142. n. 6. lib.
1. Mascard. in tr. de probat. concl. 325. n. 1.

191 Nec enim perseuerantia, diuitiarum aut
paupertatis præsumitur. *l. in confirmando ibi.*
Br. n. 1. ff. de confirm. tut. Affl. decis. 36. n. 5. ibi.
Thom. Grammat. in addit. Natta. cons. 358. n. 8.

192 Enimuerò vt Valerius Maximus, scitissi-
mè scriptum reliquit: caduca nimium, &
fragilia, puerilibusque consentanea crepun-
dijs ista, quæ vires & opes humanæ vocantur,
sunt: affluunt subitò, repentè dilabuntur.
Nullo in loco, nulla in persona, stabilibus ni-
xa radicibus consistunt. Sed incertissimo
flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in
sublime extulerunt, improuiso recursu desti-
tutos, in profundo cladium, miserabiliter
immergunt. Quod ex nostratibus refert
Tiraq. in l. si vnquam in v. facultatum. n. 2. C. de
reuoc. donat.

193 Sed & illi, qui animam in præsentia de-
bet, nihil obstabit, quo minus ex extrema in-
opia hac, emergere, & locuples fieri possit.
Exemplo eius, quod de eo, qui ob rei famili-
aris angustiam, bonis cesserat, antea addu-
ximus. Hunc nempè, si diuitijs postea fuisset
adauctus, rursus à creditoribus, quorum de-
bita exsoluta adhuc non erant, certo tamen
modo conueniri posse.

194 Etenim:

Maxima cum bona sunt, iam sunt mala
proxima, rursus:

Maxima cum mala sunt: proxima iam
bona sunt.

Vt vir, vndequaquam doctissimus, & po-
litissimus, rectè cecinit, Thomas Morus, re-
fertque Barthol. Amunt. in suis florib. cele-
brior autor. lit. de fortuna.

Sed & non solùm in paupertate, & inopia
quorundam fideiussorum, sese fundat A. à G.
sed & in certo, & definito tempore. §. si plu-
res enim, reliquaque iura, quæ consulentes
adducunt, de litis contestatæ tempore, lo-
quuntur.

19 Quare rursus iuris erit: quòd sese in tem-
pore fundans, tempus omninò probare ne-
cesse habeat. *l. matrem tuam. C. de probat. l. 2. C.*
de petit. hered. Br. in l. non solùm. §. sed vt probari, n.
2. ff. de no. op. nunc. Neguz. in 1r. de pign. in 2.
memb. 5. p. p. n. 44. Gomez. Var. resol. lib. 3. c. 11.
n. 4. Rimin. ad rubr. n. 136. C. qui adm. Cacher. de-
cis. 71. n. 22. & decis. 88. n. 6. & 7. Mans. decis. 80.
cent. 4. Tiber. Decian. cons. 27. n. 14. vol. 2. Gerh.
Mazoll. cons. 4. n. 71. cons. 27. n. 2. Sigism. de
Neap. cons. 45. n. 19. Fr. Burs. cons. 209. n. 17.
vol. 2. Menoch. cons. 114. n. 25.

Cùm tempus semper, actui formam det. 196
Bl. in auth. quæ supplicatio. n. 1. per ill. text. ibi. Ias.
n. 5. C. de precib. Imper. offerend. Castr. in l. si in le-
ge in pr. n. 5. ff. locat. Ias. in l. qui Romæ. §. Calli-
machus. n. 9. ibi Crott. n. 16. ff. de verb. obligat.
Felin. in c. cum dilecta. n. 6. vers. octauum ext. de re-
scr. Tiraq. de vt. retr p. 1. §. 1. gl. 10. n. 90. & §.
3. gl. 4. n. 3. Zuchard. ad rubr. n. 33. C. qui adm.
Gerhard. Mazoll. cons. 107. n. 2. vol. 1.

Secundò: hæc quoque responsio suppetit:
quòd ex A. à G. literis, diuersis temporibus
scriptis, quasque suas esse iudiciali iter agnoui-
uit, atque fassus est, constet: quod illi fideiuss-
orum, quos iam inopes esse, isque A. à G. al-
legat, ei satisfecerint, tam de summa capitali,
quàm de vsuris, solumque restare, C. ab A.
ratam partem. Nihil itaque interest, A. à
G. soluendo, siue non fuerint, hi fideiussores:
quodque consequens est: conatus eius, per
exceptionem: tua non interest: infrin-
guntur.

Quæ exceptio: tua non interest: quoties 197
non ratione personæ litigantis, sed ratione
meritorum causæ emergit, litis finitæ est:
Bl. in l. possumus. §. si quis ex his. n. 1. ff. de inoff. te-
stam. Castr. ad l. 1. n. 4. per ill. text. ff. cod. tit. Castr.
ad l. 1. n. 2. & 3. C. sin. cens. vel reliq. Ioh. de Imol.
ad l. ille à quo. §. si de testamento. n. 3. ff. ad S. C.
Trebell. Felin. in c. ex parte. n. 5. ext. de testib. Felin.
in c. super his. n. 18. ext. de accusat. Angel. Aret. in
§. aquè. n. 11. vers. quinta regula Inst. de except.
Blanc. in tr. de except. imped. lit. nigr. c. 4. n. 10.
Curt. in l. ex conuentione. n. 7. C. de pact. Dec. cons.
302. n. 4. ibi. Carol. Molin. in addit. qui hanc excep-
tionem vsq; ad sententiam & rem iudicatam inter-
poni posse attestatur.

Tertiò, aliud esse beneficium. l. si credito-
res C. de pact. & aliud epistolæ D. Hadria-
ni, sæpiùs iam inculcauimus.

Vnde quæ in §. inter plures Inst. de fide-
ius. & similibus iuribus disponuntur, de fi-
deiussorum, tempore litis contestatæ inopia:
ad dispositionem. l. si creditores. C. de pact.
minimè trahenda sunt. Nec enim in bene-
ficio *l. si creditores. C. de pact. litis contestatæ tem-*
pus, in consideratione venit.

Vt taceam reliqua, huc pertinentia, & su-
periùs in id adducta. Quæ repetere, ne actũ
agere videar, nolim.

Addunt deindè hoc in loco consulentes:
quòd nunquam ex partis virilis receptione,
inducatur debiti diuisio, quandò ea cum
protestatione, de saluo iure residui recipitur:

At enim (aiunt) A. à G. protestationem
interposuit, eo tempore, cum C. ab A. par-
tem suam virilem, ei numeraret.

Sed nos vicissim, præter antea, ad hanc
opinionem etreneam refellendum, allata,

198 reponimus illud: iuris esse minimè ambigui: quod protestatio, ratione actus, qui non in continenti, post protestationem interposi-tam, celebratur, nullius momenti sit. *Bl. in l. non solùm. §. morte eius qui. n. 16. ibi. Iason. n. 13. qui*
** *hanc communem esse attestatur. Hormannoct. Dec. n. 541. qui hanc magis communem esse testu est, Anton. Rubeus. n. 196. qui itidem communem dicit. Crott. n. 45. Cardin. Paris. n. 65. & DD. ff. de no. op. nunc. Br. in l. item quia. §. vltim. n. 3. ff. de pact. Br. in l. qui in aliena §. vltim. ibi. Iason. n. 8. ff. de acquir. hered. Br. in l. Titia. §. idem respondit. el. 1. n. 1. ff. de verb. obligat. Br. in l. pacta nouissima. n. 3. ibi Sal. n. 3. Curt. n. 3 1. Iason. n. 14. C. de pact. Felin. in c. cum M. Ferrar. n. 68. ibi Ripa. n. 101. ext. de constit. Turz. cou. opin. 4. Coras. in præuid. admonendi. n. 39. ff. de tutelar. Mynsinger. in add. ad pract. Pap. in for. declin. in iud. n 7. protestans, ad addit. super 7. protestantem. Alc. conf. 7. n. 8. lib. 8. Constant. Rogger. in tr. de protest. in vers. tertio videndum. n. 2. Dulcet. in tr. de act. rest. tit. 11. cauf. 5. n. 3.*

199 Vnde prudentis esse aduocati dicunt, si quem actum celebrauit, per quem, à protestatione, quam prius interposuerat, recessisse videri posset: quòd iterum protestatur, sese omnia, quæ acturus sit, farta, tecta manente protestatione, quam antea adhibuerat, acturum. *Hosthens. in summ. n. 18. vers. idèò cauti aduocati ext. de constit. Felin. in d. c. cum M. n. 68. ext. eod. tit. Tohan. de Agusell. in tr. de protest. n. 24.*

Facitaque A. âG. de saluo iure resídui, id temporis, testatum fuisse, cum primus fideiussorum solueret: recessit attamen ab eadem, eo ipso, quod non repetijt protestationem hanc, cum secundus quoque & tertius fideiussorum, suam exoluerent partem.

Accedat ad hæc, quod omni quoque fundamento, in quo, hæc protestatio radices agat stabiles, destituatur.

Quandoquidem in literis, quas suas esse, fassus est, A. à. G. ipsissimis verbis, scriptum extat, sibi à reliquis, vno excepto C. ab A. plenè satisfactum.

Concidit itaque rursus protestatio, etiamsi poneremus, eam non prima tantum, sed secunda & tertia etiam vice, fuisse repetitam.

200 Nam vbi non subest debitum, protestatio quoque de saluo iure resídui, consistere nequit per l. eius qui in pronuncia. vers. quoniam. ff. si cert. pet. cum similib.

201 Nec enim protestatio, protestanti, ius aliquod nouum tribuit. *l. si fideiussor. §. si ff. qui satisd. cog. l. si debitor. §. si in vendit one. ff. quib. mod. pig. vel hyp. fol. Card. Paris. conf. 106. n. 10. volum. 3. Tiber. Decian. conf. 19. n. 36. volum. 3.*

202 Cum id tantummodò, quod prius competierat, ab interitu vindicet. *Tiber. Decian. conf. 13. n. 20. volum. 2. Crauet. conf. 662. n. 29. & conf. 974. n. 17. Cardin. Paris. conf. 109. n. 61. volum. 3.*

Ceterum aduersus id, quod præterea consulentes, sub PRIMO hoc eorum fundamento adducunt: nempè: tùm demùm cum fideiussor soluens, se pro sua persona soluere, expresserit, & eiusceemodi fideiussoris declarationi, creditor acquieuerit, diuisionem, ex tacito pacto orti: secus autem esse, si absque tali verborum adiectione, nudè & simpliciter fideiussor, partem suam virilem exoluerit: ideoque nullam hîc exortam esse diuisio nem eò quod ij, qui ante C. ab A. solutionem faciebant, se pro persona sua, se soluere non expressissent:

Superiorem repetimus responsionem quòd 203
scilicet multi DD. reperiantur, qui sentiant, nullum discrimen constituendum, inter fideiussorem, se pro sua tata soluere exprimentem: & inter fideiussorem, absque conditione vlla, partem quæ ei, summa totius debiti, æqualiter diuisa, obuenerat, dissoluentem: Sed vtroque casu, obligationis diuisionem, rectè induci. *Ita namq, in specie decidit. Iohan. de Imola. ad l. 2 n. 4. vers. iter. adde. ff. de duob. reis, vbi illam opinionem, quam Domini consulentes sectantur, veram non esse, testis est, & post tempora Imolæ, idem tradiderunt. Curt. ad d. l. si creditores. n. 4. & ibi Dec. n. 1. C. de pact.*

Certum autem est, quod summæ hi, inter 204
nostrates, autoritatis fuerint. Imolam namque Doctorem, semper circumspectum, & ingeniosum, laudat *Pohr. in tr. Vulg. subst. n. 91.*

Decium verò doctissimum censuit *Pinel. ad* 205
l. 1. p. 3. n. 4 8. C. de bon. mat. Nec non insignem, *idem Pinel. d. p. 3. n. 82.*

Et superioris tempestatis lumen, eundem dicere non dubitauit *Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 31. Sicuti & principem legum sua tempestatis, eundem exclamat. Tiraq. d. §. 1. gl. 9. n. 286. Sic idem Decius, excellens Doctor, à Neguz. ant. dicitur in tr. de pignor. in 1. memb. 5. p. p. n. 31. Et sua ætatis facilè primarius ab eodem Neguz. in tr. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. n. 164. casu. 24. & in 1. memb. 6. p. p. n. 43. eum clarissimum vocat.*

Quid? quod hunc Doctorem consumatissimum nominet *Tiraq. in tr. primogen. q. 17. opin. 10. n. 3. Et sui seculi decus. Tiraq. in l. si vnquam in v. donationi. n. 133. C. de reuoc. donat.*

Sed & ingeniosum hunc, attestatur *Eman. Soar. in addit. ad Gomez. Var. resol. lib. 1. c. 4. lit. H.*

Et denique Cuttium, virum non infimæ 206
inter iuris interpretes autoritatis, testis est locupletissimus *Tiraq. in l. si vnquam in v. omnia. n. 27. C. de reuoc. donat.*

Accedat adhæc, quod hæc opinio, funda- 207
mentum, in quo innitatur, habeat.

Etsi enim verba: pro sua persona persoluentem, *in l. si creditores. C. de pact. leguntur:*

Plærisq, tamen visum est, hæc partis, precos suas, Imperatori offerentis: non autem Imperatoris, ad preces, quæ illi exhibebantur, rescriben-

reſcribentis, verba eſſe. *Ita in ſpecie decidunt Cyn. in d. l. ſi creditores. ibi. Salyc. in 4. verſ. & eſt ratio. Dec. n. 1. Alc. n. 6.*

208 Quapropter, cum & iure cautum, & à * DD. communiter, traditum ſit, ex verbis vt vocant narratiuis legis, nullo modo argumenta ducenda eſſe. *gl. in c. auditis in v. ex poſt facto in fin. ext. de elect. Alex. in addit. & Br. in l. ex hac ſcriptura. n. 16. ff. de donat. Raph. Cuman. in l. qui Roma. §. Callimachus in pr. ff. de verb. obl. Iaſ. in l. 1. n. 34. ff. de off. eius cui mand. eſt uriſd. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 1. n. 435. Capiferr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 12. n. 29. Roman. conſ. 79. n. 5. conſ. 134. n. 2. verſ. ex qua quidem & conſ. * 191. n. 5. vbi Horat. Mandoſ. maddit. hanc communem eſſe opinionem atteſtatur.*

Conſequens erit hanc diſtinctionem, qua inter fideiuſſorem, pro ſua perſona ſoluentem: & inter fideiuſſorem ſimpliciter, & abſque adiectione hac, partis ſuæ virilis, ſolutionem facientem diſtinguitur, longè eſſe falſiſſimam, & de iure ſubſiſtere, neſcire.

Portrò nec ratio, quam huic diſtinctioni aſsignant, veritate fulta eſt. Aiunt enim, cum hæc diuiſio, ad inſtar donationis ſeſe habeat, de ea expreſsim conſtare oportere, nec ſimplicem ſolutionem, abſque adiectione hac: pro ſua perſona: ſufficere.

209 At negandum omninò eſt, hanc diuiſionem obligationis fideiuſſoriæ, donationem, remiſsionem, aut quid ſimile, donationi, vel remiſsioni continere.

Etenim, quî videri poteſt creditor diuidens, quicquam donare, cum quod integræ, totius debiti ſummæ deeſt, à reliquis conſideiuſſoribus, etiamſi virilim partes ſuas, quilibet tantùm diſſoluat, conſequi poſsit?

Nec obſtat, quòd tunc vertatur creditoris incommodum, cùm aliquis ex conſideiuſſoribus, non ſoluendo eſt. Quippè cùm tunc, ob diuiſionem, & vi taciti pacti indè promanantis, quem conueniat, non habeat.

210 Nam cum hic triſtis caſus, euentusq; inopiæ fideiuſſoris, à diuiſione originem non trahat, ſed aliundè, eſſe ſuum hauriat, in conſideratione habendus, quantum ad diuiſionem attinet, non erit: nec ob id creditor diuidens, donationem feciſſe, de qua expreſsim conſtare debeat, dici poterit. *per trad. Br. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. n. 7. ibi. Iaſ. n. 5. ff. de verb. oblig. Br. in l. 1. n. 1. ibi. Iaſ. n. 1. ff. de in lit. iur. Br. in l. fi idem cum eodem. §. vltim. n. 1. ff. de uriſd. om. iudic. Straccain tr. de mercat. p. 2. n. 6. Pecc. in tr. de teſtament. coniug. lib 3. c. 18. n. 9.*

211 Vt taceam in genere, propriè loquendo, iuris ſui remiſsionem, donationem non eſſe, *l. Iulianus aut. ibi Br. n. 1. ff. de condit. & demonſt. gl. in l. pignus. ff. quæ in fraud. credit. gl. in l. ſi con-*

ſtante in v. firma. ff. ſol. matrim. gl. in c. ſtatutum. §. ſi quid autem in v. remiſsione de reſcr. lib. 6. Felin. in c. veniens el. 1. n. 2. verſ. ſecundò ext. de teſtib.

Donatio namque, vbi quicquam alicui 213
non acquiritur, ſi proprietati ſtuduerimus, non erit. *Br. in l. vltim. in pr. n. 1. ff. quæ in fraud. credit. per l. in ædibus. §. vltim. ff. de donat.*

Secundò reſoluitur, hæc conſulentium obiectio, per conceſsionem. Eſto enim, diſtinctio hæc, quam conſulentes docent, iuri ſit conſentanea, innitatur item firmis demonſtrationibus: interim tamen verum nihilominùs erit, etiam ipſis, pro obiectione hac, adductis Doctoribus non diffitentibus: quòd 213
illis verbis: pro perſona ſua ſoluerit: per omnia exæquata ſint verba: quibus ſe pro ſua rata ſoluere, fideiuſſor exprimit. *Vt videre eſt, ex Salyc. in d. l. ſi creditores. n. 3. & 4. & vbi Alex. n. 6. verſ. tamè Iaſ. n. 3. verſ. ſecundò. C. de pact. Ioh. de Imo. in l. inter eos. n. 2. verſ. in gl. ſoluendo. ff. de fideiuſſ.*

Iam verò his verbis: pro rata ſua, ipſe vſus eſt, A. à G. dum in literis ſuis ad C. ab A. datis, ſcribit: es hetten jhn die andern Bürgen für ihr Erbtheil beſtrediget.

Concludamus itaque etiam ea requiſita, quæ ad diuiſionem obligationis in ſolidum, iuxta diſpoſitionem l. ſi creditores. C. de pact. conſulentes interuenire deſiderant, hic præſtò eſſe.

Ad finem deindè PRIMI, huius fundamenti, conſulentes, illud quoque annectunt, quòd omnis, cuiuscunque actus interpretatio, ex iure communi petenda ſit.

Cum itaque iuris communis principium habeamus: quod in dubio, ſolutio partis virilis, facta potius videatur, ad debiti iſtius extenuationem, ſiue diminutionem, quàm ad diuiſionem obligationis inducendam:

Sic ratiocinantur: hic quoque partis ſolutionem, non vt diuiſio, ſed vt imminutio debiti fieret, factam.

Sed mehercle, & hic quoque prætextus, momenti alicuius non eſt. Nam & hæc eſt interpretatio iuris communis, qua ſolutio partis virilis debiti, præcedente creditoris, de hac parte virili exoluenda, interpellatione, de diuiſione obligationis, & imminutione ſortis ſimul: non autem de ſortis delibatione tantùm, declaratur. *Vti iam ſæpius, ex Salyc. Alex. Curt. autoritate, comprobatum eſt.*

Sed & conſulentes ipſi, vel inuiti, fateri coguntur: quòd Theorema ab iis adductum, locum ſibi tantummodò, in caſu dubio vindicet:

Iam verò nos in rebus dubijs, non verſa- 214
mur: quoties enim id, quod ſoluitur ab vno fideiuſſorum, exactè, & ad amuſsim reſponderit, parti virili illius fideiuſſoris, ſumma

totius debiti, æqua lance, inter omnes fideiussores, distributa, tunc amplius ambigi non oportet, quin accedente petitione creditoris, non electio fideiussorum, sed diuisio inter fideiussores exorta sit. Vti paulò ante recensiti, in specie decidunt.

215 Non pertinet itaque huc, consulentium theorema: Cùm in claris, certoque modo definitis, coniecturis neutiquam opus sit. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Menoch. in tr. præsumt. lib. 3. præs. 10. n. 1. Tiber. Decian. conf. 5. n. 112. & conf. 57. n. 20. volum. 1. Ioh. Bapt. vincent. inter conf. feud. diuers. conf. 1. n. 182. Academ. Vutteb. in conf. diuers. conf. 1. n. 125. volum. 2.*

Sequitur iam SECVNDVM consulentium fundamentum: quòd talem complectitur ratiocinationem.

In vtroque obligationis instrumento, dissertis verbis cautum est: neminem fideiussorum sese, per partis virilis solutionem, liberare posse, keiner mit seinem antheil abzukomē.

Sed verba hæc: frustra planè fuissent adiecta, ni inducerent renunciationem beneficij. *l. si creditores. C. de pact.* Etenim beneficij Epistolæ D. Hadriani, aliàs in ipsdem instrumentis, specifica renunciatio continetur.

Oportet itaque omninò, hanc instrumenti clausulam, de renunciatione beneficij. l. si creditores. C. de pact. accipi. Cum ne syllaba quidem in iure, ociosa, & absque effectu operandi posita esse debeat:

Atenim resolutio huius futilis ratiocina-
216 tionis, perfacilis est: argumentum enim nil frustra fieri debere, aqua frigida, frigidius esse, & quasibet ferè minima etiam ratione telli, & destrui, ex consensu Manticæ, & Mandelli, antea respondimus, & etiamnum respondemus.

217 Item nouum non est, aliquandò id verbis exprimi, quod aliàs, & absque verborum adiectione vlla, tam inerat, *Vti Dec. tradit. conf. 216. n. 5.*

218 Vt taceam generale esse, expresse nemeorum, quæ tacite insunt, nil quicquam operari *l. 3. ibi Br. & Ias. n. 8. ff. de legat. l. conditiones ff. de condit. & demonstrat. Gomez. Var. resolut. lib. 1. c. 12. n. 24. in fin. Mantic. in tr. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 6. n. 5. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 4. §. 15. gl. vlt. n. 3. Fortun. Garc. ad l. Gallus. §. quidam relle. n. 11. ff. de lib. & posthum. Sim. de Proes. conf. 27. n. 8. & conf. 76. n. 15. Tiber. Decian. conf. 84. n. 50. volum. 2. Alex. conf. 121. n. 17. volum. 2.*

219 Et in specie, ne per emendicata eamus suffragia: quibus hæc verba: obligamus nos in solidum (quibus exæquata sunt illa verba: keiner mit seinem antheil abzukommen) quoties eo modo, quo aliàs, & tacite inerant, in obligatione expressim asscripta fuerint, nihil operentur, sed ociosa, & superuacanea maneant, est textus ad literam *in l. non recte C. de fideiussor. Borcholt. in tr. de pact. c. 5. sub. n. 80.*

Et vt alias omittam resolutiones[a], certissi- 220
mè illud constat: quod tolerabilius longè sit, aliquid frustra fieri, quàm quenquam in debite damnum pati. *Bl. in l. terminato. n. 14. verf. Porrò. C. de fruct. & lit. expens. Bl. in l. eos la. 1 §. cautionem. n. 2. verf. si verò petuntur. C. de appellat. Br. in l. vlum. §. in computatione. n. 8. ibi Ias. n. 12. & 13. C. de iur. delib. Alex. de Imol. in l. properandum §. fin autem alterutra. n. 7. vbi hanc veriorem & æquiorem opinionem esse attestatur. ibi Ias. n. 6. C. de iudic. Mascorn. in tr. de iurisd. n. 92. in fin. Alex. conf. 5. n. 2. verf. statutum volum. 2. & conf. 5. n. 5. vol. 6. Angel. conf. 6. Dec. conf. 356. n. 4. verf. non obstat. Cephal. conf. 139. n. 7.*

Iam verò noster C. ab A. indebitè damnū pateretur, si iudex sequi voluerit erroneam illam, quam amplectuntur consulentes opinionem. Soluere enim cogeretur, quæ iure soluere cogi non posset.

Iusta itaq; non est interpretatio ista, quam consulentes de hisce verbis faciunt.

Non dicam nunc, ex hisce verbis: keiner mit seinem antheil abzukommen: nullo modo renunciationem colligi posse:

Nam cum nunquam renunciatio colli- 221
genda sit, quandiu alijs coniecturis, locus esse potest. *Iason. in l. vltima. n. 58. verf. secundò limita. ff. de constit. princip. Dec. in l. si qua vnquam. §. si in pro quo. n. 17. in fin. ff. quod quisq; iur. Bl. in l. 1. n. 2. C. de ed. D. Had. toll. Dec. conf. 460 n. 4. & 7. conf. 495. n. 19. & conf. 625. n. 6. Crau. conf. 624. n. 14. conf. 666. n. 7. conf. 678 n. 9. conf. 827 n. 11. & conf. 972 n. 43. Crauin conf. 3. pro Genero n. 7. & 8. Natta. conf. 1 n. 6. Cephal. conf. 25. n. 50. conf. 84. n. 19. conf. 434. n. 5. Alc. conf. 10. n. 13. lib. 8.*

Sed hic ahæ adsunt coniecturæ, quàm renunciationis. Illis enim verbis: keiner mit seinem antheil abzukommen / introducitur plurium correorum debendi constitutio: sed & maioris declarationis gratia, hæc apposita fuère. Non itaque huic quicquam ad renunciationem pertinens, dextrè colligitur.

Et si quæ renunciatio, huic introduci posset: non attamen extenderetur, ad l. si creditores. C. de pact. beneficium.

Eiusmodi enim casus cogitari non potuit. 222
Cum inopinabilia cogitare non possimus: cum item generalis renunciatio, nunquam complectatur ea, quorum dum renunciarent, renunciantes memores non fuerunt. *l. qui pec. ff. de pecul. l. 3. ff. de cuicil. Aquiliana. ff. de transl. Ioh. Hamb. in l. naturaliter. n. 93. ff. de Vsuc. Crott. in l. sciendum. n. 44. ibi Fusigell. n. 46. ff. de verb. obl. Tiber. Decian. conf. 43. n. 37. volum. 3. Crau. conf. 880. n. 19. Cardin. Paru. conf. 20. n. 95. volum. 1. conf. 12. n. 71. volum. 2.*

Sed & ideo, si quam renunciationem, verba illa: keiner mit seinem antheil abzukommen / in sese intuluerint, ad l. si creditores, C. de pact.

pact. renunciatio ista, trahi non posset, quod
223 iuris sit apertissimi: quòd generalis renunciatio, nunquam suæ generalitati subiuget, exceptiones, ex tempore futuro, originem ducentes. *Vti ex Br. Taf. Cyn. Bl. Salye. Vital. de Gamb. Aurel. Carb. Eman. Soar. Tiber. Dec. Card. Paris. Gerb. Mazoll. & Roman. antea est demonstratum.*

224 Quodque vt omnis alia dispositio: *l. quod fernus. ibi gl. notab. ff. de condict. ob turp. caus. Bertachi. in tr. de gabell. p. 2. n. 5. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 167. C. de revoc. donat. Gomez. Var. resolut. lib. 1. c. 5. n. 36. vers. quintò Hartm. Pistor. q. 6. n. 44. lib. 2. & q. 48. n. 1. eod. lib. Cacheran. decis. 91. n. 2. Peregr. in de testam. comun. lib. 1. c. 45. n. 7. Burgat. cons. 110. n. 20. vol. 1.*

225 Ita quoque renunciatio, seu iurium suorum remissio, rebus sic stantibus, vti tempore celebratæ renunciationis steterunt, intelligenda sit. *Vti in specie decidit Card. Paris. cons. 7. n. 70. & cons. 24. n. 92. vol. 2. cons. 95. n. 16. vol. 3. Paul. Castr. cons. 449. n. 2. vers. præterea & seqq. Alex. cons. 170. n. 2. volum. 7. Tiber. Dec. cons. 3. n. 125. vol. 1. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 60. ff. de verb. obl. Tiraq. in l. si vnquam in præf. n. 150. C. de revoc. donat.*

At enim ex l. si creditores. C. de pact. benignitate, nouatribuitur fideiussoribus exceptio, quæ illis, tempore initæ obligationis, factæque renunciationis non competijt.

Fieri itaque nequit, vt ad hoc vsque beneficium, penetret generalis renunciatio.

Vlterius certò quoque illud constat, quod beneficium l. si creditores. C. de pact. specificam omninò, & nominatim factam renunciationem desideret. Veluti iuris quoque est, in Epistolæ. D. Hadriani, ex cusionis, &c. renunciationibus.

226 Nam si, vt verba: obligamus nos in solidum: quibus per omnia respondent illa verba: *Vnser mit semem antheil abejnkommen*: obligationi adiecta, alicuius efficaciæ sint, nec tantum dubitationis tollendæ gratia, ascripta esse iudicentur: oportet, vt nominatim beneficio Epistolæ D. Hadriani renunciatum sit. *d. l. non recte C. de fideiuss. & in specie decidit Barchoss. in tr. de pact. c. 5. n. 80.*

Cum tamen semper, & vbique ferè, huic ex Epistola D. Hadriani beneficio diuisionis fideiussores renunciare soleant:

227 Consequitur beneficio diuisionis, ex l. si creditores. C. de pact. multò magis nominatim, & specificè renunciandum esse: nec illi quicquam beneficio, hisce verbis: obligamus nos in solidum: detrahi, nisi expressa, & specifica remissio eiusdè præterea accesserit:

228 Rarò enim aut nunquam ferè, huic beneficio in fideiussorum obligationibus, renunciari, hactenus vidimus.

229 Quare sit, vt ad id, tanquam ex rarò contingentium genere, generalis renunciatio, non adaptetur. Nam si in ijs, quæ rarò euenient, ne legis quidem dispositio, locum habeat. *l. nam ad ea. ff. de ll. Cha. ff. m. Catal. glor. mund. in præfat. vers. vltcrcò. Alc. paradox. lib. 5. c. 7. n. 5. Reub. in tr. de testib. p. 2. n. 26. Molin. in l. 1. §. si quis simpliciter. n. 30. ff. de verb. obl. Cab. in tr. de eo quod interest. n. 50. Garc. in tr. de vlt. fin. cur. n. 105. Cald. in l. si curatorem in v. vel aduersary dolo. n. 55. vers. quæ sententia C. de rest. in integr.*

Nisi fortè legislator expresserit, voluntatem suam esse, vt ad rarò quoque contingentia, lex alioqui generalis referatur. *Hartman. Pist. q. 34. n. 4. lib. 2. per l. antiqui. ff. si pars. hered. pet.*

Iterum consequatur necesse est, multominus renunciationi generali, in hisce rariusculè contingentibus, locum esse.

Cum renunciatio maiori, quàm legalis dispositio, odio digna, proindeq; arctius constringenda sit.

Ceterum in considerationem illud quoq; venit: quod istiusmodi renunciatio, qualem fingunt consulentes etiamsi includeret in se le. *l. si creditores. C. de pact. beneficium, conflare attamen non posset*: Propterea, quod C. ab A. certior nunquam factus fuerit, quæ beneficij huius, vis esset, atque potentia.

Inualidam autem esse renunciationem, qua remittimus ius, de cuius efficacia, & potestate, certiores facti non eramus, æquis est, qui nesciat? *Vt ex. Accurs. Cyn. Bl. Decio & Tiraq. antea ostendimus. Tradunt q. præterea Alex. in addit. ad Br. ad l. vlt. §. vlt. ff. ad S. C. Vell. Happ. de March. ad rubr. n. 37. ff. de fideiuss. Roman. cons. 273. n. 1. Crau. cons. 880. n. 13. & cons. 971. n. 8.*

Vt taceam, casum adhuc alia ratione fieri hanc renunciationem, si qua verbis his inesset. Ob pactum nempè liberatorium, quod ex Epistolis creditoris A. à G. exoritur.

Hoc enim pacto, tueri se possunt ipsi fideiussores inopes: tueri itaque hoc ipso, sese multò magis C. ab A. poterit, vtpotè qui ob partes harum inopum exigitur.

Etenim propter quod, vnumquodque tale est, illud multò magis tale est. *Auth. multò magis ibi Bl. & Castr. n. 1. C. de Sacrosanct. eccl. Clem. 1. ibi gl. in v. profectò de reliq. & vener. sanct. Bl. in l. affinitatis. n. 3. C. com. de succes. Salyc. in l. non ideò in fin. C. de hered. inst. Castr. in l. 1. n. 3. C. vn. vti & vx. Euer. an Top. in loc. a minori. n. 5. Alc. conf. 6. n. 3. lib. 9. & conf. 108. n. 11. eod. volum.* 238

Quæ deinceps adducunt consulentes: de diffidio linguæ, animiq; vitando: Vndè tursis necessariò euincere conantur, illa verba: *keiner mit seinem antheil abejnkommen. renunciationem. l. si creditores. C. de pact.* inferre: ne aliàs aliud dixisse: aliud verò sensisse contrahentes videantur.

Cum tamen verba non inueta sint, vt impediant, sed vt indicent loquentium voluntatem: cum item verbis, tenaciter inhæren-

dum, si illa clara, & perspicua fuerint: neque verò vlla interpretatio, tanti facienda sit, vt melior sensu, ex verbis collecto existat: & si quæ sunt alia, à consulentibus allata:

Refutantur per ea, quæ sequuntur.

Ab initio enim, præsupponunt consulentes pro certo id, quod maximè adhuc controuersum est: volunt enim ex his verbis: renunciationem omninò elucere.

Vndè huc pertinere, theoremata ab ijs adducta, nequeunt.

Et, si omninò necessum esset, verba hæc: de renunciatione aliqua interpretari: trahi tamen eadem, non oporteret, ad *l. si creditores. C. de pact. benefic.*

231 Nam mens, & voluntas testantium, statuentium, legem generalem ferentium, iudicantium, & in summa quemlibet actum celebrantium, verbis, scriptoque dominatur. *Vti hoc effusissimè prosequitur Tiraq. in l. si vnquam in v. libertis n. 47. C. de reuoc. donat.*

232 Sicuti (vt ad rem propiùs accedamus) hanc eandem voluntatem & mentem, in contrahentium, & pacisicentium quoque dispositionibus, principem locum obtinere, non minùs, luculenter ostendunt text. in l. vltim. ponderando verba: cum sit iustum, voluntates contrahentium, magis, quàm verborum conceptionem inspicere. *C. quæ res pign. obligat. poss. l. ita stipulatus. §. si quis ita stipulatur. vbi ex sententia contrahentium. ff. de verb. oblig. l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. l. sed celsus. §. si fundus, ibi: in emtio enim, & venditio, potius id quod actum est, quàm id, quod dictum est, sequendum est. ff. de contrab. emt.*

Traduntque expressim *gl. in l. si in venditione in v. veritus. ff. com. præd. gl. in l. blanditus. C. de fideiuss. Bl. in l. sub prætextu la. 2. n. 12. C. de transact. Bl. in l. etiam. notab. 1. C. de iur. dot. Bl. in l. quamuis. n. 5. C. de fideicom. Bl. ad rubr. n. 4. ext. de pact. Alex. in l. si tibi pecuniam. n. 3. ibi Iaf. nu. 1. & seqq. ff. si cert. pet. Panorm. ad c. pastoralis in fin. ext. de decim. Capif. in tr. de num. test. p. 3. c. 3. n. 63. Seraph. in tr. de iur am. priuil. 60. n. 6. Hartman. Pistor. q. 35. n. 24. lib. 2. Coras. in l. cum virum. n. 6. C. de fideicomm.*

233 Etenim, ex Ciceronis, boni, & æqui scientissimi sententia: scriptum sequi calumniatoris est. Boni verò iudicis voluntatem scriptoris, autoritatemque defendere. Cicero in Orat. pro Cæcinna quod ex nostratibus refert *Coras. miscell. lib. 2. c. 18. n. 10.*

234 Quid? quòd in omnibus dispositionibus, & actionibus humanis, Dominus, & Rex sit voluntas, cuius pedissequa est coniectura, & verisimilitudo: cuique vicissim ancillantur verba: vt rectè scriptum reliquit *Vasq. ill. cont. 6. 46. n. 5.*

Iam verò hìc, mentem nostrorum contrahentium subire non potuit cogitatio, de beneficij l. si creditores. C. de pacti renunciatione. Et quia inopinabilia (vt id denuò dicamus) cogitare non possumus, & quia ad ea, quæ raro fiunt, mentem cogitationemq; directam fuisse, dicere, absurdum est: & quia hac beneficium tempore renunciationis factæ natum nondum erat.

Frustra itaque hic solliciti sumus de verbis, contrahentium, cum mentem animumque eorundem, cognitum, exploratumque habeamus.

Sed nec illa consulentium allegatio, exhibet nobis multum negocij: constituti iuris esse, quod in omnibus omninò contractibus, & dispositionibus, pro expresso & dispositio habeatur id, quod contrahentes, vel dispononentes, verisimiliter expressissent, si de illo, vel cogitassent, vel interrogati fuissent.

Nam etsi hinc astruant: omninò certum esse, quod fideiustores nostri, ab A. à G. interrogati, num in solidum vellent teneri, etiamsi ab vno eorum, partem virilem petijsset, atque etiam recepissent: fuerint responsuri, velle idipsum se:

Cogitandum attamen erit, quàm malè sibi hìc rursus, consulentes constent. Paulò enim superiùs, audacter asserere ausi fuerunt, ex illis verbis: obligamus nos in solidum: clarissimè de renunciatione constare: hìc verò extacita quadam, & verisimili mente contrahentium, colligere illam ipsam moliuntur.

Sed & axima hoc, quod habet: pro expresso atque dispositio habendum esse id, quod verisimiliter contrahentes, si huius rei cogitationem suscepissent: statuissent: semper & vbique verum non est.

Fallit enim, quoties nihil tale expressum 235
est, vndè voluntas illa tacita, benè conijci posset.

Enimuerò hoc casu, de eo, quod exprèssum non est, tanquam de pœnitus omisso iudicandum erit. *Ita in specie decidit. Bl. in l. vnic. n. 10. C. de hu. qui ant. ap. tab. Rimnald. in l. qui se patru. n. 286. C. vn. lib. Dec. cons. 89. n. 3. vers. non obstat. quòd si testatur.*

Cùm attamen hìc, ne gry quidem, in vtrisque obligationum literis appareat, vndè renunciationem beneficij. *l. si creditores* colligere, promptum sit.

Sic quoque fallit eadem maxima: quoties 236
in ijs, quæ à iure communi exorbitant versamur. *Vti in specie decidit Iohan. de Imol. in Clement. 1. n. 20. de rescript. vbi Antonium de Butr. idem. quoq; voluisse refert. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 56. in fin. C. de reuoc. donat. Alex. cons. 32. n. 10 volum. 7.*

Ac

At hic non in exorbitantibus solùm : Verumetiam in odiosis planè versamur.

237 Quippè renunciationes odiosas esse, haud incertæ opinionis est. *Vti hoc in specie decidit Crauet. cons. 407. n. 34. vbi alios idem volentes allegat.*

238 Et denique vt rem, quod aiunt acu tangamus, huic regulæ in renunciationibus locus non est: in ijs namque pro expressis minimè habentur ea, quibus renunciantes, si de ijs interrogati fuissent, verisimiliter renunciassent. *Vti hoc in specie decidit. Bl. in Margarit. in v. renunciatio : el. 1. Tiraq. in l. si vnquam in præfat n. 99. C. de reuoc. donat. per gl. in l. Pomponius l. 1. in v. probauero, ad fin. ff. de neg. gest.*

Apage itaque sis, cum axiomate isto, in præsentia, vbi de renunciationibus res est.

Confugiunt deinceps consulentes, ad vim geminationis. Aiunt enim, cum præter expressam beneficij diuisionis renunciationem, illa quoque verba : *Remet mit seinem antheil abzukommen* / adiecta fuerint, fieri non posse, quin vi & efficacia, geminationis, hæc verba operentur, taciti quoque pacti, *ex l. si creditores. C. de pact. prodeunte, renunciationem.*

Sed resellere hæc, leuis est negocij. Primò enim quæro qui vlla geminatio, ex hac verborum conceptione, inferri possit ?

Sed & obiectio hæc, tota scatet absurdis & inconuenientibus. Namque hoc pacto, duplicem renunciationem ex hisce verbis colligeremus : cum attamen iuris sit principium notissimum, ne simplicem quidem renunciationem, introduci deberi, quandiu alia, quamrenunciationis coniectura, capi potest.

Item hoc pacto, iurium communium correctionem induceremus, quam cauere, maximè addecet.

Item renunciationes, quæ restrictissimè interpretandæ sunt, interpretatione adiuuaremus.

Item iura, de futuro competitura, & etiam à renunciantibus ignorata, quæque nomine suo recensiri debebant, in generali verborum inuoluero, quod nihil tale, ne è longinquo quidem, præ se fert, includeremus.

239 Et denique vniuersum ius, de vi, & efficacia taciti pacti creditoris: diuisionisque inde promanantis, tot vigilijs excogitatum, vnici verbi intellectu deprauato, subuerteremus. Quod nec Imperator quidem, tantoque minus priuati homines, velle creduntur. *l. si quando. C. de inoff. testam. gl. in c. 1. in v. præscriptionem de capitu. Conrad. Abb. in c. cum esses in repet. n. 8. ext. de testam. Hartm. Pistor. q. 19. n. 49. lib. 2. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 47. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 2. præsumt. 20 n. 4.*

Quare vt rem vno verbo absoluamus, ex verbis : obligamus nos in solidum ; quibus ad amussim respondent verba: *Reinet mit sei-*

nem antheil abzukommen, geminationem renunciationis, consequenterque remissionem eius iuris, quod ex acceptione partis virilis debiti, per creditorem exoritur ; colligere : non solùm, plurifariam de causis, in iure nostro absurdum : Verumetiam blasphemum est.

Cogitandum præterea illud est: temporis 240
interualli opus esse, vt aliqua geminationi sit efficatia. *Felin. in c. vlt. n. 1. vers. & virtutes ext. de off. deleg. Iac. de Ngr. ad rubr. n. 40. ibi. Lancil. Galiaul. n. 79. Ripa. n. 34. ff. de verb. obligat. Galiaul. ad l. 1. in pr. n. 88 ibi. Rutig. n. 21. Cardin. Paris. n. 11. ff. eod. tit. Eman. Soar. com. opin. lit. G. n. 12. Marc. Anton. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. c. 18. n. 18. vers. facit Seraph. in tr. de iuram. priuil. 19. n. 13. & priuil. 89. n. 1. & 2. Bernh. Diaz. in add. ad Lup. ad rubr. §. 17. n. 8. ext. de donat. int. vir. & vxor. Matth. de Affl. decis. 285. n. 12.*

Sic, vt ex duobus actibus, inducatur con- 241
suetudo, hos temporibus diuersis fieri necesse est. *Iason. in l. si certis annis. n. 8. C. de pact. Iaf. in l. si quis in conscribendo. n. 24. C. eod. tit. Abb. in c. vltim. n. 17. ext. de consuet. Crott. ad l. 1. n. 32. ff de verb. obligat. Alex. in add. ad Bar. ad l. cum simus in fin. C. de agric. & censit. lib. 11.*

Sic confessionem, si duplicis confessionis 242
vim sortiri debet, diuersis temporum spacijs, factam esse oportet. *Iason. in d. l. si certis annis. d. n. 8. C. de pact. Dec. Ad l. 2. n. 7. C. de err. calc. Ces. Contard ad l. diffamari. c. 4. n. 75. C. de ingen. manum. Bard. de tr. de tem. vtil. & conti. c. 18. n. 18.*

Sic, etsi quis simul, & semel, pluribus con- 243
uitijs quem inceserit, vnicum tamen tantummodo delictum, non autem duplex, aut geminatum perpetratur : nec duæ, sed vnica tantum, iniuriarum actiones dantur. *gl. in l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Felin. in c. vlt. n. 1. ext. de off. deleg. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. d. c. 18. n. 18. Br. cons. 108. in pr. vol. 1.*

Nec diuersio in furtis iure vtimur. Nam 244
etiamsi plures res fur semel asportauerit : ramen semel tantum furti conuenitur. Continuatio enim potius, quàm geminatio furti censetur. *Br. in l. eum qui. §. idem dixit. n. 1. ff. de furt. Angel. Aret. in tr. malefic. in v. etiam. Vesc. Celes. n. 13. Capoll. in auth. sed nouo iure. n. 54. & n. 105. vbi hanc esse communem testis est C. de fer. fugit. pract. Pap. in form. inquisit. in v. centum florenos Iul. Clar. in pract. crimin. §. furtum. n. 14. vbi & is hanc communem esse testis est.* *

Sic quoque vnica est appellatio, etiamsi 245
pluries appellans dixerit : appello, appello *gl. in c. ab eo in v. instanter de appellat. lib. 6. Abb. in c. bona. n. 23. ext. de appellat. Abb. in c. dilecto. n. 12. ext. eod. tit. Felin. in d. c. vltim. n. 1. ext. de off. deleg. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 19. n. 14. & priuil. 62. n. 6. Roman. cons. 41. n. 4. & cons. 427. n. 3. vbi Horat. Mandos. in additione alios in id allegat.*

Sic

246 Sic pro petitione vnica habetur, si apostolos petens dixerit, apostolos peto, & iterum peto, & cum instantia peto, *gl. in d. c. ab eo in v. instanter de appellat. lib. 6. Chilan. Kon. in suo proces. c. 130. n. 2. Lancil. Conrad. in tr. de off. præt. Rubr. de appell. n. 13.*

247 Sic deniq; vt ad rem propius accedamus, nullius momenti est, per mulierem iterato facta, senatus consulti Velleiani renunciatio, nisi inter primam, & secundam renunciationem, biennale tempus, clapsum fuerit. *l. si mulier l. 2. ibi. Bl. & Salyc. C. ad S. C. Vell. §. 1. post med. auth. vt immob. ante nupt. donat. Lasan auth. Sacramenta. n. 58. C. si aduers. vend. Alc. lib. de verb. signif. n. 89. Mascard. in tr. de probat. conclus. 1080. n. 10. volum. 2. Crott. in l. 1. n. 32. ff. de verb. obl. Raym. Pius. Fich. cant. 33. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 62. n. 1. & priuil. 99. n. 1. & 3. Cuiac. in tr. præscript. c. 21. vers. 5. Connan. comment. iur. lib. 6. c. 8. n. 9.*

Ceterum hîc, vno ferè momento, renunciatio beneficij diuisionis, & illa verba: obligamus nos in solidum, siue, keiner mit seinem antheil abgekommen/ scripta fuêre.

Deest itaq; id, quod pro substantia geminationis, omninò requirebatur.

248 Porrò huic contrarium, non est illud: quod aliqui inter geminationem actuum, & geminationem quæ verbis fit, distinguere solent, hocq; casu temporis inter vallo opus esse, illo verò neutiquam doceant. *Ias. in l. si quis in conscribendo n. 25. C. de pact.*

249 Nam & renunciatio, actu potius, quàm verbis constat & peragitur. Vt taceam hanc ipsam distinctionem, displicuisse ipsimet. *Dec. ad d. l. penult. n. 4. C. de pact. & Tiraq. in l. si nunquam in v. reuertatur. n. 51. C. de reuoc. donat.*

Eodem quoq; modo, his non occurrit alia 250 opinio, discrimen constituentium, inter renunciationem, quæ voce: & inter renunciationem, quæ scripto fit. Etenim primo casu, temporis spacium, requiri dicunt: altero vero hoc opus non esse, pro explorato habent, *vti tradunt Felin. in c. si cautio. n. 44. ext. de fid. instrum. Cephal. conf. 443. n. 10.*

251 Nam distinctio hæc locum tantummodò habet, in Lege, Canone, Bulla, Rescripto, & vltima voluntate: secus autem est, in qualicunq; scriptura priuatorum, in qua indistinctim, & indiscriminatim, semper, & vbique, vt efficax sit eorum, quæ scriptura continet iteratio, temporis interuallo opus est. Vti illam ipsam distinctionem declarat *Euer. in top. in loc. à vi geminat. n. 16. per c. eam te ext. de restript. l. Balista. ff. ad S. C. Trebell. cum similib.*

Aliena itaque planè est, distinctio hæc, à præsenti negocio.

Sed esto, affinis sit distinctio hæc, præsenti controuersiæ, nihilo tamen magis obtinebunt, consulentes. Nam adhuc, vera esse nequit, nisi is ipse scripserit, in cuius præiudicium, argumentum deducitur.

Nam ratio illius distinctionis hæc est, 252 quod scribens omnia exactè ponderasse verba, quæ scripserat credatur. Cum in loquente, linguæ lubricitas, mentem fæpiusculè percurrat. Vti hanc ipsam, in specie assignant *Felin. in d. c. si cautio. n. 44. ext. de fid. instrum. Euer. in top. in loc. à vi geminat. n. 16.*

Sed hæc ratio, nunc cessat. Non enim C. ab A. ipsimet, obligationum literas, conscripsit.

Cessabit itaq; distinctio quoque, de qua 253 iam agimus. Cessante enim ratione distinctionis, ipsa quoque distinctio cessat. *vti in specie decidit Tiraq. in tr. cess. caus. p. 1. n. 242. vbi. Ioh. Monach. Ioh. And. & Pet. de Anchor. in id alleg.*

Sic quoque, quoties tertij præiudicium 254 ob geminationis efficatiam vertitur: non autem de mente dicentis, aut scribentis, declaranda, agitur: semper & vbique temporis spacio, vt iteratio alicuius ponderis sit, opus est. *Dec. in d. l. si quis in conscribendo. n. 4. C. de pact. Tiraq. in l. si vniquam in v. reuertatur. n. 51. C. de reuoc. donat.*

Hîc itaque temporis interuallo opus erat. Nam vertitur, tertij præiudicium.

Deindè oportet quoque, vt geminatio- 255 nem secundum iustum, & iuriciuili accommodum intellectum restringamus, ne absurdum hinc consequatur. *gl. in l. si quis la. 1. in v. qualis qualis, ibi Tasc. n. 37. ff. de acquir. hered. Simon. de Proct. conf. 150. n. 49. volum. 1. Burfat. conf. 18. n. 24. vol. 2.*

Iam verò, hæc iuri communi est, consentanea interpretatio: quòd nunquam ex verbis aliquibus, renunciatio exîtrui debeat, quoties alia coniectura capi potest: & è diuerso in iure absurdum est: renunciationem colligere, quoties alia verborum explicatio superest.

Non itaq; elicere licet, ex hisce verbis: etiamsi geminata essent renunciationem.

Verum prouisi quoq; iuris est: quòd ita 256 astringi oporteat geminationem omnem, ne quis hinc damnum patiatur. *vti hoc itidem in specie decidit Burfat. conf. 18. n. 49. vol. 2. vbi in id præterea Cacherani autoritatem affert.*

Non itaq; ex verbis hisce, etiam geminatis, renunciationem beneficij. *l. si creditores. C. de pact. introducamus.*

Sic enim iniuria, damno affligeretur C. ab A.

Sic iuris non est incerti: quòd nunquam 257 alicuius efficaciæ sit geminatio, cum ex diuersis colligitur. *vti in specie decidit. Ias. in §. in personam n. 50. Inst. de act.*

At consulentes hic, ex diuersis, geminationem colligunt.

Sed & hoc iure vtimur: quod in renuncia- 258 tionibus, vtpote odiosis, & restrictioris naturæ, geminatio nullius momenti sit, præterquam in casibus à iure expressis, *veluti in casu l. si mu-*

l. si mulier La. 2. C. ad S. C. Vell. & si qui sunt alij, numero certè pauciſſimi.

Tùm ne ſi aliud diceremus, autoritas ll. ſine qua loqui dedecet, nos deficiat.

259 Tùm, quia in ſpecie traditum eſt, geminata renunciatione. *l. 2. C. de reſc. vendit.* remedium non tolli. *vti in ſpecie decidit Dec. conſ. 60. in fine conſ. 114. n. 18. & conſ. 151. n. 31. Roman. conſ. 53. Panorm. conſ. 71. n. 8. verſ. condeſcendo vol. 1. Hier. Gratt conſ. 71. n. 3. & n. 25. vol. 1. Cephal. conſ. 143. n. 54. vbi u Socinum & Corneum, idem voluiſſe teſtu eſt.*

260 Tùm quia ob clauſulam: renunciauit conditioni ſine cauſa, actioni in factum, & omni alij legum auxilio (quam geminatam eſſe, nemo ſanus, inficiari poterit) condictioni indebiti, renunciatum eſſe non intelligitur, niſi nomine expreſſa fuerit. *Raph. Fulgos. in l.* * *vlt. §. idem quæſiuit n. 1. ff. de cond. ind. vbi hoc ita communem practicam obſeruare teſtatur Couar. Var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 4. vbi Aret. Ioh. de Iuol. & Alex. hæ quoq; partes ſecutos, teſtu eſt.*

At hîc, de renunciationibus res eſt, nullus item, in toto iure reperitur textus, vim aliquam in iſtiusmodi caſu, geminationi tribuens:

Patet itaq; concluſio per ſe.

261 Ceterum illud quoq; conſtat, materiam geminationis, eſſe (vt vetuſtiores locuti ſunt) brocardicam, id eſt, quæ modò multæ ſit efficaciæ, modò nullius virtutis, atq; efficacitatis.

262 Hinc pro regula traditum eſt, verborum reiterationem, ſenſum eorundem non adaugere. *gl. in l. cum pater in v. adiectum eſſet per ill. text. ibi Salyc. n. 1. Raph Fulgos. n. 1. ff. de pact. dotal. Iaſan l. nominatim. n. 8. ff. de liber. & poſtum.*

263 Quodq; propius ad rem accedit: actus reiterationem, nihil vltra actum ſimplicem, & vnicum operari. *vti in ſpecie hanc regulam conſtituit Iaſ. in l. qui bis idem. n. 10. per ill. text. ff. de verb oblig.at.*

Sic, qui bis idem promittit, ipſoiure, quàm ſemel, amplius non tenetur. *d. l. qui bis idem. ibi Br. n. 1. Iaſ. n. 1. ff. de verb. obligat. Felin. in c. vlt. n. 1. verſ. & virtutes ext. de off. deleg. Pyrrh. in conſuet. Aurelian. tit. de execut. inſtrum. c. 12. Connan. comment. iur. lib. 8. c. 4. n. 11. Cephal. conſ. 143. n. 54.*

265 Sic ſi eadem res, ſpius legetur, in eodem teſtamento, amplius quàm ſemel peti non poteſt *l. planè la. 1. ſi eadem vbi Br. in ſummar. & Iaſ. n. 1. ff. de legat. 1. Felin. in d. c. vlt. n. 1. ext. de off. deleg. pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 5. c. 6. n. 8. Mantic in tr. de coniect. vlt. voluntat. lib. 6. tit. 14. n. 19. Gomez. var. reſolut lib. 1. c. 12. n. 38. Vaſq. in tr. de ſucceſſ. progreſſ. c. 21. n. 9. Graſſ. recepter. ſentent. §. legatum. q. 60. n. 1. Panorm. conſ. 4. n. 8. lib. 2.*

266 Iam verò, tutius nihil eſt, quàm vt in brocardicis generaliter, iure ſcripto, tenacilsimè inhæreamus: nec extra caſus ſcriptos, inque iure expreſſos, brocarda illa, & diuerſimodè conſtituta, vlli caſuum adoptemus. *vti ex Euer. in top. in l. a virt finis videre eſt.*

Quapropter conſequens erit, geminationi nunquam, aliquam operandi virtutem tribuendam eſſe, niſi id expreſsè, in iure ſanctum fuerit. 267

Hinc autem rectè rurſus concluditur: cum nulla vſpiam extet lex, præcipiens, ex geminatione colligendam eſſe renunciationem beneficij. *l. ſi creditores. C. de pact.* ex verbis illis, ſeiner mit ſeinem authoritet abe, nit kommen, etiamſi pluries, quàm bis, in ſyngrapha legerentur: renunciationem eiuſcemodi beneficij inducendam non eſſe. 268

Poſtremò iuris antiqui eſt regula: pactionem, ſtipulationem, & eius generis alia, ſi ambigua, & obſcura fuerint: illi nocere debere, in cuius fuit poteſtate, legem apertius conſcribere, veluti venditori, locatori, ſtipulatori, creditori, &c. *l. veteribus. vbi Br. Bl. Caſtr. n. 1. Fulgoſ. n. 4. Iaſ & DD. ff. de pact. l. in contrahenda. vbi Dec. n. 1. & ſeqq. Cagnol. n. 1. & DD. ff. de reg. iur. Butigell. in l. lecta. n. 38. ff. ſi cer. pet. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 12. n. 2. Hotman. Dec. in l. 4. §. Cato. n. 417. ibi Aldobrand. in addit. ff. de verb. obligat.* 269

Et in ſumma, illi ſemper ambigua, & obſcura diſpoſitio nocet, qui quicquam ex ea acquirere conatur. *vti in ſpecie decidit Curt. in l. ſi paſcenda. n. 5. C. de pact. per d. l. veteribus. ff. eod. tit.* 270

At enim controuerſia caret. Verba hîc eſſe ambigua, & obſcura. Quin imò reluctari etiani, ei ſententiæ, quæ Dominis conſulentibus arriſit.

Nec non certum quoq; eſt illud, quòd A. à G. ſiuoluiſſet, hæc ita vt dubitationis omnis eſſent expertia, concipere potuiſſet.

Contra A. à G. itaq; hæc omninò interpretabimur.

Atq; his SECVNDÒ quoq; conſulentium fundamento, ſatis facturũ eſſe, putarim.

Aduerſus TERTIVM conſulentium fundamentum, quod habet: denegandum eſſe, l. ſi creditores. C. de pact. beneficium, C. ab A. ob moram, quam in ſoluendo commiſerat, priore, & cum primis illud repetimus: quod ſi mora vlla, à C. ab A. commiſſa eſſet, interim q; reliqui fideiuſſorum non ſoluendi facti eſſent: hanc tamen moram, A. à G. non opitulari. Cum mora hæc in cauſa non fuerit, quo minus interim, hac etiam mora exiſtente, reliquos fideiuſſores, conueniret, atq; exigeret.

Si itaq; damnum, quod propterea incurrerit, id ſibi ſoli, & non C. ab A. aſcribet.

Rectè enim dicimus: improuidi, pòſt mãlum acceptum, erratum agnoſcere diſcant, vt Plato primus in ſympoſio dixit, referente ex noſtratibus *Tiraq. in tr. de ll. Connub. l. 9. n. 11. & n. 24. fac. text. in quæſt. 38 diſtinct. c. debis ibi: ipſi in ſe, ſua errata caſtigent. 33. q. 2.* 271

Sic

272 Sic iura vigilantibus, scripta esse legimus: *vt in l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit. habetur, & alios superius in id adducebamus.*

273 Socordia autem & negligentia diffluentibus, subuenire dedignantur. *vt in l. non enim negligentibus ff. quib. ex caus. maior legitur.*

274 Sic damnum, quod quis sua culpa sentit sibi, & non alijs, acceptum ferre debet, *c. damnum de reg. iur. lib. 6 & tradunt Hipp. de Marsc. Card. Paru. & Crau. in locis, quos superius induxabamus.*

275 Sed & diutiùs debiti, introducta iam erat, (vt quæ pulcra sunt, bis dicamus) cùm ad exactionem C. ab A. creditor accederet.

Causare itaque moram C. ab A. iure nequit. Et denique adsunt literæ, illæque ab ipso creditore, pro suis agnitæ, quæ liberatos esse, reliquos omnes, planum faciunt:

276 Huic itaque oritur, confessio creditoris iudicialis, quæ de liberatione, legitimè fidem facit. *vt in specie decidit Mascard. in tr. probat. concl. 982. n. 2.*

Quin imò, si rem exactius aliquantò, vti decet, expenderimus: confessim deprehendemus, allegationem hanc, magis obesse, quàm prodesse, A. à G. creditori.

Nam cum integrum illi fuerit, reliquos quoque fideiussores, vnà & eodem tempore, cum C. ab A. exigere, ille verò hoc facere supersederit: rectè concludemus, eum bonitati causæ suæ, diffisum.

277 Nam firma stat iuris præsumtio, creditorem si quod ius foueat, diutius non silere. *Alex. cons. 183. n. 17. vers. & hanc partem. vol. 5. Simon. de Pract. cons. 69. n. 1. & seqq. vbi Coru. Paul. de Cast. Cuman. Socin. Dec. Calcan. in id. allegat. Card. Paris. cons. 83. n. 27. lib. 1. & cons. 137. n. 12 lib. 4. Matth. de Affl. decis. 13. n. 21. vers. nona cometura. Menoch. in tr. præsumt. præsumt. 135. n. 19. & 21 lib. 3.*

278 Et è diuerso, non minus verum est illud: non censeri, hunc bonam causam tueri, qui ius, quod se habere contendit, diutius in iudicium deferre supersedit, atq; neglexit. *l. si quis forte 9. 1. ff. de pœn. c. decernimus 3. q. 9. c. Christianis in fine 11. q. 1. c. nullus. ibi Abb. n. 1. & Fel. n. 1. ext. de præsumt. Affl. decis. 13. n. 22. Menoch. in tr. præsumt. præsumt. 91. n. 1. & per tot. lib. 2. & d. præsumt. 135. n. 20 lib. 3. Oldrad. cons. 183. n. 10. Rom. cons. 169. n. 3. Crau. cons. 28. n. 6. & cons. 65. n. 8.*

Sed iam QVARTAM & vltimam consulentium obiectionem examinabimus. Quæ ita habet:

Permissum esse A. à G. creditori, per Decretum Assessorum Cameræ Electoralis Brandeburgicæ, C. ab A. vlterius conuenire, atque exigere: siquidem, quod sibi debebatur, ab A. G. & I. R. heredibus, non fuisset consecutus. Non itaq; amplius aduersus decretum hoc, ceu sententiam & rem iudicatam, tueri se posse C. ab A.

Sed hoc argumentum, etsi plurimum ei tribuisse consulentes appareat (firmissima enim argumenta, in fine collocanda sunt, veluti in acie triarij. *vt autor nobis est Euer. in præamb. topic. n. 17. arg. c. 2. vers. ad hanc. item ext. de summ. Trin. & fid. Cathol.) ceteris, imbecillius, & infirmius longè est.* 279

Quî enim decretum hoc, sententiam definitiuam nuncuparemus? sum iuris sit vulgatissimi: quòd illud tantùm dicendum sit sententia, quod causam principalem diffinit. *gl. in Clement. 1. in v. diffinitiua de sequest. poss. & fruct. Iaf. ad rubr. n. 3. ibi Ripa. n. 11. ff. de re iudic. Hercul. in tr. de attent. c. 19. n. 2. Cæs. Contard. add. vnic. in secunda ratione decid. n. 8. C. si de moment. poss. fuer. appell. Mar. in tr. de ard. iud. in 3. p. d. p. p. act. 1. n. 2. Lancilott. Conrad. in tr. de off. prat. rubr. de sententia n. 4. Pract. Pap. in for. sent. diffin. in v. nos. Bernardinus n. 4. Kil. Kon. in suo proc. c. 10 2. n. 1.* 280

Quin imò, tum demum sententia nomine diffinitiuæ digna est, cum præcedente libelli oblatione, litis contestatione, alijsque iudicij solennitatibus fertur *gl. in c. dudum el. 2. in v. responsionem. ibi Abb. n. 25. ext. de elect. Iaf. in l. imperium n. 34. Vallas. n. 283. qui hanc communem dicit, & Longoual. n. 43. ff. de iurisd. om. iudic. Mastorn. in tr. de iurisd. n. 145. cum seqq.* 281 *

At enim hic, de causa principali non cognoscebatur. Non meretur itaque dici, sententia diffinitiua. Nam cui non competit diffinitio, nec diffinitum. *Br. in l. 1. §. per ill. text. ff. de dol. Euer. in top. in loc. à diffinit. n. 1. & 2. Alc. paradox. lib. 6. c. 9. n. 4. Aldobrand. in §. cum autem n. 1. Inst. de ingen. Tomm. decis. 30. n. 4. decis. 34. n. 9.* 282

Et ne per emendicata eamus suffragia, quod sententia, aiterutri partium, ius competens reseruans, mera interlocutoria sit, post Franc. Aretin. quem allegat *in specie decidit Felin. ad rubr. n. 19. ext. de sent. & re iud.* 283

Ceterum decretum hoc Dominorum Consiliariorum, longè minùs rectè, rem iudicatam appellabimus. Quandoquidem tùm demum res iudicata, sententia dici mereatur cùm appellari ab ea vlterius nequit tradentibus *Br. ad l. 1. n. 2. ibi Iaf. n. 8. Ripa n. 6. ff. de re iudic. Abb. ad rubr. n. 1. ibi Felin. n. 1. ext. de sent. & re iudic. Br. in l. litigatoribus n. 5. C. de appell. Dominic. de S. Gemin. ad c. 1. §. vlt. n. 1. per ill. tex. de elect. lib. 6. Iaf. in l. & postremò in pr. ff. de transact. Mar. in tr. de ard. iudic. in 3. p. 6. p. p. act. 1. n. 128. Couarr. pract. quæst. cap. 23. n. 2. in fin. Roman. cons. 334. n. 8.* 284

At enim ab hoc decreto, ad ipsum Illustrissimum appellari potuit: sed & appellatum iam est.

Vt itaque ei, nomen rei iudicatæ tribuemus?

At sit decretum hoc sententia diffinitiua: prouocare item ab eo licitum non fuit: sub id tamen nullo modo adhuc, exceptiones, C. ab A. auferri poterunt.

Nam

men nullo modo adhuc, exceptiones, C. ab A. auferri poterunt.

285 Nam vno correlatiuorum conceſſo: alterum quoque demus, atq; concedamus, oportet. *gl an clemens. 1: in v. æternaliter de ſumm. Trin. & fid. cathol. polit. in tr. vulg. ſubſt. n. 53. verſ. 21. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 9. gl. 1. n. 3. & 4. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de emt. & vend. n. 2. Cald. in l. ſi curatorem in v. contractum feciſti. n. 72. verſ. ſed an prædicta C. de reſt. in int.*

286 Quodq; de vno dictum eſt, de altero quoque dictum eſſe cenſetur. *l. vlt. C. d. ind. vid. toll. & l. vnic. C. de cuprar. lib. 11. Euer. in loc. à correlat. n. 3. pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 4. c. 5. n. 15. Cacher. deciſ. 75. n. 1. Capiſarr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 16. n. 186. Curt. in l. cum te proponas. n. 7. C. de tranſact.*

287 Iam verò nemo ſanæ mentis, diffiteri vnquam potuit: actionem & exceptionem eſſe correlativa. Nam quemadmodum, actiones arma ſunt actorum, quibus perſequuntur, vel id, quod ſuum eſt, vel quod ſibi debetur. *Inſt. de act. in pr. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 21. n. 7. Vacon. à Vacun. declar. 26. n. 12. & 13. Rainald. Cor. indagat. lib. 2. c. 1. Steph. Forcat. in Necyom. dialog. Petr. de Bellapert. ad l. 1. n. 4. ff. de. 96. edend.*

288 Ita è diuerſo, exceptiones arma reorum ſunt, quibus ſe, ſuaq; tuentur. *Nepos à Mont. in tr. de except. in pr. n. 1. Angel. Aretin. ad rubr. & in §. idem iuris. n. 2. per ill. text. Inſt. de except. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 23 ò.*

289 Seu vt loquitur Borcholten: actio telum eſt,

290 exceptio clypeus. *Borcholt. Inſt. de except. in pr.* Vnde etiam actionum eliſiones dicuntur, quòd ijs veluti arma offenſibilia (vt cum Angelo Aretino loquar) actionum, è manibus actorum eripiantur, atq; excutiantur. *l. 2. in pr. ff. de except. Lancil. Galiaul. ad rubr. n. 6. ff de verb. obl. Zanger. ad tit. Inſt. de except. in diſſinit. n. 2. & ſeqq. Caſ. contard. ad l. diffamari. c. 6. n. 6. Scip. Gentil. in lib. orig. in v. exceptio. Vvieſenb. §. 1. n. 1. Inſt. de replicat. Couarr. in t. poſſeſſor in pr. n. 4. ff. de reg. iur. lib. 6. Facult. Iurid. Heidelb. conſ. 34. n. 18. int. conſ. diuerſ. vol. 2. Cephal. conſ. 644. n. 24.*

Fieri itaq; nequit, vt facultate agendi A. à G. creditori conceſſa: facultas excipiendi, C. ab A. fideiuſſori eripiatur.

291 Sed & quis neſcit? exceptionem faciliùs longè, quàm actionem dari. *c. cum inter prioren ext. de except. Neguz. in tr. de pignor. 1 p. 5. p. p. n. 29. Caball. in tr. de adil. act. c. 1. n. 40. Ex ea in tr. de pact. n. 458. & n. 542. in fin. Schenck in c. 1. §. 1. n. 4. de inueſt. de re al. fact. Tiber. Decian. conſ. 46. n. 11. vol. 1. Card. Paru. conſ. 78. n. 4. vol. 3. Cephal. conſ. 393. n. 115. Franc. Burſat. conſ. 14. n. 36. vol. 1. Alc. conſ. 16. n. 8. lib. 1.*

292 Etenim exceptio omnis, in æquitate innititur. *l. qui æquitate. ff. de dol. mal. except. Br. in l. 1. in pr. n. 2. ff. de vacat. muner. Br. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. n. 6. poſt med. ff. de pact. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 35. gl. 1. n. 5. Tiber. Decian. conſ. 41. n. 25. vol. 3. Cephal. conſ. 573. n. 13 & conſ. 379. n. 81. Crau. conſ. 900. n. 29. Menoch. conſ. 322 n. 4.*

Cùm petitio fundamentum, in quo innitatur, ius ſtrictum habeat. *Bl. in l. vnic. §. in primo. n. 8. per ill. text. C. de caduc. toll. Cephal. d. conſ. 573. n. 14.* 293

Vndè in dubio conditio excipientis ſemper melior: petentis verò deterior eſſe debet. Vt hiſce fundamentis, quæ iam recenſuimus nixus, in ſpecie decidit *Ceph. d. conſ. 573. n. 12. Nell. de S. Gemm. in tr. de bannit. in 1. p. 2. tempor. n. 63.* 294

Quî fieret igitur, vt actionem G. creditori, concederemus, exceptionem verò C. ab A. fideiuſſoti, denegaremus?

Quid? quòd cuiuslibet actus perfectio, non ex ſola agentis voluntate: ſed ex voluntatè, poteſtateque eiuſdem ſimul, proficiſcatur. *Bl. in repet. l. 1. n. 137. C. de ſacros. Eccleſ. Ioh. Hanib. ad. l. nemo poteſt. n. 478. ff. de leg. 1. Herculan. in tr. de attent. à 1. n. 11. Hartman. Piſt. q. 29. n. 23. lib. 2. & q. 38. n. 74. eod. lib. Dec. in l. nuptias. n. 9. ad fin. ff. de reg. iu. Decad. conſ. 198. n. 3. circa med. & conſ. 225. n. 1. Rol. à Valle. conſ. 10. n. 8. vol. 3. Cephal. conſ. 220. n. 34. conſ. 234. n. 44. Crau. conſ. 671. n. 13. & conſ. 786. n. 8. Sim. de Proet. conſ. 117. n. 30.* 295

Non itaq; ex decreto hoc, Dominorum conſiliariorum, priuationem aliquam exceptionum, aſtruere licet. Nam etſi voluiſſent Domini conſiliarij, C. ab A. exceptionibus ſuis priuare: vtiq; id facere non potuiſſent. Exceptiones namq;, vtpote, quibus omnia cum defenſione communia ſunt. *l. ſi quidem & l. defenſionis. C. de exceptionib. Bl. in l. 1. n. 39. C. de his qui accuſ. poſſ. vel non. Br. in l. de pupillo. §. vlt. n. 3. ff. de no. op. nunc. Iaſ. in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo. n. 7 ff. quod quiq; iur. Hieron Ver. ad rubr. n. 70. ff de verb. obl. Horman. Det. ad l. 4. §. Cato. n. 471. ff. de verb. oblig. Ant. Rub. ad l. penul. §. ad crimen. n. 217. ff. de pub. iud.* 296

Non niſi, per principem, & quidem non ordinaria, quam vocant, poteſtate: ſed tantummodò, per clauſulam ex certa ſcientia, vel clauſulam non obſtante: *Bl. in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo. n. 2. verſ. & ſic nota. & ibi Raphel. Fulgoſ. n. 2. Iaſ. n. 7. & ſeqq. Dec. n. 3. & ſeqq. ff. quod quiſq; iur. Abb. in c. ex parte el. 2. n. 4. & ſeqq. & ibi. Felin. n. 6. ext. de off. deleg. Alc. ad rubr. n. 12. ext. eod. tit. Vaſq. de ſucceſſ. progr. in præfat. n. 111. Tiraq. in tr. de pœn. in præf. n. 47.* 297

Et vi immenſæ, ſeu ſolutæ poteſtatis, tolli poſſunt. *c. i. de lit. conteſt. lib. 6. Innoc. in c. ſuper literis. n. 10. & ſeqq. ext. de reſcr. Iaſ in l. quoties. n. 5. C. de prec. Imper. offer. Alex. conſ. 136. n. 3. volum. 2.* 298

Sed ipſum etiam principis conſiſtorium, clauſulis ex certa ſcientia, & non obſtante, vti nequit: nec immenſa poteſtate fruitur: *vt in ſpecie decidit Capyc. deciſ. 47. n. 7.* 299

300 Restat itaque, dominis Consiliarijs, defuisse potestatem, qua C. ab A. exceptionibus ipsi competentibus priuarent, quantumuis voluntas primandi, illis non defuisset: quodque consequens est, ad priuationem exceptionum, Decretum quod dederant trahendum non est. Nam vt denuò dicam, actus in dubio, ex agentis potestate, interpretationem recipit, & nemo creditur voluisse, quod non potuit. *l. Lucius. §. Imperator. ff. ad municip. c. à nobis ext. de sent. excommunicat. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 107. ff. de acquir. poss. Cephal. cons. 23. n. 117.*

301 Accedat ad hæc, quòd absonum sit, præsumere: quem eam viam, eligere voluisse, qua electa euerterentur ea, quæ agit. *l. 3. ff. de test. milit. c. cum super Abbatia in fin. inn. ibi. gl. ext. de off. de leg. Coraf. miscell. lib. 1. c. 2. n. 5. Crau. ad rubr. n. 156. ff. de legat. 1. Ronchegall. ad l. 2. n. 59. ff. de duob. reis. Hartman. Pistor. q. 1. n. 106. lib. 2. Cach. decis. 77. n. 9. Seraph. in tr. de iuram. prætul. 73. n. 13. Capiferr. in tr. de nunc. test. p. 1. c. 6. n. 17.*

Cùm attamen hîc, Decretum Consiliariorum, si interpretationem consulentium sequeremur, euerteretur. Esset enim tunc aduersus ius constitutionis lata, quod præ-
302 cipit, vt suæ cuique tribuantur exceptiones. Sententia, vel decretum autem, aduersus ius Constitutionis latum per se & ipso iure nullum est. *l. 1. §. item cum ff. quæ sent. sin. app. resc. l. 2. C. quand. prouoc. non est nec. Marc. in tr. de ard. iudic. p. 4. dist. 16. n. 50. Matth. de Affl. decis. 28. n. 7. Matthæsil. sing. 19. incip. nota quod sententia interlocutoria. Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. sent. ex def proc. n. 118. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. prinil. 2. n. 7. Crott. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 63. ff. de verb. obl. Menoch. in tr. præsumt. lib. 2. præs. 67. n. 50. Dec. cons. 8. n. 1. Decian. cons. 24. n. 5. vol. 1. Crau. cons. 642. n. 7. Natta. cons. 155. n. 3.*

303 Quin imò non solùm sententia, & decretum, quibus contra ius constitutionis iudicatum est: verumetiam ea, quibus aduersus receptum interpretum placitum pronunciatur, vt multis placuit, ipso iure nullum est. *Ioh. de Imol. in l. 4. d. hoc autem iudicium. n. 20. ibi. Ripa. n. 107. ff. de dam. inf. Neuiz. in Syluul. nupt. lib. 5. n. 71. Franc. Viuius com. opin. lib. 1. opin. 182. in fine. vbi hanc ceu communem refert, & sequitur. Et alios in id allegat. Cæs. Conrad. ad l. vnic. limit. 9. n. 56. C. si de inoff. dot. fuer. appell.*

304 Nec prodest quicquam, etiamsi ad eiusce-modi sententiam, vel decretum, partis vtriusque consensus accessisset. *Bl. in l. si expressim n. 2. vers. nam patris consensus. ff. de appell. Bl. in l. error. n. 14. C. de iur. & fact. ign. Bl. in l. 1. n. 2. C. de iurid. om. iudic. Alex. de Imol. ad l. si conuenerit. n. 3. ibi. tas. n. 4. ff. de re iudic. pract. Pap. in form. sent. diffinit. in v. nos. Bernhardinus n. 54. Seraph. in tr. de iuram. priu. 107. n. 43. Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. sent. ex def. proces. n. 118. ad fin. Alex. de Imol. cons. 123. n. 7. vers. & Ioh. de Imol. vol. 1. Card. Paris. cons. 108. n. 47. vol. 4.*

Sed & alia adhuc ratione, Decretum Dominorum Consiliariorum labefactaretur. Nam si, diffinitiua est, vt sentiunt consulentes, oportet in eo expressum esse, verbum absoluo, vel condemno. Aliàs enim rursus, 305
nullum fieret ipso iure. *l. præses. & l. cum iudex. C. de sentent. & interl. om. iudic. l. 1. l. præses, & l. in summa. ff. de re iudic. Vant. de tr. d. rubr. de nullit. sent. ex def. proces. n. 90. Tiber. Decian. cons. 57. n. 1. vol. 2.*

At neutrum horum verborum, hîc legitur. Cogitandum prætereà est: decretum hoc vel ideò, vt consulentes volunt, interpretandum non esse: quòd secundum interpretationem hanc, & siquidem condemnatis, saluæ non relictæ fuerint exceptiones: Decretum hoc latum esset, contra non citatos: nec non contra illos quoq;, qui partim, extra territorium Sedini Pomeranorum, velnti A. H. degunt.

Vndè rursus dupliciter, nullum fieret: & quia contra non subiectum iurisdictioni, & quia contra non vocatum in ius, latum esset.

Nam sententiam contra eum, qui in ius 306
vocatus non est, latam, nullam esse, probatione non indiget. Etiamsi princeps ipse sententiam tulisset. *Clement. pastoralis. §. ceterum de sentent. & re iudic. Bl. in l. fin. n. 3. C. de Il. Abb. ad. c. 1. n. 4. ext. de caus. poss. & propr. Abb. in c. cum clim. n. 22. ext. de sent. & re iud. Abb. in c. veneralibilem n. 5. ext. de elect. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. n. 66. ext. de constit. Hipp. de Marsi. sing. 73. Boer. in consuet. Bitur. tit. de iurisd. §. 9. gl. 1. Couarr. pract. quæst. c. 23. n. 6.*

Quo iure vtimur, etiamsi pro absente non 307
citato, pronunciatum fuisset. *Br. ad constit. ad reprim. in v. & figura. n. 22. Br. ad l. ea quæ n 1. ibi. Bl. n. 6. C. quom. & quand. iud. Rom. sing. 190. Ias. in l. furioso. n. 3. ff. de re iudic. Hipp. de Marsi. ad l. de vnoquoq;. n. 27. ff. de re iudic. Cast. obs. 109. n. 1. lib. 1.*

Sic quoque ex defectu iurisdictionis, pro- 308
manans nullitas, maxima est, *teste Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. sent. ex def. iurisd. n. 1. Tiber. Decian. cons. 18. n. 280. vol. 1. vbi hunc Angel. & Fel. in id allegat.*

Quam etiam irreparabilem, & insanabi- 309
lem, dicit Staphyl referente eodem. *Vant. ad d. rubr. n. 6.*

Etenim iudex Dux, & Imperator iudicij 310
dicitur. *Bl. ad rubr. n. 2. C. si à non comp. iud.*

Quapropter, iudicatum dici nequit, quod 311
à non suo iudice, iudicatum est. *l. 1. §. vlt. ff. ad S. C. Tertull. Menoch. in tr. de remed. possess. recup. remed. 5. n. 10.*

Nec iuuat, quod attamen decretum hoc, post deinde per Iudicem instantiæ vlterioris, fuerit confirmatum:

Nam si hoc ita esset: attamen hæc sententia

tentia confirmans, ijsdem laboraret næuis, quibus sententia confirmata contaminata erat.

312 Quare reliquum est illud tantum: quod sententia confirmans primam nullam: erit & ipsa nulla. *ut vtar verbis Card. Paru. cons. 106. n. 16. vol. 4. & Cravet. cons. 407. n. 13. cons. 657. n. 15. Menoch. cons. 345. n. 9.*

Vt taceam, hoc quoque velle minimè sententiam confirmantem. Nam tùm temporis, hæc lis tantum, inter A. à G. & C. ab A. agitabatur: an C. ab A. fas esset, à rata sua deducere, prohibitas illas vsuras, quas percepisset hactenus A. à G. creditor: an verò his non deductis, suam nihilominus soluere eum oporteret, partem virilem? Et soluere eum oportere, post deindè pronunciatum fuit. Eò quod exceptio de vsuris iniustis, altiorem indaginem requireret.

De inopum verò fideiussorum, & reliquatorum, portione dissoluenda, in toto C. ab A. libello, tum temporis exhibito, verbum nullum.

313 Vsque eò itaque, sententiam hanc confirmantem, extendere rationis non est. Nam sententia conformis libello esse debet. *c. licet Hely. vers. nam iuxta ext. de Simon. Br. in l. vinum. n. 14. & ibi. Ias. n. 23. ff. si cer. Pet. Cacher. decis. 129. n. 14. decis. 146. n. 4. Contard. ad l. diffamari. c. 6. n. 14. C. de ingen. manum. Odd. in tr. de test. in int. q. 40. n. 6. Gabr. Mud. ad §. Curare. n. 17. Inst. de act. Academ. Pataum. int. cons. diuers. cons. 60. n. 10. volum. 3.*

314 Et secundum acta, & probata, iudicandum est. *l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præs. Neuiz. in Sylual. nupt. lib. 5. n. 121. Coras. miscell. lib. 4. c. 20. Sonsb. in tr. feud. p. 15. n. 25. Cotta. in memor. in v. iudex el. 3. Cou. arr. var. resol. lib. 6. c. 1. n. 2. vers. tertio. Cacheran. in Proœm. fur. decis. n. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. prud. 2. in pr.*

315 Sed & sententia ratione certi capitis vel articuli lata, non facit ius, quo ad aliud, vel caput, vel articulum: de quo litigatum, discepatumque non fuerat, cum ad ipsum libellum, iudici porrectum, sententiam restringi oporteat, *vti in specie decidit Bl. ad c. 1. n. 2. de cont. int. me & domin. de cons. feudi, quem refert, & sequitur Marian. Socin. int. cons. diuers. cons. 8. n. 2. vol. 3.*

316 Vulgatissimum præterea iuris principium illud quoque est: quod sententia, siue decretum omne, stricti sit iuris, stricte intelligendum, & quantum fieri potest, restringendum. *Ias. in l. cenesimus. §. si ita stipulatus n. 14. vers. tertiò mouetur. ff. de verb. oblig. at. Dec. in l. ius nostrum. n. 11. ff. de regul. iuris. Gabr. Mud. ad l. cum res. n. 2. n. 6. ff. de act. emti. Eman. Soar. com. opin. lit. 8. n. 102. vbi hanc communem esse opinionem attestatur. Cravet. in tr. de antiquit. temp. p. 4. in pr. n. 64. Goz. ad. cons. 50. n. 15. Adam Serenanus int. cons. diuers. cons. 2. n. 43. volum. 3. Sim. de Prior. cons. 132. n. 52. vol. 1.*

Cuius verba, ita sumenda (vt cum præticis loquar) sunt vt sonant, & pro vt iacent. *Crau. d. tr. de antiq. temp. p. 4. in pr. n. 64. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæst. q. 69. n. 16. Rol. à Valle cons. 79. n. 14. volum. 3. Burs. at. cons. 139. n. 21. & 43.* 317

Vtque nihil ex ijs inferatur, nisi quod ex ijsdem necessario consequitur. *Dec. ad l. ius nostrum n. 11. ff. de regul. iur. Tiraq. ad l. si vnquam in v. liberis. n. 5. in fin. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 43. n. 4. Menoch. cons. 110. n. 17.* 318

Et in summa, sententiæ verba, extrinsecus nihil omninò continere debent, nisi quod à iudicibus fyllabatim expressum est. *Br. ad l. 1. n. 1. C. si ad rem iudic. Crau. cons. 959. n. 53. Rol. à Valle. cons. 79. n. 12. volum. 3. Menoch. cons. 90. n. 39. volum. 1. Vniuers. Pataum. int. cons. diuers. cons. 6. n. 8. volum. 3.* 319

Ceterum aduersus hæc omnia peccat, consulentium interpretatio. Secundum eam enim, verba non astringuntur, sed dilatantur: nec ita, vt sonant accipiuntur, & extrinseca nonnulla sententiæ affinguntur, quæ in ea expressim non continentur. Veluti est id, quod vim actionis institutæ ab A. à G. propulsare non debeat, exceptionibus suis. C. *ab A. fideiussores.*

Sciens, prudensque prætereo nunc, illud iuris theorema, quod habet: quod ea, de sententia, seu decreto capienda sit interpretatio, qua in fauorem illius, cum res dubia, & ambigua est, contra quem lata est, declaretur. *Menoch. in tr. de præsumt. 90. n. 7. lib. 2. Alex. cons. 46. n. 1. & 7. volum. 5. Dec. cons. 43. n. 3. Crau. cons. 74. n. 10. & cons. 188. n. 2. Cephal. cons. 249. n. 19. cons. 374. n. 28. cons. 488. n. 23. Menoch. de cons. 110. n. 34. & cons. 307. n. 65. Franc. Burs. at. cons. 139. n. 50. lib. 2.* 320

Cui attamen rursus, aduersa est, consulentium interpretatio. Non enim in fauorem rei: sed contra reum, cupiunt consulentes, decreti interpretationem.

Quid verò, respondebimus illi, inter omnes peræquè receptæ traditioni: quod cum primis consideranda sit, quo animo, quaue mente, sub hac, vel illa verborum conceptione, sententiam tulerint iudices. *Bl. in l. Imperator. lect. 1. n. 2. per ill. text. ff. de postul. Tiraq. ad l. si vnquam in v. liberis. n. 38. in fin. C. de reuoc. donat.* * c 321

Sed & quilibet mentem, animumque suum, ad legum præscriptum, & normam componere censetur. *Br. in l. heredes. §. cum ita n. 4. ff. ad S. C. Trebell. Affl. decis. 226. n. 4. Curt. in tr. feud. in 1. p. 3. p. n. 15. vbi hanc communem dicit. Dilect. in tr. de art. test. lit. 3. caut. 10. n. 4.* 322

Tiraq. in tr. le. mort. p. 2. declarat. 9. n. 9. Hartman. Pistor. q. 3. n. 86. & q. 41. n. 23. lib. 2. Lancel. Galiaud. ad l. Gallus. §. & quod si tantum. n. 2. ff. de lib. & postum.

323 Ergò iudicantis quoque mens, & animus, à ll. norma, & præscripto alienus non erit. *Vti hoc de iudice, expressim scriptum reliquère Crau. cons. 355. n. 4. cons. 597. n. 3. & cons. 936. n. 13, Castr. cons. 136. n. 6 lib. 1.*

Et per consequens, iuri, consona non est interpretatio hæc, quæ consulentibus arrisit, quàq; per Decretum Dominorum Consiliariorum, C. ab A. Fideiussori ablatum esse illud beneficium, quod per l. si creditores C. de pact. consecutus fuerat, statuunt. Etenim talis erat mens iudicantium, qualem eam leges esse finebant.

324 Huc pertinet quoque illa traditio: quod prima, princeps, interpretatio sententiæ vel decreti, obscuri, vel ambigui ea sit, quam is, qui sententiam tulerat, ipse dedit. *Visum speciè decidit Menoch. cons. 159. n. 9. vbi Br. Iohan. de Anan. Alex. Socinum senorem & Iasonis autoritates refert.*

Quod enim ita sit, reiecta iam est ipsorum consulentium interpretatio, ab ipsismet Iudicibus.

Admiserunt enim C. ab A. fideiussoris exceptiones aduersus A. à G. creditoris actiones.

325 Id quod benè notandum. Cum nobiles probataque personæ, principis consistorio, vt plurimum assidere soleant. *l. omnium C. de testament.*

326 Confirmatur deindè, sententia nostra quoque per id, quod Doctoribus communiter placuit: non inspiciendum esse id, quod * fit, sed quod fieri debeat. *l. penult. ibi relatione scilicet facta. ff. de inst. & iur. Connan. comment. iur. lib. 1. c. 1. n. 5. Zoanet. ad l. vi vim. p. 3. n. 109. ff. de inst. & iur. Herculan. in tr. de attent. c. 28. n. 21. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 7. n. 5. in fin.*

At saluas esse exceptiones, Reo omninò oportebat, si ius sequi voluerimus:

Quare etiamsi aliter actum fuisset, ab illis, qui Decretum promulgabant, non tamen id quod actum erat, sed quid leges agi præcepissent, in considerationem veniret.

Non dicam nunc, aliam quoque, eandemque receptam inter omnes traditionem velle:

327 Quòd clausula sententiæ, vel decreti: reseruamus ius competens: intelligenda sit; si parti, in cuius fauorem, & emolumentum, isthæc clausula apponitur, ius aliquod reuera competierit, tunc temporis, cum clausula hæc, sententiæ, vel decreto adijceretur. *Cels. Hug. in tr. claus. Rubr. sentent. claus. vers. reseruatio. Crau. cons. 870. n. 21. vbi Angel. Soun. Dec. in id leg. at. Laurent. Kirchoff. int. cons. discis. cons. 2. n. 80. volum. 5.*

Quodque reseruatio, non reperiens (vt Iasonis verbis vtar) reseruabile, nihil efficiat. *Iason. in l. si quis legauerit. n. 2 per ll. text. ff. de legat. 1. Menoch. cons. 2. n. 57. volum. 1.* 328

Etenim reseruatio, nihil noui iuris tribuit: sed confirmat tantum id, quod tempore factæ reseruationis, iam constabat. *Iason. d. l. si quis legauerit, n. 2. Simon. Pistor. cons. 20. n. 64. vbi hanc receptam interpretum doctrinam esse attestantur. Tiber. Decian. cons. 1 c. n. 26. vol. 1. cons. 12. n. 26. & cons. 13. n. 31. vol. 2. Crau. cons. 15. n. 2. cons. 29. n. 8. cons. 127. n. 7. cons. 144. n. 15. cons. 748. n. 2. cons. 749. n. 19. cons. 870. n. 2. cons. 964. n. 38. & cons. 977. n. 17. Cephal. cons. 236. n. 17. Natta. cons. 636. n. 197. & n. 199.* 329

Quòd cum ita sit, clausula reseruationis, ne tanti quidem in præsentia facienda erit. Etenim ob diuisionem, vi beneficij. l. si creditoris C. de pact. diutissimè antè, introductam, quàm clausula hæc, Decreto inseretur, ius, quod intactum A. à G. creditori reseruaret, non reperiebat. Quodque consequens est, impedimento C. ab A. esse, vllo modo nequit, quo minus, diuisionis factæ allegatione conatus Actoris, retundat, atque eludat.

Non enim, quod de iure effectum non sortitur, impedimentum quoque vllum, præstare poterit *c. non præsumit de regul. iur. lib. 6. Felin. in c. ex tenore. 4. & seqq. ext. de rescript. Tiraq. in l. bonis. §. hoc fermone limit. 1. n. 8. ff. de verb. significat.* 330

Et ex nihilo nihil fit. *Catell. Cott. in v. actus el. 2. Alc. paradox. lib. 1. c. 6. n. 1. Tiraq. in tr. de iur. conf. limit. 7. n. 12. Thoming. decis. 20. n. 14. Coras. miscell. lib. 3. c. 21. n. 9. Borchelt. in tr. feud. c. 8. n. 80. Vasq. ill. contr. c. 56. n. 11.*

Porrò constituti quoque iuris est illud: quòd confessio partis robore, firmitatèque sua, reliquas omnes probationum species, vincat, atque superet. *gl. in c. si sacerdos in v. pio certo ext. de off. ordin. Abb. in c. per suas. n. 10. vbi Felin. n. 16. ext. de probat. Ias. in l. cum te la. n. 5. C. de transact. Hipp. de Marsi. ad rub. n. 68. C. de probat. Thoming. Grammat. decis. 36. n. 66. Menoch. in tr. de præsumt. q. 1. n. 38. lib. 1. Capifferr. in tr. de num. testi. p. 1. c. 4. n. 19. & c. 9. n. 1. Zaf. cons. 1. n. 4. volum. 1. Rotæ. Bononiens. in fend. cons. diuers. cons. 9. n. 35.* 331

At hîc habemus, confessionem ipsius A. à G. petijt enim in libello suo, quem nouiter iudici exhibuit, vt pronunciaretur, C. ab A. obligatum esse, inopum quoque portiones, in se recipere, adeoque dissoluere. Quorsum itaque opus habuisset, hoc etiamnum petere: si iure subsistere posset, consulentium interpretatio? Quippe tunc non ita pronunciari: sed id, quod diu antè pronunciatum fuerat, iam exequi, directò petijsset.

Ipse

332 Ipse itaq; actor, contradixit declarationi huic, quàm pro ipso, ipsi consulentes facere, annisi sunt. Ea enim quæ in libello, precibus, aut positionibus dicuntur, plenam probationem, contra libellantem, preces offerentem, & ponentem faciunt, vimq; efficatioris confessionis habent. *vt in specie decidit. Iaf. in l. cum te transegisse. n. 12. C. de transact. Cacher. decis. 138. n. 3. vbi Ioh. And. Innoc. Abb. Imol. Crott. Guidon. Pap. Cardin. Paris. & alios in id adducit. Cardin. Paris. conf. 21. n. 22. qui Br. Bl. Salyc. & alios congessit volum. 4. Sim. de proct. conf. 10. n. 30.*

Dehinc illud quoq; hoc in loco, silentio prætereundum non est, quod iuris sit rece-
333 ptissimi, minimeq; incerti: quòd exceptio omnis, quæ directò sententiæ contraria non est: sed sententiæ, sua incolumitate manente, opponi potest: rectè ad sententiæ, & rei iudicatæ executionem retardandam, atque impediendam obijciatur. *Br. in l. 1. n. 2. C. de iur. & fact. ign. Tyndar. in tr. de compensat. art. 8. n. 35. vbi Angelum Perusi. idem voluisse testis est. Gail. obs. 113. n. 5. lib. 1. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 31. c. 2. limit. 14. n. 2. Zanger. ad tit. Inst. de except. in §. item si in iudicio. n. 32. Guido. Pap. q. 419. n. 3. Mar. in tr. de ord. iudic. 1. p. 6. p. p. memb. 9. n. 18. Tiber. Decian. conf. 29. n. 18. volum. 2.*

334 At eiusce modi est exceptio diuisionis ex Epistola diui Hadriani promanentis, *vbi hoc in specie decidunt. Ioh. de Imola in l. inter eos. n. 8. ff. de fideiuss. Guid. Pap. decis. 432. n. 10. Coler. in suo proces. p. 4. c. 1. n. 96. vbi Vore. Calcan. & Gail. in id allegat. & hanc esse humaniorem sententiam attestatur.*

Nec non illa quoque, quam dat, l. si creditores C. de pact. beneficium. Etenim hæc, illa, prægnantior, atque pignior est. *vbi in specie decidit Petr. Stell. in d. l. si creditores. n. 8. C. de pact.*

Remorabuntur itaque istæ exceptiones, rei quoque iudicatæ executionem.

335 Sic non solùm diuisionis exceptio, rei iudicatæ executionem remoratur: Verum etiam exceptio cedendarum, & quidem multò magis. *Ita namq; decidit. Bl. in auth. præsente. n. 3. C. de fideiuss. Salyc. ad l. 2. notab. 1. per ill. text. C. de contrar. iud. tut. Ioh. de Imol. ad l. si fideiussores §. idem respondit. n. 3. vbi Raphel. Cuman. in summar. ff. de fideiuss. Iaf. in l. si res obligata. n. 45. ff. de leg. 1. Negus. ant. in tr. de pign. in 3. memb. 5. p. p. n. 51. ad fin. Alex. ad l. secundum. n. 10. ff. de verb. obl. Specul. ad tit. de renunc. & conclus. n. 14. Coler. in suo proc. p. 4. c. 1. n. 87. & seqq. Crau. cons. 458. n. 4. Dec. conf. 99. n. 3. & conf. 446. in pr.*

336 Quo iure vtimur, tunc etiam, cum sententia rei iudicatæ vires, vel decies adepta, con-
secutaque est, dummodò condemnatus, victori adhuc non satis fecerit. *vt ibi text. ad literam in d. l. si fideiussores. §. idem respondit, ponderando verba: cum iudicati contenire cœperit: quem in id semper allegat, docti ibidem. Bl. n. 11. ff. de fideiuss.*

Sit itaq; ita, per decretum Dominorum Consiliariorum, omnes C. ab A. exceptiones ablatas ponamus: cum attamen ei, nullo modo auferri potuerit, illa diuisionis exceptio, quam dat, l. si creditores C. de pact. exceptio item cedendarum, veluti ex hactenus adductis, manifestissimè liquet: harum ad minimum exceptionum ope, & auxilio, rei iudicatæ executionem, à se dimouebit.

Neque verò his occurrit, vlterior consulentium allegatio: nempe dominis Consiliarijs Brandeburgicis, attamen non apparuisse liquidò, C. ab A etiamsi tàm temporis quoq; exceptiones has omnes adduxisset, absoluendum fore. Alioquì enim reseruatione aliqua, in fauorem A. à G. creditoris, eos non vsuros.

Nam allegationem hanc, ad absurdum re- 337
digemus. Propterea, quod si ita, vt consulentes, senserimus: proniores longè erimus, ad condemnandum, quàm ad absoluendum. Cum tamen ipsa iuris principia notissima, nos vt contrarium sectemur, cohortentur. *l. Arrianus. ff. de act. & obl. præt. Pap. in for. lib. in act. confess. in v. seruit. aq. duct. n. 28. Neuizan. in fluul. nupt. lib. 6. n. 47. vers. item in dubio. Reub. in tr. de testib. p. 3. n. 155. Royz. decis. Lituan. 3. n. 21. Borchelt. in tr. de pact. c. 2. diuis. 1. n. 29. Flor. in tr. de in lit. iur. §. 5. n. 26.*

Sed & deindè per inuersionem, in ipsos aduersarios retorquebimus. Nam cum Dominis Assessoribus, Electoralis Cameræ, exhibitæ fuerint, ipsæ obligationum literæ, in quibus expressa, beneficij Epistolæ diui Hadriani renunciatio continebatur: & illi attamen, sibi ea tenus, de causa liquere, vt ad condemnationem C. ab A. progredi possent, arbitrati non fuerint: aliud nihil restat, quàm vt dicamus, eos tacitum pactum de non petendo, vltra partem virilem, secundum dispositionem l. si creditores C. de pact. inter A. à G. creditorem, & C. ab A. fideiussorem, introductum fuisse, existimasse. Eccur enim aliàs, in re tam clara, & perspicuâ, à condemnatione se abstinuissent?

Cogitandum denique illud quoque est: 338
quod ea, quæ nouiter emergunt, nouo quoque auxilio indigeant. *l. de etat. §. ex causa ff. de inter. actionib. Marant. in tr. de ord. iudic. in 2. p. 6. p. p. act. 3. n. 11. Alber. Gent. in tr. de leg. c. 18. ad fin. Ronchegall. ad l. 3. §. 1. n. 122. ff. de duob. reis. Gomez. Var. resol. lib. 2. c. 3. n. 6.*

Nam si id non esset, frustra iam foret, beneficium illud saluberrimum, non deducta deducam, non probata probabo, adinuentum: nulli item bono inseruirent, tota appellationum, & supplicationum remedia: quod affirmare, tam est absurdum, vt quod absurdissimum. Quapropter temerè quoq; asserendum non est. Ad absurdi enim commemorationem, animus, auresq; protinus: etiamsi nulla in medium proferatur autoritas, cohorrescere debent. *Abb. in c. iniustum. n. 2. per ill. text. ext. de rer. permut. Euer. in top. in loc. ab abs. n. 1. in fin.*

393

Cum itaq; hic plæraq;, veluti ex actis apparet, noue inter A. à G. & C. ab A. post decretum iam peruulgatum, interuenerint: quę tempore lati Decreti, Iudices latebant: veluti sunt (vt vnum ex pluribus referam) Epistolæ illæ, quas A. à G. ad C. ab A. dederat, quarumq; sæpius iam mentionem fecimus: mehercle inepta erit ratiocinatio, si omnia ex solo decreti præscripto, moderari voluerimus, insuper habitis ijs, quæ postea Iudici exhibita fuerunt.

Quare vt denuò, quod sentio edicam, puto omninò C. ab A. absoluendum esse. Tueri enim sese rectè potest exceptione diuisionis, quæ prodit ex l. creditores C. de pact. Rectè item vtitur exceptione liberationis, & pacti de non petendo. Tutus præterea est, cedendarum actionum beneficio: & deniq;, iure excipit, A. à G. cessione carere, ad duo illa millia, quæ I. à G. filijs debentur, quod attinet.

Interim tamen paratus semper sum, dum modò sit, qui meliora afferat, cedere, atq; concedere. F. P. D.

Septimus iam agitur annus, ex quo hæc lis sepulta iacuit. Cum enim cliens meus, me autore, ab Actore, calumniæ iuramentum exegisset, Actor hactenus conticuit.

CONSILIVM IX.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio, quæ obstat cedenti, cessionario obstare nequit: si cessio ex causa onerosa facta sit.*
2. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, locum habet, aduersus cessionarios sine distinctione, consecuti sint cessionem lucratiùe, an verò onerosè.*
3. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, locum habet contra omnem, qui solutionem petit, ex literarum obligatione.*
4. *Exemplum, vel copia nil probat.*
5. *Scripturæ referenti, absq; scriptura relata, fides nulla adhibetur.*
6. *Paria sunt, non allegare, & allegare sed non probare.*
7. *Probatio non concludens, nullius precij.*
8. *Debitor rectè testimonium non perhibet, in commodum fideiussoris.*
9. *Maximè si is debitor, soluendo ampliùs non est, aut pauiò post, bonis cedere, necesse habuerit.*
10. *Dicendum, vel faciendum est nihil: ex quo absurdum, scandalum, vel inconueniens, posset oriri.*
11. *Res inter alios acta, nec prodest nec obest tertijs.*
12. *Exceptio iuris tertij frustra obijcitur.*
13. *Etiamsi agentem excluderet: nisi excluderet ipso iure.*
14. *Exceptio iuris tertij, frustra opponitur semper, lata iam sententia, aduersus hunc tertium, vndè opponens ius suum deriuat.*
15. *Creditores debitoris, quatenus vti possent, non numeratæ pecuniæ exceptione.*
16. *Exceptio non numeratæ pecuniæ cessat elapso biennio.*
17. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quomodo protendatur, vltra biennium.*
18. *Exceptio non numeratæ pecuniæ datur, etiam post biennium, si excipiens opus probandi, in se susceperit.*
19. *Contrarium, magis receptum, & verius.*
20. *Debitor non numer. pecuniam esse, ostendere volens, saltem de Canonica æquitate admittendus.*
21. *Contrarium.*
22. *Canones in foro Ecclesiastico, & leges in foro sæculari, sunt sequendi, si adinuicem fuerint sibi aduersi.*
23. *Excipiens de non numerata pecunia post biennium, non potest deferre iuramentum creditori, vel ijs, qui causam à creditore habent: sed oportet eum tunc probare per testes, vel instrumenta.*
24. *Nec hoc quoq; casu, sub iuramenti de calumnia religione, creditor petitionibus, respondere obstrictus est.*
25. *Probationes termino peremtorio elapso ampliùs non admittendæ.*
26. *Sed reus tunc absoluendus, omninò erit.*
27. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, prorsus silet, ob confessionem debitoris geminatam.*

28. *Exce-*

28. Exceptio non numeratæ pecuniæ, quando adhuc ad biennium vsq; non durat.

29. Non verisimile, imago est falsitatis.

30. Ad probandum non verisimilia, quia non debet admitti.

31. Actus trigeminus, geminato fortior.

32. Nouissimus standum.

33. Ad soluendum petens dilationem, eo ipso fatetur debitum.

34. Exceptio non numeratæ pecuniæ expirat, confessim ac debitor semel, cautionis fidem, quocunq; modo agnouerit.

35. Exceptio non numeratæ pecuniæ, frustra obijcitur parte alia debita iam persoluta.

36. Excipiens de non numerata pecunia, & succumbens in causa, condemnatur in duplum.

Posteaquam à me, viri, antiqui sanguinis nobilitate præclari, petieritis, vt meam vobis, de non numeratæ pecuniæ exceptione, qua vos, Aduersarius vester oppugnat sententiam aperirem: adeò vos perscriberem: non potuì non facere, quin, quod fieri velletis, expederem, effectumq; darem.

Quare de ea sic habeo: vos equidem firmiter illi fundamento, quo præteditis, vos non à primo creditore, nec eius cessionario, causam petendi deriuare, sed à secundo demum cessionario, creditum hoc in vos, & quidem titulo onoroso, translatũ esse: non inniti.

1 Nam etsi verùm sit, exceptionem quæ obstat cedenti, cessionarium non afficere: dum modò iura ei, ob causam non lucratiuam cessa, sint. *l. si filius familiàs. §. 1. ff. de donat. l. Neseruius in pr. ff. de re iudic. l. pure si cum, & l. apud celsum. §. si cum leguma. & ibi Br. n. 1. ff. de dol. mal. & met. except. Br. in l. doli. n. 10. & ibi. DD. communiter. ff. de nouat.*

2 Cogitabam attamen illam ipsam traditionem, in exceptione, non numeratæ pecuniæ fallere, locumq; nullum reperire: sed è diuerso Iuris interpretes expressim docere: exceptionem non numeratæ pecuniæ, aduersus cessionarium quoq;, & quidem sine distinctione, an cessio ob causam onerosam, vel lucrativam facta sit, vires suas exerere: *pro vt hoc in individuo tradidit Angel. Aretin. in §. idem iuris. n. 18. Inst. de except. per l. si vnus. §. pactus. & ibi trad gl. & Br. ff. de pact. & alia ibid. allegata.*

3 Quin imò contra quemcunq;, ob literarum obligationem, pecuniam petentem, exceptio non numeratæ pecuniæ, locum sibi vendicat: atq; ita vendicat, vt vbicunq; competit pecuniæ petitio: ibi quoq; competat non numeratæ pecuniæ exceptio. *vt in individuo docet Zanger. in tr. except. tit. de except. non numer. pecun. n. 19. per §. idem iuris Inst. de except.*

Verum licet hæc ita sint, plurima attamen superesse video, quibus aduersarij conatus infringatis: interpositamque exceptionem repellatis.

Primò etenim produxit, exempla tantum documentorum eorum, quibus tantoperè confidit: Copia autem, siue exemplum, nil probat, vt controuersi iuris non est. *l. 2. ff. fid. instrument. c. carta. 3. q. 9. Panorm. ad c. contingit. not. b. 3. ext. de fid. instrum. Felin. in c. 2. n. 31. ext. de testib. Franc. Marc. decis. D. Ipl. nat. 438. n. 5. Crau. cons. 494. n. 4. vbi ex Cornco, hanc communem opinionem esse attestatur Modest. Pistor. cons. 36. n. 43. volum. 2.* 1

Secundò, hæc ipsa documenta, etiamsi ea, qua leges requirunt forma, exhiberentur: alia attamen rursus referunt documenta, quæ itidem non apparent. Iuris scripti autem est regula: scripturæ referenti, absq; scriptura relata, fidem nullam adhiberi. *l. in testamento ff. de cond. & demonstr. auth. si quis in aliquo. C. de edend. l. affe toto ff. de hered. Inst. Natta. cons. 673. n. 4. Cephal. cons. 200. n. 7. Ernest. Cothm. cons. 47. n. 154.* 2 3

Et si interpretari id ipsum conaretur aduersarius de literis illis reuersalibus, (vt vocant) quas primus creditor, dederat debitori: quasq; antea aduersarius actis inseruerat: edocere attamen id ipsum nequit. Paria enim sunt, non allegare, & allegare quidem, sed non probare. *l. Pomponius scribit. si frumentum in fine. ff. de rei vindicat. l. in lege. ff. de contrab. emt. l. duo sunt. Tit. ff. de testam. tut. Crau. cons. 762. n. 18.* 4 5 6

Vt taceam, nec illas quidem literas reuersales, quas modò designauimus, cum debito, de quo in præsentia res est, quicquam commune habere: tantoq; minus, de eo interpretandas esse. Probatio autem, necessatio non concludens nullius quoq; momenti est, *l. non hoc. C. vnd. legit. pecc. in tr. de test conjug. lib. 1. c. 21. n. 4 lib. 5. c. 10. n. 2. Royz. decis. Lituan. 1. n. 16. Bardel in tr. de temp. vt. & contin. c. 16. n. 3. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 9. n. 10.* 7

Tertio, illa etiam documenta, quas hactenus aduersarius produxit, præter hactenus recensitos defectus, testimonia etiam sunt, debitoris pro suo fideiussore. Probare itaq; nil possunt. Incogniti enim iuris non est: testimonium debitoris, in commodum fideiussoris sui præstitum, valoris nullius esse. *vt hoc ex Bagarot. Monticell. & Mandell. in specie decidit Prosp. Farinac. in tr. de testib. q. 60. n. 369.* 8

Id quod potissimum in eo debitore, qui soluendo amplius non est, & iam iam bonis cedere cogitur, verum est, atq; obtinet, *per trad. Bl. cons. 400. n. 3. vol. 5. Mascard. in tr. de probat. concl. 738. n. 2.* 9

At enim hic, debitor VV. S. paulò post, vt ipse fatetur aduersarius, bonis cedere, solumque vertere, coactus fuit.

Et mehercle nemo est, qui non animaduertat, complurima hinc consecutura inconuenientia, siquidem ad liberandum fideiussorem satis sit, si debitor inops, negauerit, pecuniam vllam, etsi cautionem suam exposuerit, sibi numeratam esse.

10 Dicendum autem, vel faciendum non est, vndè posset consequi absurdum, scandalum, vel inconuenients. *Euer. in top. in loc. ab abs. n. 2. Capyc. decis. 168. n. 6. Cacher. decis. 64. n. 5. decis. 107. n. 3.*

Quarto, sed nec ex istiusmodi documentorum productione, qualia extribuit Aduersarius, perpetuatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, colligi potest. Cùm nihil tale, quale documenta continent, ad ipsum creditorem perscripserit, vel debitor ipse principalis, vel eius fideiussor.

11 Quare rem inter alios actam, alijs, nec abesse, nec prodesse solere, haud iniuria dicemus. *l. saepe. ff. de re iudic. tot. rubr. & vigr. C. res inter alios act. cum similib. triuialib.*

Quinto, certum quoque illud est, quòd Aduersarius, hac in parte, exceptione iuris tertij vtatur.

12 Quàm frustra, à quoquam proponi, ambigui iuris non est. *l. his consequenter. §. 1. ff. fam. herc. Ripa ad rubr. n. 29. vers. non obstat quod dos. ff. sol. matrim. Socin. Sen. cons. 78. col. post med. volum. 4. Soc. Iun. cons. 71. n. 6. lib. 2. Crau. cons. 774. n. 7. vers. aquè & cons. 963. n. 1.*

13 Quo iure ea tenus quidem vtimur, vt etiamsi, hoc ius tertij, ius agentis pœnitus excluderet: frustra tamen adhuc, eius iuris allegatio fieret nisi excluderet illum, cui opponitur, ipso iure per tradit. Br. ad l. 2. ff. de except. rei iudic. quam traditionem communiter approbatam esse, atteſtatur *Rol. à Valle cons. 57. n. 10. vol. 3.*

14 Sicuti illud quoque Sextò, dubio omni caret, nunquam ius tertij allegantem audiendum, si iam aduersus ipsum tertium, vndè hic allegans ius suum deriuat, sententia lata fuerit. *Bl. in l. cum seruum. C. de ser. fugit. Socin. cons. 78. col. 2. in fin. lib. 4. Crau. cons. 481. n. 14. per l. si is à quo. ff. de rei vindic.*

Sed hic duo etiam Decreta, ab Assessoribus Cameræ Electoralis Brandeburgicæ, aduersus ipsum tertium S. à VV. iam lata fuêre.

Elanguescit itaque in totum, non numeratæ pecuniæ exceptio.

15 Nec obstat, *l. si cui. C. de non numer. pecun. ex* qua colligi posse videtur: non solùm debitori eiusque heredibus: Verum etiam creditoribus debitoris, exceptionem non numeratæ pecuniæ, datam esse:

Nam ad illam legem, respondetur primò: quòd non procedat, nisi in creditoribus, qui bona debitoris, iam tenent, atque possident: quique ob id, à creditoribus ciuilibus tantum, siue ab ijs, qui ex literarum solùm obligatione experiuntur, & hactenus de numeratione fidem nullam fecerunt, conueniuntur. Vti totidem verbis scripsit *gl. ad d. l si cui in v. creditores. C. de non numer. pecun.*

At enim hîc aduersarius vester, nunquam possessionem pecuniæ litigiosæ adeptus est: sed ea semper pœnes dominos reos mansit.

Nam & adhuc hodiè, eandem petit Aduersarius, & actoris partes tuetur.

Deindè cesset quoque d. l. si cui dispositio: in illo creditore, qui exceptionem non numeratæ pecuniæ allegat: & interim de vera numeratione sui crediti, fidem nullam facit. *per trad. Angel. Bl. Castr. Imol. & DD. in l. 1. ff. sol. matrim. Bl. in l. assiduis in fine. C. qui pet. in pign. hab. Angel. in §. fuerat. n. 15. l. & ibi. Iason. n. 91. Instit. de act. Conarr. var. resol. lib. c. 7. n. 6. vers. ex præmiss.*

Enimuerò in præsentia, Actor ipse, vsque huc nondum edocuit, quod verè S. à VV. cuius nomine exceptionem non numeratæ pecuniæ interposuit creditor: vnquàm effectus sit.

Sic quoque tertio, locus dispositioni l. si cui non est: sententia iam contra ipsum debitorem, aut heredes eius lata. *vt tradunt DD. communiter ad d. l. cui. & ibi. Salyc. oppesit. 3. & Suchard. n. 4. C. de non. num. pecun.*

Sed hîc ante tredecim iam plus minùs annos sententia aduersus debitoris heredes, ferebatur, illis probandum esse, numerationem pecuniæ, factam non esse, præcipiens, idque intra terminum sex septimanarum, in curia Electorali vsitatum. Id, quod, per tredecim iam & amplius annos, effectum dare nunquam potuerunt. Quomodo igitur, creditor eorum, exceptione hac, vti posset?

Septimò: opponi illud quoque aduersus hanc, non numeratæ pecuniæ exceptionem, haud frustra poterit: quòd post biennium elapsum, ex clarissima iuris prouisione, concordique omnium interpretum traditione, præsertibatur, non numeratæ pecuniæ exceptioni. *l. in contractibus. & ibi. DD. communiter. C. de non. numer. pecun. gl. Instit. de let. oblig. in v. extendatur. glos. in l. pecunia. C. de solut. Iason. ad l. cinitæ. n. 17. ff. si certet. Affl. decis. 105. n. 2. Suchard. ad rubr. n. 6. C. de non. num. pecun. Borcholt. ad §. idem iuris. vers. posteà Imperatores. Instit. de except. Gomez. Var. resolut. lib. 2. c. 6. n. 5. vers. nam sicut. Eman. à Costa ad l. si ex cautione in v. seu non. numer. pecun. n. 3. C. de non numer. pecun. Zanger. in tr. de except.* 16

cept. tit. de except. non numer. pecun. n. 8. Bertaz. in tr. clausul. clausul. 32. gl. 1. n. 2. Padill. ad l. cum quis. n. 22. C. de iur. & fact. ignor. Iohan. de Mont. Sper. cons. 147. n. 24. Carol. Rain. cons. 19. n. 6. Volum. 4.

01 Sed hîc duodecim & amplius anni effluxêre, quàm, vel Debitor, vel creditor ipsius, præsens aduersarius, aliquam, de non numeratæ pecuniæ exceptione vtenda, cogitationem susciperent.

Id quod si diem cautionis, cum die, primi Decreti, conferas, facili negocio deprehendes.

Nec audietur Aduersarius, etiamsi dixerit; etiam in eodem adhuc anno, quo cautio, Dominorum Reorum autori, tradebatur, Debitorem principalem, Fideiussori suo interdixisse, ne quam solutionem faceret.

Eò, quod nulla sibi pecunia, etiamsi id loquerctur cautio, numerata esset:

Nam hæc omnia clam creditore, administrata fuêre. Rem itaque inter alios actam, denunciationem hanc, ad Dominorum Reorum autorem, quod attinet, haud absre dicemus.

Accedat adhæc, recepta doctrina Interpretum, quæ habet: quod non numeratæ * 17 pecuniæ exceptio, vltra biennium nunquam duret, nisi cum querela de numeratione non facta, iudici oblata atque exhibita, intra biennium, & quidem in scriptis fuerit. *Vti in specie decidit Angel. Aret. in d. §. idem iuris. n. 13. vers. tertiò aduertas. Instit. de exception. Zanger. in tr. de except. subr. de except. non numer. pecun. n. 22. text. in l. si intra. C. de non numer. pecun.*

Ceterum in præsentia, nihil tale factum fuerat.

18 Sic quoque in considerationem non venit illud: quòd exceptio non numeratæ pecuniæ, adhuc superfit, finito etiam biennio, dummodo illam proponens, & allegans, onus probandi, numerationem factam non esse, in se susceperit. *Veluti voluisse, Accurs. Br. Salyc. Angel. Castr. Angelum Aretin. Alex. Iason. Dec. Anton. Gomez. Eguinar. Baron. & Mozz. attestatur. Fachin. contr. iur. lib. 2. c. 81. lit. D. el. 1. quam etiam amplectitur Tennin. in tr. cautel. cautel. 50. n. 14. Natta. cons. 305. n. 3.*

19 Nam quicquid eius rei sit, communis & * verior tamen opinio, in contrarium est: non admittendum nempè debitorem, aut eum qui iure debitoris vtitur, vt excipiat post biennium elapsum, de non numerata pecunia, quantumuis, se id edocturum, recipiat. *Vti in specie decidit Azo in summa. C. de non numer. pecun. Albert. ad l. si ex cautione. n. 36. C. de non numer. pecun. Iohan. de Imola. in c. si cautio. n. 24. & ibi Felin. n. 60. qui Bl. & Salyc. idem volentes adduxit. ext. de fid. instrument. Iohan. Fab. Instit. de lit. obligat. n. 6. Ludouic. Bolognett in addit. ad cons. Iohan. de Anan. 97. Marsil. Sing. 463. Pet. Ducenn. in tr. regul. regul. 261. ampl. 1. & limit 2. vers. sed licet. vbi hanc magis receptam attestatur, sed* ** *& magis veram esse. Fachin. controuers. iur. lib. 7. c. 81. lit. B. el. 1. Zanger. in tr. de except. tit. de except. non numer. pecun. n. 24. & ibi vterq; tam* * *Fachin. quàm Zanger. hanc veriorem esse attestatur. Curt. Iun. communem dicens ad l. 2. §. appellata. n. 7. ff. si cert. pet. Steph. Forcat. in Nectomant. dialog. 75. n. 1. Hipp. Riminald. cons. 272. volum. 3.*

Sic quoque rursus, non facesit negocium 26 illud: quòd saltem de æquitate Canonica, audiatur debitor, post biennium, non numeratam, fuisse pecuniam offendere volens. *Veluti decidunt Dyn. ad c. loupletari de reg. iur. lib. 6. Imol. ad c. vlt. n. 32. ext. de solut. Felin. ad d. c. si cautio. n. 61. ext. de fid. instrument. Dec. ad l. iur. naturæ. n. 5. ff. de regul. iur. Marsil. Sing. 463. Mansuer. in addit. ad pract. Pap. in for. lib. in action. hypoth. in v. mutuo. n. 16. Angel. cons. 156. Roman. cons. 44. & ibi Horat. Mandos. in add.*

Nam ad id respondetur: hoc elimatum 27 adhuc vndique, satis non esse. Cum non minor contrarium docentium sit numerus: non minor item contrarium sectantium autoritas.

Ita namque in specie, quòd nec Canonica æquitate, excepto non numeratæ pecuniæ, vltra biennium vitalis sit, scriptum reliquit. *Specul. ad tit. de rest. in integr. §. 1. n. 25. Archid. ad c. si quis Episcoporum. 3. q. 6. Bl. ad l. cum quis n. 22. & ibi Iason. n. 28. C. de iur. & fact. ignor. Ducen. in tr. regul. regul. 261. n. 12. Hipp. Riminald. d. cons 272. n. 20. volum. 3. And. Fachin. controuers. iur. lib. 2. c. 82. lit. D. Florian. de S. Petr. ad l. cum de indebito. §. vltim. n. 8. ff. de probat. Franc. purpurat. ad l. manifestè. n. 21. ff. de iure cjur.*

Sed & versari nos, in foro sæculari, & non 28 in foro Ecclesiastico verum est: Quamobrem haud inepte affirmabimus, si sibi aduersa ad inuicem fuerint. Canones atque leges: in foro sæculari, & inter laicos, leges prævalere. *Vti in individuo scriptum reliquit Panorm. ad c. 1. n. 7. ext. de no. opin. nunc. Royz. decis. Lituan. 3. n. 598. Capsferr. in tr. denum. test. p. 1. c. 22. n. 42.*

Quare super hoc fundamento, firmi quicquam, extrui non poterit.

Vt taceam, etiamsi Aduersarius audiendus omninò esset: eum tamen hoc casu, non nisi per testes, aut instrumenta, de non numerata pecunia, hdem facere posse.

Pro

23 Pro vt hoc, quod excipiens post biennium, de pecunia non numerata, necesse habeat: id ipsum testibus, vel instrumentis, fide dignis probare: quodque in eam causam, iuramentum creditori, vel ijs qui iuri creditoris inniturtur, deferri nequeat, *in specie tradunt Gomez. Var. resl. lib. 2. c. 8. n. 7. vers. verum tamen præd. Pap. in form. resp. rei comment. in v. iusiurandi. n. 4. Zanger. in tr. de except. d. rubr. de except. non numer. pecun. n. 25. & 26. vbi ita aliquoties pronunciatum esse, ut testis est. & est text. in l. in contractibus. §. illo videlicet, C. de non numer. pecun.*

24 Quo iure eatenus vtimur, vt nec positionibus quidem debitoris, sub iuramento calumniæ, hoc casu, respondere compellatur creditor. *tradente mundiuidue. Zanger. d. tr. de except. d. rubr. de except. non numer. pecun. n. 26.*

At enim per testes, aut instrumenta probationem, frustra aggrederetur pars aduersa.

Cum ante tredecim iam annos terminus ad probandum, ipsi, autoribusque suis præfixus, præterierit:

25 Post verò, quàm terminus ad probandum peremptorie semel assignatus, præterijsset, nemo probare volens audiatur. *l. sine oportet. §. 1. ff. de excus. tut. El. iul. 1. C. sent. resc. non pos. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 5. c. 3. n. 2.*

26 Sed reus confessim, absoluatur. *l. properandum. §. & siquidem C. de iudic. Ripa. in l. admonendi n. 76. ff. de iureiur.*

27 OCTAVO: Concordes etiam interpretes, in eo vsque adeò sunt, vt neminem, ab
* eo discrepare meminerim: quod in omnibus casibus, vbi adest, confessio debitoris geminata, diuersis temporibus facta: ibi extinguatur planè, non numeratæ pecuniæ exceptio. *gl. in l. in contractibus. §. sed quoniamin v. pœnitus & ibi. Br. n. 9. Bl. n. 9. C. de non num. pecun. Br. in l. cum fidem lect. 2. n. 2. & in l. in contractibus. n. 10. C. eod. tit. Alex. ad l. si duo §. Marcellus. n. 3 ff. de iureiur. Abb. ad c. si cautio. n. 12. ibi Felin. n. 56. ext. de fid. instrum. Ias. ad l. 2. §. credutum. n. 19. ff. si cert. pet. Ias. ad l. qui pecuniam n. 4. ff. eod. tit. Dec. ad l. 1. n. 30. ff. de pact. Eman. Acost. ad l. si ex cautione fallent. 14. n. 1. & seqq. C. de non numer. pecun. Vasq. ill. contr. c. 83. n. 14. Mastard. in tr. de probat. concl. 359. n. 34. Zanger. in d. tr. de except. d. tit. de except. non num. pecun. n 13. Rom. cons. 445. n. 9. Card. Paris cons. 10. n. 134. volum. 2. Tiber. Decian. cons. 46. n. 41. volum. 2. Cephal. cons. 192. n. 21. & cons. 700. n. 13.*

At hîc præstò nobis sunt, geminatæ confessiones, tàm ipsius Debitoris, quàm etiam Fideiussoris eius, quæ diuersis temporibus, diuersis item locis emissæ sunt: quibusque expressim fatebantur, pecuniam sibi rectam probam, numeratam fuisse: vt cum plurimis v riusque Epistolis, Domini Rei, demonstrare potestis.

Vanum itaque est, atque inane, nunc, non numeratæ pecuniæ exceptionem prætendisse.

Maximè, cum tunc dies solutionis iam effluxisset, cum adhuc se soluturos promitterent, Debitor & Fideiussor eius, nulla facta, non numeratæ pecuniæ exceptione.

Restat itaque vt dicamus: etsi verum sit, ad biennium vsque, exceptionem non numeratæ pecuniæ, competere: veluti superius fides facta est: 28

Idipsum tamen tùm demum verum esse, si solutio, post biennium tandem facienda sit: nam si breuiori, quàm biennij tempore, solutio facienda esset, dieque solutionis iam appropinquante, aut etiam iam effluente, nulla tamen obiectio, de non numerata pecunia, aduersus solutionem fieret:

Quin imò debitor, vel fideiussor eiusdem, adhuc, sicut antea, se soluturos sponderent: tunc frustra & incassum postea exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiamsi intra biennium constituti adhuc essemus, quis obijceret. *arg. l. vlt. C. de dot. caut. non numer.*

Sed & confessiones hæ Debitoris, & Fideiussoris, in illo loco fiebant, vbi facilimo negocio certiores fieri poterant, an pecunia sibi numeraretur, nec ne.

Abhorret itaque à verisimili pœnitus, eos, ceu homines solertes, & circumspectos, re non explorata, die solutionis iam præterito, ad creditorem daturos literas, quibus se, ia m iam solutionem, in loco solutioni destinato, facturos, significarent.

Quod itaque verisimile non est, falsitatis imago est. *Affl. decis. 345. n. 2. & decis. 363. n. 7.* 29 *Cotta in memor. in v. verisimile.*

Et quis ad probandum non verisimilia, admitti non debet. *Iohan. de Imol. in c. quia verisimile per ill. text. de præsumt. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 39. C. de reuoc. donat. Petr. de Anchar. cons. 257. col. vlt. & cons. 330. col. 4.* 30

Accedat adhæc illud quoque, quod etiam Debitor tertia vice, ad creditorem scripserit, & quidem post annum ferè, quàm dies solutioni dictus cessisset: atque eo, trium tantum dierum, ad solutionem faciendam dilationem petierit. Vndè non geminatæ confessioni, sed etiam trigeminæ innitimur.

Hanc tamen, geminata adhuc fortiorem esse constat. *Rol. à Valle cons. 110. n. 65. volum. 4. Tiber. Decian. cons. n. 204. volum. 1. per. c. 1. ext. de treug. & pac.* 31

Et

Et denique adest præterea, fideiussoris quoque Epistola, longo post tempore scripta, quàm admonitus esset, à debitore, pecuniam numeratam non fuisse: sed & in ea solutionis diem, sibi prorogari petijt. Agnouit itaque & is quoque debitum.

32 Etenim dilationem petens, ad solutionem faciendam: eo ipso agnoscit debitum. *vti in specie decidit Sichard. ad l. 2 n. 3. C. de his quæ vi met. caus. fiunt. per l. ad solutionem. C. de re iudic.*

Quare non solùm debitoris, sed fideiussoris quoque, duplicem debiti confessionem habemus: vnam ex cautione, alteram ex literis post deindè, ad creditorem perscriptis: quodque consequens est, sublata est è medio, non numeratæ pecuniæ exceptio.

Sileam nunc, hasce Epistolas, Debitoris, & Fideiussoris, recentiores longè esse quàm illas, quibus vtitur pars aduersa, ad non numeratæ pecuniæ exceptionem edocendam. Vndè non illis, sed his, standum omninò erit.

33 Etenim nouissimis standum. *l. sed & posteriores. ff. de ll. l. pacta nouissima. C. de pact.*

34 Nonò: excipere rectè poterunt, Domini Rei, de eo: quòd non solùm ob confessionem geminam: Verumetiam ob id, quod debitor fidem cautionis, quàm creditori antea dederat, postea quocunque modo agnoscit: exceptio non numeratæ pecuniæ expiret. *Text. ad literam ad l. cum fidem & ibi. Bt. lect. 1. Bl. Salyc. & DD. C. de non. numer. pecun. Salyc. ad l. si ex cautione. n. 18. & ibi. Eman. Acost. fall. 7. n. 1. Caod. tit.*

Sed hîc quid maius etiam habemus, trigeminam nempè Debitoris, Fideiussoris q; eius, confessionem. Vt antea planum fecimus.

Decimò: opponitur rectè exceptioni huic: quod illi quoque locus non sit, quoties pars aliqua debiti, iam soluta est. 35 *d. l. cum fidem & ibi. Bt. Bl. Nicol. de Matarell. & DD. C. de non numer. pecun. Acost. ad l. si ex cautione fallent. 7. n. 4. C. eod. tit. Felin. ad d. c. si cautio n. 56. ext. de fid. instrumentor.*

At hîc, Autori Dominorum Reorum, satisfactum iam dudum est, pro parte debiti, videnter, & expressim etiã consentiente, non solum Fideiussore, eiusque heredibus (nam debitor ipse spiritu duntaxat viuebat adhuc) verumetiam ipso Aduersario. Id quod ex literis eius, ad hunc Dominorum Reorum autorem datis, apertissimè euincitur.

Vndecimò & vltimò, dubio procul, non 36 obliuiscentur domini Iudices, eius: quod is, in duplum condemnandus sit, qui exceptione non numeratæ pecuniæ vtitur, sed vincitur, atque succumbit. auth. contra qui propriam. *& ibi. Bt. n. 1. & DD. C. de non numerata. pecun. pract. Pap. in form. oppon. cont. instrument. in v. quo negatur. n. 1. & ibi. Masuer. in addit. Sichard. ad Rubr. n. 8. C. de non. numer. pecun.*

Condemnabunt itaq; Aduersarium quoque, in pœnam dupli. Meritò enim vincitur. Cum facilè admodum conspicari potuerit, conatus suos irritus, atque elanguidos fore.

Hæc habui, quæ de præsenti negotio, ad vos, viros strenuos, & nobilissimos perscriberem. Id quod vos, æqui, boniq; consulatis: reliqui verò sciant, fas illis esse, per me, aliud sentire. F. P. D.

Lis hæc adhuc sub iudice est. Quo euentu suo tempore videbimus.

CONSILIVM X.

SVMMARIVM.

1. *A veritate aliena diu consistere nequeunt.*
2. *Veritatem à pluribus prudentibus quæsitam, repertam non fuisse, dicere inconueniens est.*
3. *Iudicium integrum est, quod plurium sententia stabilitur.*
4. *Sententia lata contra mortuum, est nulla ipso iure.*
5. *Nullitati præscribitur, triginta annorum spacio.*
6. *De nullitate, excipere possumus quandocunq;, sines præfinitione temporis vllius.*
7. *Nullum, quod est ab initio temporis tractu non conualescit.*
8. *Ad excipiendum sunt perpetua, quæ ad agendum sunt temporalia.*
9. *Interlocutoriam suam, quandocunq; reuocat Iudex.*
10. *Sententia ab obseruatione iudicij, est interlocutoria.*

Ob sen-

11. Ob sententiam ab obseruatione iudicij, nemo præpeditur, quò minus litem, nouè instituat.
12. Confessio, omnium probationum fortissima.
13. Dictio CVM, cuius naturæ.
14. Confiteri, quis censetur omnia ea, quæ libello, positionibus, vel articulis suis inserit.
15. Præsumptio, quæ oritur, ex libro rationum tertij tollitur per ipsius partis confessionem in contrarium, probatio fortior, tollit debiliorem, ibid.
16. Scripturæ scripturis, sunt conciliandæ.
17. Præcedentia declarant sequentia.
18. Dicta in præfationibus, repetita censentur in sequentibus.
19. Præfatio arguit voluntatem, actum celebrantium.
20. In confessum, partis aliæ, iudicis non sunt, quàm vt condemnet.
21. Probationes, iudici sunt arbitrariæ.
22. Iudici fidem factum esse sufficit, etiamsi aduersario fides facta nondum sit.
23. Merces cuius sunt, probatur, ex præsumtionibus, & coniecturis.
24. Dominia rerum, probantur per iudicia, & coniecturas.
25. Dominium meum rectè probatur, ex confessione partis aduersæ.
26. Socius tenetur communicare, socio lucra omnia, prouenientia ex societate.
27. Socio vtrig, communia sunt, damna ex societate emergentia.
28. Socius in vtilitatem socij, non minùs inuigilare tenetur, ac ipsi ipsius.
29. Expensas, per quas remedia repetamus.
30. Debitor debitoris, an rectè exigatur.
31. His accrescendi, locum habet in contractibus.
32. Portio vnius, an accrescat alteri in iudicijs.
33. Sententia conformis debet esse libello.
34. Iudex fatuus est, qui condemnat in aliud, quam petitum est.
35. Sententia, contra sententiam nulla est.
36. Index cui de causæ meritis non liquet, decernere quoq; nihil potest.
37. Etiamsi fuerit, ex iudicibus supremis.
Papa non potest quem condemnare, vt soluat id debitum, de quo papæ fides facta non est. ibid.
38. Iudicem non condoce faciens de eo, quod petit, dicitur iure cauere.
39. Res vna, duorum esse nequit.
40. Iudex condemnans partem, quam ex aliis, constat absoluendam, constituitur per id, in dolo.
41. Dictio CVM, cuius naturæ.
42. Societati vbi partes non sunt adiectæ, partes erunt æquales.
43. Partes, appellatione in dubio, venit pars dimidia.
44. Confessio partis, probatio fortior omnibus.
45. Inter dictionem CVM, & dictionem ET, an sit constituenda differentia.
46. Parium, eadem est potentia.
47. Actores duo, nisi fuerint facij, aut stipulandi correi, quem in eodem libello, non possunt conuenire, ex causa agendi, diuersa, & separata.
Stylus vincit omnes leges, statuta, & constitutiones. ibid.
48. Procurator quis.
49. Clausula vlta, præsertim in libello, ociosa esse non debet.
50. Positiones cur inuentæ.
51. Iuramentum suppletorium, non defertur, nisi ei, qui semiplenè probauit probarit.
52. Et quidem per testem omni exceptione maiorem.
53. Debitum non probatur rectè nisi de quantitate simul, fides fiat.
Qualificatiuè, quando vnum ad aliud accedit, vtrumq; probari oportet.
54 Clausula non se astringens, quis effectus.
55. Clausulæ: super quibus omnibus, quæ efficatia.
56. Qualitas, quæ est de rei substantia, est probanda: siue libello fuerit adiecta clausula: non se astringens. siue item illa: super quibus omnibus & singulis.
57. Genus à quo remouetur, ab eodem quoq; remouetur qualibet eius generis species.
58. Testis personam, quem ipse produxi, non possum postea redarguere.
59. Vagabundus, qui & planus, & erro dicitur, persona vtilis est.
Item non est testis integer. ibid.
60. Inimicitia nisi capitalis fuerit, testem non repellit.
61. Testis, aduersus cuius personam duæ, militant rationes, tanto facilius reijcitur.
62. Testis, cuius dicta, necessario non concludunt, nil probat.
63. Probatio necessario non concludens, momenti alicuius non est.
64. Quantitas debiti, rectè probatur per creditoris iuramentum, modò de debito ipso iam constet.
65. Testis singularis nil probat.
66. Vox vnius, vox nullius.
67. Quantitas debiti, nunquam per iuramentum probatur, nisi cum modicum tantum fuerit. & n. seq.
69. Specialitates plures, coaceruari non debent.
70. Testis personam, quem ipse produxerat, etsi sit infamis, vel peruerus, posti deindè reijcere tamen nequeo.
71. Testis dictum, quod semel ratum habui, posti deindè reijcere, frustrà elaboro.
72. Wegen pericula cuius naturæ.
73. Paria sunt, aliquid alicui mittere, nomine Titij, & mittere ceu procuratori Titij.
74. Contractus eius nomine creditur celebratus, qui facit solutionem.
Merces illi acquisitæ fuisse creduntur, qui eo tem-

to nomine solut. ibid. Solutio subsecuta, ostendit, cuius nomine, retrò actum fuerit. ibid.

75. Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

76. Liber rationum, etiam mercatoris integri, pro tertio, contra tertium, fidem nullam facit.

77. Statutum de publico instrumento loquens, extenditur ad scripturam, in publico archivo repertam.
Scriptura, in archivo publico reperta, publica est.

78. Scriptura in archivo publico reperta, pro tertio, contra tertium non probat.

79. Liber rationum probat contra scribentem.

80. Probare separata per separata & diversa per diversa, iura non ferunt.
A separatis, mala fit illatio.

81. Liber rationum, quando etiam contra scribentem non probet.

82. Fructum ex eo, consequi quis non debet, quod impugnat.

83. Impugnare quis non debet id, unde fructum capit.

84. Liber rationum, quoties contra scribentem probat: toties pro eodem quoque probabit, in aliis, diversis, libri rationum capitibus.

85. Liber rationum, ut contra scribentem probet, confectus esse debet, more mercatorum solito.
Scriptis à mercatore perfunctorie, omnis adimitur fides. ibid.

86. Iuramentum suppletorium quod dicunt, non defertur, nisi persona, bona, integræ, vitæ.

87. Homicida, à testimonio ferendo, repellitur.

88. Iuramento suppletorio locus non est, in causis magnis.

89. Causa magna, vel parua, qua dicatur.

90. Iuramentum in supplementum, non nisi petenti defertur.

91. Opinio communis, in consulendo, iudicandoq; sequenda.

92. Iudex non potest inuito conferre, legum beneficia.
Vnde & iuramentum suppletorium, non defert inuito. ibid.

93. Iuramentum suppletorium non defertur ei, qui verisimiliter nescius est, veritatis rei.

94. Iuramentum suppletorium non defertur, ne heredi quidem, nisi verisimiliter exploratam habuerit, rei veritatem.

95. Etiamsi delatum iam esset, autori eius. Qui tamen moriebatur, antequam id præstitisset.

96. Impuberes, quæ vident, ignorant.

97. Heredi consanguineo, de facto autoris, iuramentum in supplementum defertur.
Contrarium n. 99.

98. Consanguineus, consanguinei negocia, scire præsumitur.

100. Heredem hodiè, haud unquam habemus, nisi eum, qui sanguinis necessitudine nobis coniunctus est.

101. Opinio Doctorum communis, non verbis: sed rebus imposita esse debet.

102. Absurda semper cauenda sunt.

103. Dictum Doctoris secundum legem, quam allegat intelligendum.

104. Consanguineus quatenus scire credatur, acta per consanguineum & n. 105. & 106.

107. Præsumtio iuris tantum, probationem in contrarium non excludit.

108. Probatio per facti euidentiam, princeps inter reliquas probationum species est.

109. Fundamento destructo corruunt omnia.

110. Consanguineum, scire consanguinei facta, in materia successionum, verum non est.

111. Iuramentum suppletorium, tunc etiam, cum probationes vndiq; pares sunt, reo tamen semper deferendum, si eius persona legalior fuerit, quam actori.

112. Iuramentum suppletorium, deferendum est reo, etiamsi is nihil probarit, actor verò semiplenè, ex sententia aliquorundam.

113. Testis etiam is, qui omni exceptione maior non fuerat, semiplenè attamen probat, aduersus producentem.

114. Rei persona, si ditior actore fuerit, legalior censenda.

115. Gesta contra formam, ipso iure nulla sunt.

116. Credere etiam is potest, qui rei veritatem, exactè non nouit, rem ita, vel ita se habere, vel non habere.

117. Iuramentum in supplementum, illi non deferendum, qui per fame tantum vocem, de re aliqua, exploratum habet.

118. Iuramentum suppletorium, illi non deferendum, qui non scit, vt res gesta sit, per sensum corporis proprium: etiamsi præsefert magnam rei gestæ credulitatem.

119. Testis, qui de sua credulitate deponit, nihil probat.

120. Iurans, iuramentum suppletorium, testis per id, in causa propria constituitur.

121. Iuramentum suppletorium, sibi deferri petens, non potest iurare, de sua tantum credulitate.

122. Testis depositio, debet fieri de esse vel non esse, vt practici loquuntur.

123. Iuramentum suppletorium, illi non deferendum, qui super esse, & non esse rei deponere nequit.

124. Specialitates plures, accumulari non debent.

125. Exitus probat acta.
Pugna finis, non pugna coronat.

126. Facta non esse diuturna, quomodo accipiendum.

Mores hominum fucati, diutius, quin prorumpant, latere non possunt. ibid.

127. *Vetustas erroris, errori patrocinium non parit.*

128. *Veritati semper locus esse debet.*

129. *Veritas temporis filia est.*

130. *Sententia non quanis contra defunctum lata dicitur, in qua iam defuncti mentio fit.*

131. *Exceptio tua non interest, impedit litis ingressum.*

132. *Quod quisq; iuris in alium statuerit, eo ipso utatur.*

133. *Non entis nulle sunt qualitates.*

134. *Priuatio subiecti vbi datur: ibi quoq; datur qualitatum priuatio.*

135. *Ratio vbi est eadem, ibi quoq; idem ius statuendum.*

136. *Sententia ab obseruatione iudicij, est interlocutoria: sed habet vim diffinitiuæ.*

137. *Mixtum sequitur naturam sui simplicis potentioris.*

138. *Sententiam diffinitiuam, Iudex non mutat, vel reuocat.*

139. *Sententiam interlocutoriam, vim diffinitiuæ habentem: Iudex non mutat, vel reuocat.*

140. *Sententiam absolutoriam, ab obseruatione iudicij: Iudex non reuocat.*

141. *Expensæ ante omnia dissoluendæ sunt, si quis denuò agere velit sententia ab obseruatione iudicij, absolutoria, iam lata.*

142. *Vltima derogant prioribus.*

143. *Sequentia declarant præcedentia, & è diuerso.*

144. *Præcedentia, quando sunt obscura: sequentia verò clara, tunc nunquam præcedentia declarant sequentia.*

145. *Libelli pars principalior ea est, ad quam sit relatio: non autem illa, quæ se ad aliam refert.*
Referens, absq; relato, consistere nequit. ibid.
Principale, ab accessorio, declarationem recipere, rationis non est. ibid.

146. *Principale & non incidens, in consideratione habendum.*

147. *Dispositio quantumuis amplissimis verbis concepta foret: si tamen ad scripturam aliam se referat, ad limites scripturæ relata astringitur.*

148. *In scriptura, ad quam fit remissio, seu in relata, non autem in remittente, seu referente, fundamentum ponendum est.*

149. *In præfationibus dicta, in sequentibus repetita, quando censeantur.*
Coniecturis in claris, locus non est. ibid.

150. DILLIO CVM, *inter personas, & res posita, æquè principaliter non copulat: at posita inter personas, eas æquè principaliter coniungit.*

151. *Libellus, articuli, positiones: pro libellante, articulante, ponente, nil probant.*

152. *Pauca sunt articulatum quid non esse: & esse quidem articulatum sed non probatum.*

153. *Factum non dicitur, quod factum non reluxat.*

154. *Pluralis numerus, uno contentus non est.*

155. *Articuli connexi in libro rationum qui dicantur.*

156. *Solutione omnis tollitur obligatio.*

157. *Libellus iudici porrectus, antequam desuper instituretur matura deliberatio, non præsumitur.*

158. *Probationibus superfluis, quis onerare se, non præsumitur: cum vix ea, quæ ad victoriam reportandam perneccssaria sunt: adinueniri possent.*

159. *Clausulæ: non se astringens: quæ sit efficacitas.*

160. *Protestatio, facto contrario tollitur.*

161. *Geminatio actus, propositi certi, firmissimum est argumentum.*

162. *Protestatio non porrigitur ad actus, longo post tempore insecutos.*

163. *Arbitrium suum Iudex moderabitur ex legum præscripto.*

164. *Argumentum à genere ad speciem, affirmatiuè non procedit.*

165. *Dictionis, alius alia, aliud natura.*

166. *Dominos duos, eiusdem rei, ipsa natura non fert.*

167. *Præsupposito amoto, corruit ipsum argumentum.*

168. *Societas leonina qua.*

169. *Socius, socium se negans, perdit beneficia omnia ex societate prodeuntia.*

170. *Læsio vltrà dimidium iusti, euertit omnia, quæ agebantur.*

171. *Debitor debitoris, vt exigi possit, quæ requirantur.*

172. *Ius accrescendi locum non habet in contractibus, siue fuerint bonæ fidei, siue stricti iuris.*

173. *Interpretatio l. fundus ille. ff. de contrah. emt.*

174. *Ratione legis cessante, ipsa quoq; cessat legis dispositio.*

175. *Interpretatio l. si proponas. §. vlt. ff. de inoff. testam.*

176. *Legitima parens vituus non præstat.*

177. *Ius accrescendi, tunc locum habet, si is, cui portio deficiens accrescit petierit illam, remedio iuris accrescendi.*

178. *Ius accrescendi, qua ratione introductum.*

179. *Ius accrescendi locum non habet in illis portionibus, quæ non ipso iure, sed ope exceptionis deficiunt.*

180. *Expressum facit cessare tacitum.*

181. *Promissio hominis, legis promissionem officio cessare.*

182. *Verba contraxerunt, gesserunt, ad ius testandi non pertinent.*

THE-

THEMA.

Cum annus, à Natiuitate Christi, quadragesimus secũdus, supra sesquimillesimum numeraretur, Doctor I. S. nomine procuratorio B. L; Iohannes verò G; itidem procuratorio nomine H. B. actionem aduersus P. M. instituerunt: aq; eodem nomine B. L. seorsim, precium, æstimationemq; totius instrumenti, quo argyrocopos, siue monetariorum Magister, in officina sua, siue argyrocopio vtitur: nec non sumtus, quos in quinq; monetarios, & puerum vnum, iussu P. M. conductos, insumserat: & deniq; reliqua nonnulla, summam florenorum mille exæquantia, vel circiter petierunt.

H. B. nomine verò, itidem seorsim, aq; B. L. petitione seiunctim planè, eundem P. M. in 366. florenos, precium nouem pannorum Lugdunensium Angliæ: & in 42. Ioachimicos, precium equi eidem diuenditi, condemnari.

Et tertiò eundem ambo coniunctim, vt solueret, precium nonaginta Marcarum argenti pustulati (vulgò granalien*) conuenerunt.*

Pronunciat demum Iudex, anno 1560. P. M. Rei heredes, ab iudicij obseruatione, ad H. B. quod attineret absoluendos esse. Etenim is per octodecim annos integros conticuerat planè, & præter id, quod libellum Iudici porrexisset, & mortuo Aduocato primo, alterum eius loco suffecisset: nihil planè egerat: sed & illudipsum debitum, procuratori I. S. priùs coram senatu oppidano in B. cesserat, quam hæc ferretur sententia.

Intereà verò B. L. litem semel cœptam, strenuè persequitur: vnde alia inter hunc B. L; & heredes P. M. sententia, tandem exit: quam B. L. soli, totæ nonaginta argenti pustulati marcæ, quas tamen ab initio H. B. & B. L. coniunctim petierant, siquidem iuramentum suppletorium præstitisset: nec non precium illud nouem pannorum Lugdunensium, quod tamen in libello, non B. L; sed solus H. B; à cuius petitionibus, Rei iam absoluti erant, sibi vindicasset, adiudicatur. Atq; hæc sententia, anno 1590. per Iudicem vlteriorem, non solùm confirmata fuit, verumetiam B. L. heredes, ad iurandum, in supplementum probationis legitimæ, mortuo intereà temporis, ipso B. L. admissi sunt.

P. M. itaq; heredes, quoniam aliud non poterant, vnicum, quod restabat nullitatis remedium, appræhenderunt, eoq; sese tutati sunt. Quod & Iudex illis benignè concessit, nisi quod mulctam concessioni huic adderet, siquidem succubuissent.

Quæritur itaq;, numne eos sat firmiter remedio huic nullitatis inniti posse, statuamus?

RATIONES DVBITANDI.

ET sanè videbatur primitus, dicendum esse, nullam hîc extrui posse nullitatem.

PRIMÒ: namque clari, & indubitati iuris est (vtamur enim ijsdem fundamentis, quibus Aduersarij tueri sese hactenus soliti fuêre) quod id, quod falsum, fictum, & à vero alienum est, diu consistere nequeat: quodque veritas, nebulis falsitatis discussis, citò effulgeat. *Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 17. arg. l. in rebus vers. non enim. C. de iur. dot.* 1

At hîc per septies septem annos, causa B. L. præualuit.

Qui igitur iniustam, aut nullam esse eam, æstimabimus? si quid enim talis vitij subfuisset, tandiu latitare, & Iudices fugere non potuisset.

Vt enim fieri posset, veritatem, à pluribus, ijsdemq; prudentibus quæsitam, non fuisse repertam? *Contra c. de quibus 20. distinct. Abb. in c. prudentiam. n. 4. ext. de off. deleg. Gail. obs. 33. n. 3. lib. 1. Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. lib. 8. n. 20. Tiber. Decian. cons. 8. n. 145. vol. 1.* 2

Vt item integrum non esset iudicium id, quod plurimorum sententia stabilitur? *c. extra 64. distinct. c. prudentiam in fin. pr. ext. de off. deleg. Boer. in consuet. Bitur. tit. de iurisd. §. 2. in fin. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 11. gl. 6. n. 13. Oldrad. cons. 130. n. 11. cum similib. quæ apud Tiraq. in d. tr. de pœn. d. caus. 51. n. 63. omnibus obuiam sunt.* 3

SECVNDÒ clari quoque, & indubitati iuris est illud, quod sententia contra defunctum lata, per se, & ipso iure nulla sit. *l. in summa. §. vlt. ff. de re iud. l. 2. ff. quæ sent. sin. appell. resc. Br. in l. cum quærebatur. n. 2. ff. de re iud. Castr. in l. si decesserit. n. 9. ff. qui satisd. cog. Capyc. decis. 1. n. 26. Mar. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 16. n. 48. Vant. in tr. de nullit. rubr. de nullit. ex def. iudic. ard. n. 106. Ang. cons. 223. n. 2.* 4

Atenim illa sententia, qua ab obseruatione iudicij absoluebantur heredes Rei, contra defunctum ferebatur. Lata est enim contra I. G. primum procuratorem, qui diu ante vltimum clauserat diem.

Nec obstat, quod à tempore latæ sententiæ, triginta, & plures anni, elapsi iam sint. Quare dicendum videbatur, posthac sententiam tam antiquam frustrà impugnari:

Cum post triennale tempus, absq; effectu, de nullitate alicuius sententiæ experiamur. *gl.in c. 1 ad fin 35.q.9.Specular. in tit. de sentent.§. quoniam.n. 10.Salyc.in l. si præses. n. 6. vers. in contrar. fac. quia non reper. C. quomod. & quand. Iud. Imol. in Clement. 1.n. 10 de re iudic. Franc.in c. dilecto q.5. ext. de appellat. Balb. in tr.præscript.in 4.p. 4.p.p.q.2.1. Tiraq.de vi.retr.p.1.§.36.gl. 2.nu.38. Natta in addit.ad Alex.cons.59.n.15.vol.4.*

6 Nam ad id iure respondemus: quod in præsentia, de nullitate dictæ sententiæ non agatur, sed excipiatur: quo casu, absq; temporis præfinitione vlla, de nullitate excipiens, admittitur. *Vt in specie decidit Vant.in tr.de nullit.Rubr.quoties & intra quod. temp n.1.*

7 Tum quia id, quod in initio nullum est, temporis tractu non conualescit. *l.quod in initio ff.de reg.iur.c.non firmatur. eod.tit.lib.6.*

8 Tum quia, quæ ad agendum sunt temporalia: ad excipiendum sunt perpetua. *l. puto. §.vlt.ff.de dol.except.Br.in l.post aquam. §. si minor. n.5.ff. de iureiur.Gomez. var.resol.lib. 1.c.9.n.22. vers.primo.c.11.n.20. & lib.2.c.6.n.2.ad fin. Rumuald. ad l.qui se patru n.340.C.vn lib. Cachr. decis. 142 n. 31. Sti.ch. in tr. de mercat. tit. de contract. mercat.n.9. Cald. in l si curatorem in v. infra legitimum tempus.n.15.C.de rest. in integr.*

9 TERTIÒ: si sententia interlocutoria, quandocunq; Iudici visum fuerit, retractari poterit. *Quod iudicibus Br.n.1.Ias.n.1.& DD.ff. de re iudic. l. penult.ff.de prætor. stipulat. Paul. de Castr. in l audex.n. 1. ff. de re iudic. Franc. in c. cum cessante. vers.secundo tene menute.ext.de appellat. Marant.in tr. de ord.iudic.in 3.p.6.p.p.dil. 1.n.9. Cas. Cantard. ad l.diffamari.c.5.n.135.C.de ingen.manum.*

10 Sed sententia, qua alteruter litigantium, ab obseruatione iudicij. ob defectum instantiam absoluitur: est simpliciter interlocutoria. *Vt in specie decidit Franc. Aret in c. examinata. vel.penult. vers.in c. tertium.ext. de iudic. per l. harum & l.egi.ff. si seruit. vind.*

Ergo retractari, istius generis sententia, poterit, quandocunq; id Iudici, visum fuerit: & per consequens, hic, illæ sententiæ, quæ sententiam ab obseruatione iudicij secutæ sunt, nullæ nentiquam erunt.

11 QVARTÒ sententia, ab obseruatione iudicij lata, nil vetat, quominus causa, denuo agatur. *gl.in l.proper.nudum. §. & siquidem. in v. ab obseruatione alu lil.n.19. Castr.n.9. vers.in gl. Salyc. n.15. vers. venio modo. Cyn.n.7. Ias.n.18. C.de iudic. Ias.in l admonendi.lect. 1.n.71. Ripa.n.77. Cacchalup. n.27.ff.de iureiur.*

Non itaq; hic quoq; quicquam erit, quod impediat, quominus sententia ab obseruatione iudicij iam lata, causa nouæ ad Iudicem deferatur: noua item, prioriq; contraria, sententia promulgetur.

12 QVINTÒ: dubitare non conuenit, confessionem fortis nam, omnium probationum esse. *Ias.in l.cum te transegisse.n.5.ubi Dec.n.7.C.de transact. Hipp. de Marsi. ad rubr. n.71. C. de probat. Cotta in memor. in v. prorogatio. Menoch.in tr. de remed.poss.recup.rem.1.n.217. Capiferr. in tr. de num. test.p.1.c.4.n.19.& c.9.n.1.*

At hic habemus, ipsius H. B. confessionem, quam confitetur, ad se quicquam de 90. illis marcis argenti, non pertinuisse: sed se, tantum fuisse eum, qui illas argenti marcas, nomine B. L. ad P. M. aflerri curarit.

Ita enim loquitur libellus eorum: B. L. CVM H.B. mississe, ad P. M. arculam ferream, in qua nonaginta argenti marcæ, cum duabus vncijs, incluſæ fuerant.

Dictio CVM autem, qua hic Libellantes vsi fuêre, non æquè principaliter, sed accessoriè copulare solet: quodq; consequens est, hunc, cui ista particula CVM tribuitur, procuratorem solummodò fuisse, digito quasi ostendit. *Carol.Rum.ad l.1.§. nunciatto. n.134. ff.de no.op.nunc. Sebast.Sap.ad l.vlt.n.17.C.de impub. & al.subst.per l.1.ff.de pecul. leg.1.* 13

Sed & idipsum in 4.articulo probat, & alibi passim repetitur.

Quare, cum hæc omnia vicem confessionis habeant: cum incerti iuris non sit: fateri nos omnia, quæ in libello, articulis, aut positionibus, vel ipsi scribimus, vel alij nostro nomine scribunt. *Vt in specie decidunt Bl. in l. cum precum. & ibi Salyc. per ill. text. C. de liber. caus. Mar. in tr. de ord. iud. 2.p.6.p.p.dil. 4.n. 8. Simon de Proet. cons. 132.n.33.* 14

Consequens erit, rectè has argenti marcas totas, soli B. L. adiudicari potuisse.

Nec obstat, quod attamen liber rationum, H. V. H. mercatoris, aliud præ se ferre, videatur: quod scilicet argentum hoc, ad H. B. & I. V. H. spectarit: quodque H. B. ad ipsum scribentem H. V. H. scripserit, se sibi marcæ hæ argenti tradentur: quod item is H. B. precium harum mercium, post deindè quoq; dissoluerit: Præsumtio enim hæc, quæ oritur, ex libro rationum tertij, destruitur planè, per confessionem ipsius partis in contrarium:

Quid enim in medio relinqueretur, quominus præsumtio, ex libro rationum tertio promanans, per confessionem ipsius met partis, tolleretur, atq; perimeretur. Cum probationem debilitorem per fortiorem tolli, auditu nouum non sit. *Vt in specie decidit Menoch. in tr. præsumt. lib. 1. q. 31 n. 7. Ias ob. Petr. de Ptolem. in l. admonendi. n. 26 ubi Franc. Curt. n 351. ff. de iureiur. Cran cons. 400. nu. 37. arg. l. vlt. C. si min. se maior. dixer. l. vlt. in pr. ff. de eo quod met. caus.* 15

Quinimò vt scripturæ, scripturis reconcilientur, quod fieri debet: c. cum expediat de elect. lib. 6. 16

Summè erit necessarium, has rationes H. V. H. ita interpretari, vt omnia, quæ de H. B. continent, intelligantur de H. B tanquam procuratore B. L. quodq; traditionem mercarum argenti, nomine procuratorio B. L. visceit,

vlserit, eo etiam nomine, solutionem fecerit. Ne dissonent libellus, & articuli H. B. & liber hic rationum H. V. H.

Sic quoq; illud, momenti alicuius non est: quod attamen in aliis, horum Actorum articulis; scriptum reperiatur: quod B. L. & H. B. simul has argenti marcas, ad P. M. miserint, eidemq; vendiderint.

17 Nam ad ea rursus respondetur: quod præcedentia declarant sequentia. *Iaſ. in l. legatum. n. 11. & ibi Iob. Bapt. Iunat. n. 13. ff. de legat. 1. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 4. Mascoll. conſ. 94. n. 13. vol. 1. Alc. conſ. 15. n. 2. lib. 1. Cran. conſ. 426. n. 22. Sim. de Prost. conſ. 146. n. 5. Simon Pistor. conſ. 20. n. 21. Ludolph. Schrad. int. conſ. diuerſ. conſ. 20. n. 69. vol. 2.*

18 Quodq; in procemio, seu præfatione dicta, posita, vel scripta, in sequentibus repetita censeantur. *l. Titia. §. idem respondit el. 1. ibi Iaſ. n. 1. ff. de verb. obl. l. item quia. ibi Iaſ. n. 12. ff. de pact. Academ. Vuiteb. int. conſ. diuerſ. conſ. 2. n. 140. volum. 2.*

19 Cum præfatio, potissimum sit indicium voluntatis eorum, qui actum aliquem celebrant. *Berengar. Paulhac. ad l. vnic. n. 188. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt prof. Ceph. conſ. 35. n. 33. Francisc. Ripa. int. conſ. feud. var. conſ. 15. n. 10. Alc. conſ. 1. n. 17. lib. 1. Rol. a valle conſ. 86. n. 50. vol. 1. Menoch. conſ. 14. n. 4. conſ. 150. n. 40. & conſ. 160. n. 31. Cran. conſ. 192. n. 21. Goz. adin. conſ. 1. n. 14.*

Oportet itaq; articulorum declarationem, atq; interpretationem, ex libello, & non è diuerso, petere. Libellus autem expresse vult, H. B. procuratorem tantum, hac in parte egisse.

20 Sexto: certi & indubitati iuris est: quod in confessum nullæ aliæ sint Iudicis partes, quàm in condemnando. *l. promdè. l. 2. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. de confeſſ. l. vnic. C. eod. tit. Lancill. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de poſition. n. 3. Albert. de Gandin. in tr. maleficc. Rubr. de præſumt. & indic. mudub. n. 3. Guido de fur. ar. in tr. de indic. & tort. Rainn. pius Fichard. caut. 68. Maſcard. in tr. de probat. q. 7. n. 2. vol. 1.*

21 Septimò: clari & indubitati iuris est, quod probationes, finisq; iudicij, & an condemnare, an verò absoluere velit, Iudici sint arbitrariæ. *l. 3. §. ideoq; ponderando verba: tu magis ſcire potes, quanta fides habenda ſit teſtibus. ff. de teſtib. Bruns l. admonendi. n. 25. verſ. quod apparet & ibi Caccialup. n. 52. & Curt. n. 102. ff. de turcitur. Blan l. non hoc. n. 6. C. vn legit. Neuiz. in ſylud. nupt. lib. 5. n. 122. Thom. Grammat. deciſ. 34. n. 47. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 21. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæſt. caſu. 90. n. 2. & 3. Dec. conſ. 448. n. 29. conſ. 463. n. 23. & conſ. 510. n. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 55. n. 34. conſ. 75. n. 51. & conſ. 107. n. 48. vol. 1.*

22 Quodq; sufficiat Iudici, fidem factam esse, etiamsi aduersario, fides facta non sit. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. l. quinquaginta in fin. ab. gl. ff. de probat. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ. *Maſcard. in tr. de probat. q. 2. nu. 24. volum. 1.*

Quod cum ita sit vi clausulæ illius, quæ sub finem libelli legitur; quod nimirum B. L. & alia eius generis, præter argenti marcas, ad p. m. miserit: iustè Iudex, P. M. heredesq; eius condemnare potuit, ad exolutionem quoq; precij, nouem illorum pannorum Lugdunensium.

Octavò: incerti iuris non est, quod eo 23
casu, cum dubitatur, cuius merces sint, ad coniecturas, iudiciaq; confugiendum sit. *Vti in ſpecie decidit Bl. in l. cum propoſuit. n. 19. ibi Saliceto. n. 5. C. de naut. fenor. Straccha in tr. de nauib. p. 3. n. 32. per l. cum in plures §. vehiculum, & l. celonius. §. nauem. ff. locat.*

Vti aliàs quoq; rerum dominia, per con- 24
iecturas, & indicia probari, nouum planè non est. *Iudicia ibi Br. Bl. & Sal. C. de rei vind. Coraſ. in l. admonendi. p. 2. n. 24. ff. de turcitur. Cæſar Contard. ad l. vnic. opp. 1. n. 8. C. ſi de moment. poſſ. ſuer. app. Menoch. in tr. de arbitrar. iudic. quæſt. caſu. 92. n. 2. Maſc. in tr. de probat. concl. 538. n. 1. Card. Pariſ. conſ. 104. n. 102. lib. 1.*

At in rationibus, quas P. M. super nego- 25
ciationibus, cum B. L. conscripserat, expressim ab eo posita est, quod vectoribus nullum, siue vecturam, pro pannis hisce Hamburgo Berlinum aduehendis, persoluerit: quodq; illam ipsam vecturam, inter debita, qua sibi vicissim B. L. obstrictus erat, retulerit.

Apparet itaq; pannos hosce, vel ipsius P. M. testimonio, & confessione propria, B. L. fuisse. Proinde Iudici imputandum nihil est, 1
qui in sententia anno 1565. lata, P. M. heredes, condemnarit, ad horum quoq; precium persoluendum, siquidem B. L. supplentorium iuramentum præstitisset. Vti hoc, quod dominium aduersarij confessione rectè probetur, rursus scriptum reliquêre *Br. in l. cum falſa. n. 7. C. de iur. & fact. ignor. Dec. ad l. 1. n. 25. C. de paſt. Guid. Pap. deciſ. 272. n. 3. Cæſ. Contard. d. oppoſ. 1. n. 7. Maſcard. in tr. de probat. conſ. 534. n. 1. Capiferr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 9. n. 23.*

Nonò: in confesso quoq; illud est, vti nec 2
ipsi Rei, heredes P. M. diffiteri potuerunt, veluti constat ex Actis: quod B. L. & H. B. socij fuerint.

Interfuit itaq; B. L; tanquam socij, horum pannorum precium solui, etiamsi ij H. B; proprij fuissent: proindeq; rectè idipsum in iudicio petijt: Iudex item sine vllo metu nullitatis sententiæ, petitis eius, annuere potuit.

Nam vt habent, partis aduersæ allegata, 26
probatione vlla non indiget: quod socius lucra omnia, ex re, vel negociatione, cuius ratione, societas inita est: socio communicare teneatur. *Br. in l. ſocium qui in co. §. ſocius per ill. text. ibi Gabr. Mud. n. 1. ff. pro. ſoc. Bapt. de Hieron. in ſuo conſil. quod extat, in Mozz. tr. de contract. lit. de ſocier. nu. 21.*

27 Sicuti è diuerso quoq;, damna ex societate prouenientia, vtriq; sociorum communia sunt *l. cum duobus. § quidam sagaria. ibi Br. & Gabr. Mud. n. 5. ff. pro soc. Bl. de vbald. in tr. de duob. fratr. p. 6. n. 6.*

28 Sed & non minus, ac pro seipso in socij vtilitatem, socius inuigilare debet. *Vtsex l. si vnus. § 1. ff. pro soc. & § 1. Inst. de societ. Dominus Aduocatus, aduersæ partis affirmat.*

29 DECIMÒ: hoc iure vtimur, vt expensas, non solùm retentione, exceptione, officijq; Iudicis implorationè: sed & actione, repetere possimus. *Vti in specie decidit gl. in § . certè illud constat in v. edificauerit. Inst. de rer. diuis. per l. si pupilli. § sed etsi quis. ff. de neg. gest. l. demum. C. de rei vind. l. si necessarias. ff. de pignor. act.*

Iam verò impensas vocitatæ (ita enim argumentantur, Aduocatus partis aduersæ) B. L. horum pannorum nomine fecerat.

Impensarum itaq; factarum nomine, hosce pannos, etiamsi socius H. B. non fuisset L. B; vindicare attamen sibi potuisset: & consequenter adiudicari illi, sine vlla nullitatis macula, potuêre.

30 VNDECIMÒ cogniti, indubitatiq; iuris est, quod creditor, debitorem debitoris sui, rectè exigat. *Vti ex tot. tit. C. de præt. pign. videre est.*

Atenim H. B; debitor B. L. fuit, veluti apparebit, si subducerentur inter eos, rationes receptorum, & expensarum: & P. M. rursus debitor H. B. erat.

Exigere itaq;, solutionem precij horum pannorum, D. L; à P. M. debitoris debitore, potuisse, qui conuenit dubitare?

31 DVODECIMÒ, & vltimò: ambigi non oportet, iuri accrescendi in contractibus, locum esse: *Iason in l. re communi. n. 115. ff. de legat. 3. Hipp. Ranun. ad l. vnic. n. 52. C. quand. non pet. part. Capoll. in tr. de seruit. vrb. prædior. c. 50. n. 4. Cyn. in l. vlt. in fin. C. de mutil. stipulat. per l. fundum ille. ff. de euictab. emt.*

Si itaque non aliter, saltem per ius accrescendi, ob societatem, quam H. B. cum B. L. coierat: postulare poterat, vt pro pannis, solutio fieret.

Hæc sunt argumenta, quibus sibi egregiè, à nullitate, sententias anno 1565. & 1590. latas, asseruisse, videtur B. L. Aduocatus.

RATIONES DECIDENDI.

EGo verò hæc, cauillationibus similiora, quàm ratiocinationibus plausibilibus, semper putani. Quare his valedicere iussis, in contrariam pedibus eo sententiam, & porrò statuo, id quod pace, prioris instantiæ Iudicis fiat, sententiam, tum anno 1565. latam, tum eiusdem confirmatoriam sententiam, quæ anno 1590. pronunciabatur, ambas nullas esse: Idq; propterea:

Quod PRIMÒ: extra omnem controuersiam positum sit: sententiam conformem esse libello, oportere. *c. licet. Hely. ext. de Simon. Clement. sæpè vers. verum quia. de verb. signif. c. qualiter. el. 2. circa fin. ext. de accus. Br. in l. vnum. n. 14. ibi Ias. n. 23. ff. si cert. pet. Ronchegall. ad Leandem in pr. n. 273. ff. de duob. reis. Contard. in l. duffamari. c. 6. n. 14. C. de ingen. manum. Caball. in tr. de adil. act. c. 2. n. 11. Cald. ad l. si curatorem in v. sua facilitate. n. 91. C. de rest. in int.* 33

Quodq; fatuus sit Iudex (quod saluo honore concipientium, dictum velim) qui in aliud, quàm quod petitum est, condemnat. *l. vlt. ibi Bl. ff. de fideicom. libert. Affl. decis. 3. n. 1. Mar. in tr. de ord. iud. in 3. p. 6. p. p. act. 1. n. 61. Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. sent. ex def. proc. n. 97.* 34

Sed nostræ sententiæ, ambæ etiam, libello planè sunt dissentaneæ.

Nam cum in libello H. B. solus, precium 9. pannorum Lugdunensium, sibi per M. solui petiisset: P. M. & heredes eius, in sententijs hisce, hoc precium B. L. soluere, condemnantur. Cum item H. B. & B. L. coniunctim, in eodem libello, Iudicem imploraſſent, vt P. M. compelleret, ad soluendum id, quod ipsis ambobus per 90. marcis argenti, debebatur: P. M. heredes, soli B. L; totam hanc summam soluere, reos esse, pronunciatur.

Ingens itaq;, inter libellum, & sententias est differmitas.

SECVNDÒ: illa quoq; sententia, qua aduersus rem iudicatam antea, iudicatur, perse, & ipso iure nulla est. *l. 1. in pr. ff. quæ sent. sin. appell. resc. l. post sententiam. ibi Bl. in summar. & Salyc. n. 1. C. de sent. & interl. om. iudic. l. 1. ibi Br. n. 1. C. quand. prouoc. non est nec. Felin in c. inter monasterium. n. 15. ext. de re iud. Franc. an c. dilecto. q. 41. ext. de appell. Cacher. decis. 1. n. 49. & decis. 142. n. 23. & seqq. Alex. conf. 53. n. 16. vol. 5. vbi hanc esse communem attestatur. Dec. qui itidem communem dicit conf. 198. n. 3. & 4. & conf. 295. n. 4.* 35 *

Arenim hic sententia, contra sententiam lata est. Nam à H. B. impetitionibus, antehac absoluebantur, quantum ad obseruationem iudicij P. M. heredes.

At hæc sententia absolutoria insuper habita, iam nihihilòminus condemnantur in id, quod B. H. petierat. Veluti sunt 45. marcæ argenti, item 9. illi panni Lugdunenses.

Nulla itaq; est, quæ ferebatur, postremo loco sententia.

TERTIÒ: iuris explorati est, quod Iudex, cui nihil constat, de causæ meritis, nihil quoq; decernere possit. Vti in specie decidit *Bl. in l. falsus. n. 22. C. de furt.* 36

Quo iure vtimur, non solùm, in inferioribus Iudicibus: verumetiam in iudicibus superioribus, ipsisq; principibus. Vnde nec Papa quidem quenquam, ad persoluendum id debitum, de quo fides ipsi papæ, facta non est, condemnare non potest. *Vti in specie decidunt Matth.* 37

Matth. de Affl. decis. 91. n. 2. Alex. cons. 2 nu. 3. vol. 2.

38 Etenim, qui de eo, quod petierat, Iudicem non edocuit: iure carere dicitur. *Vti in specie decidit Crau. cons. 418. n. 4. post Bl. quem allegat. arg. l. argentarius. §. cum autem ff. de edend. Nulla itaq; vel idè, sententiæ hasce dicemus.*

Non enim vllibi ex Actis apparet, 9. hosce pannos Anglicos, ad B. L. pertinuisse. Cui tamen solutionem facere, Iudex iusserat.

Quinimò pannos hosce Anglicos, B. L. non fuisse, ex libello ipso constitit, vtpotè in quo nunquam eos B. L. sed H. B. petierat.

Vt taceam omnia H. B. debita adhæc, ipsi Doctori I. S. cessa esse, Acta ipsa edocere: proindeq; hosce pannos, B. L. nullo modo esse

39 potuisse. Cum vna res, duorum esse, vel ad duos spectare, vllo modo non possit. *I. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. decl. 6. n. 9. Arr. Pinel. ad l. 1. p. 3. n. 10. & seqq. C. de bon. mat. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 222. Coraf. miscell. lib. 5. c. 14. n. 1. Hart. Pistor. q. 45. n. 2. lib. 2.*

Itaq; non solùm, Indicem iam nullitatis arguemus, sed suspicionis etiam ferè, (absit

40 inuidia) insimulabimus. Iudex enim, qui partem, quam ex actis absoluendam esse, dicerat, condemnat: in dolo planè per id constituitur. Vti in indiuiduo decisio extat. *Alex. de Imol. cons. 131. n. 11. vol. 2. vbi Ang. Petr. de Anchor. Bl. Ant. de But. idipsum quoq, voluisse, testis est.*

41 Qvartò illud constat, quod dictionis, seu particulæ Cvm, ea natura sit, vt posita inter personas, æquè principaliter has coniungat, atq; copulet. *I. si ancilla. ibi Br. n. 1. Taf. n. 1. & DD. ff. de leg. 1. Coraf. in l. si quis duobus n. 23. C. de impub. & al. subst. Tober. Dectan. cons. 12. n. 3. vol. 2. Cardin. Paris. cons. 111. n. 17. vol. 1. Cephal. cons. 220. nu. 19.*

Qvod; suæ naturæ virtute, eandem qualitatem repetat. *Br. m l. Seia. §. Cata. n. 4. ff. de fund. instr. Ceph. d. cons. 220. n. 20.*

Hîc itaq; vtrunq; Actorem, H. B. & B. L. æquè copulari, omninò dicere oportet: Habet enim horum Libellus; B. L. cum H. B. marcas hasce argenti nonaginta, ad P. M. misisse: quodq; consequens est, non nisi nulliter, Rei P. M. heredes, condemnari potuerunt, in totas 90. argenti marcas, B. L. persoluendas. Medietas enim harum ad H. B. spe-

42 ctabat. Nam vbi partes societati (de qua societate, ex natura particulæ Cvm, iuculenter constat) adiectæ non fuerint, æquales eas esse, oportet. *I. si non fuerint. ff. pro soc. Affl. decis. 58. n. 2. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de societ. c. 2. Pract. Pap. in for. lib. in cauf. societ. in v. per pactum. Roncheg. in l. eandem in pr. n. 142. ff. de duob. reu. & in l. reos. §. cum tabulis. n. 57. ff. eod. tit.*

43 Et aliàs generaliter, si non fuerit portio adiecta, partis appellatione, dimidia pars continebitur. *l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. sign. Lancil. Polst. in tr. vulg. subst. n. 28. Affl. decis. 44. n. 32. Frid. Schenck ad c. 1. n. 2. de contr. int. nuc & Domin. Couar. var. resol. lib. 1. c. 19. n. 12. v. hîc etiam.*

Et vi consequentis nullæ erant sententiæ anno 1565. & 1590. latæ. Iam diu enim ab H. B. absoluti erant, quo ad iudicij obseruationem Rei. Sed & nouæ deinceps proceßum H. B; vel alius eius nomine, exordirus nõ fuerat.

Qvintò: nulla ea probatione fortior est, 44
quæ propria partis confessione constat. *Vt praeter paulo ante in id recensitos tradunt Cephal. cons. 248. n. 40. cons. 304. n. 98. cons. 316. n. 2. cons. 395. n. 71. cons. 458. n. 40. Menoch. cons. 137. n. 18. Burfat. cons. 2. n. 55. Alex. cons. 13. n. 1. lib. 1.*

Iam verò hîc adest propria, Actorum confessio, qua etiamnum confitentur; si verba libelli ita haberent: quod B. L. & H. B. non autem cum H. B. marcas has argenti, ad P. M. misissent: quod tunc dimidia pars precij. nonaginta harum marcarum argenti, H. B. cederet. Ceterum, id expreßum legitur, in 9. articulo positionali libelli: item in 2. articulo additionali: & deniq; in 1. artic. probat. super quo, Testes Lubeci examinabantur.

Conuincuntur itaq; Nostrates sententiæ nullitatis, vel ex ipsamet aduersariorum confessione.

Sextò fac, dictionem Et, in actis non re- 45
periri (cuius contrarium attamen, iam euicimus) perindè attamen idipsum erit. Cum iuris sit constituti, inter dictionem Cvm, & dictionem seu copulam Et, differentiam, constituendam non esse, sed vnius naturam, vim, efficaciam, & qualitatem, alteri quoq; ineße. *Vti ad literam est text. in l. illi cum illo ff. de vsufr. legat. I. si cui in pr. ff. de fund. instr. l. triplex. ff. de verb. signif. Br. in l. ne conuentli. n. 11. ibi Taf. n. 76. Gaudunt. n. 34. ff. de leg. 3. Barnab. Brißon. lexic. lit. C. in v. cum Sim. de pret. cons. 76. n. 6. vol. 1. Crau. cons. 895. n. 18.*

Quare rectè ratiocinabimur, non minus 46
hoc, quàm illo casu, sententiam vtramq; nullam esse: pariumenim, eandem esse potentiã, disceptatione caret. *Euer. in top. in loc. à pari. n. 2. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de emt. & vendit. n. 5.*

Septimò: nec moris, nec styli est, duos, plu- 47
resúe Actores, vnum, eundemq; ratione, & ab intuitu, causarum separatarum, & ab inuicem diuisarum, Reum, vno, eodemq; libello conuenire: nisi aut socij, aut plures correi credendi fuerint. Qua in re experientiã, rerum magistram, & supremarum in hisce prouincijs, curiarum stylum, testes locupletißimos aduoco. Qui stylus insuper habita, omnium legum, statutorum, & constitutionũ dispositione, obseruari debet. *l. vlt. in fin. C. de iniur. Br. m l. iurispertos. in pr. n. 4. in lect. Nicol. de Neap. ff. de excus. tut. Affl. decis. 135. n. 3. decis. 243. n. 5. decis. 253. n. 5 decis. 283. n. 6. & decis. 391. n. 5. Capell. Tholos. decis. 115. ibi Steph. Aufrer. in addit. Guid. Pap. decis. 198. n. 2. Cacher. decis. 22. n. 6. Crau. in tr. de antiq. temp. p. 4. in pr. n. 36. Cor. Ben. in tr. de paup. speual. in iudic. 3. nu. 20. Crau. cons. 201. n. 11.*

Iam verò præsentes Actores, vno eodemq; libello, P. M. conuenerunt.

Oportet itaq; eos, socios, aut credendi correos fuisse: proindeq; ob absolutoriam, ab obseruatione iudicij, quantum ad H. B. petitiones pertinebat: totum precium, nonaginta marcarum argenti, B. L. adiudicari non potuit, nisi nulliter & vitiosè.

48 Procurator OCTAVO, is dicitur, qui aliena negocia, mandato Domini administrat. *l. 1. ff. de procurator. Br. ad rubr. ff. eod. tit. Azo in summa. C. eod. tit. Abb. ad rubr. ext. eod. tit. Specul. in tit. de his, qui al. nom. in iudic. sisteruen. n. 1. Mar. ad l. si actor. n. 1. ff. de procurat. Kal. Kön. in suo proceß. c. 11. n. 1. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 28. c. 4. n. 5.*

Enimuerò hic, aliena negocia H. B. non administrauit: nec enim eius opera, argenti hæ marcæ nonaginta, ad P. M. allata fuere: sed opera H. V. H. Vt ipse sæpius, in Actis fassus est, B. L. Vt socius itaq; non autem vt procurator P. M. conuenit. Nisi frustra H. B. nomen libello insertum, dicere voluerimus.

49 Contra notissima iuris principia: clausulam vllam, imò ne syllabam, aut literam quidem, præsertim in libello, ociosam & superuacaneam esse debere, habentia. *Vti in specie decidunt gl. in c. solita, in v. tanquam in fine. ext. de maior. & obed. Cotta in memor. in v. clausula. cl. 8. post pr. Gerard. Maz. oll. conf. 1. n. 8. & conf. 53. n. 30. vol. 1. Rol. à Valle conf. 61. n. 47. vol. 2. conf. 55. n. 45. conf. 62. n. 34. vol. 3. Ioh. Lac. de Leonard. int. conf. Alb. Br. conf. 117. n. 31. Sigism. de Neap. conf. 1. n. 121. Guilhelm. à Pern. conf. 12. n. 48. Zas. conf. 12. nu. 23. & conf. 20. n. 39. vol. 2.*

Quodq; consequens est, totum precium, marcarum argenti nonaginta, ad B. L. pertinere, ludex pronunciare non debet.

Nonò, vt propius adhuc, ad rem accedamus, ipsi Actores, ad 4. 11. & 19. articulum defensionalem Rei, fassi sunt, se socios fuisse, ad argentum illud non signatum diuenditum, quod attinebat.

Sed & cum H. B. & non cum B. L. transegisse P. M. super hoc argento, itidem fatentur, licet simul afferant, transactionem post deindè H. B; eò quod se circumscriptum putaret, ratam non habuisse.

Non itaq; opus est, societatem hanc, inter B. L. & H. B; aut sententiarum nullitatem, modis alijs approbare.

50 Cum ideò iura, prouida cura, positionum remedia excogitarint, vt partis aduersæ responsione, quæ loco confessionis est, ab onere probandi, aduersarius releuetur. *Vti in specie decidit Specul. in tit. de posit. §. secundo. n. 1. Br. in l. vbi tung. n. 17. ff. de interr. act. Br. in l. 2. §. quod obseruari. n. 30. C. de iuram. calum. Br. ad l. 1. §. 1. n. 1. ff. de vent. inspi. Lancel. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de posit. n. 1. & 2. Gail. obs. 79. n. 1. lib. 1. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 19. c. 21. n. 2.*

51 Dicimò: tum demum, iuramento suppletorio locus est, cum is, qui eiusce modi iuramentum sibi deferre petit, prius semiplenè, de ijs, quæ petierat, fidem fecerit. *Vti in individuo Isaiæ est decisio ad l. admonendi. lect. 1. n. 118. & lect. 2. nu. 248. vbi Br. Alber. Salyc. Fulgos. Alex. Petr. Cyn. Rayner. Bl.* id velle, itaq; communem seruare præticam, testis is, omni exceptione maior est. *ff. de iureiur. Minsyng. obs. 68. vers. primo cent. 1. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. casu. 190. n. 2.* *

Iam verò, ad se pertinere, medietatem 90. marcarum argenti, B. L. nusquam edocuit: iure itaq; eum quoq;, ad iuramentum hoc in supplementum, ludex admittere non potuit.

Nam etsi, in eum finem, Testes produxerit B. L. nemo tamen horum est, qui non multiplices, aut ratione personæ, aut ratione dicti sui, patiatur defectus.

Vt igitur, hoc iuramentum, B. L. deferretur?

Incogniti enim iuris non est: aliter ad iu- 52
ramenti suppletorij, delationem peruenien-
dum non esse: quàm si is testis, per quem semiplenè probatum est, omni exceptione maior fuerit. *Quemadmodum rursus in specie decidit Isa. ad d. l. admonendi. lect. 2. n. 166. vers. illam regulam, vbi rursus, hanc esse communem attestatur & ibi Cato Saccus. n. 70. qui hanc quoq; communem esse dicit, Lanfr. de Orian. n. 61. ff. de iureiur. Alex. conf. 32. n. 1. vol. 1. Cephal. conf. 225. n. 52.* *

Et sanè primus Testis, I. F. nihil planè deposuit, quod semiplenæ probationi, alsimilari posset.

Nam etsi attestetur, P. M. arculam ferream, in qua argentum inclusum erat, accepisse: quid attamen, quale, quantumue, id argenti fuerit, planè nescius est.

Non itaque vim, probationis semiplenæ, 53
Attestatio eius obtinebit. Non enim rectè probatur debitum, nisi de quantitate simul, fides fiat. Etenim quando quis in articulo vno, plura ponit, quorum vnum, qualificatiué (vt loquuntur) ad aliud accedit, opottet vtrunq; probari. *Vti in specie decidit Dominic. de S. Gemin. ad c. ab eo n. 1. de elect. lib. 6.*

Nec obstat: quod is, qui in fine libelli ad- 54
iecerat, non se astringens, ad probandum non necessaria: qualitates probare non teneatur. *Vti aliorum, quos refert, autoritate fretus, in specie decidit Mascard. in tr. de probat. concl. 1248. n. 56.*

Sicuti nec is quidem, qui libello hanc ad- 55
didit clausulam: super quibus omnibus & singulis, peto mihi ius, & iusticiam administrari: *Mascard. in d. concl. 1248. n. 9.*

Nam id verum est, in qualitatibus seu 56
quantitatibus, non necessarijs: non autem in ijs, quæ de substantia rei, de qua controuertitur, sunt: qualis in præsentia, est numerus, & summa quantitatis debitæ. *Dominic. de S. Gemin. ad d. c. ab eo n. 1. de elect. lib. 6. Zas. ad l. 1. in pr. n. 35. vers. verum tamen ff. de edend.*

Secun-

Secundus deindè Testis, ignarus planè fuit, rerum earum, de quibus interrogabatur.

57 Quî itaq; semiplenè probasset? A quo enim remouetur genus: ab eo quoq; remouetur quælibet species, sub genere contenta. *Ener. in top. in loc. à gener. ad spec. n. 1. Zoannett. ad l. 2. n. 95. C. de pact. int. emt. & vendit. Iacob. Nouell. in tr. ad defens. rubr. 3 n. 62. Coraf. miscell. lib. 3. c. 22. n. 4. Cald. in l. si curatorem. in v. huic contractum. nu. 23. vers. nec quicquam. C. de rest. in integr.*

Et eodem quoq; modo se habet, 4. 5. 6. Testis testimonium. Nam nescire se, ad singulos, de quibus interrogabantur articulos, respondernnt.

Septimus verò Testis, H. V. F. non solùm semiplenè pro B. L. non probauit: verumetiam aduersus eundem, directò testimonium tulit: nempè in arca, haudquaquam 90. Marcas fuisse & præterea, argentum illud, tantoperè fuisse deprauatum, vt ex eo, absq; nouo, argenti boni additamento, ne grosi quidem Marchici, cudi potuerint.

Quomodo itaq; ex huius testimonij, audiendus erit, B. L; iuramentum suppletorium, sibi deferri petens?

Vt taceam, ipsum etiam B. L. hoc animaduertentem, hunc Testem, cen affinitate P. M. iunctum, post deindè reijcere conatum.

58 Quamuis id frustrà præsumeret, propterea: quod iure, testis personam, quem ipse, vt testimonium diceret, produxeram, suspectam facere, non possim. *Vti in specie decidit Sim. de Prætr. cons. 20. n. 23. Ger. Mazoll. cons. 95. n. 33. vol. 1. Cephal. cons 558. n. 53.*

Et deniq; 8. quoq; Testis testimonium, probationem nullam facit.

Etenim vt ipse producens B. L; vel inuitus agnoscere cogitur, vagabundus, erro, & planus est. Quapropter testis integer non erit: sed ceu persona vilis, improbandus. *Vti in specie decidit Mascard. in tr. de probat. concl. 1395. n. 1. Tiber. Decian. cons 83. n. 14. vol. 3.*

Sed & inimicitia, & simultas, illi cum P. M. est, vt ad interrogatoria generalia, ipse respondit.

60 Integri itaq; testis personam non gerit, Nam etsi inimicitia, nisi capitalis fuerit, à testimonio ferendo, quem non repellat: á fide tamen eius nonnihil, leuiuscula etiam inimicitia, & odium, mente etiam repostum, detrahunt. Vnde ciusmodi testis depositio semiplenam probationem non facit. *Vti in specie decidit Felin. ad c. quoties. nu. 4. ext. de test. b. Cran. consil 6. n. 32.*

61 Sed & testis, qui duplici morbo, seu vitio laborat (vti in præsentia sunt, Testis leuitas, quæ ex eo, quod vagabundus est, promanat, & odium, quod aduersus partem, contra quam, in testem productus est, alit) omninò à testimonio ferendo, repellendus est. *Dec. cons. 133. n. 4. v. secundo quia. Cran. cons. 249. n. 11 & 12. Ceph. cons. 169. n. 16. cons. 204. n. 9. cons. 250. n. 33. & cons. 409. n. 42.*

At esto, personam huius Testis Octauj, integram esse fingamus: adhuc attamen semiplenè non probauit.

Nam etsi ad 1. artic. probatorial. respondet: meminisse se, quod ad ædes P. M. arcula ferrea, in qua argenti pustulati certa summa, fuerit: allata sit; latetur attamen simul, se nescire, vnde venerit, & à quo nam missa sit: ignorat itidem, quæ argenti huius fuerit quantitas.

Cum itaq; iuris sit haud incerti: quod 62 Testis, cuius dicta, necessariò non concludunt, repellendus sit *Vti in specie decidit Cephal. cons. 721. n. 32.*

Quemadmodum nec aliàs, probatio non 63 necessariò concludens, alicuius momenti est. *I. non hoc. C. vn. legit. l. neq; natales. C. de probat. Abb. in c. illud. n. 13. ext. de præsumt. Capiserr. in tr. de num. test. p. 1. c. 9. n. 10. Royz. decis. Lituan. tr. n. 16. Cephal. cons. 540. n. 111.*

Huius quoq; Testis, depositio, ad iuramentum suppletorium deferendum, satis nō erit.

Porrò, etsi quoq; B. L; vt copia ei iurandi in supplementum heret, id adduxerit: quod satis sit, quod ipsum debitum probarit: quantitatem autem debiti, per iuramentum probare, fas sibi foret.

Pro vt hoc, quod debiti quantitas, iura- 64 mento creditoris, rectè probetur, de ipso debito, facta iam legitimè fide in specie decidit *Seraph. de Seraphan. tr. de iuram. priuil. 36. n. 1. & in id Capoll. Marsc. Boër. Dec. & Curt. Iun. allegat.*

Attamen idipsum, ne hoc quidem pacto, consequitur. Pernegamus enim, ipsum etiam debitum, semiplene, vti facto opus erat, hîc esse probatum.

Quatenus enim 1. Testis I. F. ad 4. artic. probat. attestatus sit, P. M. arculam illam ferream, ad se allatam, pro suo habuisse: attamen ne hoc quoq;, quicquam probat.

Testis enim vnici, & singularis dicto, fi- 65 des nulla datur. *Felin. in c. licet causam. n. 6. vers. nota septimo. ext. de probat. Felin. in c. licet ex quadam. n. 2. ext. de testib. Mynsing. obs. 78. cent. 3. Coraf. misc. lib. 3. c. 7. n. 1. Ludouic. Facbs in suo consil. quod extat post quæst. Hartm. Pistor. 20 lib. 2. n. 8. Tib. Decian. cons. 93. n. 23. vol. 2.*

Et vox vnius, vox nullius est. *l. iurisiurandi.* 66 *ibi Pl. C. de testib. Sylvan. in tr. de fud. verugn q. 1. n. 13. Tiraq in tr. de iudic. in reb. exig. v. 1. f. secunda ratio. Reuber. in tr. de test. p. 3. n. 147. Ign in l. necessarios. non aliàs p. 1. n. 209. ff. de S. C. Syll.*

At fac, debitum eo modo, quo oportebat 67 semiplenè in præsentia probatum esse, propterea attamen nihilo magis Actor, quantitatem eius, per iuramentum, probare poterit.

Quod enim dicitur: quantitatem debiti per iusiurandum probari, tantummodò procedit,

cedit, in quantitate debiti, modici, paruiq; momenti. *Vti idipsum declarat Seraph. in tr. de iuram. priuil. 36. n. 2. & reliquos id velle affirmat.*

At hîc de parua seu modica quantitate res non est.

68 Sed & prædictum axioma, tunc locum non reperit: quando per iuramentum proprium, probare volenti obsistunt aliquæ, pro parte aduersa factæ probationes.

69 Alioqui enim id, consequeretur absurdi, quod plures specialitates coaceruarentur: & quod quis in causa propria testis cõstitueretur: & quod ei, plus fidei adhiberetur, quàm alijs testibus, pro aduersario deponentibus. Id quod fieri ius, quo vtimur, non patitur. *l. 1. C. de dot. prom. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. n. 36. verf. nec obſtat. Cotta in memor. in v. decreto Mediolanensi. Couarr. var. resolib. 3. c. 19. n. 1. Vincent. Carocc. in tr. de locat. tit. de sacrof. Eccles. n. 3.*

At hic adest, septimi Testis attestatio, qua perhibuit, valorem seu precium argenti, ad P. M. missi, tantum fuisse, quantum B. L. allegat, nullo modo potuisse.

Cui testimonio, tantò magis fides adhibenda, quandoquidem ei nullibi, in actis contradixerit Actor: sed tantum contra personam Testis huius, at frustrà exceperit.

70 Nec enim testis, quem ipse produxeram personam, etiamsi infamis, periurusq; esset, deindè reprobare possum. *Vti in specie prater antea in id adductos, decidit Steph. Aufrer. in tr. de testib. p. 1. n. 57. Mar. in tr. de testib. tit. de repulf. test.* * *n. 10. vbi banc esse communem opinionem attestatur Masc. in tr. de probat. concl. 1235. n. 3.*

Eò itaq; res redit, vt B. L. Testis huius attestationem, ratam habuisse, meritò dicamus.

71 Hac autem ratihabitione, deindè factum est, vt testis attestatio, etiamsi aliàs sufficiens non esset: rectè in producentis præiudicium, fidem faciat, & partis aduersæ intentionem funãet. *Vti in specie decidit Ias. ad rubr. col. 4. verf. sexto notabiliter limita. ff. de iureiur. Mar. in tr. de ord. iudic. 2. p. 6. p. p. act. 6. n. 16. & act. 13. n. 12. Roman. conf. 104. n. 6. vbi Horat. Mandos. in addit. sub lit. G.*

Non audietur itaq; B. L; debiti quantitatem, per iusiurandum in supplementum, probare volens.

Ceterum adduxit præterea, vt adhuc intentionem suam, vel semiplenè ad minimum probaret, rationes nonnullas, tum ab H. V. H; tum ab ipso P. M. cõscriptas, Actor noster B. L.

Verùm ne ipsæ quidem rationes momenti alicuius sunt.

Nam in illis, quas per H. V. H. confectas esse diximus, bis tantum B. L. Actoris, mentio fit, & quidem ita: das jhme wegen H. B. vnd auff H. B. begeren / granalien zugefandt worden.

Non itaq; quicquam hæ rationes probant, quin potius obsistunt, & refragantur ei etiam: & ostendunt, quò ad argentum illud pustulatum, ipsum Actorem B. L; Institorem fuisse Henrici B. idq; propter naturam dictionis: wegen. Cum dicete, aliquid nomine Titij, alicui missum esse, & missum esse procuratori Titii, paria sint. *Vti in specie decidit Alc. conf. 77. n. 11. lib. 8 per l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de legat. 3.* 73

Sed & rationes istæ præterea habent: solum H. B. argenti huius non signati, ad se missi, precium per A. P. persoluisse.

H. B. itaq; solum quoq;, Dominum argenti huius non signati factum, rectè dicimus: proindeq; is quoq; solus, vt P. M. id soluat, petere poterit. Cuius enim nomine 74 celebratur solutio, eius quoq; nomine celebratus censebitur contractus præcedens: quodq; consequens est, eius qui solutionem certi contractus ratione, solus facit: merces quoq; quas illo contractu compararat, solus fuisse, cognitu, dijudicatuq; facile est. Etenim solutio subsecuta, cuius nomine retrò actum fuerit, declarat. *Alc. conf. 107. n. 4. lib. 3. arg. l. Iubus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.*

Illud hîcce in rationibus scriptum esse, non abnuo, quod argenti huius duodecim fuerint quotæ (zwelff poſten) sed quid hoc ad rem? Nam cum simul scriptum non extet: quod hæ quotæ omnes, ad B. L: & vicissim per eum, ad P. M. missæ sint: meritò eiusce modi probatio, ceu non concludens reijcitur.

Non enim probat hoc esse, quod ab hoc 75 contingit abesse. *gl. in l. non hoc. C. vn. legit. gl. in c. ex parte el 3. verf. ſine ſpeciali cerca med. ext. de reſc. Fr. Alconit. ad rubr. n. 78. ff. de no. op. nunc. Masc. in tr. de probat. concl. 1146. n. 16. Nicol. Rucker int. conf. diuerſ. conſ. 27. n. 24. in fin. vol. 1. Ludolph. Schrad. int. conf. diuerſ. conſ. 34. n. 12. eod. vol. Simon de Proët. conſ. 183. n. 6.*

At fac, rationes H. V. H; id omninò velle, ad quod allegarat eos, B. L. Actor: hinc attamen nihilòminus exorietur semiplena probatio. Etenim iuris incerti non est: quod li- 76 ber rationum, cuiuspiam mercatoris, quantumuis integer vitæ, fœlerisq; purus fuisset, pro tertio, contra tertium, nullam planè fidem faciat. Quemadmodum hac de re, in individuo extat decisio *Felin. in c. 2. n. 32. ext. de fid. inſtrum. Masc. in tr. de probat. concl. 977. n. 1.*

Quinimò, ne in archiuo quidem, scriptura 77 reperta, quamuis publica sit, vsq; adeò etiam, vt sub statuto, de publico instrumento loquente, comprehendatur: *Vti in specie decidit Masc. in tr. de probat. q. 7. n. 128. vol. 1. per trad. Felin. ad rubr. in fin. ext. de fid. inſtrum.*

Pro tertio, contra tertium, quicquam pro- 78 bat. Vti autoritate Socini Iunioris fretus, rursus *in specie decidit Mascard. in d. tr. de probat. concluſ. 1237. n. 10.*

Inſuma-

Enimuerò hic, rationes hæ, non inter B. L. & H.V.H; inter quos confectæ erant, producuntur: sed inter B.L; & P.M; atq; sic tertium.

Postremò ipse P. M. rationes superfunt. Sed nec ex his quoq;, semiplenè quicquam
79 probari potest. Nam etsi verum sit, quod liber rationum, contra scribentem probet. *Vti tam alij, tum Mascard. in d. tr. de probat. conclus. 976. n. 1. tradunt atq; decidunt.*

Oportet attamen, non minùs illud quoq; considerare, quod in totis istis rationibus, nusquam inueniantur annotatæ, duodecim quotæ argenti huius non signati, quas P. M; à B. L. Actore acceperit: sicuti nec vllius quoque quotæ, quæ 90. marcarum, & duarum vnciarum pondo fuerit, aut quæ, octauo Kalendas Octobris, anni 1538. missa esset, inibi mentio fit.

Quamobrem rectè concluditur, nec his etiam rationibus, semiplenè, de contentis in libello, fidem fieri. Etenim, hæc omnia præsupposita sunt in libello. Vndè reliquum illud tantum remanet: quod secta nostrorum
80 temporum, separata per separata, & diuersa, per diuersa, probari non patiatur. *per l. vlt. ff. de calumn. it. fac. trad. Coanett. in l. vt vim. p. 1. n. 48. ibi Romul. 103. ff. de iust. & iur. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. eff. 5. n. 55.*

Accedat ad hæc, quod ipse Actor B. L. rationes hasce euertere, in Actis conatus sit.

Ponamus itaque rursus, hæc omnia, quæ Actor vult, inibi syllabatim comprehendi: attamen hinc nihilòmagis, semiplenam probationem astruere, licitum erit.

81 Non enim liber rationum, probat contra scribentem, si illi libro pars, quæ produxerat, contradicit. *Vti in specie decidunt Ias. in l. Admonendi. lect. 2. n. 111. vers. tertio limita. ibi Franc. Curt. n. 126. ff. de iureiur. Felin. in c. 2. n. 31. vers. fallit. vltimò ext. de probat. Mascard. d. concl. 976. n. 23.*

82 Non enim ex eo fructum quis consequi debet, quod euertere, expugnareq; conatus fuerat. *c. ex eo de reg. iur. lib. 6. Coanett. in l. vt vim. p. 1. n. 9. ff. de iust. & iur.*

83 Nec è diuerso, impugnare quis id debet, vnde fructum capit. *c. 1. dist. 19. gl. in d. c. ex eo de reg. iur. lib. 6.*

Cogitandum deinceps illud quoq; est: si hæ rationes, probare pro B.L. Actore debent: probationem quoq; easdem, contra eundem
84 facturas. Pro vt hoc, quod liber rationum, qui plures perceptorum, expensarumq; articulos continet, sicubi contra scribentem eum, fidem fecerit: pro eodem quoq; probaturus sit, in specie scriptum reliquere. *Ias. ad l. Admonendi. lect. 1. n. 81. vers. sexto limita quando liber. ff. de iureiur. vbi Br. Bl. Imol. Aug. Salyc. Castr. & Panorm. huius sententiæ fectatores fuisse, testis est Mathesil. in sing. 79. Carol. Molin. ad consuet. Paris. §. 5. n.*
* *19. vbi hanc esse communem opinionem attestatur.*

Nam cum hoc ita sit, facilè quid sentiendum sit, hic apparebit. Non enim P. M; quæ acceperat ab H.B; & B. L; solùm, in rationes retulerat: verumetiam ea, quæ rursus dissoluerat: His verò deductis, residui nihil remanet.

Et denique, etiamsi hæc impedimenta cessarent omnia: non possent attamen adhuc rationes hæ semiplenè probare.

Nam, quod traditum est: librum rationum contra scribentem probare: vti suprà confirmauimus, ira demum verum est: si Codex, seu liber rationum, more solito, consuetoq; mercatorum, conscriptus, confectusq; fuerit. Quapropter aduersarijs perfunctorijs scripturis, schedis, cartisq; excerptis, nulla plane fides adhibenda est. Vti in specie decidit *Bl. ad rubr. n. 61. C. de fid. instrum. Bl. ad rubr. n. 18. C. de const. pecun. Fr. Curt. ad Admonendi. n. 126. ff. de iureiur. Straccha in tr. de mercat. p. 2. n. 59. Iob. de Vicomerc. ad rub. n. 24. C. de edend.* 85

Atenim hic Actor, non integrum rationum librum, produxerat: sed aliquot tantum rationum pagellas.

Vndecimò: controuersi iuris non est, 86
tum demùm iusiurandum suppletorium, alicui deferri posse, si is vitæ inculpatæ, moribusq; probus fuerit: quodq; è diuerso nulli, qui ob vitæ probra, à testimonio dicendo repelli posset, per Iudicem, hoc sacramentum, deferendum sit. *Ita in specie decidit Bl. in l. qui accusare. n. 2. C. de edend. Abb. in c. vlt. § fine. n. 6. vers. conditio personæ. ext. de iureiur. Ludouic. Roman. ad l. admonendi. n. 63. & n. 98. & ibi Iacob. Pet. de Ptolom. n. 4. Caccialup. n. 14. ff. de iureiur. Myns. obs. 68. cent. 1. Menoch. in tr. de arb. Iudic. quæst. casu. 190. n. 12.*

Iam verò ex Actis apparet, quod P.M. Reus, Actorem P. M. homicidij insimularat: quod item hoc criminis nusquam repulerit à se Actor: quinimò ne ad animum quidem vnquam, tantam sibi iniuriam illatam esse, renocarat.

Non itaq; B. L. Actor, integri testis per- 87
sonam gerit (Nec enim homicida, in testem admitti debet. *c. ex parte. ext. de testib. Bl. in d. authent. si dicatur. n. 13. & ibi Salyc. n. 9. C. de testib. Paul. de Castr. ad l. quoniam liberi. n. 2. C. eod. tit. Iodic. Damhoud. in tr. de testib. n. 19. Hipp. de Marsi. ad l. 1. n. 57. ff. ad l. Corn. de Sicar. Nell. de S. Gemin. in tr. de testib. n. 17. Simon de Preet. cons. 178. n. 23.*) & consequenter, nec, vt suppleatur, id quod legitimæ probationi deest, iurabit.

Dvodecimò: in causis magnis, iureiu- 88
rando suppletorio, eiusq; delationi locus non est. *Brun. l. admonendi. n. 52. ibi Ias. lect. 2. n. 221. Cato Sacc. n. 91. Iac. Petr. de Ptolom. n. 29. Caccialup. n. 147. Curt. n. 321. Lanfr. de Orsan. n. 88. ff. de iureiur. Lancilot. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de iuram. n. 5. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 48. n. 11. Myns. d. obs. 68. cent. 1. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 33. num. 5.*

Enimuerò

Enimuerò hìc in cauſis magnis, & arduis
89 verſamur. An enim cauſa magna, nec ne ſit, ex litigantium qualitate, ſtatu, atq; conditione, dijudicandum eſt. *Br. in d. l. admonendi. n. 54. ubi l. ſi lect. 2. n. 222. Iac. Pet. de Ptolom. n. 29. Curt. n. 322 Larſe. de Oſtan. n. 88. Coraſ. p. 1. n. 85. ff. de iureur. L. uſucl. Coer. in tr. de off. prator. Rub. de iuram. d. n. 5. m pr. Mynſing. d. obſ. 68. n. 4. cent. 1. Vallaſe. in l. in pupertum. n. 26. & ſeqq ff. de iurisd. om. iud. Canale. in tr. de iut. & curat. n. 213. Garſ. in tr. de expenſ. c. 11. n. 16. & 17. Royz. deciſ. Lituan. 4. n. 22. & ſeqq. Blanc in tr. de comprouu. q. 9. n. 43. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæſt. caſu 72. n. 10. & caſu. 190. n. 18. alex. conſ. 39. n. 10. vol. 5.*

Atenim Noſtratem Actorem, heredesq; eiuſdem, pauperrimos eſſe: proindeq; vnicè eorum referre, vt victoriam huius litis reportent. vel ex propria ipſorum confeſſione, quæ in actis legitur, conſtat.

90 Decimotertiò: Iudex, à quo pars non petierat, vt ſibi iuramentum ſuppletorium, quod vocant, deferret: iuſiurandum ſuppletorium deferens, nihil agit. Etenim aſsidua partis eſſi agitatione, & rogatione, hac in re, opus eſt. *Iaſan l. admonendi. lect. 2. n. 363. vbi hanc eſſe communem, & veram opinionem teſtis eſt. ibi Cacialup. n. 240. qui confeſſem ſeſe ſæpius præbet. Curt. n. 10. hanc receptam eſſe dicens. ff. de iureur. Capyc. deciſ. 35. n. 1. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 50. n. 8. Seraph. in tr. de iuram. preuil. 33. n. 8. Robert. Mar. in tr. de ord. iudic. in 2. p. 6. p. p. act. 9. n. 10. Mynſ. obſ. 68. n. 6. cent. 1.*

Nullam itaq; meritò eam ſententiam, quæ hìc ferebatur, dicemus. Etenim ipſe Actor, in Actis faſſus eſt, ſibi, neutiquam id petenti, iuſiurandum in ſuppletionem delatum eſſe.

Et quamuis velit, id Iudici, vtpotè qui ſciuerit, Actorem, rei veritatem exploratam habuiſſe, arbitrariuni fuiſſe, etiamſi idipſum, nunquam ab eo quiſquam, poſtulaſſet: Falli.ur ramen, & aberrat, hocaſſerens, toto cœlo. Stat enim in contrarium, communis Interpretum ſchola, vti iam fides facta eſt, & eam ſequi, tam conſulendo, quàm iudicando,
91 omninò addecet. Vti innumeris Doctorum Autoritatibus, in id congeſtis, ex nouiſſimis docet *Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 1. num. 16.*

Cogirandum præterea eſt, ipſum B. L. Actorem, priuſquam iuraret, mortem obiiſſe: heredes verò eius, nunquam non ſolùm periiſſe, vt ad iurandum in ſupplementum admitterentur: verumetiam à ſententia, quæ Autorem illorum B. L; iurare debere præcipiebat, expreſsim prouocaſſe. Quæ omnia ex Actis conſpicua fiunt.

Qui itaq; ſine manifeſtiſsima nullitate, hiſce Actoris heredibus, iuramentum de-
92 ferri potuit? Vt enim rationi, congrueret, Iudicem in inuitum (in quorum numerum, iuriſiurandi ſuppletorij delatio, referri quoque debet) conferre beneficia? *l. inuito. ff. de reg. iur. Ludouic. Bologn. ad rubr. n. 65. ff. ſi cert. pet. Cotta in memor. in v. beneficium. Alber. Gentil. in tr. de legat. lib. 2. §. 12. ad fin. Ccph. conſ. 18. n. 3.*

Decimoquarto: iuris exploratí eſt, 93 illi, qui rei, negocij, factiq; veritatem non nouerat, cognitam, exploratamq; non habebat: nunquam iuramentum ſuppletorium, deferendum eſſe. *Br. ad l. admonendi. n. 57. ad fin. ubi Iaſ. lect. 2. n. 259. verſ. ſecundus caſus. Iac. Pet. de Ptolom. n. 24. Curt. n. 4. ff. de iureur. Bl. in l. in bona fide. n. 34. C. de reb. cred. Mynſ. d. obſ. 68. n. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuileg. 33. n. 5. Robert. Marant. in tr. de ard. iudic. in 2. p. 6. p. p. act. 9. n. 10. Menoch. in tr. de arb. iud. quæſt. caſ. 190. n. 5.*

Vndè heredi, cum ius, quod defunctus fo- 94
uebat, iuris præſumtione ignoret, hoc iuſiurandum ſuppletorium, deferendum non eſt. *Ita tu ſpecie decidit Bl. ad c. 1. in pr. n. 2. ſi de muiſt. int. dom. & Vaſall. lu ortat. Iaſ. ad d. l. admonendi lect. 1. n. 119. & lect. 2. n. 259. verſ. ſecundus caſus. Curt. n. 4. ff. de iureur. Iaſ. ad l. ſi quando. n. 23. C. vnd. vi. Rob. Mar. d. p. 2. 6. p. p. act. 9. n. 5. Mynſ. d. obſ. 68. n. 2. Menoch. d. caſu. 190. n. 7. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 29. n. 3 verſ. & laminantur, vbi hanc eſſe communem opinionem affirmat. Tiraq. de vt. re. p. 1. §. 2. gl. 2. n. 9. Tiraq. in tr. de præſcr. §. 2. gl. vnic. verſ. id tamen, quod dixi mus. Horat. Mandoſ. in addit. ad Roman. conſ. 290. in addit. ſub litera D. Alex. de Imol. conſ. 71. n. 13. lib. 3. Crau. conſ. 279. n. 7. verſ. poſtremò dico.* *

Quo iure vtimur, eo etiam caſu, cum iuſ- 95
iurandum ſuppletorium, defuncto delatum eſt, ſed nondum, ab eo præſtitum. Namtunc quoq; nihilòminus heredi deferri poterit. *Vt in ſpecie decidunt Bl. in l. in bona fide. n. 35. C. de reb. credit. Alex. de Imol. ad l. penult. §. vlt. n. 7. ibi Iaſ. n. 5. & 7. verſ. intellige tamen. ff. ne quis cum, qui in ius voc. eſt, vi eximi.*

Iam verò Noſtrates heredes, rei veritatem ſcire nequeunt. Quinquageſimus enim tertius iam agitur annus, ex quo nonaginta hæ argenti marcæ, Reo P. M; miſſæ eſſe dicuntur.

Oportebat itaq; heredes hoſce, ad minimum, ſeptuageſimum ferè ætatis annum attigiſſe. Cum impuberis ætatis homines, 96
quæ videnr, ignorent. *l. vnic. C. de f. uſ. monet. Romul. in l. vt vim. n. 181. ff. de inſt. & inſtr. Aſcan. in tr. de pat. pot. ff. 17. n. 7. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 9. n. 36. Capiferr. in tr. de num. teſt. p. 2. c. 4. n. 75. Cald. ad l. ſi curatorem in v. cum non abſimilu. n. 29. verſ. ſed quontam. C. de reſt. in integr.*

Id quod falſum eſſe, vel ipſe aſpectus indicat.

Neq; verò heredibus, aut etiam Iudicibus prioribus, opitulabitur id: quod alibi traditũ eſt: axioma, quod habet, heredi iuramentum 97
ſuppletorium deferendum non eſſe, ceſſare: ſi is heres, conſanguineus defuncto fuerit. *Vt in ſpecie decidit Roman. conſ. 290. n. 5 in fin.*

Ea ra-

98 Ea ratione motus, quod consanguineus, facta consanguinei sui scire præsumatur. *l. octaui. ff. vnd. cogn. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 34. n. 6. & c. 38. n. 4. Stracch. in tr. de decoctor. p. 5. n. 7. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 16. n. 39. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 5. nu. 18. priuil. 33. num. 218.*

99 Nam ad id responsio in promtu est: hanc nempè Romani sententiam communiter explosam damnatamq; esse. Vt patet ex numero eorum, quos in confirmatione theorematis huius, adduximus. Omnes enim, hoc axioma indistinctim sectantur, nec an heres, consanguineus, nec ne, fuerit, discrimen constituunt.

Quapropter Romani opinio, in consulendo, iudicandoq; attendi nequit.

Sed & hoc ex Romani sententia, consequitur absurdi, quod hodie nunquam designatæ regulæ: heredi iusiurandum suppletorium,
100 deferendum non esse: locus foret. Quotus enim quisq; est, qui non heredem consanguineum habeat?

101 Quare fieret, vt communis Doctorum sententia, non rebus, sed verbis, duntaxat, imposita esset. *Contra l. 2. C. com. de legat. & trad. Pract. Pap. in for. lib. in act. real. in v. fuminarie. n. 15. Aldobr. in § penult. n. 7. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Montic. ad l. vlt. n. 54. C. de iur. delib. Mozz. in tr. de contr. Rubr. de stipul. n. 11. Vasq. ill. contr. c. 30. n. 4.*

102 Vndè Romani sententiæ inherendum non est. Cum semper & vbiq; præstandum sit, ne quicquam ex sententia nostra, absurdi promanet. *Euer. in top. in loc. ab absurd. n. 1. Capyc. decis. 168. n. 6. Cacher. decis. 107. n. 3.*

At fac, Romani opinionem veram, nec non concordi consensu, receptam esse, nihilò tamen magis nobis officiet.

103 Etenim secundum legem, quam allegat Roman. eius sententia, intelligenda erit. *Ex*
* *communi Doctorum traditione. Br. in l. non solum. § si libertationis. n. 7 ff. de liber. legat. Caball. in tr. de euict. § 4. n. 28. Dilect. in tr. de art. test. tit. 5. caut. 27. n. 1. Ign. in l. necessarios. § non aliàs. p. 4. n. 118. ff. de S. C. Syllan. Tiraq. in tr. le mort. p. 1. declar. 4. n. 6. Tiraq. in l. boues. § hoc sermone. limit. 8. nu. 4. ff. de verb. signif. Mynsi. obs. 6 1. n. 6. cent. 6.*

105 Iam verò is textus, quem Romanus allegat, nempè. *l. octaui. ff. vnd. cogn.* ab Interpretibus astringitur: vt tantum locum habeat, in factis consanguinei successiuis, non autem momentaneis. *Vti in specie decidit Cacher. decis. 71. n. 43. Alex. cons. 71. n. 8. vol. 1. arg. d. l. octaui ponderando verba: defuncti valetudinem ignorasse. ff. vnd. cogn.*

Locum itaque in præsentia, sibi non vindicabit. Non enim milsio hæc, 90. argenti marcarum, tractum successiuum, vt loquuntur Interpretes, requirit.

106 Sed & secundo: is ipse textus. *l. octaui. ff. vnd. cogn.* astringitur, vt non procedat, præterquam in his, quæ pertinent, vel ad gradus consanguinitatis, & cognationis: vel ad communem naturæ cursum, vt puta, sano, an ægro corpore, consanguineus fuerit. *Vti in specie decidit Bl. ad l. quoniam. nu. 1. per ill. text. C. de iur. delib. Alex. d. cons. 71. n. 6. vol. 1. arg. d. l. octaui. ff. vnd. cogn.*

Alienus itaq; planè, à nostro negocio, is ipse textus est.

At fac, expertem hunc textum esse astrictionis omnis: non attamen hinc quid maius, iuris præsumtione orietur.

At hæc præsumtio, in præsentia meritò cessabit, propterea quod per ipsam facti euidentiam, iam commonstratum sit, ipsos B. L. Actoris heredes, veritatem negocij, scire non potuisse.

Et quia, nullibi aduersus iuris præsumtio- 107
nem tantum, reiecta censeatur probatio, nisi vbi se id velle, lex expresserit. *gl. vlt. in c. sæpe ternitatem dist. 54. Abb. in c. ii qui fidem. n. 6. ext. de sponsal. Alex. de Imol. in 1. inter stipulantem. § si Stychum. n. 3. ff. de verb. obligat. Menoch. in tr. de præsumt. q. 6 0. n. 2. lib. 1. vbi Roman. Guidelm. Mayner. & alios in id adducit.*

Et quia facti euidentia princeps, & vt Bl. 108
loquitur, superlatiua omnium probationum est. *Azo in summ. C. ad l. Aquil. Iason. l. de peruric. n. 3. ff. de in lit. iur. Lancel. in tr. de offi. prætor. Rubr. de probat. n. 6. Cap. caut. 104. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 1. n. 37. cum seqq. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 49. n. 24. Caball. in tr. de euict. §. 3. n. 85. Gail. obs. 26. n. 9. lib. 1. Mynsi. obs. 17. cent. 3. Cald. in l. si curatorem in v. minoribus. n. 18. C. de rest. in int.*

Cum itaq; destructum iam sit, in quo Romani opinio innititur fundamentum: destruetur quoq; vnà eius decisio. Nam fun- 109
damento destructo, quicquid superius ædificatum est corruet. *Tomius. decis. 20. n. 46 decis. 24. n. 14. Rimin. ad l. postumo. n. 538. C. de bon. poss. cont. tab. Hartm. Pist. q. 2. n. 21. in fin. lib. 2. q. 3. n. 45. eod. lib. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 74. n. 27.*

Postremò, ne per emendicata eamus suf- 110
fragia, quod textui. *l. octaui ff. vnd. cogn.* & quod inde extruitur axiomati: consanguineum nimirum, consanguinei facta, scire, præsumtionem esse: in successionibus locus non sit: quodq; consanguineus heres, acta, gestaque, per autorem suum, scire non præsumatur: *in specie decidunt Sfort. Od. m tr. de rest. in int. q. 8. n. 65. Natta cons. 162. n. 41. in fin.*

Vt itaq; huc pertineret, Romani decisio?

Decimoquintò: constituti iuris est, & à 111
DD. communiter traditum: quod etiamsi, par *
vtrinq; militarit probationis dignitas, nihilo minus reo, iusiurandum suppletorium deferendum sit, si eius persona fuerit legalior. *Vti in specie decidit Iacob. Petr. de Ptolom. ad d. l. admonendi. n. 24. v. tertio. vbi Cato Sacc. n. 123. Caccialup. n. 257. Curt. n. 369. ff. de iureur. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæst. casu. 190. n. 20.*

Sententiam itaq; hic, dixerunt Iudices, quæ rursus nulla est. Prætulerunt enim B. L. Actorem, eiusq; heredes: Reo P. M; eiusq; heredibus, quamuis par ad minimum, vtrinque esset probatio. Vtpote cum per vnum testem, H. V. F; quem ipse produxerat Actor, fidem fecerint, tantam non fuisse argenti quantitatem quantã actor, in libello petierat.

112 Nam multi etiam ex Nostratibus reperiuntur, qui velint, eo etiam casu, cum actor, de ijs quæ proposuerat, semiplenè Iudicem edocuisset: reus verò de exceptione sua, nullam planè fidem fecisset, reo nihilominus, hoc iuramentum deferendum esse. *Vti ex Iasone ad d. l. admonendi lect. 2. n. 261. plenissimè addiscere poteris.*

Nec obstat, etiamsi B. L. Actoris heredes contra hunc testem exceperint: cum ceu affinem P. M; omni exceptione maiorem testem, æstimari non posse.

113 Nam in promtu est responsio: quod testis, etiamsi omni exceptione maior non fuerit: semiplenè attamen contra producentem probet: quodq; producens, sibi acceptum ferre debeat, qui eiusmodi testem, quem suspicione non carere sciuerat, in iudicio produxerit. *Vti decidunt Simon. de Proët. conf. 6. n. 33. conf. 8. n. 31. conf. 15. n. 45. conf. 23. n. 23. conf. 52. n. 3. conf. 63. n. 6. conf. 79. n. 2. Gerard. Maxell. conf. 4. n. 6. vol. 1. quibus in locis alios, idem volentes offendes.*

Sed & diuitijs, Rei heredes, præ Actoris heredibus, abundare fecit, diuina benignitas. Quare rursus Actoris heredibus, vt qui, præ egestate nimia, in contemtu omnium viuunt, in præstando suppletorium iuramentum, omninò præferendi erant.

Nam vt ius scriptum habet: in delatione iuramenti suppletorij, rei personam, si is dies, actor verò pauperior sit, iudex legaliorem semper censere: illumq; insuper habito actore, ad præstandum id genus sacramenti condemnare debet. *Vti in specie decidunt Iac. Pet. de Prolom. ad d. l. admonendi. n. 122. vers. item si alter sit dives. ibi Caccialup. n. 258. Ludouic. Roman. n. 102. ff. de iureiur.*

115 DECIMOSEXTÒ & vltimò, gesta contra formam, per se & ipso iure nulla sunt. *Chassan. in consuet. Burgund. Rub. 9. §. 9. in consilio ibi posito. n. 28. Borcholt in tr. de pact. c. 5. n. 62. Hortulanoell. Det. ad rubr. n. 13. ibi Ruin. nu. 5. ff. de no. op. nunc. Guilelm. à Perno conf. 12. n. 17. Sigism. de Neap. conf. 30. n. 3. Mandell. conf. 70. n. 1. Ludolph. Schrad. int. conf. diuers. conf. incip. Domini nostri. n. 25. vol. 2.*

Meritò itaq;, hanc quoq; sententiam, de qua hic res est, ceu contra formam iuramenti suppletorij latam, nullam esse, criminabimur.

Etenim sub hac verborum formula, concepta fuerat: obtinere debere B. L. Actoris heredes: si iurauerint, se credere, quod ad P. M. 90. marcæ argenti, & 9. panni Lugdunenses, ab Autore suo missa sint.

Commisceant itaq; Iudices, iuramentum credulitatis: & iuramentum suppletorium. Cum attamen, alia longè huic, quàm illi iuramento, forma sit: inq; iuramento suppletorio, non de fuo credere, sed de certa scientia sua, iurare teneatur, qui id genus iuramenti præstat.

Hinc namq; sanciunt iura, illi hoc deferendum non esse iusiurandum, qui de negocij, reiq; veritate, plenè edoctus non est. Vti superius comprobauimus.

Quem tamen credere, vel non credere, 116
rem ita sese habere, vel non habere omninò posse, indubitatum est.

Hinc rursus volunt, illum ad suppletorij 117
iuramenti præstationem, non admittendum, qui per famam tantum, rei veritatem, cognitam, exploratamq; habet. *Vti in specie decidit Bl. d. l. in bonæ fidei. n. 35. C. de reb. credit. Curt. ad d. l. admonendi. n. 279. ibi Lanff. de Orian. n. 90. ff. de iure.*

Quis autem inficiabitur, etiam hunc, credere firmiter posse, rem ita sese habere vel non habere?

Huic deniq; traditum, decisumq; est: hoc 118
iuramentum illi, à Iudice non deferendum, qui non scit rei veritatem, per scientiam veram, sensumq; proprium, posito, quod sciret rei veritatem, per credulitatem firmam. *Vti in specie decidit Br. in d. l. admonendi. nu. 57. ibi Caccialup. n. 251. vers. tertio habes. ff. de iureiur.*

Etenim si testi, qui de credulitate sua, in 119
aliena causa deponit, nulla planè fides adhibenda est. *Testium. ibi Br. n. 10. C. de testib. Speculat. in tit. de teste. §. 1. n. 58. Felin. in c. quoties. n. 7. ext. de testib. Practi. Pap. in form. oppon. cont. test. in v. fed de credulitate. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. dicta test. n. 40. Cacher. decis. 122. n. 1. Iust. Reub. in tr. de testib. p. 3. ex n. 130. Seraph. in tr. de iuram. priu. 30. n. 10. Dec. conf. 647. n. 6.*

Consequitur, hinc, qui iuramentum sup- 120
pletorium præstat, & per eiusmodi præstationem, testis in causa propria constitutur: *Vti in specie decidit Br. d. l. admonendi. n. 57. ibi Caccialup. n. 252. Curt. n. 369. & DD. ff. de iureiur. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 120. n. 5. Crau. conf. 279. n. 7. vers. postremo dico.*

Multo minus credendum, si de credulita- 121
te solummodò sua, iurauerit.

Si item è diuerso, testis in aliena causa de- 122
ponentis attestationes, super certo & super esse, vel non esse fieri debent: vti ex Iasone & Decio, quos refert, tradit *Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. rubr. dict. test. n. 40.*

Consequitur, multò magis eum, qui in 123
causa propria, iurando iuramentum suppletorium, deponit, super certo: & super esse, vel non esse deponere debere.

Alioquî enim eueniret, quod testis simul, 124
in causa propria quis fieret, & quod ei, etiamsi de credulitate sua, solummodò attestaretur: plena attamen fides accommodaretur. Qua

tur. Qua ratione plures, vt loquuntur, specialitates, accumularentur. Id quod fieri, rationis non est. l. 1. C. de dot. promiss. cum similib. superius in id adductis.

RESOLVTIO
CONTRARIORVM.

NEq; verò his, si pœnitius considerarentur, reuera occurrunt ea, quæ ceu contraria antehac ex ipsis Aduersariorum allegationibus adducebamus.

Inter quæ? PRIMVM illud erat: quod cum hactenus, in omnibus instantijs, & fermè per 49. annos continuos, victoriam litis reportarit B. L. Actor: fieri iam non posse, vt succumbat: cum si ficta, simulataq; quæ Actor asseuerat, fuissent: tam diu consistere non potuissent: cum item verisimile non sit, veritatem à tot iurisprudentibus quæsitam, repertam non fuisse, &c.

Porrò ad illud respondetur: satius fuisse, si idipsum Actoris heredes reticuissent. Cum non nisi facto, culpaq; ipsorum propria euenerit, vt ferè immortalis lis hæc fieret. Ne aliàs, de turpitudine propria, gratulationem sibi habuisse, videantur.

125 Memores item esse debuissent: exitum acta probare: non pugnam, sed finem pugnæ coronare. l. rem non nouam. §. patroni autem, ponderando verba: causæ etenim terminus. *C. de iudic. Euer. in top. in loc. à virt. fin. n. 2. Neuiz. an. in sylual. nupt. lib. 1. n. 27. Medic. in tr. de ll. in præfat. n. 17. Aldobrand. in §. vlt. n. 4. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Curt. in tr. feud. 4. p. p. n. 16. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 5 2. n. 9. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3 n. 37. Hipp. de Marsi. cons. 52. n. 14.*

Et ideò, præter remedia appellationum, nullitatum quoq; beneficium, constitutum esse, vt veritas tandem, quæ in appellationum instantia, Iudicum imprudentia, vel aduocatorum desidia, aut inscitia, & è diuerso malitia, aut quo alio modo, obruebatur: eruatur.

126 Ad illud deindè, quod attinet: nullum fictitium esse diuturnum: non pertinet idipsum huc. Tiraquellus enim, & reliqui, quos pro stabiliendo hoc theoremate adducebamus, de fucatis, & speciem pietatis habentibus, hominum moribus, loquuntur: hosque tam gnauiter, tegi non posse, quin tandem, & breuiori spatiusculè temporis spacio, palàm omnibus fiant, vulgoq; innotescant, volunt.

At, quid hoc, ad præsens negocium? Rectè itaq; contrarium statuemus, concludendo: 127 vetustatem erroris, errori non parere patrocinium. *arg. c. si consuetudinem & c. consuetudo. 8. dist. c. cum venerabilis. ext. de consuetud.*

128 Sed veritati semper locum superesse. *Vti in specie decidit Tiber. Decian. cons. 93. nu. 48. vol. 2. Cephal. cons. 261. nu. 18. cons. 369. nu. 129. cons. 475. n. 69. & cons. 546 n. 66. Roxz. dec. lit. 2. n. 65. text. in l. vlt. ff. de probat. Cum veritas tempore sui filia. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 18. Coler. in tr. de proces. execut. p. 1. c. 3. n. 43.*

SECVNDA, deinde obiectio, quæ habet: sententiam contra defunctum latam, per se, & ipso iure, nullam esse: ad resoluendum ta- 130
cilis est: non enim omnis sententia, in qua defuncti mentio fit, aduersus defunctum lata, confestim dici meretur: sed ea demum contra mortuum, dicta esse dicitur, qua mortuus, ad dandum quid, vel faciendum condemnatur. *Vti ex l. in summa. §. vlt. ponderatio verbum: condemnatus. ff. de re iudic. & l. 2. ff. qua sent. sin. appellet. videre est.*

Illa itaque sententia, qua hîc P. M. heredes, à H. B. mortui, petitionibus, quantum ad obseruationem iudicij, absoluebantur, contra defunctum lata, dici non meretur.

Et si adhuc, vllo modo, contra defunctum lata, dici posset: non tamen idipsum quicquam ad B. L. & eius heredes, attineret: sed id tactum non esse, solùm vel H. B. heredem, vel eius cessionarij Doctoris I. S. interfuisset: illiq; soli exceptione hac, vti potuissent. B. L. verò, eiusq; heredes, hanc exceptionem allegantes: meritò tua non interest exceptione: repelluntur, atq; retunduntur.

Quæ est exceptio, litis ingressum impe- 131
diens. *Br. in l. si pupilli. §. videamus. nu. 7. ff. de negoc. gest. Iaf. in l. nam & postea in pr. nu. 15. ff. de iureiur. Turz. Com. opin. 15. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingress. c. 4. n. 1. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 13. c. 5. nu. 24. Nicol. Bellon. cons. 25. nu. 1. Dec. cons. 302. n. 4.*

Sed & illa interlocutoria, quæ inter hasce partes, anno 1557. circa Kalendas Nouemb. ferebatur, non minus, contra P. M. defunctum iam, dictabatur: si itaque hæc exceptio, quicquam B. L. heredibus prodesset: proderit quoque eodem modo, Rei P. M. heredibus.

Eò, quod quisq;, eo ipso iure vti debeat, 132
quod in alium statuerat. *Vtin rubr. & ingr. ff. quod quisq; iur. c. cum omnes. ext. de constit. Br. in l. frater à fratre. n. 3. per ill. text. ff. de coud. indeb. Tomm. decis. 26. per tot. Cora. miscell. lib. 2. c. 25. n. 2. & lib. 4. c. 4. per tot. Alber. Gentil. in tr. de legat. c. 2 obs. 4. cent. 3. Et vti consequentia, nullus ex processibus, qui illam anni 57. sententiam sequebatur.*

Et per id quoque pariter destruitur, tota illa, de viuacitate exceptionis nullitatis allegatio.

Frustrà enim est, de viuacitate exceptionis, 133
in disputationem venire: cum nusquam ipsa nullitas appareat. Non entis verò, nullæ qualitates sint. *l. eius qui in prouincia. vers. quoniam. ff. si cert. pet. at. Henric. Boer. ad l. contractus. c. 5. n. 3. ff. de reg. iur. Gare. in tr. de vlt. fin. iur. n. 52. Caracc. in tr. de locat. tit. de simulat. locat. n. 6.*

134 Et cum damus priuationem subiecti: damus quoq; priuationem qualitatis. *Vt dicit Gomez. var. resol. lib. 1. c. 9. n. 45 ad med. el c. 10. n. 43.*

At fac, recte constare Aduersariorum allegationibus, suam firmitatem: nihilòtamen magis officiet id quicquam P.M. Rei heredibus. Quandoquidem allegatio hæc, fortiùs longè propugnet, Reorum partes.

Nam in illa, quam anteà indicabamus, anni 57. sententia, mortuo imponebatur, vt ad positiones, sub pœna confessi responderet. Id quod proprie est, sententiam contra mortuum ferre. Sed & hæc ipsa sententia, inter ipsos collitigantes lata est: prior verò illa, de qua Actoris heredes, excipiunt, ad tertium B. H. pertinebat, & nihil cum B. L. commune habebat.

135 Concludamus itaq; quod in rebus paribus, tantoq; magis, si in alterutro caluum, maioritas rationis affuerit, ius quod est Titio, ius quoq; Mœuio esse debeat. *Euer. in top. in loc. a part. n. 1. arg. l. si socer 2 genero in pr. ff. sol. matrim. l. Pomponius. 64. 1. vers. & quemadmodum. ff. de negoc. gest.*

Et per consequens, longè iustiùs exceptionem hanc, Rei pro se allegabunt, quàm fieri id, ab Actoribus queat.

TERTIA, deindè obiectio vult: sententiam ab obseruatione iudicij, esse interlocutoriam, proindeq; Iudicem reuocare eam, immutareq; potuisse.

136 Verum enimuerò, ad id respondetur: sententiam ab obseruatione iudicij, interlocutoriam quidem esse: sed talem attamen interlocutoriam, quæ vim sententiæ diffinitiuæ habeat: nec enim aliam post se sententiam expectat. *Flam. ad c. examinat. n. 17. ext. de iudic. Felin. ad rubr. n. 16. ext. de sent. & re iudic. Alex. in addit. ad Bar. ad l. properandum. 8. & siquidem, in addit. sublat. D. C. de iudic. Castr. ad l. de vnoquoq;. n. 2. ff. de re iudic. Bl. ad auth. qui semel. nu. 13. C. quom. & quand. Iud. Bl. in l. eleganter. 6. si quis post. n. 32. ff. de cond. ind. Abb. ad c. ad dissoluendum. n. 2. per ill. text. ibi Sebast. Sap. in addit. ext. de despons. impub. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 8. vbi hanc post* * *Rebuffum, communem opinionem esse attestatur Gail. obs. 130. n. 6. vers. adde pro tertio. lib. 1.*

Non itaq; de sententia, qua quis ab obseruatione iudicij absoluitur, aliud recte ferre possumus iudicium, quàm quod ferri solet, de sententijs simpliciter diffinitiuis, præsertim, quod ad reuocationem eius attinet.

137 Mistum enim naturam sui simplicis potentioris sequitur: eidemq; attribuitur. *Alex. de imola ad l. imperium. n. 1. per ill. text. ibi 1. fin. n. 3. ff. de iurisd. om. iudic. 1. fad ad l. 1. in pr. n. 21. ff. de verb. obligat. Chaff. n. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 17. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 30. gl. 1. n. 15. Cacheran. decis. 105. n. 10. Ign. in l. necessarios. §. non alias. p. 1. n. 440. ff. de S. C. Syllan.*

138 Porrò hinc rursus rectè infertur: cum sententiam diffinitiuam, Iudex mutare, aut reuocare nequeat. *l. post sentent. ibi Br. in summar. C. de sent. & interl. Br. in l. quod iussit. n. 2. ibi 1. fin. n. 10. Ripa. n. 50. ff. de re iud. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de sent. n. 10. Turzan. com. opin. 64. vbi hanc esse communem sententiam attestatur.* *

Quod nec sententiam quidem interlocutoriam, vim tamen diffinitiuæ habentem, & post quam nulla alia, expectatur sententia, reuocare, corrigere, aut mutare possit. *Pro vt hoc in specie decidunt gl. in c. vlt. in v. manes. ibi Domin. de S. Gemin. n. 18. v. nota. vltimus de elect. lib. 6. Bran. d. 1. quod iussit. n. 10. v. & hoc probat. ibi 1. fin. n. 10. v. nono limi. ff. de re iud. Bl. in l. arbitro. n. 11. ff. qui satisd. cog. Bl. in l. eleganter. 9. si quis post. n. 32. ff. de cond. ind. eb. Salyc. in l. post sent. n. 9. v. quarta est opinio. C. de sent. & inter om. iudic. Gail. obs. 130. n. 5. lib. 1. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de sent. n. 9. limit. 1. Phil. Franc. in c. cum cessante limit. 1. ext. de appellat.* 139

Et ne vlterioribus ambagibus vtamur, in indiuiduo, quod sententiam, qua pars ab obseruatione iudicij absoluitur, Iudex reuocare non possit. *decidit Br. in l. post sententiam. n. 3. C. de sent. et interloc. om. iud. Bl. in l. eleganter. 6. si quis post. n. 32. ff. de condit. ind. eb. Gail. obs. 130. n. 6. lib. 1.* 140

Vt taceam, si vllo vnquam modo, sententia hæc, mutari debuisset: eam attamen ita tantum, mutari oportuisse, vt commodo esset, H. B. heredibus, vel eiusdem cessionarijs: non autem, vt prodesset, B. L. eiusq; heredib⁹.

Quare apti quicquam, ex TERTIA hac obiectione, non astruitur.

Allegatur dehinc, in allegatione QVARTA: sententiam, ab obseruatione iudicij non impedire, quò minus denuò agatur:

Sed nec illud, ponderis alicuius est. Cum ad quendam tantum modum procedat, & quatenus scilicet processus, ab initio, incipiatur denuò: pro vt hoc, quod is, qui denuò agere vult, post quam ab instantia, pars rea, absoluta est: expensas prioris instantiæ, à qua reus absoluebatur, resarcire, & restituere, prius: quàm secunda vice, Iudici libellum exhibeat, litem denuò contestetur, de calumnia iterum iuret, debeat. *in specie decidunt gl. ad l. properandum. §. fiquidem in v. ab obseruatione. ibi Bl. n. 19. Castr. nu. 9. vers. in gl. 1. fin. n. 18. C. de iudic.* 141

Id quod factum hîc non esse, ex Actis ipsis apparet.

Nec obstat, quod Actores Nostri, dictione CVM, in libello suo, vsi sint: quodq; dictionis CVM natura sit, copulare quidem, sed tantum accessorie: Nam & copula ET, in pleriſq; locis, & in specie in 9. articulo positionali, vsi sunt: quæ æque principaliter copulat, & societatem quandam introducit.

Non itaq; immeritò, per dictionem hanc Et, ceu posteriorem; prior illa vocula CVM declaratur: vltima enim (vt nemo nescit) 142 prioribus derogant. *l. pacta nouissima. ibi 1. fin. n. 3. C. de pact.*

C. de pact. l. sed & posteriores. ff. de ll. Hipp. de Marsc. ad l. 1. §. si serui. n. 14. ff. de quæst. Sim. de Proët. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2 interp. 1 dubit. 1 solut. 1. n. 4. Burſat. conſ. 47. n. 6. vol. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 21. n. 21. vol. 4. Iacob. Omphal. int. conſ. diuerſ. conſ. 30. nu. 25. volum. 1.

Sed etſi dixeris: præcedentia attamen, declarant ſequentia: indeq; fieri, quod dictio Et, per dictionem CVM, & non è diuerſo declaranda ſit.

143 Nam ad id reſpondemus: quod non minus ſequentia, præcedentia: quàm è diuerſo, præcedentia, ſequentia declarare ſoleant. *Vti in ſpecie decidit Iaſ. ad l. legatum. n. 11. ibi Ioban. Bapt. limat. n. 13. ff. de legat. 1. Iaſ. ad l. ſi ſeruum pluriumn. 5. vlt. n. 3. ff. eod. tit. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 13 n. 4. Gerard. Maz. ol. conſ. 94. n. 13. vol. 1. Simon. Piſtor. conſ. 20. in notabilib. quæ id conſilium præcedunt. nu. 21. Crau. conſ. 149. n. 4. Tiber. Decian. conſ. 97. n. 57. vol. 2. Menoch. conſ. 94. n. 53.*

144 Quinimò, quando præcedentia ſunt obſcura, & generalia: ſequentia verò clara, & dilucida: tunc nunquam ſequentia per præcedentia: ſed è diuerſo, præcedentia per ſequentia declarantur. *Vti poſt Cyn. quem refert, in ſpecie decidit Bl. in l. legatorum petitio. §. vlt. in fin. ff. de leg. 2. Mant. d. tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 13. nu. 4.*

At hîc, explicatione nulla indiget, vocula Et: illa verò particula CVM, obſcurè omninò poſita eſt: ideoq; interpretatione adiuuanda eſt.

Quid? quod ſub initium libelli ſui, Actores Noſtri, ſyllabatim expreſſerunt: quod libellum, ſecundum ſubſequentes articulos poſitionales, intelligi velint.

Quare iam non, ex præcedentibus ſequentia: ſed ex ſequentibus præcedentia, interpretationem neceſſariò recipient.

145 Nec enim dubium eſt, principaliorem libelli partem, eſſe eam, ad quam fit relatio: non autem eam, quæ ſeſe ad aliam refert. Nec enim referens, abſq; relato conſiſtere poteſt, aut alicuius rei, fidem facere. *Vti in ſpecie decidit Cephal. conſ. 200. n. 7. arg. auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. l. 2. C. de fid. inſtrum.*

Quare principale ab acceſſorio, & minus principali, declarationem recipere, haudquaquam rationis eſt. *Ioh. Coraſ. in l. admonendi, in prælud. n. 29. ff. de iureiur. Ioh. Criſp. ad rubr. n. 72. ff. de legat. 1. per l. ex pupillari. ff. de vulg. & pupill. l. quod per manus. ff. de iur. codicill.*

146 Principale enim & non incidens, in conſiderationem adhiberi debet. *Vti in ſpecie decidit Simon. de Proët. conſ. 116. n. 22. vbi Caſtr. & Alex. de Imol. in id allegat.*

147 Sed & diſpoſitio, ſeſe ad aliam referens; quantumuis pleniſsimis verborum figuris, & formulis, concepta foret: ad terminos tamen & limites diſpoſitionis, ad quam fit relatio, reſtringitur. *Vti itidem in ſpecie, poſt Domi-nic. de ſ. Gemin. decidit. Crau. conſ. 569. n. 19. arg. c. cum olim ext. de conſuct. & c. olim ext. de verbor. ſignificat.*

Vt facilè intelligas, diſpoſitionem reſe- 148
rentem, non interpretari (id quod volumus) relatam: ſed relatam è diuerſo referentem declarare: pro vt hoc, quod fundamentum, in ſcriptura remittente faciendum non ſit, ſed in ea, ad quam fit remiſsio. *in ſpecie decidit Cephal. conſ. 365. n. 50.*

Sed & per iam allata, concidunt ſimul omnia, quæ pro ſtabiliendo hoc Aduerſariorum fundamento, vlterius adducebantur: nempè, quod dicta in proœmio, ſeu in præfatione, in ſequentibus repetita, cenſeantur: quodq; propterea rectè concludatur: vocabulum Et, per dictionem CVM, ceu poſitam in præfatione, declarandam eſſe.

Nam in præfationibus dicta, ad ſequentia 149
omnia trahenda eſſe, inq; ijs repetita videri tantiſper verum erit, quantiſper diſponentes aliud, ſibi placere non expreſſerint. Quod ſi aliud eos voluiſſe conſtiterit, haudquaquam proœmium ſeu præfatio, ſequentia moderabitur. Etenim in dubijs rebus, non autem in ijs, quæ clara, & perſpicua ſunt, coniecturis locus eſt. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Neuiz. in ſyluul. nupt. lib. 1. n. 209. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de diuiſ. donat. n. 19. verſ. hæc tamen Sfort. Odd. in tr. de reſt. in int. q. 23. n. 23: & ſeqq. Garſ. in tr. de expenſ. c. 23. n. 34.*

Non itaq; theorema hoc, in præſentia obtinere poterit. Quandoquidem actores noſtri, ſub initium libelli ſui, expreſsim ſe remiſerant, ad ea, quæ in poſitionib. ſequerentur.

Porrò ad illud quod attinet, quod natura 150
vocularum, CVM ſit, copulare acceſſorię, & minus principaliter: huic per id ſatisfiet, ſi dixerimus: Dictionem CVM copulare acceſſorię, & minus principaliter quoties inter perſonas & res ponitur: Veluti, ſi ſeruum, cum peculio lego: perſonam ſerui principaliter, legaſſe me, peculium verò, minus principaliter & acceſſorię, rectè dicitur. *l. 1. ff. de per. legat.*

Quod inter perſonas, poſita, atq; ſcripta eſt, haſce perſonas, æqualiter planè, & æquè principaliter conjunget: veluti, ſi Titio cum Sempronio habitationē legarim, ſempronij tanquam procuratoris, & acceſſorię, dumtaxat mentionem factam eſſe, dicere, recti ſermonis ratio non patitur: ſed ſempronio idem ius, quod Titio, in domo, quam habitandam reliqueram, competere: Titioq; ſempronium, æqualiter omninò conductum eſſe, dicere conuenit, atq; oportet. *l. alis cum illo. ff. de vſuf. legat.*

Atenim hîc, dictio CVM, inter duas perſonas, poſita fuerat.

Denique ponderis momentiuè alicuius non eſt, id quoq;, quod primus articulus B. L. ita habeat: H. B. vice, & nomine B. L. con-

nam illam, argento pustulato repletam, ad P. M. Reum, mississe: nam cum hunc articulum nemo testium affirmarit.

Insuper quoq; contenta in eo, planè ha-
151 benda erunt. Nec enim articuli, capitula, aut positiones, pro articulante, capitulante, aut ponente, quicquam, nisi aut partis respõsio, aut testis attestatio accesserit, probant. *gl. ad l. 1. ff. si quod pup. fec. dicat. Felin. ad c. si clericus laicum. n. 1. vers. quinto fallit. ext. de for. com. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 732. & in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 178. & remed. 15. nu. 403. Cephal. cons. 667. n. 4.*

152 Sed & paria sunt, articulatum non esse, & esse quidem articulatum, sed non probatum. *Dec. cons. 272. n. 5. Cardin. Paris. cons. 83. n. 12. vol. 1. Crau. cons. 762. n. 18.*

153 Nec enim factum dicitur, quod factum non releuat. *Menoch. cons. 351. n. 36. argum. l. nubemus. la. 2. §. 1. C. de sacrof. Eccles.*

Sexta dehinc obiectio, illud vult: etiam ex ipsis Rei P. M. rationibus, apparere, quod à solo B. L. argentum illud postulatũ acceperit.

Ceterum hæc obiectio, multa refutatione non indiget. Nam si vsq; & vsq; rationes has perlustraris; non tamen quicquam tale, in ijs offendes.

Quinimò non solùm assertio hæc Actoris, non apparet: sed & contrarium eius, ex ijsdem rationibus, manifestissime elucet. Cum inscriptione enim hac, Iudici exhibitæ sunt: Exemplum rationum P. M. Magistri monetariorum, inter illum, & eius aduersarios, conscriptarum.

Interpretari itaq; hoscce, de solo B. L; ob di-
154 ctionem aduersarios, nequimus. Etenim pluralis numerus, vno contentus non est. *l. pluralis locutio de reg. iur. lib. 6. l. vbi numerus. ff. de testib. Tiraq. in l. si vnquam in v. fuscepserit liberos. n. 226. C. de rev. don. Crott. ad l. Gallus. §. & quid si tantũ. n. 91. ff. de lib. & postum. Ceph. cons. 37. n. 39. cons. 149. n. 6.*

At fac, illud expressim loqui P. M. rationes, quod eas afferere, affirmare ausus est Actor: nihilo tamen magis proficiet. Nec enim rationes, quicquam probant, contra conficientem eas, si is, contra quem exhibitæ fuerant, his contradicit: & quis ex eo, quod impugnarat, iuuare sese amplius non potest. Vti ex Felino, Iasone, Curtio, Mascardo, & Zoanetto, superius, sub decisionis decimo fundamento, probauimus.

Quid? quod has rationes, non tantum pro B. L. sed & contra eundem, fidem facere oporteat. Rationes enim, plures datorum acceptorumq; connexos continentes articulos, aduersarius improbare, atq; reijcere non potest. si vult, has, in sui commodum, fauoremq; probare, præsertim, si hos, ipse aduersarius in iudicio produxerat. Vti similiter ex Iasone Molinæo, & alijs firmiter ibidem est demonstratum.

Dicuntur autem, quo ad præsens subie- 155
ctum, hi articuli connexi, veluti, cum in rationibus meis, scribo: primò: me centum à te accepisse: & deindè rursus scribo, me illa centum, tibi vicissim exoluisse. Nam si ex rationibus meis, quò ad centũ illa accepta, actionem tuam probare vis: ijdem quoq; rationibus, quò ad alia centum, quæ persoluisse me, in rationes retuleram, stare cogeris. *Vti in specie docuit Mathes. sing. 79.*

Quod cum ita sit, res facili negocio, expediri poterit. Etenim hic P. M; non solum, se marcas illas argenti, percepisse: verumetiam precium earundem persoluisse, in rationibus scripserat. Qua solutione, omnis sublata est 156
obligatio. *Inst. quib. mod. toll. obl. in pr. ibi Ioh. de Plat. n. 2. Ang. Aret. n. 1. Christoph. Porc. ante n. 1. & DD. Neguz. in tr. de pign. in 1. memb. 6. p. p. n. 42. Borchol. in tr. de vsur. c. 4. n. 47. Medic. in tr. de comp. in præsat. n. 1. & p. 2. q. 3. 1. n. 33. Ferret. in tr. de mor. n. 60.*

Vt taceam ipsum B. L. animo deliberato, 157
& præmeditato (nec enim præsumitur, nisi habita prius, accuratissima deliberatione, libellus Iudici offerri. *arg. l. purè. ff. de dol. except.*) socium sibi, in ipso libello, H. B. asscripsisse.

Vndè hæc propria ipsius confessio, etiamsi rationes P. M. Rei, cum B. L. Actoris assertionibus, congruerent: elideret attamen, atque confringeret, leuiusculas illas, ex rationibus prodeuntes præsumtiones.

Neq; verò hoc in loco, sub hoc prætextu tutus erit, B. L. Actor, quod, veluti asserit, in libello suo, H. B. tantummodò ceu procuratoris, cuius opera, in transferendis, hisce argenti pustulati marcis vsus sit, mentionem fecerit: Dic enim amabo, quorsum opus erat procuratoris hic mentionem fieri? An nõ ex emto, & vendito, aut si mauis pro socio actione agebatur? Cum itaq; irrationabile planè sit, quem conditionem suam deteriorem, non necessarijs probationibus, efficere velle.

Cum graue sit, & arduum, eas probationes 158
inuenire, quibus extantibus, victoria reportatur: quibusq; è diuerso desideratis, succumbendum omninò est. *l. voluit. ff. de interr. act. l. si is qui destinauit. ff. de rei vind. Masc. in tr. de probat. q. 1. n. 19. vol. 1.*

Irrationabile planè quoq; erit, dicere: H. B. in libello, mentionem aliter non factam, quam ceu nudi meriq; institoris, vel procuratoris. Neq; verò illud, hic quicquam opitulabitur Actori, quod Libello suo, clausulam: non se astringens, ad probandum non necessaria: inseruerit.

Nam hinc adhuc non sequitur, eum sine periculo vllo, H. B. ceu Institoris, mentionem facere potuisse.

Nam etsi verum sit, clausulam non se a- 159
stringens &c. eius esse efficacitatis, vt vicius superflua tolerentur: vtq; victoriam conseruet, etiamsi non omnia in libello posita, sed ea tan-

ea tantum, quæ ad victoriam conducunt, probata fuerint: *Vti in specie decidit Br. ad l. Diuus. n. 6. & ibi Ias. n. 25. ff. de re iud. Br. ad l. circa n. 3. ff. de probat. Bl. in l. propter lutem. 6. qui se, per ill. text. ff. de excusat. tutor. Ias. in §. omnium. n. 161. Inst. de act. Clef. Hugo in tr. clausul. Rubr. clausula libellorum in pr. cum seqq. Prael. Pap. in for. lib. in act. real. in v. non se astringens. ibi apostill. Mar. in tr. de ord. iud. 1. p. 6 p. p. memb. 3. n. 11. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 11. n. 6. vers. secundo. Constantius. Rogger. in tr. protest. vers. secundo videamus. n. 3.*

Cogitandum attamen est, quod B. L. actor, H. B. mentionem, non solùm in libello, verumetiam in positionibus fecerit: ideoq; à protestatione hac, quam clausula: non se astringens, &c. in se complectebatur, discessit. Qui enim dubitari potest, protestationem, (cuius generis, isthæc quoq; clausula: non se astringens &c. est) facto contrario protestantis, tolli atq; dissolui? *Vti in specie decidunt Ias. in l. non solùm. §. morte. n. 14. vers. secunda conclusio, & ibi reliqua Interpretum Schola. ff. de no. op. nunc. Felin. in c. cum M. Ferrar. n. 77. ext. de constit. Franc. Curt. ad l. pacta nouissima. n. 38. C. de pact.*

Nec protestationem in vna dispositione interpositam, ad aliam porrigi. *Iacob. de Nigr. ad l. 1. n. 67. ff. de off. eius, cui mand. est. iurid.*

Sed & non solùm in libello, & positionibus: verumetiam in capitulis, & articulis, testium examinandorum gratia conceptis, & præterea, in totis pasim actis, H. B. ceu correus credendi introducitur.

Cum itaq; iuris sit apertissimi: actus geminationem, tantoque magis vicies factam iterationem, enixæ voluntatis, firmissimum argumentum esse. *Iquingenta. ff. de probat. l. Balista. ff. ad S. C. Trebell. l. si mulier. la 2. & auth. siue a me. C. ad Vell. Tominc. decis. 13. n. 54. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 106. n. 15.*

Quodque protestatio, ad actus, longo temporis interuallo, post secutos, non producatur. *Vti in specie decidit Crott. ad l. non solùm. §. morte. n. 45. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. & ibi Ant. Rub. m. : 96. qui itidem communem hanc esse testis est. Hormannott. Det. n. 54. qui hanc magis communem esse dicit. ff. de no. op. nunc. Marian. Socin. in l. ita stipulatus. nu. 73. ff. de verb. obligat. vbi & is, hanc communi calculo receptam affirmat.*

Haud abs re concludemus: tantam clausulæ: non se astringens: non esse efficaciam, qua toties H. B. frustrà, mentio fieri potuerit.

In Septima deindè obiectione, illud continetur: probationes, finemq; iudicij, an scilicet condemnare: an verò absoluere malit, iudici arbitrarias esse.

Sed & hoc dicere, ad præsens negocium, quod attinet, nihil est.

Nam maiorem huius conclusionis, ita interpretari conuenit, vt vera sit, quatenus arbitrium hoc iudicis, legum præscripto, tanquam Ariadnes filo innitatur: eoque fuerit imbutum. *Vti in specie decidit Cephal. cons. 552. nu. 55. fac. trad. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. q. 13. nu. 15.*

Quod cum ita sit, præsens hæc argumentatio, non concludet. Ratiocinatur enim Iudex à genere, ad speciem affirmatiuè, hoc modo: Alias, præter argentum merces, ab Actore accepit Reus. Ergo panni quoque Anglici, ab eodem, eidem traditi fuêre, quale genus argumentandi vitiosum est. *Vti in specie decidit Euer. in top. in loc. à gen. ad spec. nu. 2. vers. non autem procedit.* 164

Sed etsi hæc verba: anders dergleichen in libello legantur: probatum attamen adhuc non fuit, quæ, qualesue illæ essent;

Iam verò, natura dictionis: alius, alia, aliud, ea est, omnimodam similitudinem, paritatemq; ostendere. *gl. vlt. in l. si fugitiuus. ibi Dec. n. 34. C. de fer. fugit. Grammat. decis. 59. n. 14. Affl. decis. 244. n. 2. Neuiz. in syluul. nupt. lib. 1. n. 225. Ferrat. caut. 3 2. n. 3. Tiraq. in tr. de iur. const. p. 1. n. 55. & 63. Pece. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 35. n. 2. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. q. n. 256.* 165

Verba itaque hæc: anders dergleichen de pannis Lugdunensibus, vtpote, quæ nullam cum argenti marcis, similitudinem, aut paritatem habent, exponere: rationi non congruit. Et præterea Iudex, animaduertere potuit, vel etiam debuit, hosce nouem pannos Lugdunenses, ab H. B. in libello, ceu sibi soli proprios *§* & minime cum B. L. communes, fuisse petitos. Non itaq; illa verba: anders dergleichen: quæ per B. L. apposita, in libello fuêre, porrigi debent, ad nouem illos Anglicos, siue Lugdunenses pannos.

Cum duos eiusdem rei dominos esse, ipsa etiam rerum natura, non ferat. *Isi vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. Curt. in tr. feud. 1. p. 2. p. q. 12. n. 1. Sonsb. in tr. feud. p. 12. n. 91. Coras. misc. lib. 3. c. 14. n. 1. Hartm. Pist. q. 45. n. 2. lib. 2. Gail. obs. 61. n. 8. lib. 1. Vacon. à Vacun. decl. 39. n. 5. & 6. Borcholt in tr. feud: c. 1. n. 15.* 166

Et per hæc cessare putarim, Septimam quoq; dubitandi rationem.

Octava deinceps obiectio, falsis fulcitur præsuppositis. Non enim id, quod Actor, eiusq; heredes præsupponunt, nempè P. M. vecturam, quam pro pannis hisce Anglicis soluerat, in rationibus, cum B. L. creditis, compensasse: loquuntur rationes. Sed aliud longè, & ab hoc diuersum volunt. Vti ex ipsarum rationum relectione, primo etiam apparet intuitu.

Quamobrem, constare hæc argumentatio nequit, sublatis enim præsuppositis, argumentum ipsum corruere, necesse est. *Vti in specie decidit Ceph. cons. 228. n. 67. & cons. 435. n. 91.* 167

Et si rationes, id, quod Aduersarij astruere indè conantur, loquerentur: inde tamen exoriens præsumtio, & coniectura, per for-

tiores probationes, ceu imbecillior, absorberetur, atq; elideretur. Eccur enim B. L. sciens, prudensq; , passus est , H. B. in Libello, hosce pannos Anglicos, sibi soli vindicare?

Eiusdem farinæ, NONA quoq; est obiectio. Nam & hæc, fundamento, in quo requiescat destituitur.

Negamus enim, nec vspiam in Actis probatum est, quod vnquam B. L. & H. B. pannorum societatem inierint.

Vnde peregrina sunt, præsenti negocio adaptata, iura omnia, quæ de societate sunt cõstituta: nec huc trahi possunt. Etenim ex separatis consutam illationem, ineptissimè concludere, longè est certissimum.

At esto, ratione granaliorum, siue argenti illius non signati, socij fuerunt B. L. & H. B. non tamen hinc efficietur, iustam, legitimamq; esse sententiam nuper latam.

Nam si ob societatem, H. B. portio, accreuit B. L. fieri nequit, quin vicissim B. L. debita pars, accrescat H. B.

Et cum ratione H. B; Reus P. M. eiusque heredes, ab obseruatione iudicij, antehac fuerint absoluti: ex ipsius B. L. portione, tantum decrescet: & ad H. B. deuoluetur: quantum ei, ex H. B. portionibus, ob societatis iura, accreuerat.

168 Nec enim ita coiri societas potest, vt lucrum totum. B. L. habeat: damni verò nihil sentiat: sed Leonina isthæc est societas. *l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro soc. Neuiz. an. in sylual. nupt. lib. 2. n. 80. Cotta in memor. in v. societatem. Lup. ad rubr. §. 28. sub. n. 3. ext. de donat. int. vir. & vxor. Toming. decis. 44. n. 3.*

Non dicam nunc, ipsum B. L. in Actis, maximè verò in Triplicis suis, quos Mercurij post Leonhardi anno 42. exhibuerat, §. So viel den 30. Artickel: se socium H. B; vnquam fuisse, pernegasse. Ideoq; omnia quoq; priuilegia, ex societate prodeuntia, perdidisse.

169 Cum iuris sit quotidiani: quod socius negans se socium, omnia ex societate promanantia beneficia perdat. *l. si vnus in fin. ff. pro soc. l. sed hoc ita in fin. ff. de re iudic. Bar. in l. si dubitatur. § ita demum. ff. de fideiussor. Iaf. ad l. 1. nu. 11. C. de transact. Iaf. in l. quæstionem. n. 7. C. de fideicom. Molin. in consuet. Paris. §. 30. n. 5.*

DECIMA dehinc obiectio habet: expensas non solùm retentione, sed etiam actione, exceptione, & officij iudicis improbatione, recuperari posse.

Sed nec illa, si cum præsenti negocio conferatur, vera est, aut obtinere potest.

Primò enim non constat, hic aliquas impensas, in pannorum vecturam, per B. L. factas esse.

Et si factæ essent, tota attamen vectura, summam trium florenorum, non excedit. Vt ipsæ commonstrant rationes.

Pretium verò ipsum pannorum, 366. florenorum est. Qui itaq; ob impensas vecturæ, totum hoc pretium pannorum, absq; læsione, vel centupla, B. L. addici potuit?

Cum attamen, ne ea quidem consistere queant, in quibus, vlla iusti dimidium pars læsa est. *l. 2. C. de resc. vend. l. in causa. la. 2. iun. ibi gl. ff. de minor.* 170

Ad VNDECIMAM porrò obiectionem respondetur: non nisi certo, limitatoq; modo, debitoris debitorem exigi posse: proindeq;, vt ritè, rectèq; , exigatur debitoris debitor, omninò necesse esse, vt creditor, debitorem debitoris sui, in ius vocet, & ab eo debiti, quo debitori creditoris obstrictus est, confessionem eliciat: decretum deindè à prætore impetret, quo ei hoc nomen debitoris sui, pignori esse iubeatnr. *Vti in specie decidit gl. ad l. 1. in v. decernere. & ibi Salyc. n. 2. C. de prætor. pign. Br. in l. à Duo Pio. §. sic quoq; n. 3. ibi Iaf. n. 3. vers. capio glossam. ff. de re iudic. Neguzant. in tr. de pign. in 2. memb. 3. p. p. n. 24.* 171

Quæ omnia hîc, ad B. L. qui se creditorem, H. B. iactitat, quod spectat, deficiunt, adimpletaq; fuisse, non apparet.

Postremò ad ius accrescendi B. L. confugit.

Sed & per accrescendi ius, quæ H. B. debentur, adiudicari B. L. neutiquam potuerunt. 172 *

Vt enim fert recepta, concordiq; consensu approbata interpretum opinio, iuri accrescendi, in contractibus locus non est. Nec distinguitur, an contractus bonæ fidei: an verò stricti iuris fuerint. *text. est in l. si mihi & Titio. ibi Iaf. n. 1. & 2. ff. de verb. obligat. Coraf. in l. Stellamento. n. 42. C. de impub. & al. subst. Paul. de Monte Pic. ad l. vnic. n. 5. ibi Rumin. n. 53. C. quand. non petent. part. Crott. in l. re coniuncti. n. 140. ibi Ripa. nu. 219. vbi hoc esse commune placitum Doctorum attestatur. ff. de legat. 3. Gabr. Mud. in l. fundus ille. n. 12. ff. de contrah. emt. Matth. de Affl. ad c. 1. in pr. n. 1. de duob. fratrib. de no. benef. mueff. Card. Paris. cons. 16. n. 2. vol. 4. Tiber. Decian. cons. 3. n. 3. vol. 2.*

At hîc versamur in contractibus. Vndè omnis iuri accrescendi locus, præripitur. Nec refragatur his, *l. fundus ille. ff. de contrah. emt.* vnde aliqui, numeri licet paucissimi, iuri accrescendi, in contractibus quoque locum esse, astruere conantur.

Textui enim d. l. fundus ille, aliter locus non est, quam si promissoris, aut alterius, qui quicquam ratione contractus debet, interfuerit, ius accrescendi, inter duos, pluresue, contractus socios, locum habere. Veluti si mihi & Titio fundus emtus sit, cum constet Titij personam, pro superuacuo habendam, iuri accrescendi locus erit, mihiq; Titij portio, accrescet. Interest namq; venditoris, totum fundum vendidisse, ne aliàs mecum, in communione stare cogatur inuitus: interest item, totum precium accepisse. *Ita in specie declarant & restringunt Br. & Bl. in d. l. fundus ille, in summa-* 173

summario. ff. de contr. emt. Br. d. l. si nubi & Tuso. nu. 1. ibi Ias. nu. 7. vers. quarto fallit. Alc. n. 9. qui ** *hanc receptarum opinionem esse, testis est. ff. de verb. oblig. at. Pract. Pap. in for. lib. quo agit. ex subst. in v. breuiloquè. n. 24 Tir. q. de vt. retr. p. 1. §. 23. gl. 1. n. 5. Tiber. Decian. cons. 73 n. 2. vel. 2.*

Iam verò ecquis non videt, in subiecto themate, Reorum interesse nullum verti, etiamsi inter Actores, iuri accrescendi locus non fuerit?

Consequatur itaq; necesse est, nec l. fundus ille. ff. de contrah. emt. nec ei, quæ ex ea ædificatur assertioni, in præsenti negocio, locum fore.

174 Cessante namq;, ratione legis, ipsam quoque legem cessare, iuris antiqui est regula. *Euerard. in top. in loc. à ration. cessat. n. 1. Tir. q. in tr. cessat. p. 1. n. 130. Cacheran. decis. 14. n. 3.*

175 Sic quoque textus l. si proponas. §. vlt. ff. de inoff. testam. nil quicquam facesset negocij. Loquitur enim de duobus, qui actionem ratione voluntatis vltimæ, in qua vel exheredati, vel præteriti erant, in iudicio proposuerant: Id quod ex eo patet, quod inofficiosi testamenti querela egerant, qua petitur legitima.

176 Quam legitimam, ex bonis viuentis non deberi, nec à parente viuo peti posse, inter omnes constat. *Vt in specie decidit Br. in auth. si qua mulier. nu. 22. C. de sacrof. Eccles. Ias. in l. in suis. nu. 18. ff. de lib. & postum. Thom. Ferrat. cant. 24. nu. 5. Mynsing. obs. 25. cent. 4. Pecc. in tr. de testam. connug. lib. 2. c. 12. n. 3. & lib. 4. c. 27. n. 4. Monter. in tr. de inuent. her. in pr. n. 15. & c. 9. n. 141. Hartm. Pistor. q. 38. n. 57. lib. 2. Cacheran. decis. 172. n. 15. Seraph. in tr. de iuram. pruul. 70. num. 19.*

Parum itaq; rectè, ex eo textu colligitur, iuri accrescendi, in actione, ex contractu promanante, locum esse.

At esto, habeat locum, semper & vbique, in contractibus, accrescendi ius: hinc tamen vera, præsentis controuersiæ decisio, nihilòmagis depromeretur.

177 Nec enim aliter, ius accrescendi locum habet, quàm si is, cui portio deficiens accrescit, hanc portionem deficientem, medio iuris accrescendi petierit. *gl. in d. l. si proponas. §. vlt. in v. accrescit. ff. de inoff. testam. Ludouic. Gozadin. ad l. qui se patrũ. n. 224. C. vn. lib.*

At hîc, nihil tale, B. L. Actor, petierat.

178 Et denique, vt nodum hunc, per se extricatu facilem, vno verbo absoluamus: ea ratione, ius accrescendi introductum esse, inter omnes constat, ne voluntas, & arbitrium testantis, quæ ea esse præsumitur, quod velit, portionem deficientem, ad illum, quem ad portionem, seu partem alteram, expressè vocauerat, peruenire: irrita fit, effectuque carcat. *Berengar. Fernand. ad l. in quartam. nu. 7. ff. ad l. Falcid. Coras. in l. testamento. nu. 1. C. de impub. & al. subst. Paul. de Mont. Pic. ad l. vnic. nu. 4. ibi Sapia. nu. 4. C. quand. non petent. part.*

Neue quis pro parte testatus, pro parte verò intestatus decedat. *Anton. Rubr. ad l. pater filium. nu. 13 1. ff. de inoff. testam. Hieron. Versus ad l. ex facto. nu. 495. ff. de vulg. & pupill. Lancel. Pelit. ad l. re communis. n. 51. ff. de legat. 3. Coras. ad d. l. testament. n. 19. C. de impub. & al. substit.*

Vnde nec in ijs quidem portionibus, ius 179
accrescendi locum habet, quæ non ipso iure, sed ope exceptionis deficiunt. *Vtin specie decidit Br. ad l. si duo patroni in pr. n. 1. per ill. text. ibi Bl. num. 4. Ias. n. 6. & DD. ff. de tutour. Ias. ad l. re communis. n. 201. ff. de legat. 3 Tiraq. ad l. si vnquam in v. reuertatur. n. 351. C. de reuoc. donat. vbi alios complurimos in id adducit.*

At rationes hæ omnes, præsenti negocio accommodari nequeunt.

Excludetur itaq; ius accrescendi quoq;. Habemus etenim hîc, mentem H. B. expressam, qua portionem suam, B. L. accrescere noluit.

Etenim, vt antea quoque monuimus, sua debita, in Doctorem I. S. iam transtulerat, eidemq; cesserat. Vnde expressa mens, 180
tacitam, præsumtamq; mentem, cessare faciet. *l. cum ex filio. §. impuberi. ibi Ias. nu. 1. ff. de vulg. & pupill. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 1. gl. 1. n. 5. Iacob. de Sigr. ad rubr. nu. 6. ff. si cert. pet. Crau. ad l. cum filiofam. n. 2 2. ff. de leg. 1. Crott. ad l. 1. §. si stipulanti n. 13. ibi Alc. n. 7. ff. de verb. oblig. Butigell. ad l. 1. §. si quis ita. ff. cod. tit.*

Et prouisio hominis, legis prouisionem 181
cessare efficit. *Br. in l. si mulier. n. 3. per ill. text. C. de pact. conuent. Polit. in tr. vulg. subst. n. 46. & n. 91. Bl. Nouell. in tr. dot. p. 6. prinul. 68. Capoll. caut. 209. n. 2. Cald. in l. si curatorem ad v. Iafis. n. 144. C. de rest. in integr.*

Longè minus autem est, quod vereamur: ne non pro parte testatus, & pro parte intestatus, decedat H. B. versamur enim in contractibus, in quibus tale periculum, occurrere nequit.

Nec enim contractus, cum successionibus 182
quicquam commune habent: nec verba contraxerunt, gesserunt, ad ius testandi pertinent. *l. verba contraxerunt. ff. de verb. significat. Boër. in consuet. Bitur. tit. de stat. pers. §. 4. gl. 2. col. 4. in fin. Tiraq. de vt. retr. p. 1. ad fin. tit. n. 4. Cald. in l. si curatorem. in v. munoribus. n. 6. C. de rest. in integr.*

Concludamus itaq; tandem: sententiam proximè dictam, in vtroque suo capite, & qua, B. L. precium, nomen pannorum Anglicorum: nec non partem nonaginta marcarum argenti, non signari, dimidiam, quam H. B. proprio nomine petierat, & deinceps Doctori I. S. cesserat, Iudex adiudicarat, siquidem B. L. heredes iurassent, hæc omnia Reorum autori, vere tradita fuisse.

Et quia

Et qua rursus, alteram de nonaginta marcis argenti partem, cuius nomine, ipse B. L. egerat, B. L. heredibus addicit: siquidem iuramentum, in supplementum probationis præstitissent: ob rationes hactenus recensitas, per se, ipsoque iure nullam: ideoque in melius, omnino reformandam esse.

Id quod, pace aliorum, qui præ me, plausibiliora adducere potuerint, fiat. F. P. D.

Tandem ita, in iudicio contradictorio, sententiam concipientibus, scabinis, qui Hallæ Saxonum sunt, pronunciabatur. Veluti sequens, sententiæ huius exemplum, ostendit.

IN Nullitet sachen G. R. vnd Consorten/ als P. vnd L. D. M. seligen Erben/ an einem: vnd P. W. in ehlicher vormundschafft seines Weibes Vrieyen / B. L. seligen Tochter/ anders theils: Erkennen von Gottes gnaden/ wir Johannes Georg/ Marggraff vnd Churfürst zu Brandenburg/ rc. nach gehabtem raht für Recht: Weil aus dem Claglibell klärlich zubefinden / das H. B. wegen neun Englischer Lacken / allein: vnd dann neben B. L. wegen neuntzig Marck Granalien/ vier loth / ein quentlein / dritthalb. pfen. coniunctim wider P. M. geklagt/ aber anno 59. genandte M. Erben/ ab instantia, so viele H. B. antroffen/ durch ein vrtheil absoluiret worden/ welchs in seine krafft gangen/ vnd ferner in H. B. namen/ der proceß de nouo, nicht angefangen.

So seind auch / die zwey hernach erfolgte anno 65. Montags nach Matthiæ / vnd anno 90. Freytags nach conuersionis Pauli gesprochene vrtheil / so viele berürte beyde puncten anlanget/ zu Recht/ nichtig vnd krafftloß. Derowegen wird die execution wider die beklagte/ weiter nicht / als auff 20. fl. vor den Müntzwerckzeug/ vnd die helffte des werths / der 90. Marck granalien vier loth/ ein quenten dritthalb. pfen. volnstreckt vnd voluzogen. Die hinc indè auffgewandte vnkosten aber/ werden aus bewegenden vrsachen / gegen einander compensirt vnd auffgehaben. V. R. W.

CONSILIVM XI.

SVMMARIVM.

1. *Electores Imperij, secundum ab Imperatore locum, in Imperio Romano obtinent.*
2. *Electores Imperij columnæ eiusdem, in aurea Bulla dicuntur.*
3. *Pœna fractæ pacis, est grauissima.*
   Cameræ Imperialis Assessores, addecet, in grauioribus, Imperatorem consulere. ibid.
4. *Camerales Imperatorem consuluerunt, olim, cum banni sententia, aduersus quendam Imperij Principem, esset publicanda.*
5. *Relaxatio à iuramento, ad effectum agendi, fieri non debet, inaudita altera parte.*
6. *Constitutio fractæ pacis, etiam Imperij Electores complectitur.*
7. *Camerales iurant, se secuturos, normam constitutionum Imperij, & inprimis eius, quæ de fracta pace publica lata est.*
8. *Imperator, & omnes Imperij status, obligantur ad obseruanda ea, quæ constitutiones præcipiunt: propterea, quod non nisi consensu, Imperatoris, & statuum proprio, vel Antecessorum, aut parentum eorum, constitutiones Imperij, promulgatæ sint.*
9. *Camera aduersus omnes Imperij status, nec non aduersus Electores quoq; de fracta pace processus, decernere solet: sed periculo partis impetrantis.*
10. *Interpretatio obseruationis sextæ, quæ sub nomine incerti Autoris, post decisiones Mariliani extat.*
11. *Relaxatio à iuramento, ad effectum agendi, extra iudicium peragitur, eaq; semel peracta, parti aduersa, excipere amplius non licet.*
12. *Restitutio rerum ablatarum, potest peti secundariò, accusatione de fracta pace, principaliter instituta.*
13. *Iniuriarum causæ, ad Cameram Imperialem, in prima instantia non pertinent.*
14. *Nisi ob causæ continentiam.*
15. *Continentia causæ facit cessare, priuilegium Austregarum, siue primæ instantiæ.*
16. *In consequentiam causæ fractæ pacis, possunt decerni mandata, & processus de restituendo, & relaxando.*
17. *Nec non iniuriarum quoq; nomine, quæ ex fracta pace, originem trahunt.*
18. *Exceptio fori declinatoria, in causa fractæ pacis, locum non habet.*
    Excipiuntur Duci Brabantiæ subditi, quibus hoc concessum est, per transactionem Burgundicam, anni 48.
19. *In fractæ pacis causa, subditi Principi Electori Saxoniæ, vel etiam Brandeburgico, frustrà Cameræ iurisdictionem declinant.*

20. *Actio*

20. *Actio iniuriarũ criminalis, est tantum annua.*
21. *Annua in actione Iniuriarum criminali, à die scientiæ incipit.*
22. *Actio de fracta pace, durat viginti annis.*
23. *Accusatio de fracta pace, subdito contra superiorem suum, non datur.*
24. *Mandatum de non offendendo, subdito contra superiorem, non decerni solet.*
25. *Nec item mandatum pœnale, sine clausula, regulariter.*
26. *Argumentum à fortiori, in iure validum, & frequens.*
27. *Interpretatio loci in Fridero, in tr. de process. in Cam. extrab. lib. 1. t. 26. n. 4.*
28. *Mandata in causis fractæ pacis, non decernuntur, nisi iustificatoriæ.*
29. *Præiudicia aliquot, in quibus mandata sine clausula, & quidem pœnalia, subditis, adversus superiores, fuêre decreta in Camera.*
30. *Inter mandatum de relaxando & processum de fracta pace, ingens est discrimen. Argumentum, à maiori ad minus, affirmatiuè, non valet.*
31. *Actio ad bis mille aureos marcas, ex constitutione, de fracta pace publica, censetur criminalis.*
32. *Exceptio: de iure prohibitus es agere, ob id, quod actionem criminalem, & famosam, instituisti aduersus Dominum, & superiorem tuum, impedit litis ingressum.*
33. *In causis fractæ pacis, etiam dilatoriis exceptionibus, locus est.*
34. *Exceptiones, in causis pacis fractæ, in vim impediendi litis ingressum, opponi non posse, quomodo verum sit.*
35. *Excipiens factum ciuile esse, & ad fractam pacem publicam non pertinere: non auditur, hac sua exceptione, ante litem contestatam. Etsamsi princeps, vel superior esset, qui taliter aduersus subditum suum, excipieret. n. 38.*
36. *Exceptio subiectionis, locum habet, in causis spolij, & prius subiectionis probatio admittitur, quam necesse sit, mandato sine clausula, ob spolium decreto, parere.*
37. *Exceptio transactionis, impedit litis ingressum, etiam in causis fractæ pacis. Exceptio subiectionis, & exceptio transactionis æquiparantur, ad litis ingressum impediendum, quod attinet.*
38. *In causis fractæ pacis, non solùm ipsum factum, verumetiam eiusdem qualitates, exactè probandæ sunt.*
40. *In causis fractæ pacis, qui succumbit in probatione qualitatum, etiam in totum succumbit.*
41. *In causis fractæ pacis, tria requisita ad obtinendam victoriam necessaria.*
42. *Armata manus, in causis fractæ pacis, quæ dicenda.*
43. *Armatam manum, quot constituunt, Iudici est arbitrarium, ex Recessu Ratisbonensi anni 94.*
44. *Præsumitur pro magistratu.*
45. *Subditus refractarius, & contumax, à superiori coerceri potest, etiamsi manu armata, & impetu hostili, in id opus sit.*
46. *Mandata de non offendendo denegantur, subditis, qui ob inobœdientiam suam castigabantur.*
47. *Causa quælibet, etiam iniusta, & falsa, excusat à dolo.*
48. *Offensio vbi licita est, ibi defensio illicita erit: tantoque magis de offensione accusatio.*
49. *Pax publica, quibus modis frangatur.*
50. *Falli diuersitas, arguit iuris diuersitatem.*
51. *Qui nihil commisit, extimescit quoq; nihil. Pœna semper obuersatur, ob oculos ei, qui se peccasse recordatur. ibid.*
52. *Dolus præsumitur, an sufficiat, in causis fractæ pacis.*
53. *Pœnæ in frangentes pacem publicam constitutæ, non habent locum, in omni excessu: sed excessu talis esse potest, quem excedens, mulctæ tantum pecuniariæ luat.*
54. *Exceptionibus litis ingressum impedientibus, litis contestatio, in euentum, in Camera Imperiali annectenda.*
55. *Reus in causis fractæ pacis, ab accusatione principali absolutus: absolvitur quoque simul, in puncto citationis, & mandati.*
56. *In causis fractæ pacis, articuli nunquam, prò confessis acceptantur.*
57. *Etiamsi accusatio tantum, ad bis mille aureos marcas, omissis reliquis, in pacis publicæ fractores, sanctas pœnas, fuisset instituta.*
58. *In causis fractæ pacis, si Reus fuerit contumax: actor admittitur, ad probandum id, quod suæ actionis fundamentum est.*
59. *Reconuentioni locus non est, in causis fractæ pacis.*
60. *Et quomodo id verum sit.*
61. *Iniuriarum, etiam in Camera, ad æstimationem iniuriæ, & ad palinodiam, sine recantationem rectè agitur.*
62. *Pœna, agentis de fracta pace, & succumbentis, quæ.*

Totum illud negocium K; rectè puto includi posse, quatuor hisce capitibus.

PRIMÒ: *vt videamus, an Iudices Cameræ Imperialis, iure potuerint, ex constitutione, de fracta pace publica, processum, aduersus primæ notæ Imperij principem, decernere.*

SECVN-

Secundò: quibusq; deindè exceptionibus, actioni, siue accusationi institutæ, obuiam ire possimus.

Tertiò: num adsint omnia, quæ adesse hac in parte, de pace publica constitutio iubet.

Et Quartò: quid nunc potissimum apud Iudices fieri, expediat.

I. THEMA.

Et sanè ad primum, quod attinet, neminem, tam prorsus rerum omnium ignarum esse, autumarim, qui inficias eat, quin
1 Electores Imperij, proximum ab Imperatore, in Imperio obtineant gradum. Est enim res adeò clara, perspicua, & consensu omnium comprobata, vt illud probare velle, perindè sit, ac si solem facibus illustrare quis aggrederetur, traditque præterea in indiuiduo Vincli. ad priuil. Saxonic. c. 3. vers. verùm hæc ratio in fine, siue fol. 256.

2 Sed & pœnæ, in pacis publicæ turbatores constitutæ longè sunt grauissimæ. *Ordinat. p. 2. tit. 9. Denuij S. ad ius Camer. tit. pacifragor. pœn. num. 1. Iulian. Magenhorst. ad ordinat. p. 2. tit. 9. vers. tertio.*

Quare haud abs re subsistendum videbatur, possent ne hisce etiam pœnis, Imperij
3 Columnæ (sic enim Electores, Aurea Bulla Caroli Quarti vocat tit. 3.) plecti, & an non maximè oportuisset, Imperatorem prius consulere: aut ipsum Principem, qui pacis publicæ fractæ reus fiebat, audire, quàm facultas agendi concederetur?

4 Maximè cum ipsius Cameræ Imperialis præiudicium, iam habeamus, quo anno 1550. cum proscriptionis sententia, aduersus magnum quendam Principem, esset publicanda, Camerales idipsum facere, Imperatore inconsulto noluerunt. Vti hæc commemorantur, in obseruationibus, cuiusdam incerti Autoris, quæ post decisiones Mariliani extant. obs. 6.

5 Nam & in alijs casibus, qui pœnam proscriptionis secum non trahunt, constitutum esse videmus, facultatem agendi, Actori non esse intelligendam, nisi parte Rea, primum audita. Sicuti hoc prouisum extat, in casu relaxationis à iuramento, ad effectum agendi. *in ordinat. p. 2. tit. 24.*

Verum vtut hoc sit, inclino attamen magis, in eam partem, qua iure, copiam agendi Actori nostrati, ex constitutione de pace publica, esse factam, statuitur.

6 Primò etenim constitutio, de fracta pace publica, longè generalissimis, & prægnantissimis verbis vtitur. *vt patet aus dem königlichen Landfrieden zu Wormbs anno 1495. vnd auß m Reichsabschied/ de anno 1521. ibi: von was wirden/ standes oder wesens die weren.*

Et rursus ex Recessu anni 1548. im §. derohalben wollen vnd meinen wir ernstlich & seq. §. ponderando verba, quę ibi leguntur: von allen vnd jeden/ item: wer der oder die weren/ nicht mand ausgenommen.

Vndè dubium non est, quin dispositio tam latè patens, vt nihil suprà, complectatur quoque sub se imperij Electores. *Vti in indiuiduo tradidit Magent. ad ordinat. com. p. 2. tit. 9. in pr. vbi in indiuiduo de Electorib. Saxon. et Brandeburgico loquitur.*

Quodq; consequens est, aduersus primæ quoq; classis principes, processus istiusmodi, à Dominis Assessoribus Cameræ, decerni: iustè potuerunt.

Iurarunt enim Domini Assessores, in constitutiones Imperij publicas: cumprimis verò 7
in eam, quæ de pace publica tuenda & conseruanda, promulgata est. Ordin. Camer. p. 1. tit. 13. in pr.

Quid? quod & ipse Imperator, nec non 8
omnes Imperij ordines, ijsdem quoq;, alligati sint constitutionibus: ob consensum, quem vel ipsi, vel Antecessores earundem, hisce ferendis adhibuerunt. *Ordin. Camer. p. 3. tit. 54. §. solches alles. Bender. in tr. reuision. concl. 21. n. 17.*

Quid? quod complurima, ex Interpretum 9
neotericorum monumentis, erui possent exempla, processus ex pacis publicæ constitutione, periculo attamen partis sine ambagibus vllis, etiam aduersus Imperij Electores, decretos, ostendentia. Vt taceam ipsum quoque libellum, qui à K. Iudici hîc porrigebatur: ita fuisse conceptum, vt constitutio de pace publica exigebat. Quid ni igitur processum decernerēt, Camerę Imperialis Iudices.

Nam etsi exemplum illud, de anno 1550. 10
vbi Imperator consulebatur, adduxerim: vnicum tamen illud tantum est. Vndè non exemplis, sed legibus iudicandum erit.

Sed & in illo incerto Autore d. obseruat. 6. hæc addita reperitur ratio: eò rem ad Imperatorem fuisse delatam, ne fortè is princeps, qui proscribi debebat, exercitum, quem sub se, pro bono Reipub. habebat conscriptum, aduersus Imperium vteretur, & maiores adhuc in eo excitaret tumultus.

Et deniq;, ibi promulganda iam erat proscriptionis sententia: hîc verò, saluis exceptionibus, Reo competentibus, processus solum decernebantur.

Eodem quoq; modo, longè diuersissima 11
est ratio, relaxationis à iuramento, ad effectū agendi: & processus, ex capite fractæ pacis, decreti. Nam relaxatio isthæc extra iudicialiter peragitur, eaq; semel peracta, amplius quicquam contrà eam, excipere, licitum non est: At hîc etiamsi processus decernatur, adhuc exceptiones attamen incolumes, parti aduersæ remanent, quæ illi, contra actionem institutam competierant,

Expendi

Expendi quoq; mecum hoc in loco, num nam simul, ad restitutionem rerum oblatarum, nec non ad emendandas iniurias agi potuerit.

12 Et sanè puto, de restitutione rerum oblatarum, dubitandum admodum non esse.

Cum hæc ad quatuor illos casus, de quibus in ordinatione. p. 2. tit. 23. habetur, referri posset.

13 At illud, de iniurijs caput, plus dubitationis habere videbatur. Cum certum sit inter casus, in quibus Camera, etiam in prima instantia iudicat, iniuriarum causas non connumerari. *Vt ex Gail. obs. lib. 1. obs. 1. per tot. Frider. in tr. de proceß. in Camer. extrah. lib. 1. c. 20. per tot. Chriſtoph. Schuuanman. in tr. de proceß. Cam. lib. 1. c. 7. per tot. apparet.*

Sed & causam iniuriarum, in prima instantia, ad Cameram non spectare, decidit adhuc clarius, incertus ille Autor, quorundam obs. quæ post Maril. decisiones extant, *obseruat. 38.*

14 Verum enimuerò, re pœnitiùs perspecta, etiam iniuriarum nomine, processum non fuisse denegandum censuerim, idq; ob causæ contentionem.

15 Extra controuersiam enim positum est: quod generaliter primæ instantiæ, vel Austregarum priuilegio, ob causæ continentiam derogatur. *Gail. d. obs. n. 22. & obs. 32. per tot. lib. 1. Schuuanman. d. tr. de proceß. Cam. lib. 1. c. 6. n. 5.*

16 Quod & in specie in causis fractæ pacis, procedit. Nam & in consequentiam huius causæ, alterius generis mandata & processus veluti de restituendo, & relaxando: *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 6. n. 1.*

17 Sed & processus in causa iniuriarum, à fracta pace, originem trahentium, simul decernuntur. Vti in indiuiduo tradidit *Frider. in d. tr. de proceß. in Camer. extrah. lib. 3. c. 11. n. 16.*

II. THEMA.

Proximus, nunc ille est casus, quomodo lis citiùs finiri: sed & ingressus eius præpediri possit.

Equidem hoc exceptione aliqua declinatoria effici posse non puto. Prospexit enim
18 lex: quod nemo omnium, qui in Imperio viuunt (exceptis subditis Ducis Brabantiæ, quibus hoc Burgundica ista transactio, der Burgundiſche verrag / anno 1548. confecta peculiatim concessit, testibus *Gail. d. lib. 1. de pac. pub. c. 11. n. 6. Schuuanm. d. lib. 1. de proceß. Cam. c. 14. n. 2. Frider. d. tr. de proceß. in Camer. extrah. lib. 1. c. 22. n. 1. verſ. ſola Domus Burgundica*) Camera iuris dictionem, *in causa fractæ pacis declinare queat. d. Conſtitut. Vuormat. anni 1495. ſub Rubr.* auffhebung aller freyheit / *& anni 1521. ſub eadem rubr.* von auffhebung aller freyheit. *Gail. d. c. 11. n. 1. & 2. Schuuanm. d. c. 14. n. 2.*

19 Quinimò decisum expresse extat, quod omnis de pace publica accusatus, etiamsi subditus Electoris Saxonis, vel Brandeburgici sit, in Camera forum sortiatur, *apud Frid. d. lib. 1. de proceß. in Cam. extrah. c. 22. n. 1. Iulian. Magant. ad ordinat. Camer. p. 2. tit. 9. verſ. hinc licet.*

Considerabam item, num hoc præscriptionis exceptione, perficere possemus. Quandoquidem factum, ob quod nunc, de pace fracta agitur, biennium ferè antè contigerit, quàm in Camera, agi cœptum esset.

Cum attamen clarissimi iuris sit, actionem 20
iniuriarum criminalem vltra annum non durare. *gl. vlt. communiter approbata, in l. ſi non conuity. C. de iniur. Plac. in epit. delict. c. 6. circa fin. Clar. in practic. crimin. §. iniuria. n. 9 Rmin. conſ. 211. n. 5. volum. 5.* *

Cui non occurrit, quod attamen hic an- 21
nus à tempore scientiæ demum, currere incipiat. Vti rursus in Camera Imperiali decretum esse, testis est, is Autor obseruationum incertus, *obſ. 31. poſt deciſ. Marilliani. Gail. obſ. 105. n. 1. & ſeqq lib. 2.*

Nam cum ab initio, rei gestæ, K. affuerit & interfuerit, ignorantiam allegare nequit: proindeque annus effluxerat iam, antequam res, ad iudicem deferretur.

Verum ne sic quidem, optatum finem, consequi nos posse, animaduertebam.

Nam quicquid sit, in alijs iniuriarum ac- 22
cusationibus: attamen illa, quæ ex fracta pace exoritur, iuris ciuilis est, & viginti annis durat. *Vti in indiuiduo docet Gail lib. 1. de pac. pub. c. vlt. n. 30.*

Quare ad illam tantum exceptionem, qua opponitur Accusatori: tu, a iure prohibitus es agere, de fracta pace, quia subditus es: refugium patere arbitrabar, illamque esse talé, quæ litis hic ingressum remorari posset.

Nam, cùm in confesso sit, probationeque vlla, non indigeat, quod K. Accusator, subditus tùm temporis principi Accusato fuerit: quod item Principis iram, vel decies, data in id opera, prouocarit, aduersum se, facinoribus suis infandis: vt illi accusatio huiusmodi danda sit, non video.

Nam si subdito, contra dominum, ne 24
mandatum quidem de non offendendo, quod leuius est. *Gail. teſte d. lib. 1. de pac. pub. c. 2. n. 18.*

Sed nec mandatum pœnale sine clausula, 25
regulariter decerni soleat. *Frider. in tr. de proceß. in Camer. extrah. lib. 2. c. 13. n. 1. & ſeqq.*

Quanto magis subditus cum effectu, de fracta pace accusationem: contra dominum instituere non poterit. Per argumentum à 26
fortiori, quod fortiùs imum in iure est. *Vt apparet ex Euer. in top. in loc. a minor. n. 1. Cald. in l. ſi curatorem in v. hunc contractum. n. 23. verſ. nec etiam. C. de teſt. in int. Cacher. deciſ. 94. n. 13.*

Nec refragatur his, quòd attamen apud 27

Frider. in tr. de proceſſ. in Cam. extrah. lib. 1. c. 26. n. 4. legamus: quendam Marchiæ Nobilem, anno 1578. contra Electorem Brandeburg. Cameræ ſpirenſi, preces ſupplices obtuliſſe, quò ei decerneretur aduerſus principē ſuum, mandatum de reſtituendo: quodque huic mandatum de reſtituendo, denegatum fuerit, propterea, quod narratā ſupplicationis, ad conſtitutionem de fracta pace direxiſſet: in concluſione ſupplicationis porrò petiiſſet, ſibi mandatum de reſtituendo ſpolio, decerni, hac adiecta ratione: dem der Churfürſt were ihme in ſein Hauß gefallen/ allerley Hausrath genommen/ Thüren zerſchlagen/ Kiſten vñ Kaſten auffgebrochen. *Frid. de loco.*

Quaſi innuere videatur Friderus: mandatum ſuper fracta pace, decretum fuiſſe, ſi illius Nobilis petitio: libelli ſupplicis narratis, fuiſſet conformis:

Nam vt ego puto, hæc aptè, ex hiſce Frideriverbis inferri non poterunt.

Cum incertum ſit, quid nam fuiſſet decretum, etiamſi preces ſupplices, Nobilis huius, aptè fuiſſent conceptæ, ſiquidem ad plenum, iudicum Cameræ Senatum, res fuiſſet delata, proindeque ſatius eſt, vt dicamus: de futuris contingentibus, non iudicare Eccleſiam per vulgar.

At hac Senatores Cameræ Imperialis, Nobilis huius petitionibus detuliſſe: nihil tamen adhuc hinc concludetur, ad conſtringēdas vires exceptionis huius: tu es ſubditus: Cum decretum hoc Cameræ aliter iure accipi non poterit, quàm ſalua exceptione, de incompetentia accuſationis, propterea
28 quod Acculator erat ſubditus. Eò, quod non niſi mandata iuſtificatoria, in cauſa fractæ pacis decerni poſſint. Etenim cauſæ cognitione opus eſt, an vis talis commiſſa ſit, qua pax publica conculcata, atque fracta ſit. *Gail. d. lib. 1. de pac. publ. c. 5. n. 23.*

Non itaque noſtræ Deciſioni, Friderici traditio obſiſtit.

29 Pariter quoque ponderis alicuius non eſt, quod complurima præiudicia extent, quibus in Camera, ad ſubditorum preces, aduerſus principes eorundem, ſine clauſula mandata, & quidem pœnalia, decreta ſint. Veluti ſubditis Epiſcopi Mindenſis, decretum fuit mandatum, de relaxando captiuos ſubditos, addita pœna, mille quingentorum loachimicorum. *teſte Frider. d. lib. 2. de proceſſ. in Cam. extrah. lib. 2. c. 13. n. 14. vbi alia cuiſmodi præiudicia extant.*

30 Nam inter mandatum de relaxando: & proceſſum ſuper fracta pace, ingens eſt diſcrimen. Quare ſit, vt à maiori ad minus affirmatiuè, argumentum rectè duci non poſſit. *Euer in top. in loc. a maior. n. 1. Odd. in tr. de reſtitu. integr. q. 1. n. 67. Schrad. in tr. feud. 1 p. 9. p. p. c. 4. n. 3 in fine.*

Et denique non obſtat id, quod attamen K. ſolùm ad pœnam, bis mille auri marcarum, reliquas fractoribus pacis publicæ dictatas pœnas, inſuper habens egerit. Nam ſic quidem, elidetur exceptio hæc: tu nō potes agere, quia es ſubditus. Cum, & illa pœna, 31
bis mille marcarum auri, criminalem, & non ciuilem actionē, inſtitutam eſſe arguat: ideoque ſubdito aduerſus Dominum ſuum omninò denegenda ſit. *Gail. d. l. 1. de pac. pub. c. 15. n. 13. fac. trad. Magenh. ad Ordinat. Cam. p. 2. tit. 9. verſ. deinde litera & verſ. quæro igitur, an hic Actor.*

Quare vt hoc thema tandem abſoluam, hanc exceptionem, præ reliquis, litis ingreſſum impediturum, planè ſtatuo.

Cum controuerſi iuris non ſit: quod excep- 32
tio, de iure agere, prohibitus es, ob id, quod actionem criminalem, & famoſam aduerſus Dominum tuum inſtituiſti, ex ijs vna ſit, & quidem primaria, quibus litis ingreſſus præpeditur. *l. ſi oleum §. vlt & l. ſeq. ff. de dol. l. 1 ff. de obſeq. a libert. & libert. par. & patr. præſt. tradunt. Br. Aug. Aret. Soſm. & Franc. in locis a Blanco adductis, in tr. de except imped. lit. nigr. c. 4. n. 4.*

Neque verò dubium eſt, quin & hæc ex- 33
ceptio, in cauſis fractæ pacis, locum inueniat. Cum & exceptiones, ſimpliciter dilatoriæ, in fractæ pacis cauſa, non alpernentur, nec reijciantur. *Attoſſante id ipſum Schuttenman. in tr. de proceſſ. Cam. lib. 1. c. 55. n. 14.*

Non latebant equidem me, quæ apud Gail- 34
lum, ſcripta legerentur: Exceptiones nempe peremtorias, in cauſis fractæ pac s, ad litis ingreſſum impediendum, opponi non poſſe: ſed referuandas omninò fore, vſq; poſt litem conteſtatā. *Gail. d. lib. 1. de pac. pub. c. 11. n. 8.*

Verum ne hoc quidem me, vt ſententiam mutarem, mouebat. Gailium enim intelligebam, loqui, de exceptionibus peremtorijs, quæ ſimul cauſæ merita concernerent. *Vti ipſum interpretatur quoq; Gail. d. c. 11. n. 10.*

Nam & Mynſing. hanc rem exemplis ita 35
declaraſſe ſciebam: veluti inquit: ſi acculatus de fracta pace comparuerit, & vt forum Cameræ declinaret, articulos, & probationes, quibus edocere vult, pacem fractam non eſſe, ſed factum ciuile eſſe, & taliter non qualificatū, vt indè pacis publicæ violatio, oriri poſſit, iudici exhibuerit, ſi (inquit) illa negatio, & probatio reſpexerit, & attigerit, negocium principale: tunc ante litem conteſtatam non admittitur, ſed demum poſt litis conteſtationem. *Mynſing. obſ 27. cent. 2.*

At hic exceptio ſubiectionis, nihil cū principali negocio commune habet: & inſuper videmus, eam aliàs multo priuilegio frui.

Sic namq; inuenit, in cauſa mandati ſine 36
clauſula, ſuper ſpolio, paritionem: & priùs ſubiectio probanda eſt, quàm vlterius in cauſa ſpolij procedatur. Quamuis aliæ quoque exceptiones, in cauſa ſpolij oppoſitæ, reijciantur. *Myns. obſ. 10. cent. 2. Autor. obſ. incert. poſt Martillum deceſ. obſ. 115.*

Sed

37 Sed & ipse fatetur Gailius: quod exceptio transactionis (quæ in eadem classe, cum nostra censetur. *Vtex Blanc.d.tr.de excep.impedit. nigr. c. 1. n. 11. videre est*) *etiam in causa fractæ pacis luis ingressum impediat. Gail. d. lib. 1. de pac.pub. c. 11. n. 11.*

38 Vlterius non obstat quoque illud, quod Mynsinger habet: principem contra subditum suum in causis fractæ pacis comparentem, & factum ciuile esse, ideoq; constitutionem de pace publica non attingere, proponentem, non audiri: nisi lite priùs contestata. *Mynf. obf.98.cent.3.*

Nam nulla adest coniectura, quæ conijcere iubeat, Mynsingerum ibi de exceptione subiectionis agere. Cum multis alijs modis factum ciuile esse possit.

Non itaque huc referenda est Mynsingeri doctrina.

III. THEMA.

In vera tertij thematis resolutione, rej totius summâ, positam esse, haud inuitus fateor.

At ex ijs, quæ ad me allatæ fuere, negocij circumstantijs, mentem inducere non possum, vt vllo modo, victoriam causæ, K. Accusatorem obtinere posse, statuam.

Nam este, reijciat Iudex, exceptionem illam, de qua hactenus vidimus: nempè tu prohibitus es agere, de fracta pace, quia mihi subditus es: oportet nihilominus ex Iuris
39 præscripto, vt in causis fractæ pacis, non solùm factum, sed & qualitates eiusdem, exactè probentur, attestante *Gail.d.lib. 1.de pac.pub. c. 13.n.1.& seqq.*

40 Nam is, qui in probatione qualitatum succumbit: in totum succumbet. Vti alijs complurimis in id congestis, rursus decidit *Gail.d. c.13.n.5.& 6.*

At enim vt facti huius qualitates, ita vt de fracta pace constitutio deposcit, probari possint, equidem non perspicio.

41 Nam extra controuersiæ aleam stat: quod omnis is, qui in accusatione de fracta pace vincere vult, tria omninò probare, necesse habeat, veluti. I. Vim publicam, & quidem maiorem, cui resisti non possit: II. quodque ea coacta in id hominum armatorum manu illata fuerit: III. & quidem ex dolo vero. *Gail. d.lib.1.de pac.pub.c.7.n.1.2.& 6. Frid.in tr.de processs. in Cam.extrah.lib.1.c.23.n.1.2.& 3. Schuuanman.in d.tr. de proceff. Camer. lib.1.c.14.n.5.& 7. Tilem.de Benig.decis. Relat.Synt.ag.3.decis.2.vol.4.n. 12. & seqq.*

Iam verò indulgeamus K. Accusatori, probare eum posse, primum & secundum requisitum: nempè publicam vim, & eam quidem maiorem, cui is resistere non potuerit, item manum militarè, in id coactam fuisse (Nam etsi negetur, ex parte principis Accusati, octingentorum hominum manum coactam fuisse: negari attamen non potest, quia ad minimum hominum armatorum, quadringenti fuerint. Id quòd abundè satis est, vt rectè dicamus, manum militarem coactam fuisse. Cum incogniti iuris non sit, quod decem etiam, aut quindecim armata manus dicantur. *l. prætor ait. §. turbam. ff. vi bon. rapt. Gail. d.lib.1. de pac.pub.c.7.n.25. Frider.in tr.de proceff. in Cam. extrah. c. 23. n. 2. verf. vndè nec tam pauci. Schuuanm.d.lib.1.c.14.n.11.* 42

Sed & ex constitutione Ratisbonensi anni 43
94. idipsum Iudicis arbitrio & discretioni diffiniendum commissum est Recess. Ratisbonenf. anni 94. §. also ist auch zweiffel.)

At tertium requisitum probare, hæc dolo nimirum verè, fuisse perpetrata omnia, rem tàm puto impossibilem, vt nihil suprà. Nam præter generalem illam præsumtionem, qua pro magistratu quolibet præsumitur. *ad nostram ext. de appellat. c. ubiff. 11. q. 3. Alc. in tr.præsumt. reg.3.præsumt.15.n.1.cum simil. vulg.* 44

Adest præterea, & quidem in terminis (vt practici loquuntur) communis DD. traditio, habens: quòd Dominis licitum, atq; permissum sit: subditos suos inobœdientes, atq; contumaces, punire: etiamsi id fiat, hostili impetu, manuq; armata. *Bl.in l.2.n.10. circa fin. C. de feruit.& aq. Gail.d.lib.1.de pac.pub.c. 2.n.20.* * 45

Quo iure eatenus quidem vtimur, vt hoc 46
casu, cum ob contumaciam, & inobœdientiam puniti sunt subditi: illis ne mandata quidem, de non offendendo decernantur. Gail. teste d.loco.

Quod cum ita sit, procul discedat abhinc 47
dolus omnis. Etenim quælibet iniusta etiam causa, à dolo excusat. *l. igitur. §. potest ff de liber. caus. l. si quis maior. & ibi Iaf.n.3. Bertaz.ol.n.47. C. de transact. Zoanett. ad l.vt vim p.2.n.81. ff de iust.& iur. VVesenb.in tr.feud.c.15.n.8. Borch.in tr. de pact. c. 6.n.14.*

Sed & defensio, tantoque magis accusatio 48
omnis illicita est: vbi offensio licita atque permissa est. *Br.in l. vt vim fub.n.4. ibi Fortun. Garc.n.5.cum seqq.ff. de iust.& iur. Schrad.in tr.feud. 1.p.9.p.p.c.4.n.82.*

Vt taceam, nullum fractæ pacis modum, vt eos describit constitutio, præsenti facto applicari posse. Nam modi in constitutione expressi hi sunt: das einer den andern/oder die seinen/ eigenthätlicher weise/ bekrieget/ vnd beraubet/ fahet/ vberstehet/ besendet/ mit pfündern/ rauben/ brennen/ morden beschediget: der possession wil entsetzen: oder des andern vrlaubhaben/ in seiner Obrigkeit vngeirret/ sicher/ vnnd frey/ nicht will wandern/ oder ziehen lassen/ etc. 49

Vt hos modos omnes, recensent constitutiones de fractæ pace, latæ: & cum primis Recess. Ratisbonenf. anni 94. §. ebener massen/ad hæc. ferè traditque præterea *Frider.in tr. de proceff. in Cam.extrah.lib.1.c.24.n.1. Mynf. d. obf.98. cent.2.*

At hîc, mens & intentio Principis Accusati talis nõ fuit: sed vt effrenatam subditi sui inobœdientiam, coerceret: eumq; iussa principum armata esse, edoceret, hæc omnia facere aggressus est: nil quicquam quoq; flamma, de bonis Accusatoris consumsit: nihil malè perdidit, nihil pessum dedit: possessione item vlla, Accusatorem nõ spoliauit: quin imò si literis reuersalibus quas vocant, pro vt præscribebantur, subscribere præstitè non renuisset, ipse etiam consectum, è libera illa custodia, emitti potuisset.

Restat itaq; vt concludamus, facto huic, cum fracta pace, commune nihil esse. Etenim
50 diuersitas facti, iuris quoq; diuersitatem arguit. *l. 3. §. 1. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. test. l. celebratem de consecrat. dist. 3. Crau. cons. 942. n. 11.*

Accedat adhæc, quòd Accusator, tempore factæ irruptionis, arcem, quam principe Accusato concedente, possidebat occluserit: sed & seipsum irruptione iam facta, sub paleis, recondiderit. Cuius rei, quid opus habuisset, ni malesana mens, viræ anteactæ scelera, & flagitia, ei suggessissent.

51 Etenim ipsa natura docet: nihil extimescere cum, qui nihil commiserat: & è diuerso: conscientiam, pœnas commeritas, ob oculos ei, semper ponere, qui deliquerat, atq; peccarat. Vnde latebras & effugia quærere fatagit. *Vti Ciceronis autoritate adducta, decidit Menoch. in tr. de arbitr. sud. quæst. 9. n. 43.*

52 Veniebat hoc in loco in mentem, Recessus Ratisbonensis, anni 94. §. Ebner masseu: quodque is, à nonnullis ita declararetur: ac si vellet, dolum post hac præsumtum, ad coarguendum quem de pace fracta, satis fore. *Stuti & Schuttanman. in d. tr. de proceff. Camer. d. c. 14. n. 6. in hanc inclinare sententiam videtur.*

Sed reuera id, is ipse Recessus non vult, sed illud tantum: libellum quidem in accusatione fractæ pacis procedere, etiam nulla facta in eo, doli propositiue mali, mentione. At interim accusatorem, in doli probatione faciendâ, non alleuat: ne ad gry quidem vsque, quinimò expressim sancit, siquidem ad probationes ventum fuerit, accusatorem necesse omninò habere, accusati propositum fraudulentum, dolumque malum, ad oculum commonstrare.

Sed & in illo ipso Recessu, §. Dieweil denn ferner: expresse constitutum est: in causis fractæ pacis, facti qualitates, in libello allegatas, plenè & integrè, omninò probare oportere: adeò vt omissa qualitate facti, aliud censeatur factum, quàm illud, quod in libello propositi est. Vt ipsa habent Recessus formalia: vti etiam illam ipsam constitutionem, intelligit *Frid. in tr. de proceff. ext. lib. 1. c. 23. n. 5.*

Non itaq; ante adductus §. Ebener masseh/ eiusdem Recessus, in vero, genuinoq; suo sensu nostræ sententiæ aduersus est.

At inquies, fuêre attamen hîc, nonnulla aduersus K. inordinatè nimis, & præter quàm iuris ratio pateretur, administrata.

Ceterum, quod regeram tibi, in promtu est: hinc nempè conflictum attamen, non dari, de fracta pace accusationem: cum excessus huiusmodi, & confusiones, ad summum, mulcta aliqua pecuniaria, pro arbitrio iudicantis, qui ad magnitudinem excessus, personarum & rerum qualitatem respiciet, sint plectendi. *Vti hoc totidem verbis scripsit Gail. d. lib. 1. de pac pub. c. 16. n. 24.* 53

Concludo itaque Accusationem hanc K. contra principem N. institutam, effectu carituram.

IV. THEMA.

De quarto eodemque vltimo themate sic habeo: ob Accusationem hanc, vel ipsum Imperatorem: vel collegium Electorale, non esse adeundum: sed quoniam video, Principi N. esse ad exripiendum, menses octo præscriptos: censuerim, quam indicauimus exceptionem: tu prohibitus es agere, cum sis subditus: propè diem, in vim impediendi, litis ingressum, Iudici exhibendam esse.

Cui litis contestatio euentualis, me iudice, 54
foret annectenda. Quandoquidem id requirere, videam *Recess. Ratisb. anni 94. §.* Stetzen demnach.

Nam etsi nemo eat inficias: quod exceptio hæc: tu prohibitus es agere: principaliter tantùm causas fractæ pacis attingat: & à mandato de restituendo, causaque iniuriarum, longè sit remotissima:

Euicimus attamen antea, mandatum de restituendo, & iniurias: hac in parte, hnius tantùm, quod defracta pace negocium est, esse pedissequas, & accessoria. Quare fieri nequit, vt absolutione, de fracta pace impetrata, extimescenda adhuc, ob restitutionem, vel iniurias, condemnatio sit.

Cum lex hac in parte, ita prosexerit: 55
quando simul, super pace fracta, spolio, turbatione, & iniuria, actio est proposita: Verùm qualitates, quas lex, & negocium ipsum, requirit: in causis fractæ pacis, non potuerunt commonstrari: tunc quoque simul absoluendum esse, & in puncto citationis & mandati: deinceps ad Iudicem suum remittendum, reum. §. Dieweil denn ferner *verſſo* setzen im Reichßabschied zu Regenſb. *de anno 94.*

Contra omnia itaque, Accusationis K. capitula, vnicam hanc exceptionem, antidoti loco esse posse, censuerim,

Quòd deindè admonui, ne cessaret Princeps Accusatus, exceptionem hanc priùs opponere, quàm elaboretur terminus, ci ad excipiendum assignatus, hanc habet rationem: non quod verebar, ne non ad excipiendum termino elsluxo, libellus & articuli ei inser-

ei inserti, iam pro confessis haberentur: (nō
56 enim ignarus eram: quod in fractæ pacis causa, articuli nunquam pro confessis acceptentur, attestante idipsum *Gail. d. lib. 1. de pac. pub. c. 15. n. 3.*

57 Id, quod verum est, etiamsi accusatio de pace violata, non ad omnes pœnas, in constitutione expressas: sed ad pœnam bis mille marcarum auri tantum, fuerit instituta. *Gail. de c. 15. n. 23.*)

Sed quod cogitabam, fieri posse, vt termino ad excipiendum frustra effluxo, posthac in contumaciam Rei, Accusator, ad probandum factum propositum, cum suis, qualitatibus, admitteretur.

58 Propterea, quod certum sit, quod in causa fractæ pacis, Reo contumace existente: actori concedatur probare id, quod intentionis suæ fundamentum est. *Vti in induuiduo attestatur Gail d. lib. 1. de pac. pub. d. c. 15. d. n. 3.*

Nam id si fieret, hæc exceptio, decies etiam interposita, litis amplius ingressum, remorari ampliùs non posset: sed pluribus factis impensis, lis tandem, & forsitan post sæculum demum finiretur. Id quod Accusato principi minimè conduceret.

Postremò cogitabam quoque mecum, an non reconuentioni, si quidem lis foret ab Accusato contestanda, locus esse posset?

59 Sed id fieri non posse, obstante lege censeo. Expressum enim est, quod in fractæ pacis causis reconuentioni locus non sit. *Gail. d. lib. 1. de pac. pub. c. 12. n. 6. & 7. Iul. Magenh. ad ordin. Cam. p. 3. tit. 30. in pr. vers. tamen hac regula.*

60 Nisi fortè Reconuentus, ad Reconuentionem taceat, &, quod ego non puto, litem simpliciter contestaretur. Hoc enim casu, cumcontra accusatorem, de fracta pace, libellus reconuentionis offertur: is verò tacet, & litem simpliciter contestatur: reconuentio rectè procedit. *Gail. d. obs. 12. n. 9. vbi id ita obseruatum fuisse in causa Abbatis S. Blasij, contra Comitem à Lupfen, attestatur.*

Tentandum itaque esset, num res succedere vellet.

Quod si succederet, petitionem Accusati, taliter fore concipiendam, reor: vt petat, Accusatorem, ob iniurias atrocissimas, sibi exhibitas, & quidem in scriptis, & in iudicio, sibi vicissim, in bis mille, auri puri marcas, condemnari: vtque corpore luat, sin in ære tantundem non haberet.

Aut posset peti, vt condemnaretur, ad re- 61
cantandum, & vt supplicum more, ad genua Principis deuolutus, quam contraxerat noxiam, deprecaretur: Daß er einen fußfall thue.

Quin enim hæc duo, æstimatio scilicet iniuriæ, & recantatio siue palinodia, etiam in Camera, cumulari possint, extra controuersiam positum est. *teste Gail. lib. 1. obs. obs. 65. n. 5. Mynsing. obs. 98. ad fin. fere cent. 2. Blaret ad l. diffamari. in argument. eius legis. n. 4. C. de ingen. manum. Schrad. in tr. feud. p. 9. sect. 6. n. 51.*

Quod si excipieret Reconuentus, aditum ad reconuentionem, hic præclusum esse: abstinendum à reconuentione foret, donec exitum de fracta pace, sortita fuisset lis, & postea coram iudice & competenti (nec enim in causa iniuriarum, Camera, in prima instantia, iudex competens est) iniuriarum rectè conueniretur: interimque in lite, de fracta pace succumbens, in expensas Domino Accusato condemnaretur.

Pœna enim actoris, in causa fractæ pacis 62
succumbentis, ob id, quod actio eius elideretur, atque perimitur, aut quod qualitates, quas constitutio desiderat, probare non poterat, condemnatio in expensas est. *autore Gail. d. lib. 1. de pac. pub. c. 12. n. 5. Mynsing. obs. 98. in fin. cent. 3.*

Sic de hisce thematis habeo. Liceat autem vnicuiq;, per me, doctiora, & saniora afferre. F. P. D.

CONSILIVM XII.

SVMMARIVM.

1. *Captatoriam voluntatem, dicere tantùm possumus, ratione institutionum, & non legatorum.*
2. *Institutioni heredis, longè maior debetur fauor, quàm legatis.*
3. *Captatoria voluntas quid.*
4. *Diffinitus cui non competit, nec diffinitum.*
5. *Institutioni heredis, nil nocet, etiamsi quem blanditijs induxero, vt me heredem scriberet.*
6. *Testamentum non præsumitur dolo, machinatione, persuasione, vel metu factum.*
7. *Probatio non necessariò concludens, momenti nullius est.*
8. *Coactio & persuasio fraudulenta, quod ad testamenta attinet, æquiparantur.*
9. *Testamentum non vitiatur, ob coactionem: sed postea à cogente, per fiscum auferetur hereditas.*
10. *Testamentum non vitiabitur, ob persuasionem dolosam. Licet postea fiscus, sibi vendicare possit, hereditatem, dolosè persuadenti obuenientem.*
Argumentum ab æquiparatis, validum in iure, ibid.
11. *Fraus tantùm nocet autori suo, & non tertio.*

12. Dubitare de eo, de quo legis extat decisio, reprehensione dignum est.
13. Captatoria legata, & fideicommissa quoq; consistere nequeunt.
14. Institutio heredis, quam facit testator, ob importunas alicuius persuasiones, ad commodum suadentis, & aliorum detrimentum, nulla est.
Idem in legatis. ibid.
15. Argumentum nullum est, si in eo, partes omnes non enumerentur. ibid.
16. Consequentia à particulari, ad vniuersale non valet.
17. Iura omnia de certo subiecto loquentia, recensere velle, captum humanæ memoriæ ferè excedit.
18. Fauor idem, quandò debeatur legatis, & fideicommissis: qui debetur institutionibus.
19. Æquiparatorum eadem est efficacia, qualitas & natura.
20. Legata & institutiones sunt adæquata quò ad captationes.
21. Diffinitio cui competit, diffinitum quoq; competituum est.
22. Captare alicuius voluntatem, quid.
23. Captare alicuius hereditatem, legatum, fideicommissum, quid.
24. Captare alicuius hereditatem, semper turpissimum est habitum.
25. Etiam inter Ecclesiasticos.
26. Blanditiæ, quatenus legatis, vel fideicommissis, non noceant.
27. Legatum sit caducum, ob persuasiones, etiamsi rationes persuasiuæ, veræ fuerint, dummodo idipsum cedat in alterius detrimentum.
28. Fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, euenit argumenta quibus inest.
29. Persuasiones, & rogationes, euertunt testamenta, etiam inter maritum, & vxorem conscripta.
30. Dolus probatur ex coniecturis, præsumptionib.
31. Etiam in testamenti confectione.
32. Quod & in dolo vero, & non præsumto tantum verum est.
33. Dolus probatur, ex machinationibus absconditis.
34. Dolus arguitur ex insolitis.
35. Dolus probatur, tam ex præcedentibus, quàm sequentibus.
36. Etiam ad testamenti conscriptionem quod attinet.
37. Dolus probatur ex persuasionibus.
38. Dolus probatur ex eo, quod legatum relinquitur, quod vires hereditatis excedit.
39. Dolus legatarij, qua ratione probetur.
40. Ægroti facilius longè falli possunt, quàm sani.
41. Testamentum nullum, non valet, etiam quò ad fisci commodum.
42. Fiscus quando vendicet relicta in testamento ipsi facto.
43. Fiscus nihil iuris habet, in testamento facto, per suasiones.
44. Fiscus in casibus iure non expressis, iure communi vtitur.
45. Argumentum ab equiparatis, quatenus procedat.
46. Heredes ab intestato, habent actionem in duplum, contra illum, qui per compulsionem effecerat, vt quis testamentum, in sui, compulsoris scilicet, commodum conderet.
47. Et si is soluendo non fuerit, auferuntur hac actione, à fisco quoq, quæ hoc nomine, fisco à compulsore ablata erant.
48. Legatum nullum est, etiam respectu tertij, dummodò is particeps est fraudis, qua pellicebatur testator, vt huiusmodi legatum relinqueret.
49. Dolus tertij, mihi toties nocet, quoties est causa immediata, meo acquisitioni.
50. Testamentum omne, præsumitur iustum & legitimum.
51. Testamentum qui dicet consistere non posse, probabit id ipsum.
52. Testes in testamento præsumuntur idonei.
53. Testes in testamento adhiberi possunt, etiam infames: dummodò infamia hæc omnibus nota non sit, aut cognita.
54. Notarius, testamento duplici modo adhiberi potest.
55. Testes septem, vni testamento adesse sufficit.
56. Interpretatio Nouellæ Imperij de Notarijs. Rubr. von Testamenten/ vers. die Notarien sollen.
57. Testes quinq, sufficiunt, in testamento ruri condito.
58. Etiamsi nobilis esset, qui ruri testamentum conscriberet.
59. Nec teneri, condatur testamentum in scriptis, an nuncupatiuum.
60. Argumentum à testamento in scriptis ad testamentum nuncupatiuum regulariter valet.
61. Testes duo, in testamento inter liberos sufficiunt:
62. Sine fuerit testamentum nuncupatiuum, siue in scriptis.
63. Testes, testatorem, in testamento inter liberos videre, necesse non est.
64. Testes, in testamento inter liberos, toti testandi actui interesse, opus non est.
65. Clausula Codicillaris effectus.
66. Donatio causa mortis, requirit tantum quinque testes.
67. Donatio causa mortis, consistere non potest, si non præsens in actu donationis, fuerit donatarius.
68. Donatio causa mortis, absentifacta, conuertitur in fideicommissum.
69. Describente, & subscribente, idem est iudicium.

70. Testa-

70. *Testamentum inter liberos valet, etiamsi nulli interuenerint testes, dummodo parens, id manu propria conscripserit.*

71. *Testamentum à parente tantùm subscriptum absq; vlla testium adhibitione inter liberos valet.*

72. *Pro testamento, in dubio pronunciatur.*

73. *Testamentum, vt consistat, tria sunt necessaria.*

74. *Testes testamentarij, debent esse idonei.*

75. *Vel omni exceptione maiores.*
Testem esse idoneum, & testem esse omni exceptione maiorem, sunt synonyma.

76. *Spurij adhiberi non possunt in testes, quoties idonei, siue omni exceptione maiores testes, requiruntur.*
Spurij in ordinem sonorum indistinctim allegantur.

77. *Vilis, & artem mechanicam exercens ad instar testis idonei, & omni exceptione maioris, conferi nequit.*

78. *Vilibus annumerantur ij etiam, qui homines radere, atq; in balneis mundare assolent.*

79. *Mores regionis ante omnia in considerationem veniunt, in rectè conficiendis, vltimis voluntatibus.*

80. *In testamento nuncupatiuo, septem quoq; testes, adesse oportet.*

81. *Testamentum totum corruit, ob defectum vnius testis tantùm.*

82. *Testamentum nuncupatiuum, quod dictabat testator tabellioni: testatori & testibus simul congregatis, prælegi debet.*

83. *Etiam ex Imperij ordinatione.*
Cuius ordinationis mentio quoq; fit, apud Couarruuiam.

84. *Testamentum nuncupatiuum, non prælectum, testatoris, & testibus, non valet, nec vt fideicommissum, nec etiam iure Codicillorum.*

85. *Notarius ideò semper creditur ad testamenti nuncupatiui confectionem adhiberi: vt prælegat & publicet (vt practici loquuntur) id, quod dictante testatore, conregerat testamentum.*

86. *Interpretatio constitutionis Imperij, de anno 1512. Coloniæ ad Rhenum promulgatæ, de Notarijs. Rubr.* von Testamenten §. weiter so ist auch, *verbum oportet, est necessitatis præcisæ.*

87. *Testamentum publicatum, seu prælectum esse, ex quibus colligatur.*

88. *Et quando huic collectioni locus sit, vel non. Veritas elicit præsumtiones contrarias.*

89. *Testamentum inter liberos, relectione coram notario, & testibus, opus non habet.*

90. *Testator ipse, suapte sponte, aut Notario, de heredibus instituendis interrogante, coram septem testibus, heredem nominabit: aut inutiliter testamentum conscribet.*

91. *Testamentum nullum est, nec sustinebitur, vt Codicillus, vel mortis causa donatio, vel fideicommissum, si Notarius, sub calcem eius, signum Notariatus sui, non opposuerit.*

92. *Fallit in testamento inter liberos.*

93. *Testamentum non valet, si testes testamentarij, testatorem in conspectu non habuerint.*

94. *Etiamsi tantùm partes, vel cornua, testatoris aspectum prohibeat.*

95. *Testes notam habere vocem testatoris non sufficit, nisi simul eum contemplentur.*

96. *Fallit in Codicillis, secundum aliquos, & in mortis causa donatione.*
At contrarium est receptius, vt n. 97.

97. *Honestius ipsa requirit, notarium & testes, videre testantem, Codicillantem, aut mortis causa donantem.*

98. *Marchiæ Brandenburgicæ mores, requirunt, vt testes videant, testantem, Codicillantem, aut mortis causa donantem.*
Experientia rerum magistra, ibid.

99. *Marchiæ Brandenburgicæ mores, requirunt, vt testes videant, testantem, Codicillantem, aut mortis causa donantem.*
Experientia rerum magistra, ibid.

100. *Testes ad minimum, si non viderint: audire attamen debent, testantem, Codicillos conscribentem, vel donantem causa mortis.*

101. *Testis monstro similis est, qui de re aliqua deponit, & tamen se, rem de qua deposuerat, nec vidisse, nec de ea quicquam audiuisse, fateri cogitur.*

102. *Testes omnes simul, testatorem audire debent, articulatè, & integrè loquentem.*

103. *Testamentum nuncupatiuum quoq; vnico actu, eodemq; temporis momento, & omnibus septem testibus præsentibus, fieri debet.*

104. *Signa testium adhiberi debent, in testamentis, præter subscriptionem earundem.*

105. *Signa oppressa esse, testamento, non sufficit, in characteres signis insculpti: conspicui quoq; fuerint.*

106. *Testamentum totum concidit, si vnici tantum testis signum, defuerit.*
Et n. 110.

107. *Testis in testamento obsignando, annulo alieno, vti potest.*

108. *Testamento nuncupatiuo non nocet, oppressa non esse, signa testium.*

109. *Testamentum præsumitur, testamentum in scriptis esse debere, & non nuncupatiuum, cui adhibita sunt, testium subscriptiones & signa.*

110. *Testamentum inter liberos, quaratione immune sit, à solemnitatibus reliquorum testamentorum.*

111. *Testamentum illud, fauore dignum, non est, in quo liberi, multis legatis & fideicommissis aggrauantur.*

112. *Testamentum confectum inter liberos ratione extraneorum nihil valet, sed extraneis in eo relictum, accrescit liberis heredibus institutis.*

114. Etiamsi quinq; testes, huius testamenti conscriptioni, fuissent adhibiti.
115. Extranei, respectu testamenti inter liberos, dicuntur omnes, qui ex descendentibus testatoris non sunt.
116. Legata, hereditate ex testamento non adita, non debentur.
117. Aditio hereditatis, probatur ex exactione debitorum hereditariorum.
118. Aditio hereditatis iusta non est, qua fit ante, quàm lis, de testamenti iusticia, & validitate cœpta, finiatur. Maximè si hereditas tota absorberetur legatis, siquidem testamentum constaret. n. 119.
120. Aditio hereditatis, probatur ex confectione inuentarij.
Contrarium magis receptum. n. 121. præsertim si annotationis tantùm bonorum hereditariorum gratia, inuentarium conscribatur. n. 122.
123. Præsumtio quæ pro testamento est, quandò cessat.
124. Testes quatenus præsumantur integri & idonei.
125. Artifices artem ignobilem exercentes, ceu testes integri, testamentis, adhiberi nequeunt.
126. Oppositum destruit propositum.
127. Notario quid faciendum, quando vt testis, in testamenti confectione interuenit, & n. 128.
129. In testamento rure conduto, quando testes quinq; non sufficiant.
130. Testamentum, vt rure conditum rectè dicatur, quæ requirantur: etiam secundum constitutiones Imperij. n. 131.
132. Plura vbi interuenire oportet, vnum vel duo adesse non sufficit.
133. Testamentum, vt rure conditum, stabile permaneat, sufficit allegare, plures quàm quinq; testes, reperiri non potuisse.
134. Et quomodo id intelligendum sit.
135. Testes esse idoneos, etiam in testamento, quod rure conscribebatur, oportet.
136. In testamento inter liberos, quare tot solennitates, vt in aliis testamentis, non requirantur.
137. Cessante ratione legis, ipsa quoq; cessat lex.
138. Vasquius multa scripsit, vel contradicendi studio, vel ingenij ostentandi gratia, quæ in praxi obtinere non possunt.
139. Testes, in conspectum testatoris admitti etiam in testamento inter liberos, aquitati, & honestati, magis congruit.
140. Testes, in actibus inter viros quoq;, contrahentes videre debent. Ex communiori & n. 144.
141. Fictione iuris, is pro presente habetur, qui audit, & intelligit, etsamsi loquentem non videat, secundum Vasq.
142. Fictiones, à quouis introduci non possunt,
143. Fictiones vltima miserorum refugia.
145. Testes in actibus inter vivos, qui momenti alicuius sunt, actum celebrantes videre debere, longè est receptissimum.
147. Testamenta confecto non minus arduum quid est, ac diremtio matrimonij.
147. Testem inter viuos, tunc hoc, vel illud, vidisse necesse non est: sires, de qua controuersia est, auditu magis quàm visu percipiatur.
Testis de hora interrogatus, rectè probat, si se horam audiuisse, attestatus fuerit, etiamsi ipsum horologium, non inspexerit.
148. Testem in actibus inter viuos, quoties partes vidisse, non requiritur: adhuc attamen ad minimum, eas audiuisse debet.
149. Testamentum, in Marchia Brandeburgica, conscriptum esse, absq; eo, quod testes viderint testatorem, nouum & inauditum planè est.
Ex moribus regionis, recta, de validitate testamenti, fit dijudicatio.
150. Testes tots testamenti inter liberos confectiori, interesse debent ex communiori. Opinio communis, vel magis communis sectanda, in iudicando, & consulendo.
151. Interpretatio ad Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 75.
152. Subscriptio testium, fraudis euitandi gratia, simul & semel perficienda, etiam in testamento inter liberos.
153. Testamentum non relectum, coram testatore, & testibus, non valet, neq; vt Codicillus, neq; vt fideicommissum.
154. Non entis, nulla sunt qualitates.
155. Clausula Codicillaris, Marte notariorum proprio apposita, infrugifera planè, ex communiori.
156. Interpretatio ad Fabium Turretum in tr. de claus. Codicill. eff. q. 4 n. 3.
157. Clausula Codicillaris, testamento inter liberos inserta, respectu extraneorum momenti nullius est.
158. Clausula Codicillaris, nullius est precij, siquidem nemo, vel ex testamento, vel ab intestato hereditatem aderit.
159. Fiscus, quando occupet bona hereditaria, nemine herede existente, & solum legata.
160. Fiscus vt occupare bona hereditaria possit, vocare ea, omninò oportet.
161. Codicillus requirit quinq; testes legales, & à vitio omni persone puros.
162. Testamentum, ob defectum relectionis, coram testatore, & testibus, non valet etiam in vim donationis causa mortis.
163. Donatio causa mortis, desiderat quinq; testes, omni exceptione maiores.
164. Donatio causa mortis, qua in testamento fit, requirit hereditatem esse aditam, ex illo testamento.
165. Testamentum non relectum, testatori, & testibus congregatis non habet vim fideicommissi. 166. Fidei-

166. *Fideicommissum, requiris, quinq; testes integros.*

167. *Fideicommissum non debetur, hereditate non adita.*

168. *Fideicommissum defecendentibus iniunctum hanc habet conditionem: si grauatus decesserit sine liberis.*

169. *Legata hereditate non adita, non præstantur.*

170. *Contra testamentum pronunciatur, si nullitas, & iniustitia eius, conspicua fuerit.*

171. *Pro testamento non pronunciatur, quod destituitur, solemnitatibus suis.*

172. *Testator præsumitur, mentis sanæ fuisse.*

173. *Testatorem mentis sanæ non fuisse dicenti, incumbit probatio.*

174. *Testamentum non labefactetur, ob id, quod fuerit conscriptum, cum iam in agone esset testator: dummodo articulatè adhuc, loqui poterat.*

175. *Articulatè loqui, quem rectè dicamus.*

176. *Articulatè loqui, is etiam dicitur, qui tantum per verbum sic, vel ITA loqui, notarlo ipsum, an illum, aut illum heredem scribere velit, interroganti, respondere potest.*

177. *Testator ex eo, præsumitur fuisse sanæ mentis, quod heredes scripserat, venientes ab intestato.*

178. *Testamentum ab initio nullum est, quod conscribitur ab eo, qui mente integra, amplius non vtitur.*
Etiamsi esset testamentum ad pias causas, n. 179. vel inter liberos, n. 180.

181. *Morbus grauis, & diuturnior, mentis exilium, plerunq; inducit.*

182. *Morbus grauior, qui dicatur.*

183. *Testes testamentarij, eccur coràm, testatorem aspicere debeant.*

184. *Articulatè, qui loqui non potest, non habet quoq; amplius testamenti factionem actiuã.*

185. *Articulatè, qui loqui amplius non potest, & is, qui graui morbo premitur, & tantùm non in agone constitutus est, aquo iure habentur.*

186. *Argumentum ab aquiparatis validum in iure.*

187. *Morbo extremo pressus, & iam morti proximus, testamenti factionem amplius non habet.*

188. *Testatoris amentia, rectè arguitur ex dispositionis qualitate.*

189. *Ordinata charitas à seipso incipit.*

190. *Testator non præsumitur, quandiu mentis compos est, extraneos liberis propriis prætulisse.*

191. *Testatoris amentia, ex eo efficacissimè probatur, quòd eum nullius amplius liberorum amor tangit.*

192. *Testamentum eius, quæ maritum instituit, matrem autem præterijt, ceu testamentum ab insano factum, nullum est.*

193. *Hereditas parentum, magis adhuc debetur liberis, quam è diuerso.*

194. *Testatoris insania probatur ex eo, quod sæpiùs animi, mentisq; sententiam mutat.*

195. *Notarij assertio, qua attestatur, testatorem mentis sanæ fuisse, ægro licet corpore fuerit, quid efficiat.*

196. *Notarius recensere omnia debet, quæ ad testamenti perfectionem pertinent.*

197. *Testatorem mentis compotem, amplius non fuisse, probatur ex eo, quod cum memoriã defecerit.*

198. *Testator regulariter, præsumitur ignorare, patrimonij sui vires.*
Et quatenus, id verum sit. 199.

200. *Præsumtio, qua quilibet testator, sanamente adhuc fuit, præsumitur, iuris tantum est.*

201. *Præsumtio fortior, debilorem eludit.*

202. *Præsumtio concedit veritati.*

203. *Testatorem, qui iam iam in agone est, mente integra amplius non fruì stat præsumtio ex communiori.*
Et vide n. 205.

204. *Opinio, qua remouet dolum, fraudemq; à testamentis, amplectenda præ reliquis est.*

206. *Non entia, nullas sunt qualitates.*

207. *Testatorem voculam SIC, vel ITA exprimere posse, satis non est, vt consistat testamentum.*

208. *Amentes etiam, ea sæpiùs dicunt & faciunt, quæ rei sunt apta & conuenientia. At ob id, mentis morbo, non minùs laborant.*

209. *Dispositio principalior, nec infringi, nec confirmari potest, per ea, quæ accessoriè scribebantur.*

210. *Præsumtio qua vult, per id, testatorem mentis sanæ fuisse, censeri: quòd vementes ab intestato instituerat, quatenus inueniat locum.*
Verba, cum effectu accipienda.

211. *Effectus attendendus, insuper habito eo, quod verba volunt.*

212. *Inuersio, optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

213. *Testator non præsumitur, voluntatem suam immutasse.*
Etiamsi hæc voluntas esset odiosa veluti, quòd ea heres scriptus, multis legatis, vel fideicommissis oneraretur. n. 214.

215. *Reuocatio testamenti, pœna quodammodo esse censetur, testantis.*

216. *Amentia quæ hominem semel occuparat, etiamnum censetur perdurare.*

217. *Animi passiones, non leuiter recedunt: sed vt semel mentem occuparant, ita quoq; eidem, perpetuò fere, inhærere solent.*

219. *Animi morbo laborans, non intelligit, quæ agit.*

219. *Testamentum non reuocatur, per actus inter viuos, cui non adhibetur debitus testium numerus.*

220. *Reuo-*

220. Renocatio testamenti, vires nullas habet nisi ei septem testes adhibiti fuerint.

221. Testes, qui renocationi testamenti interesse debent, rogatos esse oportet, vt constitat renocatio.

222. Renocatio testamenti, etiam inter liberos, vnico teste, probari nequit.

223. Fœmina testis idonea non est, etiam in testamento inter liberos.

224. Mater, nec pro, nec contra filium, in testem produci potest.

225. Renocatio testamenti, non probatur, per id, quòd Notarius ipsum, inciderit, etiam testatoris iussu, nisi simul interuenerint septem testes.

226. Testamento nuncupatiuo non nocet, cancellatus, vel incisas tabulas eius reperiri.

227. Testamenti incisio, quæ, a quo facta sit presumatur.
Et legatarijs non nocet.

228. Testamenti incisio, puerung, ad institutiones tantùm: & non ad legata pertinet.

229. Testamenti incisio, quæ, a quo facta sit nescitur, non euertit testamentum, donec incisionem ab ipso testatore factam fuerit comprobatum.

230. Testatoris voluntas, est ambulatoria, ad mortem vsq.

231. Legem in vltimis voluntatibus, nemo potest, sibi imponere, a qua recedere, rursus non possit.

232. Testator potest adhuc, quam condiderat, vltimam suam voluntatem, renocare, etiamsi coram testibus edixerit se velle, quod hec vltima sua voluntas, esset irrenocabilis.

233. Iuramentum non impedit testamenti renocationem.

234. Renocatio testamenti quomodo probetur.

235. Renocatio quæ facilo fit, per testes duos probari potest.

236. Mandatum testibus duobus, rectè probatur.

237. Testamenti incisio, etiam testamento nuncupatiuo nocet.

238. Testamenti inter liberos renocatio, vnico teste, sed &, quibuscunq, indicijs, rectè probatur.

239. Vnumquodq, eo, quod ligatum est genere, rectè dissoluitur.

240. Testamenti etiam ad pias causas renocatio, probatur testibus duobus.

241. Fauor liberorum maior est, quàm piæ causæ.

242. Renocatur facilius id, quod vndiq, consummatum atq, perfectum adhuc, non est.

243. Ad renocationem testamenti inducendam, proni esse debemus, si plura affuerint, renocationem suadentia, & adiuuantia.

244. Renocatio testamenti facilius longè præsumitur, si liberis id expedit, atq, salutare est.

245. Testator, quoties non adhibet, legum solennitates, censetur quidem testamentum facere voluisse, sed vt illud valeret noluisse.

246. Renocatio, vel incisio, toties testatore volente facta esse creditur, quoties testamentum renocatum, vel incisum, pœnes eundem offenditur.

247. Renocatio quando præsumatur, in fauorem, ab intestato venientium facta.

248. Præsumtio, qua testatorem, suam voluntatem, non immutasse creditur, quando cesset.

249. Cancellatio, vel incisio testamenti voluntatis mutatæ, coniectura fortissima est.

250. Voluntatem vltimam mutatam, obfauorem liberorum, quando censeatur.

251. Voluntatis vltimæ mutatio, pœna esse dici nequit, quandò mutationem hanc, testator ipse vltrò facit.

252. Voluntatis vltimæ mutatio, quare dicatur pœna.
Pœna nullitatis, est affinis illi intentionis.

253. Furor, quando non censeatur durare.

254. Experientia rerum magistra.

255. Argumentum, a communiter accidentibus validum & frequens in iure.

256. Fundamento destructo, corruunt reliqua omnia.

257. Renocatio testamenti, quo casu valeat, etiam absq, testibus septem.

258. Renocatio testamenti inter liberos, vnico teste probatur, ex communi.

259. Femina in testamento inter liberos, idoneæ testis est.

260. Renocatio testamenti inter liberos, probatur, per qualitacunq, indicia.

261. Matris attestatio pro filio, sulta cum primo adminiculo alijs, indicijs aliquale facit.

262. Notario mandatum esse, per testatorem, vt testamentum rescinderet, atq, irritum efficeret, quando probetur duobus testibus.

263. Testamentum nuncupatiuum, quando renocetur, incisione, aut cancellatione.

264. Testamentum nunquam in dubio censetur renocatum, propter ea, quòd testator heredes, indignos iudicarit. Vnde regulariter ob rescissionem factam, fisco quoq, locus non est, sed res ad causam intestati, redigitur.

265. Renocatio, quando trahatur, non solùm ad institutiones, verum etiam legata.

266. Præsumitur, pro fœmina nobili.

267. Incisio testamenti, iniusta testatoris facta, est species falsi.

268. Falsum non præsumitur.

269. Delinquere, nemo præsumitur, absq, fine certo, certe item lucro.

270. Legatum non debetur, si hereditas non sit soluendo.

271. Donatio causa mortis, non debetur, nisi deducto ære alieno.

272. Fideicommissum particulare, non debetur nisi ære alieno deducto.

273. Fidei-

273. *Fideicommissum vniuersale valet, etiamsi hereditas, non fuerit soluendo.*
Et qua ratione id fiat. n. 275.
274. *Fideicommissum vniuersale quid.*
276. *Legatarij præferuntur, ipsius heredis creditoribus.*
277. *Legatarij possunt petere, ob credita ipsius heredis, separationem bonorum defuncti, & heredis.*
278. *Euentus posterior, ad tituli primordium formandus.*
279. *Legatarij, solum lucrum captant.*
280. *Heres qui confecerat inuentarium potest ex hereditate, tantum detrahere, quantum sibi debetur.*
281. *Heres, qui confecerat inuentarium, si defunctus, debitor eius fuerat, præfertur legatarijs.*
282. *Heres, cuius tutores conscripserant inuentarium, præfertur legatarijs.*
283. *Si id, quod minus videbatur inesse, inest: inerit & id, quod magis inesse videbatur.*
284. *Hereditas dimidia, detrahitur à liberis, heredibus scriptis, & vt alij restituant rogatis: quarta scilicet pars, nomine legitimæ, & altera quarta Falcidiæ vel Trebellianicæ nomine*
285. *Hereditas dimidia, tunc tantùm detrahitur, quando filius sub conditione, alij restituere, rogatus est: ex non nullorum sententia.*
Cuius contrarium in toto mundo, est receptum 286.
287. *Hereditatis dimidia pars, tunc demum detrahitur, si legitimæ nomine, liberis debeatur, infra dimidium hereditatis, puta triens. Ex placito aliquorundam.*
Contrarium communiter obseruatur n. 288.
289. *Legitima liberorum quatuor, triens tantùm bonorum est.*
290. *Falcidia, non autem Trebellianica, detrahitur de legatis, & fideicommissis particularibus: & n. 292.*
291. *Trebellianicam de legatis, aut fideicommissis particularibus, detrahere volens, omnium risui sese exponit.*
293. *Falcidia, non minus quàm Trebellianica, quarta pars, de bonis relictis est.*
294. *Argumentum ad Trebellianicam, à Falcidia, & è diuerso, ad detractionem vtriusq;, de bonis relictis, quod attinet, valet.*
295. *Falcidia locum quoq; habet, in mortis causa donationibus.*
296. *Legatũ statim à die obitus testatoris debetur.*
297. *Iniurius nemini est, qui suo iure vtitur.*
298. *Titulus pro legato, est iustus, & validus.*
299. *Legatarius ad minimum, rem testatoris, titulo pro legato possidere potest.*
Quod extenditur, vt n. 300.
301. *Legatarius rem titulo pro legato possidens, molestandus non est.*
302. *Legatarius, rem sibi legatam, impunè occupat, hereditate nondum adita.*
Aut si nemo affuerit, à quo rem legatam accipiat. n. 303.
304. *Legata inualida, quò ad petitionem, valent attamen quò ad retentionem.*
305. *Instrumenta communia, debent custodiri, per fratrem maiorem natu.*
306. *Argumentum a sufficienti partium enumeratione, validum in iure est.*
307. *Vltima voluntas omnis, aut testamentum, aut Codicillus, aut donatio causa mortis, aut fideicommissum est.*
308. *Legata non præstantur, ex testamento nullo.*
309. *Legatum inutiliter relictum, cum mala fide detineri, nec potest, nec debet.*
310. *Legatarius non potest rem legatam capere, nisi è manu heredis.*
311. *Legatarius rem legatam autoritate propria occupans, perdit legatum.*
312. *Legatum indebitè solutum, repeti potest.*
313. *Retentioni magis fauetur adhuc, quàm petitioni, aut repetitioni.*
314. *Depositum non restituens, dicitur in dolo esse.*
315. *Instrumentum, de cuius viribus litigatur adhuc, interim effectum aliquem producere non potest.*
316. *Legatarius & creditor, pari iure censeri nequeunt: sed hic illum vincit.*
317. *Iuramentum in litem, locum habet, aduersus non edentem, instrumenta communia.*
318. *Legatum non debetur, nisi à die aditæ hereditatis, ex communiori.*
319. *Legatum, à die obitus testatoris debetur, quò ad transmissionem: non quò ad reliqua effecta.*
320. *Titulus pro legato, non impedit restitutionem depositi.*
Depositi restitutio, omni tempore peti potest.
321. *Præsumtio, qua præsumitur, legatarium rem testatoris, pro legato possidere, quatenus verum sit.*
322. *Possidens non potest alio titulo, rem possidere, quàm vult is, qui in eum possessionem transtulerat.*
323. *Tituli appellatione venit tantùm titulus iustus, & validus.*
324. *Legatarius non occupat impunè rem legatam, etiam ante aditam hereditatem, ex frequentiori.*
325. *Impunè legatarium ferre, rem legatam occupasse, ante aditam hereditatem, quomodo intelligatur.*
326. *Præsupposito amoto, corruunt reliqua.*
327. *Legatum inualidum retineri posse, quomodò verum.*
328. *Legatarius aduersus heredem, redemtione non vtitur: sed prius ei rem restituet: & post deinde suas actiones proponet.*
329. *Retentio quatenus sit potior petitione.*
330. *Retentionis exceptio frustra, opponitur, depositi restitutioni.*
331. *Instrumenta communia, pœnes quem asseruari debeant.*

Instru-

182. *Instrumenta communia, custodienda recipienti, reliquis, respectu horum instrumentorum interesse habentibus, cauere debet: singulis, quoties opus fuerit vicibus, hæc exhibitum iri.*

THEMA.

CONscripserat, triduo ante, quàm moreretur testamentum, G. à B.

At antequam, se testamentum condere velle, G. à B. cuiquam aperiret: aut eius conscriptionem aggrederetur, frater eius L. à B. (id quòd antea solitus facere non fuerat) per aliquot dies continuos, & quidem vna die pluries, Schedas obsignatas, ad fratrem, iam animam agentem, missitabat.

Sed &, cum coniugi G. à B. res valdè suspecta foret: ipse etiam decumbens, grauissimè conquereretur, se per hasce missitationes crebras, valdè inquietem reddi: & propterea, tùm ipsa coniunx, tùm reliqui G. à B. domestici, Schedas hasce, ad decumbentem asserre, recusassent: administri L. à B. conclauis eius, in quo ægrotus decumbebat, fenestras patefaciebant, & decumbenti, Schedas hasce obtrudebant.

Deindè, ipse G. à B. prunas sibi afferri præcepit, & hasce fratris literas, illis imposuit, atq; combussit: tabellionem præterea, R. accersi curauit, & testamentum facere, exorsus est.

Sed & frater, vllas præterea, postquàm ægrotus ad testamenti conscriptionem iam accessisset, non misit literas.

Quæritur itaq; PRIMÒ: *num nam hinc iustè colligere queamus: voluntatem illam vltimam, quàm tùm temporis, in scripta immisit G. à B. captatoriam: aut ad minimum talem fuisse, quæ propterea, quod ex peruersis persuasionibus, & suggestionibus ortum habuerit, sit reuocienda, & nulla? Nam omnem hereditatis subsantiam, hoc testamento, L. à B. fratri, G. à B. Testator, reliquerat.*

Quæritur item SECVNDÒ: *an non testamentum hoc, ob defectum solennitatum substantialium, in testamento nuncupatiuo præsertim (vt tabellio, hoc testamentum, in suo instrumento, nominauit) requisitarum irritum fiat.*

Etenim sex tantùm, adhibiti hìc fuerunt testes: qui etiam omnes adhuc, testamenti tabulas, non subscripserunt.

Sed & Notarij, & testium subscriptiones discrepant: at testatur enim Notarius, omnes testes, hasce tabulas obsignasse: cum tamen vnius testis signum, deesse appareat.

Sex item testes subscripserunt: quinq; autem tantummodo testes, Notarius recensuit.

Adhæc nemo testium, in conspectum testatoris, vnquàm venit: sed in conclaui peculiari, & procul à testatore dissito, subscripserunt.

Nemo item testium, at testatur, se in præsentia reliquorum testium, in id conuocatorum, testamenti tabulas subscripsisse.

Vtles denig; obscuri, ignotiq; testium plerig; fuerunt, & minimè ijs accensendi, quos lex, idoneos, omniq; exceptione maiores, testes vocat.

Et si qui sunt alij, solennitatum defectus.

TERTIÒ *quæritur*: iure ne testatorem, haud sana amplius mente, vsum, dicere queamus, quòd hereditatem, liberis suis debitam, extraneo, legato reliquerit?

Nam & mors testatorem, paulò post occupauit, & corporis, mentisq; sensus, debilitati tam prorsus in eo erant, propterea, quod per menses integros sex, morbo grauissimo, iam fuisset iactatus, atq; conquassatus.

Nam etsi liberos, nominetenus heredes scripsit, fructus tamen emolumentumq; omne hereditatis reuera legatario cessit.

QVARTÒ: *quæritur, num reuocationem testamenti, indè colligere fas sit, quod testator, posteaquam testamentum hoc, fuisset vtcunq; confectum, tabulas ipsas afferri sibi, & cultro suo perforari, atq; perfodi, mandarit? Quod & per comitem factum, atq; adimpletum est.*

QVINTÒ *quæritur, cùm palam sit omnibus, G. à B. testatorem, plurimum aris alieni contraxisse: & ad id dissoluendum, hereditatem eius neutiquam sufficere: sed & feuda plerag;, partim oppigneranda: partim ab alienanda esse: an non credita testatoris absorbeant, atq; perire faciant, legata, & relicta ista.*

SEXTÒ: *quæritur, an non geminam quartam, si omninò Legatario L. à B. satisfaciendum fuerit, detrahere possint liberi Testatoris: ydemq; heredes instituti: vnam ratione portionis legitimæ sibi debitæ: alteram verò ratione Falcidiæ?*

ET POSTREMÒ, *quæritur ex me, num L. à B. vt potè pœnes quem, deposita fuerunt, debito-*

debitorum, sibi, fratriq; communium instrumenta, eò, quòd in arce sua fornices haberet: quiq; iam ea restituere, prætextu legati, sibi in fratris testamento relicti, abnuit: cogi posse censeam, quòd priùs hæc restituat, quam ad exitum perducatur lis, de legato cæpta?

RATIONES DVBITANDI.

QVAESTIONIS PRIMAE.

QVòd verò attinet, ad quæstionem PRIMAM, dicendum videbatur, voluntatē hanc vltimam, G. à B. captatoriam dici non mereri: sed & eidem nocere non posse, quæ de persuasione, & suggestione Legatarij L. à B. adducebantur. Idque ideo:

1 Quòd nempè PRIMÒ iura omnia, captatoriarum voluntatum, mentionem facientia, hanc examplificent, in institutione, non autem in legatis. *l. captatorius. & ibi DD. C. de test. milit. l. captatoria. & ibi DD. ff. de hered. inst. l. illa institutio, & l. si quis sempronium. ff. eod. tit l. vtrum §. cum quidam ff. de reb. dub.*

Atenim hîc heredis institutio, defectus omnis vacua est: & heredes scripti sunt ij, quorum ab intestato quoque erat succèssio: & in controversiam, tantum legatum rapitur.

Non itaque huc pertinent iura, de voluntate captatoria disponentia. Etenim longè 2
plus fauoris debetur institutionibus, quam legatis, & eius generis alijs. *l. penult. §. 1. iunct. §. illo. C. de nec. scru. her. inst. gl. vlt. in l. si plures ff. de condit. inst. Br. in l. sub conditione. post gl ibid. ff. de her. inst. Iason. in. captatoria n. 6. ff. de legat. 1. Iason. in l. si pluribus. n. 7. ff. de legat. 1.*

Sic quoque SECVNDO loco traditur: 3
quod voluntas captatoria, sit dispositio, qua institutio heredis tota, volùtati alterius, permittitur. *Roder. suar. in sua disput. de captat. vol. n. 1. Vasq de succes. creat. §. 17. n. 77. & seqq. Eman. Soar. recept. sentent. lit. C. in v. captatoria. Simon. de Proet in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2. dubit. 1 solut. 3. n. 2. Graff. recept. sentent. §. testamentum. q. 18. n. 2. Dauth. in tr. de testam. n. 24.*

At hæc diffinitio nostro themati, adaptari nequit.

Diffinitum itaque competiturum quoque 4
non est. Bl. in l. maximum vitium C. de lib. prater. Euer in top. in loc. à diffinit. n. 3. cum similib.

TERTIÒ quoque, iura sanciuerunt: quod 5
posim aliquem blanditijs inducere, atque permouere, quo me, in testamento suo, heredem scribat: *l. vlt. ibi Br. Bl. C. fit n. 5. & DD. C. si quis alio. test. prohib. Bl. ad l. 1. n. 10. C. eod. tit. Alc. Pareg lib. 2. c. 3 1. Vasq. de succes creat. lib. 2. §. 17. n. 13 cum seqq. Gail. obs. 117. n. 4. lib. 2. Dauth. in tr. de testam. n. 23. Cephal. cons 256 n. 21. & alios complurimos, huius rei testes aduocat Peregr. in tr. de iure fisc. lib. 2. tit. 6. n. 11.*

Fac itaque, L. à B. à fratre suo Testatore petijsse, vt sibi hanc, vel illam rem, legati nomine, in testamento suo asscriberet: non tamen propterea, consestim euertetur testamentum.

Sic quoque QVARTÒ, iuris constituti est: 6
quod nunquam testamentum præsumatur, dolo, machinatione, vel persuasione factum. Vti in specie decidit *Mascard. in tr. de probat. concl. 1353. n. 5. vbi Bl. Soc. & Mantic. an id adduxit. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n. 19.*

Qui itaque dicit, fraudulentas machinationes, atque circumuentiones alicuius, hîc interuenisse, iudicem id edocesaciet.

Sed & fraus, & machinatio, ex ijs, quæ de schedis, quas Legatarius, ad fratrem testatorem miserat, non comprobabitur.

Eò, quòd contenta in schedis, ignoramus. 7
Probatio autem, quæ necessariò non concludit, nullius quoque momenti sit. *l. non hoc. C. vnd. legit. l. neq; notales. C. de probat. 6. in præsentia ext. eod Mascard. in tr. de probat. concl. 1146. n. 15.*

Ponamus deindè, & quidem QVINÒ, per heredes Testatoris, probari etiamnum posse, non sine persuasionibus, & suggestionibus legatarij, rem fuisse peractam: hinc tamen, 8
nullum adhuc commodum in filium G. à B. redundabit. Eò, quòd iura statuant: quòd coactio & persuasio fraudulenta, pari passu ambulent. *Vti in indumduo scriptum reliquit Dauth. in tr. de testam. n. 25. & Marc. Ant. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n 9. & seqq. vbi alios complurimos, huius sententia sectatores, recensitos offendes.*

Iam verò in coactione constituti iuris est: 9
firmum nihilominus adhuc manere testamentum: licet per siscum, à cogente, coacti heredes auferatur. *Br in l. vlt. in fin. ff. si quis aliq. test prohib. Bl. in l. 1. n. 6. C. eod. tit. Guil. Ben. ned. in v. pet. c. Raynutius an v. condidit. tit. 2. n. 4. ext. de testam. Iulian. Clar. in præt. crimin §. vlt. q. 79 n. 9. Vasq. de succes. creat. lib. 2. §. 17. requisito 22. n. 4. Menoch. de arb. iud. quæst. casu 395. n. 5. 6. & 7. Dauth. in tr. de testam. n. 20. vers. cui porro. Peregrin. d. tit. 6. n. 1. & seqq.*

Consequens itaque erit, idem in dolosa 10
quoque persuasione fore. Ducto nimirum argumento ab æquiparatis, quod in iure validum, & frequens est. *gl. vlt. in l. si quis seruo. C. de furt gl. in l. quod fauore. C. de ll. Iust. in auth. quas actiones. n. 19. C. de sacros. Eccl. Schrad. in tr. feud. p. 7. c. 6 n. 16.*

Et DENIQVE, esto, persuasionibus suis se- 11
duxerat Testatorem L. à B. hæ attamen persuasiones, legatarijs alijs non nocebunt.

Nec enim fraus, vel machinatio vnius, al- 12
teri obesse, vel ius eius, deterius efficere debet. *l. non debet. ff. de reg. iur. l. sed etsi ex dolo. §. item si quid ex dolo. ff. de dol. l. ex duob. in fine ff. de negoc. gest. l. 1. in pr ff de alien. iud. mut. caus. fact. l. 3. in fine pr. ff. de transact. Crau. cons. 371. n. 4. vbi alia prater tam recensita iura in id allegat.*

QVAESTIO I.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm enimverò, etsi hæc omnia, ita se habeant: contrariam attamen sententiam, & æquiorem & veriorem esse arbitror. Ideoque eam amplector.

Nam iuris peruulgatissimi, PRIMÒ est illud: & reprehensione non careat dubitare de eo, de quo legis extat decisio. *l. ancillæ. ibi gl. in v. quæstio. & Bl. n. 2. C. de furt. Neguz. ant. in tr. de pig. 1. memb. 8. p. p. n. 25. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 11. n. 42. & §. 24. gl. vnic. n. 2. Casal in tr. de int. & cur. n. 246. Rol. a Valle conf. 77. n. 5. volum. 1. Cephal. conf. 412. n. 70.*

13 Iam verò textus habemus ad literam, captatoria quoque legata, & fideicommissa iure consistere non posse, sanctentes. *l. captatoriæ. ff. de legat. 1. l. vtrum. ff. de reb. dub. l. senatus §. legatum. ff. de legat. 1. Iason. in d. l. captatorias sub n. 1. C. de testam. mil. Roder. Suar. d. disput. de captat. vol. n. 6. Simon. de Proet. in d. tr. de vlt. volum. inter. lib. 2. dubit. 1. sol. 3. n. 2. Cather. decis. 85. n. 16. Dauth. in tr. de testam. n. 26. in fin. Tib. Decian. conf 65. n. 8. lib. 2.*

Non dubitandum itaque, quin in præsentia legata quoque, per se, & ipso iure nulla sint, veluti dilucidius adhuc, ex adductis, sub resolutione contrariorum elucebit.

14 SECVNDÒ: communis quoque interpretum traditio hæc est: quòd nullius momenti sit legatum, vel institutio, quæ importunitatibus, & persuasionibus, ad commodum suadentis, & detrimentum aliorum, susceptis, etiamsi his falsi nihil interfuerit, scribit testator. Vti hanc esse magis receptam sententiam, attestatur *Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n. 12.*

At hic legata hæc fiebant, ob perpetuas largitiones, quas etiam, antequam ad testamenti conscriptionem, progrederetur, ipse detestatus fuit Testator.

QVÆSTIO I.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

ATque his reuera non obsunt ea, quæ antea, ceu repugnantia huic sententiæ adducebantur.

Nam ad obiectionem PRIMAM, in promtu est responsio, hanc nimirum, nihil planè
15 concludere. Propterea, quod ab insufficienti partium enumeratione deducta sit. Cuiusmodi argumenta vitiosa esse, extra controuersiam positum est. *arg. l. filius. §. filius familias mules & ibi gl. ff. de lib. & posthum. x. venerabilem ext. de elect.*

16 Præsertim, cum & aliàs quoque, ex puris particularibus, vera non sequatur collectio * vniuersalis. *Cic. 3. Rhetoric. c. in Genesi. ibi DD. Canon. communiter ext. de elect. Euer. in top. in loc. à part. enum. n. 3.*

Etenim, qui omnia iura, de aliquo the- 17
mate disponentia, recensere velit, oportet, memoria Mithridatem quoque, & Themistoclem antecellere. Vt ex Catone Secco, in similibus fere terminis decidit *Tiraq. de ll. connub. gl. 8. n. 66.*

Non itaque (vt dictum est) concludit hæc obiectio. Nam etsi plæraque iura de captatorijs voluntatibus loquentia, institutionum tantum mentionem faciant: vnus tamen, atque alter reperitur iuris textus, qui captatorias voluntates, etiam ad legata vsque extendat. Vt vidimus sub decisionis rationibus.

Neque verò huc pertinet, quod maior sit fauor institutionum, quàm legatorum, aut fideicommissorum.

Nam illud axioma procedit tantum in ijs, 18
in quibus legata, & fideicommissa: institutionibus adæquata non sunt. Vbi verò adæquata sunt, locum reperire non potest: sed è diuerso obtinet, quòd tunc omnis virtus, omnis qualitas, omnis quoque natura institutionum, communis fiat, legatis & fideicommissis. Eò, quòd generaliter verum sit, 19
omnem efficaciam, omnem qualitatem, omnem naturam, rei adæquatæ: alteri quoque rei, quæ ad instar huius inducitur, tribui, atque indui. *Br. Iaf. loc. de Negr. Crott. & DD. ad l. 1. per ill. text. ff. de legat. 1. text. in l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. patr. l. illud. ff. de donat. caus. mort. l. 1. in pr. C. de rei vx. act.*

Iam verò quòd ad captationes, legata & in- 20
stitutiones, adæquata sunt, vt est text. ad lit. in l. captatoriæ. ff. de legat. 1.

Omne igitur, quod huc in parte, in institutionibus heredum dispositum est, in legatis quoque locum obtinebit.

Sequitur deindè SECVNDA obiectio: sed aduersus illam, retortione, seu inuersione vtamur. Perspectissimi enim iuris est: quòd 21
illi, cui diffinitio competit diffinitum quoque competiturum sit. *l. 1. §. 1. & ibi Br. ff. de dol. Euer. in top. in loc. à diffinit. n. 1. Iaf. ad rubr. n. 1. Iaf. ad rubr. n. 6. ff. de acquir. hered. Iaf. ad l. 1. n. 42. ff. de legat. 1.*

Iam verò huc quadrat, genuina, & propria, voluntatis captatoriæ descriptio.

Si enim veritatem amamus, captare ni- 22
hil aliud est, quàm illecebris, obsequio, donis etiam, aliquem ad se allicere. *Alc. Peregr. lib. 2. c. 31. Alc. in l. moribus. n. 10. ff. de vulg. & pupill. Iohan. Dauth. in tr. de testam. n. 25. in fin.*

Et captare alicuius dispositionem, proprie, 23
& verè, illud dicitur, cum id ago, vt alterius hereditas mihi sine causa legitima, & merito meo iusto, obueniat: ei verò adimatur, cuius secundùm legitimas sanctiones, erat successio. *Dauth. d. loco. n. 27. Couarr. in c. cum tibi. n. 2. & seq. ext. de testam.*

Quod

24 Quod turpe, turpius, turpissimum, semper habitum *Dauth.d. n.27.*

25 Etiam inter Ethnicos. Vt apparet ex Salust. in vita Catilin.

Quadret itaque diffinitum quoq; oportet. Nam inficiari nemo potest, quin hic id, quod præcipuum erat in hereditate liberis Testatoris auferatur, & legatarijs tribuatur: Vt taceam, graue illud ꝛes alienum defuncti, quod filio dissoluendum incumbit: quòd item, hæc ipsa legata, crebras illas schedarum missitationes consecuta sint.

Sed etsi legata hæc captatoria non fuerint, ad minimum tamen originem suam ducent ex machinationibus peruersis iuriquè exosis. Id quod, veluti nunc demonstrabitur, in idem coincidet.

Quare vt ad TERTIAM nunc obiectionem accedamus, latet in ea, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Non
26 enim generaliter verum est: posse me, absq; vitio, aliquem blanditijs commouere, vt me, vel heredem scribat, vel legati nomine quicquam relinquat: sed secundum quid tantùm quatenus nimirùm blanditijs, fraudulentæ machinationes, vel persuasiones, non accesserint. *l. 1. §. persuadere. ff. de iter. Corr. Br. ad l. vlt. in fin. ff. si quis aliq. test. prohib. Bl. in l. 1. n. 16. & 20. C. eod. tit. Iason. ad l. vlt. n. 5. C. eod. tit. Guilelm. Bened. in repet. c. Raynutius in v. cond. el. 2. n. 26. Menoch. de arbitr. iud. quæst. Casu. 395. n. 41. & seqq. Couarr. in d. c. cum tibi. n. 4. ext. de testam. Hartman. Pistor. q. 29. n. 3 lib. 1. Dauth. in tr. de testam. n. 23. Carol. Molin. cons. 31. n. 7. & 8. Tiber. Decian. cons. 65. n. 6. 7. 14. 15. & 16. vol. 2. cons. 70. n. 24. & 25. vol. 3. Card. Paru. cons. 67. n. 11. volum. 3.*

27 Quinimò, vt nulla sit institutio, concidat item, quòd legati nomine, relinquebatur, sufficit, quod testator pollicitus sit, importunitatibus & persuasionibus cuiuspiam, ad taliter testandum, vel relinquendum, etiamsi illæ persuasiones, vel suggestiones, fallæ non fuerint: dummodò tetenderint, ad persuasoris commodum, & alterius præiudicium. *Iason. ad l. vlt. C. si quis aliq. test. prob. Cæp. caut. 36. Pet. Duenn. regul. 31. in v. administratores. Bargn. Cauale. in tr. de tut. & curat. n. 279. Marc. Ant. Pe-*
28 *reg. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n. 12. vers. sed contrarium vbi hanc magis receptã atteſtatur. Paul. de Castr. cons. 231. Col. vlt. vol. 2. Dec. cons. 65. dub. 2. Corn. cons. 319. vol. 4. Card. Paru. cons. 67. sub n. 56. vol. 3.*

Non itaque hîc sustsistere poterit, quod legatarijs relinquebatur. Schedæ enim, quas mittebat. L. à. B. suggestiones, persuasiones-que, ad commodum Legatarij, detrimentumque liberorum, Testatoris, interuenisse coarguunt.

Et vi consequentis, non constabit quoque,
28 TERTIA hæc obiectio. Etenim corruunt argumenta, quibus fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter inest. *Ex v. in p... amb. topic. n. 24. vers. quando autem sit mutatio a tali secundum quid.*

Atque ita in specie, quod non debeatur, 29
legatum, in vxoris testamento marito relictum, eò, quòd constaret, hoc mariti persuasionibus, & rogationibus confectum esse, placuit consilio Neapolitano *teste Affl. decis. 19. incip. quædam Domina.*

Posthac QVARTAE quoque obiectioni, respondere promptum erit. Nam etsi non eamus inficiando: quòd testamentum, absque omnium dolo, & technis conscriptum præsumatur: interim tamen illud quoq; negare, haudquaquã poterit, quòd vti aliàs semper: 30
l. dolum. C. de dolo Mascard. in tr. de probat. concl. 530. n. 2. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 1. q. 58. n. 10. & lib. 3. præsumt. 3. n. 9. & 43. Rum. cons. 4. n. 10. vol. 1. Cardin. Paru. cons 75. n. 31. vol. 1. Crau. cons. 8 n. 1. & cons. 387. n. 26.

Ita quoque, in testamenti conscriptione 31
dolum, fraudemque interuenisse, probetur, ex coniecturis, & præsumtionibus. *Soc. cons. 148. n. 3. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 65. n. 7. vol. 2. Mascard. in tr. de probat. concl. 1353 n. 7.*

Quod non solùm in dolo præsumto, ve- 32
rumetiam in dolo vero, procedit, atque obtinet. *Vti in individuo scripsit Menoch. d. tr. præsumt. lib. 5. præsumpt. 3 n. 9.*

Videamus itaque, an præstò sint coniecturæ tales, ex quibus iure, liberorum impuberum Testatoris læsionem, hic colligamus.

Ceterum primò se apperit, præsumtio illa 33
qua dolus, ex machinationibus absconditis probatur. *l. vlt. C de litig. c. quòd latenter ext. de reg. iur. Angel. cons 390. col. 2. Roman. cons. 54. col. 2. vers. tertiò. Dec. cons. 235. col 2. vers. quarta est præsumtio. Tiber. Decian. cons. 32. n. 18. vol. 3.*

At quorsum referemus assiduas illas schedarum scriptiones nisi huc?

Secundò traditio quoq; illa interpretum 34
noua non est: quòd dolus arguatur, ex insolitis. *l. si quis sub conditione & ibi gl. & Bl. ff. de condit. inst. l. labeo. ff. de stat. lib. c. super his. ibi Alb. ext. de fid. instr. c. licet. §. pen. & v. quam grauiext. de crim. falsi. Imol. in c. ad nostram ante fin. ext. de emt. & vend. Cauet. cons. 969. nu. 14. Euer. in top. in loc. ab vsit. nu. 6.*

At anteà ad fratrem, tam sæpè non dabat literas, L. à B. nec item post: vti tunc fiebat, cum in id, vt testamenti factionem aggrederetur, adducendus erat G. à B.

Ceteroquin, iuris quoque constituti est: 35
tàm ex præcedentibus, quàm consequentibus, doli probationem, rectè introduci. *l. fed Iul. §. proinde ff. ad S. C. Macedon l. si ventre in fin. ff. de priud. credit. Castr. cons. 336. vol. 2. Crau. cons 969. nu. 15.*

Quod & in testamenti conscriptione verum est: vti in individuo scripsit *Decian. cons. 32. n. 15. volum 3.*

At si hic, præcedentia, & sequentia, contemplemur, mira, insolita, inaudita, noua, quæ hic contigerant esse, haud absre dicere cogimur.

Tot enim occurrunt, literarum missitationculæ, quæ partim senestris etiam adapertis inuito obtrudebantur, vt nihil supra: ipso decumbens conqueritur, molestias sibi multas, per illas literarum missitationes creari: mox accersitur tabellio, per quem testamentum conficiatur: mox testamenti ima pagella vix conscripta, scindi illud rursus, culto etiam proprio, Testator iubet.

Quis igitur dixerit, iustam, & constantem hanc esse, testamenti confectionem?

37 Dolum quoque deindè ex persuasionibus rectè probari, iuris est clarissimi. *l cum quis ibi Br. ff. de dol. gl. 2. in l. apud celsum. ff. de except. dol. Crau. conf. 192. n. 12. conf. 630. n. 13. conf. 729. n. 3. & conf. 663. n. 15.*

At, qui hic negare poterimus, per crebras illas, schedarum missitationes, Testatorem fuisse seductum?

38 Sed & vlterius, dolum, ex eo rectè elicimus: quòd vltrà quàm ferret, hereditas testatoris, legatum fuerit. *Cassr. in l. si fugitiui in fine. C. de ser. fugit. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 5. præsumt. 3. n. 71.*

Atenim hic, præter legata, tota hereditas, ne flocci quidem facienda est. Et interim, ad sedecim, plus, minus millia, Testatoris æs alienum ascendit. Coguntur item paternam hereditatem omittere filiæ: filius verò, vt creditoribus paternis satisfaciat, feuda sua diuendere cogitur.

39 Postremò concluso quoque ista Interpretum, satis nota est: quòd nempè dolus legatarij ex assiduis importunitatibus, & molestijs, quibus Testatorem, vt se legatarium scriberet, defatigabat: rectè concludatur, atque probetur. *Vti in indiuiduo scripsit Decian. d. conf 32. n. 19. & 20. vol. 3. per l. 1. C. de pet. bon. sub. lib. 10.*

At hic, importunitatem Legatarij, ipse detestabatur Testator, antequam testamentum condere occiperet.

Sed & præsumptiones hæ doli omnes, magna ex parte, confirmantur quoque ex eo: quod testamentum, tùm demùm secum, Testator deliberauerit, conscribere, cùm de valetudine eius, iam pœnè desperaretur: cum ipse supremum vale, Medicis dicens, oppido È domum se asportare curasset.

Nam hinc tantò magis, persuasionibus, suggestionibusque istis, vinci potuit.

40 Etenim, quòd morbo aliquo laborantes, omnes molestiæ, longè impatientiores sint: quodque ob id ægroti, longè facilius, quàm sani, falli se sinant, dummodò se, à perpetuis istis molestijs extricent, atque liberent, *in indiuiduo traditi Decian. conf. 32. nu. 13. volum. 3.*

Procul itaque recedat, obiectio hæc QVARTA.

QVINTAE deindè obiectioni, & quidem diuersimode respondere, laboriosum non est.

Nam primò voluntas hæc vltima, non solùm eo laborat vitio, quòd Testator, ad eam taciter condendam sit incitatus: verumetiam eo, quòd captatoriæ voluntati sit assimilanda.

Quare etsi fiscus hîc relicta, ex capite infidiosæ persuasionis vindicare sibi posset, & vellet: repelleretur attamen ob id, quòd voluntas hæc, simul sit captatoria. Nullæ enim sunt, per se, & ipso iure, tàm institutiones, quàm legata captatoria. *d. l. captatoria. ff. de legat. 1.*

Oportet itaque, ista hæc omnia, non ad fiscum: sed ad heredes ab intestato deuolui. Cum testamentum nullum, nihil quoque valeat, quò ad commodum fisci. *arg. l. ex imperfecto. C. de testam. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. n. 2.* 41

Deindè præstò quoque est, altera hæc responsio: quòd testamentum, per compulsionem (vt loquuntur) factum: ita demùm subsistat, atque valeat: licet à compulsore, fiscus vendicet commoda ex testamento prouenientia: si non destituatur reliquis iuris requisitis & solennitatibus *Dauth. in tr. de testam. n. 22. in apostill. in margin.* 42

At paulò pòst, vt speramus, euincemus: Testamentum præsens, præterquam, quòd ob iam recensitos defectus claudicet: etiam ob defectum solennitatum, caducum fieri.

Accedat ad hæc, quòd in iure expressim prouisum sit: quòd quicquid, quo ad fiscum, in testamento per compulsionem facto sit: in testamento tamen, per suasionem facto, fisco nihil iuris esse. *Vti in indiuiduo commonet Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n. 12. in fin.* 43

Etenim non reperitur, hac in parte, quicquam, fisci ratione constitutum esse. Cum tamen fisci, in casibus, vbi iure peculiari, donatus non reperitur, præ alijs, ratio non habeatur. *gl. in l. item Venerint. §. in priuatorum. ff. de pœn. hered. Cyn. ad l. 1. C. eod. tit. Guid. Pap q. 536. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. n. 1. text. in l. idem. ff. de compensat. in l. cùm vitiosè. ff. de pignor. l. 1. & ibi Br. C. de conduct. lib. 11.* 44

Nihil itaque cum themate nostro theorema præsens, commune habet.

Etenim argumentum ab æquiparatis (ex quo sub hac quinta obiectione concludebatur) non nisi quatenus duo adinuicem æquiparantur, locum habet, atq; procedit. *Schrad. in tr. feud. m 1. p. 9. p. 2. s. 7. n. 97. vbi Mathesil. & Ias. in id allegat.* 45

Et vt

Et vt tandem rem totam concludamus: fac fiscum, quæ hîc relinquebantur, vendicare posse. nihil tamen propterea emolumenti Legatario accederet.

46 Nam præterid, quòd compulsorì à fisco auferuntur, quæcunque ex testamento ei obtenerant: etiam ab intestato heredibus, contra illum ipsum, actio in duplum prodita est. *l. Lucius. §. sempronia. & ibi Br. not. ff. de legat. 2. Br. in l. virum. col. 1. & ibi Ioh. de Imol ff. si quis aliq. testi. prob. Corn. ad l. 1. & ibi Iason. vbi his duo communem hanc esse testes sunt. C. eod. tit. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. n. 8. Hieron. Gabr. cons. 99. n. 13. vol. 1.*

47 Et si is soluendo non fuerit, etiam aduersus ipsum fiscum heredibus ab intestato regressus competit. *Peregrin. d. tit. 6. n. 7. Cardin. Paris. cons. 67. col. 2. vol. 3. arg. text. in l. vlt. in pr. ff. de eo, per quem fact. fuer. & in l. plane. la 2. §. 1. ff. de legat. 1.*

Fuertitur itaque planè QVINTA hæc obiectio.

Postremò difficilis quoque non est, SEXTAE obiectionis resolutio. Nam etsi verum sit, quòd regulariter dolus tertij, alicui nocere non debeat: vt vult SEXTA hæc obiectio.

48 Fallit tamen idipsum, quo ad legati nullitatem, in illo, qui conscius, & particeps fraudis, dolúe, ad persuadendum testatorem, vsi, est. Nam & huius tertij respectu, legatum relictum, nullius planè momenti est. *gl. ad rubr. ff. si quis aliq. testi. prohib. Cyn. ad rubr. C. eod. tit. Iaf. ad l. vlt. n. 3. in fin. C. eod. tit. Guilelm. Bened. in d. c. Raynutius in d. v. condidit el. 2. n. 8. Menoch. d. casu 395. Dauth. in tr. de testam. n. 21. Sim. de Preet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 5 interpret. 1 dubit. 1 n. 83. & seqq.*

49 Etenim generaliter verum est, quòd mihi tertij dolus tunc noceat, quandò is causa immediata, meæ acquisitionis est. *l. si procurator. ff. de dol. except. l. 1. si quis & §. si filiusfamilias. ff. de vi, & vi arm. l. 1. C. si quis aliq. testi. prob.*

At hîc, alter Legatarius N. particeps fraudis erat: Schedas, quæ ad Testatorem mittebantur, legerat: quinimò sodalem suum, L. à B. ad tale facinus aggrediendum, instigarat.

Quarè ex hisce omnibus, talé efformo conclusionem, quod, si non vt captatorium, ad minimùm attamen, ceu quid, ex prauis, peruersis, & insidiosis technis, & machinationibus ortum, legatum hoc: irritum, & nullum, à iudice, declarandum sit.

QVAESTIO II.

RATIONES DVBITANDI.

SECVNDÒ principaliter quærebatur, an non, quia deficerent solennitates testamentum hoc nullum, iudicaremus?

Ceterum, ne hoc quidem ab initio, dicendum videbatur.

50 PRIMO namque exploratissimi est iuris: quod omnes testamenti tabulæ, & validæ, & solennes præsumi debeant. *l. si post diuisionem, & ibi gl. Br. Bl. Iaf. Padill. & aly. C. de iur. & fact. ignor. l. si scriptum. & ibi Br. C. de probat. gl. in l. 1. C. de fideicom. Bl. in l. 2. n. 3 C. de ed. D. Had. toll. Bl in Auth. omnes peregrini. C. comm. de succeff. Dec. ad l. ex his n. 6. de testam. milit. Ripa ad l. 1. §. si quis ita. n. 181. ff. de verb. oblig. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 9. n. 1. Mascard. in tr. de probat. concluf. 1353. n. 1. Sim. de Preet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2. dubit. 1. fol. 5. n. 2. Dec. conf. 11 n. 8. Ceph. conf. 138. n. 11.*

51 Probatum itaque iam est, id, quod Legatarius volebat. Vti hoc, quod is, qui testamentum non valere, aut consistere arguit: idipsum docere tenetur, recte concludit *Mantic. de tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 9. n. 1.*

52 SECVNDÒ: stat etiam præsumtio: testes, quotquot in testamento interuenerunt, idoneos, & legales fuisse. *arg. l. ab ea parte ff. de probat. c. vlt. & ibi Felin. ext. de præsumt. l. cum quidam ff. de leg. 2. Bl. ad l. 2 n 7. C. quand. prouoc. non est nec. Mantic. d. tr. de coniect. vlt. vol lib. 2. tit. 10. n. 1. & pass per tot. tit. Mascard. d. concl. 1315 n. 14. & 15.*

53 Qui itaque testium ratione Testamentum hoc impugnabimus? Etenim infames etiam, dummodò apud omnes, infamia publicè non laborent, rectè in testamenti confectione, in testes adhibentur. *gl. in l. cum lege. ibi Br. n. 2. Bl. n. 1. Cassr. n. 5. & DD. ff. de testam. Ant. Gab. Roman. in tr. regul. lib. 1 tit. de testib. concl. 19. n. 10. Dauth. in tr. de testam. n. 416. in fine.*

54 TERTIÒ: prouisi quoque iuris est illud: quòd Notarius, duplici modo adhiberi potest testamento, nempè vel vt Notarius, vel vt testis. *Cou. arr. ad c. cum esses. n. 1. vers. sed & illud notandum ext. de testam. Vasq. de succeff. creat. lib. 2. §. 14. n. 25. §. 15. n. 117. §. 20. n. 191. vers. 34. Iulian. Clar. in §. testamentum. q. 58. n. 9. Dauth. in tr. de testam. n. 419.*

55 Annumerato itaque testibus reliquis Notarius quoque, & completus erit testium numerus. Nam præter Notarium, sex ante hac testes, testamento huic iam subscripserunt. Vltrà testes autem septem, in testamento interuenire, necesse non est. *Capiferr. in tr. de num. test. in test. requis. per tot. Dauth. in tr. de testam. n. 420. vbi complurimos, sententiæ huius sectatores, recenset.*

56 Nec obstat constitutio Imperij, de Notarijs, Rubric. von Testamenten, vers. die Notarien sollen: vbi habetur Notarios plures, quàm septem testes, conuocare debere: ne si aliquis defectus in teste, qui intra numerum est, deinde deprehendatur, totum, ob defectum numeri testium, concidat testamentum.

Non enim generaliter, & sine distinctione, hæc sanctio loquitur: sed quandoq; (ut

feiten) id faciendum esse, si nimirum ita visum fuerit, tabellioni, suader ferè.

Non nocebit itaque testamento, id observatum non esse, dummodò aliàs septem testes integros, habeamus.

37 QVARTÒ: iuris quoque quotidiani est illud: quòd in testamento, quod rurì fit, quinque testes, interueniste, satis sit. *l. vlt. & ibi DD. communiter, & nouissimè Dauth. n. 1. C. de testament. Guidem. Bened. in repet c. Raynutius in v. testament. cl. 1. n. 12. vers. secundò fallit ext. de testam Clar. recept. sentent. §. testamentum. q. 56. n. 6. Mascard. in tr. de probat. concl. 1352. n. 47. Capiferr. in tr. de numer. test. q. 1. c. 21. per tot. Graff. recept. sent. § testamentum q. 54. n. 6. & seqq. Dauth in tr. de testam. n. 436. Vasq. in tr. de succeff. creat. lib. 3. § 22. n. 29. Sim. de Prati. in tr. de vlt. vol. inter p. lib. 2. dubit. 2 solut. 3. n. 24.*

Quod non solùm respectu rusticorum: 38 verumetiam nobilium, ruri degentium: *Rayner. de Forlin. Angel. S. il. & Caffr. ad d. l. vlt. ibi Iaf. n. 1. Dauth. n. 3. C. de testam. Iaf. ad. §. item seruiana. n. 26. Iust. de aff. Vasq. d. tr. de succeff. creat. lib. 3. §. 22. n. 32. vbi hanc veram & communem opinionem esse attestatur.*

Et non minùs ratione testamentorum 39 nuncupatiorum, quàm testamentorum in scriptis, verum est, atque obtinet *Cyn. ad d. l. vlt. n. 4. ibi Bt. n. 1. Angel. n. 4. & 5. Alb. de Ros. n. 1. Caffr. n. 1. & 5. Alex. n. 8. Iaf. 1. 2. Dauth. n. 4. & DD. C. de testam. Clar. d. q. 56. n. 6. Vasq. d. § 22. n. 34. Capiferr. d. tr. de num. testam. p. 1. c. 21. n. 38. Graff. recept. sentent. § testamentum. q. 54. n. 9.*

Vt & aliàs regulariter argumentum, à te- 60 stamento in scriptis, ad testamentum nuncupatiuum, validum est, & in iure subsistit. *Iason ad d. l. vlt. n. 2. vers. quartò in fine. C. de testam. arg. l. iubemus vers. quemadmodum sun gl. C. eod. tit.*

Non est itaque, quòd huic Testamento, ob testes, quicquam virio vertamus. Ruri enim condebatur: & eidem præter Notarium, sex etiam testes alij, adhibebantur.

61 Rursus disponunt quoq;, & quidem QVINTO loco iura: quòd in testamento inter liberos, duos tantummodò testes adhibuisse satis sit. *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi DD. omnes. C. de testam. Guil. Im. Bened. ad c. Raynutius. d. v. testamentum. cl. 1. n. 72. vers. duodecimo fallit. ext. de testam. Rolandin. in tr. de testament. & vltim. vol. Rub. 35 n. 3. Clar. recept. sentent. § testamentum. q. 2. n. 2. & q. 56. n. 4. Simon. de Prost. d. solut. 3. n. 16. Mascard. d. concl. 1352. n. 53. & 54. Capiferr. in tr. de num. testam. p. 1. c. 16. per tot. Dauth. d. tr. de testam. n. 430. Vasq. in tr. de succeff. creat. lib. 3. § 21. n. 56.*

62 Quod rursus ad testamenta vsque nuncupatiua extenditur. *DD. ad d. l. hac consultissima. § ex imperfecto. ibi Marc. Anton. Natta. n. 191. C. de testam. Boer. decis. 240. n. 1. Harttm. in Pistor. q. 1. n. 1. lib 1. Graff. rec. pt. sentent. § testamentum. q. 11. n. 3.*

At enim hi liberi erant, quorum gratia testamentum conscribebatur.

SEXTÒ: iure quoque, quo vtimur necesse non est: in testamentis inter liberos, testes testatorem conspicari. *Vti in specie docuit Vasq. d. tr. de. succeff. creat. lib. 3. § 1. n. 13.* 63

Non nocet itaque, huic testamento, testes in subscriptione sua attestatos fuisse, quòd non viderint Testatorem, sed se, absente testatore, vt potè qui in conclaui alio, grauissimè decubuerit, testamenti tabulas conscripsisse.

Sic quoque SEPTIMÒ: in testamento 64 inter liberos, necessium non est, quòd testes, toti testandi actui interfint. *attestante in indiuiduo Vasq. d. tr. de succeff. creat. lib 3. § 21. n. 75.*

Irerum itaque, non nocet, testes hic, in subscriptione sua, nihil de eo, quòd toti testamenti conscriptioni affuerint, pertribuisse: Sed & ipsam Notarij subscriptionem, diuersum quid habere.

OCTAVÒ clausula quoque codicillaris, præsentibus testamenti rabulis adest:

Fac itaque testamentum hoc, vt testamentum, non valere: valebit attamen, quo ad legata.

Nemo enim ferè est, qui nesciat: quòd 65 clausula codicillaris, hoc maximè effectu donata sit, quo inducit reperitionem legatorum, & fideicommisserum, à venientibus ab intestato. *l. ex testamento. C. de fideicomm. l. si iure non subsistit. C. de manum. test. l. generaliter. § ex testamento. ff. de fideicom libert. Br. m l. 1. n. 2 ff. de mur. Codicill. Br. in auth. ex causa n. 23. vbi Angel. n. 12. C. de hb prater. Clar. in § testamentum. q. 46. Vital. de Gamban. in tr clausul. in v. clausc. codicill. n. 4. Cels. Hug. in tr. clausul. in v. clausc. codicill. n. 327. & vel sexcentos in id congestit Fabian. Turret. in tr. de clausc codicill. eff. q. 3.*

NONÒ: præter clausulam codicillarem illa quoque in præsentia adest dispositio, qua saltem, vt mortis causa donationem, testamentum hoc valere iussit Testator.

Sufficient itaque dispositioni istiusmodi, testes sex omnimodò.

Nam donatio causa mortis, quinque testi- 66 um adhibitione, contenta esse solet. *l. vlt. C. de donat. cauf. mort. l. vlt. C. de codicill. Roder. suar alleg. 20. n. 28. Hipp. Rimin. d. tr. ff. de don. in pr. n. 342. vbi communem dicit Graff. recept sent. § donatio causa mortis. q. 11. n. 1.*

DECIMÒ: etiamsi donatio causa mor- 67 tis, quoties donatarius, præsens non est, consistere, vt mortis causa donatio non potest. *l. inter mortis causa. ff. de donat. cauf mort. Br. m l. 1. ff. eod. tit. Hartman. Pistor. q. 2. n. 22. lib. 1. Dec in l. si ego n. 2 ff. si cer. pet. Hipp. de Marf. in l. si quis n. 98. ff. de quæst. Gomez. Var. resol. lib. 2. c. 4. n. 16. Couarr. ad rubr. p. 3. n. 13. ext. de testam. Graff. recept. sentent. § donatio causa mortis. q. 9. n. 1.*

Conuertitur attamen in fideicommissum, 68 & donatario absenti, nihilominùs vt fideicommis-

commissum præstanda est. gl. ad l. 1. C. de dom. et. cauf. mort. Br. in l. 1. ff. cod. tit. Gomez. d. lib. 2 t. 4. n. 18. Iul. Clar. in § donatio q. 5. vers. pone. Harim. Pist. q. 13. n. 8 lib. 1. Dec. conf. 196. circa fin. Cardin. Paru. conf. 88 n. 98 vol 3.

At hic Testator testamento suo, talem inseruit clausulam, vt valeret ad minimum, in vim, cuiuscunque voluntatis vltimæ:

Præstabuntur itaque legata, Legatarijs, ceu per fideicommissum relicta.

69 VNDECIMÒ: illud quoque constat: quòd disposito loquens de scribente, locum quoque habeat, in subscribente. Hartmann. Det. ad l. 1. §. adpiscimur. n. 3. ff. de acquir. poss. Cach. dec. 36. n. 3. Burfat. conf. 241. n. 7. conf 253. n. 40. vol. 3. & conf. 39. n. 24. vol. 1. Natta. conf. 287. n. 4. Cephal. conf. 272. n. 85. Dec. conf. 115. n. 4.

At testamentum præsens, ab ipso Testatore, subscriptum est: & per consequens, vel vt inter liberos testamentum sustinebitur.

70 Iuris enim quotidiani est: quòd nullis testibus adhibitis, dummodò manu parentis propria, exaratum sit, sua constet firmitas, inter liberos testamento. *Vti hanc recepsionem, ex Alex. Corn. Barb. Iason. Rub. Ruin. Marian. Soc. Boer. & Cephal. refert & sequitur. Hartman. Pist. q. 1 n. 4 lib. 1.*

71 Quinimò manu etiam alterius testamentum conscriptum, & à parente tantum subscriptum, inter liberos, validum est. *Iason in auth quod fine. & ibi Natta. q. 30. C de testam. Iuban. Clar. in §. 1. fi. testamentum. q. 14. Castr. conf. 93. n. 2. volum. 1.*

72 DVODECIMÒ & vltimò: incerti quoque iuris non est: quòd etiam in ambiguo casu, semper pro testamento pronunciandum sit. *l. si pars in pr. ff. de inoff. test. l. cancellauerat. in fin. ff. de his quæ in test. delent. l. vlt. & ibi Br. C. de postum. hered. inst. Oldrad. conf. 102. n. 3. Roman. conf. 169. n. 22. Cranet. conf. 32. in pr. Paru. conf 32. n. 29. volum 2 Dec. conf. 284. col. 3. Alex. conf. 4. n. 3. vol. 1. conf. 227. n. 13 vol. 6. Ruin conf. 8. n. 1. vol. 3. Decian conf. 53. n. 1. vol 1. Rol. à Valle. conf. 81. n. 42. vol. 1. Caph. conf. 138. n. 11. & aliorum autoritates in id collegit Mantica in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. vlt. per tot.*

Siue itaque, dubij adhuc quicquam, de testamenti viribus restaret: ita attamen moderanda adhuc erit sententia, vt potiùs, quàm pereat, valeat testamentum.

QVAESTIO II.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm hæc omnia, & si quæ præterea alia adduci possent, tanti minime censeo facienda, vt propterea contrariam deteramus sententiam.

Nam PRIMÒ: ius scriptum expressim 73
vult: quòd tria, omninò, vt inconcussum, perfistat testamentum, sint necessaria: nempè primò: vt testator testamenti factionem habeat: secundò vt res talis sit, de qua testamentum fieri possit: tertiò vt omnes præstò sint, quas exigit ius, solennitates. *Vti in individuo scriptum reliquêre signior. de Homod. conf. 219. col. 2. Simon. de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2. interp. 2. dubit. 2. solut. 1. n. 1.*

At hic quàm plurimæ, solennitates desiderantur.

Irritum itaque erit testamentum.

Et vt hoc latiùs demonstretur, incogniti Iuris non est: quòd testes, testamento adhibiti, debeant esse idonei *Vti in specie con communem refert Grass. recept. sent. §. testamentum q. 57. n. 1.* 74

Vel omni exceptione maiores. Exæquata 75
enim in iure, hæc duo sunt *gl in § item verborum Inst. de inut. stipulat. Abb. in c. 1. n. 8. ext de consang. & affin. Cors. in singul. in v. mieger. n. 3. Nicol. de Mol in suo rep. in v. testis omni exceptionem maior. Curt. in tr. de testib. conclus. 34. n. 73. in fin. Gabr. Savayn. in addit. ad Matthæ. sing. 1. Bell. in pr. crimin. tit. de commissis. n. 11. Lancel. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. pers. test aggred. n. 88. in fin. Vitalis cons. 1. epin. v. 1. Iesus Vitalis. vers. & idem si decesset idoneus. Prosp. Farinac. in tr. de testib. q. 62. n. 2. Cardin. Paru. conf. 24. n. 14. lib. 3. Cephal. conf. 127. n. 60. Burfat. conf. 321. n. 30. lib. 3.*

At hic, nec idoneos, nec omni exceptione maiores, testes habemus.

Nam rursus iura proinde sexcipiunt: quòd in 76
illis casibus, vbi opus est, testibus idoneis, & exceptione omni maioribus: ibi viles & spurij (cum tamen hi, in ordinem testium, indistinctim allegentur) testes, adhiberi non possint *Crott in tr. de testib. p. 4. n. 165. Farinac. d. testib. q. 56. n. 403. Rum. conf. 36. n. 7. vol. 4.*

Sed & viles, & qui artem mechanicam & 77
ignobilem exercent, à testimonio ferendo, in totum arceri debent. *§. sanctimus in fin. auth. de testib. specul. in tit. de testa. §. 1. n. 66. Fruder. Sebenic. in tr. de testib. n. 16. in fin. Farinac. in tr. de testib. q. 37. n. 50. Masard. in tr. de probat. conclus. 1356. n. 36. Cranet. cons. 163. n. 2.*

Quibus etiam, inter ceteros connume- 78
ratur is, qui homines radere, atque in balneis mundare assolet. *Nepos. à Mont. in tr. de testib. n. 16. & n. 20.*

Sed & præter defectus illos, qui ratione 79
personæ testium, apparent, vltrò eius, & SACVNDÒ iure decium extat: quòd in testamentis & reliquis vltimis voluntatibus conficiendis, cum primis inspiciendum sit, quid ferant mores regionis. *Per tradit. Soman. de S. Germin. in c. 1. notab. 6. de reser. lib. 6. Franc. Ripa in l. heredes mei. §. cum ita. n. 79 ff. ad S. C. Trebell. Paul. de Mont. Pis. in l. Titia. §. Titia. cum sequent. n. 60. ff. de leg. 2. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 9. n. 16.*

Iam verò edoceri nunquam poterit, Marchiæ Brandenburgicæ Nobiles, homines obscuros, viles abiectos, terræ filios, opifices, in testamentis suis conscribendis, testium loco, adhibere, vnquam solitos.

Omnes enim scimus, Nobiles, si quod testamentum condiderint, viros Nobilissimos, clarissimos, eruditissimos, semper connouacasse, vt testium munere, dum ipsi testarentur, defungerentur.

Vitiosum itaque hoc testamentum fit, etiam secundum mores regionis.

TERTIÒ: adest quoque Testatoris nostri declaratio expressa, qua indicabat, se nuncupatiuum facere testamentum, elegisse.

80 Cum itaque etiam in nuncupatiuo testamento, requiratur: vt non minùs, quàm in testamento in scriptis, septem testes interuenient. *l. hac consultissima in pr. & ibi DD. communit. C. de testam. Roland. Passager. in tr. de testam. rubr 35. ex n. 1. Duar. ad tit. de testam. Rubr. de testamento nuncupat. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 12. n. 1. & seqq. & lib. 3. §. 24 n. 15. & seqq. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 1. & seqq.*

18 Fieri nequit, vt præsens hoc testamentum, constare possit. Ob vnius enim testis defectum, totum testamentum corruere, apertissimi iuris est. *Dec. conf. 105. col. 4. Sim. de Pruet. in tr. de vlt. vol. interpret. lib. 2. dubit. 2. folut. 3. n. 39.*

At enim hic, sex tantum testes, vt ostendit subscriptio eorum, affuerant.

QVARTÒ: peruulgatissimum quoque 84 illud est: quòd inter reliqua testamenti nuncupatiui, requisita substantialia, illud potissimùm obseruandum sit: vt vltima voluntas, quam tabellioni dictauerat testator: non tebibus solùm: Verumetiam ipsi testatori & testibus, simul in id congregatis, vti iam concepta est, prælegatur. Alioqui enim si isthæc prælectio neglecta fuerit, scriptura quoque, vim testamenti non habebit. *l. fideicommissa. §. 1 ff. de legat. 3 licet ea scriptura, ubi Bl. & Iohan. de Imol. ff. de testam. Thom. Grammat. decis. 62 n. 5. & 6. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 14. n. 36. Capiser an tr. de num. testium. p. 2. c. 5. n. 16. Mascard. an tr. de prob. concl. 1352. n. 74. Dauth. in tr. de testam. n. 404. Roder. suar. allegat. 1. n. 39.*

83 Et nouissimè, constitutione Imperij, quæ Coloniæ ad Rhenum, anno 1512. de Notarijs lata est, sub Rubr. de teſtam. §. weiter ſo iſt auch / etc. idipsum sancitur, his verbis: Weiter ſo iſt auch in einem jeden Teſtament/ oder ſonſt auch gleich nuncupatiuum, alsohn ſchrifft gemacht were/ nor: das alle handlung / ſo zu ſolches Teſtamens auffrichtung ergangen / vnnd auffgeſchrieben weren für dem Teſtirer vnnd Zeugen/ ehe denn ſie von einander scheiden/ vorgeleſen werden: cuius constitutionis inscius quoque non fuit *Couarr. in c. relatum cl. 1. n. 11. verſ. oportet tamen ext. de teſtam.*

84 Et hoc vlq; adeò verum est, vt nec in vim codicilli, nec & fideicommissum quidem, hoc casu, sustineatur, aut valeat. *Vti in specie decidit Grammat. decis. 62. n. 5. & 6.*

Sed & rursus idipsum, vsque adeò obtinet, 85 vt in ambiguo etiam casu, omnis vltimum eulogium, per nuncupationem conficiens, & tabellionem adhibens: id eo fine facere censeatur, vt rectè coram testibus, & ſe testatore, fiat publicatio. *Natta conſ. 1. n. 17. Ruin. conſ. 1. n. 7. lib. 3. Mantic. in tr. de conject. vlt. volunt. lib. 2. tit. 4. n. 6.*

Potissimùm, cum id secundùm nouissimas 86 Imperij constitutiones, quilibet Testator facere necesse habeat. Vtitur enim paulò ante adducta constitutio, verbis: Es iſt noth: quibus verbum: oportet: æquipollet, quod est necessitatis præcisæ, *c. non oportet. 9. q. 3 l. cos. §. apoſtolos. C. de appellat. gl in c. 1. V. oportet de præſcript. lib. 6. Abb. in c. 1. n. 3. per ill. text. ext. de lib. obl. Felin. in c. ſi qui teſtium n. 3. verſ. ſed contrarium ext. de teſtib. Iaſon in l. ſi quando n. 25. C. vn. vt Sylueſt. Aldobr. in prooem. Inſtit. in pr. n. 25. Fortun. Garc. ad l. 1. n. 2. & 4. ff. de inſt. & iur. Coraſ. in l. humanitatis n. 23. C. de impub. & al. ſubſt.*

At hîc talis relectio coram Testatore & Testibus omissa planè fuit. Quinimò, vt ipsa habet Notarij subscriptio, nunquam Testator, & Testes congregati fuére: sed Testator ad alio, quàm in quo erant Testes, decubuit conclaui.

Non valebunt itaque præsentes tabulæ, nec vt testamentum, nec vt codicillus, nec vt fideicommissum.

Nec obstat, quòd tunc testamenti publi- 87 cationem interuenisse, stet præsumtio: quoties testamenti tabulis, sub finem adscriptum est: actum hoc, vel illo loco, hac vel illa die, & hora, huius, vel huius anni. *Vt in ſpecie decidit Caſtr. conſ. 307. ad primum quæſitum. lib. 1. Maſcard. in tr. de probat conel. 1352. n. 83. fac. trad. Bl. in auth. quod ſine. C. de teſtam. Iaſ. in l. ſi ita ſcripſerit col. 3. ff. de legat. 1. Couarr. in c. relatum cl. 1. n. 11. verſ. prima concluſio. Mantic. in tr. de conject. vlt. vol. lib. 2. tit. 4. in fin.*

Nam etsi non inficiemur, istiusmodi clau- 88 sulam, præsentibus tabulis testamenti, adiectam esse: non valebit attamen illa ipsa quicquam, cum ei obsistat, ipsa tabellionis subscriptio: atq; sic ipsa veritas. Quis enim nescius est, veritati vbique locorum præsumtionem cedere. *Menoch in tr. de præſumt. lib. 2. præſumt. 65. n. 27. & aly paſſim.*

Sic quoque illa allegatio, Testamentum 89 nostrum, ab interitu vindicare, satis potens non erit: quod scilicet, testamento inter liberos, illud, relectum non esse, innocuum sit. *Vbi ſcripſere Iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto vel. 2. C. de teſtam. Br. in d. fideicommiſſa. §. 1. ff. de legat. 3. Guid. Pap. deciſ. 338. in fin. Couarr. d. c. relatum cl. 1. n. 11. verſ. ſecunda concluſio ext. de teſtam. Maſcard. in tr. de prob. ſd. conel. 1352. n. 82. Dauth. in tr. de teſtam. n. 406.*

Nam

Nam etsi hic rursus non negamus, quin inter liberos fuerit testatum: allegabuntur attamen paulò post, tales quoque rationes, ob quas, nec vt testamentum inter liberos quidem, valere poterit. In præsentia vero, demonstrasse satis sit: hoc Testamentum, vt testamentum per nuncupationem factum, constare non posse.

90 QVINTÒ: nullum quoq; testamentum, in quo vel ipse testator, coram septem testibus, in id connocatis, heredes non nuncupat ipse. *Isabenus & ibi gl. & omnes Doctores C. de test. Iaf. in l. hac consultissima §. per nuncupationem. n. 1. vers. sed errat. C. de test. Dauthon tr. de testam. n. 412.*

Vel Notario ipsum, de heredibus, in conspectu testium, interroganti, non respondet: velle se, vt heredes sint ij, quos Notarius nominauerat, valere, atq; consittere potest. *Br. in l. heredes palam in pr. ff. de testam. DD. commun. ad d. l. iubemus ibi Iaf. n. 10. C. cod. tit. Aug. Aret. Iustit. de testam. in pr. Iaf. in l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. obl. Couarr. in c. cum tibi n. 4. 5. ext. de testam, Alex. cons. 122. n. 6. vol. 1. cons. 33. lib. 3. Roman. cons. 306. Dec. cons. 489. n. 6. Paru. cons. 19. n. 13. vol. 3.*

At neutrum horum hîc fiebat, vt apparet euidentissime, ex ipsa Notarij subscriptione.

Nulliter itaque quoque, hîc conficiebatur testamentum.

91 Sed & SEXTÒ: vel illud principalius, in testamentis requisitum est: vt Notarius, quoties vt Notarius, horum confectioni adhibetur, signum notariatus sui, in fine apponat. Alioqui enim rursus testamentum planè concidit, nec vt codicillus, nec vt donatio causa mortis, nec vt fideicommissum valebit. *Dauth in tr. de test. in apost. margin. ad n. 404. & n. 419. Vasq. in tr. de succes. creat. lib. 2. §. 14. n. 37. & §. 15. n. 117. & §. 20. n. 191. vers. tricesimoquarto. Corn. cons. 226. n. 5. vol. 3.*

At hîc signum Notariatus apponere, fat oscitanter neglexerat Notarius.

92 Nec obstat, quòd rursus, præsens axioma restringere soleant, vt illud, in testamento inter liberos, interuenire, necesse non sit. *Vasq. d. §. 14. n. 38. Corn. d. cons. 226. n. 5. vol. 3.*

Nam paulò post euincemus, testamentum hoc, nec vt testamentum, inter liberos, in vtilitatem legatariorum; ex alijs rationibus; valiturum.

93 Vlterius, atque sic SEPTIMÒ quoque loco, iuris est quotidiani: quòd testes, testamenti confectioni adhibiti, nihil agant, ni testatorem, quandiu testatur, in conspectu habuerint. *l. si non specialis. ibi Alex. post n. 6. Suchard. n. 2. Dauth. n. 1. C. de testam. Abb. in c. ex literis post n. 5. ext. de consuet. Mascard. in tr. de probat. concl. 1352. n. 56. Vasq de succes. creat. lib. 2. §. 14. n. 1. Dec. cons 354. n 1. Card. Paru. cons. 33. col. 1. lib. 2. Corn. cons 166. in pr lib. 3 vbi hanc esse communem, Corn. Masc. & Vasq. attestantur.*

Et hoc iure catenus quidem vtimur. vt nullius prorsus momenti illud quoque testamentum sit, quòd conscribitur, cum paries, vel cortina, inter testatorem & testes est. *Iaf. in d. l. si non specialis. n. 7. C. de testam.* vbi tempore Cyni & Alberici de Rosatis, ob hanc solùm rem, testamentum nullum fuisse, Bononiæ, à lectissimis iudicibus pronunciatum, testis est. *Vasq. communem sapius dictus. d. §. 14. n. 2. Clar. recept. sentent. §. testamentum. q. 59. Mascard. in tr. de probat. concl. 1352. n. 58.* 94

Nec sufficiat, testes vocem testatoris notam habere. *Clar. & Crott. in loc. à Mascard. addutis d. concl. 1352. n. 52.* 95

Collabitur itaque iterum Testamentum nostrum: nam nec Testes, Testatorem: nec Testator, Testes hic vnquam viderant.

Nec obstat: quòd tamen aliqui iuris interpretes sentiant: quòd in codicillis: *Alex. de Imol. d. l. si non specialis. n. 6. C. de test. Matheſ. sing. 124. Vasq. d. §. 14. n. 6.* 96

Nec non in mortis quoque causa donationibus: opus non sit, vt Testatorem oculis proprijs cernant, atque intueantur testes. *Matheſil. sing. 124. Vasq. d. §. 14. n. 7.* 97

Nam quo ad Codicillos, in contrarium discedere videtur *Iason. in d. l. si non specialis n. 8. vers. limita secundo. C. de test. nec non Dec. cons. 354.*

Et quod honestati & iuri congruat, Notarium & testes, videre testantem, codicillantem; & mortis causa donantem, testis est *Gabr. Saraym. in addit. ad Matheſil. sing. 124. n. 5.* 98

Vt taceamus, moribus quoque nostris id-ipsum receptum esse. Cum ad vltius vnquam aures peruenisse verisimile non sit, inter personas, quæ nobilitate, atque natalibus præfulgent, testantes, aut codicillos, vel donationes causa mortis facientes: ita rem vnquã transactam fuisse, vt è conspectu testatoris, codicillantis, vel mortis causa donantis, remouerentur testes. Qua in re, communem illam rerum magistram experientiam, testem vocamus. *t. quam sit de elect. lib. 6. Affl. decis. 13. n. 18. Cotta in memor. in v. consuetudo. el 2. ad fin. & in v. ignorantes & in v. libri consulum. Burſat. cons. 200. n. 78. volum. 2.* 99

Ex moribus autem regionis, recta de vltimis voluntatibus, earum que efficacia, atque operatione, sit dijudicatio, veluti sub tertia decidendi ratione iam comprobatum est.

Sed fac contrariam opinionem esse magis receptam: astringere tamen illamiplam, hoc pacto, ad minimum oportebit: vt testes, etiamsi codicillum conscribentem, vel donatione causa mortis aliquem donantem, non fuerint conspicati: eum tamen audire omninò debeant. Ita namque seipsum declarare videtur *Iason. in d. l. si non specialis. n. 8. C. de testam. nec non Matheſil. & Vasq. in loco antea designatis.* 100

Et ali-

101 Et aliàs quoque generaliter verum est, cum testem, monstro similiorem esse, qui de persona aliqua deponit, quòd hoc, vel illud egerit, cum tamen simul fateri cogatur, quòd eandem personam nec viderit, nec audiuerit. *per tradit. Specul. in tit. de test. §. nunc tractandum. vers. vt autem hæc plenius. Felin. in c. cum causam el. 1. col. 3. cond. 1. & 2. ext. de test. Ioan. Andr. Corrad. in tr. de test. prat. Rubr. dicta test. aggr. n. 7.*

Verùm hic Testes Nostrates, Testatorem, nec viderunt, nec audiuerunt. Cessat itaque pœnitus tota obiectio.

102 Octavò, incogniti quoque iuris illud non est: quòd ad testamenti perfectitudinem, omninò requiratur: vt in testamento nuncupatiuo, omnes septem testes, simul & vna vice, audiant ipsum testatorem, articulatè, & ita, vt à quouis eius sermo, intelligi queat, loquentem: & quod sit vltimum suum arbitrium exponentem. *d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de test. am. Simon. de Pract. in tr. de vlt. vol. int. lib. 2. interp. 2. dubit. 2. Solut. 3. n. 48. & 49. Dauth. in tr. de test. am. sub n. 418. vers. sexto, quod simul.*

Ecquis verò, omnium testium præsentium est, qui gloriari audit, se Testatorem loquentem audiuisse? Tantùm abest, vt aliquis eorum asserere possit, se auditu percepisse, quæ esset Testantis vltima voluntas: aut quòd Testator adhuc, sermocinari potuerit.

103 Nonò: certò quoque illud constat: quod in testamento nuncupatiuo, id quoque potissimum desideretur, vt nuncupatio ista testamentaria, vno, & eodem temporis momento, omnibus septem testibus præsentibus, palàm fiat. *Duaren. in tr. de testament. d. rubr. de nuncup. test. am. Dauth. d. tr. de test. am. n. 414. vers. in testamento autem.*

At & hoc requisitum, testamenti per nuncupationem facti, desideratur hic.

Non enim præstò fuit, septimus Testis, sed illi seorsim, & reliquis absentibus, relegi debuerant, quæ conscriptæ iam erant testamentariæ tabulæ. Vt habet iplamet Notarij subscriptio.

Vt taceam, nusquam ex totis tabulis apparere, quis, qualisue, futurus esset, septimus hic testis.

104 Decimò in omnibus quoque, rectè conscribendis testamentis, obseruandum illud est: vt præter subscriptionem testium, signa quoque eorundem adhibeantur. *l. ad testium. §. vlt. ff. de test. am. l. hac consultissima in pr. & §. non signatum. C. eod. tit. §. sed cum paulatim & §. possunt autem. Inst. eod. tit.*

Et hoc iure eatenus quidem vtimur, vt ne
105 signa quidem impressa esse, satis sit, ni simul quoque characteres, signis insculpti, conspicui fuerint. *Vti ex Rum. in specie docuit Simon de Pract. in tr. de vlt. vol. interpret. lib. 2. dubit. 2. solut. 2. n. 12.*

In classe itaque, eorum testamentorum, quæ irrita sunt ipso iure, hoc quoque testamentum recensebimus. Nonnulla enim hic, Testium signa, taliter impressa non sunt, vt ab accuratè etiam intuente, agnosci queant: sextus verò Testis, hasce tabulas, planè non subsignauit.

Cum interim iuris sit apertissimi: quòd 106
totum concidat testamentum, si defuerit, vnici tantùm testis signum. *tradente in indubduo Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 15. n. 2.*

Neque verò hæc excusatio, qua sextus, hic Testis vtebatur: se nempè annulum suum, ad manus non habuisse: ponderis alicuius est. Cum proprio destitutus, alieno hac in parte signo, rectè vti potuerit.

Hoc enim quòd testis, qui proprio caret, 107
alterius interim signo, in consignando testamento, rectè vti possit, decisum extat, *in d. l. ad testium. §. si ab ipso. & ibi Dauth. n. 9. ff. de testam. §. possunt autem. Inst. eod. tit. l. hac consultissima. C. eod. tit. tradit. Vasq. d. §. 15. n. 1.*

Sic quoque decisioni nostræ non obstat, quòd attamen, ex aliquorundam sententia: 108
vitio non detur, testamento nuncupatiuo, etiamsi signis his deficiat: *Vasq. d. tr. success. creat. lib. 2. §. 15. n. 45. per l. hac consultiss. §. per nuncupationem. & ibi omnes Doctores idipsum tradere asserit. C. de test. am.*

Nam etsi Testator, in præsentia proficeatur, testamentum se nuncupatium, condere velle: adsint attamen adhuc plurima, quæ eum in scriptis testari voluisse, euidentissimè ostendunt. Vt verè haud absre, dubitandum adhuc sit, cui nam testamentorum generi, annumeremus.

Nam inter cetera, iuri omni consentane- 109
um est id: quod rectè coniecturari liceat, testatorem in scriptis, testamentum condere velle, quoties testium subscriptiones, & signa adhibuit. *Castr. & Corn. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de test. am. Castr. in l. heredes palam in pr. n. 5. ff. de test. am. Alex. cons. 176. n. 5. lib. 5. cons. 105. n. 5. lib. 7. Ruin. cons. 193. col. penult. lib. 2. & plures congessit in id Card. Paris. cons. 19. col. 1. vol. 3. Menoch. in tr. de præsumt. in parte, libri 4 præsumt. 2. n. 7.*

Atque tunc ex eo tantum, quòd vnici te- 110
stis signum deest: totum euertitur, vltimum arbitrium. *Castr. in d. §. per nuncupationem. n. 3. & in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. Menoch. d. præsumt. 2. n. 9.*

Vndecimò: indubitatum quoque est 111
illud: quòd id, quod parenti licitum, atque permissum est, inter liberos, testari, insuper habitis iuris ciuilis solennitatibus, ob solum fauorem liberorum, introductum sit. *Vti in specie attestatur Capsferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 22. Frider. in tr. de proceff. extrab. lib. 2. c. 68. n. 7. versic. & grauiter.*

Nec

Non valebunt itaque, præsentes tabulæ, ne vt testamentum inter liberos quidem. Cum liberis reuera dispendiosæ sint, multumque detrimenti inferant.

112 Nam, cum hoc ita sit, illa succedet iutis regula, quæ habet: nullum testamentum, fauore dignum esse, in quo liberi, multis legatis, vel fideicommissis aggrauantur. *Vtim specie scriptum reliquit Bapt. de S. Blasio int. cons vlt. vol. Auers. cons. 168. n. 3. Sim. de Proet. in tr. de vltim. volum. inter. lib. 4. inter. 3. dubit. 2. n. 5.*

At esto, valeat hoc testamentum ceu testamentum inter liberos conscriptum: hinc tamen emolumenti nihil, legatarijs proueniet.

113 Nam DVODECIMÒ: hoc iure vtimur: quo in testamento inter liberos, extraneis relictum, non debetur: sed liberis heredibus institutis, accrescit. *Prat. Papin. for. lib. pro legat. rei sing. v. valere debeat. nr. coinc. col. vlt. Sim. de Proet. in tr. de vlt. vol. inter. lib. 2. inter. 1. dubit. 1. solut. 12. n. 10. Vasq. in tr. de succeff. progr. lib. 2 §. 14. n. 118. Graff. recept. sentent. testamentum. q. 14. n. 1. Graff. in §. legatum. q. 67. n. 9. Cravet. cons. 944. n. 18.*

114 Quod & tunc obtinet, cum pater inter liberos testamentum, quinque adhibitis testibus, condit: & legata, aut fideicommissa, extraneis scribit. Nam nec ob interuentum, quinque testium quidem, hæc legata præstanda sunt. *Vti omnes tenere scribit Vasq de succeff. resolut. lib. 1. §. 1. n. 43. quem refert & sequitur Graff. recept. sentent. §. codicillus. n. 28.*

Nec obstat horum attamen legatariorum vnum, Testatoris fratrem: alterum verò, sororium esse.

115 Nam & frater, & sororius, & quicunque inter descendentes nō sunt: hac in parte, inter extraneos numerantur. DD. in l. hac consultissima *§. ex imperfecto, & ibi præcipuè Natta. n. 134. C. de testam. Manic. in tr. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 11. n. 4. Roland. Passag. in tr. de testam. & vlt. volunt. rubr. 23. Valent. Forster. in tr. de succeff. lib. 2. c. 18. n. 55. & seqq.*

DECIMOTERTIÒ & vltimò: rursus sit ita, valeat hoc testamentum, nec sit, quo illud euertere queamus: animaduertere attamen adhuc non possum, qui consulatur Legatarijs.

116 Legata enim non nisi hereditate, ex testamento iam adita, deberi, apud omnes in confesso est. *l. si nemo. ff. de test. tut l. 3. ff. de legat. 1. l. eam quam. & ibi gl. & DD. communiter. C. de fideicom. Guilhel. Bened. in repet. c. Raynutius in v. mortuo tag, testatore. n. 326. & n. 330. ext. de testament. Simon. de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 5. interp. 1. dubit. 3. n. 3. Couarr. in c. 3. n. 3. ext. de testament. Gomez. Var. resol lib. 1. c. 12. n. 11. Graff. recept. sentent. §. legatum. q. 6 8. n. 1.*

At nemo omnium, ex testamento hoc hereditatem adijt.

Nec obstat, quod attamen clausula illa, quam codicillarem vocant (quam testamento huic, oppositam cernimus) efficiat, vt ab intestato venientes quoque, ad legatorum dationem, & persolutionem, sint obligati.

Nam obiectioni huic, inferius, sub resolutione, octaui contrarij, satisfacere conabimur.

Sic quoque momenti alicuius illud non est: quòd attamen, tutores filij Testatoris nostri, debita hereditaria exigere cogitent: nam hinc nulla oritur hereditatis aditio. 117
Nam etiamsi verum sit: quòd hereditatis aditio, ex receptione debiti hereditarij recte colligatur. *Br. in l. frater a fratre. col. 12. ad gl. 2. ff. de condict. indeb. Br. in l. Imperatores. §. debitor in fine. ff. de transact. Bl. in l. 1. q. 1. C. qui adm. Masc. ard. in tr. de probat. concl 44. n. 45. Natta. conf. 140. nu. 12. Alex. conf. 32. nu. 2. vol. 3. Ias. conf. 112. n. 2. volum. 4.*

Illa ipsa tamen allegatio huc non pertinet: Nam cùm multa millia æris alieni paterni, filius dissoluere: & vt ea dissoluerentur, feuda quoque sua perauita, abalienare coactus fuerit: sed & necessitas, alimentandi, & dotandi sorores, illijpsi itidem incumbat: non immeritò debitores paternos, iure crediti: non autem ceu heres patris exigit, vtque solutionem faciant, compellit.

Quid? quod hereditatem, ne adire quidem, tutores nostrates potuerint: nisi lite priùs, quæ de viribus testamenti cœpta iam erat diffinita. Sic enim, in iure, quo viuimus, scriptum est: quod iusta non sit aditio, 118
quandiu de testamenti viribus, & validitate, res nondum expedita planè est. *teste Salyc. in l. Iuus. C. de repud. hered. Roman. conf. 403. n. 12.*

Id quod tunc, cum totæ vires hereditariæ 119
legatis, exhauriuntur, atque absorbentur, potissimum obtinet. *Manic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 9. n. 12. in fin. Masc. d. tr. de probat. concl. 43. n. 3.*

Neque verò, ad comprobandam additionem, id sufficit: quòd attamen tutores filij Testatoris, inuentarium confecerint:

Nam etiamsi nonnulli reperiantur, qui 120
tradant: additionem hereditatis, probato inuentario, simul probari. *Br. in l. gerit col. vlt. vers. ad 3. ff. de acquir. hered. Rum. cons. 168. nu. 1. lib. 4.*

Explosa attamen iam dudum hæc est 121
sententia, & è contrario receptum: ab inuentarij confectione, ad hereditatis additionem perperam concludi. *Quam amplectuntur Salyc. Alex. & Ias. in l. vlt. §. sin autem. per tll. text. C. de iur. delib. Rum. sibi contrarius cons. 113. n. 4. vol. 3. Neuiz. cons. 9. n. 14. Franc. Marc. qui hanc omnium consensu approbatā sibi, decis. 29. p. 1. Rol. a Valle. in tr.*

in tr. de confect. inuent. p. 3. § sed an per confectionem Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. n. 15.

122 Quod ipsum tunc potissimùm obtinet, cum in id solum, vt bona describerentur, & annotarentur, inuentarium conficiebatur. *Rol. à Valle cons. 73. in pr. vol. 2. Mascard. in tr. de probat. concl. 48. n. 3. vers. intellige.*

At enim hîc tutores inuentarium tutoris & non heredis conscripserunt.

QVAESTIO SECVNDA.

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

VIdeamus itaque, vt diluantur, quæ in contrarium, adducebantur, argumenta. Quare ad PRIMVM, quod habet: omnes testamentorum tabulas, solennes, validasq; 123 præsumi: hæc datur responsio: quòd ista hæc præsumtio cesset, quoties ex inspectione tabularum testamenti, debita forma eas destitui, & pluri fatiâ vitijs coinquinatas esse, apparuerit. *Br. in l. si post diuisionem. n. 5. ibi Bl. n. 2. C. de inr. & fact. ignor. Bl. in repet. l. 1. n. 56. C. de sacros. Eccl. Dec. cons. 111. n. 8. Cephal. cons. 138. n. 11. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 9. n. 1. vers. sed hæc sanè intelligitur. Mascard. in tr. de probat. d. concl. 1352 n. 19.*

At hîc vel sexcenti defectus, præsentibus testamenti tabulis insunt, veluti in decisionis rationibus, est demonstratum.

Sic quoque SECVNDA obiectio: omnes nempè testes, satis idoneos, atque legales 124 præsumi: facile diluitur. Cum idipsum eatenus tantum procedat, quatenus nihil, in medio est: quo testis, vel ob personam, vel ob attestationes suas, redarguitur. *Teste Mascard. in tr. probat. concl. 1356. n. 1.*

125 Iam verò cuicimus superiùs: quòd artifices, ignobilem artem exercentes, testibus idoneis, & legitimis (quales testamenti confectioni, adesse oportet) non annumerentur. Et præter ante in id recensitos, idipsum quoque docet *Mascard. d. concl. 1356. n. 36.* vbi plurium DD. autoritates, in id allegat.

Cessat itaque, hæc SECVNDA quoque obiectio.

Inter reliquos enim testes, huic Testamento, adhibitus fuit, arcularius, & barbitonsor, qui personis infimæ sortis, & ob id, ad testimonium, in testamentis condendis, ineptis planè accensentur.

Eò itaque, cum duabus hisce præsumtionibus, quæ in PRIMA, & SECVNDA obiectione comprehenduntur, res redit: vt, quia 126 oppositum earum, verum esse apparet: oppositum, iam destruat propositum. Vt loquitur *Tiber. Decian. cons. 1. n. 125. vol. 2.*

Quartum & illa, quæ sub TERTIA decisionis ratione, de moribus regionis perualgatissimis adduximus, referenda sunt.

TERTIAE verò obiectioni, respondeamus per concessionem. Fatemur enim, quòd 127
Notarius, quandoque, non vt Notarius: sed vt nudus testis, dum testamentum conscribitur, adesse possit. Sed è diuerso inficias quoque illud ire nemo poterit; quod hoc casu Notarius, non minus ac reliqui testes, formula testium consueta, subscribere, atque subsignare testamenti tabulas, obstrictus sit. *Vasq. in tr. de succes. creat. lib. 2. §. 13. n. 63. Graff. recept. sentent. §. Testamentum q. 57 n. 16. & q. 58. n. 6. Dauth. in tr. de testam. n. 419. vers. si autem, non vt Notarius.*

Sed & tunc necesse quoque illud est: vt 128
examinetur Notarius, vt alius testis.

Non enim in numero testium computabitur Notarius, nisi tunc, cum de testamento, per testes, fides fieri debet: secus autem erit, si in testamenti probationem, instrumentum confectum fuerit. *gl. inl. hac consultissima in v. octauum. ibi Cyn. n. 8. Br. n. 3. Alber. n. 3. Angel. n. 6. Salyc. n. 7. Castr. n. 3. vers. sed quia Alex. n. 12. C. quis testam. fac. poss. Couarr. in c. relatum. el 1. n. 11. vers. tertia conclusio extrah. de testam. Et ad id comprobandum, alias præterea interpretum autoritates, accumulauit Dauth. ad l. Domitius. n. 3. vers. tertiò. ff. de testament.*

Ecquis autem non videt, nostrum Tabellionem, has tabulas subscripsisse, non vt testem: veritatem item Testamenti, fundari, non vt testium depositione, sed in instrumento, quod inde conficiebatur: Notarium item nunquam, vt de veritate testamenti, testimonium ferret, testem producum?

QVARTA deindè obiectio, de priuilegio, quod illi habent, qui ruri testantur, loquitur: sed & illud, ob pluriformam cautas, huc non trahendum.

PRIMÒ enim, illud priuilegium astrin- 129
gitur: vt non procedat ratione nobilium eruditorum, ruri habitantium. Hi enim vt reliqui, non nisi septem testibus adhibitis, iure testantur. *Vti alijs in id adductis, autor est Capisferr an tr. de num testam. p. 1. c. 18. n. 18. quem refert & sequitur Dauth. in d. l. vlt. n. 3. C. de testam.*

Sed noster Testator, ab ineunte ætate, animum ad studia appulit.

Sed & alia tria adesse oportet requisita, & 130
quidem simul, vt priuilegium hoc, locum reperiat: veluti: quod testator sit rusticus quòd ruri testetur: quòd denique plures testes habere non potuerit. *Br. & DD. in d. l. vlt. & ibi Dauth. nu. 2. C. de testament. Clar. in d. §. testamentum. q. 56. nu. 6. Capif. d. tr. de num. test. p. 1. §. 21. per tot. Vasq. in tr. de succes. creat. lib. 3. §. 22. nu. 29. Dauth. in tr. de testament. n. 436.*

Sicuti idipsum quoq; per nouissimas Im- 131
perij constitutiones sancitur veluti hæ promulga-

mulgatæ sunt, Coloniæ ad Rhenum, anno 1512. sub tit. von Notarien / Rubr. von Testamenten / dum ibi ita disponitur: das auff dem Baw (hoc est ruri) wo Bawrsleute Testament machen / vnd mehr Zeugen nicht zubekommen weren/auffs wenigste fünff Zeugen/not sein.

Iam verò vltimum illud requisitum, hîc interuenisse pernegatur. Circumcirca enim habitabant, viri nobilitate Testatori pares.

Et, si tantum temporis Testatori suppetebat, quod vltra aliquot milliaria, accersi poterat Tabellionem: faciliùs, & citiùs longè, conuocare quoque poterat, tot testes, & quidem integros, quot opus in præsentia habuisset.

Deest itaque tertium, & quidem principalius requisitum: in id vt priuilegium, ruri testantibus indultum, locum sibi vendicet.

132 Vnum autem vel duo adesse non sufficit: vbi plura, ad rei alicuius constitutionem requiruntur, atque necessaria sunt. *l. vnde etiam. §. hoc autem vers. itaq; & ibi gl. ff. de itin. act. priuat l. Fulcinius §. cum hoc, & ibi Br. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. habebat. & ibi DD. not. ff. de instit. Euer. in topic. in loc. ab eff. eorum, quæ sim. ad esse requir. num. 1.*

133 Neque verò illud iuuat: quod allegare hoc casu, satis sit, plures testes, reperiri non potuisse. *Dauth. in d. l. vlt. nu. 2. ampliat. 2. C. de testam.*

134 Nam vix tuta est eiusmodi allegatio: nisi Notarius simul, sub finem testamenti attestatus fuerit: plures testes, quæsitos fuisse, sed adinueniri non potuisse. *Br. in l. conficiuntur. §. 1. n. 4. ff. de iur. co. Vasq. d. §. 22. n. 31.*

Atenim hic, nulla adest, talis Tabellionis protestatio: sed & ipse, pagi VV. situs, vbi defunctus habitabat, hoc dicere non finit.

135 Denique illud quoque, perpendere oportet: quod in testamentis ruri confectis, is quidem numerus testium, qui in reliquis testamentorum generibus, non requiratur: sed interim nihilòminus, ac in reliquis testamentis, necesse esse, vt testes, personæ suæ ratione, sint idonei. *Ita in individuo admonet, Iaf. ad d. l. vlt. n. 2. vers. secundo & notabiliter. C. de testam. arg. l. sanctimus. C. eod. tit. l. præcipimus in fine. C. de appellat. c. cum esses ext. de testam. fac. trad. Alex. cons. 70. col. 7. volum. 2.*

Quare, ne vt testamentum ruri conditum, prælens testamentum sustinebitur. Nec enim quinque testes integros, omniq; exceptione maiores, hîc habemus.

Eadem quoq; ratione, nec vt inter liberos testamentum, præsentes tabulæ valebunt (id enim vult QVINTA obiectio) nam vt sub decisionis rationibus tetigimus iam: quod parenti hoc modo, & quidem peculiari, inter liberos testari liceret: id singulari liberorum fauore: & quod liberi aliàs 136
quoq;, parentibus ab intestato succesturi essent (*Capferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 22.*) *introductum fuit.*

Cum tamen nullus amor, nullus fauor liberorum, in præsentibus tabulis, conspiciendum se præbeat: successio item ab intestato, cò, quod per legata exhæriatur plane, nullo hîc liberis emolumento sit.

Restat itaque, quod cessante ratione le- 137
gis, ipsa quoque cessat lex. *l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. Euerard. in topic. in loc. a cessat. rat. p. 1. nu. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10 sect. 3. n. 139.*

Sed & legatarios nil iuuat, etiamsi hîc conscriptum esset testamentum, inter liberos: quoniam eiusmodi testamentorum genus, ad extraneos, non pertinet.

Ad SEXTAM deinde obiectionem respondemus: verum equidem esse, Vasquium in loco adducto ita docere: quod nempè in testamento inter liberos, necesse non sit, vt testes videant testatorem.

Sed è diuerso, verum quoque non minùs 138
illud erit, & ipsa loquuntur Vasquij scripta: quod is in suis scriptis, contradicendi studio, vel ingenij ostentandi gratia, multa habeat, scripseritque paradoxa. Quæ faciliùs dici, scribique potuere, quàm ad praxin deduci. Qua de re, Lectorem ad eius scripta remitto.

Insuper itaque habita, noua hæc Vasquij 139
doctrina, rectè concludemus: & æquitati & honestati longe conuenientius esse, vt in testamento quoque, quod inter liberos confícitur, testes in conspectum testatoris admittantur, vt in simili ferè subiecto, fatur *Gabr. Sarain. in addit. ad Matthesil sing. 124. n. 5.*

Nam & illæ assumtiones, quas, pro vnaquaque tutis, assumsit Vasquius, elimatæ adhuc vsquequaq; non sunt.

Ponit enim decisionis suæ fundamentum in eo: quod vltra solennitates, quas in actibus inter viuos adhiberi solitum est: vlla præterea solennitas, in testamento inter liberos non requiratur: quod item in actibus inter viuos, necesse non sit, testes, personas actum aliquem celebrantes, videre. Vasq. d. §. 14. n. 3.

Sed huic decisioni, è diametro, aduersus 140
est textus, in l. testium. C. de testibus Vbi in actibus inter viuos quoq; testes contrahentibus præsto esse, eosque videre debere, requiritur.

Nec est, quod textus huius obstaculum, tam facilè quis remoueri posse, putet, vt existimat Vasquius: dum ad illum respondet: 141
quod fictione legis, is pro præsente habeatur, qui audit, & intelligit, etiamsi non videat:

142 Non enim à quouis, fictiones introduci debent, per tradit. Decian. conſ. 5. nu. 50. volum. 1.

143 Et fictiones ſunt vltima miſerorum refugia, teſte Crau. conſ. 579. n. 15.

144 Vt taceam, haud exiguam eſſe eorum manum, qui docent inter viuos quoq; opus eſſe, vt teſtes, partes, perſonasq; principales videant. *Veluti hoc tradidere Ioh. de Imol. in l. 2. §. idem labeo. ff. de aq. plu. arc. Abb. in c. ex literis ext. de conſuet. Abb. in c. præterea. ext. de teſtib. Ludouic. Roman. in l. ſi non ſpecialis. C. de teſtam. Corn. conſ. 18 n. 7. lib. 2. & plures in id congeſtit Gabr. Saraym. in addit. ad Matheſil. ſing. 124 n. 6. & 7.*

Pro certo itaq; præſupponit Vaſquius id, quod maximè adhuc controuerſum eſt.

145 Et, ſi vera eſſet, hæc Vaſquij aſſertio: aſtringeretur attamen, ab ipſismet, ſectatoribus ſuis: vt non procedat, in cauſis maioris ponderis, atque momenti, qualis eſt, matrimonij diremtio. Ibi namq; & viſum, & auditum teſtis requiri, aſſerunt. *Vti in iuduo limitat Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. n. 9. in fin. C. de teſtam. vbi Ioh. And. Imol. & Alex. in id allegat.*

146 Cum tamen conſectio teſtamenti, non minus graue, & arduum negocium ſit, quàm eſt diremtio matrimonij. *arg. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

147 Sed & ſecundò contrahitur, hæc Vaſquij aſſertio: Vt procedat in ijs tantum, quæ magis auditu, quàm viſu percipiuntur. Veluti ſi quæratur, num hora audita nec ne ſit. Ibi enim horologium inſpectum eſſe, opus non eſt, ſed teſti, ſe audiuiſſe horam, aſſeueranti, rectè creditur.

Quod ſi viſu quoque, ſimul opus fuerit: veluti ſi rixæ autorem, oſtendere debeo, tunc teſtis, de auditu tantum, inter viuos quoque nihil agit. Quæ eſt diſtinctio *Sichard. ex Bl. & Caſtr. depromta, in d. l. ſi non ſpeciali. n. 5. C. de teſtam.*

Momenti itaque alicuius obiectio hæc non eſt.

Quis enim inficiabitur, in teſtamentis conficiendis, non minùs operæprecium eſſe, teſtem, teſtatorem vidiſſe: quàm eundem, ſolummodò audiuiſſe?

Ceterum etiamſi has, contrariæ opinionis reſtrictiones non haberemus: conſiderandum attamen eſt illud, quod omnibus, 148 rectè in eo conueniat Interpretibus: quod in actibus inter viuos, ad minimum, auditus teſtis ſit neceſſarius. *Ita namq; omnes fatentur, quos Vaſq. d. §. 14. num. 3. adduxerat, & ipſe ibidem idipſum, diſertis verbis vult, dum ad l. teſtium. C. de teſtib. legem fingere auuentem, & intelligentem, præſentem eſſe, reſpondet.*

Quare non eſt, quod huc SEXTAM hanc obiectionem referamus. Cum nemo teſtium, Teſtatorem noſtrum, ne loqui quidem audierit.

Et adhæc mores Electoratus Brandeburgici, hoc non ferunt. Nemo enim omnium eſt, qui fando ſolùm vnquam perceperit: teſtamentum in Marchia ſtabile, fuiſſe conſcriptum, ſub cuius conſcriptione, teſtes, teſtatorem, nec viderint, nec audiuerint. Cum tamen in dijudicatione de teſtamentis, mos regionis, cumprimis in conſideratione, habendus ſit. *Sichard. in d. l. ſi non ſpeciali. num. 8. C. de teſtam. Br. in l. ſi à latronibus in pr. ff. eod. tit.* 149

Qui inimò, omnia quoq;, quæ ſub QVINTA deciſionis ratione afferebantur: SEXTAM hanc obiectionem, labefactant, atque conuellunt.

Sanè ad SEPTIMAM quod attinet obiectionem, huic ſimiliter reſpondemus, quod axioma, quod habet, in teſtamento inter liberos non requiri, vt teſtes, toti, teſtandi actui interſint: rurſus, præter Vaſquium ſectatorem habeat neminem: ſed & ipſe Vaſquius, ibidem atteſtatur, hanc ſuam opinionem nouam eſſe. Quare in conſulendo, & iudicando (vbi videlicet, communi opinioni inhærendum ſemper eſt. *Iaſ. in auth. nouiſſima. n. 22. C. de inoff. teſt. & ingentem eorum numerum, qui hoc affirmant, videre eſt, apud Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. lib. 2. tit. 8 n. 16.*) *illa ipſa attendenda, haud quaquam erit. Eò, quod vnus vir, nullus ſit vir. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 36. in fin. C. de reuoc. donat.* 150

Sed & aliud, quàm noſtrum eſt, ſubiectum, 151 Vaſquius præ manibus habet.

Hic enim quæritur, an noceat teſtamento, ſi ſubſcriptio teſtium, ſimul, & ſemel non perficiatur? & nocere etiam inter liberos teſtamento, reſponſum eſt.

Eò quod ab hac regula, præſertim, cum 152 ſubſcriptionem, in conſpectu teſtatoris, & omnium teſtium, & ſine alterius actus interuentu, fieri: fraudis euitandæ gratia, adinuentum, atq; conſtitutum ſit: exceptum paternum teſtamentum non reperiatur: licet duorum teſtium adhibitio, ſatis ſit:

Vaſquius autem, illud tractat thema: an noceat inter liberos teſtamento, ſi toti teſtandi actui, non adſit teſtis: & id teſtamento nociuum eſſe negat. A diuerſis itaq; mala fit illatio, per ſuperius in id tradita.

Et deniq; SEPTIMÆ huic obiectioni, ſatisfit quoq; ex ijs omnibus, quæ ſub QVINTA deciſionis ratione indicabamus.

Reſtat nunc, vt OCTAVAM quoque obiectionem, reſoluamus. Illa verò habet, ob clauſulam codicillarem, repetito videri relicta legata, adeoq; à venientibus ab inteſtato quoq;, ea fore diſſoluenda. 153

At ſuperiùs, ſub deciſionis nimirum ratione QVARTA, euicimus iam: quod præſentes tabulæ, eò, quod dum conſcriptæ iam eſſent,

essent, coram testatore & testibus, à Notario non sint relectæ, non valeant quoq;, vt Codicillus, vel fideicommissum. *Vtr hoc in individuo scriptum reliquit Thom. Grammat. decis. 62. n. 5. & 6.*

Non opus est itaq;, quod de clausulæ Co- 154
dicillaris effectu, simus solliciti. Cum non entis, nullæ sint qualitates. *Lenus qui vers. quoniam. ff. si cer. pet. Pinel. ad rubr. p. 2. c. 1. n. 5. C. de rese. vendit. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 9. Zoanett. ad l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vendit.*

Deindè in promtu quoque est responsio 155
hæc altera: clausulam nempè, quam vocant codicillarem, Marte notariorum proprio, atque iniussu testatoris appositam, nullius mo-
** menti, & infrugiferam planè esse. Vt maiori serè & præstantiori Interpretum parti placuisse video. *Hanc numq. Br. antestore ad l. 3. n. 10. an fin. ff. de iur. Codicill. approbant. Barb. Alex. Calcan. Curt. Iun. Aretin. Socin. Sen. Rub. Alex. Bertr. Affl. Paris. Socin. Iun. Ruin. Tiraq. Gab. Roman. Abb. Tripa. Menoch. Ign. Iob. de Plat. Dec. Rimin. Sen. Zas. Ang. Nonius, Sfort. Odd. Pancir. Alb. Anchoran. Iun. Gail. Paul de Monte Pic. Aldobr. Everard. Bertaz. Phanutt. Crau. Bertet. Asin. in loco à Fabio Turr. designatis in tr. de clauf. Cod. eff. q. 4. n. 1.*

Nec obstat, quod attamen plures numero, 156
in contrarium discedere videantur, quos recensitos offendes *apud Turret. d. q. 4. n. 3.*

Nam, vt ipse attestari cogitur Turettus: prior tamen illa, à communiter accidentibus, & quandiu testamenti tabulæ, à Notario, scripto iam comprehensæ, testatori, & testibus, prælectæ non fuerint: *Turett. d. c. 4. num. 5.*

Et quoties de iussu testatoris, quo nimirum Notario, hanc clausulam, suo testamento inserere, mandauerat, testes non attestantur, rectè procedit. *Turett. d. tr. de eff. clauf. Codicill. q. 8. n. 3.*

Non itaque duo oua, in præsentia, clausula codicillaris valet. Nam has tabulas, coram Testatore, & Testibus, non relectas fuisse, constat: nullus item adest Testis, qui perhibere possit, quod mandante Testatore, clausula hæc, ascripta fuerit.

157 Porrò, & illud rectè respondemus: quod clausula Codicillaris, testamento, inter liberos inserta, nil quicquam efficiat, aut operetur, ratione, & intuitu extraneorum. *Pract. Pap. in for. lib. pro legat. rei sing. in v. valeat iure Codicill. n. 16. Sim. de Prett. in tr. de vlt. vol. interpr. lib. 1 dubit. 1. folut. 12. n. 10.*

Quare rursus efficacia omni, clausula hæc codicillaris destituitur. Legatarij enim nostri, extranei planè sunt, hac in parte Testatori.

158 Vlterius quoq;, obiectioni huic, illa rectè accommodatur responsio; commune nempe Interpretum placitum habere: quod quandiu nemo est, qui vel ex testamento, vel ab intestato hereditatem adit: tandiu quoq; omni effectu, destituatur, atq; careat, clausula codicillaris. *gl. communi calculo approbata in l. qui filio. §. ferunt. & ibi Br. ff. de her. inst. Alb. de Rest. Bl. & Castr. in l. eam quam. lib. Inf. n. 13. C. de fideicomm. Pract. Pap. in d. form. lib. pro leg. rei sing. g. d. v. valeat iure codicill. n. 11. Vasq. in tr. de succ. ff. progr. lib. 3. §. 30. n. 42. Graff. recept. sent. §. codicillus. n. 26. vers. solet etiam.* *

Atenim hic, Testator, nec ex testamento, nec ab intestato, heredem habuit. Etenim quæ restabant vltra legata, crediti & non heredis iure, filius Testatoris, sibi vindicabat.

Neque verò, hoc in loco, negocium fa- 159
cessit illud: quod hoc casu, cum defunctus nullum planè heredem habet, fiscus, bona occupet, seu vacantia, legataq; soluat. *DD. ad d. l. eam quam. lib. Bl. col. 3. vers. item quæritur. C. de fideic. Salyc. ad l. vnic. §. penult. num. 39. C. de caduc. toll.*

Magis communiter enim, hæc sententia * *
damnata est, *ita stante ideipsum peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. n. 26.*

Enimverò hic, hereditas nostra, bonis va- 160
cantibus accenseri nequit, cum filius eam, in compensationem debitorum paternorum, quæ vel iam soluerat, vel etiamnum soluturus est, occuparit, sibiq; vindicarit.

Postremò, ad esse quoque codicilli, requi- 161
ritur illud, vt adsint quinque testes, bonæ existimationis atque famæ, quique personis vilis conditionis, & artem mechanicam exercentibus, non connumerentur. *arg. l. vlt. iun. ibi gl. in v. quinq; testes. C. de codicill.*

Vndè hic, ne codicillum quidem, habebimus ob arcularium, & barbitonsorem illum, quos in Testes adhiberat testamento suo Testator.

NONA dehinc obiectio habet: ad mi- 162
nimum attamen valere, præsentis testamenti tabulas, seu mortis causa donationem.

Verum & hæc quoque, triplici resolutio-
ne euerti potest: veluti primo: quod ob defectum relectionis, in præsentia Testatoris, & Testium, nec vt mortis causa donatio, consistere possit, vllum testamentum, *per tradit. Grammat. decis. 62 n. 5. & 6.*

Deindè, quod ne quinque testes quidem, 163
à personæ vitio vacui, hîc adsint aut interuenerint. Deficit itaque numerus quoque testium, in mortis causa donatione, requisitus. *d. l. vlt. C. de donat. caus. mort.*

Tertiò: quod hereditas hic, ex testamen- 164
to adita non sit.

Cum tamen mortis quoque causa donatio, quæ in testamento fit, hereditatis additionem, omninò desideret. *Gomez. variar. resolut lib. 2. c. 4. nu. 16. Couarr. ad rubr. p. 2. n. 22. ext. de testam. Graff. receptar. sentent. §. donatio causa mortis. quæst. 13.*

Leuiuscula itaq;, & nullius momenti, est hæc obiectio.

165 Pergamus itaq;, ad DECIMI quoq; argumenti, quod in contrarium adducebatur, refutationem. Nam ideo præsens testamentum, ne vt fideicommissum quidem valet, quod primam eius delineationem, Testatori, & Testibus, simul congregatis, præsente Notarius neglexerat. Grammat. in fæpe indicata *decis. 62. n. 5. & 6.*

166 Secundò ideò: quod quinque integri testes hic non fuerint adhibiti. Quos adhibitos esse in id quoq;, vt fideicommissum valeat, necesse omninò erat. *d.l. vlt. & ibi Ias. n. 11. C. de Codicill.*

167 TERTIÒ ideò: quod hereditas, neq; ex testamento, neq; ab intestato, adita sit. Quo casu, nec fideicommissum quidem deberi, tritum, atq; vulgare est. *l. alle a quo. §. si de testamento l. si patroni. §. qui fideicommissariam. & l. quidem ita in pr. ff. ad S.C. Trebell. Br. in l. cum filiofamilias. col. vlt. ff. de legat. 1. Speculat. in tit. de testam. §. 1. col. 3. Simon de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 3 dubit. 3. folut. n. 7. & 11. Run. conf. 170. n. 2. vol. 2. Card. Paris. conf. 44. n. 12. vol. 3. conf. 73. n. 13. eod. vol.*

168 Et deniq;, eam ob causam: quod omne fideicommissum, quo descendens grauabatur, siue id particulare, siue vniuersale fuerit, hanc recipiat conditionem tacitam, si absq; liberis decesserit is, qui fideicommisso aggrauabatur. *l. cum auus & ibi DD. ff. de cond. & dem. l. generaliter. §. cum autem. & ibi rursus DD. C. de inst. & substit. l. cum acutissimi. & ibi DD. C. de fideicomm. Graff. recept. sent. §. fideicomm. q. 22. Mantic in tr. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 11. n. 4. Cephal. conf. 45. n. 18.*

Atenim hic, heres, adhuc impubes planè est, nec dicere quis potest, an sine liberis, decessurus, nec ne sit.

Fideicommissum, itaq; petere, quandiu, de euentu futuro, incerti adhuc sumus, frustra erit.

Sed & ad VNDECIMAM respondere obiectionem: haud opus, haud labor erit.

Concedimus etenim, quod testamentum, à patre, vel propria manu scriptum, vel ab alio quouis scriptum, sed à patre subscriptum, absque vllo testium interuentu, validum, & constans fuerit interim nobis vicissim concedatur, quod nemo extraneus, quicquam ex testamento inter liberos capiat. Vt apparet ex decisionis ratione DVODECIMA: vbi præterea edocuimus: liberis manere legata, & fideicommissa, quæ parens extraneis, in testamento inter liberos, conuocatis etiam quinq; testibus reliquerat.

169 Vt sileam item, hereditatem hic aditam non esse. Quam tamen aditam esse oportet, si robur aliquod, obtinere debent legata. *Vt prater adductos antea tradit Dauth. in tr. de test. nu. 379.*

Et vt tandem, quæstionem hanc SECVNDAM finiamus: ponderis quoque alicuius, DVODECIMA hæc obiectio non est. Nam & illa regula: pro testamento pronunciandum, cui obiectio hæc innititur, variè restringitur.

Non enim procedit, quoties iniquitas, & 170
iniusticia testamenti, manifestò aparet. *l. si pars in fin. pr. ff. de inoff. test. l. 2. ff. de lib. & posthum. Alex. in l. duo iudices n. 9. ff. de re iudic. Ias. in l. inter pares. n. 3. ff. eod. tit. Mant. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. n. 11. Dec. conf. 105. in fin.*

Quis autem non conspicatur iniquitatem, & nullitatem, præsentium tabularum testamentariarum?

Sed & secundò, locum non reperit hæc 171
iuris regula: quoties testatori culpa aliqua, in conscribendo testamento commissa, imputari potest: veluti, si solennitates, à lege, moribusq; præscriptas, fideliter non custodierit. *l. vlt. ibi Castr. C. de posthum. heredinst. Bl. in l. posthumo. n. 8. in fin. C. de bon. poss. cont. tab. Mantic. d. tit. 15. n. 13. Masc. in tr. de probat. concl. 1353. n. 19.*

At quis dubitabit, hic plurimas testamenti solennitates, & quidem vitio Testatoris, & quidem tales, in quibus cardo totius negocij posita est, omissas esse.

Concludamus itaq;, vel ob defectum requisitorum suorum, hoc testamentum concidere.

III. QVÆSTIO.

RATIONES DVBITANDI.

POsteaquam verò, itidem ex me, quærebatur: an non præter hactenus enumeratas causas, etiam ob id, irritum fieret testamentum nostrum: quod Testator mentis insania laborasse credendus sit, propterea, quod liberos suos, omni reuera hereditatis commodo priuarit: & hoc, Legatarios è diuerso, ditarit?

Ad id equidem ab initio respondendum videbatur: insaniam vllam Testatoris hinc aptè inferri non posse.

Nam PRIMÒ: iuris expressi est: quod qui- 172
libet Testator, tempore testamenti conditi, sana adhuc mente frui, præsumatur. *c. vlt. ext. de succeff. ab intest. l. ne codicilles quidem & ibi DD. C. de codicill. l. vlt. ibi interpp. omnes. C. de hered. instit. gl. in l. filium emancipatum. ibi Bl. circa fin. ff. de acquir. hered. Br. in l. si potest. n. 15. ibi Marant. n. 137. ff. eod. tit. Bl. in l. 1. n. 5. ff. de cond. instit. Couarr. in epist. 3. lib. de ret. c. 2. n. 6. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 1. n. 10. p. 1. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. n. 2.*

Doceant itaq; liberi Testatoris huius, in- 173
fantiam eiusdem oportet: si hac ratione obtinere voluerint, pro vt hoc, quod dicenti, testatorem fanæ mentis non fuisse, incumbat probandi onus, in indiuiduo scriptū reliquit *Masc. in tr. de probat. concl. 1353. n. 4. Mant. d. tit. 5. n. 2.*

SECVN-

174 SECVNDÒ: controuersi quoq; iuris illud non est: quod testamento nil noceat, etiamsi iam in agone, testatore propè modum constituto, fuisset conscriptum: dummodò articulatè adhuc loqui potuisset. *l. quoniam indignum. ibi Castr. n. 3. Alex. n. 4. Ias. n. 3. Dauth. n. 4. C. de test. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 6 nu. 1. Mascard. in tr. de probat. concl. 1353. n. 12. Cephal. cons. 546. n. 16. Dauth. in tr. de testam. n. 332. Alex. cons. 33. n. 7. lib. 3. Corn. cons. 261. n. 24. lib. 4.*

Atenim hìc, per aliquot adhuc dies, superstes fuit Testator, quàm testamentum hoc, conscripserat.

175 TERTIÒ: prosperexerunt quoq; iura: quod omnis is, articulatè adhuc loqui, rectè dicatur, cuius verba, quidq; velint, à testibus percipi possunt. *Viti in indiuiduo tradidit Dauth. in tr. de testam. d. n. 332. Socin sen. cons. 20. n. 3. et 4. vol. 4.*

176 Quinimò is tantum, qui Notario interroganti, num hunc, vel illum, heredem scribere velit, per dictionem: SIC: vel ITA: respondet, articulatè adhuc loqui, iudicatur. *Socin. Iun. cons. 178. n. 27. Cephal. cons. 546. n. 92. & seqq. Clar. receptar. sentent. § testamentum. quæst. 37. n. 2. Graff. recept. sent. § institutio heredu. q. 17. n. 8.*

Atenim Testator, de quo nobis res est, sè ita subscripserat, vt à quouis intelligi, subscriptio eius posset: vt item quilibet, mentis compos, subscribere se debuisset.

177 Et deniq; communis quoq; in medio est, * Interpretum traditio, qua concluditur, quod omnis testator, qui venientes ab intestato, heredes dixit, vel scripsit, sanæ mentis fuisse, & articulatè loqui potuisse, præsumatur. *Salyc. in dd. iubemus. col. 2. C. de testam. Ant. Gab. Roman in tr. regul. lib. 4. tit. de testam. concl. 2. n. 5. Ruin. cons. 8. sub n. 9. in fin. vol. 3.*

Qui igitur ratiocinaremur: testamentum hoc, ab insano conditum, cum ab intestato venientes, hìc sint instituti.

QVÆSTIO III.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm etsi hæc plausibiliter satis dici posse videbantur: re tamen accuratiùs aliquantò appensitata, contraria huic præferenda videbatur sententia.

178 Scimus enim, quod nullum testamentum ab eo conditum, qui compos ampliùs mentis non est, constare possit: sed quod ab initio statim nulla sint, quæ à tali conscribebantur, vltima arbitria. *l. 2. & l. qui testamento. ff. de testam. l. 2. C. qui testam. fac. poss. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. n. 1. Dauth. in tr. de testam. n. 127.*

179 Nec distinguemus, etiamsi ad pias causas factum esset, eiusmodi testamentum. Nam & hoc testamentum, ob testatoris dementiam, irritum est. *Br. ad l. 1. in 1. q. 1. q. princip. C. de sacrof. Eccles. Alex. cons. 18 2. n. 3. vol. 3. Ias. cons. 141. n. 6. versatis omnes. lib. 4. Cran. cons. 6 n. n. 8.*

Sicuti, nec ad illud animaduertendum, an 180 testatum sit, inter liberos. Nam & hoc casu, sanitas mentis, & sermo articulatus, desideratur. *Br. an l. iubemus ibi Bl. n. 2. Ang. n. 1. Castr. n. 2. Salyc. n. 1. Alex. n. 2. Ias. n. 4. C. de testam. Dauth. in l. hac consultissima. § ex imperfecto. n. 50. C. eod. tit.*

At hic far compotem mentis, Testatorem, amplius non fuisse, conspicuum fit, ex eo.

PRIMÒ: quod morbus grauior, & diutur- 181 nior, mentis exilium plærinq; inducit. *Cran. cons. 56. n. 10.*

At hic extremè laborarat, & quidem per semelire integrum, noster Testator: sed & domum, reduci se, B. iusserat, eò, quod de ope, ei amplius ferenda, vel ipsi Medici dissiderent: & præterea, paucis post diebus, mortem obijt, quàm exorsus esset, qualemqualem istam, testamenti conscriptionem: & iam rumores de obitu eius palsim increbuerant, quàm testamentum ordinaret. Certum au- 182 tem est: morbum grauiorem eum diei, ex quo quis moritur, vel ab quem morituros, Medicorum iudicio credebatur. *Viti ex Alb. & Rebuff. refert, & sequitur Mascard. in tr. de probat. concl. 1176. n. 31.*

SECVNDÒ confirmatur id ipsum per id: 183 quod inter reliquas causas, ob quas testes, in conspectum testatoris, venire debent, vel illa sit primaria, & princeps: vt videant, num satis sanæ mentis, nec ne, testator sit. *Viti in specie decidit Simon de Praet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2. interp. 1. dubit. 1. solut. 4. n. 119. per net. in l. si non specialiter, & in Authent. C. de testament.*

At hic neuo testium, in conspectum Testatoris admissus fuit.

Quid igitur prohibet, quin anguem latuisse sub herba, & id ideò factum, ne mentis impotentia, in Testatore, à testibus deprehenderetur, dicamus?

TERTIÒ: hoc iure vrimur: quo is, qui 184 ampliùs, articulatè loqui non potest, non habet quoque amplius testamenti factionem eam, quam vocant actiuam. Vti apparet ex ijs, quæ superiùs sub 2. dubitandi ratione, huius 3. quæstionis, adducta sunt.

Iam verò is, qui articulate loqui non po- 185 test, & is qui graui morbo premitur, & iam in agone ferè constitutus est, pari iure iudicantur. *Viti ex Castr. Ias. affl. Socin. Cal. an. Ruin. & Rip. docet Ant. Gab. Roman in tr. regul. lib. 4. tit. de testam. concl. 2. n. 6.*

Ducto itaq; argumento ab æquiparatis, 186 quod in iure, validum, & frequens est. *gl. in l. si quis seruo. C. de fiunt. gl. in l. quod si nolit. C. de ll. Schrad. in tr. feud. p. 7. c. 6. n. 6.*

Consequitur: nec eum quidem testamen- 187 ti factionem, amplius habere, qui extremè morbo pressus, decumbit: & iamiam morti propinquus est.

Indè porrò rursus infertur, cum triduo
post, noster Testator, in fata concesserit, præ-
terquam, quod antehac, per menses sex in-
tegros, & quidem longè periculosissimè de-
cubuisset: eundem ampliùs, ob mentem, qua
vlterius non fruebatur integra, testamen-
tum rectè facere, non potuisse.

188 QVARTÒ: longè quoq; certissimi iuris
est illud: quod ex qualitate dispositionis re-
ctè coarguatur, testantium dementia. *Bl. Rom. Castr. Alex. & Corn in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. Mantic. in tr. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 6. n. 7. Affl. decis. 143. n. 5. Alex. cons. 85. n. 5. vol. 2. Corn. cons. 216. n. 13. vol. 3. Soccin. Iun. cons. 144. num. 1. volum. 2.*

Atenim talis est præsens dispositio, qua-
lem nemo sanus conscripsisset. Cogita enim,
dispositione hac, totas hereditarias vires, Le-
gatarijs obtigisse: heredes verò è diuerso, ne
minimum quidem lucri, ex illa ipsa perce-
pisse: sed & durissimam in sese æris alieni
dissolutionem suscipere, necesse habuisse:
& mehercle dicere non poteris, consenta-
neam hanc dispositionem, aut æquitati, aut
rationi esse.

189 Etenim ordinata charitas, à ipso, suisq;
incipit. *Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. p. 2. præsumt. 125. n. 14. per l. præses. C. de fernt. & aq.*

190 Et hac nemo testantium, extraneos, liberis
proprijs præferre debet. *l. cum acutissimus in fin. ibi Iaf. n. 1. C. de fideicomm. Tiraq. in tr. de priuil. pia causa priu. 12. Coras. miscell. lib. 1. c. 2. n. 6. Romul. in l. vt. vum. n. 20 ff. de iust. & iur. Mynsing. obs. 96. n. 2. cent. 6. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. præsumt. 16. n. 5. & præsumt. 89. n. 7. 5. Cephal. cons. 391. n. 14.*

191 QVinimò id apertissimum dementiæ te-
statoris signum esse, Iuris Interpretes con-
cludunt: si cum nullus, amor liberorum te-
tigerit. *Vti hec in specie traditus Mascard. in tr. de probat. concl. 826. n. 22.*

At hic, si ad effectum ipsum respexeris,
nullus amplius liberorum amor, in nostrate
Testatore, restabat.

192 Et denique ne emendicatis vtamur suf-
fragijs, expressim apud Interpretes deci-
sum extat: quod rectè dicamus, eam testa-
tricem, quæ matrem præterierat, & mari-
tum heredem scripserat, sanæ amplius men-
tis non fuisse: nec eius testamentum consta-
re posse. *Ita in specie scripsit Roderic. Soar. allegat. 3. nu. 10.*

193 Cum tamen liberis, hereditas parentum,
magis adhuc debeatur, quàm è diuerso. *l. cum scripto ff. vnd. lib. & l. cum ratio. ff. de bon. damnat.*

QVINIÒ, inuat hanc decisionem, illud
quoque, quod paulò post ipse Testator, cul-
trum afferre, eoque tabulas has perfodere,
præceperit.

194 Nisi enim mentis insania laborasset, tale
eulogium non conscripsisset, cuius cum pau-
lo post, pœnituisset, piguissetque. Nam &
vacillatio istiusmodi, & crebra mentis mu-
tatio, impotentiæ eius indicium est. *fac. trad. Rmn. cons. 8. n. 3. vol. 3.*

Confirmatur idipsum SEXTÒ: quod ipse
Tabellio, de mentis Testatoris sanitate, at-
testari nil ausus fuerit. Quod facere, si verè
sanus mente Testator fuisset, haud dubiè, non
omisisset.

Etenim hac attestatione Notarij, adiutum 195
nonnihil fuisset, si vera fuisset Notarij asser-
tio, testamentum. *Corn. cons. 216. n. 14. vol. 3. cons. 91. nu. 34. vol. 4. Cardin. Parisi. cons. 88. n. 20. volum. 3.*

Ex ijs autem, quæ testamento opitulari 196
possunt, indecens est, quicquam à Notario, si
verè adsint, omitti. *c. cum M. & ibi DD. ext. de constit. Bl. in l. vlt. per ill. text. C. de fideiuss. Crau. cons. 718. n. 6.*

Accedat ad hæc SEPTIMÒ, & vltimò:
quod in ijs, quæ legatis perfoluris reliqua
erant, debitis suis, nec non in reliquis rebus
pretiosioribus, quas vulgus Clainodias vo-
cat, liberos suos heredes scripserat Testator:
cum tamen horum omnium nihil planè vi-
ta legata testaret.

Videmus itaq; eum, memoria planè desti-
tutum fuisse.

Ceterum memoria deficiente, prodit 197
mentis insania, atq; impotentia. *Affl. in c. 1. n. 2. de for. fidelit. Domuic. de S. Gemm in c. filij in pr. notab. 4. de haret lib. 6. Marant. in l. ii potest. n. 128. ff. de acquir. hered. Dec. cons. 348. n. 3.*

Nec obstat: quod Testatores regulariter, 198
vires sui patrimonij, incognitas habeant. *Br. in auth. sed cum testator. n. 3. C. ad l. Falcid. Iaf. in §. item si quis in fraudem. n. 48. Inst. de act.*

Nec enim hic, exactam cognitionem, o- 199
mnium rerum hereditariarum requirimus:
sed generaleam tantum, qua quis memoria
tenet, an plures adhuc lapillos, vel gemmas
possideat, nec ne: item an plura sibi sint no-
mina debitorum an verò non.

Id quod hìc facilè, si mente sanus fuisset,
recolere poterat Testator, vtpote qui diues,
positis in fœnore nummis non erat: cui item
nunquàm lapillorum & gemmarum copia,
magna admodum fuerat.

III QVAESTIO.

RESOLVTIO
CONTRARIORVM.

VT verò respondeamus, obiectionibus, 200
quæ superius fiebant: sciendum est PRI-
MÒ: quod præsumtio, qua quilibet testator,
sanæ mentis, dum testatur, statuitur: non sit
iuris, & de iure: sed iuris præsumtio tan-
tum: quodque propterea, probationem
contrarij admittat. *tradente. Dec. cons. 489. n. 4. in fin. & n. 5.*

Atiam

At iam contrarium, probauimus atq; euicimus, per ea nempè, quæ sub decisionis rationibus allata fuêre.

201 Meritò itaq; præsumtio hæc, ceu imbecillior, per probationem fortiorem absorbetur, atq; consumitur. *l.diuus. ff. de test.in int. gl. in c.cum inter.el. 1. in v. Episcopus. ext. de elect. Oct. Vincentell.in tr. de decret.tit.7.n. 51.in fin.*

202 Et veritati ipsi, concedit, per l.qui duos. §. si maritus.ff.de reb. dub.

Ad SECVNDAM deindè, quod attinet obiectionem: omnem scilicet, qui articulatè ** loquitur, ad extremum vsq; vitæ halitum rectè testari: magis communiter hæc ipsa, ab Interpretibus explosa est.

203 Sic namq; eum, qui in agone ferè constitutus est, cuiq; ipes viuendi vlla, reliqua non est: mortis propinquæ cogitatione, turbari, atq; mentis comporem non esse: sed è diuerso mortuo similem, totumq; ipsius intellectum languere, animiq; consilio inopem eũ esse, scripsêre ex Aristotele, *Bl. ad l. vlt. n. 14. C. de bon. quæ lib. Cyn. in l. hac consultissima. §. ut cum humana fragilitas per ill. text. C. qui test. fac. poss. Castr. cons. 155. n. 2. vol. 1. Socin. Sen. cons. 229. n. 7. vers. secundo ponderat. volum. 2 cons. 98. n. 5. vers. præterea. volum. 3. Chassan. cons. 39. n. 80. quibus accedit Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. n. 3. Ruin. cons. 8. n. 7. vers. & intell. guntur. vol. 3.*

204 Quare non opinionem illam, sed hanc posteriorem, omninò sequemur. Maximè cum hæc posterior, dolum, fraudemúe omnem, qui aliàs facilè committi posset, à testamentis remoueat. Cuiusmodi opiniones amplectì decet. *arg. l. Diuus. ff. de testam. milit. & §. plane. Inst. cod. tit.*

At fac, recipiamus, axioma illud, quod in sese continet, SECVNDA obiectio: non tamen illa generaliter, sed ad quendam mo- 205 dum tantum vera erit: & quatenus nimirum is, qui præter id, quod articulatè adhuc loqui potest, mortuo similior est: tale condiderit testamentum, quod ab ordinata charitate, alienum non est: quo item extranei, liberis proprijs, non præferuntur: & ex quo conspicuum fuerit, testatorem suorum liberorum curam habuisse. Nam his deficientibus de dementia testatoris, manifestissimè constare dicitur, per allata sub decisionis rationibus.

Quare rursus nihil planè in præsentia, SECVNDA hæc obiectio efficere poterit. Cum hæc requisita omnia, nunc essent. Etenim hic testator liberos suos, nominetenus tantum, heredes dixerat: hereditarium verò emolumentum omne, in Legatarios contulerat.

In obiectione postea tertia, facilè concesserim: quod is articulatè loqui, rectè dicatur, qui ita loquitur, quod eum intelligunt testes: verum hoc in præsentia, momenti alicuius esse non potest. Cum nemo ex omnibus testibus, Testatorem loquentem audierit. Veluti ipsa ostendit testium subscriptio.

Non entis enim nullæ qualitates sunt, 206 per vulgar.

Sed & reliqua, sub TERTIA hac obiectione 207 comprehensa: satis scilicet esse, si adhuc testator respondere potuit interrogantis: SIC, vel ITA, vt validum, firmumq; sit testamentum: à maiori Interpretum parte, reie- ** ctum est: pro vt hoc: quod testamentum non consistat, si testator, in extremis laborans, nihil præter voculam, SIC, vel ITA, locutus sit, in indiuiduo tradunt *Pilens. q. 110. Paul. de Castr. in l. si quis ita. n. 7. ff. de verb. obligat. Cyn. ad l. iubemus. n. 5. C. de testam. Castr. ad l. hac consultissima. §. at cum humana. n. 2. C. qui test. fac. poss. Roman. in l. gerit. n. 10. ff. de aquir. hered. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. n. 5. Graff. recept. sent. §. testamentum. q. 17. n. 7. Castr. cons. 155. n. 2. vol. 1. Socin. Sen. cons. 98. n. 5. vers. præterea. volum. 3. Corn. cons. 319. n. 13. vol. 1. Socin. Iun. cons. 142. n. 49. vol. 2. & cons. 183. n. 9. 16. & 20. cod. vol. Zas. cons. 3. n. 37. lib. 1. Ruin. cons. 8. n. 15. vol. 3. Alc. cons. 77. n. 12. & n. 17. lib. 9.*

Vt taceam, neminem rursus testium, affirmare posse, quòd Testator noster, voculam hanc: SIC, vel ITA, elocutus fuerit.

Neq; verò his obstat, quod attamen habeamus subscriptionem, taliter compositam, vt nihil hinc sinistri, suspicari queamus: Nam, 208 vt inquit Ruinus, etiam ij, qui ob morbum, mentis, intellectusq; exilio laborant, fæpiusculè ea dicunt, & faciunt, quæ ad rem satis apta, accommodataq; sunt. Quantumuis ob id, dementia, nihilòminùs valent. *Ruin. d. cons. 8. n. 8. volum. 3.*

Et præterea, non ad subscriptionem hanc, ceu accessorium quid, recurrendum erit: sed ad ipsum, totius testamenti tenorem, Cui attamen hic plæraq; dementiæ signa insunt.

Neq; enim accessoriè scripta, principalem 209 dispositionem, alterare, aut quitare possunt: quòdq; consequens est, nec sustinere, nec validam efficere, si iuri aduersa fuerit. *Clem. 1. de prebend. Tiber. Decian. cons. 9. n. 36. vol. 2. vbi Bl. Alex. & Socin. in id adducit.*

Deniq; leuiusculum quoq; est illud, quod habet QVARTA obiectio: esse scilicet, iuris præsumtionem, quæ habeat, testatorem qui ab intestato, heredes venientes instituerat, præsumi, mentis integræ fuisse, & articulatè loqui potuisse: Cum id, eatenus tantum ve- 210 rum sit: quatenus nimirum, cum effectu, heredes ij, scripti fuerint, quibus aliàs hereditas obueniebat. Eccur. n. hic, vti aliàs semper, verba cum effectu non acciperentur. *l. 1. §. hac verba. ff. quod quisq; iur. l. 1. in pr. ff. quod met. caus. Bertach. in tr. de gabell. p. 2. n. 25. Cotta in memor. in v. clausula. el. 8. Crau. in tr. de antiq. temp. p. 1. v. quartitur. n. 34. Asc. Clem. in tr. de pat. pot. eff. 2. n. 32. Bellon. cons. 7. n. 12.*

211 Sed & illud constat: effectum attendendum, quicquid vnquam velint, verba, alicuius dispositionis. *Bl. in l. 2. C. commod. Bl. in Rubr. ad fin. C. de iur. emphyt. Bl. in l. insulam ff. de præscr. verb. Dec. cons. 413. n. 5. Tiber. Decian. cons. 23. n. 13. vol. 2.*

212 Quod cum ita sit, consequatur vicissim oportet, idq; per retortionem, optimo illo, contrariorum dissoluendorum modo. *Abb. in cap. omni. n. 3. per ib. text. ext. de testib. Euer. in præamb. topic. n. 18. text. in c. qui sinceræ, ubi ex eorum Codicibus dist. 45.* Quandoquidem noster Testator, liberos suos, solum modò dicis gratia, heredes scripserit: siquidem legata, quæ reliquerat, dissoluenda fuerint, quod is, nec mentis integritate, nec articulata elocutione, amplius fuerit fruitus.

IV. QVAESTIO.

RATIONES DVBITANDI.

VLterius portò interrogabar, censerem ne, sufficere, ad testamenti huius reuocationem, quod Testator idipsum, cultro perforare præcepisset: maximè cum idipsum quoq; ita iubente Testatore, fuerit effectum.

213 Verùm & hîc, ideò subsistebam: quod memineram PRIMÒ, eius præsumtionis, qua testatorem, voluntatem suam, non immutasse, præsumitur. *l. 3. ff. de probat. l. Lucius Titius in fin. ff. de legat. 2. l. paulò. 5. 1. ff. de legat. 3. l. Mœuia. 5. vlt. ff. de ann. legat. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. præsumt. 167. n. 2. Menoch. cons. 254. n. 6. lib. 3.*

Qui igitur, hic reuocatio testamenti introduceretur?

Nec obstat, quod attamen hac ratione, liberi Testatoris liberarentur, à legatorum, & quidem immodicorum præstatione.

214 Nam nec ob id quidem, quod dispositio testatoris odiosa est, veluti, quod ea, heres scriptus fideicommisso onerabatur, voluntatis mutatio, introducenda est. *l. 3. 5. si duobus & l. alumna. 5. qui filias. in fin. ff. de adim. legat. Rol. à Valle. cons. 31. n. 4. 5. & 23. vol. 4. Cephal. cons. 67. nu. 4. & 5.*

215 SECVNDÒ: videbam obsistere quoq; illud: quod pœna sit testatoris, si reuocatum esse, eius testamentum, dixerimus. Qua pœna nemo, absque culpa affici debet. *l. vlt. ubi Castr. n. 5. C. de postum. her. inst. l. contra voluntatem. C. de manum. test.*

Quare reuocationem rursus, introduci non posse, videbatur.

TERTIÒ obstabat quoq; illud: quod sub TERTIÆ quæstionis resolutione, præsupponebamus, dementem fuisse Testatorem, etiam tunc, cum testamenti conscriptionem exordiretur. Non itaq; nisi per dementiam, tabulas quoq; testamenti, incidere iusserat.

Etenim dementiam, quæ semel hominem occuparat, etiamnum durare, firma fiat præsumtio. *c. cum dilectus. ibi gl. in v. competem & Abb. n. 20. ext. de succeff. ab intest. gl. in l. is qui Reipub. ff. quib. ex cauf. manum. Dec. in l. furiosum. nu. 23. & ibi DD. reliqui. C. qui test. fac. poss. Fr. Nicon. ad rubric. n. 93. ff. de no. op. nunc. Ang. Aret. ad 5 præterea. n. 3. vers. etsi præmissa. Inst. quib. non est perm. fac. test. Crott. in tr. de testib. p. 7. n. 110. vers. pro confirmatione huius.* 216

Quippè istiusmodi animi passiones, haud quaquam leuiter recedere solent: sed menti, quam semel insederant, perpetuò ferè, insixæ remanent. *Alex. de Imol. in l. qui furiosum. n. 2. C. qui test. fac. poss.* 217

Quamobrem, hic quoq; Testatoris iussus, de incidendo testamento, momenti alicuius non erit.

Etenim mentis morbo laborans, quæ agit, non intelligit. *5 furiosus. Inst. de inut. stipulat. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. casu. 325. n. 4.* 218

QVARTÒ certum quoq; erat illud: quod hæc testamenti incisio, actus inter viuos fuerit. Actu autem inter viuos, testamenti reuocatio, legitimo numero testium, non interueniente, non fit. *Iaf. cons. 144. col. 1. vol. 4. Simon de Proër. in tr. de vlt. vol. interpret. lib. 4. interpret. 3. dubit. 2. nu. 50.* 219

QVINTÒ illud quoq; obniti perspiciebam: quod valida nunquam sit testamenti reuocatio, nisi illi reuocationi, adhibiti fuerint septem testes, coram quibus, se ab intestato decedere malle, palàm edixerat. *Br. in l. heredes palàm. 5. si quid post. ff. de testam. Br. in l. cum proponeretur. ff. de legat. 2. Alex. ad l. sanctimus n. 9. C. de testam. Dilect. in tr. de art. test. tit. 3. caut. 3. Clar. recept. sent. 5. testamentum q. 91. & 92. Cardin. Paris. cons. 46. n. 19. & seqq. lib. 3. Alex. cons. 30. n. 3. vol. 3.* 220

Atq; hos testes in id, vt reuocationi testamenti interfint, rogatos esse oportet, tradentibus Doctoribus am adductis. 221

Atenim hîc, hæc omnia desunt. Non enim adfuerunt septem testes, eo tempore, cum Testator, vt cultro perforarentur, tabulæ testamentariæ præceperat: tantoq; minus in id, testes conuocati fuêre.

SEXTÒ: obesse quoq; videbatur illud: quod in iure expressum est: quod ne testamenti quidem inter liberos reuocatio, vnico teste probetur. *Alex. cons. 3. n. 6. vol. 3. Iaf. cons. 84 in fin. vol. 2. Crau. cons. 741. n. 2.* 222

Verùm hîc, de istiusmodi testamenti reuocatione, solum testimonium fert, coniunx ipsius Testatoris.

Vt taceam, mulierem, ne in testamento quidem inter liberos, testem esse idoneam. *Curt. iun. in l. hac consultissima. 5. ex imperfecto. n. 10. C. de testam.* 223

Item matrem, nec contra filium, nec pro filio, in testem, iure produci. *l. testis. ff. de testib. l. parentes. C. cod. tit. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. pers. test. aggr. n. 43.* 224

Cum

Cum attamen hic, feminam tantum, eandemq; matrem, testem habeamus.

225 SEPTIMÒ: concludunt quoq; Doctores: quod eo casu, cum Testator Notario præcipit, vt tabulas testamenti incidat, hæc incisio, nullius planè ponderis sit, nisi simul interuenerint septem testes. *Alex. conf. 159. n. 6. vol. 7. Clar. d. q. 93. Crau. conf. 22. n. 1.*

Quare hoc ipsum, hic multòmagis requirimus, cum incisioni huic, nullus adhibitus fuerit Notarius.

226 OCTAVÒ: sunt quoq; qui velint: quod testamento nuncupatiuo, nil noceat, tantoq; minus eius reuocationem inducat, si cancellatum, vel incisum reperiatur. *Clar. d. q. 93.*

Atenim hic Testator expresim edixerat, quod sibi testamentum nuncupatiuum condere, cordi esset.

NONÒ: esto, incisionem hic testamenti iure factam esse dicamus: at interim illam ipsam Legatarijs, nihilominus innocuam esse, dicere, necesse erit.

227 Nam vulgatissima Interpretum traditio hæc est: quod incisio testamenti, ideò censeatur facta, quod indigni hereditate, heredes scripti fuerint: quodq; ob id fiscus, hereditatem quidem ad se trahat, at interim legata soluat. *Vti habet in specie gl. in l. nostram ad V. non valere prope finem. C. de testam.*

228 DECIMÒ: accedat adhæc, quod plærunq; testamenti incisio, ad institutiones tantum, non verò ad legata trahatur. *arg. l. cancellauerat in fin. & l. proximè. ff. de his quæ in test. delent. l. item Cauarr. ff. de his. quib. vt indign.*

Rursus itaq; incisio, de qua hic res est, nihil negocij, etiamsi iure subsisteret, Legatarijs faceseret.

229 VNDECIMÒ: obstat quoq; incisioni nostrati illud: quod in casu, vbi dubitatur adhuc, à quo testamenti incisio facta sit: incisio isthæc, non euertat, sed tantum suspectum faciat testamentum: quousque Iudex condocefactus fuerit, tabulas testamenti rescindi, ipsum testatorem præcepisse. *Ang. in l. si vnus. ibi Bl. n. 3. & seqq. Castr. n. 4. Alex. n. 5. & 6. Ias. n. 6. & DD. C. de testam.*

Enimuerò, de iusto hic Testatoris, probatum adhuc nihil est.

IV. QVÆSTIO.

RATIONES DECIDENDI.

AT hæc missa faciamus omnia, vtpotè quæ refutari facilè queant, veluti paulò pòst apparebit; & contrariam amplectamur sententiam, nempè quod hæc incisio testamenti, reuocationem eiusdem, omnimodò secum trahat.

230 Nam PRIMÒ: in memoriam nobis reuocabimus illud: quod testatoris voluntas, ad mortem vsque sit ambulatoria. *l. 4. ff. de adim. legat. Aldobr. in §. hiu igitur nu. 23. inst. de inst. & iur. Tuning. decis. 8. nu. 4. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 32. ff. de verbor. signif. Franc. à Cald. in l. si curatorem in v. sua facultate. nu. 85. C. de rest. in int. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 71. n. 30.*

Et nemo in vltimis voluntatibus, eam sibi imponere legem, à qua rursus recedere fas non sit, potest. *l. si quis in principio. ff. de legat. 3. l. Diui. §. lucet. ff. de iur. codicill.* 231

Quo iure eatenus quidem vtimur, vt nil noceat, etiamsi testator, coram testibus in id congregatis, testatum fecerit, velle se, voluntatem suam vltimam, quam in præsentia, scripto compræhenderat, irreuocabiliter valere. *Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 3. ibi Ias. n. 7. Crott. n. 13. Butig. n. 17. ff. de verb. obl. Alex. conf. 156. n. 5. vol. 7. Mascard. in tr. de probat. concl. 1282. n. 16. vbi hanc magis communem esse attestatur. Graff. recept. sent. §. testamentum. q. 88. Modestin. Pist. conf. 20. n. 21. & seqq. vol. 2. Dauth. in tr. de testam. n. 88.* 232

Sed nec ob iuramentum quidem, præceditur testamenti reuocatio. *gl. ad c. vltima voluntas. 13. q. 2. Cyn. ad l. 1. nu. 14. C. de sacrof. Eccles. Bar. ad l. si quis in principio. & ibi DD. reliqui. ff. de legat. 3. Bar. in l. duobus. §. idem respondit. ff. pro Soc. Mascard. d. concl. 1282. n. 8. Dauth. in tr. de testam. nu. 89. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. p. 2. præsumt. 166. n. 63. Oldrad. conf. 160. ibi Rayn. Corsus in addit.* 233

Mirabimurne itaque, quod hoc legum beneficio, Testator noster, vti voluerit? Cum præsertim vlla ei non obstiterit protestatio: aut vllum sacramenti, vel religionis vinculum: quinimò is ipse sibi expresim reseruarit, fas sibi fore, siue bona, siue aduersa valetudine vteretur, hoc, quod condiderat testamentum, aut pro parte immutare, aut si libitum fuisset, planè totumq; euertere.

SECVNDÒ, prouisi quoq; iuris est illud, quod per cancellationem, vel incisionem tabularum testamenti, rectè probetur eiusdem reuocatio. *l. nostram. C. de testam. d. l. cancellauerat. d. l. proximè. ff. de his, quæ in test. delent. Bar. in l. in fraudem. §. sicut. ff. de test. milit. & in l. 1. §. vlt. ff. de his quæ in test. delent. Bar. in l. 2. §. si plura in fin. ff. quemadm. test. aper. Dec. in l. qui cum alio. §. 1. ff. de reg. iur. Alex. conf. 159. col. 1. vol. 7. Bl. conf. 354. col. 2. vol. 5. Masc. in tr. de probat. concl. 1282. n. 30.* 234

Atenim hic, testamenti tabulas, incisas atque perfossas offendimus.

TERTIÒ: iuris quoq; certi est illud: quod duo testes, ad reuocationem testamenti probandam satis sint: si reuocatio isthæc, non verbis, sed facto, peracta fuerit: adq; tale factum probandum, duo aliàs testes sufficiant. Vt habet communis opinio, de qua attestatur *Couarr. ad rubr. p. 2. n. 21. ext. de testam. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 4. n. 16.* 235

Sicuti

236 Sicuti illud quoq; controuersia omni caret: quod duobus testibus rectè probetur iussus, siue mandatum. *per trad. Abb. ad c. cum pro causa. n. 3 ext. de procurat. Bennit. decis. 70. n. 5.*

Enimuerò hic, ipso facto testamentum reuocatum fuit, cum cultro perforatum sit, & de hoc facto, fides fieri potest, per tres testes: coniugem scilicet Testatoris, eius scribam, & ipsum Notarium.

Rectè itaq; edocuimus iam testamenti reuocationem.

237 QVARTÒ: magis receptum quoq; illud
** est: quod non solùm testamentum in scriptis: verumetiam nuncupatiuum, eo ipso reuocetur, quod scinditur scriptura, hoc nomine confecta. *Castr. ad l. vlt. ff. de his quæ in testam. del. & est verior opinio, attestante ipsum Vasq. in tr. de succeff. creat. lib. 2 §. 13. n. 62.*

Annumerato itaq; testamentum hoc testamentis nuncupatiuis, & nihilominus reuocatum erit, per perfosionem cultro factã.

238 QVINTÒ apertissimi quoq; iuris est illud: quod testamenti inter liberos reuocatio, vnico etiam teste, imò quibuscunq; indicijs, etiamsi vlla testis attestatio illis non adminiculetur, probetur. *Vti in iudiciduo consuluit Crau. conf. 741. n. 6. vbi Castr. & Socin. Iun. in id adducit.*

Cum enim, absq; vllorum testium, vti superiùs comprobatum est, interuentu: firma sit patris inter liberos vltima voluntas: merito dissoluetur quoq; eiusmodi testamentum, etiamsi reuocationi eius, nulli adhibeantur testes.

239 Quippè vnumquodq; eo, quo ligatum est genere, dissoluitur ruriùs. *l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Cap. caut. 229. nu. 4. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 84. Mozz. in tr. de contr. rubr. quib. mod. annull. spons. n 3. Medu. in tr. de nouat. in præfat. nu. 1. & 3.*

Iam verò testamentum nostrum, vel testamentum inter liberos: aut nullum planè testamentum erit.

240 SEXTÒ: vulgatum quoq; est theorema illud, quod habet: quod reuocatio testamenti, ad pias causas quoq; plenè, duorum testium attestatione, doceatur. *Iaf. in l. si ita scriptum. n. 29. ff. de legat. 1. Tiraq. in tr. de priuil. pia causa. priu. 33. Couarr. ad rubr. p. 2. in pr. ext. de testam. Alex. conf. 146. col. 2. vol. 2.*

241 Quantò magis itaq; obtinebit id, in testamento inter liberos. Etenim maiorem adhuc fauorem liberis, quàm piæ causæ debemus. *c. quicunq;. 17. q. 6. Tiraq. in tr. de priuil. pia. caus. priuil. 7. vers. contrarium. Crau. conf. 729. n. 4.*

242 Confirmatur quoq; idipsum SEPTIMÒ per id: quod longè faciliùs reuocetur id, quod nondum in esse productum, perfectumq; est: quàm iam in esse productum, & vndiq; consummatum. *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel al. iur. l. 1. §. quamuis. ff. de postul. l. si sponsus. § si maritus. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. tutori. ff. de sponsal. Crau. consil. 961. num. 5.*

Quare, præsens quoq; Testamentum, reuocari faciliùs longè, quàm alia testamenta, poterit. Etenim, ob defectum testis septimi, nunquam vires iusti testamenti consecutum est.

Octavò, disponunt quoq; iura, quod eo 243
casu, cum plura sunt, quæ reuocationem adiuuant, eamq; verisimilem faciunt, proni esse debeamus ad eam introducendam. *arg. l. cum res in pr. ff. de legat. 1. l. sicut certi. & l. si cum vel in vtero. C. de testam. milit. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.*

Hîc itaq; rectè, testamenti reuocationem inferemus. Nam reuocationem hanc non solùm, quod tabulæ Testamenti, mandante Testatore, perforatæ sunt: verumetiam id, quod nunquam septimus Testis adhibitus fuerit, quem tamen adhuc à Testatore adhibitum iri, ipsa Notarij subscriptio commonstrat, suadet.

NONÒ: quoties liberis expedit, atq; salu- 244
tare est, testamentum reuocatum esse, veluti, si hac reuocatione, ab onere legatorum, donationum causa mortis, vel fideicommissorum liberantur: toties longè faciliùs, quàm aliàs, leuiusculis quoq; probationibus, de reuocatione constare creditur. *arg. gl. in auth. de testam. imperf. Iaſan auth. hoc inter. n. 1. vbi hanc gl. communiter receptam testis est. C. de testam. Sim. de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 4. interp. 3. dubit. 2. n. 5. Mascard. in tr. de probat. concl. 1282. n. 26. Socin. Iun. conf. 127. n. 11. & 19. vol. 1.*

Atenim hîc plurimum interest liberorum, hoc testamentum reuocari. Cum hos, planè per legata exhauriri, vt de ære alieno Testatoris, nihil dicam, longè sit certissimum.

DECIMÒ: communis quoq; Doctorum 245
iuris, conclusio est: quod eo ipso, quod testator, solennitates lege requisitas, suo testamento non adhibet: censeatur quidem, testamentum facere voluisse: sed vt valeret noluisse. *Bl. in l. cum quis. col. 3. C. de iur. & fact. ignor. Dec. ad l. 2. col. penult. C. de bon. poss. sec. tabul. Ripa in l. 1. §. si quis ita. n. 29. ff. de verb. obligat. Sim. de Proet. in tr. de vlt. vol. interpret. lib. 2. interp. 2. dubit. 1. solut. 2. n. 5. Ludouic. Roman. conf. 179. col. penult. vers. ardor amoris.*

Meritò itaq; idipsum, nostro quoq; negocio accommodamus: & quia Testator, septimum testem, nunquam adhibuerat, & quia id suadent ea, quæ sub PRIMA quæstione, antehac sunt allata.

VNDECIMÒ & vltimò: præter id, quod 246
hoc vult, commune Interpretum placitum, incogniti quoq; iuris non est: quod eo ipso, quod tabulæ testamenti, pœnes ipsum testatorem cancellatæ vel incisæ reperiuntur: incisio vel cancellatio volente testatore, facta esse, præsumatur. *Bl. Raph. Cuman. & Castr. ad l. 1. ff. de his, quæ in testa. del. Iaſ. in l. si vnus. col. penult. & vlt.*

& vlt. vbi de communi attestatur. C. de testam. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 4. n. 9. Rubeus Alex. cons. 95. n. 4.

247 Sicuti & id, , in fauorem succedentium ab intestato, hoc casu, factum esse præsumitur.

* *Dim. Cyn. Br. Bl. & DD. communiter ad l. nostram. C. de testam. Crau. cons. 228. Clar. receptar. sent. §. testamentum. q. 93. Peregr. in d. tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 4. nu. 7.*

Atenim hic, tabulæ hæ testamentariæ, cultro perforatæ, in arca Testatoris, in qua res suas, quæ momenti alicuius erant, recondere solitus fuerat, repertæ fuerunt.

Rectè itaq; dicimus, factum hoc esse, ab ipso Testatore, & amore, & fauore liberorum, quorum tandem misericordia commouebatur Testator.

IV. QVÆSTIO.
RESOLVTIO
CONTRARIORVM.

CEterum his, reuera non obstant, quæ ceu contraria, superiùs adducebantur.

Nam ad PRIMAM obiectionem: non credibile nempè esse, testatorem voluntatem
248 suam vltimam, immutare voluisse: hæc parata est responsio: præsumtionem scilicet hanc, cessare, quoties adsunt contrariæ coniecturæ, & præsumtiones. *Bl. in l. in ipsius. C. fam. herescs. Corn. cons. 92. n. 8. lib. 1. Socin. Iun. cons. 148. v. 21. lib. 2. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. præsumt. 165. n. 16.*

Atenim hic adsunt, contrariæ coniecturæ, & præsumtiones plurimæ. Veluti: quod nunquam septimum Testem adhibuerat Testator: quod item ipse, vt testamenti instrumentum, perforaretur cultro, iusserit, atque præceperit.

249 Hinc namque iustè colligitur voluntatis immutatio. Pro vt hoc, quod cancellatio, vel incisio testamenti, mutatæ voluntatis, vrgentissima coniectura sit, in specie scriptum reliquit *Menoch. d. tr. de præsumt. lib. 4. d. præsumt. 165. n. 23. & 24.*

Eodem quoq; modo, refutari id facilè potest: quod ne ob liberorum quidem fauorem, voluntatem mutatam esse, dicendum sit:

250 Nam id, secundum quid tantum verum est, & nisi præsumtiones fortiores, hanc repellentes, adsint. *d. l. 3. §. si duobus. & d. l. alumnæ. §. qui filias, in fin. ff. de adim. legat.*

Porrò hic, ob duplex Testatoris factum, hoc dicere conuenit: ob omissionem videlicet septimi Testis, & ob id, quod præceperat, vt perforaretur, testamenti tabulæ.

Sic quoq; difficile non est, responsionem ad SECVNDAM obiectionem adinuenire.

251 Nam qui fieret, hanc voluntatis mutationem, pœnam dici, quæ introducitur, ex ipsius Testatoris declaratione, qua se ab intestato, decedere velle, declararat? *Vt decidit Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. n. 22*

Cessat etenim hoc casu ratio, ob quam mu- 252
tatio voluntatis, pœna dici potest. Etenim eo respectu, pœna dicitur, quod pœna nullitatis, sit afflictio intentionis. *Vt dicit Bl. ad rubr. n. 10. ad fin. extr. de resc.*

Posteà ad TERTIAM quoq; obiectionem, 253
responsio promtu est: insaniam nempè, siue furorem, qui non continuò, per menses aliquot durarat: etiam in posterum durare non præsumi. *Br in l. 2. n. 4. ff. de bon. poss. fur. & inf. dict. Alex. ad l. furioso, n. 2. ubi Ias. n. 7. vers. In die. Dec. n. 25. vers. & ista conclusio. C. qui test. fac. poss. Aret. ad l. 1. §. vlt. col. penult. vers. & inter cetera. ff. de verb. obl. Alex. in l. precia rerum in pr. ff. ad l. Falcid. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. n. 7. Alex. cons. 141. n. 4. vol. 1. Boer. decis. 23. n. 86. & 87. Pantal. Cremens. ad l. 2. n. 242. vers. vide etiam. C. de resc. vendit. Masc. in tr. de probat. concl. 825. n. 7. vbi quamplurimas autoritates alias in id refert.*

Atenim hic, nulla in Testatore sentiebatur, mentis impotentia, præterquam quod magno animi motu perturbatus, ob crebras illas schedarum missitationes, vti superiùs mentio facta est: Testamenti factionem aggrederetur. Fieri itaq; potuit, quod mente sedatiori, atq; pacatiori, testamenti rursus incisionem iuberet.

Accedat adhæc, quod hæc testamenti reuocatio, fauori liberorum sit accommoda, & à iurè, æquitatecq; non dissentanea.

Ceterum actus, qui gerebatur qualitas, qualis agentium mens fuerit, indicat. Cuius rei superiùs fides facta est.

Quinimò, testem se præbet, illa rerum hu- 254
manarum magistra, experientia: quod plærunq; illi etiam, qui diutiùs iam, mentis inopia laborarunt: rectum rationis vsum, adipiscantur rursus, paulò antè, quàm supremum claudant diem.

Non valet itaq; consequentia, à tempore confecti testamenti: ad tempus reuocati testamenti depromtum. Cum diuersitatis ratio, per iam adducta, perq; communiter accidentia, edocta iam sit. Argumentum au- 255
tem, à communiter accidentibus deductum, validum, & frequens in iure est *c. 1. ibi DD. ext. de cler. non resident. l. nam ad ea. ff. de ll. l. cui dans. ff. de edil. ed. Euer. in top. in loc. a communiter accidentibus in pr. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 10. n. 20.*

Et deniq;, etiamsi totam hanc obiectionem concesserimus, nihilò tamen magis proficere poterit aduersa pars.

Etenim nil aliud, per obiectionem hanc, concludi potest, quàm sanam mentem Testatorem non habuisse, etiam ab initio, & dum testamenti conscriptionè exòrdiretur.

Quod cum ita sit, ipsa quoq; legata, inutiliter relicta erunt.

Porrò de QVARTA obiectione, sic habeo: quod præsens reuocatio, actus inter viuos, censeri non posit. Eò, quod plures etiam interuenerint testes, quàm natura istiusmodi reuocationis, vtpote quæ facto fiebat, requirebat: proindeque obiectionem hanc,
256 præsupposito omni destitui. Sublatis autem præsuppositis, ipsam quoq; obiectionem, labefactari necesse est. *c. cum Paulus. 1. q. 1. Tomuld. decis. 20. n. 46. Hartm. Pist. q. 2. n. 21. in fin. Hipp. Rmin. ad l. postumo. n. 538. C. de bon. poss. cont. tab.*

257 Ad QVINTAM deindè obiectionem respondeo, per distinctionem. Distinguendum namq; erit, inter reuocationem, quæ nudo verbo fit, & eam quæ facto peragitur. In illa, septem testibus opus erit, ad reuocationem testamenti, ritè rectèq; celebrandam: in hac verò neutiquam: sed sufficit tot testes adfuisse, quot ad facti, quo reuocatio testamenti fiebat, probationem, necessarij sunt. *Conarr. ad rubr. p. 2. in pr. ext. de testam. Marc. Anton. peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 4. n. 16.*

Hic itaque probatio, per duos Testes sufficit. Nam facto fiebat reuocatio: factum item hoc, testibus duobus plenè probatur: quinimò testamentum inter liberos, quale nostrum esse, ipsi Legatarij censent, quibuscunq; indicijs, si id, liberorum fauorem coniunctum habet, edocetur. Quæ omnia sub decidendi rationibus, comprobata fuerunt.

Et per hæc, simul quoq; tollitur, obiectio SEXTA, habens: ne inter liberos quidem, testamenti reuocationem, vnico teste edoceri.
258 Nam contraria eius, & magis vera, & magis recepta est: vti ex Crau. d. cons. 741. n.
* * 6. apparet.

Quapropter non prior ista, sed hæc posterior, in consulendo, iudicandoq;, attendenda erit. *Vt rursus ex Anton. Mar. corat. in tr. de comm. opin. lib. 2. tit. 8. n. 16. videre est.*

259 Nec obstat, quod ex Curtij autoritate, adduximus: feminam, nec in testamento inter liberos quidem, testis personam rectè subire. Nam & hæc opinio, iam dudum damnata est, & è diuerso longè est receptissimum: quod à testimonio, in testamento inter liberos, fœmina non repellatur. Pro vt, scripsêre *gl. in auth. quod sine & ibi Bl. n. 2. C. de testam. addit. ad Bart. in l. qui testamento. §. eum qui ibi Castr. n. 7. ff. eod. tit. Br. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 3. ibi Ias. n. 6. C. eod. tit. Br. in §. & quod sæpe. n. 2. auth. de trient. & semiss. Ang. Aret. in §. testes autem. ibi Ioh. Fab. Iob. de Plat. Porc. & DD. Inst. de testam. Ripa in tr. de priuil. vlt. vol. cauf. pest. n. 24. Dec. in l. 2. n. 30. ff. de reg. iur. Fel. ad c. quoniam. n. 3. ext. de testib. Prat. Pap. in for. lib. quo pet. hered. ex test. in v. vallatum legit. num. test. n. 3. Turaq. de ll. connub. l. 9. n. 59. Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum. q. 8. n. 4. Vitus comm. opin. lib. 1. opin. 382. Iunior. 4. Vasq. in tr. de succeff. creat. lib. 2. §. 12. n. 14. Alex. conf. 70. n. 15. volum. 2.*

Eodem quoq; modo, inter testes, matrem quoq; reperiri, non oberit. Nam duo præterea adsunt testes alij masculi, reuocationem testamenti factam, verum esse affirmantes. Qui, vt facti ostendunt circumstantiæ, ad testamenti reuocationem probandam, in præsentia sufficiunt, per autoritates Conarr. & peregrinantea in id adductas.

Quinimò cum reuocatio testamenti, inter 260
liberos, per qualiacunq; etiam indicia probetur: *Crau. teste d. cons. 741. n. 6.*

Non improbandum omninò hîc erit ma- 261
tris testimonium. Cum iuris sit indubitati, quod etiam matris depositio, maximè, si adminiculis alijs fulta sit, pro filio, aliquale indicium faciat. *per trad. Lanfr. de Oriano. in tr. de testib. n. 75. limit. 2.*

Præterea, non obstat quoq; SEPTIMA 262
obiectio. Nam etsi verum sit, septem Testes adesse oportere, si momenti alicuius esse debet, iussus Testatoris, quo in mandatis Tabellioni dederat, vt prius à se confectum testamentum rescinderet: Attamen hoc ipsum, ita accipiendum erit, vt procedat tantummodò eo casu, cum ad exequendum hunc testatoris iussum, nihil præterea fuerit præsumtum, vel attentatum. Quod si ipso facto, hic iussus, executus iam fuerit: duorum testium testimonium adesse sufficit. *Ita namq; declarant hoc axioma tum Alex. Clar. & Crau. in locis antea designatis: tum Mascard. in tr. de probat. concl. 1382. n. 31.*

Sed & nemo eorum, qui pro confirmanda opinione contraria adducebantur, de reuocatione testamenti inter liberos loquitur. Quale hoc nostrum esse, ipsi defendere conantur, legatarij.

Obijciebatur deindè OCTAVO: quod re- 263
uocatio testamenti nuncupatiui, facto fieri nequiret: sed & id simpliciter verum non est, sed secundum quid tantum: quatenus scilicet, ad testamenti nuncupatiui probationem, instrumentum confectum non fuerit. *Ita declarat Dauth. ad l. heredes palàm. §. si posl. n. 7. versicul. testamentum ff. de testam.*

Hic itaq; obiectio hæc octaua, nihil efficiet: cum testamentum hoc nuncupatiuum, in formam instrumenti publici, redactum fuerit.

Eiusdem quoq; valoris est obiectio NONA: 264
Nam contrarium eius, magis communiter * *
interpretibus placuit: quod videlicet nunquam in dubio, heredes censeantur indigni: aut ob indignitatem heredum, incisio tabularum testamentariarum, facta esse. Ideoque facta rescisione testamenti, fiscum neutiquã succedere, sed ad causam intestati, rem redigi. *Ita Dyn. in l. nostram. & ibi Cyn. n. 3. Bl. n. 1. Br. n. 3. Castr. n. 3. Alb. de Ros. n. 4. Alex. n. 3. Salyc. n. 3. & DD. C. de testam. Iul. Clar. d. §. testamentum. d. q. 93. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 1. n. 31.*

Dauth. ad d. l. beredes patiam. §. fi post. n. 17. ff. de testam.

265 Dehinc DECIMA resoluenda restat obiectio. Hæc verò rursus, per distinctionem remedemur: quædam enim reuocatio talis esse potest, vt non nisi ad heredis institutionem trahi possit: veluti si nomen solùm heredis deletum sit: alia rursus reuocatio, ità comparata esse potest, vt merito ad totum testamentum, omniaq; in eo contenta, trahatur, verbi gratia: cum testium subscriptiones, & signa turbata sunt: aut cum testamentum clausum, totum est resignatum: vel tota scriptura, deleta atq; cancellata pœnitùs. *Dauth. ad d. l. beredes patiam. §. fi post. n. 17. vers. quæ communiù. ff. de testam. per l. ad testium. §. fi signa. ff. eod. tit.*

Non itaq;, præsentem reuocationem, soli heredum institutioni, adaptemus. Non enim, vnum, alterumq; testamenti solium, in quo heredes scripti erant, perforatæ sunt, sed totum testamenti volumen perfodiebatur.

Deniq;, refutatur VNDECIMA, eaq; postrema obiectio, per ea, quæ sub decisionis ratione vltima, dicebantur,

Nam cum inter res secretiores Testatoris, tabulæ hæ reconditæ: & quidem vt nunc sunt, incisæ inueniebantur, cum ad inuentarij confectionem, liberorum tutores accederent: dubitandum ampliùs non est, quin incisio illthæc, volente, atq; sciente Testatore sit perpetrata.

Nec nocet, quod attamen cista, in qua tabulæ hæ repositæ erant, obsignata non fuerat: Nam etiamsi hoc non inficiemur, nemini tamen ad cistam patebat accessus, nemo item claues cistæ, pœnes se habebat, quàm
296 Testatoris vidua. De qua tale quid, suspicari, licitum non est. Cum pro ea, ceu matrona nobili, iuris stet præsumtio. *c. illud. dist. 40. Roman. sing 726 in c. si hoc iure cautum. Alc. in tr. præsumt. reg. 1. præsumt. 48. Gerhard. à Petras. sing. 30. Tiraq. in tr. de nobil. c. 20. n. 20. & n. 41. Fr. Marc. de us. Delphinat. 1210. n. 2. p. t. Masc. in tr. de probat. concl. 1095. n. 1. & concl. 1248. n. 98.*

267 Accedit adhæc, quod falsi crimen, cuius generis, testamenti inciso quoq; est: *per trad. Affl. decis. 404. n. 4. Iul. Clar. in pract. crim. §. falsum. n. 25. Cran. cons. 400. n. 16. vers. porrò.*

268 In nemine præsumendum sit *l. cum precibus. C. de probat. l. penult. ibi Bl. C. de his, qui sib. asse. ib. in testament. Hubert. Zuchard. ad rubr. n. 11. ff. si cer. pet. Zuch. ad l. vlt. n. 177. C. de ed. D. Had. toll. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 20. n. 1. Socin. Iun. cons. 45. n. 5. & 6. lib. 3. Thom. Grammat. cons. 23. n. 4. & cons. 30. n. 7.*

Insuper, matrona quoq; ipsa, quis esset effectus huiusmodi incisionis nescierat. Vndè tantò minùs in eam, cadere potest vlla, cri-
269 minis suspicio. Cum absq; causa, & sine fine, & emolumento certo, delictum, etiam in cæsibus, vbi aliàs solet, perpetratum non creditur. *Vti in indultino docuit Menoch. in d. tr. de præsumt. d. lib. 6. præsumt. 40. n. 28.*

V. QVÆSTIO.

CEterum cum QVINTÒ quæreretur, an non præter hactenus recensita, vel ideò caduca fierent legata: quod æs alienum Testatoris, longè excederet, vires relictæ ab eo hereditatis? Caduca ea fieri, sine hæsitatione vlla, respondendum erit.

Nam siue hic relicta, legata esse, siue donationem causa mortis, siue deniq; fideicommissum dixeris: non minùs tamen caduca fient, ob æs alienum Testatoris, cui dissoluendo hereditas eiusdem, non sufficit.

Nam quantum ad legata attinet, recepta 270
inter omnes est opinio: hæc non deberi, si *
hereditas soluendo non sit. *text. in l. si vniuersæ. ibi Br. Bl. Castr. Alex. Iaf.* (legit autem Iason hanc cum antecedenti lege, quæ incipit: cum responsio) *C. de legat. l. vlt. §. licentia & §. creditores. & ibi Sebast. Montec. n. 108. C. de tut. delib. Iaf. ad l. n. 89. ff. de legat. 1. Richard. ad l. 2. n. 8. C. qui pot. in pig. hab. Fruder. in tr. de proceff. in Camer. extrah. lib. 2. c. 60. n. 3.*

Sic de donatione causa mortis quoq; tra- 271
ditur: eam tum demùm deberi, cum iam æs
alienum defuncti, dissolutum fuerit. *l. 1. §. 1. & ibi gl. ff. si quid in fraud. patr. Iaf. in d. l. cum responso. n. 6. C. de legat. Sebast. Montic. in l. vlt. n. 103. C. de iur. delib.*

Quod & in fideicommisso particulari vul- 272
gò receptum est. Nam nec illud, fideicom- *
missarius, ante æris alieni dissolutionem nancisci tur. *d. l. vniuersæ. C. de legat. Iaf. ad d. l. n. 39. ff. de leg. 1. Peregr. in tr. de testam. conuq. lib. 5. c. 19. fol. nu. 3.*

Nec obstat, quod attamen, hoc iure vta- 273
mur, quo valet fideicommissum vniuersale, quantumuis hereditas soluendo non sit. *gl. in l. 1. & ibi Br. Iaf. n. 89. & DD. ff. de legat. 1. Simon de Proët. in tr. de vlt. vol. interpret. lib. 3 interp 3. dubit. 1. solut. 2. n. 3. diff. 3. text. in l. si heres ab eo. ff. ad S. C. Trebell.*

Nam primò, ex eiusce modi relictis, qualia 274
nostratia sunt, extrui fideicommissum vniuersale nequit. Nam fideicommissum vniuersale, id est diffinitur, quo tota hereditas, omnia bona, totum patrimonium, omnes facultates, tota substantia, totus census, totum peculium, & si quæ sunt alia verba, vniuersalitatem (vt ita loquar) denotantia, restitui iubentur. *l. nam quod §. vlt. l. cogi in pr. ff. ad S. C. Trebell. l. meorum... pecuniæ nomine. ff. de verb. signif. l. si legatus. §. 1. & ibi Alex. ff. ad S. C. Trebell. Sim. de Proët. d. solut. 2. n. 2. Ruin. cons. 120. sub n. 8. vol. 3. Card. Paris. cons. 43. n. 47. vol. 3.*

Id, quod alienum prorsus, à nostro casu est.

275 Deindè ratio eius, quare fideicommissum vniuersale confistat, non habita æris alieni ratione, hæc redditur: quod nullum ex eo, creditoribus generetur præiudicium. Cum illis non minùs soluere, fideicommissarius, quàm heres, obstrictus sit. *d. l. si heres ab eo. ff. ad S.C. Trebell. Iaf. ad d.l. 1. n. 39. & ibi* DD. *reliqui. ff. de legat. 1. Castr. ad l. Lucius. § quis habebat. ff. ad S. C. Trebell. Iaf. ad l. 1 Iu pr. lect. 2. n. 5. ff. eod. tit. Bl. ad l. qui tu aliena in pr. n. 2. ff. de acquir. hered. Bl. ad rubr. sub n. 22. C. qui adm. Simon de Preet in tr. de vlt. vol. interp. lib. 5. interp. 1. dubit. 2. nu. 10. & dubit. 3. num. 77.*

Atenim nostri Legatarij, si sua semel receperint, Testatoris causa, ne oboli quidem, quadrantem, exponerent. Rursus quoq; non facit negotium illud: quod attamen illa debita, quæ etiamnum dissoluenda restant: à filij Tutoribus, & pupilli sui nomine, sint confitenda.

Nam etsi hoc ita sit, hinc attamen rectè inferre non poteris, eiusmodi creditoribus, Legatarios præferri.

276 Propterea, quod legatarij, ipsius heredis, creditoribus proprijs, præferantur: ad bona defuncti, quod attinet. *l. 1. ff. de bon. aut. iud. poss. Sebast. Mantic. ad d.l. vlt. n. 101. C. de iur. delib. Richard. ad l. 2. n. 8. C. qui pot. in pign. hab.*

277 Quodq; licitum sit hoc casu Legatarijs, soparationem bonorum defuncti, & heredis petere. *l. creditoribus & l. quoties ff. de separat. Richard. ad d.l. 2. n. 8.*

278 Nam ad tituli primordium, posteriores eventus formandus est. *l. vnic. C. de impon. lucrat. descr. lib. 10. Masc. in tr. de probat. concl. 1196. n. 17. Socin. Sen. cons. 87. sub n. 17. vers. sumitur etiam volum. 1.*

Cum attamen hîc, omnia filij debita, à paternis, auitisq; debitis, primordium cœperint: & vt debitorum patris, auiq; solutio fieret, contracta fuerint.

Et siquidem, solutio hæc, accommoda satis adhuc, alicui non videretur: dabimus aliam: quod videlicet ipse filius, meritò patris sui creditor, iam æstimandus sit. Vt enim creditoribus paternis satisfieret, feudorum filij, pars alienata, pars verò oppignerata fuit.

279 Quare haud iniuria, ipse etiam filius, Legatarios excludet: Legatarij enim lucrum captant. *l. si hereditatem. ff. mandat. § si quis vna Inst. de fideicomm. hered. Mantic. ad d.l. vlt. n. 108. C. de iur. delib. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 4. c. 38. ante n. 1.*

280 Et si is, qui Inuentarium conscripsit, ob id solùm actiones, quas contra defunctum habebat, integras retinet: ita vt ex bonis hereditatis, tantum possit detrahere, quantum sibi, pro quantitate debita, sufficit. *l. vlt. § in computatione. C. de iur. delib. l. debitori. C. de pact. Mantic. an tr. de inuent. her. in pr. n. 40.*

Quod vsq; adeò verùm est, vt his suis actio- 281
nibus quoq;, legatarijs omnibus præferatur: maximè si eos, in ius vocarit, curatorem hereditati iacenti, dari petierit, & iudicis auctoritate, rem aliquam certam, ex hereditate, pro debito suo cœperit: *Alex. de Imol. in l. debitori. C. de pact. Ang. Aret. in § extraneu. Inst. de hered. qual. & differ. Mont. d. tr. de inuent. her. §. nono principaliter. n. 13. Rum. cons. 35. & cons. 57. vol. 2.*

Consequatur oportet: eum qui nunquam 282
hereditatem adierat, cuius tamen tutores, tutorio nomine, inuentarium confecerant, multòmagis hoc iure vsurum.

Si enim id, de quo minùs videbatur, ineſt: 283
inerit & id, de quo magis. *l. vlt. sun. ibi gl. & ibi Ioh. de Plat. C. qui æt. at lib. 10. c. cum in cunctis in pr. & ibi DD. Canonist. ext. de elect. l. 3. C. de condit. indeb. Euer. in top. in loc. à minori. n. 1.*

Et per id, obiectioni huic, satisfactum putarim.

VI. QVAESTIO.

POrrò SEXTA principalis quæstio, hæc erat: an non liberi Testatoris, si præstanda essent omninò legata, duplicem quartam detraherent, vnam scilicet ratione legitimæ, alteram verò ratione Falcidiæ?

Sed & hanc quæstionem, scrupulum aliquem, considerationeque dignum, habere, non censeo.

Cum concordi consensu Interpretibus 284
placuerit: quod dimidia hereditas, à liberis * institutis, & vt alij restituant grauatis, nomine legitimæ & Trebellianicę, deducatur. *Paul. de Castr. ad l. quanquam. & ibi Corn. C. ad l. Falcid. Iaf. in l. coheredi. § cum filia. n. 11. ff. de vulg. & pupill. Bereng. Fernand. ad l. in quartam. n. 325. ff. ad l. Falcid. Dec. ad l. cum proponas. col. 2. n. 3. C. de pact. Cagn. in l. Papinianus. § meminisse. n. 9. & 10. ff. de inoff. test. And. Gail. obs. 121. lib. 2. Eman. Acosta ad c. si pater. in v. alij, deductione. n. 19. de testam. lib. 6. Coras. in l. filium quem habentem. n. 73. C. famil. herc. Fabian. de Giocch. ad auth. nouissima. n. 242. C. de inoff. test. Gomez. ad l. Tauri. 3. n. 8. & seqq. Graff. recept. sententt. § Trebellianica. q. 4. n. 1. Frider. in tr. de process. in Cam. extrah. lib. 2. c. 6 8. n. 8. Card. Paris. cons. 9. n. 9. cons. 17. n. 16. consil. 18. n. 93. cons. 45. n. 10. cons. 65. n. 3. vol. 2. Cephal. cons. 645. n. 32. & cons. 677. n. 5.*

Nec obstat, quod tamen haud inferior, eo- 285
rum sit numerus: qui distinguant, an purè, an verò sub conditione, vel in diem, filius grauatus sit, quiq; hoc vltimo tantùm casu, duarum quartarum detractioni, locum esse velint. *Vti faciunt. Alex. Socin. Iaf. Bert. Rum. Fab. de Giocch. Neuiz. Turz. Boër. Bolognett. Couarr. in loco recensitu à Graff. d. § Trebellianica. q. 4. vers. alij distinguendum.*

Ex quibus hanc communiter receptam asserunt, Alex. Boër. Bolognett. & Couarr. in dictis locis.

Nam

286 Nam quicquid eius rei sit, prior illa, quæ indistinctim, filio, duarum quartarum detractionem largitur, longè magis communis est: & per totum mundum saltem consuetudine approbata: attestantibus idipsum Castr Iaf. Ferdin. & reliquis, pro hac opinione confirmanda, paulò antè adductis.

287 Sic quoque illud, remoueri facilè potest: quod attamen aliqui sint, qui sentiant, tum demum ad detractionem duarum quartarum, heredem accedere posse, si legitimæ nomine, liberis, infrà dimidiam hereditatis, triens puta, debeatur. *Bl. cons. 94. n. 2. volum. 2. quam verissimum esse, testis est Molin. in addit. ad. Alex. cons. 2. volum. 7.*

288 Nam ad hoc quod attinet, sciendum est primò: quod hæc sententia, iam dudum, communiter damnata, atq; explosa: è diuerso verò receptum sit, distinctionem vllam, inter legitimam, infra dimidium hereditatis constitutam: & legitimam, dimidium hereditatis adæquantem, faciendam non esse. *gl. ad §. si quis autem. vers. auferri. auth. de hered. &*
* *Falcid. Eman. Acost. communem dicens ad d. v. absq; deductione. n. 9. Cagn. ad d. §. memmisse. n. 10. Mare. Anton. Cuch. in auth. nouissima. Rubr. legit. & Trebell. an quandoq; semiss. exted. n. 2.*

289 Tum præterea, quatuor quoq; tantum liberi, à Testatore relicti sunt. Quibus etiam triens bonorum tantum, legitimæ nomine debitus est. *Graff. rec. sent. §. legitima. q. 7. n. 1.*

Vndè in præsens, nullo modo obiectioni huic, locus esse potest.

290 Ceterum, nec ea quoque obiectio quicquam valet: quod Doctores, in confirmationem huius sententiæ adducti, de Trebellianica loquantur: cum tamen de Legatis, aut Fideicommissis particularibus, non Trebellianica, sed Falcidia detrahatur. *Alex. de Imol. ad l. 2. n. 2. C. de test. milit. Eman. Acosta ad d. c. si pater. in v. Trebellianica. n. 16. de test. lib. 6. Paul. Picus ad d. Im quartam. n. 2. & ibi Ripa. n. 3. & 4. ff. ad l. Falcid. Mantic. in tr. de conject. vlt. vol. lib. 7. tit. 11. n. 2. Graff. recept. sent. §. Trebellianica. q. 5. n. 1. & §. Falcidia. q. 3. Cardin. Paris. cons. 43. n. 45. vol. 3. Socin. Iun. cons. 122. n. 5. vol. 1.*

291 Vndè quoq; traditur, omnium risui, sese exponere eum, qui de legatis, aut fideicommissis particularibus, Trebellianicam, detrahere conetur. *Berengar. Fernand. ad d. l. in quartam. n. 202. ff. ad l. Falcid.*

291 Nam si non Trebellianica, attamen Falcidia, à Legatis. *§. sed quia Inst. ad l. Falcid. gl.*
* *in d. l. in quartam. & ibi DD. communiter. ff. eod. tit.*

292 Nec non à fideicommissis particularibus, defalcatur. *Paul. de Mont. Pu. ad d. l. in quartam. ibi Ripa. n. 2. Berengar. Fernand. d. n. 202. Bolognet.*
* *n. 66. qui omnes, hanc communem esse asseuerant. ff. ad l. Falcid. Cellon. ad rubr. n. 10. ad fin. & seq. Inst. de fideicomm. hered. V. sq. defuncti. resolut. §. 11. n. 5.*

293 Falcidia autem, non minùs quàm Trebellianica, quarta bonorum portio est, quæ à legatis, & fideicommissis particularibus, vltrà bonorum dodrantem relictis, deducitur. *text. in d. l. in quartam. vbi DD. communiter annotant. ff. ad*
* *l. Falcid.*

Sed & id, quod de deductione legitimæ & 294
Trebellianicæ traditum est: locum quoq; in deductione, legitimæ & Falcidiæ habet. *Euer. in top. in loc. à Falcid. ad Trebell. n. 1. & per tot. Petr. Frider. in tr. de process. in Camer. extrah. lib. 2. c. 6 8. n. 8. vers. nam præter id. fac. trad. Graff. recept. sent. §. Falcidia. q. 2.*

Et deniq;, etiamsi ad mortis causa dona- 295
tiones, dispositio nostra referenda esset, nihilòminus, quæ tradita sunt, obtinerent. Cum & in mortis causa donationibus, Falcidiæ locus sit. gl. in l. in donationibus, *& ibi Br. Bl. &*
DD. C. ad l. Falcid. Conart. ad rubr. p. 3. n. 20. ext. de test. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 4. n. 17.

Concludo itaq; iuris esse, quod in omnem casum, duplex quarta, liberis Testatoris hic relinquatur.

VII. QVÆSTIO.

RATIONES DVBITANDI.

AD Septimam, eandemq; postremam quæstionem, ab initio videbatur respondendum: quod Legatarius L. à B; non teneatur, Tutoribus filij Testatoris, literas obligationum debitorum Testatoris, quæ apud eum depositæ erant, restituere: donec præsens hæc controuersia, à Iudice competenter fuisset diffinita.

Nam Primò: iuris est apertissimi: quod 296
legatum statim, à die obitus testatoris, legatario debeatur. *Tiber. Dec. cons. 35. n. 2. vol. 1. Crau. cons. 762. n. 3.*

Quare nostrum quoq; Legatarium, literas obligationum, de quibus quæritur, pænes se retinere posse, haud perperam cõcluditur.

Nemini enim iniurius est, qui iure suo vti- 297
tur. *l. Proclus. ff. de dam. inf. l. nullus videtur. & l. damnum. ff. de reg. iur. Socin. cons. 118. col. 3. vers. sed his non obstantibus. vol. 1. Cephal. cons. 150. n. 25.*

Secundò certi quoq; iuris, illud est: quod 298
pro legato titulus, iustus, & validus sit, toto rubr. & nigr. ff. pro legat.

Iam verò legatarius, ad minimum titulo 299
pro legato, rem Testatoris, possidet. *l. penult. ff. pro legat. Alc. in tr. præsumt. reg. 2. præsumt. 23. n. 2. Cephal. cons. 386. n. 45. vol. 3.*

Etiamsi ei iura, vel actiones legata sint. 300
Masc. in tr. de probat. concl. 1196. n. 28. per l. si à te. ff. si ser. vindic.

Possidet itaque, titulo iusto, & valido, 301
quodque consequens est, molestandus vllo modo non erit. arg. l. iustè possidet. ff. de acquir. poss.

302 TERTIÒ illud constat: quod impunè legatarius, rem sibi legatam occupet, si adhuc nondum hereditas adita sit. *Sichard. in l. non est dubium. n. 4. & 5. C. de legat. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 636.*

Atenim ipsa confitetur pars aduersa, quod hereditas hîc, neq; ex testamento, neq; ab intestato, adita vnquam fuerit.

303 QVARTÒ: quando nemo est, à quo legatarius rem sibi legatam accipiat, tunc ei permissum est, rem propria autoritate capere, sibiq; habere. *Bl. in l. extraneum. vers. fed tunc dubitari. & ibi Salyc. & Iaf. C. de hered. inst. Pecc. in tr. de testam. comug. lib. 1. c. 48. n. 2. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. decl. 4. n. 11. Cephal. conf. 450. n. 65. conf. 625. n. 9. Rub. Alex. conf. 43. n. 5.*

Iure itaq; occupauit Legatarius noster illas, de quibus res est, obligationum literas. Nemo enim erat, à quo, quod sibi legari nomine, debebatur, impetraret.

304 QVINTÒ notissimi quoq; iuris est illud: quod legata, quæ inualida sunt, quo ad petitionem, valeant omninò atq; consistant, quò ad retentionem. *Br. in Laodicillis in pr. per ill. text. ff. de legat. 2. Cephal. cons. 658. n. 23.*

Haud iniuria itaq; hæc legata Legatarius, noster sibi retinet. Quantumuis, si hoc nomine actionem instituisset, ea non obtinuisset.

Quî igitur literas obligationum, veluti quærebatur, restitueret.

305 SEXTÒ, incogniti iuris illud quoq; non est, quod instrumenta communia, apud fratrem maiorem natu, custodiri & asseruari debeant. *per tr. ad. Bl. ad c. 1 9. si duo fratres ad fin. de fratrib. de nou. benef. inuest. Vbald. in tr. de duob. fratrib. p. 11. n. 90.*

* Atenim hîc Legatarius L. à B; primogenitus fratrum erat, & præter legata, etiam, quæ proprio nomine, ex hisce obligationum literis peteret, habebat.

VII. QVAESTIO.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm enimuerò, missas tandem has rationes faciamus: & contrariam sequamur sententiam, vtpotè quæ plus rationis habet.

306 Nam indubitati iuris illud est: quod argumentum à sufficienti partium enumeratione deductum, in iure validum, & frequens sit. *Euer. in top. in l. a part. enum. n. 1. Cephal. cons. 328. num. 17.*

Cum itaq; nostro Legatario nulla competere possit actio: etiamsi omnes vltimatum voluntatum species perlustraueris:

Iniustè quoq; agit, qui instrumenta, quæ apud eum, deposita erant, & quæ nihil ad eũ pertinent, restituere, recusat.

Certum enim est: quod omnis vltima vo- 307
luntas: aut sit testamentum: aut codicillus: aut donatio causa mortis: aut deniq; fideicommissum. *Guid. Pap. q. 543. Sim. de Proct. in tr. de vltim. vol. interp. l. b. 2. interp. 1. dubit. 1. solut. 9. nu. 2.*

At nulla harum specierum, huic dispositio ni accommodari potest. Per ea, quæ sub SECVNDA quæstione allata fuére.

Restat itaq; vt concludamus: quod ex te- 308
stamento nullo, legata quoq; non præstentur: *l. si nemo. ff. de test. aut. l. 3. ff. de legat. 1. l. eam quam. C. de fideicomm. Cardm. Paris. cons. 46. n. 18. volum. 3.*

Quod item Legatarius, ea quæ detinet apud se, debitorum nomina, restituere omninò necesse habeat.

Nec enim legatum nullum, & inutile, 309
cum mala fide detineri aut potest, aut debet. *Castr. cons. 285. incip. hered. dilæ puellæ in 2. dub. Card. Paris. Balbin. in id allegans, cons. 49. nu. 33. vol. 2.*

At esto, iusta, validaq;, hîc esse legata præsupponamus: non tamen SECVNDÒ ob id, arripere ea legatarium autoritate propria, decuit.

Cum & iure cautum, & à Doctoribus tra- 310
ditum esse, omnibus sit notissimum, non nisi è manu heredis, legatarium, res legatas capere posse. *l. 1. ff. quor. legat. l. non dubium. & ibi DD. communiter. C. de legat. Dec. cons. 418. n. 4. & cons. 424. n. 15. & seq. Cephal. cons. 289. n. 27. cons. 436. n. 33. & cons. 625. n. 3. Dilect. in tr. de art. test. ut. de legat. cant. 12 in pr.* *

Quin & vlteriùs, sanciuerunt iura: quod 311
legatarius, non solùm non occupet, autoritate propria, rem sibi legatam: verumetiam, quod idipsum perpetrando, ius suum euertat atq; destruat. *d. l. non dubium. & ibi DD. C. de legat. Calcan. cons. 20. ad fin. & cons. 21. col. 2. vers. & quia Simon de Proct. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 5. interp. 2. dubit. 1. n. 85.*

Quid igitur de nostro legatario statuendum sit, facilè colligitur.

TERTIÒ, ab Interpretibus quoq; iuris, 312
traditum est: quod legatum, indebitè solutum, repeti omnimodò possit. *Vti in individuo decidit Cardm. Paris. cons. 46. num. 39. & seqq. volum. 2.*

Quantò magis itaque tenebitur omittere legatum illud, quod ei iure vllo non debebatur: ipse verò, pro voluntatis suæ arbitrio occupauerat.

Etenim retentio, præ petitione, aut repe- 313
titione, fauore digna est. *Cephal. cons. 658. n. 22.*

n. 22. & conf 762. n. 28. Rain. conf. 66. n. 17. lib. 1. Dec. in l. diem funclo n. 15. ff. de offic. assess. Dec. in l. Diuus. ff. de reg iur.

314 QVARTÒ: indubitatum illud est: quod in dolo versari is dicitur, qui depositum apud se non restituit. *Decidente in indubio Dyno in § in bona fide i. n. 1. vers. ad istud. Inst. de act. text. in l. si procurator. § . dolum & l. dolus in fin. ff. mandat.*

Facilis itaq; est collectio, quid de nostro Legatario dicendum, vtpote, qui has obligationum literas, depositi tantum nomine, pœnes se habet.

315 QVINTÒ incerti iuris non est: quod instrumentum, de cuius validitate litigatur adhuc, nullum interim producere possit effectum. *Socin. conf. 97. in fin. lib. 1. Cephal. conf. 627. n. 7.*

Qui igitur fieret, quod vi testamenti, de cuius iusticia disceptatio est, Legatarius nosster, pœnes se retineret, instrumenta ea, quæ apud eum, solummodò deponebantur.

316 SEXTÒ hoc quoq; iure vtimur, quo pari iure nō fruuntur legatarius, & is qui creditoris locum tuetur atq; tenet: sed quo à creditore legatarius omninò vincitur. *arg. l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib. l. debitori, & ibi Alex. de Imol. C. de pact. fac. trad. Montic. in tr. de iuuent. her. in pr. n. 40. & §. Nonò principaliter. Rol. à valle in tr. de confect. inuent. p. 4. vtilit. 10. n. 6. At hic L. à B. iure legatarij tantum: G. à B. verò iure creditoris fruuntur. Meritò itaq, huic quoq, depositæ obligationum literæ redhibentur.*

317 VLTIMÒ proſpexerunt quoq; iura: quod contra non exhibentem instrumenta, procedatur rectè ad præstationem iuramenti in litem. *Alex. conſ. 196. vol. 2. vti eum refert & sequitur Bertach. in repert. in v. exhibitio. n. 14. fac. trad. Flot. in tr. de in lit. iur. §. 2. 3. n. 1. text. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. in l. 3. §. præterea in hac actione. ff. ad exhib. l. non ignorabit. C. eod. tit.*

Ad vltimum itaq; hoc quoq; remedium, aduersus Legatarium nostrum, locum sibi vendicabit.

VII. QVAESTIO.

RESOLVTIO

CONTRARIORVM.

HIs verò reipsa non obsunt obiectiones contrariæ.

318 PRIMA enim refutatur per id, quod illa opinio, quæ habet, statim à die obitus Testatoris, legatario, legatum deberi: maiori * * Interpretum parti displicuerit: quodq; e diuerso, magis recepta opinio illa sit, quæ habet, non nisi ab hereditate adita, legatarijs legata deberi incipere. *Alex. de Imol. hanc communiter receptam attestans, in l. si tibi. §. cum seruus. ff. de legat. 1. Bologn. ad l. 1. num. 280. ff. eod. tit. Graff. recept. sentent. §. legatum. q. 70. n. 1. Dulcet. in tr. de art. test. tit. de legat. caut. 11.*

Et si vera esset obiectio, astringere tamen eandem oporteret, vt vltrà effectum transmissionis, non procederet. *Vti in indulto, priorem illam opinionem interpretatur Crauett. d. conſ. 762. n. 12.* 319

Quare nec hac, nec illa via, ad præsens negocium, obiectio hæc, vllo modo pertinet. Non enim de transmittendo legato, hic agitur.

Sic quoq;, ad obiectionem SECVNDAM, resolutionem adinuenire, difficile non est. Nam etsi verum sit, quod Titulus pro legato, validus & iustus sit: negamus attamen interim, hoc titulo, ad L. à B. obligationum literas peruenisse.

Tum præterea, huius efficaciæ, Titulus pro legato non est, vt eum, qui hoc titulo possidet, à rerum depositarum, vel commendatarum restitutione, liberare possit. Cum omni tempore, & quidem cum effectu, depositum peti possit. *l. vlt. C. de compens. Mynsing. ad d. §. in bona fide. n. 3. ibi Coras. n. 12. Inst. de act. Suchard. ad l. si quis. n. 2. & 3. per ill. text. C. depos.* 320

Cessat item præsumtio istiusmodi, qua legatarius rem testatoris pro legato possediſse præsumitur, eo ipso: quod rem, sub alio titulo, ad eum peruenisse probatur. *Vti in indulto hanc restrictionem docet Cephal. conſ. 386. n. 45. per l. 1. C. de repud. hered.* 321

Nec iuuat L. à B; etiamsi titulo pro legato, hasce obligationum literas, retinere sibi vellet:

Non enim possidens potest alio titulo, quam vult is, qui possessionem, in possidentem tranſtulerat, possidere gl. in l. quædam mulier ad v. sufficiebat. *ibi Ang. nu. 4. & DD. ff. de res vind. Bar. in l. 2. n. 2. ibi El. in pr. C. de acquir. poss. Mascard. in tr. de probat. concl. 1196. num. 1. & 2.* 322

Sed & resolutione hac, simul concidunt ea, quæ vlterius sub hac obiectione continebantur, nempè titulo possidentem inquietandum non esse: nam nec idipsum quidem aliter verum est, quàm in titulo valido, & iusto, quiq; possidentem à restitutione eximit. Prout hoc, quod tituli appellatio, semper, de titulo valido, & constanti: non verò de titulo, inualido & iniusto accipiatur, tradidère. *Crau. in tr. de antiquit. temp. §. materia iſta. n. 3. 4. & 5. Mast. in tr. de probat. concl. 1371. n. 70. Crau. conſ. 134. n. 44.* 323

TERTIÆ deindè obiectioni: impunè sciliset, per legatarium, rem legatam occupari, si hereditas nondum adita sit: desunt sua præsupposita.

Non enim hîc, Legatarius, L. à B. legati nomine, literas obligationum occupauit, sed apud eum depositæ fuerunt.

Tum præterea hęc opinio, in qua stabilitur * * TERTIA hæc obiectio, crebriori calculo re-

324 probata est, plærisque enim placuit, & eam quoq; legatarij occupationem, quæ nondum adita hereditate fit, vitiosam esse, ideoq; sertì non oportere. *Castr. ad l. filiam. ff. ad Trebell. Ioseph. Ludouic. decis. Peruf. 42 n. 21. Simon de Proct. in tr. de vlt. vol. int. lib. 5 interp. 2 dub. 1. n. 85. Dec. conf. 467 n. 12. Rnin conf. 78. in fin. vol. 3.*

325 Sed & fallacia æquiuocationis, in verbo: impunè: committitur: quod enim dicitur, rem ante aditam hereditatem, impunè occupari, non hanc habet significationem, quasi heres, rem taliter occupatam, à legatario, non posset vendicare atq; repetere, si Falcidię beneficio vti, opus fuerit: sed impunè, ideò dicitur occupari, quod legatarius tunc in pœnam, *l. non dubium. C. de legat.* non incidat, neq; legatum, ob occupationem præsumtam perdat. Vti seipsum declarat, hancq; communem Interpretum sententiam esse, asseuerat *Sichard. ad d. l. non est dubium. n. 4. C. de legat.*

Non itaq; huc pertinet, illhæc decisio. Non enim de eo, vt perdat L. à B. legatum, solicitos nos esse oportet: cum nunquam adhuc constiterit, quo iure ei debeatur.

Porrò & QVARTA obiectio labefactatur eo, quod fundamenta, in quibus innitatur non habeat. Cum nulla hìc facta sit occupatio: sed debitorum tantum instrumenta, apud Legatarium, deposita fuerint.

326 Quare res eò reducitur, quod corruant, præmissis sublatis, quæ superius extructa fuerant. *Felm. in c. nonnulli. n. 104. ext. de restr. Dec. conf. 201. n. 2. conf. 233. n. 7. conf. 317. n. 2. & conf. 391. n. 3. Cephal. conf. 328. n 67.*

Sed & in specie, obiectioni huic deest illud præsuppositum, neminem scilicet esse, à quo legatum capi possit: num si valerent legata: nisi item causa legatariorum, ibi demum inciperet: vbi causa creditorum desinit: plures afforent, à quibus legatum, rectè capi posset. Vnde item nulla, occupatione, autoritate propria suscepta, opus esset.

Deinde hunc quoq; sensum, neutiquam habent, ea, quæ sub dubitandi ratione QVINTA, de retentionis iure proponebantur, vesuti ibidem allegabatur.

327 Nam etsi non eamus inficias: legata inualìda, quòd ad petitionem, valere attamen, quòd ad retentionem: sciendum attamen interim nihilòminus erit, id generaliter verum non esse, sed eatenus tantùm, quatenus vitium retentionis non apparuerit. Hoc enim apparente, conticescet ilicò priuilegium, retentioni datum, & absq; remora vlla, restitutio facienda est. *Cardin. Paris. conf. 4. n. 11. vol. 1.*

Arenim hic retentionis vitium, longè est manifestissimum.

328 Sed & vsq; eò, retentio efficax, & valida non est, vt possit remorari restitutionem. Quinimò à legatario quoq;, ita volente herede, res occupata, restituenda est: & deindè ad rem consequendam, actiones sibi competentes, proponet, atq; instituet. *Cephal. conf. 289. n. 27 arg. l. 1 ff. quor. legat. & l. non est dubium. C. de legat.*

Id quod & Legatario nostro facere, denegatum non est.

Quid? quod illud ipsum theorema, hanc 329
quoq; recipiat declarationem, vt scilicet potior sit, retentio, petitione noua, non autem recuperatoria. Hormannoct. Det. ad l. naturaliter, § nihil commune n. 15. vers. tertia conclusio. ff. de acquir. hered. *Ceph. d. conf. 289. n. 28.*

Cum attamen hic non petitio noua: sed recuperatoria, sit instituta.

Non dicam nunc, quod exceptio retentio- 330
nis, frustrà, aduersus de posito actionem interponatur. *Mynsing. d. § in bonæ fidei n. 3 ibi Coras. n. 12. Gabr. Mud. n. 29. Inst. de actionib. Zanger. in tr. de except. p. 3. c. 6. n. 40.*

Atenim in præsentia, depositi actio prònonitur.

Postremò, SEXTA quoq; obiectio leuiu- 331
cula est: Cum adhuc controuersum sit, an instrumenta hereditatis communia, apud maiorem natu fratrem, custodiri, atq; asseruari debeant. Quinimò ex legitimis sanctionibus; id rationi magis congruit, vt primò inspiciamus, an maior hereditatis pars, alicui heredum, præ ceteris, obuenerit. Nam huic instrumentorum communium custodiam, demandabimus. Quod si omnes, ex portionibus æquis succesierint: nec inter eos conuenerit, apud quem instrumenta esse debeant: tunc vel sortis iudicio, res committenda erit: vel amicus quispiam communi consensu eligendus, cui instrumenta, custodiæ nomine commendentur: vel deniq; in æde sacra, earundem fiet depositio. *Ita est textus ad literam, in l. si quæ sunt cautiones cum l. seq. & ibi DD. communiter. ff. famil. herc. Petr. de Vbald. in tr. de duob. fratrib. p. 10. n. 108.* *

Enimuerò, æquales sunt heredum portiones: nec etiam de eo, cuius esset, instrumentorum communium custodia, transactum fuit.

Consequatur itaq; oportet, vel sortis iudicio, rem committendam, vel amicum, cui instrumenta hæc commendentur, eligendum, vel deniq; ea, apud Cameram Electoralem deponenda esse, vti stylus iudicij, quo nos vtimur, habet.

At fac, custodiam præsentium instrumentorum, omnino L. à B. Legatarij esse, cum sint communia: incumbet attamen ei, vt caueat, se toties, quoties opus fuerit, instrumenta hæc, exhibiturum.

Pro vt hoc, quod is, qui communia instru- 332
menta, custodienda recipit, ceteris descriptum, recognitumq; facere debeat, & quidem cautione interposita, se quoties opus fuerit, instrumenta sibi tradita, exhibi urum,

in specie

in specie prouisum extat, in d. l. si quæ sunt cautiones ff. fam. herc.

Quam attamen cautionem, L. à B. hactenus non interposuit, quinimò ne obtulit quidem vnquam, se talem interpositurum.

Et equidem, de hisce septem quæstionibus, animi mei sententiam, hactenus exposui. Non detrecto autem hanc mutare, si ab alio, iuri, æquitatiq; magis consentanea, allata esse, conspicatus fuero. F. P. D.

De ijsdem quæstionibus Consultæ Facultates Iuridicæ, Rostochiensis, & Helmstadiensis, & Scabini Lipsenses in hunc, vt sequitur modum responderunt.

WF.D.J. demnach sprechen wir Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig vor Recht: Ob wol G. von B. seligen Testament / darvon die vbersandte Copey melden/vmb dieser vrsach willen/das er dasselb erwerm bericht nach/auff E. V. B. stenges anhalten vnd vielfaltiges schreiben so er jhme in seiner langwirigen leibesschwachheit zugeschicket / vnd eins theils zum Fenster hinein werffen lassen / auch in solchem Testament / jetzbenanten E. V. B. stadtliche legata vber 3000. fl wirdig / zu mercklichem nachtheil / seiner Kinder außgemacht vnd verordnet/pro capratoria voluntate, nicht zuhalten.

So mag es doch sonsten/aus mangel anderer gebührenden solennitæten, das nemlich dasselb in gegenwart sieben Zeugen/welche solchs von jrme dem Testatore selbsten angehört/ nicht auffgerichtet: sondern allein von einem Notario auffgezeichnet/vnd hernacher durch denselben/den sechs Zeugen/die er auff des Testatoris befehlich dazu ersodern lassen/in einem besondern Gemach/ ohne mehrbemeltes Testatoris beysein vnd gegenwart/nach besage des Notarij/vnd der Zeugen subscription fürgelesen worden: für bestendig vnd krefftig nicht geachtet werden/Derowegen auch E. V. B. die jhme in solchem Testament außgemachte legata zuzuordnen nicht befuget.

So viel aber die Brieffe vnd Sigill/ so jetzerwehnter E. V. B. bey sich hat anlanget: Dieweil aus ewrer siebenden frage zubefinden/das dieselben jhme zum halben theil zustendig/vnd also documenta hereditaria communia seind: So werden auch bey jhme/ als dem Eltisten solche documenta in verwahrung billich gelassen. Er ist aber dieselben euch/ von wegen ewers Mündleins/ so offt jhr derer benöiget/ zu exhibiren schüldig. V. R. W.

Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzige.

WF.D.J. Edle/Ernveste/günstige gute Freunde/auff den vns zugeschickten casum, vnd angehaffte sieben vnterschiedliche fragen/auch angefügte Copey G. V B. angezogenen Testaments/ darüber jhr vnser rechtlich bedencken ersodert/ Erkennen vnd sprechen wir Dechandt/Senior/vnd andere Doctores/der Juristen Faculter in der Vniversitet Rostock/ nach fleissiger verlesung vnd erwegung vor Recht: das gedachtes Testament/ vnd fürnemlich/ was die darinne angezogene verordnung der Legaten belanget/ an jhme selbsten/ wegen der formalien vnkrefftig/ dardurch dann auch alle specificirte fragen jhre erledigung haben. V. R. W.

Dechandt/ Senior/vnd andere Doctores/ der Juristen Faculter/ in der Vniversitet Rostock.

WF. D. J. demnach sprechen vnd erkennen wir/Dechandt/ Senior/vnd andere Doctores/ der Juristen Faculter in der Fürstlichen Julius Vniversitet zu Helmstadt/nach fleissiger erwegung der sachen/ vnd anfenglichen auff die erste frage/ vor recht: das angezogenes Testamentum/aus eingeführten coniecturis vnd murmassungen/pro captatoria voluntate nicht zu achten/das jenige auch/ so derwegen allegirt worden/ dem Testament nicht hinderlich sey Fürs ander weil sich befindet/ das die zeugen so adhibirt worden/den Testatorem nicht gesehen/ sondern in einem andern Gemach subscribirt: auch zugleich nicht/noch alle gesigele haben/ sintemal auff einmal nicht beysammen gewesen sein/ das dahero angeregtes Testament/ ratione solennitatum, zu Recht vnbestendig/vnkrefftig vnd nicht bestehen könne.

Zum dritten/ das gleichwol aus solchem Testamente nicht erscheine noch beyzubringen/ das der Testator seliger/ nicht bey sich selbst gewesen sein solle/ sondern etliche vmbstende so vnl geben/ das er bey vernunfft noch gewesen/wie angeregtes Testament gemacht/vnd vorfertiget worden.

Ferner / vnd zum vierdten / erkennen wir für Recht / hat erwehnter Testator, folgends sein Testament für sich bringen lassen / vnd nach dem es für jhn bracht / seiner Haußfrawen dasselbige / in seiner gegenwart / zum zeugnis / das er seinen willen vnd meinung geendert / vnd ab intestato versterben wolte / mit seinem Messer zu durchstechen befohlen / welchs dann von der Frawen also erfolget vnd geschehen / vnd solchs kan durch die nominirte Zeugen bewiesen werden: So ist solche reuocation gnugsam / vnd dadurch das Testamentum / wann es bereits bestendig gewesen / hinwider cassirt vnd auffgehoben.

Zum Fünfften / wann schon das Testamentum krefftig / vnd die legata daraus solten entrichtet vnd gegeben werden / das dannoch zu förderst / die schulden abzutragen / vnd die creditores aus dem Erbe zubefridigen sein. Vnd wann das Erbe / vnd so dazu behörig / zu absindung solcher schulden nicht zureichen würde / als dann die legata vnd vermachtnus auch anzugreiffen sein / vnd durch die schulden / absorbirt vnd verschlungen werden.

Zum Sechsten / sprechen wir gleicher gestalt vor Recht / wann bereits die legata gezahlt vnd außgeben werden solten / vnd sonsten die Erben / aus der Erbschafft jhre legitimam nicht bekommen könten / das sie als dann solche legitimam zufodern wol befuget / aber vber dieselbige / noch eine Quartam Falcidiæ, nicht fodern.

Endlichen vnd auff ewer siebente fragen / das H. V. B. die schuldverschreibungen / vber M. vnd K. posten / vor erledigtem puncten des Testaments heraus zugeben / vnd von sich zustellen schuldig. V. R. W.

Dechandt / Senior / vnd andere Doctores / der Juristen Facultet zu Helmstadt.

Tandem res ad Iudicem deferebatur. Legatarius enim, etsi hæc omnia videret & audiret, acquiescere tamen noluit. Et ibidem lis adhuc pendet. Tutores autem nomine pupilli sui, ad ingrediendum litis ingressum, solum ijs vsi sunt, quæ sub QVINTA quæstione, afferebantur, ostendentes, Legatario villam actionem competere non posse, propterea, quod æs alienum defuncti, triplò hereditatem eiusdem, excessisset, proindeque legata omnia absorbuisset, quo euentu, suo videbimus tempore.

CONSILIVM XIII.

SVMMARIVM.

1. *Donari potest qualibet res, quæ expressim in iure donari non prohibetur.*
2. *Surrogatum, sequitur naturam eius in cuius locum surrogatur.*
3. *Prælatus, fructus & reditus feudi Ecclesiastici remunerandi causa, donare potest.*
4. *Principes reformatæ religionis, qui bona Ecclesiastica possident, possunt fructus, & reditus eorum bonorum, remunerationis causa donare, sicut olim prælati faciebant.*
5. *Voluntas vltima, etiam quo ad feuda valet, si tantum includat in sese feudi reditus, atq; fructus.*
6. *Regalia in præiudicium successoris alienari nequeunt.*
7. *Transitus in habentibus symbolum est facilior.*
8. *Fructus bonorum Ecclesiasticorum, recte annumerantur bonis principis patrimonialibus.*
   Bona patrimonialia principis iure publico non censentur. ibid.
9. *Princeps non potest, aut debet, principatus sui viscera euiscerare.*
   Princeps propriæ dignitatis sit homicida, euiscerans principatus sui viscera.
   Et quatenus id verum sit. n. 10.
11. *Heres præstat factum defuncti.*
12. *Donatum non censetur, quod permutatione vel compensatione acquiritur.*
13. *Onerosa facilius longe semper sustinentur, quam lucrativa.*
14. *Alimentorum causa pia, & favorabilis est.*
15. *Pia causa, in dubio obtinet, prout ea pronunciandum.*
16. *Maritus rectè potest donare vxori, vt se, suosq;, inde foueat.*
17. *Res sit feudalis, quando diu, vt feudum possidetur.*
18. *Res eo ipso, probatur feudalis esse, quod in diuisione paterna, solis filijs remansit, filiabus exclusis.*
19. *Feudum constitui potest, per mores regionis: licet alibi talis res, iure allodialium censeretur.*
20. *Dispositio omnis defuncti, irrita est, respectu bonorum feudalium, si coniunctum ei sit successoris detrimentum.*
21. *Monasteria & id generis alia bona, obtinere nemo potest, nisi inuestitus à Papa.*
22. *Papæ iurisdictio in Germania, etiam respectu bonorum Ecclesiasticorum, per pacem religionis*

religionis est sustensa, vel etiam exposita planè.

23. Monasteria & reliqua Ecclesiastica bona, quæ nunc à principibus reformatæ religionis possidentur, non sunt vera & propria feuda.
Feuda etiam degenerantia, & impropria iudicantur in reliquis, vbi non degenerant ex natura, & qualitate feudi propriy. ibid.

24. Dispositio defuncti, etiam in feudis degenerantibus, & impropriis non valet.

25. Bona Ecclesiarum, nec quo ad vsumfructum, nec quo ad proprietatem, queunt alienare.

26. Vsusfructus in feudis inutiliter constituitur, & ratione domini feudi, & ratione succedentium in feudo.

27. Annui reditus, alicui ex feudo assignati, resoluuntur, decedente eo, qui eos assignarat.

28. Princeps, quæ percipit ex principatu suo, vt princeps, pertinent ad patrimonium eius fiscale, & non priuatum.
Eaq; alienari nequeunt. n. 29.

30. Exceptio in casibus exceptis regulam euertit, atq; destruit.

31. Surrogatum, naturam eius, in cuius locum substituebatur, non sapit, quando hæc surrogatio per omnia facta non est.

32. Principes reformatæ religionis, non possunt dici, in locum Episcoporum, vel Abbatum surrogati, respectu bonorum Ecclesiasticorum, quæ possident.

33. Surrogatum non induit naturam eius, in cuius locum surrogabatur, quando aliud ius, in hoc, aliud item in illo, scriptum reperitur.

34. Principes reformatæ religionis, possident saltem vi consuetudinis, & obseruantiæ, bona olim Ecclesiastica, ceu bona, ad mensam, Cameramq; suam pertinentia.

35. Surrogatus non habet naturam eius, cui surrogatus est, quando ante surrogationem ei, qui surrogabatur, aliquid iam propriy iuris, in re, in qua surrogabatur, competebat.

36. Principes religionis reformatæ, vi iuris regij, & supremi, quod vnicuiq; eorũ, in territorio suo competebat, bona Ecclesiastica sunt consecuti, & non vi surrogationis, in locum Episcoporum, & Abbatum.

37. Monasterium, quando ob abusum dissoluitur, tunc quisq; capit, quæ in Monasterium astulerat, reliqua sunt superioris.

38. Bona Ecclesiastica sunt surrogata, in locum bonorum feudalium, & fiscalium, apud Principes religionis reformatæ.

39. Vsusfructus alicui ex bonis ecclesiasticis, quorum possessio per pacem religionis principibus religionis reformatæ est confirmata, in præiudicium successorum constitui nequit.

40. Merita, qualia esse debeant, vt rectè dicatur, donatio ob merita facta.

41. Fructus rei Ecclesiasticæ per prælatum, alicui remunerationis causa dari possunt, sed non ad vitam vsq; donatary.

42. Immobilia Ecclesiæ quando remunerandi causa donari possint.

43 Merita obsequialia, à coniuge coniugi exhibita, in considerationem non veniunt.

44. Affectio paterna, aut maritalis sufficiens non est, ad sustinendum donationem, aliàs inualidam.

45. Dispositio defuncti, de fructibus feudi, valet, si fructus separati, iam à solo sint.
Item si fiat de fructibus, qui sunt hereditas, & non successorum feudi, secundum distinctionem c. 1. hic finit lex. ibid. n. 46.

46. Testator potest disponere, vt feudi successores quotannis certam vini partem, in vinea, ad feudum pertinente, natam, erogent inter pauperes.
Contrarium. n. 51.

47. Disposita ratione piæ causæ, in consequentiam non sunt trahenda.

48. Consequentia non valet: possessoris feudi præceptum, vt certa vini amphoræ, in feudo nati, dentur pauperibus, iure quo vtimur, ratum est. Ergo cauere quoq; potest, vt toti feudi reditus alijs, quam feudi successoribus, obueniant.

49. Argumentum, à maiori ad minus affirmatiuè, non valet.

50. Alia est ratio feudalium tantum: alia verò eorum, quæ feudalia, & fiscalia simul sunt. Impedimenta duo, fortius impediunt. ibid.

51. Consequentia fallit: regaliorum alienatio est prohibita: Ergo fiscalium est permissa.
Fiscalium alienatio, non minus ac regaliorum est interdicta.

52. Ad patrimonium principis priuatum, pertinent omnia, quæ principis ratione personæ: non autem dignitatis sunt.

53. Hereditas incipit, vbi æs alienum desinit.

54. Heres præstat fallum defuncti, si tale est, quod iure subsistat.

55. Euentus posterior à titulo primordio formãdus.

56. Permutatio est species alienationis.

57. Permutare non potest, qui alienare prohibitus est.

58. Facilius sustinenda ea, quæ consequuntur ex causa onerosa, præijs, quæ ex lucrativo titulo ortum ducunt, quatenus verum sit.

59. Alimentorum causa quando pia, & fauorabilis non sit.

60. Piæ causæ, & Ecclesiæ, non est fauendum vsq; eò, vt propterea fiant iustæ, & legitimæ, quæ aliàs iniustæ, & illegitimæ sunt.

61. Pro pia causa, non semper pronunciandum:

62. Sed in dubio tantum.

63. Et vbi ius clarum, expressumq; non habemus.

64. Vasallus non potest alienare feudum, etiam ob necessitatem famis propriæ.

65. Feudum non potest alienari, ob alimenta coniugis.

Charitas ordinata, à seipso incipit.

67. *Interpretatio ad l. si quis pro uxore. §. vlt. ff. de donat. inter. vir. & ux.*

68. *Donatio quid.*

69. *Diffinitio cui competit, diffinitum quoq; competere, necesse est.*

70. *Donatio quælibet, censetur inter viuos, & non mortis causa facta.*

71. *Donatio inter virum, & uxorem, est inualida prorsus.*

72. *Donatio, quæ supra solidos quingentes est, non valet absq; insinuatione.*

73. *Donatio inter maritum, & uxorem confirmatur morte.*
Et quatenus id verum sit n. 74. & 75.

76. *Ratio, vbi eadem est, diuersum quoq; ius, constitui non debet.*

77. *Hereditas non potest dari, nisi testamento.*

78. *Falcidia locum habet, in donatione inter virum, & uxorem, quæ morte donantis, confirmabatur.*

79. *Donatio inter maritum senem, & uxorem iuuenculam, valet.*
Et quatenus id obtineat. n. 80.

81. *Donatio ab Augusto in Augustam collata, absq; alio adminiculo vllo, valet, & constat. Quod extenditur, vt nu. 82.*
Princeps omnis, qui præfulget dignitate perpetua, vtitur in terris suis, eodem iure, quo Imperator. ibid.

83. *Principes Germaniæ, ad condendas leges quod attinet, eodē fruuntur iure, quo Imperator.*

84. *Reges Castiliæ, & Arragoniæ, gaudent priuilegio, quod Augusto, & Augustæ, tribuit l. donationes C. de donat. inter. vir. & uxor.*

85. *Item omnes reliqui Reges, & Principes, superiorem non recognoscentes.*

86. *Donatio Imperialis etiamsi fiat Augustæ, insinuatione non eget, & n. 87.*

88. *Donationes principum, etiam inferiorum, insinuatione, non habent opus.*

89. *Donationes inter viuos, ob duodecim tantummodo causas, caducæ, & irritæ sunt.*

90. *Argumentum, à sufficienti partium enumeratione deductum valet.*

91. *Donatio principis vnde censeatur enormis.*

92. *Donatio, qua Dux Mediolani, Astensem Ciuitatem donat, non censetur enormis.*
Astensis ciuitatis, situs, atq; opportunitas. ibid.

93. *Donationis principis enormitas, non est dimetienda, ex quæstu pecuniario, sed ex imminutione iuris dilationis, & regaliorum.:*
Aut quando directum dominium simul donatur. n. 94.

95. *Donatio, quando ob superuenientiam liberorum, reuocetur. & n. 96.*

97. *Beneficium l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in donatione, inter virum & uxorem, locum non habet.*
Item non datur hæredi donatoris. n. 98.

99. *Donatio, quando rectè dicatur, inofficiosa.*

100. *Regula nulla est, quæ non habeat exceptionem.*

101. *Regula nulla, semper est vera.*

102. *Donatio secundum iura hodierna, perficitur absq; traditione vlla, pacto nudo.*

103. *L. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vx. hodie est correcta.*

104. *Promissio nuda, de donando, inter virum & uxorem, morte non confirmatur.*

105. *Donationes coniugum illustrium, non egent, vt morte confirmentur, sed alicò valent.*

106. *Traditionem probo eo ipso, quod res quæ mihi tradi debebant, possideo iam, & detineo, ex titulo præcedente.*

107. *Hereditas, est quid incorporale. (eam.*

108. *Hereditas traditur, per patientiam donantis Patientia, est loco traditionis in incorporalibus. ibid.*

109. *Traditio instrumenti, habetur loco traditionis ipsius rei, de qua in instrumento agitur.*

110. *Instrumento rei donatæ tradito, ipsa res donata, tradita censetur.*

111. *Inciuile est, de dispositione aliqua iudicare, quam adhuc totam, & integram, non perlegerat.*

112. *Donatio coniugum non insinuata, quatenus valeat.*

113. *Donatio coniugum illustrium, non est indiga insinuationis.*

114. *Principi ideò, quod agnatus proximus est, obuenientia, eius patrimonio priuato accensentur, potest item ea, in quemcunq; vult, alienare.*

115. *Hereditatem, non nisi testamento dari posse, quomodo intelligendum.*
Hereditas censetur adita per id, quod hæres illam alij, cedit, vel donat. ibid.

116. *Hereditas adita, non est amplius hereditas, sed proprium, adeuntis patrimonium.*

117. *Hereditas potest donari.*

118. *Falcidia, an & quatenus locum habeat, in donatione coniugum, morte confirmata.*

119. *Donationes illustrium, non egent vlla confirmatione, etiam per mortem donantis.*

120. *Donatio causa mortis, non censetur facta, nisi mortis mentio in ea fiat.*

121. *Donatio mortis causa non est, si effectum sortiatur, ante obitum donatoris.*

122. *Donatio causa mortis, requirit, ad ius substantiam, quinq; testes.*

123. *Soror continetur appellatione fratris.*

124. *Frater non est testis integer, in causa fratris, vel sororis.*

125. *Frater non potest adhiberi testis, in testamento eo, in quo frater alter hæres scribebatur. Et n. 127.*

126. *Frater pro fratre, testis instrumentarius integer est.*

128. *Donatio causa mortis, inter virum & uxorem, prohibita non est.*

129. *Maxi-*

129. Maximè si illustres fuerint.
L. Donationes. C. de donat. int. vir. & vx. ex extendatur, ad testamenta usq;.
130. L. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. extenditur usq; ad donationes causa mortis.
131. Testari de pecunia sua, quilibet potest.
132. Pecunia est res mobilis.
133. Mobilia rectè alienantur, etiam inter viuos.
134. Parentum præcepta quæcunq;, custodiri fideliter, à liberis debent.
135. Principes testantur uice militari, et quatenus.
136. Falcidia locum non habet, in testamento militis.
137. Falcidia cessat, in qualibet ultima dispositione principis.
138. Donationes causa mortis, ex tribus tantum irrite fiunt.
139. Moribundi, quibuslibet rebus, facilè annuunt, præster animi etiam intentionem. Et quatenus id uerum. n. 143.
140. Donationes causa mortis, rectè peragit, qui licet corpore æger sit, mente tamen sanus est. Etiamsi semimortuus iam sit, & lingua balbutiat. n. 141.
142. Sanitas mentis, in mortis causa donante, quomodo probetur.
144. Donationes principum stabiles sunt, etiam ablq; insinuatione.
145. Donationi in testamento non factæ, non nocet quoq; hereditatem ex illo testamento, adtam non esse.
146. Donatio causa mortis fit irrita, si donatarius præsens non fuerit.
147. Donatio causa mortis, valet ut fideicommissum, etiamsi fiat absenti, dummodò interuenerint quinq; testes.
148. Donatio etiam mortis causa, inter coniuges non valet.
149. Defectus, qui personis contrahentium uel aliam similem dispositionem facientium inhæret, omnium longè est maximus.
150. Donatio causa mortis, inter coniuges etiam illustres non valet.
151. Illustres, & superillustres, in contractibus pari, cum priuatis, iure fruuntur: nisi lex, de illis, diuersum quid, expressè constituerit.
152. Donatio causa mortis, quatenus contractibus annumeretur.
153. Merita, in mortis causa donationibus, in considerationem non ueniunt.
154. Merita obsequialia, etiam in donationibus inter uiros, non insticimus.
155. Donatio causa mortis, non confirmatur morte donantis, quando rerum donatarum traditio, non interuenit.
156. Vt traditio, rerum mortis causa donatarum facta, rectè dicatur, facie est, uel clauium traditionem factam esse: uel bas, sacculo, uel capsulis inclusas, tradi.
157. Ad patrimonium principis fiscale, qua pertineant. & n. 158.
159. Pecunia omnis principis, sicuti & nomina debitorum, tandiu censentur promanasse, ex patrimonio principis publico, sine fisci, donec contrarium fuerit probatum.
160. Fiscalia, uillam ferre alienationem nesciunt, sed eius sunt, cuius est successio ut principatu.
161. Falcidia in donationibus causa mortis, locum habet.
162. Etiamsi in testamento, ea non fuerint relicta.
163. Legati appellatione, uenit fideicommissum, & mortis causa donatio.
164. Legata non debentur, ære alieno non deducto.
165. Donatio causa mortis non debetur, antequam creditoribus hereditarys, fuerit satisfactum.
166. Argumentum à partium enumeratione deductum, uitiosum est, si in eo partes sufficienter non enumerentur.
167. Consequentia non valet: hic expressa mortis mentio facta est: item præsentis actus effectus, differtur, usq; post mortem donantis: affuerunt item quinq; testes: Ergo perfecta iam est, mortis causa donatio.
168. Donatio mortis causa non minus, ac donatio inter uiros, inter coniuges prohibita est.
169. Opinio communis in iudicando, consulendo q; sequenda.
170. Interpretatio ad Graff recept. sent. §. donatio causa mortis. q. 6. n. 1.
171. Foris quæ fiunt, nihil ad nos.
172. L. donationes. C. de donat. int. vir. & vxor. in mortis causa donat locum non habet.
173. Donationes causa mortis, à contractibus sunt separatæ.
174. Ratio legis restricta, astringit quoque leges, quantumuis generalibus, uiatur uerbis.
175. L. donationes C. de donat. int. vir. & vxor. est iuris communis correctoria.
Corrigentia ius commune, extendere: rationis non est. ibid.
176. L. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. locum habet, in mortis causa donationibus.
Contrarium n. 179.
177. Donationis appellatione, uerq; donatio, & inter uiuos & mortis causa, uenit.
178. Genere posito, cuilibet specie sequitur positio.
180. Interpretatio ad Lup ad rubr. §. 77. n. 2. ext. de donat. int. vir. & vxor.
181. Pecuniæ uerbum, quandoq; latissimè accipitur, & tunc uniuersum defuncti patrimonium complectitur.
182. De pecunia sua testari, permissum quidem est: sed non pro libitu cuiusq;, sed ut à lege diffinitum est.
183. Exceptio in casibus exceptis, regulam cessare, efficit.

184. Præ-

184. Præcepta parentum, etiam iniusta, & illegitima, per liberos adimpleri, summè gratum est legibus: sed ad id faciendum neminem astringunt. n. 185.

186. Principes quatenus testentur, iure militari.

187. Milites iure militari non testantur, nisi quandiu in castris versantur.

188. Falcidia locum habet, sicuti & Trebellianica, etiam in testamento militis, iure nouellarum constitutionum.

189. Leges correctæ, allegari ad causarum decisionem, non debent.

190. Rescinde non oportet, quod ab initio non valebat.

THEMA.

REm totam, quæ ad me, quàm latissimè perscripta est, tribus complecti posse putarim quæstionibus.

PRIMÒ: vt videamus, num N. coniugi suæ, reditus monasterij N; donec viueret, iure donare potuerit:

DEINDÈ: num item hereditatem sororis, sibi lege obuenientem, titulo donationis inter viuos, rectè in eandem transtulerit.

Et denig, num valeat donatio, qua eidem mortis causa N. millia Ioachimicorum, dono dederat.

I. QVÆSTIO.

ET equidem prima fronte dicendum videbatur, valere omninò eam, quæ de reditibus monasterij N; fiebat, dispositionem.

1 PRIMÒ namq; iuris est certissimi, quod quælibet res, quæ expressè prohibita, non reperitur, titulo donationis, in alium transferri posse. Vti disertis verbis, idipsum attestatur *Mozz. in tr. de contract. Rubr. de reb. quæ don. poss. vel non n. 1.*

Atenim nullibi dispositum esse memineram, quod donari non deberent, reditus eorum monasteriorum, quæ pœnes status Imperij, religionis reformatæ sunt.

Quare temerè idipsum asseuerandum non erit.

2 SECVNDÒ nemo quoq; est, qui nesciat, quod surrogatum, naturam sui surrogati induat atq; sequatur. *Quod vt Ippus atq, tonsoribus notum atq, vulgatissimum, vlteriori probatione non indiget.*

Cum itaq; Imperij status, qui religionem puriorem sectantur, monasteria in terris suis occupantes, surrogati iam sint in locum, quondam horum monasteriorum prælatorũ.

Consequatur necesse est, eosdem quoq; id iuris in ijsdem consecutos esse, quod olim earundem prælatis competierat.

3 Hinc autem rursus consequitur: cum prælato fas sit, remunerationis ergò, fructus rei ecclesiasticæ, alicui donare. *Innoc. ad c. cum in officijs. ext. de testam. Bl. in l. ubemsu. la. 2. n. 24. C. de sacrof. Eccles. Guilelm. Redoan. in tr. de reb. Eccles. q. 2. c. 18. n. 12. Mozz. d. rubr. de reb. quæ poss. don. n. 12.*

Donare quoq; eosdem reditus posse, remunerandi causa, status Imperij, confessionis Euangelicæ. 4

Porrò ob benemerita, & fidelia obsequia, quæ disponentis N. coniunx, coniugi suæ hîc exhibuerat, præsens donatio facta fuit. *Vt testantur donationis literæ.*

TERTIÒ: à iuris quoq; Interpretibus, traditum legimus: quod dispositio defuncti, ad fructus feudi, quod attinet, valida atq; efficax sit. *Bl. ad c. 1. in pr. n. 8. ibi Aluar. nu. 3. vers. quæro ab extra Matth. de Affl. n. 71. de success. feud. Iacobus de S. Georg. in tr feud. in vita etiam, quod ipsi vasalli. nu. 16.* 5

Valebit itaq; omninò præsens dispositio. Nam etsi monasteria, quæ status religionis reformatæ sibi vindicarunt, adæquata essent feudis: cogitandum attamen erit, hîc non de ipso monasterio, sed tantùm de eiusdem fructibus, dispositum esse.

QVARTÒ: prouisum quoq; in illa, redituum monasterij N. donatione, quàm N. coniugi suæ fecerat, ne in hisce reditibus, ius superioritatis, & alia regalia, includerentur. 6

Tantò magis itaq; huic donationi, sua constabit firmitas. Eò, quod sola regalia, in præiudicium successorum, alienare, vetitum sit. *Bl. in c. 1. vers. amplius n. 2 de pac. const. Vel. ad c. 1. n. 5. ext. de probat. Cacher. decis. 101. n. 13. & decis. 139. n. 6. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 75. n. 45. Vasq. de success. creat. lib. 3. c. 26 n. 82.*

In reliquis autem, ceu, symbolum habentibus, transitus sit facilior, *l. an inutilis. ff. de acceptilat. Rol. à valle cons. 76. n. 19. vol. 3.* 7

Sed & principis patrimonialia (quibus haud ineptè ciusmodi, ex fundis monasterij, prouenientes reditus, connumerantur, per trad. *Dauth. in tr. de testam. sub n. 86.*) iure publico non dijudicantur. *arg. l. respub. C. ex quib. caus. maior. tun. l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flum. pub.* 8

Nec extra hominum commercium posita sunt *d. n. 86.*

Nec obstat, quod dicitur, principem principatus sui viscera, exenterare non posse: cum hoc faciens, propriæ fiat dignitatis, homicida. *Bl. ad c. licet causam. n. 7. ext. de probat. Chassan. in cat. al. glor. mund. p. 1. consid. 38. couch. 44. vers. item non potest.* 9

Etenim hoc axioma, ad vsq; euiscerationem (vt ita loquamur) quæ minima est, non porrigitur. *Br. in l. prohibere. §. vlt. n. 5. ff. quod vi aut clam. Capyc. decis. 121. n. 2. & n. 5. Roch. de Curte ad c. vlt. sect. 7. n. 2. ext. de consuet. Mandell. cons. 67. n. 5.* 10

QVINTÒ: iuris quoq; notissimi illud est: quod heres, defuncti factum, præstare teneatur *per l. ex qua persona. ff. de reg. iur. l. cum à matre. C. de rei vind.* 11

Atenim

At enim hic, N. heredes suos habuit.

SEXTO: ex literis donationum, illud etiam constat, quòd reditus Cœnobij N. cum reditibus, alterius Cœnobij, sint permutati.

Fac itaque horum redituum cessionem, vt donationem, constare non posse, constabit
12 attamen, vt permutatio: Et quia id, quod permutatur, vel compensatur, non donatur. *l. si quis pro vxore. §. vltim. ff. de donat. int. vir. & vxor.*

13 Et quia facilius id, quod ex causa onerosa proficiscitur, tuemur, quàm id, quod ex causa lucrativa originem trahit. *vti in id aliis allatis decidit Crau. cons. 588. n. 4.*

Postremò: prospexit quoque N. in donationum literis, vt reditus hi, coniugi suæ, ideò cederent, quo melius sese exhiberet: vmb besseres vnterhalts willen.

Dicendum itaque videbatur, vel hac sollummodò ratione, donationem hanc prote-
14 gi posse. Certum enim est, quod causa alimentorum fauorabilis, & pia sit. Vti infinitos ferè, in id adducit *Iohan. Petr. Surd. in tr. de alim. tit. 8. prui. 1. n. 1. quibus alios addere, operæpretium non est.*

15 Quòd item in dubio, semper & vbique pro pia causa, pronunciandum sit. *Vti latius habetur apud Tiraq. in tr. de priuil. pæ caus. priu. 148. per. l. sunt. personæ ff. de religione & sumt. funer.*

16 Quorsum & illud referendum est, quòd rectè à marito, vxori detur omne id, quod illi, in eum finem datur, vt se fuosque pascat. *d. l. si quis pro vxore. §. vlt. ff. de donat. caus. mort.*

Verùm hæc missa iam faciamus. Speciem enim veri præ se ferunt, vera autem non sunt. Non enim iure constare potest hæc donatio.

Nam PRIMÒ, longè in toto Imperio Romano est notissimum, quòd status Imperij qui mutata religione, bona monasteria, fisco suo vindicarunt: hisce bonis hactenus vsi sint, ceu feudalibus: quod item hæc bona nemini, nisi successori in dignitate, atq; feudis, cesserint.

Quare dubitare amplius non conuenit, quin bona hæc, ad instar feudalium, censen-
17 da sint. Ambigui namque iuris non est, quod eoipso res efficiatur feudalis quod diutius tenetur atq; possidetur profeudo, *Affl. ad c. 1. n. 11. vers. quarto dicta. de controuers. int. masc. & fœmin. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 91. n. 63. Brunus. cons. 127 col. 7. vers. quòd si quartam & col. 13. vers. quòd si decimam. Goz. ad. const. 4. n. 28.*

18 Sed & solus mos regionis, vbi res sita, atq; posita est, ad id efficiendum, sufficit. *Menoch. d. præsumt. 91. n. 62. Brun. d. cons. 127. col. 8. vers. ad quintam.*

19 Præterea, eoipso quoque, quod res aliqua in diuisione, hereditatis paternæ, pœnes filios, feudi successores remansit, & nunquam ad filias peruenit, satis eam feudalem esse, probatur. *Goz. ad. const. 50. n. 27.*

Quod cum ita sit, præsens de reditibus, cœnobij N. dispositio, irrita, atque inefficax erit. Iuris enim quotidiani est, quod nulla 20
dispositio defuncti, in bonis feudalibus, quæ prætiudicium successorum secum trahit: valeat, aut obtineat. *c. 1. in pr. de feud. successi. c. 1. §. donare quasit. feud. ol. Affl. decis. 119. Cacher. decis. 20. n. 7. Schenck. ad c. 1. §. & quia. n. 3. de his qui feud. dar. poss. Intrigliol. in tr. feud. q. 51. n. 76. Roman. cons. 494. n. 1. & ibi Horat. Mandos. in addit. Cartlin. Patri. cons. 65. n. 45. lib. 3. Dec. cons. 468. n. 31.*

Nec obstat, quòd attamen iure perspexe- 21
rint: quòd nemo monasteria vel alia id generis bona, feudi titulo possidere queat, nisi is, qui de his, per Papam inuestitus fuerit. *Aluar. ad c. 1. in pr. n. 16. & ibi præp. n 32. de his qui feud. dar. poss. Curt. in tr. feud. in 1. p. 2. p. q. 24. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 4. n. 6.*

Nam hæc in præsentia momenti alicuius 22
non sunt, propterea, quod Papæ iurisdictio, per pacem Religionis, etiam ratione istiusmodi bonorum, si non explosa pœnitus, ad minimum tamen totaliter suspensa sit: quòd item illa ipsa religionis pax, ratam esse iusserit occupationem bonorum, quæ sub Papæ tyrannide, ad monasteria pertinebant, donec aliud, diffinitum, determinatumque fuerit. *Veluti ex Recessu Comitiorum. quæ Augustæ Vindelicorum, anno 55. habita fuere, in §§. Dieweil aber & §. Damit auch/ dduciduſimè constat.*

At inquies, si feudis accensere eius generis bona volueris, rectis, attamen, proprijsque feudis accensere illa non poteris.

Sed nec illud quidem decisioni nostræ, quicquam officit. Interim enim verum ni- 23
hilominus est: quod etiam ea feuda, quæ ad quendam modum, recta, & propria feuda non sunt, sed in aliquibus degenerant, secundum iura feudorum rectorum, & propriè sic dictorum, nihilominus in alijs omnibus dijudicentur. *c. 1. de feud. non hab. prop. feud. natur. Fl. ad l. 1. q. 16 ff. de rer. diuis. Curt. in tr. feud. p. 1. q 6. n. 28. Zas. in tr. feud. p. vltim. n. 3. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 4. n. 73.*

Cum interim in iure nuspiam prouisum 24
extet: quòd in feudis degenerantibus, dispositiones defunctorum, succedentium dispendium coniunctum habentes, alicuius ponderis, momentique esse debeant.

At fac, monasterium N. ad huc quid Ecclesiasticum, feudisque non connumerandum esse, ponamus: hinc tamen noui roboris nihil præsenti dispositioni acceder.

Nam & rerum Ecclesiasticarum, tam ra- 25
tione proprietatis, quam ratione fructuum, iusta alienatio non est. *toto tit. ext. in 6. & in Clemcut. de reb. Eccl. non alien. cum sua. lib.*

SECVNDÒ: certissimè quoque illud
26 constat, sed & recepta inter Interpretes traditio est: quòd in præiudicium Domini feudi, nec non successorum, à possidente feudum, inutiliter constituatur vsusfructus. *gl. ad c. 1. §. preterea. in v. alienat. ibi Aluar. prap. & Matth. de Affl. de Capit. Conrad. Aluar. ad c. 1. in pr. n. 13. ibi præpos. n. 4. Affl. n. 31. de prohib. feud. alienat. per Fridericum. Arr. Pinel. ad l. 1. p. 3. n. 7 1. C. de bon. matern. & alij coupluribus, quos refert & sequitur Schrad. an tr. feud. p. 8. c. 1. n. 10.*

Subsistere itaque nequibit præsens dispositio, vtpote quæ nihil aliud, quàm vsusfr. constitutionem, in se contineat.

27 Vt taceam, etiamsi dispositio, de qua nobis res est, nudam tantùm annuorum redituum assignationem, complecteretur: eam tamen nihilo magis valituram. Cum rursus in promtu sit Feudistarum recepta traditio: quòd ne assignatio annuorũ redituum quidem, ex feudo valeat, nisi quandiu vixerit is, qui assignationem hanc fecerat. *Vti decidunt Aluarott. Iacob. de S. Georg. & Ioh. Reinaud. veluti eos, in id adducit, & sequitur Mozz. in tr. de feud. c. 9. n. 132.*

TERTIÒ, communiter quoque Interpre-
28 tibus placuit, quòd omnia, quæ Rex, vel princeps quispiam, ex suo territorio, ditionibus, atque prouincijs: vt Rex, vel princeps percipit, ad patrimonium eius fiscale pertinent. *Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 2. in pr. n. 8. & 9. Philipp. Franc. ad rubr. n. 6 2. ext. de test. Dauth. d. tr. de testam. n. 6. ad fin. num.*

29 Atq; expertia sint, omnis alienationis *quæsq. de successt. erat lib. 3. §. 26. n. 82. & seqq. Dauth. d. tr. de testam. n. 86. vers. subdistinguunt.*

Iam verò inficias ire, nemo potest, quod prouentus Cœnobij N. ad N. alio respectu, quàm quia territorij sui supremus Dominus, non pertineant.

Rectè itaq; bona quoque hæc, Domanialia, & mensæ, siue Cameræ Domini esse, proindeque in præiudicium successorum abalienari non posse. dijudicabimus.

Ceterum his non obstant ea omnia, quæ ceu contraria, ante hac afferebamus.

Ad primum enim, quod omnia donari possint, quæ ne donentur, prohibita non reperiuntur: respondetur: ex ijs, quæ sub decisionis rationibus demonstrabantur, iam apparere, res de quibus hic agitur, donare esse, prohibitum.

30 Non igitur regula hìc, sed ei contraria exceptio, locum sibi vindicabit. Eò, quod exceptionem in casibus exceptis, regulam vitiare, atque destruere, nouum non sit. *Euer. in top. in loc. ab excep. ad regul. n. 1. Cotta in memor. in v. excep. cl. 1. Straech. in tr. de merc. p. 1. n. 76. Del' Rio. in l. transigere. n. 115. C. de transact.*

Sic quoque SECVNDO: ad eam regulam, quòd surrogatum eius, in cuius locum surrogatio facta est, naturam induat, atque fortiatur: pluriformiam suppetunt resolutiones.

Non enim procedit PRIMÒ: quando 31
quidem surrogatio in locum alterius fit, sed non per omnia *Ita Euer. in top. in loc. à vi surrogat. n. 20. vers. secundò.*

Cùm tamen nihil rationis habeat, dicere, 32
N. ceu supremum territorij Dominum, per omnia, Episcopis, vel Abbatibus, quondam territorij sui, esse surrogatum.

SECVNDÒ non obtinet hæc regula, quan- 33
do aliud prouisum iam est, in surrogato, aliud item in eo, in cuius locum fit surrogatio. *Ita Br. ad l. 1. §. hac actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. Hartm. Pistor. q. 38. n. 55. vol. 2.*

Atenim aliam habemus, in Imperio obseruantiam, qua illi status, qui monasteria fisco suo inseruerunt, diuerso ab Episcopis, Abbatibus, & id generis alijs prælatis, iure iudicantur, quo item hæc bona, non vt olim prælati, sed ceu bona, ad mensam Cametamque suam pertinentia, possident.

Vlterius quoque hæc regula fallit: quan- 35
do alicui, proprium quod ius, in re, in qua surrogatur, prius competebat, quàm surrogatio fiebat. *Felin. in c. licet ex suscepto. n. 2. ext. de for. comp. Marc. Anton. Bl. in tr. de comp. q. 10. n. 19. vers. quod probat.*

Iam verò, Imperij status, ius proprium, ob 36
sublime, seu regium territorij ius, in bonis illis Ecclesiasticis, etiam ante occupationem habuerunt.

Id quod non solùm in pace Religionis: 37
verumetiam in ipsorum Pontificum Romanorum iure fundatum est. Hoc enim iure, quando propter abusum distoluitur, vel prorsus destruitur monasterium, tunc quisque, quæ in monasterium ingrediens attulerat, sibi capit: reliquà verò superioris sunt. *Vti decidit Br. ad l. vlt. n. 22. ff. de colleg. ill. Abb. ad c. recolentes. n. 3. ff. de stat. monach. Felin. ad c. cum dilecta. n. 21. ext. de rescr.*

Iusuper quoq; retortione, hic rectè vtimur: si enim verum est, surrogatum, naturam eius, in cuius locum surrogabatur sequi, & eodem cum principali, iure censeri:

Nec minùs verum sit, quod bona hæc Ec- 38
clesiastica, in locum bonorum feudalium & fiscaliũ surrogata sint. Id approbante, aut ad minimũ non improbãte pace religioni data:

Sequitur, de illiusmodi bonis, in posterum 39
vt de bonis fiscalibus, & feudalibus, iudicium faciendum: quodque consequens est: in his vsusfructus alicui concedi, aut de his, quicquam alicui, in præiudicium successorũ donari, non poterit. *Per superius in id adducta.*

At fac surrogationem hic, per omnia procedere: nihilo tamen magis, quicquam efficies. Nam & plura adhuc concurrere oportet prius, quàm prælatus, rectè alicui aliquid, remunerandi causa, donare possit.

Primò

40 Primò enim, merita talia esse debent, vt æquiualeant rei donatæ:

41 Secundò: si fructus Ecclesiæ, alicui remunerandi gratia concesserit prælatus, id facere non debet donec donatarius vixerit, sed ad perbreue tempus vsque.

42 Et denique ad immobilia, quousque mobilia supererunt, perueniendum non est. *Vti hæc omnia ex Redoan. in tr. de reb. Eccl. non al. q. 2. c. 19. n. 7. 8. & 9. & ex Mozz. d. tr. de contract. Rubr. de reb. quæ poss. don. n. 12. addiscere licet.*

Ecquis autem non videt, præsentem donationem, hisce requisitis carere omnibus?

Præterquæ, quod ne in ipsa quidem dispositione, vlla meritorum mentio facta: sed totum rei fundamentum, in affectione maritali, & obsequijs, quæ coniunx, coniugi exhibuerat, positum atque collocatum sit.

43 Cùm tamen iliusmodi, obsequialia (vt vocant) merita, à coniuge, coniugi exhibita, vnde ortum habet affectio maritalis, in consideratione non veniant. *Bl. in l. si donatione. n. 3. ibi Alex. n. 4. Ias n. 3. C. de collat.*

Sicuti nec affectio paterna, aut maritalis,

44 erga filium, & vxorem, eius efficaciæ est, vt conseruare possit, atque tueri donationem aliàs iniustam, atque vitiosam. *Vti in induiduo decidit Ias. ad d. l. si donatione. n. 1. per ill. text. C. de collat.*

Sed iam TERTIAE obiectioni quæ habet: valere dispositionem defuncti, qua de feudi fructibus dispositerat: satisfaciendum erit.

45 Huic verò respondetur, primò: quòd hoc aximâ, verùm tantum sit, si accipiatur, de fructibus feudi, viuente adhuc disponente, à fundo separatis, seu iam perceptis. Vti interpretatur, atque declarat *Schrad. in tr. feud. p. 7. c. 2. n. 25.*

Huc itaque non pertinet. Cùm hîc res sit, de percipiendis, non verò iam perceptis, fructibus.

Secundò: aut si intelligatur, de ijs fructibus, qui secundum distinctionem. c. 1. hîc finit lex, ad vasallihereides, non verò feudi successores pertinebant. *Rursus ita interpretante. Schrad. d. c. 2. d. n. 25.*

Id quod, non minus, à nostro casu, alienum est.

47 Sed & tertiò, DD. in contrarium adducti, hoc tantùm docent, quòd valeat morientis iussio, qua præcipit, vt certam vini partem, ex vinea, ad feudum pertinente, nati, quotannis in honorem Dei, inter pauperes, feudi successores erogent, atque distribuant. *Vt ex DD. antea in id adductis facile cuique apparebit.*

48 Non itaq; nostro negocio hæc decisio, cùm separatam decidendi rationem, piæ nempè causæ fauorem habeat, adaptari debet, aut potest. *arg. c. quæ à iure de reg. iur. lib. 6.*

49 Vt tacitam, nil quoquè aliàs agi, ex conclusione tali, inferri posse: possessor feudi potest iubere. Vt certæ vini amphoræ, in feudo nati, inter pauperes quotannis distribuantur: Ergo cauere quoque poterit, inuito feudi successore, vt toti feudi reditus alijs, quàm feudi successoribus obueniant.

Nam hac ratione, argumentum á maiori, 50 ad minus, affirmatiuè deducitur. Quod nec leges Dialecticorum, nec ipsa adeò ratio naturalis, ferunt, atque permittunt. *Luer. in top. in loc. à maior. n 1.*

Et vt rem totam summatim complectar, 51 nonnulli etiam Doctores reperiuntur, qui hanc Baldi, & sequacium doctrinam, fallam planè esse, iudicent. *Vt facit Mozz. in tr. feud. rubr. de natur. feud. n. 79. vers. ex quo redditur.*

Non dicam nunc, nos præmanibus habere tales res, quæ non solùm feudales, verumetiam feudales, & fiscales simul sunt. Vndè tantò minùs decisio, de qua vidimus, huc rectè trahi potest.

ADQVARTAM, quod attinet obiectionem, negatur ibi, tales res cessas, atque donatas esse, in quibus, vt pote, quia symbolum habeant, transitus sit facilior:

Nam etsi controuersia careat, quod rega- 52 liorum abalienatio vetita sit: hinc tamen licitam esse fiscalium abalienationem, perperàm infertur. Quinimò fiscalium alienatio, non minùs, quàm ipsorum regaliorum, interdicta, atque prohibita est. *Vt præter antea in id adductos, scriptum reliquit, complurimis in testimonium vocatis, Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 8.*

Sed & ambigui iuris non est: hosce cœnobij N. reditus, in classe fiscalium & non patrimonialium principis censendos.

Nam si verum est, quòd ea demùm, inter 53 res, patrimonij principis priuati, referantur, quæ principi, ratione personæ, & non ratione dignitatis, obueniunt. *Chassan. Phil. Franc. Dauth. in loc. antea in id adductis. Cauar. in c. possessor. p. 2. n. 9. vers. quartò ex præmissis circa. fin. de regul. iur. lib. 6. Cran. in tr. de ant. temp. p. 4. §. absol. n 33.*

Verum quoque erit prouentus hosce, ad patrimonialia, referendos non esse, cum Domino territorij, ratione dignitatis, & non ratione personæ, obtigerint.

Quid? quòd ne in nudè feudalibus quidem, vsum fr. in præiudicium successorum, constituere liceat. *Veluti superiùs edocuimus.*

Non itaque hîc, symbolum quod, reperimus, quod transitum faciliorem præbeat.

Sed & donationem hanc, si ad defuncti debita, oculos conuerterimus, haudquaquam pro minima principatus cuiscreatione, reputabimus.

ADQVINTAM deinde obiectionem re- 54 spondetur: quòd ibi demùm incipiat hereditas, vbi desinit æs alienum, *gl. in §. sed neq. Inst. de autor. tutor.*

Atenim hic æs alienum defuncti dissolutum nondum est. Quare eum quoque heredem habere, adhuc dici non potest.

55 Et quantumuis N. defuncti heres esset, regerere tamen illud rectè possemus: quòd heres factum defuncti inualidum, & quod legibus, decretisque maiorum, aduersum est, minimè ratum habere teneatur. *Vti aliorum autoritatibus fretus, decidit Cacherau. decis. 180. n. 2. & n. 5. & decis. 181. n. 19.*

Rectè itaque concluditur, donationem hanc, ceu inualidam, & iure reprobatam, heredem præstare non teneri.

Porrò SEXTAE obiectioni: quòd nimirùm hæc dispositio, ceu onerosa, sustinenda, conseruandaque sit, præ illa, quæ ex lucrativa causa promanat: quod item id, quod permutatur, vel compensatur, non donetur: hoc

56 danius respondit: quòd à Tituli primordio posterior euentus formandus sit. *l. vnic. C. de imp. lucrat. descr. lib. 10. Exea in tr. de pact. n. 76. Schenk. ad c. 1. n. 2. de foud. fem. Lup. ad rubr. §. 62. n. 21. ext. de donat. int. vir & vxor.*

Quod si fit, facilè cuiuis apparebit, nos adhuc in lucratiuis versari. Nam & illius alterius Cœnobij N. reditus, cum quibus prouentus huius Cœnobij N. permutabantur, titulo lucratiuo coniunx N. non minùs adepta fuit.

57 Et quamuis vera hîc intercessisset permutatio, nihil tamen illa ipsa quoque allegatione proficeretur. Nam cùm controuersi iuris non sit, quod permutatio sit species alienationis. *arg. c. nulli ext. de reb. Eccl. al. vel non speculat. in tit. de rer. permut. §. 1. n. 4. Tuber. Decian. cons. 55. n. 53. vol. 3.*

58 Quodq; alienare prohibitus, etiam à permutatione abstinere, necesse habeat. *Bl. in auth. res quæ n. 22. C. com. de legat.*

Quòd item, neque reditus feudi, neque etiam bonorum fiscalium, aut domanialium, in successorum præiudicium rectè alienentur.

Palam fit omnibus, quod ne permutatio quidem hac in parte constare potuerit.

59 Insuper illam quoque regulam: facilius, quæ ex onerosis prodeunt, sustineri: quam ceu contrariam adduximus, ad eum modum altringi omnes scimus, quo vera tantum est, quatenus illi iura expresse non refragentur.

Alioquí enim, ne ex causa onerosa quidem, contra iuris communis regulas, actum qui fit, conseruare poterimus. *per trad. Cardin. Paru. cons. 86. n. 75. vol. 2.*

Denique momenti quoque alicuius, obiectio SEPTIMA non est: Nam quod dicitur: causam alimentorum piam, & fauorabilem esse, semper & vbique non procedit, sed secundum quid tantùm.

60 Etenim prouisum in iure extat: quòd causa alimentorum, amplius pia non sit, cùm alimenta illi relinquuntur, qui aliàs, vndè viuat, habet. *Br. in l. alio. n. 4. & 5. ff. de alim. & cibor. legat. Br. in tr. de alim. n. 14. Tiraq. in tr. de priuil. pia. caus. in præfat. vers. sed hoc intellige. Soar. receptar. sentent. lit. A. n. 167. Benin. in tr. de priuil. paupert. in iudic. priuil. seu special. 2. n. 18.*

Non itaque hîc, causa alimentorum, pia dici meretur. Cum N. dotalitium suum aliàs habeat, vndè commodè viuere possit.

Sed etsi causa pia, adhuc hîc subesset, audi- 61
rem tamen illud: piæ causæ, & Ecclesiæ, non vsque adeo fauendum, vt propter eas iusta, & legitima fiant, quæ iusta, legitimaque non sunt. *Vt inquit Cardin. Paru. cons. 86. n. 71. volum. 2.*

Sed & non semper pro pia causa pronun- 62
ciandum est. *Cardin. Paru. d. cons. 86. nu. 70. volum. 2.*

Sed in dubio tantum. *Cardin. Paru. d. cons.* 63
86. n. 68.

Et vbi ius clarum, certumque non habe- 64
mus. *Card. Paru. d. cons. 86. n. 69.*

Cum itaque hic ius clarum, certumque habeamus, prohibens, ne bonorum fiscalium, & Cameræ etiam ob alimenta fiat alienatio: viduas item nobilium, comitum, & principum, dotalitio suo, contentas esse oporteat: atque præter hæc illis nihil planè ex feudis debeatur: non pro pia, sed contra piam causam, ferenda erit sententia.

Nam si feudi possessori permissum non 65
est, feudum, quocunque titulo alienare, ne ob propriæ famis necessitatem quidem. *Paul. de Castr. in l. si finita. §. si de vectigali. n. 6. ff. de damn. inf. Bl. in c. 1. in pr. n. 2. per ill. text. & ibi DD. relig. qual. feud. ol. Bl. in c. 1. §. aut si libellario. n. 3. quib. mod. feud. amitt. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 107. Zas. in tr. feud. p. 9. n. 13. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. ita etiam quod ipsi. nu. 17. & in v. & cum pacto el. 2. nu. 14.*

Multò minùs, ob alimenta coniugis, idipsum permissum erit. Cum ordinata charitas à seipso incipiat. *l. præses. C. de sacrosanct. & aq. Surd. in tr. de alim. sui. 1. 939. n. 2.*

Sic quoque reuera non obstat, *textus. l. si* 66
quis pro vxore. §. vltim. ff. de donat. int. vir. & vxor: nec enim loquitur in feudalibus, aut fiscalibus bonis. Vndè quoque à separatis mala fit illatio.

Sed & illud tantùm complectitur thema, cum maritus, matrimonio constante, vxori dotem relinquit, in alimenta suijpsius, & familiæ eius propriæ.

Cuius & nostri casus, rursus ad inuicem, nulla est proportio.

Concludamus itaque, donationem, quæ de reditibus Cœnobij N. fiebat, irritam, & nullam esse.

II. QVAE-

II. QVÆSTIO.

CEterum in illa quoque donatione quæ de hereditate N. fiebat, ab initio, idem iuris constituendum, videbatur.

Nam PRIMÒ: certi, indubitatique iuris est illud, quod hæc donatio, pura puta dona-
68 tio inter viuos, fuerit. Est quippe donatio, rei suæ, ex mera liberalitate,, & nullo cogente iure, alteri facta concessio, & alienatio, *vti præeuntibus Hoss. Goff. & Azon. diffinit. Mozz. in tr. de contract. Rubr. donatio. n. 4.*

69 Cum igitur diffinitio competit, diffinitum quoque competere, ambigendum non est. *Aldobr. ad §. cum autem. ante. n. 1. Inst. de ingen. Borchol. in tr. feud. c. 1. n. 11. Muscatu. in tr. de mutuo. n. 28. vers. postremò. Menoch. in tr. de remed. possess. adip. remed. 3. n. 85.*

70 Sed & in dubio, quælibet donatio, in qua vlla, mortis mentio non reperitur, inter viuos: non verò mortis causa facta, censebitur, *gl. in l. apud celsum. §. Iulianus in v. spopondisse. ff. de dol. mal. except. Iaf. in l. quæ dotu. n. 26. ff. sol. matrim. Iul. Clar. recept. sent. §. donatio. q. 4. n. 2. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 36. n. 2. Rol. a Valle. cons. 61. n. 29. lib. 2.*

Quod cum ita sit, patere iam conclusionem per se arbitror, hanc nempe donationē
71 iure consistere non posse. Manifestissimi enim iuris est, inter maritum, & vxorem factam donationem, omni prorsus robore, firmitateque carere. *Vt tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. & vxor. Mozz. d. tr. de contract. Rubr. de pers. quæ poss donar. n. 3 1. Iul. Clar. d. §. donatio. q. 9. n. 1. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 8. n. 12. & præsumt. 12. n. 3.*

SECVNDÒ: certò quoque illud constat, quod donatio hæc, summam quingentorum solidorum, longè excesserit, atque superarit.
72 Iam verò iuris haud incerti est: quòd donatio, vltra quingentos solidos, seu florenos Hungaricos, absque insinuatione facta, momenti nullius sit. *l. penult. §. vlt. C. de donat. inn. l. sancimus. C. cod. tit. Mozz. d. tr. de contract. Rubr. de substantial. donat. n. 5. Clar. d. §. donatio. q. 17. n. 1. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 17. in fin. p. 1.*

Concidit itaq; præsens donatio, vel hanc solummodò ob causam.

73 Nec obstat, quod morte attamen mariti confirmetur donatio, vxori facta. *l. cum hic status. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 1. l. etiam & l. à marito. C. cod. tit.*

74 Illud enim tùm demùm verum est, cum simul rerum donatarum traditio intercedit. Quòd si hæ res promissæ tantùm, non autem traditæ fuerint, sicut ipse res habet. *l. Papinianus. & ibi Br. ff. de donat. int. vir. & vxor. Couarr. ad rubr. p. 3. n. 3. ext. de testam. Iul. Clar. d. §. donatio. q. 9. n. 6. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de pers. inter quas cad. pot. don. n. 39. & 40. Cald. ad l. si curatorem. & sua facultate. n. 106. C. de rest. in int.*

AE enim hic, nulla facta est, rerum donatarum traditio. Quinimò ipsæ donationis literæ, promittendi verbo: seu, quod res ad hereditatem N. pertinentes, N. coniugi suæ, promiserit, tantum vtuntur:

Insuper, in iure, scriptum quoque extat illud: quòd etiamsi aliàs, morte donatoris, confirmetur, & rata fir, donatio inter coniuges facta: attamen hanc, si quingentorum solidorum summam egressa fit, insinuata verò non fuerit, planè non confirmari: etiam ad illam quantitatem quòd attinet, quæ minor solidis quingentis erat. *Salyc. in l. donationes. 1. n. 3. C. de donat. int. vir. & vxor. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 12. n. 40. Mozz. in tr. de contr. Rubr. subst. donat. n. 16. vbi Curt. Iun. Chassan. & Ruin. eandem quoq; sententiam, sectatos fuisse, attestatur.* 75

Atenim hic insinuatione omni, prorsus destituimur.

TERTIÒ illud quoque inficias ire nemo poterit, quod hereditas hæc, quàm primum N. obuenerat, ad Cameram eiusdem fuerit deuoluta.

Rectè, itaque nos dicere posse videtur habere hic locum ea omnia, quæ superius de fiscalibus adducta fuêre.

Vbi enim eadem ratio, ibi diuersum ius, 76 constitui non debet. *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. a Titio. ff. de verb. oblig. Affl. decis. 371. n. 7. Euer. in top. in loc. à simil. n. 1.*

QVARTÒ: prospicit quoque lex: heredi- 77 tatem non posse dari, nisi in testamento. *§. codicillis. Inst. de codicill. l. si idem. C. cod. tit. l. non codicillum. C. de testam. Rol. ancl. in tr. de testam p. 1. rubr. 11. n. 1. Dilect. in tr. de art. test. tit. de hered. inst. caut. 3. Lancil. Polit. in tr. de comp fals. n. 22. vers. prima. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 6. n. 14. Dauth. in tr. de testam. n. 340.*

Atenim hic hereditatem, ad se deuolutam per donationem inter viuos, non autem per testamentum, N. in coniugem suam, transferre conatus est.

QVINTÒ: etiamsi morte Donantis, donationem hanc, ratam iam esse, dicendum esset, heredi attamen Donatoris, ratione quartæ Falcidiæ, præiudicium nullum fieret.

Volunt enim iura, quòd donatio inter vi- 78 rum & vxorem, eo casu, cum morte confirmatur, censeatur instar relicti, quodq; tunc heredi mariti, Falcidiam detrahere fas sit. *Clar. in §. donatio. q. 9. n. 6. Mozz. d. tr. de cont. Rubr. de person. int. quas. cad. pot. don. n. 37. Tiraq. in l. si vnquam ad v. libertu. n. 121. C. de reuoc. donat.*

Nec obstat, quòd traditur: donationem 79 inter coniuges, si maritus prouectioris ætatis: vxor verò formæ, atque ætate integra tuerit, constate atque valere. *Br. in l. si voluntate. n. 2. C. de dot. promiss. Iaf. in l. duorum. n. 9. ff. sol. matrim. Iaf. in l. ex hoc iure. n. 55. ff. de iust. & iur. Tiraq. de l. connub. l. 4. n. 9. Did. ac. Segur. ad l. coheredi. §. cum filio. n. 162. ff. de vulg. & pupill.*

Hoc ipsum enim verum est, si donatio talis eodem tempore momento, cum dote, & propter nuptias donatione, constituitur. Quod si post dotem iam constitutam donatio fiat: de tali donatione aliud iudicandum non est, ac de ceteris donationum generibus, per maritum vxori factis. *Ita declarat. Iulian. Clar. recept. sentent. §. donatio q. 9. n. 5.*

Aliena itaque præsens interpretum traditio, à casu, negocioque nostro est.

Verum enimuerò, pœnitius rem consideranti, inque iure benè versato, si hæc, quæ hactenus recensuimus, imponerent, turpe omninò esset. Nam verior longè, æquiorque est sententia ea, qua pro donatione, hîc facta, concluditur. Veluti ex sequentibus, luculentissimè constare putarim.

81 Sanciunt enim PRIMÒ iura, quibus quotidiè vtimur: quod quicquid sit in alijs donationum, quæ maritus vxori facit, generibus: eam tamen donationem, quam Imperator, in Augustam confert, ilico valere & plenissimam habere firmitatem, nulloque extrinseco auxilio indigere. *Ita textus ad literam, in l. donationes quas Diuus. C. de donat. inter vir. & vxor. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 26. n. 4. Coras. miscell. lib. 2. c. 25. n. 8. Oldrad cons. 95. n. 8.*

Cum itaque hæc donatio, inter coniuges generosas, aut si mauis dicere, illustres etiam, vel super illustres, peracta sit:

Non dubito, quin vigore modò adductí textus valeat atque consistat.

Nec obstat, si dixerimus, hanc legem, ob præeminentiam Imperatoris singularem, ad eius Maiestatem, & Augustatem, solùm pertinere: adeoque ad principes reliquos, vel qui principis iure vtuntur, non extendendam.

82 Etenim res aliter sese habet: quandoquidem omnes Principes, Duces, Comites, Marchiones, qui regalem dignitatem perpetuò obtinent, in suis principatibus, ducatibus, comitatibus, marchionatibus, ijsdem iuribus, præeminentijs atque dignitatibus fruuntur, quibus Imperator vtitur, in toto Imperio. *Cacher. decis. 78. n. 17. Borcholt. in tr. feud. c. 5. n. 87. Borch. ad c. 1. n. 8. quæ sint regal. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 2. n. 280. Dauth. in tr. de testament. n. 56. Schrad. in tr. feud. p. 2. sect. 10. n. 36.*

83 Sic, quod principes Germaniæ, ad legis condendæ, in ditionibus suis, quòd attinet potestatem, pari iure, cum ipso Imperatore fruantur. Consulit *Dec. cons. 316. n. 3. & 4. quem refert & sequitur Dauth. d. tr. de testam. n. 86. verf. Ture quod Principes.*

84 Sic illam ipsam l. donationes. C. de donat. int. vir. & vxor. ad Castiliæ, & Arragoniæ Reges, *extendit Oldrad. cons. 95. n. 8.*

85 Et rursus ipsius beneficium, omni Regi, nec non omni principi, superiorem non recognoscenti, commune faciunt. *Iaf. in auth. ex testamento n. 13. ibi Schrad. n. 17. C. de collat.*

Cessat itaque, in præsens, quod mouebatur obstaculum.

Expressi quoque, SECVNDO loco, iuris 86
est illud: quod donationi imperiali, etiamsi Augustæ ea facta sit *d. l. donationes quas Diuus. ponderando verba: nulla extrinsecus opitulatione egente. C. de donat. int. vir & vxor.*

Nihil planè obsit, vel nocet, insinuatio- 87
nem factam non esse. *l. sanctimus. § exceptiu. C. de donat. Capyc. decis. 203. n. 17. Mozz. in tr. de contract. Rubr. subsiant. donat. n. 15. Coras. miscell. lib. 2. c. 25. n. 8. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 1. n. 37. Natta. cons. 402. n. 45. Rel. à Valle. cons. 93. n. 42. vol. 1. Rum. cons. 23. n. 12. lib. 2. Cuiac. consult. 3.*

Meritò itaque hoc extendemus ad nostram quoque donationem, vt pote, quæ inter coniuges illustres celebrata sit.

Nec obstat rursus, id, quod antea quoque 88
tetigimus, nempè l. sanctimus & l. donationes, de Imperiali donatione loqui: nam eorundem textuum dispositionem, etiam in principibus inferioribus, locum sibi vindi- *
care, communiter iuris interpretibus placuisse apparet *ex Anton. Gab. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de donat. conclus. 1. n. 22.*

TERTIÒ: quando donatio, inter viuos, 89
ratione vtriusque personæ, & donantis, & eius, cui fit donatio: nec non ratione rerum, quæ donantur, & denique ratione substantialiũ requisitorum, veluti insinuationis, &c. consistit (qualem nostram esse donationem, iam omnibus conspicuum factum esse, arbitramur) tunc sunt omninò duodecim causæ, ob quas irrita sit donatio inter viuos:

Veluti: I. Si deficiat causa, ob quam res dono dabatur.

II. Si non eueniat, quæ apponebatur donationi, conditio.

III. Si effusa nimis & prodiga esset donatio.

IV. Si manus donatori intulerit donatarius.

V. Si atroci item iniuria atque contumelia donantem afficerit.

VI. Aut si effocerit, quod magnum aliquod detrimentum bonorum suorum donator, sustineret.

VII. Si vitæ donatoris insidias struxerit donatarius.

VIII. Si, quas inter se pepigerant conuentiones, donatarius non seruarit.

IX. Aut si alimenta donanti, ad inopiam redacto, non exhibuerit.

X. Si, id donatorem voluisse, firmæ adsint præsumtiones.

XI. Si inofficiosa fuerit donatio.

XII. Et denique si post factam donationem, donanti liberi nati fuerint. *tot. tit. C. de reuoc. donat. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quom. annull. donat. per tot.*

Ergò

90 Ergò à sufficienti partium enumeratione argumento ducto, quod in iure validum, frequens, & necessarium est. *Euer. in top. in loc. à suffic. part. enum. n. 1. Garc. in tr. de expens. c. 4. n. 49. Syluan. in tr. feud. c. 1. n. 44. Toming. decis. 20. n. 23. Mynsab. 3. cent. 3.*

Consequitur: hanc donationem, iustam, & perfectam esse. Nulla enim huc referri, adaptarique potest, renuocationis causa.

Et, si dixeris, saltem ex capite enormitatis hanc renuocari posse.

91 Cogitandum attamen erit, quòd donatio principis, enormis non dicatur, nisi pro materia subiecta, principatusque qualitate. *Autoribus Abb. cons. 23. q. 26. lib. 2. Dec. cons. 289. in fin.*

92 Hinc namque fit, quod alibi legamus, immodicam, siue enormem, Ducis Mediolani donationem non esse, qua ciuitatem Astensem (etsi hanc nobilem, lautam, diuitem, frequentem, splendideque ædificatam vrbem: bono præterea & fœcundo agro: frumenti, ac vini, ceterarumque rerum, ad vsum mortalium opportunarum fertili, *attestetur Leand. in descript. Ital. in Lambard. Cæpard. mihi fol. 591.*

Nec non nobilem, & opulentam *Reusu. in sua Ital. 2. sub. n. 96.*) alicui donat. *vt præeunte. Ioh. de Anan. refert & sequitur Rum. cons. 25. n. 16. lib. 2.*

93 Et quod enormitas donationis principis nõ ex quæstu pecuniario: sed ex iurisdictionis, regaliorumque imminutione, dimetienda sit, *autor est Bar. ad l. prohibere. §. plane. n. 5. ff. quod vi, aut clam. Angel. in l. si certarum. ff. de testam. milit. Socin. cons. 7. col. 1. vol. 3.*

Rursus tum demùm enormem principis esse donationem, alij volunt, cum directo, & vtili dominio rei donatæ, simul se abdicat: nunquam verò immensam, immoderatamque eam futuram, cùm vtile solùm dominiũ, in donatarium transfertur. *Ita Alex. de Imola. cons. 1. col. 5. vol. 5.*

Deindè in considerationem quoque illud venit, quòd attamen hîc donatori, post donationem peractam, plures ãdhuc liberi nati fuerint:

Nam hinc talem, rectè astruere nos posse, ratiocinationem videbatur: irritam vel ob id tantùm totam donationem fieri.

95 Cum iuris sit apertissimi; quòd in totum renuocetur donatio atque irrita fiat, si donatori, cui ante peractam donationem, filius, quem amore paterno diligebat, superstes erat: alter adhuc celebrata iam donatione, nascatur filius, *Vti in indiuiduo scripsit Rip. in l. si vnquam n. 13. C. de reuoc. donat. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. mod. annull. donat u. 73.*

Verùm, ne hoc quidem, vim aliquam habet, ad donationem præsentem euertendam.

** Magis recepta enim opinio interpretum habet: patrem liberos habentem & nihilominus donantem, planè à beneficio l. si vnquam C. de reuoc. donat. etiamsi postea plures liberos susceperit, exclusum iri. *Vti tradidêre in indiuiduo Iacob. Rutrig. Corn. Castr. Ioh. Fab. Phil. Dec. & Bertr. in locis à Tiraq. relatis in d. l. si vnquam ad v. filios non habens. n. 3. & ceu magu receptam sequitur Clar. d. §. donatio. q. 22. n. 3.*

Sed & tale tantùm *à Ripa. & Tiraq. in d. v. filium non hab. n. 11.* proponitur thema: quòd quispiam vnicum habens filium, & trecenta in bonis, non cogitans de pluribus filijs, sed ducenta huic vnico filio sufficere existimans, centum donarit. Atque hunc, quòd plures deindè liberos susceperit, ad donationis renuocationem admittunt.

Quis autem est, qui non videat, quantum inter nostrum illudque thema intersit? Ibi: vnicum tantùm donator habebat filium, hîc ante donationem plurimi, vtriusque sexus, susceperat liberi.

Ibi, tota tertia bonorum pars, per donationem consumebatur: hîc verò, res quæ donantur, ne comparari quidem possunt, cum tertia bonorum Donatoris parte.

Restat itaque vt concludamus ab vno casu, ad alium, apti quicquam inferri non posse.

Sed & maiori interpretum parti illud placuit: quòd dispositio. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in donatione, inter virum, & vxorem celebrata, locum non habeat: quodq; vxori facta donatio, ob id, quòd liberi deindè nati sunt, non fiat caduca. *Vti Corn. Alex. de Imol. & Ripa in id adductis, scriptum reliquit. Tiraq. ad d. l. si vnquam in v. libertu. n. 108. & seqq.* ** 97

At enim hîc donatio quædam, inter coniuges illustres, facta fuerat.

Et denique, commune quoque Doctorum placitum vult: quòd beneficium l. si vnquam C. de reuocand. donat. heredi donatoris non detur *Bl. ad l. 1. col. vlt. vers. sed vlterius quæro. C. de inoff. donat. Ias. in l. si mater. n. 4. C. de inoff. test. Ias. in auth. ex causa. n. 21. C. de lib. prat. traduntq. præterea. Host. Salic. Imol. Cuman. Castr. Corn. Guido. Pap. Socin. & Bertrand. in locis quos designat Tiraq. ad l. si vnquam in v. susceperit liberos n. 212.* 98 *

Cessat itaque omninò, hæc ex capite superuenientium liberorum exurgens, causa donationis renuocatoria.

Postremò expendimus quoque illud, possit ne donatio hæc, tanquam inofficiosa renuocari. Sed nec illud, fieri posse dicendum videbatur. Propterea, quòd tùm demùm donatio dici possit inofficiosa, quando in fraudem legis, inque eum finem fit, ne locum de inofficioso testamento querela reperiat. *Vti in indiuiduo decidit gl. ad rubr. C. de inoff. donat. Ias. ad §. item si quis in fraudem. n. 1. Inst. de act. Toming. decis. 32. n. 4. text. ad l. 1. & l. penul. C. d. inoff. donat.* 99

Quando item rebus donatis, donatario traditis, tantùm donatori, in bonis non relinquitur, vndè legitimam suam portionem liberi nancisci queant. *l. 1. & 2. C. de inoff. don.*

Iulian. Clar. recept. sent. §. donatio. q. 24. n. 1. Mozz. d. tr. de contract. Rubr. quib. mod. annull. don. n. 91. Tomin. d. decis. 32. n. 5. Hartman. Pistor. q. 3 §. n. 10. lib. 2.

Omnibus itaque constare arbitror, donationem hanc, à genere donationum inofficiosarum, peregrinam plane esse.

Porrò huic decisioni, damni nihil inferunt ea, quæ superiùs, ceu contraria, & aduersa recensebantur.

Nam PRIMÒ contrario, hæc accommoda est resolutio: quòd regulariter quidem verum sit, donationem inter virum, & vxorem consistere non posse: sed id perpetuò, firmum, stabileque non esse.

100 Eò, quòd prorsus nulla sit regula, quæ exceptionem non patiatur. *l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Euer. in top. in loc. ab except. ad reg. n. 15. Tiraq. de vt. retr. p. 2. ad fin. tit. n. 16.*

101 Seu vt inquit Cuiacius: nulla est regula iuris, nisi quæ plærunque, hoc est, frequentissimè vera est. Nulla semper est vera. *Cuiac. in tr. ad Afric. an. 2. fol. 1114 ad fin.*

Cum itaque iam cuiciamus, à regula prohibitiua, donationum, inter virum & vxorem, Imperatorem, Reges, Principes, Comites, &c. exceptos esse:

Operæ precium quoque non erit, si huic contrario, diutius inhæserimus.

Eodem quoque modo, satisfieri potest, obiectioni SICYNOAE: donationem nempè quingentis solidis maiorem, nullam esse, nisi insinuatio accesserit: Cum ne illa quidem in donationibus, inter coniuges superillustres, illustres, & generosos, locum sibi vendicet *per superius in id adducta.*

Sed & hoc in loco ne illa quidem obstant quæ de traditione rerum donatarum, ad hoc, vt morte donantis confitemetur donatio, ex l. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vx. afferebantur.

102 Omnes enim cognitum, exploratumque iam habent: quod hodie quælibet donatio, absque traditione vlla, pacto nudo perficiatur. *Per text. expressum. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. Rocholt. in tr. de pact. c. 2. pact. diuis. 2. n. 28. Tomung. decis. 6. n. 18. Clar. d. §. donatio. q. 14. n. 1. Mozz. in tr. de contr. Rubr. donatio. n. 1.*

Reliquum itaque, illud tantùm fit, quod l.
103 Papinianus, ff. de donat. int. vir. & vxor. vt potè correcta, ad causarum decisionem, amplius, allegari non debeat *per §. in personam. Inst. de actionib.*

104 Vt taceam nonnullos, primæ etiam notæ Interpretes reperiri, qui intelligant. d. l. Papinianus, de nuda promissione, de donando: non autem de ipsa donatione. Et promissionem quidem de donando, morte non confirmari, absque traditione, volunt, etsi rem secus sese habere statuant, si donatio perfectè contracta sit, licet res donatæ, traditæ nondum sint. *Br. ad d. l. Papinianus. & ibi Salyc. ff. de donat. int. v. & vxor. gl. & Cyn. ad l. 2. C. de dot. caut. non numer. Bl. cons. 397. casus talis est, vol. 1. Castr. cons. 138. dicta donatio. col. vlt. lib. 1.*

Exulare itaque à præsenti negocio, dispositionem. l. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vxor. iubebimus.

Et præterea verum est illud quoque quòd 105
donationes illustrium, Augustis, Reginis, Principibus, vel comitibus suis factæ, morte donantis non indigeant vt confirmentur, sed statim, & ab initio, firmæ, validæque sint. *d. l. donationes quas Diuus, ponderando verba: ibi valere fanumus: & rursus verba: minimeq; opitulatione quadam extrinsecus indigentibus. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Tam itaque à casu nostro, dispositio l. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vxor. est remota, vt nihil supra.

Ceterum fac, donationem nostram, traditione aliquo modo, opus habuisse: non desiderabis attamen etiam hac in parte, si rem altius expenderis, quicquam.

Quis enim inficiabitur, Donatariam nostram, sciente, quinimò etiam iubente donatore, ab eo tempore, quo donatio, prin um conficiebatur, possedisse, atque detinuisse omnia, ad hereditateni donatam, pertinentia, siue immobilia hæc, siue mobilia fuerint?

Quare, non est, quòd de traditione post- 106
hac, ambiget quisquam. Probo enim traditionem eo ipso, quòd res, quæ tradi mihi debebant, teneo, atque possideo, præeunte titulo. *l. siue autem ff. de public. Br. ad l. Celsus. n. 16. ff. de vsucap. Crau. cons. 741. n. 14. vbi Calcan. & Socin. eius sententiæ assentias nominat. & cons. 746. n. 12.*

Quinimò, cum res donatæ, quid incorporale sint, vtpotè hereditas. N. opus non fuit traditione vlla alia, præter patientiam donantis.

Certum enim est, quod hereditas, quid 107
incorporale sit. *§. incorporales. Inst. de reb. corp. & incorpor.*

Quòd item in incorporalibus, traditionis 108
loco, patientia sit. *l. 3. §. Aare. ff. de vsufr. l. quotes in fin. ff. de fern. Crau. cons. 707. n. 5. & cons. 921. n. 1.*

Nec obstat, quòd attamen adhuc æs alienum ad hereditatem hanc pertinens, non exegerit Donataria: nam cum obligationum literæ, Donatariæ nihilominus traditæ fuerint: vel id solùm, vt traditionem factam esse dicamus, satis erit. In genere enim ve- 109
rum est, instrumenti traditionem, vicem traditionis ipsius rei sustinere. *gl. in Lab emtione. & ibi DD. ff. de pact. Bl. ad l. 1. per ill. text. C. de donat. Vvesenb. in tr. feud. q. 7. n. 6.*

Sed & tradito instrumento rei donatæ, ipsa 110
quoque res donata, tradita esse creditur. *d. l. 1. C. de donat. Couarr. Var. resol. lib. 3. c. 16. n. 12. Mastard. in tr. de probat. conclus. 1183. n. 24. & 25. Strach. in tr. de adiect. p. 4. q. 8. n. 2.*

Et vt

Et vt tandem articulum hunc concludamus, momenti quoq; vllius id non est, quod de verbi promittendi significatu adducebatur: non enim verbum solùm promittere, quod in donationum literis positum est, ponderandum: sed & ad illa verba: tradidit, vt posthac iure hereditario sibi haberet, Erblich vnd eigenthümblich vbergeben/ quæ non minus in donationum literis leguntur, animaduertendum erit.

111 In ciuile namque est, de dispositione aliqua, nisi ea tota per lecta, cognita atque perspecta dijudicare. *l.in ciuile.ff.de ll.VVesenb. consil. 44.n. 14.*

112 Sic quoque illud rationis aliquid non habet, quòd dicitur: donationem coniugum non infinuatam: planè concidere, etiam quatenus quingentis solidis maior non est.

113 Primò enim respondetur, hoc vsque adeò rutum non esse: sed magis communiter, in contrariam sententiam itum esse: quòd nempe ciuilemodi donatio non vitietur ratione eius quantitatis, quæ infra quingentorum solidorum numerum, subsistit. *Vti Odofr. Iob. And. Crott. Aret. Rub. in id vdduitu, testu est Bellon. cons. 4 n. 11. vers. sed tenendo.*

Sed &, æquiorem hanc postremam esse opinionem, attestatur. *Clar. in d. §. donatio. q. 17. n. 3.*

113 Deindè respondetur, insinuatione nulla opus esse, in donatione ab illustribus personis in coniuges suas collata *d.l. donationes quas Diuus. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Vndè quæ mouebatur obiectio, nihil planè cum casu nostro commune habebit.

Quod ad TERTIAM deinceps attinet obiectionem: quòd scilicet, hæc hereditas, ceu quid fiscale donari non potuerit: innititur ea, in præsuppositis falsis.

114 Nam cum iuris sit explorati: quòd quæcunque principi, ratione propriæ personæ, verbi gratia, quia propinquior est, obuenient, priuato principis patrimonio accensenda sint, à quo principe, cui obuenerant, in quemcunque vult, alienari possint. *Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 2. in pr. n. 8. & 9 Phil. Franc. ad rubr. n. 62. de testam. lib. 6. Iaf. ad l. 1. n. 1 ff. de off. procur. Cæsar. Iaf. ad l. procurator. n. 1. C. de edend. Kinch. ad priuil. Saxonic. ad v. Ducum Saxon. c. 8. ad fin. fere.*

Hæc verò hereditas, quæ dono dabatur, N. non obuenerit: nisi quia heres esset proximus:

Consequatur oportet, hereditatem hanc, ad patrimonium fiscale non pertinere proindeque N. in quemcunque voluerit, eam alienare potuisse.

115 QVARTAE deindè obiectioni æquiuocationis fallacia inest: quòd enim dicitur hereditatem non in testamento alicui dari posse, de propria datus hereditate intelligendum est: minime autem obtinet, respectu & intuitu hereditatis, quæ danti aliundè obuenerat, quæque hereditas propriè loquendo amplius non est. Quin enim hanc in alium, contractu etiam inter viuos, transferre possim, nulla, quæ prohibeat, extat iuri dispositio.

Si etenim verum est, quòd eo ipso, quod alicui ceditur, vel donatur hereditas, ad cedentem, vel dono dantem lege deuoluta, illa ipsa hereditas adeatur *l. si auus. C. de iur. delib. l. illud l. gerit. ff. de acquirend. hered. Mascard. in tr. de probat. concl. 44. n. 1. Crauet. cons. 200. n. 1.*

Hereditas autem adita, amplius hereditas non sit, sed eius, qui adierat, patrimonio proprio accenseatur. *Iaf. ad rubr. n. 5. ff de acquir. hered. Iaf. in l. si quis filium. §. in omni. n. 20. ff cod. tit. Iaf. ad l. 1. §. veteres. n. 14. ff. de acquir. poss. Tiraq de vt. retr. p. 1. §. 11. gl. 1. n. 18. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 190.* 116

Nihil planè in medio relinquitur, quin vti de alijs rebus proprijs: etiam de hereditate, per contractum inter viuos, is qui adierat, disponere possit.

Atq; ita, nec enim per emendicata suffragia ire libet, quod hereditas possit donari, *tradit Mascard. in d. tr. de probat. concl. 44. n. 1.* 117

Maioris quoque momenti illud non est, quod habet QVINTA obiectio: deberi nempè, ex donatione hac, vtpote morte confirmata, atque ob id, ad instar relicti sese habente, Falcidiam:

Nam primò erebior est illa opinio: quòd tùm demùm detrahatur, ex donatione morte confirmata, Falcidia: si illaipsa donatio expressim, vel testamento, vel rabulis Codicillaribus, confirmata fuerit. Quòd si nihil præterea donationi accesserit, quàm mors donatoris, atque hinc solùm donatio robur acceperit: tunc rem aliter sese habere, statuunt. *Vti Gribald. Alex. de Imol. Vincent. à Sala & Pico in id congestu, hanc esse communem, in scripta immisit. Graff. recept. sentent. §. Falcidia. q. 8. n. 2. & q. 16. n. 3. vers. tertia opinio.* 118

At enim hîc donatio nec testamento, nec codicillis confirmata fuit.

Deindè illud quoq; respondeti rectè potest, hanc donationem, vtpote inter Illustres celebratam, confirmatione, per mentem donantis, neutiquam opus habuisse: sed statim, ac conficiebatur valuisse. *d.l. Donationes quæ Diuus, ponderando verbum aliàs C. de donat. int. vir. & vxor.* 119

Non itaq; habet sese, quicquid aliàs sit, ad instar relicti, & consequenter procul hinc facesit Falcidia.

III. QVÆSTIO.

RElatum nunc, vt de TERTIA, eademque postrema quæstione videamus.

Ceterum, & illa quoq; videbatur omninò valitura. Cùm omnia hîc conueniant, quæ donationem causa mortis, iustam, legitimamq; efficiunt.

Nam

120 Nam cum PRIMÒ desiderent iura: vt mortis mentio, ad perfectam causa mortis donationem introducendam, expressa fiat. *gl. in l. Seia. §. Vlt. & ibi Dr ff de donat. cauſ. mort. Iaſ. ad l. qua dotis. n. 16. ff. ſol. matrim. Boër. deciſ. 354. in pr. Vitus com opin. lib. 1. in v. donatio. Sour. recept. ſent. lit. D. n. 276. Card. Paris. conſ. 90. in pr. volum. 3.*

121 Quodq; effectus donationis huius, ad mortis vſque eius, qui donauerat, tempus differatur. *Clar. recept. ſentent. §. donatio. q. 4. n. 4. Gomez. Var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 15. Sigiſm. de Neap. conſ. 5. poſt nu. 4.*

A dimpleta hæc omnia hîc fuêre.

122 Deinde, & quidem SECVNDÒ loco, requirunt iura, ceu quid, donationis cauſa mortis ſubſtantiale, interuentum, atq; præſentiam quinq; teſtium. *l. vlt. C. de donat. cauſ. mort. Mozz. in tr. de contract. Rubr. diuiſ. donat. n. 18. Graſſ recept. ſentent. § donatio cauſ. mort. q. 11. n. 1.*

Sed & hic affuerunt teſtes quinque, exceptione omni longe maiores.

Nec exhibet negocium vllum, illud: quod attamen vnus horum teſtium, frater fuerit Donatariæ.

Nam hinc inferre licitum non eſt: quòd hic Teſtis, adhibitus rectè non fuerit.

123 Nam etſi verum ſit, quod integri teſtis perſonam in cauſa fratris (cuius appellatione, ſoror quoque continetur *l. tres fratres.*

124 *ff. de tranſact.*) non ſuſtineat frater. *Proſp. Farinac. in tr. de teſtib. q. 54. n. 89. cum ſimilib.*

125 Quod & in teſtamento, in quo frater heres ſcribitur obtinet. *§. in teſtibus Inſt. de teſtam. Reuber. in tr. de teſtib. p. 2. n. 49.*

126 Cogitandum attamen viciſsim erit: quod frater pro fratre, potiſsimum verò in inſtrumentis, regulariter teſtimonium rectè ferat. *Vt ex Farinac. d. q. 54. ex n. 84. videre eſt.*

127 Sed & quod dicitur: teſtem in teſtamento, fratrem, pro fratre herede ſcripto, eſſe non poſſe: tùm demùm obtinere, ſi vterque frater adhuc, in poteſtate, facriſque paternis fuerit. *d. §. in teſtib. Inſt. de teſt. Reub. d. p. 2. n. 49.*

Exploditur itaque, momento facili, obiectio hæc.

TERTIÒ: impugnari quoque valide donatio hæc non poteſt, ratione perſonarum, tàm eius, qui donationem fecit: quàm eius,

128 in quam donatio conferebatur. Cum mortis cauſa donare, cuique viro, atque vxori, integrum, atque fas ſit. *l. mortis cauſa inter virum. ff. de donat. cauſ. mort. Ripa. ad l. 2. n. 3. ff. de legat. 1. Gomez. Var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 18. verſ. nona Graſſ. recept. ſent. § donat. cauſ. mort. q. 6. n. 1. vbi hanc de iure veriorem eſſe, & quotidie idipſum, in Germania, obſeruari atteſtatur.*

129 Et quantumuis, id ſemper, & vbique verum non eſſet: procederet attamen ad minimum, in donationibus earum perſonarum, quæ in dignitate conſtitutæ ſunt. *arg. d. l. donationes quas Diuus. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Quam ad vſque mortis cauſa donationes, meritò extendimus. Sic namque videmus 130
diſpoſitionem *l. ſi quis argentum. §. ſin autem. C. de donat.* etſi de donatione tantùm, inter viuos * loquatur: à plærisque tamen, ad eam quoq; donationem, quæ mortis cauſa fit, porrigi, atque extendi. *gl. in l. cum pater. §. Mæuo. ff. de legat. 2. & communiter hac traditio recepta eſt. Alex. in l. ſciendum. n. 7. ibi Iaſ. n. 20. & DD. ff. de legat. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam in v. donatione largitus. n. 248. C. de reuoc. donat. Couarr. ad rubr. p. 3. n. 14. ext. de teſtam. Ferdinand. Vaſq. ill. cont. c. 62. n. 11. Clar. recept. ſent. §. donatio. q. 14. n. 2. Graſſ. recept. ſent. §. donat. cauſ. mort. q. 2. n. 1.*

QVARTÒ accedit adhæc, quòd iuris ſit 131
triſsimi: quod curlibet, teſtandi de pecunia ſua, facultas conceſſa ſit. *text. ad literam in l. teſtande. C. de teſtam.*

Quod item: pecunia, mobilibus connu- 132
meretur. *§. & quia parum. & ibi Ang. Auth. de nupt. gl. in l. monentium per ill. text. ff. de verb. ſignificat. Crau conſ. 934. n. 2.*

Mobilium autem alienatio, ne inter viuos 133
quidem, vlſibi prohibita ſit. *gl. in auth. de non alien. ad v. huiusmodi. Redo. n. in tr. de reb. Eccl. non alienand. q. 50. n. 3.*

Equid igitur vetat, hanc quoque pecuniam ſignatam, de qua res eſt, motis cauſa, donari poſſe?

QVINTÒ iuſſerat quoque Donator, ne quo modo, donatio hæc, à filijs, filiabuſq; ſuis impugnaretur, atque adeò cuerteretur:

Rata itaque tantò magis, noſtra hæc do- 134
natio erit. Nam iuris eſt clariſsimi: quæcunque parentum præcepta, fideliter cuſtodienda eſſe. *§. diſponat. auth. de nupt. Simon. de Pret. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 4. interpr. 2. dubit. 4. n. 2. Boer. ad conſuet. Bitur. tit. de ſtat. perſon. §. 1 1. gl. 3. Capif. in tr. de num. teſt p. 1. c. 3. n. 37.*

SEXTÒ: priuilegia vltimarum voluntatum, militibus largita, principibus quoque 135
conceſſa, atque data ſunt. Dummodò tales ſint, qui ſuperiorem non recognoſcant: aut ſi ſuperiorem recognouerint, à ſupremo tamen principe, iura Imperij conceſſa habeant. *Alex. de Imol. ad l. centurio. n. 26. ibi Iaſ. n. 8. Socin. Iun. n. 78. Lancil. Gallaud. n. 60. ff. de vulg. & pup. Sfort. Odd. in tr. compend. ſubſt. t. p. 4. q. 3. præmiſ. 4.*

Iam verò peculiari milites fruuntur priui- 136
legio, vt ne in eorum vltimis voluntatibus, legi Falcidiæ, locus vllus reliquus ſit. *text. ad literam in l. in teſtamento. l. 2. & ibi DD. communiter. C. de teſtam. milit.* *

Concluditur itaque rectè, nec in hac quidem mortis cauſa donatione, Falcidiæ detractionem, locum inuenire poſſe. Atque ita 137
in ſpecie, quòd in principis diſpoſitionibus vltimis, ceſſet Falcidia, *decidit Coraſ. in l. filium quem habentem. n. 22. C. fam. herciſc.*

SEPTIMÒ: tres omninò cauſæ ſunt, ob 138
quas mortis cauſa donatio, retractari poteſt.

Veluti

veluti pœnitentia donantis *l. qui mort. causa. ff. de donat. causa mort. Mozz. in tr. de contr. Rubr. diuis. donat. n. 18.*

Si priſtinæ ſanitati donans reſtitutus fuerit. *gl. & Br. in l 3 ff. de donat. cauſ. mort. Graſſ. d §. donatio. q. 21 n. 2.*

Et denique ſi rem donatam vltrò, poſtea donans abalienauerit. *Graſſ. d. q. 21. n. 1.*

Nulla harum, ad noſtrum caſum, pertinet. Rectè itaque aſſerimus, donationem hanc, omninò valere.

Nec obſtat, quod attamen donatio hæc, paucis ante diebus celebrata fuerit, quàm ſupremum clauderet diem, Donator: quòd
139 item in mortem intenti, ad omnia facilè annuant, præter animi quoque intentionem. *Pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 17. ante n. 1. Socin. Neap. conſ. 183. lib. 2.*

140 Nam quicquid eius rei ſit, dummodò ſanæ mentis, ægro licet corpore, diſponens fuerit, hinc attamen nihil diſpoſitionis valori decedet. *Menoch. in tr. de præſumt. lib. 4. p. 1. præſumt. 8. n. 23.*

141 Cum & ea vltima voluntas, quam ſemimortuus conficit, etſi articulate amplius loqui non poſsit, ſed balbutiat iam, viribus non deſtituatur. *text in l. quoniam. & ibi gl. V. Seminecio. Bl. Angel. Alex. n. 4. Iaſ. n. 3. Dauth. n. 4. C. de teſtam. Cephal. conſ. 546. n. 16.*

Neque verò ambigi oportet, Donatorem noſtrum, ſanæ adhuc mentis fuiſſe.

142 Nam de ſanitate mentis diſponentis, ſatis ex eo apparet, quod benemeritis de ſe, diſpoſitione ſua contulit. *Menoch. d. lib. 4. p. 1. præſumt. 8. n. 35. Alex. conſ. 12. col. vlt. verſ. & dictum. volum. 1.*

Atenim hîc, benè de ſe meritam coniugem, remunerauerat donator.

143 Nec obſtat, quòd in contrarium adducebatur: ægrotantes facilè, ad quæuis annuere ſolere: Id enim locum ſibi, eò duntaxat caſu vendicat, cum ægrotans interrogatus, num hoc vel illud diſponere velit: ad intetrogata annuit. *Vt videre eſt, ex ipſomet Peccio, in ill. loco, quem modò allegabamus.*

Non itaque huc quadrat, allegatio iſthæc. Nam vt habet donationis inſtrumentum ipſe Donator, ſingulis teſtibus, ſeorſim indicauit, quare eos accerſi iuſſerat.

Vlteriùs, non quoque negocium faceſsit illud: quòd attamen donatio hæc, cum tamen ſummam quingentorum ſolidorum, longiſsimo interuallo, poſt ſe relinquat, actis inſinuata non fuerit.

144 Nam hoc donationum genus, inſinuationem non requirit: ſed ea non accedente, nihilominus ratum eſt. Veluti ſæpius iam eſt oſtenſum, & commune hoc eſſe interpretum placitum, *atteſtatur Anton. Gabr. Roman tr. reg. lib. 3. tit. de donat. concl. 1. n. 77.*

At inquies, hereditas attamen, Donatoris, adita nondum eſt: atenim hoc nociuum, donationi non eſt.

Nam cum ea, in teſtamento facta non ſit, 145
perindè erit, ſiue hereditas adeatur, ſiue non. Etenim vtroque caſu, vtiliter, quod mortis cauſa donatum eſt, peritur. *Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. n. 10 ff. de verb. obligat. Gomez. Var. reſol. lib. 2. c. 4. n. 16. Couarr. ad Rubric. p. 2. nu. 2. & n. 22. ext. de teſtam. Graſſ. recept. ſentent. §. donatio cauſ. mort. q. 13.*

Poſtremò, flocci quoque faciendum eſt illud: quod attamen inſtrumentum donationis non dicat, præſentem fuiſſe cum peragerentur iſta, Donatariam.

Nam etſi iuris ſit haud incogniti: mortis 146
cauſa donationem, nullius planè momenti cenſeri, ſi is præſens non ſit, in quem confertur. *l. inter mortuu. & ibi DD. ff. de donat. cauſ. mort. Decius communi calculo, traditionem hanc approbatam eſſe atteſtans ad l. ſi ego. n. 2 ff. ſi cert. pet. Hipp. de Marſ. ad l. ſi quis n. 98 ff. de quæſt. Gomez. Var. reſolut. lib. 2. c. 4. n. 16. Couarr. ad Rubr. p. 3. n. 3. ext. de teſtam. Graſſ. in §. donatio cauſ. mort. q. 9. n. 1.*

Eſt tamen quod reſpondeamus: quod o- 147
mnis donatio cauſa mortis, etiamſi abſenti fiat, conſiſtat in vim fideicommiſsi, ſi in eius confectione, interuenerint, quinque teſtes. *gl. in l. 1. C. de donat. cauſ. mort. Bran. l. 1. ff. cod tit. Gomez. Var. reſolut. lib. 2. c. 4. n. 18. Iul. Clar. §. donatio. q. 5. n. 3. Hartman. Piſtor. q. 13. n. 8. vol. 1. Graſſ. d. §. donatio cauſ. mort. q. 9 n. 5.*

Verùm etiamſi hæc, plauſibilia eſſe videantur: talia tamen non ſunt, in quibus ſpem certam, figere queamus.

Plæraque enim adhuc ſuperſunt, ob quæ, falſa efficitur hæc deciſio, aque vero diſſentanea.

Primò enim longè eſt receptiſsimum, 148
quòd etiã donatione mortis cauſa, coniugib. interdictum ſit. *gl. ad l. 2. in v. legatum. ff. de dot. præleg. Eman. Acoſt. ad c. ſi pater in v legauit ante. n. 1. de teſtam. lib. 6. Couarr. ad rubr. p. 3. n. 2. ext. de teſtam. Iulian. Clar. recept. ſentent. §. donatio. q. 9. n. 2. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de perſon. int. quas cad. pot. donat. n. 31. Graſſ. d. §. donat. cauſ. mort. q. 6. n. 1. Eman. Soar. recept. ſent. lit. D. n. 286. qui omnes, hanc inter omnes receptam donationem eſſe, atteſtantur.*

Concidit itaque planè hæc donatio. Cum 149
perſonæ defectus, omnium ſit maximus vt latè proſequitur *Schrad in tr. feud. p. 10 in præamb. n. 31.*

Ea verò hic, ob perſonas celebrantes eam; veluti, qui coniuges ſunt, perſonæ defectum patiatur.

Nec refragatur illud: quod tamen hæ per- 150
ſonæ, in dignitate conſtitutæ fuerint: Nam non adeſt, aliqua iuris diſpoſitio, hac in parte, perſonas illuſtres, aliqua prærogatiua, atque priuilegio donans.

Vndè

151 Vndè consequitur: cum personæ Illustres, & super illustresetiam, pari in contractibus, cum priuatis iure, vtantur atque fruantur, nisi quatenus ratione & intuitu illorum, peculiare quod ius, latum, promulgatumque fuerit. *Schrad. in tr. feud p. 10. sect. 20. n. 359. & in loco ad quos lectorem remittit.*

152 Donatio verò causa mortis, quo ad contexitur, inter contractus computetur: *Bl. ad l. 2. & ibi Ias. n. 7. ff. de legat. 1. Capyc. decis. 73. n. 7. Couarr. ad rubr. p 3. n. 1. ext. de testam.*

Quòd etiam ad donationem causa mortis, inter virum, & vxorem quod attinet, personæ illustres, eodem, quod in subditos constitutum est, iure, vtantur.

At ais, donatio attamen hæc, ob benemerita suscipiebatur:

Sed ad hoc, regeram ego tibi, quod ne hoc
153 quidem dicere, aliquid sit. Cum hoc iure vtamur, quo merita ad donationem mortis causa quod attinet, in consideratione non habentur. Per trad. *Mozz. in tr. de contract. Rubr. diuis. donat. n. 19. vers. sextus.*

Et, si momentum aliquod, in donationibus causa mortis, merita habeant: alia attamen ea esse oporteret, quàm quæ vocant, obsequialia.

At enim hîc nulla, nisi obsequialia merita exprimuntur: digna itaque non sunt, quæ perpendantur. Etenim eius generis merita,
154 in donationibus inter coniuges, etiam inter viuos, post habentur. *Pro vt hoc testatum reliquit Ias in l. ex hoc iure n. 55. in fin ff. de iust. & iur. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione. n. 106. C. de reuoc. don.*

155 Secvndò: incogniti quoque iuris illud non est: quòd vbi traditio, rerum mortis causa donatarum non interuenit: ibi quoq; ob mortem donatoris, non confirmetur eius generis donatio. *Vtum indiuiduo scriptum reliquit Couarr. ad rubr. p. 3. n. 2. ext. de testam. vbi Bl. idipsum quoq; asseruisse testu est.*

Enimuerò hîc de traditione, vel vera, vel ficta, nihil apparet. Quinimò vt antea tetigimus, Donatariam, vnquam in actu donationis, præsentem fuisse, non constat.

Non possumus itaque rectè dicere, donationem hanc, morte donantis, confirmatam esse.

Nec audieris etiamsi dixeris: grauiter attamen decubuisse Donatorem: ideoq; quos
156 donarat nummos, numerare Donatariæ, præpeditum fuisse: Nam numeratione quoque, hic opus non erat: sed legis desiderium explebatur, etiamsi nummi donati, saccis, vel capsulis inclusi, traditi fuissent: sed & clauium traditio, quibus capsulæ, vbi recondebatur pecunia donata, reserarentur, sufficiebat. *Mozz. in tr. de contract. Rubr. de pers. int. quas. Cad. pot. donat. n. 39. & seqq.*

Fatear equidem necesse est, si de traditione, vel vera, vel ficta, quicquam etiam posthac edoceretur, primum, & secundum hoc, quod posuimus fundamentum, consistere nō posse.

Tertiò saluberrimè quoque iura pro- 157
spexerunt: quòd ad patrimonium principis fiscale, siue publicum pertineant omnes reditus, omnesque fructus principatus: omneque id, quod vicissim ratione illorum reditauum, & fructuum percipitur: siue idipsum, in pecunia numerata, siue in nominibus debitorum, siue denique in alijs bonis mobilibus, atque allodialibus consistat. *Br. ad rubr. n. 13. ibi Ioh. de Plat. n. 8. C. de iur fisc. lib. 10. Br. ad l. 1. n. 4. C. vt nem. luc. ab emt. Specier lib. 10. Bl. ad rubr. & ibi Salyc. n. 1. C. de priuil. fisc. Guilelm. de Pernon tr. de reg. & regn. n. 13. Corset. in singul. in v. fiscus. Castr. consil. 106. n. 3. lib. 1.*

Sed & ea, quæ vt modo dictum est, ad prin- 158
cipem spectant, non solùm: verùmetiam ea quoque, quæ aliundè ad principem deuoluuntur, contemplatione attamen, & intuitu principatus, ad patrimonium principis publicum, siue fiscum, pertinent, atq; spectant. *Philipp. Franc. ad rubr. n. 62. de testam. in 6 Vasq. ill. contr. c. 105. n. 28.*

Præterea quoque iuris indubitati est, quod 159
omnis pecunia, omniaque mobilia, & sese mouentia principis: nomina item debitorum eiusdem, in dubio casu, ex patrimonio publico, siue fisco prodijsse, præsumantur. Quodque huic præsumtioni tandiu locus sit, donec de alio edoceatur. *Domin. de S. Gemin. ad c. abbate fani. 9. sed hoc. n. 2. de sent. & re iud. in 6. Vasq. ill. contr. c. 105. n. 28. fac. trad. Alex. consil. 6. n. 5. lib. 4.*

Oportet itaque, vt tandiu res in præsens in Donatariam collatas, fiscalibus bonis accenseamus, donec fides facta fuerit. Donatorem eas aliundè, puta ex hereditate ad se ab intestato delata, vel ex militia, vel ex donatione magni alicuius principis, acquisiuisse.

Nam quoufqne hoc fiat, illa indubitate 160
standum erit regula, quam superius ad ducebamus: nempè quòd ea, quæ fisci sunt, omnè planè alienationem respuanr, & ad eum pertineant planè, ad quem successio & dignitas principatus, pertinere incipit. *Bl. ad rubr. n. 18. C. de iur. fisc. lib. 10. Fr. Lucan. in tr. de iur. fisc. p. 1. n. 56. Coras. ad l. filium quem habentem. n. 22. C. fam. her. Ign. in repet. l. donationes quas Diuus. n. 44. C. de donat. int. vir. & vxor. Petr. Gregor. in Syntagm. iur p. 3. lib. 31. c. 31. n. 4. Dauth. in tr. de testam. sub n. 86. vers. porrò fiscalia.*

Qvartò: esto, donationem nostram 161
legitimam omninò & iustam esse: non impedietur attamen ob hoc, quartæ Falcidiæ detractio. Extra controuersiam enim positum est, quod mortis causa donationes, oneri detractionis Falcidiæ, suppositæ, atque obnoxiæ sint. *l. cum pater 5. eorum. ibi Br. Bl. Castr. Imol. & DD. ff. de legat. 2. l. 1. 5. si quis ex mortis & ibi DD. ff. quor. legat. si mortis. C. ad l. Falcid. l. fecit in pr. ff. de*

pr.ff.de donat.caus.mort. Br. & DD. ad l.1.§.item si ità.ff.ad l.Falcid. Br. & DD. in l.qui precio ff.de donat. caus. mort. Mozz.in tr.de contract. Rubr.diuis.donat. n.31. Gomez.Var. resol.lib.2.c.4.n.17.

162 Neque verò facesſit huic negocium illud, quòd mortis causa donatio tùm demùm ſubdetur Falcidiæ, cum facta, in teſtamento, vel codicillis fuerit: *Vti placiuſſe videmus Couarr. ad rubr.p.3.n.20.ext.de teſtam.*

Nam reſtrictionem hanc.textus modo adducti, non patiuntur. Simpliciter enim & in genere, Falcidiæ, in omni, mortis cauſa donatione, ſed & quandoque in mortis cauſa capione, faciunt. *Vt videre cuuis, primo etiam intuitu, facile eſt.*

QVINTÒ: etiamſi, ne Falcidia quidem, obſtaculum donationi huic præberet: in conſideratione tamen habenda erit illa legum

163 diſpoſitio, quæ vult: quod legata, quoium appellatione, & fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio veniunt: *per trad.Iaſ.in l.1.n.27. & 28.ff.de legat.1.Cald.ad l. ſi curatorem in v. fine curatore.n.17.C.de reſt.in integr.*

164 Non debeantur, niſi prius deducto ære alieno defuncti, *l. ſi vniuerſæ.C.de leg.m. Iaſ.ad d.l. 1.n.89.ff.de legat.1.Montic.in tr.de inuent.her.in pr. n.11.& 12.Tir.ag.in tr.de priuil.præ cauſ.priuil.72.*

Prius itaque diſſoluta eſſe oportet, Donatoris debita, quam donatio hæc cum effectu

165 peti poſsit. Atq; ita in indiuiduo quod mortis quoque cauſa donatio, ſoluenda non ſit, ſi debitis hereditarijs, bona hereditaria non ſuffecerint. *decidit Iaſ. in l. ſi vniuerſæ, quam legit cum.l.cum reſponſio.n.6.C.de legat.per l.1.§.1.& ibi gl.ff. ſi quid in fraud.patron.*

Ceterum his reipſa non obſunt, quæ, vt ſupra recenſuimus, ſpeciem aduerſi præſe ferre videbantur.

Nam in PRIMA, SECVNDAQVE obiectione, argumenium deducitur, ab inſufficienti partium, & requiſitorum enumeratio-

166 ne. Cuiuſmodi argumentationes vitioſæ ſunt. *l. filius. §. filiuſſam. miles tum ibi gl.ff.de lib. & poſtum. Br. in l. ſi quis neget. ff. de lib. agnoſc. Euer. in top. in loc. à part. cuum. n. 3. octa. Simoncll. in tr. de decret. tit. 6. n. 93.*

167 Nec enim ſequitur, hìc expreſſa mentio mortis facta eſt: ſed & effectus, actus qui gerebatur, poſt mortem vſque celebrantis eum, differebatur: Ergò perfecta initia eſt, mortis cauſa donatio. Cum fieri poſsit, vt vel ratione perſonæ donantium, vel rerum quæ donantur, tales promanent defectus & vitia, quæ omne id, quod geritur, euertant, atque connellant.

168 ADTERTIAM verò obiectionem: quòd omnium ordinum maritis, atque vxoribus, ſeſe mortis cauſa donare, integrum, atq; fas

* ſit: reſpondetur: quod communiter ab hac ſententia diſceſſum, & è diuerſo, communi Interpretum ſuffragio, receptum ſit: non minùs ac donationem inter viuos: mortis quoque cauſa donationem, ad maritum & vxorem quod pertinet, prohibitam, ac denegatam eſſe. *Vt ipſimet fateri coguntur, & Ripa, & Graſſus, in locis ſub hac tertia obiectione adductis.*

Cum itaque iuris non ambigui ſit: quòd 169
in iudicando conſulendoque, communi calculo, approbatam opinionem, præ oculis habere, ac ſequi debeamus: *Iaſ.in auth. nouiſſima. n.22.C.de inoff.teſt.Neuiz.in Sylual.nupt.lib.5.n.1. Lancilott. in tr. de off. prator. Rubr. de ſentent.n.21. Toming.deciſ.23.n.13.Capiferr.in tr.de num.teſt.p.1. c.16.n.50.*

Hanc ſequamur oportet, non verè contrariam illam.

Nec obſtat his, Graſsi aſſertio; qua dona- 170
tiones haſce mortis cauſa, inter coniuges, frequentes admodum eſſe atteſtatur.

Nam ſcipſum interpretatur Graſſus, quòd ſcilicet obſeruantiam hanc, de illis locis, in quibus iure Saxonum, homines reguntur, intelligi velit.

Non itaque quicquam ad nos, Graſsi af- 171
firmatio pertinet. Nihil enim ad nos, quæ foris fiunt *c.gaudemus ext.de dinort. Bertach. in tr. de gabell.p.7.n.26.Pet.Roiz.deciſ.Lituan. 5.n.228. Seraph. de Seraph.in tr.de iuram.priuil. 123.n.5.*

Pariter quoque non refragatur his, l. do- 172
nationes quas Diuus. C. de donat. int. vir. & vxor. Loquitur enim tantummodò de donationibus inter viuos. Et præterea deciſionis ſuæ hanc rationem reddit: quod contractus Imperiales, legis vicem obtinent.

Porrigenda itaque ad mortis cauſa dona- 173
tiones non eſt. Aliud enim hac in parte, contractus, aliud mortis cauſa donatio eſt. *Vt videre eſt ex traditis per Clar. d. §. donatio. q.5.n.1. Mozz.in tr.de contract.Rubr.diuiſ.donat.n.21.& 22.*

Et diſpoſitio legis, quantumuis generali- 174
or, aſtringenda attamen eſt ad terminos rationis reſtrictioris, quæ in illa lege exprimebatur. *Euer.in top.in loc.à rat leg. Prift.n.1. Tiraq. in l.bones limit. 10.n.3.ff. de verb.ſignificat.Vaſq.ill. contr.c.5.n.7.verſ.quartò. Hartman.Peſſor.q.15.n. 37.lib.2.Alc.paradoxor.lib.5.c.18.n.5.*

Vt ſcientes, prudentesq; taceamus, hanc- 175
ipſam legem, inris communis correctoriam eſſe. Quam enim vetat ius antiquum, inter virum & vxorem donationem: hæc permittit. Quare eam rurſus haud iniuria reſtrictiſsimè accipiemus. Eò, quod correctoria iuris communis extendere, indecens ſit, atque irrationabile. *Iaſ.ad l.Marcellus n.34.ff.ad S.C.Trebell.per l. præcipimus. C.de appell. & c. cum expediat de elect. lib.6.cum ſimilib. vulg.*

Sic quoque argumentatio, ex l. ſi quis ar- 176
gentum, §. ſin autem. C. de donationibus non concludit:

Negatur enim d.§.ſin autem, ad donationes inter viuos ſolùm, alligatum eſſe. Cum ipſa oſtendat litera, eum, ſemper & vbiq; de

177 donationibus in genere loqui. Donationis verò appellatione generica, vtraque donatio, & quæ inter viuos fit, & quæ mortis causa appellatur, veniat atque complectatur. *per l. 1. ff. de donat.*

178 In genere item verum sit, ad generis positionem, positionem quoque cuiuslibet speciei sequi, quatenus sub genere comprehenditur. *arg. l. item legato. §. item interest. ff. de legat. 3.*

179 Sed & illud denique responderi potest, illam §. fin autem extensionem, qua ad mortis vsque causa donationes porrigitur, contradictoribus, ijsdemque pluribus non carere. *Quorum aliquos recenset Tiraq. in l. si vnquam in v. donat. largit. n. 249. C. de revoc. donat. & alij passim obuij sunt.*

Quo in loco, illud denuò scire oportet, quod tunc, siquidem traditio vel vera, vel ficta, rerum donatarum intercesserit, donatio hæc, ideò, quòd inter coniuges celebrata erat, impugnari vlterius, iure non possit.

180 Cui non refragatur Iohannis Lupi doctrina, dum vult: quòd in id, vt morte donantis confirmetur donatio, causa mortis celebrata, necesse non sit: vllam intercedere traditionem, quantumuis inter coniuges fiat. *Lup. ad rubric. §. 73 n. 2. ext. de donat. int. vir. & vxor.*

Reprobatur enim *per Couarruuiã.* in loco antea designato *ad rubr. nimirũ. p. 3. n. 1. ext. de test.*

Et licet plures adhuc Lupus, Doctorum autoritates adduxisset, vt suam sententiam fulciret: nemo tamen omnium horum, ne somniando quidem, de donatione causa mortis, viri, atque vxoris, cogitauit. Vndè in eum finem allegari, non merebantur.

Porrò facile quoque, quæ ex l. testandi. C. de testam. deprome batur

181 QVARTA obiectio, diluitur.

Primò enim sciendum est, quòd vocabuli pecuniæ significatum, ibi sit latissimum, & non de pecunia propriè sic dicta: seu quæ numerari possit, intelligendum: sed de testantis patrimonio vniuerso. *Vtum specie attestatur tas. ad l. testandi in pr. & ibi Dauth. n. 1. C. de testament.*

Neque id nouum est, cum aliàs quoque & quidem in iure satis frequenter, pecuniæ verbum, hoc significatum habeat. *tradentibus tas. in l. talis scriptura. n. 24. ff. de legat. 1. Dauth. ad d. l. testandi. n. 1. C. de testam. etc. in l. pecuniæ. n. 3. ff. de verb. significat. Brisson. in lexic. lit. P. in v. pecuniæ appellatio c. totum quicquid, n. 4. 3.*

Deinde, verba quoque textus l. testandi C. de testament. ita habent: testandi causa de pecunia sua, legibus certis, facultas est permissa. *d. l. testandi C. de testam.*

182 Fac itaq; hunc textum, de pecunia signata loqui: minerri tamen inde, nõ potest, quòd elicere hinc conabare. Non enim pro libitu proprio, & impotenti libidine, quemquam testari posse: sed certis legibus, facultatem hanc præberi, dicit.

Præindeque cum donatio causa mortis, has leges certas, atque diffinitas habeat, vt ne per maritum fiat vxori: vt ne item dono dentur, res ad fiscum, seu publicum Principis patrimoniũ spectantes: is textus qui in contrarium adducebatur, porius stabilit nostrã sententiam, tantum abest, quod eam infringat, aut demoliatur.

Eodem quoq; modo, facilè concesserimus: mobilium alienationem, regulariter non esse prohibitam: At interim nihilominus procedit illud: quòd res mobiles fisci, omnem prorsus alienationem, non minus ac immobiles, respuant, & procul à se arceant.

Nec non illud quoque: rerum mobilium alienationem per donationem causa mortis, priùs ratam non esse, quàm æris alieni nomine, fuerit satisfactum.

Rectè itaq; concluditur: nostrum casum, 183
cum talis sit, qui à regula excipiebatur, regulam labefactare, & diuersò à casibus regularibus, iure, moderari. Eò, quòd exceptio, in casibus exceptis, regulam cessare, efficiat. *Surd. in tr. de alim. tit. 2. q. 15. n. 253. Hercul. in tr. de attent. c. 30. n. 5. Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 140.*

Sed nunc ad QVINTAM obiectionem accedamus. Ea porrò habet: præcepta parentum testantium, vel mortis causa donantium, exactè adimplenda esse: verũ & hanc, ad quendam tantum modum obtinere posse 184
edicimus. Gaudent quidem leges, si quando viderint, à pijs liberis, iusta, atque mandata, in fata concedentium parentum, etiam imbecillia: quæq; legis rigore plane destrui, & in nihilum redigi potuissent, obseruari: *l. in testamento. ff. de fideicom. libert.*

Interim autem, non magis liberos, quàm 185
extraneum quemque astringunt, ad custodienda mandata parentum vltima, quæ legitima non sunt, sed æquitati scriptæ repugnant. *Et. in l. paterfamilias testamento. n. 2. per ill. text. & ibi Ioh. de Imol. qui hanc legem, cum l. qui solemnendo contungit. n. 4 ff. de her. inst. Sim. de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 4. interp. 2. dubit. 4. n. 2.*

Cùm itaque, præsens donatio talis non sit, cui ius adsistat:

Successorem quidem hanc custodire, iniquum non esse, non abnuimus: at vllam interea adesse, iuris constitutionem, quæ illum cogat, pernegamus plane.

Ad SEXTAM postea obiectionem, hoc 186
applicabimus responsum: quòd opinio quæ habet, omnem principem, de ijs priuilegijs, quibus iura, milites donanerant, participare: communiori quasi calculo damnatam, atque explosam esse. Edquerso autem placuit, eum tantum principem, qui reipsa, in hostico versatur: his immunitatibus frui. *Vt attestantur Mant. in tr. de conied. vlt. vol. lib. 6. tit. 1. n. 39. Graff. recept sent. test. q. 6. in fin.*

** Non

Non itaq; hîc, theorema istiusmodi quadrat. Et etiamsi priuilegio hoc illustres personæ omnes, indiscriminatim donatæ essent: obstat attamen adhuc iuris dispositio alia,
187 volens: quòd priuilegia militaria, confestim, ac alibi, quam in castris, milites testamenta sua condunt, conticescant, atq; locum non inueniant. *§. sed hactenus. Inst. de testam. milit. l. penult. C. eod. tit. l. vlt. §. his itaq. C. de inoff. test. Conn. comment. iur. lib. 9. c. 5. n. 9. Coras. miscell. iur. lib. 6. c. 11. n. 2. Mynsf. cons. 46. n. 2. & alij, quos refert & sequitur Dauth. in tr. de testam. n. 83.*

Concidit itaq; rursus adæquatio hæc, militum atq; personarum illustrium. Non enim in hostico, sed domi, hæc mortis causa donatio perficiebatur.

188 Insuper, iura quoq; Codicis, in militum vltimis voluntatibus, Falcidiæ locum non esse, sancientia, per iura Nouellarum constitutionum sunt correcta, & hodiè Falcidia, nec non Trebellianica, in militum quoq; testamentis, locum sibi vendicat. *Cyn. in l. in testamento. ibi Salyc. n. 2. C. ad l. Falcid. Cyn. in l. precibus. n. 4. in fin. ibi Salyc. n. 13. C. de impub. & al. subst. Br. in l. 1. §. in filij. n. 1. ibi Imol. n. 15. & DD. ff. ad Trebellian. Ias. in l. in testamento la 2. n. 3. C. de test. milit. text. in §. penult. Auth. de her. & Falcid.*

Quamobrem tantò minus obiectio hæc decisioni nostræ, obstat.

Atq; his, destruitur quoq; simul id, quod ex Corasio adducebatur. Corasius enim ad iura illa nouissima, dum hæc doceret, non respexit: sed antiquata illa iura, fundamentum decisionis suæ posuit.

Cùm attamen iuris sit apertissimi: quòd 189
leges correctæ, & antiquitatæ, amplius allegandæ non sint: tantoq; minus, ad extruendam decisionem veram, sufficiant. *Br. ad l. vlt. n. 3. per ill. text. ff. ad l. Corn. de fals. Schrad. in tr. feud. p. 9. sect. 3. n. 103. Capis. in tr. de num. test. p. 1. c. 22. n. 50.*

Ad vltimum, SEPTIMA quoq; obiectio, pondus aliquod non habet. Nam etsi fateamur: quod præter causas ibidem recensitas, ob quas ad reuocationem donationis causa mortis perueniri potest, vix aliquæ reperiantur: interim tamen, ne hoc quidem quicquam, cum nostro themate, commune habet.

Ibi enim tractatur de reuocatione donationum firmarum, & constantium. Hîc verò res est, de donatione, quæ ab initio & ratione personæ donantium, & rerum donatarum iniusta, illegitimaque erat. Vndè hîc quoq;
reuocatione vlla, opus non habemus. Nec 190
enim reuocari oportet, quod nunquam valuerat. *l. in causæ la 2. in pr. ff. de minor. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 17. n. 62.*

Hanc sententiam iuri puto consentaneam. Quare vt eius rei fidem facerem, nomine me subscripsi. Interim cuiq; aliud, diuersumque sentire, per me fas sit: dummodò quæ attulerit, iuri magis accommodata fuerint. F. P. D.

Negocium hoc, postea transactione componebatur.

CONSILIVM XIV.

SVMMARIVM.

1. *Glandis appellatione, veniunt omnes fructus.*
2. *Fructuum appellatione, veniunt quoq; pascua.*
   Glandis appellatione, venire pascua, ibid.
3. *Dispositum de genere, dispositum quoq; censetur, de omnibus eius speciebus.*
   Dispositum de suibus in genere, dispositum quoq; censetur, de suibus minoribus, & nondum ad saginandum aptis.
4. Verschlossene zeit / *quod tempus denotet.*
5. *Syllaba vlla ociosa esse non debet.*
6. *Exclusio aliquorundam, reliquorum est reseruatio.*
7. *In pascuis obseruanda sunt ea, quæ hactenus obseruata fuerant.*
8. *In pascuis obtinet illud, vti possidetis: ita possideatis.*
9. *Contractus talis esse præsumitur, qualem eum, obseruatio subsecuta demonstrat.*
10. *Interpretatio cuiuscunq; contractus optima est ea, quæ sumitur, ex obseruatione decennali, quæ illum contractum sequebatur.*
11. *Verisimile non est, mentionem omnium factam non esse, sub tempus transactionis, quæ erant controuersa.*
    Transigitur ideò, vt tota controuersia sopiatur: non vt relicto, nouæ litis seminario, re hodiè transacta ibid. cras, lis grauior repullulet.
12. *Effectus totus cessare non potest, si aliquæ adhuc, causæ efficientis, remanserint reliquiæ.*
13. *Testi non iurato non creditur.*
14. *Declarator alius est, alius item testis.*
15. *Testis non iuratus, si exceptione omni maior fuerit, efficit, quòd propter depositionem suam præsumatur, pro illo, in cuius bonum deposuerat.*
16. *Declaratio fieri potest, parte altera etiam iniusta.*
17. *Declarationi alicui⁹, quis se submittere potest.*
    Vsq; adeò, vt declarationem, quæ submissionem sequebatur, postea quis, impugnare non queat.
19. *Iudex delegatus, in totum defunctus est officio suo, postquam semel iudicarat.*
    Fallit in delegato principis. n. 20.

21. Delegatio omnis requirit iurisdictionem, in delegante, aliquin nulla est.
22. Arbiter, potest arbitrium suum declarare.
22. Quod extenditur vt n. 23.
24. Arbitratores plures suum possunt declarare arbitramentum.
25. Pascua cum non sufficiunt, domino fundi, & ei, cui seruitutis iure debebantur, præferendus est fundi dominus.
26. Seruitute qui vtitur, vti conuentum erat, in nullo accusandus est.
27. Facto vbi opus est, verba non sufficiunt.
28. Seruitus pascendi non amittitur ob appulsum pecudum, in maiori quam conuenerat numero.
29. Seruitus pascendi, est seruitus realis.
30. Realia possunt cedi ibid.
Seruitus pascendi potest cedi. ibid.
31. Conductores, detentatoribus recte accensentur. Verbum Inhabere, quos denotet.
32. Seruitus pascendi, an breuiori, quàm immemoriali, tempore præscribatur.
33. Possessio per solam contradictionem vitiosa non fit.
Præscriptio non fit irrita ob solam contradictionem. ibid.
34. Contradictio generat malam fidem.
35. Fides bona, vel mala, in interdicto vti possidetis, in consideratione non venit.
36. Fructus syluæ, magis ad illum cui seruitus debetur, quàm ad illum, qui proprietatis est dominus, spectare creduntur.
37. Transactioni, innitens, habet intentionem fundatam.
38. Transactio omnis est strictæ iuris. Imo strictius eam adhuc, quàm reliquos contractus interpretamur. n. 39.
40. Verba conuentionũ, ante omnia consideranda.
41. Verba conuentionum, vbi sunt clara, ibi ad interpretationes, & coniecturas, confugiendum non est.
42. Verba cui non conueniunt, dispositio quoq; conuenire non potest.
43. Res quelibet præsumitur libera, donec seruitutis impositio, probata fuerit.
44. Seruitus nulla, habet causam naturalem.
45. Seruitutibus acquirendis, octo sunt modi diffiniti.
46. Seruitus pascendi quibus modi acquiri possit.
47. Argumentum à sufficienti partium enumeratione, validum in iure est.
48. Transactio de certa aliqua specie, non extenditur ad speciem, ab hac, que in transactione exprimebatur, diuersam.
49. Transactio de paternis bonis, non extenditur ad materna.
50. Conuentio quòd liceat omes nobules pascere, non extenditur, ad pastionem vsq;, ouium vulgarium.
51. Glans in genere sumta, aliam habet significationem, quàm glans caduca.
52. Glans caduca est, que de arbore cadit.
53. Glans caduca, quotannis non nascitur.
54. Suum pascua, quotannis glande caduca excepta in iusta copia nascuntur.
55. Glandis caduce appellatione gramina, herbas, & reliqua pascua venire, absonum est.
56. Seruitus pascendi est realis, quamuis ortum suum ex transactione habeat.
57. Seruitus realis non extenditur vltra, quàm fundi dominantis exegerit utilitas.
58. Verbum preteriti temporis, actus perfectionem denotat.
59. Tempus preteritum in transactionibus, præsens, aut futurum tempus, comprehendere non potest.
60. Non expressa, toties censentur omissa, quotics quis exprimere ea potuisset, si voluisset.
61. Consequentia hæc, in omnibus actibus humanis procedit: non expressit cum tamen potuisset, dummodo voluisset: Ergò consulto omisit.
62. Interpretatio, contra eum facienda, qui legem transactioni, magis aperta dicere potuit.
63. Sophisticationi frena non sunt laxanda, alioquin enim, omnes actus humanos, inuolare atq; euertere posset.
64. Seruitus pascendi amittitur, si quis ea vsus fuerit, alio quàm conuenerat tempore, alio item pecudum genere.
65. Sues, & porci, inter minuta numerantur animalia.
66. Sus animal sordidum est, delectatur luto, ac volutatione in cœno.
Plurimum damni, dat pratis, & agris, dum cespites effodit, ibid.
67. Possessio ab allegante probanda est.
68. Possessionem vel quasi non ostendens, gloriatur quoq; frustra, hoc vel illud ius sibi competere.
69. In pascua aliena greges vel armenta mea, immittere non debeo.
70. Possessio talis esse præsumitur, qualem eam demonstrat, titulus præcedens.
71. Possessionem, vel quasi, iuris pascendi, eo ipso doceo, quod fidem facio, me alias pascere volentes, prohibuisse, pecoraq; eorũ fugasse.
72. Possessio antiquior, recentiori præfertur.
73. Possessio recentior, clandestina præsumitur, donec contrarium probatum fuerit.
74. Possessio libertatis semper, possessione vel quasi seruitutis antiquior est.
Possessionem seruitutis, oportet aliquando incœpisse impositione. ibid.
75. Successor præsumitur, non minùs libertatem suam continuasse, quã antecessor eius fecerat.
76. Sententia, in dubio pro libertate ferenda.
77. In statu libero, quisq; esse præsumitur, potiùs quàm onerofo.
78. Argumentum à persona ad res valet.
79. Fallacia à dicto, secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta omnia destruit, quibus inest.

80. Glan-

80. *Glandis appellatione, veniunt omnes fructus, quatenus agitur de interdicto de glande legenda.*

81. *Glandis appellatione, veniunt omnes fructus, non proprietate verbi, sed ex tantum similitudine.*

82. *Transactionum verba, intelligi debent secundum proprietatem eorum, & non secundum similitudinem.*

83. *Glandis appellatione, veniunt tantùm illi fructus, qui ligneam exterius habent corticem, veluti nuces, castaneæ, &c.*

84. *Verba, aliam habent significationem, vi linguæ latinæ: aliâ item vi lingua vernaculæ.*

85. *Germanica verba, secundum vsum loquendi in ea lingua intelligenda.*
Idem & in latinis verbis, ibid.

86. *Diffinitum, cui non competit, nec diffinitio.*

87. *Plus in conclusione, quàm in præmissis esse non debet.*

88. *Generalitas, quæ ob medium inhabile, in omnibus suis speciebus, locum non inuenit, non operatur quoq; secundum suam generalitatem, sed tantum, quantum facere potest.*

89. *Relatiuum, sine suo correlatiuo stare non potest.*
Verbum Mast: *habet suum correlatiuum* Mastschweine.

90. *Subiecta talia sunt, qualia à prædicatis suis, esse permittuntur.*

91. *Dispositio vna, per aliam, de eadem re loquentem, declaratur.*

92. *Instrumentum, quod non canat, nec ego cantabo.*

93. *Fundamento destructo, corruunt omnia, quæ superiùs ædificabantur.*

94. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

95. *Casus maiorem difficultatem habens, exprimi omninò debet, si includere eum, disponentes voluerint.*

96. *Fallacia consequentis, oritur ex minùs sufficienti inductione, vel conuertibilitate.*

97. *Fallacia consequentis, destruit totum argumentum.*

98. *Inclusio vnius, est alterius exclusio.*

99. *Argumentum ab inclusione vnius, ad exclusionem alterius, quomodo procedat.*

100. *Procedit in dubio tantùm, & non in claris.*

101. *Et quatenus vnum includitur, & exprimitur, referentionis gratia, non verò eo fine, quò spectalius omnia, & expressius notetur.*

102. *Argumentum, ab vnius exclusione, ad alterius inclusionem, labefactatur, per reductionem ad absurdum.*

103. *Correctio supposita, in continenti facta, quid absurdum est.*

104. *Clausula in principio, medio, vel fine posita, nunquam trahitur ad ea, quibus peculiariter iam prouisum est.*

105. *Possessio est quid facti. Ideoq; ab Allegante probanda.*

106. *Obseruatio est quid facti, & ab allegante probari debet.*

107. *Obseruata quæ antiquitus fuerunt insiscienda in ambiguo tantum.*

108. *Transactio vbi adest: ibi res ambigua amplius non est.*

109. *Obseruatio nunquam oritur, ex sola patientia.*

110. *Fallacia non causæ, vt causæ, euertit argumenta, quibus inest.*

111. *Paria sunt non esse & non apparere.*

112. *Probatio non concludens, nihil valet.*

113. *Transactio generalis non extenditur ad eas lites, quæ tempore transactionis, motæ nondum erant.*

114. *Præsupposito amoto, corruit assertio hinc elicita.*

115. *Causa de præterito, est tantùm impulsiua.*

116. *Argumentum, a cessatione causæ impulsiuæ, ad cessationem effectus non procedit.*
Effectus potest stare adhuc, etiamsi cesset causa impulsiua: & è diuerso, potest cessare, quantumuis duret adhuc, causa impulsiua. ibid.

117. *Causæ reliquiæ, quo ad impediendum cessationem effectus, non habentur, in consideratione, nisi in casibus, à iure expressis.*

118. *Declaratio fieri tantùm potest, in circumstantijs, & non in substantialibus.*

119. *Declaratio fieri tantùm potest, quatenus id exigunt verba dispositionis obscura, & ambigua.*

120. *Obscuritas vbi in medio non est, ne principi quidem licet, sua declaratione, ius alterius lædere.*

121. *Declarare, is non dicitur, qui aliud, & diuersum à prius dictis, vel scriptis, dicit, vel scribit.*

122. *Declaratio parte non citata facta, momenti nullius est.*

123. *Declaratio ex interuallo facta, tertio non citato, obesse non potest.*

124. *Impedimentum vnum, ex pluribus cessatè non sufficit.*

125. *Declaratio parte alterâ inuita fieri potest. Et quatenus id verum sit. n. 126.*

127. *Actum aliquem fieri, si consensero intelligitur, si is fiat, debito modo, atq; decenter.*

128. *Declaratoris personam, cui me semel submiseram, ex ijs reprobare amplius non possim: non tamen propterea prohibeor, dicta eius iniusta impugnare.*

129. *Disputatio omnis, de qualitate non entis, frustra suscipitur.*

130. *Delegatus principis, nil quicquam amplius potest, postquam semel officio suo defunctus erat.*

131. *Arbitri nomen non meretur, qui iudicialiter in causa non procedit.*

132. Arbiter, arbitrium suum, declarare non potest, ex receptori.
133. Etiamsi plures fuerint arbitri. Nisi coram Iudice competenti comparuerint, & iurato de arbitrio suo deponant, veluti testes.
134. Iudex, cuius est exequi arbitrium, declarabit ambiguitatem, ratione arbitrij lati, emergentem.
135. Declaratione plurium arbitrorum standum est in iis, quæ concernunt mentem arbitrorum propriam.
136. Declaratio arbitratoria, tunc valet, quando veritas haberi aliter nequit. Dummodo ea fiat coram Iudice competente. n. 137.
138. Asseclæ sunt Iudex competens, in lite duorum immediatorum Imperij statuum, de pascuis excitata.
139. Arbitri, & arbitratores, in casibus etiam permissis, non aliter iure faciunt declarationem, quàm si id petierit, pars vtraq;.
140. Pro libertate potius iudicandum, quàm contra libertatem, quando testimonia, vtrinq; sunt paria.
141. Protocolla consiliariorum principis plenè & sufficienter probant.
142. Acta faciunt notorium, inter easdem partes.
143. Pecora alia appellens, quam de quibus conuenerat, conditionem fundi seruientis deteriorem facere dicitur.
144. Pactum inter me, & pistorem, vt mihi, familiæq; meæ, certo in id precio persoluto, quotannis panem coqueret: non extenditur, vltra familiam, quam habui, tempore conuentionis initæ.
145. Seruitutem amitti, ob vsum quàm conuenerat, maiorem, censuit Forcutulus.
146. Contra tentientem seruitute, contra placitum conuentionis, recte agi, vt se contrahat, ad modum, numerumq; præscriptum, atq; conuentum.
147. Actio negatoria, datur contra eum, qui alio, quàm conuenerat modo seruitute vtitur.
148. Seruitus pascendi est personalis, secundum aliquos.
149. Personalia, personam non egrediuntur.
150. Seruitus reales non possunt conduci, aut locari.
151. Seruitutes reales, sunt iura prædiorum.
152. Seruitutes reales, deberi non possunt, prædium non habenti.
153. Conductori nihil negocij est cum reliquis, præter rem conductam, locatoris rebus.
154. Dispositio, quamuis generalis, ad incogitata non trahitur.
155. Conductor, rem conductam non possidet.
156. Opinio communis, in iudicando sequenda.
157. Seruitus pascendi, non præscribitur nisi tempore immemoriali.
158. Respub. vetitur iure minorum, etiam in castris, & villis, administratores certos habere tempus. uem in oppido, & ciuitate qualibet. n. 159.
160. Seruitus non acquiritur, nisi ea vsus, credat se vti ea, iure suo.
161. Seruitute vna reservata, fundus à reliquis omnibus sit liber, atq; immunis.
162. Seruitus non acquiritur, nisi aduersarij patientia accedente.
163. Seruitus pascendi non acquiritur, absq; aduersarij patientia.
164. Possessio vitiosa, nihil prodest.
165. Possessio vitiosa, manu tenenda non est.
166. Præscriptio sine possessione non procedit.
167. Interrumpi non potest, quod non est.
168. Contradictio interrumpit præscriptionem. Et quatenus id verum sit. n. 169.
170. Reus in interdicto vti possidetis, vt victoriam obtineat, probare necesse habet, quòd Actor seruitute, quam sibi asserit, vi, clàm, vel precario sit vsus.
171. Possessionem iustificatam esse, plurimum prodest, etiam tunc, cum ex nudo possessorio agatur.
172. Mala fides, ex qua apparet, possessionem seruitutis sibi vendicantem seruitute iure suo, vti non potuisse, facit eum succumbere.
173. Transactio vbi adest, res vlterius ambigua dici nequit.
174. Transactio vbi adest, standum est eo, quod de singulibus cuiusq; ex transactione esse debeant, conuenerat.
175. Interpretatio Gailij obs. 68. n. 3. lib. 2.
176. Gailij doctrina obs. 68. n. 3. lib. 2. notatur per Friderum.
177. Glandu legende ius, in dubio domini fundi est, & non eius, cui seruitus debetur.

THEMA.

DVcenti iam, & amplius anni sunt, cũ senatus, totaq; vniuersitas, oppidi VV. à monachis Cænobij C. ad R. emerent, totam syluam, quæ vulgò Sylua K. dicitur, & quidem vti optima maximaq; esset, aq; omni seruitute libera. Veluti tabulæ emtionis condoceant.

Neque verò vllo vnquam tempore in præsentem vsq; diem, à quoquam, eius syluæ proprietas, in controuersiam vocata fuit. M. verò Duces, quoniam accola eius syluæ sunt, lites, nonnullorum idiotarum ratione, quæ sibi, in syluam quam diximus, (vt aiebant) competebant, longo post tempore mouere, instituerunt, quæ tandem anno 1445. in hunc, vt ipsa habent transactionis formalia, componebantur modum. Vt glande caduca, Ducis M. posthac vterentur, quantum opus foret, suibus eorum, siue: Sie solten haben mast / für jhre Schweine.

Sed

Sed & alia eiusdem transactionis clausula, ita loquitur: senatus, oppidanig, in VV. habeant sibi, omnem, in syluis, quas nominauimus, glandem caducam, illa excepta, quam nobis reseruauimus. Auch sollen sie (die Stadt) haben / vnd behalten / alle mast / in diesen zuuorn geschriebenen Höltzern / a usgenommen was wir vns daran behalten haben / als vor geschrieben ist.

At cum ne ita quidem, res in tranquillo poneretur, sed ex parte Ducum M. noua indies, ob usura syluæ huius, oppidanis, exhiberentur molestiæ: tandem altera vice, anno 1578. per E.S. missis in id Legatis suis, initur transactio, hoc volens: glande caduca posthac vti, quoties illa nascitur, secundum præscriptum transactionis primæ, quæ anno 1445. conficiebatur, in vsum suorum, & præfecturæ suæ VV. porcorum, quatenus ij educati in præfectura VV. & ad saginandum apti essent, Ducibus M. fas fore mast wenn die verhanden / vnd gereicht / soll dem N. offen stehen / vnhalts des vertrages *de anno* 1445. sich derselbigen / mit jhren vnd des Hauses W. mast Schweinen / so viel deren art erzogen vnd gehalten werden / zugebrauchen.

Iam verò illi, qui tantùm conductitio nomine, præfecturam VV. detinent, atq, ne detinent quidem, noua adhuc excusitant iurgia.

Aiunt enim transactionem hanc non vetare, quominus præter porcos, saginationi accommodos, liceat alios etiam minores, & vix recens natos sues, pastionibus, siue glans caduca affuerit, siue non appellere.

Sed & anno præterito, vltra septingentos sues, quorum tamen pars maior, ea ætate, vt saginari posset, non erat, ipso facto appulerunt, vt glande caduca alerentur.

Quin etiam aiunt, se taliter vsos esse pascuis his, ante etiam, quàm vnquam de postrema hac transactione, cogitaretur.

Quæritur itaq, num illis hoc facere, ob transactiones, quas adduximus, licitum atq, integrum sit.

DVBITANDI RATIONES.

VIdeo sanè, partes conductitiorum horum præfectorum, tueri velle, sequentia:

Nam PRIMÒ: saginationes (die Mastung) in vtraque transactione, reseruatæ sunt, Ducum M. præfecturæ VV.

Cum itaq; verbo Germanico Mast: illud verbum, quod latinis, glans dicitur æqui pol-
1 leat. De glande verò non ambigatur, quin eius appellatione, omnes veniant fructus. *l. vnic. in fin. ff. de gland. legend. l. qui venenum. §. glandis. ff. de verb. signif. l. iulianus. §. glans ff. ad exhib. speculat. in tit. de inst. edit. §. tertiò vers. porrò & seq.* Br. *in l. qui seruandarum. §. si glans. n. 1. per tot. text. ff. de præscr. verb. Pyrrh. Engel. in consuet. Aurel. tit. de pasc. c. 6. Gail. obs. 68. n. 1. lib. 2. Anton. Augustin. de mast. lib. 4. c. 4. in pr. Capall. in tr. de seruit. rust. prad. c. 18. n. 5.*

Illud videbatur restare, glande concessa, concessus quoque fore pastiones, & suum in
2 pascua appulsum. Etenim quod fructus, quodque consequens est, glandis appellatione, pascua veniant, incerti iuris non est. *arg. l. pratum. ff. de verb. significat. l. si absente in fine. ff. de vsufr. fac. trad. Garf. in tr. de expens. c. 1. n. 23.*

SECVNDÒ apertius id, indicare adhuc videtur, priori transactio, quæ anno 1445. conficiebatur.

Generaliter enim illa habet, glandem (die Mast) porcis Ducum M. reseruatam esse. Quare indecens valdè videbatur, hac generaliter & indiscriminatim loquente, post tot demùm annos, inter porcos maiores, & ad saginandum idoneos, & minutiores porcellos, discrimen quod constituere velle.

Etenim dispositum de genere (veluti von
3 Schweinen) dispositum quoque censetur, de omnibus eius speciebus, atque sic, von mast Schweinen / fasel Schweinen / vnd Ferckeln. *l. si chorus. ff. de legat. 3. l. item legato. ff. eod. tit. Schrad. in tr. feud. p. 1. c. 3. n. 5.*

TERTIÒ: vrget adhuc magis, nouior illa transactio, in §. tertiò, dum ita habet: ne quid damni, porcis ad præfecturam VV. pertinentibus, pratis, agrisque oppidi VV. tempore prohibito (zuitterschlossenen zeiten) inferatur.

Frustra enim hoc dispositum foret, si transactio isthæc, de porcis solùm maioribus, intelligi deberet.

Nam illud tempus, quòd Calendis Maijs
4 incipit, & die qui Bartholomæo sacer est, secundum mores Marchiæ Brandenburgicæ finitur, à vulgò, rempus occlusum, siue, verschlossene zeit, dicitur.

At enim sub id tempus, sues, vt glande caduca vescantur, atq; saginentur, nondum in nemora, syluasque appelluntur.

Ne itaque frustra apposita sit hæc dispositio, Id, quod iura abhorrent (cum ne syllabam quidem frustra apponi velint. *Parpal. ad l. 2. n. 3. ff. sol. matrim. Crott. ad l. re communi. n. 178. ff. de legat. 3. Panthal. Cremens. ad l. 2. n. 60. C. de vsuf. vendit. Ludouic. Goz. adin. ad l. 1. apud quem n. 24. C. de edend. Berengar. à Paulhac. ad l. vnic. n. 311. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof.*)

5

Oportet, vt intelligamus eam, de alijs quoque suum minutiorum generibus. Hæc enim sub id tempus, pascere in campis solemus.

QVARTÒ: hoc quoque iure, quotidiè
6

veimur, quo generaliter verum est, quod excluſio aliquorum, ceterorum ſit reſeruatio. *l. cum prætor. ff. de iudic. ex eo. ff. de teſtib. Br. in l. 2. ff. videndum. ff. ad S.C. Tertull. Rot. deciſ. 50. de reſer. in antiq. Cravet conſ. 570. n. 26.*

Conſequens itaq; erit, paſcere omnis generis ſues, in ſyluis oppidi VV. præfectis in VV. omninò per tranſactiones licere.

Veritum enim idipſum eſt, opilioni & reliquis præfecturæ VV. ſubditis, ſi tranſactionem poſteriorem, inſpexerimus.

QVINTÒ conſideranduin quoq; eſt illud: quod Duces attamen M. paratos ſe eſſe oſtendant, iudicem edocere, q. hoc paſcendi iure, non ſolùm poſſ, verumetiam, ante tranſactionem illam nouiorem, ſic ſemper vſi ſint. Nam neceſſe erit, propterea, vt iudex eos, donec contrarium palam fiat, in poſſeſſione ſua tueatur. Etenim in litibus, ob paſcua ortis, rectè dijudicandis, ſtandum eſt illi, quod antiquitus obſeruatum fuerat. *Bl. in c. 1. n. 14. de pac. conſtaret. VVeſenb. conſ. 67. n. 2.*

7 8 Et vti quiſque, paſcua hactenus poſſederat: ita ea quoque in poſterum poſſidebit *toto vbr. & nigr. ff. vti poſſidet.*

SEXTÒ, quod ſi obſcuritas aliqua adhuc, in tranſactionibus ineſſet: recurrendum attamen foret, ad obſeruationem illam, quæ 9 tranſactiones ſecuta eſt. Etenim talis eſſe contractus præſumitur, qualem cum, obſeruatio inſecuta demonſtrat. *Raph. Cuman. conſ. 162. col. 2. circa. med. verſ. præter. termin. acquiſit. Roman. conſ. 271. n. 4. Caſtr. conſ. 347. n. 4 lib. 1. Dec. conſ. 317. n. 7. Alb conſ. 62. n. 9. Crau. conſ. 701. n. 57.*

10 Sed & obſeruatio decennalis, ad cuiuſcunque diſpoſitionis interpretationem, ſufficit. *Vti in idiuiduo decidunt Caſtr. d. conſ. 347. d. n. 4. Cravet. d. conſ. 701. d. n. 57.*

Atenim hic talis adeſt obſeruatio, qua omnes indiſtinctim, omnis generis ſues, appellere fas fuit: ſed & diutius longè (vt ferunt) obſeruatio hæc, culta fuit, quàm per longum tempus tantùm.

SEPTIMÒ: propugnare quoque partes Ducum, illa videtur Declaratio, quam huic tranſactioni, conſiliarij E.S. vtpotè qui ad illam compoſitionem tractandam deſtinati erant, dederant. Hæc enim vult, ſuum nomine vllam vnquam, dum de tranſactione conficiendi tractaretur, controuerſiam motam nõ eſſe. Quid enim vetet, quo minùs inde, oppidanos, hanc ſeruitutem, de qua nunc diſceptatio eſt, etiam tùm temporis, præfecturæ VV. indubitanter deberi, faſſos eſſe, colligamus, equidem non perſpicio?

Nam ſi furſlet dubius, & controuerſus hic 11 articulus, vel tranſactũ de eo, tùm temporis quoq; aut ad minimum mentio eius facta fuiſſet. Ideõ enim ad tranſactionem deſcendimus, vt totaliter, lis componatur, & ſopiatur, non vt tantùm particula eius, hodiè ſublata, cras grauior & vehementior lis exurgat. *per trad. Mand. conſ. 34. n. 8. Rol. à Valle. conſ. 28 nu. 16. vol. 4.*

Sed & idipſum, manifeſtum adhuc, magis fit, ex alia eiuſdem tranſactionis recentioris clauſula, quæ habet: omnes plané tranſactione hac, funditus ſopitas debere eſſe lites & controuerſias, quæ hactenus partes haſce exercuiſſent: ſed & poſthac, inter vtramq; partem, commercia fore libera, repreſſalias item ceſſaturas. Nam cum effectus, qui ex iſtiuſmodi litigijs oriri ſolet, pœnitus tollatur: fieri quoq; nequit quin cauſa eius, in totum ſimul ſublata ſit: atq; ita quidem ſublata, vt ne reliquiæ quidem eius vllæ, ſuperſtites remãſerint. Quod attamen fieret, ſi diceremus hanc, quæ nunc agitatur, controuerſiam, illo tempore intactam remanſiſſe. Nec enim effectus totus ceſſare poteſt, remanentibus aliquibus cauſæ eum efficientis, reliquijs. *l. 2. & 3. ff. rer. amot. Lex duob. ff. de vulg & pupill. l. ſed vnus §. ſeruus. ff. de quæſt. l. ſeruos non ſolum. C. eod. tit. Tiraq. in tr. ceſſ. cauſ. limit. 16. n. 1. & ſeqq.* 12

Nec obſtat, quod attamen ſenatus, conſulesque oppidi VV. contra hanc conſiliariorum E:S declarationem, excipiant: hanc ab ijſdem, antequam de veritate dicenda, iuramentũ præſtitiſſent, fieri non potuiſſe: Cum ſit prouiſi iuris: teſti non iurato, fidem non 13 adhibendam. *c. de teſtib. & ibi Fel. n. 3. ext. de teſtib. Ripa in l. admonendi. n. 194. ff. de iureiur. Lancil. Conrad. in tr. de off. prator. Rubr. dicta teſtium aggred. n. 10. Mynſ obſ. 77. cent. 4. Seraph. in Seraph. in tr. de iuram. priuil. 30. n. 4 Hart. Piſt. q. 43. n. 2. & ſeqq lib. 1.*

Ad hoc enim, in promtu eſt reſponſio: aliã 14 nempè eſſe perſonam teſtis, aliam item perſonam declaratoris: Et in declaratore, iuris eſſe manifeſtiſsimi, quod iurare non cogatur. *per trad. Br. in l. 1. vlt n. 2. ibi Laſ. n. 4. verſ. circà primam oppoſitionem. & n. 5. Ale n. 12 & ſeqq ff. de verb. oblig. Sil. in l. direct. n. 1. C. de teſtam. manum. Garſ in tr. de expenſ. c. 24. n. 21.*

Inſuper iuris quoq; quotidiani & præterea 15 communis interpretum traditio eſt: quod teſtis, qui non iurarat, ſi is integer vitæ & bonæ præterea exiſtimationis ſit, depoſitio, ſaltem præſumtionem faciat, adeoq; à iudice, ſpernenda planè non ſit, *trad. Laſ. in l. adm. lect. 2. n. 190. verſ adem tenet etiã. Ilis Ripa n. 197. Coraſ. p. 2. n. 42. Caccialup. n. 94. verſ. & prædictis adde. ff. de iureur. Lancil. Conrad. in tr. de off. prat. Rubr. de teſtib. n. 10. verſ. declara etiam Hipp. de Marſ. ad l. 1. §. ad quæſtionem. n. 8. ff. de quæſtionib. Tiraq. in tr. de pœn. cauſ. 51. n. 137. Dec. conſ. 559. n. 8.*

Probaret itaq; Declaratio hæc ſaltem per præſumtionem. Longè enim integerrimæ vitæ noſtri Declaratores ſuere.

Sic quoq; illud, declarationi non officit, quod attamen declarationi huic, oppidum VV. non conſenſerit: Nam primò illud con- 16 ſtat: quod parte altera etiam invita, declaratio fieri poſſit. *per trad. Sebrad in tr. feud. in 2. p. q. p. ſect. 9. n. 8. ad fin.*

Sed

Sed & secundò, verum est illud: quòd oppidani literis suis, quos mense Octobri anni 86. ad principem suum dederant, Declarationi huic, assensum præstiterint.

17 Succedit itaq; illa iuris maxima, quæ habet: quod quis alicuius declarationi, submittere sese possit: *Vti ex Alex. refert & sequitur Bertach. in repert. in v. declaratio. n. 11.*

18 Et quidem vsque adeò, vt declarationem, meæ submissioni subsecurâ impugnare post deindè non possim. *arg. c. quod semel de reg. iur. lib. 6. fac. gl. 1. ad fin. in c. præsentium, & ibi Fel. n. 24. ext. de testib. & trad. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 20. n. 33.*

Sed nec temporis quidem ratione, quo declaratio hæc fiebat, euerti poterit.

19 Nam etsi nemo eat inficias: quòd Iudex delegatus, posteaquam semel iudicarat, officio suo in totum defunctus sit, nec amplius iudicare possit. *l. Iudex posteaquam & ibi Br. & DD. ff de re iudic. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 5. n. 47. Cephal. cons. 666. n. 8 Capyc. decis. 1. n. 24.*

20 Sciendum attamen est, idipsum fallere in delegato principis, præsertim si iussus ipsius delegantis accesserit. Is itaq; sub hac regula, non continebitur. trad. in indiuiduo *Angel. in d. l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. per l. 4 Iudices. C. de iudic.*

Atenim nostri Declaratores, delegati erant magni cuiusdam principis. Ipsius iussu, declarationem hanc faciebant.

Quod si Declaratores hoc in classe arbitrorum recensere volueris: nihil tamen ne id ipsum quidem, declarationi huic, damni dabit.

21 Nam etsi fateamur necesse sit, E.S nullam iurisdictionem, neq; in præfecturam VV. neque in oppidum VV. competisse: sine qua tamen, ad delegationem peruenire nequit. *per trad. Specul. in tit. de iudic. deleg. §. 1. Alex. in Rubr. col. 2. ff de off. eius cui mand. est iurisd. Mar. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 5. n. 4.*

22 Verum attamen, nihilominus remanebit illud: quòd arbiter quoque arbitrium suum declarare, & interpretari possit. Pro vt hoc, in indiuiduo scriptum reliquit *Bl. in l. ne in arbitris n. 10. C. de arbitr.*

23 Id quod tunc maximè procedit, cum arbitrorum plures fuerint: viri item illi sint, dignitate conspicui. Quin enim tunc, declaratione eorum standum sit, dubio prorsus caret. *Landf. de Orian. in sua pract. Rubr. de testib. n. 65. ante vers. interdum.*

24 Quòd & in arbitrariibus pluribus, secus se se non habet. *trad. rursus in specie Br. in l. si societatem. §. arbitrorum. n. 29. ff pro Soc. Lanfr. de Orian. d. tr. de testib. n. 65. in fin.*

Euincitur itaq; vitio vacuam esse declarationem eam, de qua hic, res est.

25 Octavò: sententiæ quoq; huic, illud aduersum non est, quod traditur: quod eo casu, cum pascua illi, qui ijs vtitur iure seruitutis: & ei, cuius pascua propria sunt, non sufficiunt: præferendus sit, pascuorum dominus. Vti scribit, aliosq; DD. notanter tradere asserit. *Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 3. sub v. si non par parcour. n. 3. Couarr. Var. resol. lib. 1. c. 17. n. 11. vers. his verò Petr. Sulzar. in tr. vs & consuet. c. 1. n. 9. per c. suggestum ext. de decim. & c. quid per notate ext. de verb signif.*

Nam si hinc inferre conatus fueris, oppidû VV. ceu syluæ dominum, præfecturæ VV. præferendum, cum pascua, ob immensum porcorum numerû, quos præfectus appellere, ante annum præsumserat, vtrisq; satis non sint: illud, reponi tibi rectè poterit: quod iuri congruat, cum in nullo incusari deberi, qui seruitute pascendi, ita, vti conuentum, in constitutione ipsius fuerat. *Vti in indiuiduo docet Capoll. in tr. de seruit. rust. prad. c. 9. n. 17. per l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi.* 26

Iam verò præfectus in VV. negat, se alio, quàm ab initio placuerat modo, quàm item vsu longæuo introductum esset, seruitute hac vti. Priuari itaq;, etiam hanc ob causam, pascendi iure non debet.

Vt taceam, illud quoq;, an pascua, vtrisque sufficiant nec ne, summè etiamnum controuersum esse, proindeq; eò rem redituram: quòd verba non sufficiant, facto vbi opus sit. *l. si procuratorem. §. si ignorantes ff. mand. l. 1. ext. de eo qui mitt. in poss. cauf. rei seru. Mase. in tr. de probat. concl. 1147. n. 14. Alex. cons. 21. n. 7. vol. 1.* 27

Sed & prouisi iuris illud est: quòd nemo per id, pascendi iure destituatur, quod maiori numero pecudes appulerit, quàm conuenerat. *l. si cui via in pr. ff. quemadm. ser. amitt. l. 1. §. item quæritur & §. Trebatius cum §. seq. ff. de aq. quot. & est. Capoll. in tr. de seru. rust. prad. c. 9. n. 32.* 28

Inconcussa itaq; durat adhuc, obiectionibus, hisce omnib. spretis, præfecti in VV. assertio.

Non ò momenti quoq; alicuius illud non est: quòd attamen hodiè, ab ipsis Ducib. M. præfectura VV. non possideatur: sed certo homini elocata sit: versamur enim, in seruitute pascendi, atq; sic in seruitute reali, siue prædiali. Vti hoc totidem verbis scriptum reliquit *Modest. Pist. cons. 14. n. 10. vol. 2. quod responsum in hac eadem causa. ante multos annos, Dominus Modestinus Pistoris, Ducibus M. ab ipso regentibus, conscripsit, vt ipsa literarum nota indicant.* 29

Quæ, vtpotè ob sibus personæ non inhærentia, cedi omninò posse, inter omnes constat. *per c. priuil. de reg. iur. lib. 6. l. in omnibus causis id obseruatur & l. priuil. ff de reg. iur.* 30

Præterea, nouior quoq; illa transactio, quæ anno 78. fiebat, per verbum: Inhabere: loquitur. Quo verbo conductores quoq; venire, ambigi non oportet. Etenim detentatoribus siue Inhabere, conductores quoq; rectè accensentur. *l. qui vniuersas. §. quod per colonũ. & ibi Br & DD. ff de acquir. poss. Vantz. clim. q. 22. n. 4. Gozad. cons. 54. n. 11.* 31

Dicit

DECIMÒ, constat quoq; ex Actis, quæ ratione huius controuersiæ, conscribebantur ante hac, quod lis hæc anno à Christo nato, 1586. maximè incœperit, quodq; præfecti in VV. tenitentibus quamuis oppidanis, iure hoc, quo minutiores etiam porcellos, & reliquas fues, qui vt saginarentur maturæ, nondum erant, in pascua appellere licebat, vsq; huc, v si semper fuerint. Præscriptione itaq;, præfectura VV. communita est, quantumuis cessaret, & ipsa transactio, & omnia reliqua, quæ hactenus afferebamus.

32 Etenim vt multis, ijsq; haud infimæ notæ, Iuris interpretibus placuit: illa sententia quæ habet, pascuorum seruitutem, non nisi tempore immemoriali acquiri, falsa, atque commentitia est. *Finan. Soar. in addit. ad Gomez. var. resol. lib. 2. c. 15. Longonall. ad l. in pecuniis. n. 241. & n. 250. ff. de iurisd. omn. iud. Coras. miscell. lib. 5. c. 5. Duar. lib. 1. disp. milt. c. 34. Cossul. & Coras. in l. seruit. ff. de seruit. Egim. Baro & Baldinus ad §. 1. Inst. de vsucap. Charond. lib. 1. verisimil. VVesenb. in parat. ff. de seruit. Pautz. Schman. d. q. 22. n. 72.*

VNDECIMÒ: neq; verò, aduersus præscriptionem hanc, oppidi incolas quicquam iuuat, quòd attamen hisce præfectorum in VV. præsumtionibus, semper restiterint, at-
33 que contradixerint. Etenim per solam, contradictionem, possessio, quodq; consequens est, præscriptio, vitiosa non fit. *per trad. Br. ad l. 1. §. vlt. n. 19. ff. vti possid. pract. Pap. in form. lib. pro poss. turb. in v. bodie. n. 4. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 602. Mascard. in tr. de probat. concl. 1198. n. 38.*

34 Nec obstat, quod attamen contradictionē istiusmodi, & ne seruitute pascendi, taliter vterentur præfecti, denunciationem, malam fidem generare oporteat. *per trad. Br. in l. cessus. n. 18. & ibi Bl. & Fr. Balb. n. 111. ff. de Vsuc. Ripa in c. cum M. Ferr. n. 157. ext. de constit. Affl. decis. 369. n. 6. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. Cas. 225. n. 6. Menoch. cons. 2. n. 243.*

Et concordi consensu, ita sentire omnes, *ex Vasq.* refert. *Mascard. in tr. de prob. concl. 1002. n. 24.*

35 Nam quicquid eius rei sit, in vti possidetis interdicto, bona vel mala fides in considerationem non venit. *Capyc. decis. 209. n. 10. Mascard. in d. tr. de probat. concl. 1190. n. 59.*

36 DVODECIMÒ, & vltimò: confirmari quoq; idipsum potest, per illam traditionē quæ habet: quòd in dubio fructus syluæ, potius illi, cui seruitus, veluti, venandi, pascendi, & c. debetur: quàm illi, ad quem syluæ dominium pertinet: adiudicandi sint. *Veluti m indiuiduo decidit Gail. obs. 61. n. 3. lib. 2.*

Fac itaq; quicquam adhuc, ambiguitatis in transactionib. inesse: nihilominus attamē, pro Ducibus M. sententia ferenda erit. Ad hos enim venationum iura, sed & ius, saginandi fues, indubitanter spectat.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm hæc, etsi veri speciem habeant, vera attamen si rem pœnitus introspexerimus, non sunt. Id quod persequentia, euincipossit, putarim.

Nam PRIMÒ: traditio hæc, contradictorē non habet: quod is, qui transactione initi- 37
tur, intentionem fundatam habeat. *Vti in individuo docent Dec. cons. 216. n. 3. Fr. Purpurat. cons. 323. n. 2. Surdus cons. 451. n. 18.*

Etenim vtraq; transactio, partes ciuium VV. tuetur. De porcis enim ad saginandum aptis, vtraq; tantùm loquitur.

Ceterum de reliquis pascuis, deq; porcorum appulsu in pascua, aut reliquis minutioribus suibus, atq; porcis, verbum nullum.

SECVNDÒ: controuersi quoq; iuris, il- 38
lud non est: quòd transactio omnis, sit stricti iuris. *DD. ad Rubr. C. de transact. DD. ad l. fin. C. eod. tit. VVesenb. cons. 51. n. 57. & cons. 76. n. 1. Surd. cons. 313. n. 34.*

Quinimò, quòd strictius adhuc, interpre- 39
tanda sit, quàm reliqui contractus omnes. *gl. in l. emtor. §. Lucius in fin. ff. de pact. Br. in l. si de certa. col. C. in de transact. Maud. cons. 1. n. 11. Crauet. cons. 89. n. 38.*

Iam verò vtraq; transactio, de sagina porcorum, deq; porcis in id idoneis, verba tantùm facit. Non itaq; porrigemus eas vlteriùs. Sed is, qui sibi præterea, ius aliquòd asserit, ante omnia idipsum, vti iura constituerunt, edocebit.

TERTIÒ: iuris quoq; quotidiani est illud, 40
quòd primùm, & ante omnia, conuentionum verba, in considerationem veniant. *Bl. in l. generaliter, C. de num. pecun. Blan. in c. ex transmissa ext. de rest. Spol. at. Zas. cons. 14. n. 3. lib. 1. Modest. Pistor. cons. 13. n. 1. vol. 1.*

Atq; ita quidem in considerationem veni- 41
ant, vt, vbi clara, & perspicua sunt, ad interpretationes, & coniecturas, neutiquam sit recurrendum. *Br. in l. quod constitutum ff. de test. milit. Franc. Becc. cons. 21. n. 23. Surd. cons. 383. n. 4. & cons. 438. n. 11. Cran. cons. 47. n. 2. Sim. Pist. cons. 20. n. 41.*

Ante omnia itaq;, hìc quoq; verba transactionum in obtutu habere oportet: atq; ita habere, vt ea, cum clara, & dilucida sint, per coniecturas, & interpretatiunculas emendi tas, non extendamus, ad res tales, quarū nullam mentionē faciunt. Etenim cui non conueniunt dispositionum verba: ipsa quoq; di- 42
spositio, conuenire nequit. *l. 4. §. Sotes. ff. de dam. inf. Roman. cons. 442. n. 2. Surd. cons. 174. n. 8. cons. 313. n. 86. cons. 356. n. 6. & cons. 430. n. 16.*

QVARTÒ: controuersia quoq; illud caret, quòd syluæ proprietas, oppidi, & non præfecturæ sit. Nam de illoipso edocemur, *tùm ex emtionum literis: tùm ex consilio Modest. Pist. 14. n. 1. vol. 2. quod rogatu ipsorum Ducum M. conscribere suscepit.* Ibi enim proprietatem huiusmodi syluæ, ipsi oppido expresse addicit.

Vnicè itaq; oportet, vt is, qui sibi aliquid iuris,

iuris,in hac sylua esse,præterid,quod ei transactiones dant,præcudit: de hoc suo iure,de quo gloriabatur tantopere, Iudicem condecetaciat.

43 Nam ipsa rationis naturalis lux, nos ad id statuendum,deducit: quod omnis res libera, & oneribus non subiecta, donec de seruitute inpositra,fides fiat,præsumatur. *l. altus & l. in ædibus. C. de seruit. & aq. Br.ml.si prius.n.14.& ibi Iaſ.n 38.ff. de no.op.nunc.Br.ml 1.§.hoc interdicto. n.12.ff.de itin.act.prm.Alc.in tr.præſ. reg. 2.præſ. 1. n.2 & præſumt.3.n.1.Gail.obſ.lib.2.obſ.69.n.2.Cuarr.Var.reſ. lib.1.c.7.n.17.verſ.ſed & fortior. Menoch.in tr.præſumt.lib.3.præſumt.89.n.1.*

44 Etenim nulla seruitus, causam naturalem habere potest. *§.vlt.Inſt.de ſervit. El. in c. cum omnes ext.de conſt.Iaſ.ad d.l.ſi prius n.40.Menoch. d. præſumt.89.n.2.*

45 Iam verò certi,se auitutum constituendarum modi sunt: pro vt hoc,quòd octo omninò seruitutum acquirendarum modi sint, veluti pactio,testamentum,lex, consuetudo,iudex,natura loci, natura ædificij,& præscriptio,in specie decidit. *Forc.ad l.1.n.2.ff. de ſeru.*

46 Et de seruitute pascendi, (vt ad rem propiùs adhuc accedamus) in specie traditur: quòd hæc acquiri nequeat,nisi vltimavoluntate, conuentione, sententia,lege & præscriptione. *Cap.in tr.de ſeru.ruſt.prad.c.8.n.6.& n.12.*

Fieri itaque nequit: quod hæc seruitus, quam sibi in sylua K. præfecti in VV. vindicare volunt, isidem competat.

Nullus enim horum modorum omnium, quibus solùm seruitutem constitui certum est, præsenti negocio,applicari potest.

47 Valere autem argumentum, à sufficienti partium enumeratione deductũ, extra controuersiam positum est. *Euer in top.an loc.à part. enum.n.1. Garſ in tr.de expenſ.c.4.n.49.Sylu.in tr. ſemd.q.1.n.4.Tontig.dec.20.n.23.Cach.dec.29 n. 3.Mynſ.obſ.43.cent.3.Rim.ad l.1.n.391.C.qui admi.*

Et vt clarius adhuc elucescat,intentionem præfectorum in VV, ex transactionibus non probari: cogitemus.

48 Qvinto: prouisi iuris esse: quòd transactio,de certa aliqua specie facta, non porrigatur ad reliquas species, super quibus expressè transactum non est. *Iaſ. in l.vnic. n.6.C. de ctr.calc. Alex. conſ.46.n.7.vol.1. Socin.Sen.conſ. 159.n.12.vol.2.conſ.73.n.3.vol.1. Caſtr.conſ.377. n.2.vol.2.Schurff.conſ.65.n.10.& 11.cent.1.Card. Paru.conſ.20.n.77.& 78.vol.1.*

49 Sic decisum extat, transactionem,bonorũ paternorũ ratione initam, ad bona materna quod attinet, extendi non posse. *tradente in tractatu VVeſenb.conſ.52.n.40.*

50 Sed &,in ipsissimis terminis scriptũ extat, conuentionem, vt pascere oues, nobiles, ob lanam quam faciunt,sic dictas, liceat: non prabere, ius,aut potestatem, pascendi oues vulgares. *tradente in tractatu Capoll. in tr. de ſeruitut. ruſt. prad. d. c. 9. nu. 19.*

Cum itaque transactiones hæ,de vna tantùm suum specie, ea nempe, quæ eius ætatis est,vt saginari commodè possit, diserte loquantur. Consequatur oportet,hasce ad alias quoque porcorum species extendere,iuris rationem non pati.

51 Sexto, explorati quoq; iuris est illud: quod aliud in iure fit glans,in genere sumto vocabulo,& aliud item,glans caduca. *d l.qui venenum.§ glandu.ff de verb.ſignif.& l.ſylua cædua. §.glans.ff.eod.tit.*

Non itaq; illam transactionem,quæ anno 1578. fiebat,aliter accipere possumus,quam de sagina porcorum, per glandes,quæ in arboribus gignuntur,&cresc unt: & neutiquam de reliquo porcorum pabulo.

Ait enim transactio: mast wann die gereth vnd vorhanden. Quæ verba digito quasi commonstrant,de glande caduca tantum,hic dispositum esse.

52 Hæc enim est,quæ de arbore cadit *d.l.ſylua cædua.§.glans.ff.de verb.ſignificat Gail.obſ.168.n.1. lib.2.Pyrrh.in conſuet.Aurel.tit.de paſc.c.2.verſ.glans caduca.*

53 Quæque non omni tempore,sed aliquando tantùm crescit. Teste experientia.

54 Cum graminum,& herbarũ, & fruticum, & reliqui pabuli, quo sues vescuntur,& saturantur, quotannis iusta nascatur copia. Qua in re quotidianam,rursus appello experientiam. Dissentaneum itaque à iure est, ex hisce transactionibus,ius quoque appulsus porcorum in pascua,cum glandes caducæ, natæ non sunt,seu cum alio genere porcorum,quã quod glandib.pasci solẽt,elicere velle.

55 Glandis caducæ enim nomine, gramina,herbas, radices,frutices,& reliqua porcorum pascua venire,valdè absonum,& peregrinũ iure quo vtimur est.*d.l ſylua cædua.§.glans.ff.de verb.ſignif.*

Septimò: iuris ambigui non est, quod seruitus pascendi sit realis, vel prædialis. *Vti ſuperiùs comprobatumus.*

56 Et hoc vsq; adeò verum est,vt tunc quoq;, cum transactione, seruitus pascendi constituitur, realis nihilominus sit. *tradentibus in tractatu Ioh.Fabr. in §.æquè.n.6.Inſt de act.Petr.Frid. in tr.de proceſſ. in Camer. extrah.lib.2.c.4.1.n.4.*

57 Iam verò,quòd seruitus realis,vel prædialis,vlteriùs non porrigatur, quàm deposcat vtilitas,atq; commoditas prædij dominantis certum est.*Br.ad l.1.n.2.ff.de ſeru.Capoll. in tr. de ſeru.vrb.prædior. c.2.n.4.verſ. item dicitur. Comman. communi.lib.4.c.7.n.7. Forcat.in l.1.n.20 ff.de ſeru. Alc.in l.quid aliud.n.4.ff. de verb ſignif. Fider.d.tr. lib.2.d.c.41.n.4. VVeſenb.conſ.69.n.2. text.in l.ſi ades ff.de ſeru.vrb.prad.l.Lucius.ff.de ſeru.ruſt. prad. l.pater.ff. de ſeru legat.l.Mela.§.vlt.ff.de alim.legat.*

Recte itaque concluditur: præfectos iure sibi competenti, vehementer abuti: vltrà octingentos enim porcos appellere solent.

Cùm attamen præfectnræ VV. vtilitas, atque necessitas, minimè tot porcos, vna vice mactari, desideret, aut efflagitet.

OCTAVÒ: sues quoque minores, per transactionem excludi, inde quoq; rectè colligitur: quòd transactio expressim velit, porcos illos tantùm, qui in præfectura VV. erant, ibique alti, atque nutriti fuerant, in glandes immitti deberi: Mast Schwein/ so viel deren des orts gezogen vnd gehalten worden.

58 Ergò, excreuisse eos iam, in iustam altitudinem, ante oportet, quam in syluam K. immittantur. Etenim vt verificetur, locumque inueniat, præteriti temporis verbum, actum perfectum, & consummatum iam esse oportet. *per trad. Decian. conf. 34. n. 75. vers. non enim simpliciter dixit. vol. 3.*

Proindeque cùm id de suibus iunioribus prædicare nequeat. Ii enim non adepti iam erant magnitudinem, altitudinemque iustam, sed post deinde primùm adipiscentur.

Restat, vt concludamus, cum transactione
59 directò pugnare, eiusmodi minorum suum, in syluam K. immissionem. Nec enim præteritum tempus propria sua significatione (qualiter verba omnia in transactionibus accipienda esse, supra cuicimus) tempus præsens, multoque minus futurum, complecti potest. *Br. in l. si quis id quod. §. ferui quoq; n. 5. & ibi Iaf. n. 23. ff. de iurisd. om. iudic. Castr. in l. cum stipulamur n. 1. & ibi Iaf. n. 1. ff. de verb. obl. Ang. conf. 261. col. 2. vers. contrarium credo. Corn. conf. 304. propè fin. vol. 3. Socin. Iun. conf. 99. n. 9. vol. 3. Tiber. Decian. d. conf. 34. n. 76. volum. 3. & conf. 72. n. 12. vol 5. Surd. cons. 313. n. 2. volum. 3.*

NONÒ: cùm vtraque transactio illorum tantùm suum mentionem faciat, qui ad saginandum accommodi sunt: Rectè concluditur, neutram partium reliquas porcorum species in hanc transactionem in cludere voluisse.

60 Nam quoties in eius potestate situm est, qui aliqua expresserat, reliqua quoq; exprimere: toties censetur, ea, quæ non expresserat, in dispositione contineri, noluisse. *c. inter corporalia post med. ext. de transl. episc. c. ad audientiam ext. de decim.*

61 Et esse fortissimum hoc argumentum, in interpretandis quibuslibet hominum dispositionibus. *ex Signorolo. Bl. Anchar. Imol. Castr. Alex. Soc. Iaf. & Decio, ostendit Dec. d. conf. 72. n. 15. vol. 5.*

62 DECIMÒ: aliquem eius nescium esse, non puto: quòd contra eum, qui legem transactionis dicere potuerat apertius, interpretatio facienda sit. *l veteribus. ff. de pact. l. labeo. ff. de contrah. emt. Connan. comment. at. iur. lib. 5. c. 4. n. 10. Cacheran. decis. 141. n. 12. Toming. decis. 19. n. 15. Affl. decis. 363. n. 5. Zouuet. ad l. 2. n. 98. & 99. C. de pact. int. emt. & vend.*

Fac itaque, quid obscuritatis, ambiguitatisque adhuc, transactionibus hisce inhærere, cum attamen verba earum, tàm clara, solidaque sint, vt sine cauillatione manifestissima (cui si semel frena laxata fuerint, omnes 63 actus humanos inuolare, atque deruere potens erit, *vt post Anton. de Butr. conqueritur Decian. conf. 11. n. 65. vol. 1.*) aliter intelligi, quàm de solis, ad saginandum idoneis porcis, nequeant: nihil tamen planè illaipsa etiam allegatione proficies. Cum hoc casu nihilominus, earum, aduersus præfecturam VV. interpretatio facienda esset.

VNDECIMÒ: tradunt quoque inter- 64
pretes: quòd is, qui alio tempore, vel alio pecudum genere, seruitute pascendi vtitur, quam conuenerat, eam propterea amittat. *Vti in indiuiduo tradit Capoll. in tr. de seruit. rust. prædior. c. 9. n. 33. text. in l. si communem. §. 1. & l. si quis alia in pr. ff. quemadm. ser. amitt.*

Porrò, in vtranque seruitutis legem, præfectus in VV. peccat. Aliud enim suum genus, in syluam K. immittere molitur, quàm ab initio placuerat: alio item tempore, illas vult appellere, quàm conuenerat. Transactio enim specificè, de suibus maioribus, & Saginæ, & mactationi accommodis: nec non de tali tempore, cum glandem caducam, in sylua natam esse, deprædenditur: loquitur:

Meritò itaque illo quoque iure, in posterum carebit, quod ei ex lege transactionum competierat.

DVODECIMÒ: satis quoque dici vix 65
potest, quantum damni agris, pratisque sues dent, dum omnia, voluunt, atque reuoluunt. Etenim etsi porci inter minuta referantur animalia. *l. 1. §. qui porcorum & l. vlt & ibi Br. n. 3. ff. de alog. Bertach. in tr. de gabell. in 1. p. 1. p. n. 2.*

Attamen cum sordidum sit animal, cui pa- 66
lus, ac lutum, & volutatio grata est: potest rodendo, & rostro cespites effodiendo, plurimum damni, agris, & pratis dare. *Vti ex Plinio, & Columella attestatur Purrh. in cons. Aurel. tit. de pascuis. c. 5. & c. 16.*

Quod cum ita sit, fieri rursus nequit, quòd sub glandis appellatione transigentes, & pascua reliqua, & appultum in pascua cum minoribus, & nondum per ætatem ad saginandum aptis suibus, includere voluerint. Nam si hoc voluissent, vtique vt pratis, agrisque tempore prohibito parceretur, addidissent. Veluti in illo capite transactionis, quod de ouium gregibus, boumque armentis lo quitur, factum est.

DECIMOTERTIÒ: iuris quoque est, 67
longè clarissimi: quòd nunquàm possessio præsumatur, sed quod eam ab allegante probari oporteat. *l. vlt. ff. de rei vind. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 64. n. 12.*

Consequitur itaque, in præsentia quoque præfecto in VV. incumbere, possessionem vel quasi, illius iuris, quod sibi deberi putat, comp ro-

comprobare: quod item abstinere posthac, à præsumtionibus suis debeat, donec id, quod
68 prætendit, ritè, rectèq; edocuerit. Etenim ei, qui nondum possessionem vel quasi iuris eius, quo vti vult, edocuerat: nullum quoq; adhuc ius competit. *per trad. Masc. in tr. de probat. concl. 1194. n. 4. Alc. cons. 112. n. 4. lib. 4. Cothman. cons. 47. n. 21.*

69 Et in pascua aliena, armenta mea, vel greges immittere nequeo. *per trad. Br. in l. hoc amplius n. 3. ff. de dam. inf. Boër. in consuet. Biturig. tit. de seruit. prad. §. 4. gl. 1. in pr. Pyrrh. d. tit. de pasc. s. 9. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 9. n. 282. Garf. in tr. de expens. c. 4. n. 28. l. per agrum. C. de seruit. & aq. § fera. & ibi DD. Inst. de rer. diuis.*

Id quod, propterea multòmagis obtinet: quod transactiones nostræ, vtpotè quæ ius præfecturæ VV. ad certas suum species, ad certa item tempora astringunt, cum glans caduca nata fuerit (wann mast verhanden) illi iuri, quod nunc attripiunt præfecti in VV. & Duces M; manifestè refragetur.

70 Nam indè fit, quod talem præsumamus possessionem, qualis est titulus præcedens. *Br. in l. cum solus. n. 4. vers. tertio casu. ff. de vsucap. Masc. in tr. de probat. concl. 1196. n. 7.*

71 DECIMOQVARTÒ: iuris quoq; est quotidiani: quod possessio iuris pascendi, coipso probata sit, quod condocefacio Iudicem, me alios pascere volentes prohibuisse, puta pignerando, vel fugando pecora. *Paul. Cast. cons. 205. n. 4. vers. nam oportuisset volum. 2. Crau. cons. 154. n. 2. vers. addo Paul. de Cast. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. n. 453.*

Non itaq; oppidani, opus habent extimescere, quin victoriam reportent, etiamsi possessorio agendum esset.

Probare enim rectè possunt, quod nunquam scientes, prudentesq; passi sint, præfectum in VV; tale sibi ius vsurpare, quale nunc asserere sibi conatur: sed quod eum semper, vti tali iure scientes prohibuerint, modò abigendo sues, illicitè in pascua immistos: modo ipsa porcorum stabula, euertendo atq; destruendo.

72 DECIMOQVINTÒ: illud quoq; ius oppidi VV. tuetur: quod possessio quæ vetustior est, ei quæ recentior est, semper & vbiq; præferatur. *c. licet causam. & ibi Felin. n. 5. vers. tertia causa. & DD. communiter ext. de probat. Bl. in c. si diligenti. col. vlt. n. 21. vers. quæro. ext. de præscr. Masc. in tr. de probat. concl. 1193. n. 1. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 3. n. 31. Virgin. de Boc. in tr. de manutenet. c. 2. n. 84.*

73 Etenim recentior illa, clandestina, & vitiosa præsumitur, donec contrarium probatum fuerit. *Br. in l. si duo in pr. sub n. 4. ff. vti possid. Br. in l. vnic. n. 8. C. eod. tit. Bl. in l. ordinarij. n. 10. C. de rei. vind.*

Iam verò irrationabile planè est, possessionem seruitutis, possessione libertatis, antiquiorem dicere velle.

Etenim illa secundum naturam est, hanc verò impositione aliquando incœpisse, omninò oportet. *§. vlt. Inst. de seruit. Bl. in c. cum omnes. ext. de const. Ias. in l. si prius. n. 40. ff. de no. op. nunc. Menoch. in tr. præsumt. lib. 3. præsumt. 89. n. 1.* 74

Vincant itaq; præfectos, præfecturamq; VV; ciues oppidi VV; etiam in possessorio. Etenim vti nemus suum, Monachi C. liberum possederunt, ita quoq; ad eundem modum, illam ipsam possessionem liberam continuasse VV. (eo excepto, quod de libertate sua, per transactiones, Ducibus M. concesserunt) firma stat præsumtio. *Br. d. l. si duo in pr. sub n. 4. ff. vti possid. Ripa in c. cum Ecclesia. n. 25. vers. ex istis colligo. ext. de caus. poss. & propr. Benniteud. decis. 42. n. 4. p. 1. Bellon. cons. 11. n. 4. Natta cons. 572. n. 1. Alban. cons. 64. n. 20. Cephal. cons. 289. n. 57.* 75

DECIMOSEXTÒ & vltimò, expressè quoque in iure scriptum extat: quod in casu dubio, sententia pro libertate, ferri omninò debeat. *l. lege Iulia. ff. de manumiss. c. ex causis. ext. de probat. Alex. de Imol. in l. de die in pr. n. 2. & ibi Ias. n. 2. vers. secundo. ff. qui satisd. cog. Neuz. an. in sylual. nupt. lib. 6. n. 44. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 789. Dec. in cons. 109 n. 4.* 76

Etenim in statu quisq; libero, potiùs, quàm oneroso esse præsumitur. *Mascard. in tr. de probat. concl. 1287. n. 4. arg. l. Arrianus. ff. de aëll. & obl. & ius autem gentium Inst. de iur. natur.* 77

Sit itaq; : dubij adhuc rebus hisce, quicquã ineísse fingamus: oportet tamen nihilominùs, vt sententia pro oppido VV. feratur. Cum ij libertatem suam defendant, quam aduersarij destruere, modis omnibus conantur.

Nec obstat, quod iura, & autoritates adductæ omnes, de libertate personæ, & non de libertate rerum agant. Nam & à persona ad res, rectè argumentamur. *Fucr. in top. in loc. à pers. ad res. Mar. in tr. de ord. iudic. p. 4. distinct. 1. n. 15. Modestin. Pistor. in suo consilio, quod extat post quæst. Hartmanni Pistorii. 20. lib. 2. n. 29. Coler. in tr. de proces. execut. p. 1. c. 3. n. 124. & c. 8. n. 44.* 78

Sed & res quælibet, non minùs ac persona quæuis, libera esse præsumitur. *Veluti supertius est commonstratum.*

Cessat itaq; obiectio hæc.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

PORRÒ his, reuera ea: quæ ceu contraria, paulò antè afferebantur, non obsistunt.

Nam PRIMÆ obiectioni, glandis scilicet appellatione, omnes fructus venire; fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter incst: proindeque argumentum totum, corruere efficit. Destrui enim argumenta omnia ob fallaciam, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, in ijs latitantem, cer- 79

tum est. *tradentibus Euer. in præamb. top. n. 24. vers. quando autem fit mutatio à tali secundum quid. Molin. ad l. 1. §. si quis simpliciter. n. 67. ff. de verb. obligat. Tomm. decis. 26. n. 33. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 4. Harim. Pistor. q. 38. n. 38. lib. 2.*

80 Nam quod dicitur: glandis appellatione omnes fructus venire, simpliciter verum non est, sed secundum quid tantùm, & ad materiam interdicti, de glande legenda quod attinet. *Pro vt hoc expressum & in specie decidit Barnab. Brisson. in Lexicon v. glandis.*

Quare traditio hæc, ad nostrum casum non pertinet.

81 Sed & illud sciendum: quod glandis appellatione, reliqui omnes comprehendantur fructus, non proprietate verbi: sed vi tantum similitudinis, veluti Græci τὰ ἀκρέλαγα, omnes fructus appellitant. *tradente Forcatul. in Necyomant. dial. 47. n. 1. vers. sic Græci.*

82 Iam verò indubitatum est: quod verba translationum, non operantur, nec declarari debeant, secundum similitudinem, sed secundum significationem propriam & strictam, aut etiam strictissimam. *Cyn. in l. sub prætexiu lit. 2. & ibi Curt. n. 25. & DD. C. de transact. Iaf. in l. qui Romæ. §. Seia. n. 24. in fin. ff. de verb. obl.*

Quamobrem denuò, hæc vocabuli glandis interpretatio, nostro negocio, accommoda non est.

83 Tertiò, sed & illud constat: quod glandis appellatione, etiam latissima, tantum illi fructus comprehendantur, qui ligneam, exteriùs habent corticem, veluti sunt: nuces, castaneæ, pistacia, & punicum malum, tradente in indiuiduo. *Alc. m. d. l. qui venenum. §. glandis. n. 2. ff. de verb. signif.*

Nihil itaq; rationis habet: glandis appellationem, ad pascua reliqua, & appulsum in pascua, extendere velle.

84 Quartò, communis quoq;, hac in parte, Interpretum traditio, illud habet: quod aliam vim & potestatem, voces & dictiones in Latina: aliam item, in vernacula lingua habeant: quod item verba vernaculæ linguæ, secundum vsum loquēdi, in ea lingua: & verba latina, secundum vsum latinè loquendi, accipi, intelligi, atq; explicari debeant. *Bl. in l. lege. n. 7. C. de legit. hered. Simon de Proet. in tr. de vir. vol. interp. lib. 2. interp. 3. dubit. 2 solut. 3. n. 293. Alex. conf. 9. n. 8. vol. 1. conf. 5. n. 6. conf. 26. n. 11. vol. 3. conf. 37. n. 19. vol. 6. Dec. conf. 258. col. 3. vers. secundo non obstat. Alban. conf. 52. n. 3. Petr. Pecc. in tr. de testam. comag. lib. 5. c. 6. n. 1. qui alios idem volentes complurimos, nomine recenset.*

Cum itaq; hic, non de Latino glandis vocabulo: sed de Teutonico der mast / res sit: oportet quoq;, vt eius interpretationem petamus, ex communi loquendi vsu: apud Germanos, non autem ex eo loquendi vsu, qui apud Latinos est.

Et vi consequentis, hæc dictio, talem habere significationem non poterit, qua gramina, herbas, radices, & frutices, & reliqua porcorum pabula, complectatur. Cum illiusmodi vim, & potentiam, verbo mast / attribuere, Germanis longè sit insuetissimum.

Accedat adhæc quintò: quod in translationibus nostris, verbum mast: generaliter non sit positum, sed restrictiuè. Ita enim conuentionum literæ habent: mast / wann die gereth vnd verhanden.

Cum itaq; quotannis, graminum, reliquarumq; herbarum, Deo ita diuinitus miseris mortalibus prospiciente, abundans & terra progerminet copia: Intelligere iam facilè erit, per illa verba: gereth vnd verhanden / à glande caducaq; siue von der mast. reliqua porcorum pascua, longè esse separatissima.

In Secvnda deindè obiectione, quæ habet: primam illam translationem, quæ anno 1445. constituebatur, generaliter attamen, & indistinctim de suibus vniuersis loqui: similiter inhæret consequentis fallacia.

Nec enim sequitur: præfecturæ VV. debetur glans, ex sylua K. in vsum suum suorum: Ergo: in vsum omnium suum. Nam hac ratione: plùs in conclusione, quàm in præmissis esset, & per consequens, vitiosum efficeretur, argumentum totum (Etenim validum non est argumentum, in quo plus in conclusione, quàm in præmissis est. *Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 35. & 76. & c. 10. n. 51.*) 87

Sed quandoquidem etiam prioris illius translationis dispositio, verbo mast: siue glandis caducæ vtatur: iuris ratio exigit, vt verbum illud generale, schweine / astringamus, ad speciem, rei de qua disponebatur, conuenientem, atq; sic ad sues, ad saginandum habiles. Non enim reliquis porcorum generibus, glandes caducæ, quibus vescantur, exhibentur: & iuri consonum est: vt generalitas, quæ vera fieri, in qualibet sua specie, non potest: sed ob medium inhabile, in quibusdam tantum locum reperit: non operetur etiam, nisi in quantum facere potest. *Iemtor. §. Lucius. ff. de pact. & l. si de certa. C. de transact. Bl. in l. conuenticula, vers. quando generaliter. C. de episc. & clerc. Euer. in l. à generali. n. 1. Iaf. ad l. 2. n. 26. ff. de vulg. & pupill. Lancilot. Polit. in tr. pupill. subst. n. 36.* 88

Et relatiuum Mast: sine suo correlatiuo Mast / schweine / stare non posse. *per trad. Bl. in d. l. conuenticulas. C. de episc. & clerc. Euer. in top. in loc. à nat. correlat. n. 1.* 89

Talia item subiecta (die schweine) esse: qualia ea esse, prædicata eorundem (die mast) permittunt. *gl. in c. inter dilectos. v. ceterum in v. nequiuisset. ext. de fid. instrum. gl. vlt. ad c. dudum ext. de decim. Iaf. in Lstipulatio ista habere lucre. §. hi qui sunt. n. 2. ff. de verb. oblig. fac. text. l. vlt. §. 1. ff. de vsu. fruct. & ol. legat.* 90

Quid verò ad illud respondebimus: quod verba posteriora translationis, tam clara atque pe-

que pellucida sint, vt de nulla alia suum specie, quàm de illa, quæ saginæ idonea est, nisi literam apertissimè violare velimus, explicari queant? Disponit enim conuentio, fues, qui in syluam immitti debent, altos, nutritosq; esse debere, ad iustam vsq; staturam, antequam in syluam appellentur.

Nam cum hoc ita sit, necesse est, vt ea, quæ in priori transactione, obscurè posita esse videbantur, ex hac posteriori declarentur atq; explicentur.

91 Nec enim nouum est, vnius dispositionis verba, per aliam dispositionem, de eadem re loquentem, declarari atq; exponi. tradente Bl.in l.si seruus plurium. §. vlt. ff. de legat. 1. Aluarod.in tr.de coniect. ment. defunct. lib. 1.c.2. n. 10.

Porrò Tertia obiectio, eo laborat vitio, quod præsuppositis suis destituatur. Nam etsi illud controuersia careat, quod tempus prohibitum (verschlossene zeit) ex moribus Marchiæ Brandeburgicæ illud sit, quod incipit Kalendis Maij, & sub finem sextilis, exit: Verum attamen non est, quod transactio, in illo articulo, vbi temporis prohibiti, mentionem facit, quicquam de suibus disponat: sed quid de ouibus, vaccisq; statuendum sit, solummodò prouideat.

92 Concludamus itaq; obtinere hîc rectè posse, illud Baldi: instrumentum, quod non cantat, nec ego cantabo. *Bl. in l.ad probationem domny.n.1.C.de probat.Bened.de Borz.in tr.guarentig.p.1.q.9.Rebuff.ad constit.Gallic.sem.1.tit.de lter. obligat.art.1.gl.9.n.31.Coler. in tr.de proceff.execut. p.2.c.3. n.417.*

93 Et fundamento destructo, corruere, quæcunq; superiùs ædificata fuerant. *Hipp. Rimin. in l.postumo.n.538.C.de bon. poff. contr. tab. Hartm. Pist.q.2.n.20.in fin.& q.3.n.45.lib.2.Toming. decis. 20.n.46.& decis.24.n.14.*

Sed & aduersus hanc Tertiam obiectionem, rectè vtimur, retortione vel inuersione,

94 optimo illo contrariorum dissoluendorum modo, atteſtantibus *Euerard. in præamb. topic. n. 18.Coler.in tr.de alim.lib.2.c.12.n.128. verf. secundo.text.in c.in omni.& vbi Hoff.Iob.And. Imol.& Panorm.ext.de testib.c.qui sincera dist.45.*

Nam cum de suibus, lex conuentionis non sanxerit, quod prouideri debeat, ne non hæ, tempore prohibito, satis, agris, pratisq; damno sint.

Rectè quoq; inferemus, mentem transigentium non fuisse: quod hoc tempore, sues, pascendi gratia, in sylua essent.

Etenim cum longè sit certissimum, sues rostro suo, & dum cespites egerunt, & effodiunt, longè maximum damnum, agris, pratisque inferre. *Cuius rei antehac ex Columella & Plinio nec non ex Pyrrh. Anglober. fides facta est.*

95 Hic casus, hquidem eum includi, disponentes voluissent., ob maioritatem rationis, specialiter notari debuisset. *per l. item apud.§. ait prætor.ff.de iniur. fac. trad. Cald. in l.si curatorem in verf. vel aduersary dolo.nu. 20. C. de rest. in int. Pinel.ad l.2.p.1.c.1.n.3.C.de resc.vend.*

Postremò ineſt quoque, Tertiæ huic obiectioni, fallacia consequentis. Nam etiamsi transactio prospiceret, vt agris, pratisque, tempore prohibito caueretur, ne quod damnum, à suibus, sentiant: perperam hinc attamen concluderetur, ob id confestim, pascua omnia, promiscuo suum gregi, concessa esse.

Cum sæpiùs fieri videamus, quod etiam ante diem, qui Diuo Bartholomæo sacer est, illi porci, qui glande caduca saginantur, iam in syluis degant, atq; pascentur: proindeque clausula hæc, si quidem adesset, intelligi quoque rectè, de suibus saginæ destinatis, & aptis possit: Et vi consequentis, concidit tota hæc Tertia obiectio.

Etenim ex minus sufficienti inductione, 96
vel conuertibilitate, oritur fallacia consequentis. *Fuer. in præamb. topic.n.24. verf. quando autem fit mutatio ex minus sufficienti: & in loc.à gener.ad spec.n.2. verf. non autem procedit. & in loc. à part. enum. nu. 3. in fin. & in loc. à communit. accid. num. 10.*

Quam totum argumentum destruere, inter omnes peræquè constat *Martin. Coler.in tr. de alim.lib.1.c.3.n.13.*

Quarta deindè obiectio, n communi illa theorica, quæ habet: quod vnius exclusio, reliquorum sit reseruatio, fundata est.

Aiunt enim præfecti in VV; solus opilio, & subditi præfecturæ VV; quo minus sues suos in syluam immittant, prohibentur: Meritò itaq; diuersa iure vtemur, ratione suum, quæ præfecturæ sunt propriæ.

Verùm ne hæc quidem connexio, plausibilis est. Obstat enim ei, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

Cum non minùs æquitati iuris congruat: 98
quod vnius inclusio, alterius sit exclusio. *l.matritus.& ibi DD.communiter.C.de procurat. Pecc.in tr. de testam.coniug.lib.1.c.29.n.4.& 41.n.3.& lib.4.c. 16.n.2.Hartman.Pistor.q.4.n.26.& q.19.n.71.lib. 2. Montic.in tr.de inuent.her.c.3.n.40. Cacher. de-cis.81.n.2.*

Non minùs itemconcludenter inferatur: cum sola glans caduca, per transactiones, præfecturæ VV. concessa sit, reliqua pascua, & suum appulsum in syluam, eidem denegata esse. Quamobrem ob hoc obstaculum, firmum in præsentia, ab exclusione vnius, ad exclusionem alterius: nec è diuerso, ab inclusione vnius, ad exclusionem alterius, non deducetur argumentum.

Etenim argumentum ab exclusione vnius, 99
deductum, pellitur, argumento contrario inclusionis vnius: ita vt hac perplexitate interueniente, nec ab inclusione, nec ab exclu-

sione, firma ſit argumentatio. *Veluti in ſpecie decidit Crau.d.conſ.570.n.26.*

100 Eodem quoq; modo, iuris eſt manifeſtiſſimi: argumentum, ab excluſione vnius, ad reliquorum reſeruationem deriuatum, in dubio tantùm procedere, minimè verò eo caſu obtinere, cum ex alio capite diſpoſitionis, certum iam eſt, reliqua reſeruata non eſſe. *l. eum qui ita.§.1.& ibi Caſtr.col.1 in fin.verſ.nec obſtat.ff de verb.obl.l.cum prætor.ff.de iudic. Martin.Cöler.in tr.de alim.lib.1.q.9.n.3. Hipp. Rumn.ad l.1.n.158.C.qui adm.Rum.conſ.69.col.2.circa pr.vol.1. Crau.conſ.895.n.12.*

Atenim hîc, in re dubia, ob tranſactiones clariſſimas, neutiquam verſamur.

101 Sic quoq; rectè dicimus, vitioſam eſſe argumentationem, ab excluſione vnius, ad alterius reſeruationem: quoties non animo reſeruandi, vnius fit excluſio: verùm quo ſpecialiùs, & expreſsiùs omnia notentur. *Cuman. conſ.161.col.4.circa med. verſ. nec quenquam Crau. d.conſ.895.n.13.& conſ.946.n.4.*

Iam verò quæ de ſubditis, & opilione VV; in tranſactione habentur, eidem inſerta non ſunt, animo quicquam reſeruandi: aut eo fine, vt quid ampliùs ipſi præfecturæ acquireretur: ſed vt res conſpicatior adhuc, & planior fieret.

Etenim ea, quæ præfecturæ, licita atq; permiſſa eſſe debebant, diffinitionem iam certam receperant, antequam ad illam, de opilione, & ſubditis diſpoſitionem, tranſigentes progrederentur atq; accederent.

102 Vt taceam, quod concidat quoq; hoc argumentum, ab vnius excluſione, ad ceterorum reſeruationem deductum, per reductionem ad abſurdum. *Salyc.in l de crimine oppoſ.2. C.de accuſat.Dec.conſ.53.in fin.& conſ.99.col.2. Crau.conſ.350.n.2.*

Non itaq; conſiſtere hîc poteſt. Nam ſi hæc ſententia, quam præfecti fouent, obtineret, intoduceretur ſuiſpſius correctio, & quidem in continenti facta. Tolleretur enim hac ratione, tota illa diſpoſitio, quæ in tranſactione, in § die maſt betreffend: vrpotè, quæ glandem caducam tantùm, præfecturæ concedit, legitur: & è contrario, præfecturæ iam paſcua reliqua, & ſuum immiſsio in ea, contra quam conuenerat, concederetur.

103 Quæ correctio ſuijpſius, & quidem in continenti facta, abſonum, & abſurdum quid eſſe, iure quo vtimur, putatur. *l.non ad ea.ff.de condit.& demonſtr.Imol.conſ.30.n.3. Alex.conſ.167. n.14.lib.2.Crau.conſ.70.n.22 conſ.870.n.9.Crau. in conſ.pro Gener.n.83. Simon.de Proet. conſ.106.n. 61.& conſ.244.n.19.vol.1. Surd.conſ.794.n.1.*

104 Poſtremo, remederi quoq; obiectioni huic per id poſſumus: quod clauſula in medio, principio, vel fine poſita, nunquam trahatur ad ea, quibus peculiariter iam, in illa ipſa diſpoſitione, prouiſum fuerat. *Decidentibus. Bt. in l.talis ſcriptur.§.hanc autem.n.3.verſ.cauſæ autem.& ibi Taſ.n.37.ff.de leg.1.Bl.in l.1.n.5.C.de legib.hered. Salyc.in l.1.n.2.ibi Caſtr.n.2.Taſ.n.8.verſ.tertio.C.de lib.prater. Zuchard.ad rubr.n.49.ff.ſi cert.pet. Crott. ad rubr.n.43.ff.de verb.obl. Crott.ad rubr.n.6.ff.de acquir.poſſ. Rebuff.ad l.vnic.n.537.C. de ſent.quæ pro eo quod int.prof.*

Fieri itaq; nequit, vt ea, quæ de opilione, ſubditisq; VV; hîc diſpoſita eſſe perſpeximus: ad ipſam etiam præfecturam vſq;, extendere poſsimus. Ea namq; ſuam certam diffinitionem, determinationemq; iam receperant, quàm de opilione, & ſubditis præfecturæ, fieret prouiſio.

Sed vt ad QVINTAM iam obiectionem perueniamus, quæ habet: quod in paſcuorum litibus, rectè dirimendis, inſpicienda ſint ea, quæ antiquitùs fuerant obſeruata: poterimus hanc ita, rectè reſoluere: ſi dixerimus, quod hoc argumentum, fundamento cui innitatur, careat. Non enim, antiqua iſthæc obſeruatio, quæ allegabatur, vllo modo comprobata eſt: & pernegat illam planè, oppidò VV.

Iam verò iuris eſt clariſsimi: poſſeſsionem, quid facti eſſe: idcircoq; probam oportere omnia ea, quæ de poſſeſsione, à quoquam aſſeuerantur. *l.1.§.1.ff.de acquir.poſſ l.1. §.ſcæuola.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe tuſſ.fuer.l.denq;.ff.quib. ex cauſ.maior. Borcholt.in tr.de acquir.poſſ.c.1.n.9.* 105

Id quod & in obſeruatione quoq;, receptum eſt. *tradentibus in iuduiduo Curt. Sen. conſ. 78.col.vlt.verſ.& plus.Cephal.conſ.299.n.19.* 106

Inſuper latet quoq; in argumentatione hac, fallacia, à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nec enim ſimpliciter verum eſt, ad ea recurrendum, quæ antiquitùs obſeruata fuerant, ſed ſecundum quid tantùm, & vbi in ambiguo verſamur. *l.quædam. ff.de reb.dub.Tiraq.ad l.ſi vnquam in v.donatione largitus.n.205.C.de reuoc.donat. Caſtr.conſ.347.n.4. vol.1.Crau.conſ.101.n.3.Hieron.Gabr.conſ.196.n. 6.vol.2.Menoch.conſ.156.n.28.& conſ.189.n.19. vol.2.conſ.265.n.7.vol.3.Tiber.Decian.conſ.3.nu. 260.vol.4.* 107

Non itaq; hîc, theorema iſtud, allegari meretur. Cum reſpectu tranſactionis recentioris, minimè in ambiguo, verſari poſsimus.

Etenim caſus vbi tranſactionis eſt, ibi rem amplius dubiam non eſſe, incogniti iuris non eſt. *Bl.conſ.215.n.3.in fin.lib.2.Crau.conſ.31.n.7. conſ.317.n.1.& conſ.957.n.6.* 108

Eodem quoq; modo, reſoluitur SEXTA obiectio. Nam & ea innititur falſis præſuppoſitis. Præſupponunt enim præfecti, tranſactionem obſcuram eſſe, quæ tamen in ſeſe, longè eſt clariſsima: ſed & eodem, fallaciæ ſecundù quid vitio, laborat. Cum indiſtinctim interpretari conentur id, quod cum diſtinctione, & de caſu dubio tantùm, explicandum erat.

Non dicam nunc, quod ex ſola patientia, obſeruatio nunquam oriri poſsit. *Tradentibus Imol.in* 109

Imol.in c.olim.el. 3. in fin. ext.de rest.spol.Socin. cons. 220.n.11 lib.2.Crau.cons.680.n.4 fac.Arad. Bl ad l. 2.n.2.C.si ex falsi instrum.Alex.cons. 191.n.7. lib.6. Dec. cons. 98.in fin.Bl.cons. 321. in c.verba compromissi. volum.5.

Quare vllam hîc, asserere, obseruantiam nequimus. Cum ne patientia quidem, ex parte oppidanorum, ostendi possit. Etenim conatibus præfectorum, pugnerando, abigendoq; sues, semper obuiam iuerunt.

Pro causa itaq; patientiæ, in argumento hoc ponitur, quod causa eius, esse nequit: consequenterq;, fallacia non causæ vt causæ committitur.

110 Nouum autem non est: non causæ, vt causæ fallaciam, funditus ea argumenta, quæ affecit, euertere. *Martin.Coler. in tr.de alim. lib. 1. 6.2.n.75.& c.10.n.31.ver.& sic.*

Septima deindè obiectio, in declaratione illa, quam Consiliarios E. S; feciſſe perhibent, exædificata est: sed & hæc, hactenus recensitis, maiores vires non habet.

Primò enim nunquam adhuc, exhibitæ sunt illæ literæ, in quibus tale quid perferi-

111 ptum esset. Paria itaq; erunt, non esse, & non apparere. *Iduo sunt Tiraq.ff.de test. tur. Menoch. in tr.de remed.poss adip.remed.4.n.781.& 787. Gail. obs.50.n.2.lib.1.Seraph. de Seraph. in tr. de uram. priuil.86.n.1.& per tot.*

Sed etsi præsto esset, illa declaratio, committeretur attamen nihilòminus, in argumento hoc consequentis fallacia. Non enim consecutionem vllam habet: tempore transactionis initæ, nulla minorum suum, nientio facta est: Ergò præfecti iam dum in possessione illius iuris, quod sibi etiamnum vindicant, constituti fuêre.

Quin potius dicamus, cum prima transactio quæ anno 1445. dictabatur, solius glandis caduæ, mêtionem fecerit, eamq; præfecturæ beneuolè concesserit: præfectos tempore posteriori is transactionis, hoc iure fuisse contentos, nec vnquam ius appellandi sues minores, in reliqua pascua, sibi vsurpare, præsumsisse. Vndè eius quoq; rei, commemoratio vlla, in transactione posteriori inseri non potuit: & vi consequentis, falsa est illatio illa, quam præfecti ex isthac declaratione astruere, modis omnibus annituntur.

112 Non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. *I non hoc.C.vn. l git. Stracch. in tr.de decoctor.2.p.vlt.p.p.n.3.Capyl.in tr.de num.test. p.1.c.9.n.10.Bard.in tr.de temp.vt.& contin.c.16. n.3.Royas.decis.Lituan.1.n.16.Pect.in tr.de testam. coniug.lib.1.c.2.1.n.4.*

Sic quoq; hoc in loco, negocium non facessit, illa transactionis clausula, quæ habet: de omnibus omnino litibus, quæ partes hasce, hactenus infestarant, transactum iam esse: additur enim: super hactenus enumeratis articulis controuersis, vber obangeregten punct:n.

Enimuerò inter illos articulos, qui ibi enumerantur, nullus est, qui de pascuis porcorum minorum, eorundemque appulsu, loquatur.

Non est itaq;, vt hanc transactionis clausu- 113
lam, vsq; huc extendamus. Nec enim transactio generalis, ad illas lites, quæ tempore transactionis initæ non mouebantur, ob medium inhabile, porrigenda est. Decidente in indiuiduo *Bl. ad l.coquenticula. n.5. ad fin. ferè. vers.quando generalitas. C. de episc.& cleric.*

Quin potius illi imputandum erit, qui legem contractui, apertiùs dicere potuerat, illudq; facere neglexerat. Nec refragatur his: quod attamen effectus totus, cessare, & desinere non possit, quandiu aliquæ causæ eius reliquiæ, supersunt.

Nam & hoc præsuppositis falsis innititur. Probatum enim nusquam extat, ex hoc capite, appulsus suum minorum in pascua commerciorum interdictum, & repressalias ortum habuisse.

Præsupposito itaq; amoto, corruere asser- 114
tionem, quæ indè eliciebatur, omninò necesse est. *gl.& DD.in l.mancipia in v.aduocandum. C. de fer.fugit.Dec.cons. 201.col. 2. circa med. Crau. cons. 486. n. 4.*

Vt taceam has controuersias, inter oppidum V V; & præfecturam VV. causam interdictorum commerciorum, efficientem, non fuisse, sed impulsiuam tantum.

Etenim omnis de præterito causa, veluti, 115
cum pascua subditorum meorum M. inuaserint: eos mercari, in ditionibus meis, verò: impulsiua est. *tradente in indiuiduo. Bl. in l.damus. ff.de cond.indeb. Tiraq.in tr.cess.caus.limit.1.n.26.*

Quod cum ita sit, frigidum est argumen- 116
tum, quod a cessatione huius causæ, ad cessationem effectus, deprompitur.

Etenim effectus integer, consistere & permanere potest, quantumuis hæc causa cesset, & durante adhuc hac causa, effectus totus desinere potest. *per trad. Tiraq. d. limit. 1.n.1.& per tot.*

Insuper, pervulgatissimam quoq; habe- 117
mus iuris regulam, quæ vult: quod causæ reliquiæ, ad effectus cessationem quod attinet, in consideratione non veniant, nisi in casibus, à iure expressis. *Imol. in l. 2. §. vlt.col.2. vers.item adde in quantum,& ibi Roman.col.vlt.vers. vltetius in quantum ff.de donat.Tiraq.in tr. cess. caus. limit.16.in fine.*

Non itaq; huic fundamento, tutò inhærere possumus.

Cum præsertim, in nihilum quoq; redigi, reliqua omnia, facilè possint, quæ pro confirmatione, fundamenti huius, prætereà adducebantur.

Nam primò, nullius precij est illud: quod alia sit persona declaratoris: alia item persona testis: quodq; ob id declarans, iurare

non teneatur: Negatur enim, quod id, quod à consiliarijs S. E. fiebat: (veluti factum esse aduersa pars perhibet) ad instar declarationis, iudicari possit. Cum metas declarationis, iudicari possit. Cum metas declarationis, longissime excesserit.

118 Nam, cum iuris sit certissimi: quod declaratio, debeat fieri, tantùm in circumstantijs, & non in substantialibus. *Oldrad. consil. 167. in c. ante omnia. col. vlt. Ioh. de Anan. consil. 80. n. 4. Tiber. Decian. consil. 36. n. 8. vol. 3. Cothm. consil. 39. n. 480.*

119 Et quatenus id, verba obscura, & ambigua dispositionis, exigunt atq; requirunt. *Petr. de Ancoran consil. 399. inc. præmitto. col. vlt. Castr. consil. 46. inc. viso & examinato. col. penult. lib. 2. Alex. de Imol. consil. 7. col. 2. in fin lib. 7. Dec. consil. 114. col. penult. post med. & consil. 376. col vlt. Crau. consil. 338. n. 20. & consil. 895. n. 25. Cardin. Paref. consil. 50. n. 3 8. vol. 4.*

120 Alias enim, & nisi qua ambiguitas, & obscuritas in verbis insit, ne principi quidem, fas, aut permissum est, sua declaratione, ius alicuius lædere atq; comminuere. *trademe in indiuiduo. Crau. d. consil. 338. d. n. 20.*

Hic attamen declarantur ea, quæ indubitata erant, & nullius declarationis indigebant: non item ea declarantur, quæ facti tantùm circumstantias concernebant: sed ea, in quibus, tota rei substantia versabatur (nam ipsa transactionis verba, longè manifestissimè indicabant, in transactione hac, porcos, ad saginandum per ætatem non idoneos, non includi) vt igitur, declarationem hîc tantum factam esse, iudicaremus?

121 Cum is rectè non dicatur declarare, aut explicare, qui aliud & diuersum, à priùs dictis vel scriptis, dicit vel scribit. *tradente in indiuiduo Cothm. consil. 39. n. 480.*

Sed & multò plures, præter hunc defectum superfunt, qui declarationem hanc, consistere non sinunt.

122 Nam alia adhuc adest, iuris dispositio, quæ vult: quod declaratio, parte in id, non citata facta, nullius momenti sit. *gl. in Clement. præsenti in v. constituerat de censib. gl. in Clem. 1. 5. vlt. verf. quinto, & Clement. 2. in v. constituit de pœn. DD. in c. reprehensibilis. & vbi Philipp. Franc. verf. & dixit hic Host. ext. de appell. at. Roman. in l. si cui bonis ff. de verb. oblig. Felin. ad c. Rodulphus. col. antepenult. verf. sed instior est ext. de refer. Tiraq. in tr. res int. alios act. limit 24. verf. verum in sententia Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 7. limit. 36. n. 5. Socin. consil. 120. vol. 3. Alex. consil. 11. col. 4. verf. nec obstat etiam prædictu. lib. 7. & consil. 107. n. 5. vol. 5.*

123 Quodque declaratio ex interuallo facta, tertio non citato, obesse non possit. *Curt. in l. petens. n. 16. C. de transact. Alc. consil. 209. n. 1. in fin. & n. 2. in pr. Crau. consil. 112. n. 12. & consil. 106. n. 13. Surd. consil. 196. n. 40. vol. 2.*

Atenim hic, ad audiendam declarationem, oppidani, nunquam vocati fuere.

Fac itaq; declarationes, iuramento non interueniente, hac in parte, fieri potuisse efficax attamen, nostra hæc declaratio non erit, ob alia, quæ ei insunt, errata.

Nec enim vnum, ex pluribus impedimentis, desinere sufficit. *Gail. obs. 95. n. 12. lib. 2. Hartm. Pistor. q. 15. n. 13. vol. 1. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 68. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 91. C. de revoc. donat. Cald. in l. si curatorem. in v. bunc contractum. n. 6. C. de rest. in integ.* 124

Nec obstat, quod attamen declaratio, parte altera inuita, fieri possit. *per Arad. Schrad. in loco superiùs in id allegato.*

Nam vt vides, Schraderus ipse, in longè à nostris remotissimis, terminis loquitur. Veluti cum declaratio tota consistit, in voluntate vnius, vtpotè cum dominus feudi declarat, velle se, quod Vasallus, ob commissam felloniam, feudo cadat. Hanc enim altera quoque parte inuita, fieri posse, incertum non est. 125

At vbi res, in vnius voluntate, tota posita non est, veluti hîc, ibi quoq; declaratio, parte altera inuita, admitti non potest. *Vti scipsum Schrad interpretatur, in tr. feud. d. 2. p. q. p. sect. 9. n. 8. ad fin. traditq, præterea. Ceph. consil. 327. n. 3. vol. 3.* 126

Sic quoq; pondus aliquod, illud non habet, quod attamen oppidani, se declarationi huic, consiliariorum S. E; sponte submiserint: Nam submissio hæc intelligenda est, sub hoc pacto, si ritè, rectèq; procedatur, in omnibus. Nam etsi consensero, hunc vel illum actum fieri; hoc attamen, ita accipiendum erit: si omnia, ad illum actum requisita, decenter, & ad iuris præscriptum fiant. *l. si quando. C. de inoff. testam. Abb. in repet. c. cum esses n. 8. ext. de testam. Ludouic. Bend. in tr. remiss. concl. 18. n. 7. Dauth. in tr. de testam. n. 354.* 127

Non nocet itaq; submissum esse. Sic quoque diluitur id, quod de non reprobanda, declaratione ea, cui me semel submiseram, vlteriùs afferebatur: cum & idipsum quoque, secundum quid tantùm, verum sit, & quo ad personam declarantis. Minimè autem hinc prohibeor, quò minùs reijciam, & rata non habeam ea, quæ declarans iniustè, & minùs legitimè facit. *arg. l. si quis testibus, & ibi gl. v. arguere. Br. in vers. sed contra dicta. Cyn. n. 3. notab. 3. & n. 11. Fulg. n. 2. Odof. n. 1. vers. secundus casus. & n. 5. vers. item nota. Ang. n. 1. vers. sed contra dicta. Castr. in pr. vers. sed contra eius dictum. Salyc. n. 3. vers. ex quo habes. & n. 23. Sichard. n. 3. C. de testib.* 128

Rursus non officiunt ea, quæ de principis delegato, allegabantur.

Esse enim nequit, vt hosce Declaratores, inter delegatos recenseamus.

Quare in refutanda hac obiectione, multos nos esse, non oportet. Cum de qualitatibus non entis, frustrà omnis suscipiatur disputatio. *Leius qui vers. quoniam ff. si cert. pet. Zoanett. ad l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vend. Gomez. var. res. lib. 1. c. 1. n. 9. Pinel. ad rubr. p. 2. c. 1. n. 5. C. de rescind. Seraph. in tr. de tut. am. priuil. 73. n. 43.* 129

Fac au-

Fac autem, fuisse Declaratores nostros, delegatos, hinc attamen nihil vitium adhuc, accresceret ipsi delegationi.

130 Cum & in delegato principis verum sit, ne eum quidem, posteaquam semel officio suo defunctus fuerat, amplius quicquam, facere posse. *Bl.in l.si vt proponis 2a.1.n.9. C. quom. & quand.iud.Ioh.de Iuol.in l. iudex postea quam. n.6. ff.de re iudic.Felin.in c.qualiter & quando.el.1.n.39. ext.de accusat.Ripa in l.quod iussit.n.63.ff.de re iudic.*

* *vbi hanc veram & communem esse opinionem, contrà Angelum, attestatur.*

Vt sciens, prudensq; præteream, ne principis quidem delegatum, declarationem facere posse, vtraq; parte, ad audiendum declarationem non vocata. *velutì superiùs phatum est.*

Illuc quoq; referenda sunt ea, quæ de arbitris, in medium proferebantur. Cum ne inter arbitros quidem, consiliarij E.S. connumerari possint.

131 Nec enim in controuersia hac, processum iudiciarium secuti sunt: cum attamen is, qui iudicialiter in causa non procedit, arbitri quoq; nomen, non mereatur. *Br.in l.societatem. 9.arbitrorum.n.7 ff.pro soc. Innoc. in c. Quintus.allu. ext.de iureiur. Bl.in tr.de comprom.q.1.n. 29. Pract. Pap.in for.lib.quo ag.ad pœn.ex comprom.in v.tanquà in arbitros, & in v.terminandis de iure, & de facto. n. 1. Mascor.m tr.de iurisd.n. 123. Sfort. Odd.in tr. de rest.in int.q.32.n. 13.*

** Sed & receptior, illa est opinio, quæ habet:

132 arbitrum, arbitrium suum, declarare, aut interpretari non posse tradentibus in specie, *Speculat.in tit.de arbitr.§.vlt.vers. sed nunquid verbum obscurum Archid.in §.ex his. 12.q.1. Panor. ad c. cum olim.n.1.ext.de arb. Br.in l quid tamen, in pr.ext. eod.tit. Pract. Pap.in for.lib.quo ag. ad pœn. ex compr.*

* *v. dimittendam douum.n. 2. & est communis opinio, veluti apparet ex Bl.d.tr.de comprom.q.9. n. 64.*

133 Quo iure caetenus etiam vtimur, vt procedat, etiamsi plures fuerint arbitri, arbitrium suum interpretari volentes. Nam ne hoc quidem casu, ius declarandi illis competit: sed oportet, vt coram Iudice competenti compareant, & iurato, ad instar testis, deponant, de eo, quod in arbitrio suo, obscurum, vel ambiguum est. *Exer. in top. in l. à iudic. ad Arbitr.n. 17. Blanc.d.q.9.n.64. vers.intellige.*

134 Et is porrò iudex, cuius est, exequi arbitrium, super hac ambiguitate, post deindè pronunciabit. *Abb.d.c.cum olim.n.1. per ill. text. de arb. Blanc.d.q.9.n.64. in fine.*

135 Nec obstat, quod attamen Lanfrancus de Oriano, scriptum reliquerit: standum est dicto, plurium arbitrorum: Etenim Lanfrancus de Oriano, seipsum explicat, vt verum sit, si agatur, de declaratione, mentis arbitrorum propriæ. *Oriam.in sua praxi.c.8.d.n.65. vers. interdum. Cephal. cons.327.n.3.*

Aliena itaq; est doctrina hæc, à nostro negocio. Et præterea oportet, vt arbitri, tanquã testes producti, obscuritatem, & ambiguitatem, mentis propriæ, declararint.

Porrò eiusdem tarinæ, illud quoq; est, quod arbitrator, arbitramentum suum, explicare possit: Nam etsi non eamus inficias, hosce 136 Consiliarios, quàm proximè ad arbitratores accedere: interim tamen, non minùs verum est: arbitratorum etiam declarationem, quandoq; tantum, & quatenus veritas, aliter haberi non potuerit. *:tradente in individuo Br.in d.l.societatem.§.arbitrorum.n.29.ff. pro soc.*

Et si istiusmodi declaratio, facta fuerit, co- 137 ram Iudice competenti, valere. *Br. d. §. arbitrorum.n.29.*

Qui Iudex competens in præsentia, non 138 E.S; sed Austregæ fuerunt. *Ordinat.Cam.p. 2. tit. 4. Frider lib.1. de proceff.in Camer. extrah. c. 17. per tot. Schuanm.lib.1. de proceff. Camer. c.2.n.8. Scbrad. in tr.feud.p.10.sect.8.n.6.*

Accedat ad hæc: quod tùm demùm, in ca- 139 sibus aliàs permissis, iure declarationem faciant, arbitri, & arbitratores, si idipsum vtraq; pars, simul petierit, atq; postularit tradentibus in individuo. *Felin.in c.cum à nobis.n.10. vers. sed istam fallentiam ext.de testib. Steph. Auster. in addit.ad Capell.Tholos.q.142. Aufr.in tr.de testib. n. 11. fallent.5. Menoch.in tr.de arbitr.iudic.quæst.lib.1.q.73. n.16. Masc.in tr.de probat. concl. 124.n. 23. & 35. Hest. Acmilan tr.de testib.in v.arbiter.n.28.*

Enimuerò hic, præfecti, nunquam adhuc allegarunt, tantoq; minùs, fidem vnquam fecerunt, quod nomine oppidi VV; declaratio hæc petita sit. Vlterius ipsa quoq; declaratio, vel ideò stare nequit, quod præter hactenus enumerata obstacula, contradixerint ei quoq;, Consiliarij N; ad illum conuentum destinati. Qui non minùs viri nobilitate conspicui, eruditione morumq; integritate, præstantes: plures item numero fuerunt: ac illi quos miserat S.E. quod item contrarium appareat, ex scriptura protestationis, iussu senatus, ciuiumq; oppidi VV; in ipso conuentu exhibitæ: cui & protocolla consiliariorum N. concordissimè congruunt. Nam inibi ita legitur: testatum scriptura hac, facere oppidanos, ne equitia capræ, vel sues, quæ in prædijs, villis q;, ad præfecturam VV. pertinentibus, alerentur, in pascua eorum immittere, præfectis vnquam fas esset.

Quod cum ita sit, in summum citò abibit 140 declaratio hæc. Nam certum est, quòd vbi vndiq; testimonia sunt paria, potius pro libertate, quàm contra libertatem, iudicandũ sit; *Bl.ad l.vlt.n.15. vers. ex hoc decidetur. ff. de fer. Bl. in auth.omnes peregrini.n.10. C. commen. de succeff.*

Item, quod protocolla hominum præstan- 141 tium, veluti principis Consiliariorum, plenè, & sufficienter probent. *per trad. Abb.in c.cum P. tabellio.n.3 alb Felin.in 1.ext.de fid.instrum. Mascard. in tr.de probat.concl.1243.n.2. Futger-Rud.in tr. de communi.p.2.lib.5.c.7.n.9.*

Vt taceam protocolla hæc, actis quoq; fuisse inserta, & ideò eandem, quam acta, effi-
142 caciam sortiri. Cum attamen acta, vsq; adeò probent, vt inter easdem partes, notorium quoq; introducant. *c. vlt. ext. de cohab. cleric. & mul. Iaſ. in l. eius qui in prouincia. nu. 3. ff. ſi cer. pet. Rutg. Rud. d. tr. de commiſſ. d. p. 2. lib. 5. c. 6. n. 21. Tyndar. in tr. de teſtib. p. 3. c. 1. n. 5. Natta conſ. 98. n. 5. p. 1. Gratt. conſ. 95. n. 18. vol. 2.*

Atq; his, ni plurimum fallor, satisfactum recte erit, obiectioni SEPTIMÆ.

Sequitur nunc OCTAVA obiectio quæ habet: non aliter vſos, præfectos in VV. seruitute pascendi, quàm ab initio conuenerat: ideoq; eos, in hoc iure suo, tuendos esse, etiamsi pascua, in vsum domini fundi, & eius cui seruitus competebat, non sufficerent:

Ceterùm huic rectè respondetur: senatui, ciuibusq; oppidi VV; nihil priùs, vel antiquiùs esse, quàm vt pacta seruentur: at interim verò non esse confonum, iure suo, debito modo, præfectos in VV. vſos esse. Nam hoc si esset, omnis euestigiò, procul fugaretur lis.

Nam vt denuò dicam, cum vtraq; transactio, de glande caduca, loquatur: posteriorverò, in specie prouideat, ne alij sues appellantur, quàm qui iusta sint ætate, & mactationi accommoda: isti interim præfecti, omnes indiscriminatim sues, in pascua immittunt, non solùm, quando glans caduca, in sylua nascitur: verumetiam tunc, cum quercus, glandibus prorsus sunt vacuæ: atq; sic mirum in modum, miseris ciuibus nocent.

Vt igitur reuera dici posset: præfectos non alio, quàm decuetat modo, iure suo, vſos esse?
143 Nec enim is, qui alias pecudes, quàm conuenerat, appellit, seruitute debito modo vti: sed è diuerso, conditionem fundi seruientis deteriorem facere, rectè dicitur. *arg. l. ſi ſeruitutes. §. ante. ibi Br. ff. de ſer. vrb. prad. l. qui ſollu. ff. de ſeruit. ruſt. prad. l. ex meo. ff. cod. tit. l. ſi is cui. ff. quemadm. ſer. amitt. Br. in l. ſi cum meus. ff. ſi ſer. vindic.*

Prætered, diffiteri quoq; Aduersarij nequeunt, quin plæraq; prædia, villasq;, longo post tempore extruxerint, quàm cum temporis, cum prima transactio sanciretur, fuerant: quin item, non minùs cum suibus, qui in nouis istis prædijs, villisq; aluntur, hoc iure, glandis caducæ, frui præsumant: quàm cum his, qui in antiquo, eoq; vnico prædio, quod VV. est, nutriebantur.

Quæritur itaq; haud immeritò, quo iure idipsum, modum seruituti, ab initio præscriptum, seruare, appellitare posimus?
144 An non iuris est euidentissimi: quod conuentio inter me, & pistorem, vt mihi familiaq; meæ, certo ob id precio persoluto, quotannis panem coquat: non extendatur ad familiam, post deindè aductam: sed intelligenda, atq; altringenda sit, ad familiam, quam tempore conuentionis initæ habebam?

Iacob. Butrig. ad l. vlt. per ill. text. C. de ſacroſ. Eccleſ. Imol. ad Clem. liter. as. n. 28. verſ. item quod promittens de reſcr. Iaſ. ad l. quominus. n. 143. ff. de ſtumm. Vincent. Caroſi. in tr. de locat. tit. de ſtumm. n. 1. & 2. vbi hanc veriorem, & æquiorem eſſe opinionem, qua in iudicando ſequenda, inq; conſcientia tutior ſit, atteſtatur. Luc. de Penna ad l. ſancimus. Ia. 1. in fin. C. de con. lib. 12.

Nec obstat, quod attamen seruitutem pascendi non perdam, ob id, quod pecora, maiori numero, & vltrà modum conuentum, ad pascua appulerim:

Huic enim, ex ijs, quæ sub VNDECIMA decisionis ratione, afferebantur, responsio parata est: quod nempè, si per solum pecorum appulsum, in pascua, vltrà numerum debitum & conuentum, seruitutem non amittam: amittere tamen me eam, ob vsum eius, alio quàm conuenerat tempore: aut si vtar eo, alio quàm placitum fuerat, pecudum genere.

Quod si generaliter verum esset: ob vsum 145
maiorem seruitutis, seruitutem non amitti (cuius tamen contrarium, in specie scripsit *Forcat. ad l. ſi tam anguſti. n. 6. ff. de ſeruit.*) non tamen huic illud quoq;, aptè inferre poterimus: eum, cuius fundus seruitutem debet, illud æqua mente, pati, illicò cogi: quinimò salua ei est adhuc, contra vendicantem seruitutis, contra placitum, exceptio pacti, vel doli mali. Quibus exceptionibus conse- 146
quetur illud: vt is, qui contra formam, seruituti dictam, venit: sese contrahere, intra legitimum numerum, & modum compellatur atq; cogatur. *tradente rurſus Forcat. ad l. 4. n. 6. ff. de ſeruit. per l. feudum. ff. de ſeruit. ruſt. prad. l. cuius eſſent. §. vlt. ff. eod. tit. l. vrſini ff. ſi vſusfr. pet. at.*

Quinimò ipsa negatoria actio, contra 147
ventem seruitute, aliter, quàm conuenerat, dabitur. *arg. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. vind. l. ſi cum meus. ff. eod. tit.*

Inconstans itaque, OCTAVA quoq; obiectio erit.

NONA dehinc obiectio, debilior est, quàm 148
vt in ea, firmi quicquam, inædificari possit. Cum multi, & quidem haud infimæ notæ, Iuris Interpretes reperiantur, qui ius pecoris pascendi, inter iura personalia referant. *veluti Menoch. in tr. de remed. poſſ. retin. remed. 6. n. 47. Corn. conſ. 293. n. 15. vol. 3. & conſ. 63. n. 8. vol. 4. Rum. conſ. 106. n. 10. lib. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 84. nu. 5. volum. 3.*

Non itaq; locari potest, ius eiusmodi. 149
Etenim personalia personam non egredi, omnibus in confesso est. *l. vſus aquæ. ff. de vſu & hab. l. Lucius. ff. de ſeruit. ruſt. prad. l. ſicut. in annos. §. morte. & l. ſi vſusfr. ciuitati. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. Pecc. in tr. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 30. n. 4. Hartm. Piſtor. q. 15. n. 43 lib. 2.*

At esto, seruitutem pascendi pecora, iurib. realibus annumerabimus: nihilo tamen magis, ac

gis, ac priùs, ob id consequetur, ius eiusce-
150 di locati posse. Cum iuris sit certissimi: ser-
uitutes reales, locari, aut conduci non posse.
l locare. & ibi gl. & DD. ff. locat. Suhard. ad rubr. n. 2.
C loc. Moz. in tr. de contract. Rubr. de reb. quæ poss. loc.
n. 2. Longoual. ad l. imper. n. 239 ff. de iurisd. omn. iud.
151 Etenim vsitatis modi seruitutes sunt iura prę-
diorum. *l. qui in alieno. § . vlt. ff. de neg. gest.*
152 Vndè non habenti prædium, deberi quoq;
nequeunt. *l. 1. ff. com. præd. l. & Attilicinus. ff. de ser-*
rust. præd.

Nec obstat, quod transactio, verbo: deten-
tatoribus: vtatur: quodq; consequens est, hoc
ius, ad conductores vsq; extendere videatur.

Minimè enim transactio dicit: etiam de-
tentatoribus ipsis, fas fore, glande caduca vti:
sed tantùm præcipit, vt præfecti in VV. pro-
spiciant, ne qua fraus transactioni fiat, neue
aliunde sues accersantur, & deinceps hisce
pascuis inmittantur.

Quæ tam sunt separata, vt nihil suprà.

Quod si ad eum modum, quo aduersarij
contendunt, transactio loqueretur: non attа-
men tunc, compræhenderet locatores: sed de
præfectis tantùm, intelligenda foret. Non e-
nim, ea potestas, conductoribus competit,
153 qua possint animaduertere in alios, ne quam
fraudem transactioni faciant. Etenim con-
ductori, cum reliquis locatoris rebus, præter
rem conductam, nihil commune est. *per c.*
scripturam est. 6. q. 3. c. venerabilem in pr. ext. de elect. c.
non est sine culpa de reg. iur lib. 6.

Non dicam nunc, etiam tunc temporis,
cum posterior transactio stabiliretur, nec soli-
tum, nec vsitatum fuisse, præfecturas aliquas,
sub pensione annua elocare. Vndè meritò,
tanquam ad incogitatum quid, vsq; eò, non
progredietur dispositio.

154 Cum ad incogitata, dispositionem gene-
ralem, trahi non debere, exploratissimi iuris
sit. *l. emtor. §. Lucius. ff. de pact. l. cum Aquiliana. & l.*
qui cum tutoribus. ff. de transact. Anton. de Petrut. ad l.
1. n. 76. ff. de vsureir. Anton. Rub. ad l. Gallus. § . quidem
rectè. n. 30. ff. de lib. & post. Zuchard. ad l. 1. n. 161. C.
de pact. Tiraq. de vt. retr. p. 1. § . 24. gl. 1. nu. n. 6. & p.
2. in præfat. n. 33.

Sed &, si proprietate verborum studuerimus, sub verbo: Inhabere: non continebitur
155 locator. Vtpotè, cum conductor, rem conduc-
tam, minimè possideat. *d. l. qui vniuersas. § . quod*
per colonum. & ibi Br. & DD. ff. de acquir. poss. Pan-
tzschm. q. 22. n. 4. Gozadin. cons. 58. n. 11.

In Decima postea obiectione, adducebatur illud: quod pascendi seruitus, breuiori, quàm immemoriali tempore, acquiratur: proindeq; contra cives oppidi VV. ius pa-
scendi, & agendi sues minutiores, etiam eo tempore, cum quercus, glandem nullam fert, in oppidi sylnam, præscriptum iam esse.
156 Verùm ad id respondetur: quod commu-
nem opinionem, in iudicando, sectari omni-
nò teneatur iudex. *Ias. in auth. nouissima. n. 22.*
C. de inoff. test. Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 8.
n. 16. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. P ſl q. 56. n. 55.

Non itaq; faciendum est aliquid id, quod 157
ceu aduersum adducebatur: Nam commune *
Interpretum placitum, ita habet: quod ser-
uitus pascendi, sit discontinua, quodq; ei, nisi
spacio temporis, in contrarium memoria ca-
rentis, non præscribatur. *l. pecoris ff. de seruit. rust.*
præd. Guid. Pap. decis. 575. Chassan. in consuet. Burg.
rubr. 13. § . 5. n. 1. vbi tamen n. 16 & 17. Capoll. in tr.
de seruit. rust. præd. c. 9. n. 24. Couarr. var. resol. lib. 1.
c. 17. n. 11. vbi ita iuram tribunalium Hispaniæ iudi-
cari, attestatur. Vasq. ill. contr. c. 83. n. 41. vbi hanc
esse communem opinionem attestatur. Pantzschm. d.
q. 22. n. 7. 2. vbi & quoq; hanc communem esse, at-
testari cogitur. Petr. de Ancoran. cons. 255. Dec. cons.
483. n. 16. Bertrand. cons. 27. n. 70. vol. 1. Modest.
Pistor. cons. 7. n. 6. vol. 1. Zwelenb. cons. 18. n. 8.

Et contra præscriptionem hanc: præterea,
(si vnquam, quod negari us, completa fuis-
set) remedium afferret, in integrum restitu-
tio. Nec enim dubium est, quin vniuersita- 158
tes, castra, & villæ, quæ per certos administra-
tores reguntur, iure quoq; minorum, aduer-
sus damna perpessa, restitui possint & de-
beant. *Bl. in l. respub. n. 2. & ibi Angel. n. 1. C. ex quib.*
caus. maior. Castr. ad l. 1. n. 3. C. etiam per procurat.
Alex. ad l. ciuitas. n. 4. ibi Dec. n. 8. ff. si cert. pet. Mar. in
tr. de ord. iudic. in 3. p. 6. p. q. act. 2. n. 87. Ioh. Mauric.
in tr. de test. in int. c. 417. Boss. in pract. crimin. tit. si
aduersus rem iudicatam. n. 20. & est communis opinio, *
teste Sfort. Oddo in tr. de rest. in int. q. 3. n. 89. & 90.
vbi Bl. Corn. Boss. Socin. Marant. Rimin. & Rol. a Valle,
de communi attestantes all. g. it.

Quod & in oppido, & ciuitate qualibet, 159
verum est. *Bl. in d. l. respub. n. 2. ibi Castr. n. 2. Fulgos.*
n. 2. C. quib. ex caus. maior. Br. ad l. 1. C. qui vic. alt. ger.
Luc. de Penna ad l. 3. in fine C. de admin. rer. ad ciuit.
pertin. lib. 11. Ioh. Fab. ad § . rursus. n. 26. Inst. de action.
Ias. in auth. sacramenta puberum. n. 64. C. si adu ven-
dit. & rursus hanc apud omnes receptam esse, testis est.
Odd. d. q. 3. n. 61.

Quàm igitur frigida sit Decima hæc ob-
iectio, omnibus iam cernere licet.

Ad Vndecimam postea, quod attinet obiectionem: negamus planè, quod vnquam præfecti in VV. præfecturaq; ipsa, ius agendi, pascendiq; illos sues, qui inidonei erant, ad saginandum, in sylua K; non existente præsertim glande caduca, adepti sint. Nam reclamat, conatibus illorum, vtraq; transactio. Cumprimis verò prior, quæ anno 1445. confi-
ciebatur, vtpotè quæ habet, omnem reliquam glandem caducam, ea excepta, quam sibi Duces M. expressè reseruarant, oppidi esse de-
bere: das alle mast der Stadt bleiben solle, außgenommen der jenigen, die jnen das Jmpt daran verbehalten. Quod, cum ita sit, fieri nequit, quod hinc possessionem aliquam, iure cognitam atq; approbatam, nanciscerentur præfecti.

Nec

160 Nec enim credere potuerunt, se hac seruitute iure suo vti. Id q. maximè in adipiscenda seruitute, iura requirunt. *Menoch. in tr. de remed. poss. ret. remed. 5. n. 6. & seqq. Boccat. in tr. de manuteuent. c. 26. n. 11. Modest. Pistor. conf. 7. n. 3. volum. 1.*

161 Etenim, seruitute vna reseruata, à reliquis omnibus, res confestim fit libera. *Pantz. schm. q. 12. n. 5.*

162 Sed & ideò, nullam præfectura, quasi possessionem, adipisci potuit, quod possessionem, vel quasi seruitutis, non acquiramus, nobis solo vsu, nisi præcerea acceserit patientia aduersarij. *Menoch. d. remed. 5. n. 32. & seq. Boccat. d. tr. de manuteuent. d. c. 26. n. 12.*

163 Quod non solùm, in reliquis seruitutum speciebus: verumetiam in ipsa seruitute pascendi, verum est, atq; obtinet. *tradente in indiuiduo Modest. Pistor. d. conf. 7. n. 2. vol. 1.*

Cetera hoc requisitum, nobis in præsentia, planè deficit. Nunquam enim oppidani pertulerunt, hoc iure, præfectos in VV; quietè vti. Quinimo illijsi præfectorum vsui, semper restiterunt, fugando, abigendo, pignerandoq; pecudes: nec non demoliendo quoq; stabula, suum custodiendorum gratia, exædificata. Sed & anno 91. huiusce rei causa, noui conuentus, ab vtroq; principe indicebantur, & vt summatim dicam, querelis querelas, in præsentem vsq; diem, ob abusum iuris, præfecturæ VV. competentis, oppidani, accumularunt semper.

164 Restat itaq; vt concludamus: quod vitiosa possessio, nihil planè prosit. *Zuchard. ad l. vlr. n. 397. C. de ed. D. Hadr. toll. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 603.*

165 Vnde quoq; manuteneri, nullo modo debet. *l. communi dubitando. 9. inter prædones. ff. comm. diuid. Boccat. in tr. de manuteuent. c. 4. n. 1.*

Præterea considerari quoq; illud oportet, quod isthæc allegatio, possideo, quia possideo, longè omnium sit vitiosissima. *per l. nec vllam. & l. quod si in diem. §. sed & cum. ff. de petit. hered.*

Nec obstat, quod per contradictionem solam, non interrumpatur præscriptio: nam nos totam negamus quasi possessionem illius iuris, quod præscriptum esse dicitur. Præ-
166 scriptio itaq; sequi non potuit. Non enim sine possessione, procedit præscriptio. *c. sine possessione de reg. iur. lib. 6. Vacq. ill. contr. c. 57. n. 1. Coras. misc. ll. lib. 6. c. 21. n. 2. Pantz. schman. q. 22. n. 4. Parisi. conf. 23. n. 142. lib. 1. Cephal. conf. 463. n. 11.*

167 Sed & ideò, superfluum esse putarim, multa de interruptione præscriptionis, verba facere. Quod enim non est, interrumpi quoque non potest. *l. eius qui in prouincia. §. quoniam. ff. si cert. pet. Lasan. l. omnium. n. 15. in fin. C. de testam. cum similib.*

168 Vt taceam, quod attamen & contradictione quoq; interrumpatur præscriptio. *l. 2. & ibi gl. & Bl. not. ab. 4. C. de seruit. & aq. Br. ad l. naturaliter. n. 27. ff. de vsucap. Bl. & Angel. in l. cum notissimum. §. sinò. C. de præsc. 30. vel. 40. annor. Alex. conf. 108. col. 2. circa med. vers. vnde videmus. & n. 10. vers. vltimò respondeo. volum. 2. Crau. conf. 973. n. 24.*

Nam etsi, Br. Pap. Menoch & Masc. autoritates, ceu vellent contrarium, fuerint adducti: illijsi tamen id, ad quod adducuntur, minimè volunt.

Nam hoc tantùm inibi docent: quod re- 17
us, in interdicto vti possidetis, ad reportandam victoriam, necesse habeat probare: actorem, vi, clàm, vel precariò, ius, quod sibi asserit, possedisse:

Id quod nostræ sententiæ, non solùm non reluctatur: verumetiam, illam ipsam, planè confirmat. Cum satis probetur violenta possessio, per id, quod me inuito, contradicente, & prohibente quis pascuis meis vritur. *Br. in l. sequitur. §. si fundum. n. 1. ff. de vsucap. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 9. n. 136.*

Eadem etiam ratione, nec illud quidem aliquid iuuare potest: quod in interdicto, vti possidetis, bona, vel mala fides non attenda- 171
tur: nam aduersus id, repono illud: quod plurimùm attamen prosit, etiam in causa nudi possessorij possessionem iustificatam esse (vt Practici loquuntur) tradente in indiuiduo *Bl. in l. data opera in fin. C. de his, qui accus. poss. vel non. Mascard. complurimos in id allegans in tr. de probat. concl. 1193. n. 12.*

Nam si tantoperè, possidentis mala fides 172
conspicua fuerit, quod hinc constet, cum seruitute, quam sibi vindicare conatur, iure suo, vti non potuisse, succumbere eum, extra omnem controuersiam positum est. *per ea, quæ ex Menoch. Boccat. & Modest. Pistor. paulò ante adducta sunt.*

Deniq; non obstat quoq; obiectio DVODECIMA: quod scilicet in dubio, fructus syluæ, ei potiùs, cui seruitus debetur, quàm ei, cuius fundus est, addicendi sint.

Nam primò stabilitur hæc obiectio per præsupposita talia, quæ verè demonstrari nequeunt. Nec enim hic, ob transactiones clarissimas longè, nos in dubio versari, rectè dicere possumus. Non enim ibi dubia res est, 173
vbi est casus transactionis, expressus. *vt tradit Crau. conf. 957. n. 6.*

Quinimò tunc standum omninò est eo, 174
quod de fructibus, cuiusque esse debeant, conuenerat. *tradente Gail. d. obs. 68. n. 2. vers. sin verò lib. 2.*

Sed & Gailius, de fructibus tantùm inuti- 175
libus, & vilibus sylueſtribus, ferarum pastui necessarijs, loquitur: cosq; eius, in dubio esse, cuius est seruitus venandi, tradit. *Gail. d. obs. 68. n. 3. lib. 2.*

Non itaq; huc, doctrina eius referri debet. Quis enim tam iniquus rerum esset æstima-

æstimator, qui glandem caducam, fructum vilem, & inutilem esse, diceret?

176 Sileam nunc, eandem prætereà Gailij doctrinam, veluti iniquam, & irrationabilem, à Fridero notari. *Fruder. in tr. de process. in Cam. extrab. lib. 2. c. 41. num. 2.*

Quod item ipse Gailius docuerit, de glande: quodque eius legendæ ius, in dubio domini fundi, & non eius cui seruitus debetur sit, *d. obs. 63 in pr. lib. 2.* 177

Concludamus itaque, præfectos, præfecturamque VV; iure, oppidum, vincere non posse. Quininò ad minimum, præfectos, ab vsu, eius iuris, quod sibi vindicant, tandiu abstinere debere: donec id sibi competere, priùs legitimis modis comprobarint. Id enim iuris æquitati, omninò congruere, censuerim. F. P. D.

De eodem themate Consulti, Domini Doctores Iuris, qui in collegio Facultatis Iuridicæ Lipsiæ & Rostochij sunt, idem responderunt, vt ex sequentibus videre est.

VV. D. Z. Erbare / wolweise gute Freunde / als jhr vns eine außführliche Rechtsfrage neben etlichen beylagen / sub literis A. B. C. D. vnd E. zugeschickt vnd gebeten / euch / was jhr dißfalls im Rechten befuget / zuberichten. Demnach vnd nach fleissiger vorlesung vnd erwegung derselben / vnterrichten wir euch darauff / im Rechten zuerkennen gegründet sein: haben ewre vorfahren / lenger / als für 200. Jahren / von dem Apt vnd gantzen Conuent des Klosters C. am R. belegen / erblich vnd eigenthümblich / auch frey vnd ohn alle beschwerung erkaufft / vnd an sich bracht / die K. heiden / daran jhnen der eigenthumb niemals gestritten / vnd haben allein lange zeit hernacher / die H. zu M. sich wegen des hauses W. etlicher gerechtigkeit darinnen angemasset / welchs aber durch auffgerichte vorträge beygeleget / als anno 1445. vnter andern der mast halben / das die H. sollen haben mast für jre schweine / vnd das der Rath vnd gemeine Bürgerschafft haben vnd behalten solle alle mast in den vorschriebenen Hölzern / außgenommen / was den Herzogen wie gemeldet / vorbehalten. Vnd anno 1578. derogestalt / das wann die mast verhanden / vnd gereth / dieselbe den H. offen stehen soll / sich derselben mit jhren / vnd des hauses W. mastschweinen / so viel deren ort / erzogen vnd gehalten worden / zugebrauchen / jedoch der Stadt W. an jhren eigenthümblichen gerechtigkeiten / hergebrachtem / gebrauch / vnnd verwaltung der K. heiden nichts benommen: dessen aber vngeachtet / vnterstehen sich die conductores des hauses W. vber die mastschweine / auch allerhand zog vnd faselschweine vnd fercken / nicht allein wann mast vorhanden: sondern wann auch gleich keine mast gereth / auff vorberührte K. heiden zutreiben / mit vorwendung / das solchs dem vertrage nicht zuwider. sondern viel mehr gemeß / vnd das sie dasselbe / vermöge eins alten vnstreitigen / gemigen gebrauchs / berechtiget.

Ob es nun wol das ansehen: als würden die zog vnd faselschweine vnd fercken / durch die verträge nicht außgeschlossen / vnd das derentwegen zur zeit der auffgerichten vorträge nichts fürgelauffen / vnd dahero zuschliessen / daß das haus W. zur selben zeit / eins solchen berechtiget gewesen.

Dannoch aber / vnd weil die denlichen hellen wort vnd alle vmbstende / in den vorträgen klärlich vnd vnleugbar bezeugen / das dieselb allein vber die mast / der jenigen schweine / so in die mast pflegen geschlagen werden / auffgerichtet: vnd hierüber zur zeit des ersten auffgerichten vertrages / anno 1445. das haus W. nicht erbawet gewesen / darauff sich auch der ander anno 1578. auffgerichte vortrag referirer vnd zeucht / vnd dann die Rechte vermuten / das alle güter / frey vnd ohne dienstbarkeit / wie jhr dann auch gnugsam zubeweisen / das jhr dem Ampt / mit abtreibung vnd sonsten gewehret / vnd einhalt gethan.

So erscheinet daraus / vnd andern in ewer fragen / vnd außgeführten rechtsgründen / das ewer intention / beydes in petitorio vnd possessorio nottürfftiglich ergründet. Es könte denn das Ampt durch Zeugen / wie zu Recht gnugsam ein anders außführen. V. R. W.

Ordinarius / Senior / vnd andere Doctores / der Juristen Facultet / in der Vniuersitet Leipzig.

W. D. Z. dem nach erachten vnd sprechen wir / Dechandt / Senior / vnd andere Doctores / der Juristen Facultet in der Vniuersitet zu Rostock / nach fleissiger verlesung vnd erwegung / berürten rahtschlages / vnd darinnen mit bestande / angezogenen rationibus decidendi, darauff vor Recht.

Wo ferne

Wo ferne in den zwischen/ dem Rath zu N. vnd denen aus dem Ambt N. zu zweyen vnterschiedlichen mahlen / als erstlich anno 1445. vnd hernach anno 1578. wegen des iuris pascendi auff N. Heiden (deren proprietet vnd eigenthumbs gerechtigkeit/sonsten ermelten Rath/ biß auff heut vnd gegenwertige stunde / noch vngestritten bleibt) auffgerichteten verträgen / denen aus dem Ampt N. die mast/wann dieselbige geraihen / für jhre vnd des hauses N. Mastschweine/ so viel des orts gezogen vnd gehalten werden : reseruirt vnd vorbehalten/der zog/ vnd faselschweine aber vnd fercken/ in specie, darinnen nicht erwehnet/noch auch der hütung vnd triffe / vnd das sie sich deren mit jhren fasell vnd andern kleinen schweinen zugebrauchen haben solten/ gedacht worden / vnd es haben die von N. derer vom Ampte N. faselschweine vnd fercken/ auff der N. heiden wissentlich nicht geduldet sondern dieselben mit pfanden/ abtreiben der schweine/einreissen der buchte vnd dergleichen/ stets gesteweret vnd gewehret / das auff solchem fall/deren dagegen auffgebrachten rationum dubitandi vngeachtet/ gedachten Raths der Stadt N. intention, wider das Ampt N. gnugsam fundirt vnd ergründet/ vnd das gedachtes Ampt N. die N. heiden/mit schweinen zubetreiben/ vnd darauff zu hüten keines weges : der mast aber sich als dann wann mast verhanden/vnd solchs für jhre mastschweine/nicht aber für jhre fasell vnd zogschweine/ oder fercken zugebrauchen befuget.

Zum andern/vnd auff ewre andere frage erkennen wir / daß das Ampt N. da in solo possessorio diese sach anhengig gemacht vnd disputirt werden solte / sich in werender rechtfertigung / alles turbirens zuenthalten/vnd der hütung vnd triffe/auch eintreibung der faselschweine vnd fercken/ in die mast / auff die N. heiden zueussern schüldig vnd da sie sich dessen de facto vnternemen würden / das als dann der Rath zu N. durch gewöhnliche pfändung oder abtreibung der schweine / oder andere dergleichen wege vnd mittel/ solchen turbationibus zubegegnen / vnd sich bey einhabenden besitz zuschützen / nach wie zuuorn / wol berechtiget. V. R. W.

Dechandt/Senior/vnd andere Doctores/ der Juristen Facultet / in der Vnnerstet zu Rostock.

CONSILIVM XV.

SVMMARIVM.

1. *Consensus omnis inutilis est, qui interponitur, actus in specie non cognito.*
2. *Indefinita oratio, semper contrahit habet incertitudinem.*
3. *Indefinitè vbi concipiuntur preces, indefinitè quoq; rescribi oportet.*
4. *Actus omnis, qui ratione feudi celebratur, potissimùm dijudicandus est, ex illius, in qua celebratur, regionis moribus.*
5. *Consensum Domini feudi, in alienationibus feudorum, expressè interuenire oportet.*
6. *Argumentum, à consensu Domini feudi, necessario in alienatione feudalium : ad consensum illum, Domini feudi, qui in feudorum oppignerationibus requiritur, validum in iure est.*
7. *Consensus Domini feudi, præstitus ratione summæ capitalis, non extenditur, ad vsuras & interesse.*
8. *Fisco, eiusq; reditibus, insidiæ strui non debent.*
9. *Consensum generalem, mandatum item generale, toties interuenire sufficit, quoties iura expressum consensum, vel mandatum, non requirunt.*
10. *Consensum generalem interuenire sufficit, si iura consensum requirunt, ob solum consentientis fauorem.*
11. *Consensus Domini feudi, in feudorum alienationibus, ob solum Domini fauorem, requiritur.*
12. *Filiusfamilias semper in iudicio rectè experitur, si parens ei consensum suum generalem semel in id dederit.*
13. *Testamentum toties condere licet, quoties ibitum fuerit, si semel consensus generalis, vt testamentum facere liceat, fuerit præstitus.*
14. *Argumentum à simili valet.*
15. *Argumentum à simili valet, etiam in causis feudalibus.*
16. *In consensu Domini feudi, rectè adhibendo, nulla alia solennitas requiritur, quam vt is, in scripta redigatur.*
17. *Argumentum, à cessatione legis validum in iure est.*
18. *Dispositum quicquid est, in feudi alienatione, locum quoq; habet, in eiusdem oppignoratione.*
19. *Oppigneratio feudi, non minùs alienatio est, ac reliqui alienationis modi.*
20. *Consensum indefinitum, à Domino feudi impetrasse, satiùs est quàm definitum.*
21. *Consensus Domini feudi specialis, astringitur ratione personæ, temporis, & modi.*
22. *Consensus Domini feudi generalis, ad personam temporis vel modum non astringitur.*
23. *Fideiussio rei incertæ, nulla planè est.*

24. *Fide-*

24. Fideiussio valet, qua fideiubeo omnem eam quantitatem, quam Titius posthac Seio crediturus est, fide mea futuram.

25. Consensus Domini feudi valet, quo consentit, vt feudum pignori sit, pro omni summa, quam posthac accipiet vasallus, vel tutores filij vasalli.

26. Præsuppositis amotis, cessant omnia, quæ indè extrahebantur.

27. Consensus Domini feudi generalis valet, etiamsi quantitatem, cuius nomine interponitur, consentiens nescierit.
Lex, quod non dicit, nec nobis dicendū. ibid.

28. Consensus Domini feudi, quo consentit feudi venditioni, etiamsi nesciat precium, valet.

29. Consensus Domini feudi, quo feudi oppignerationi consentit, valebit, etiamsi summam, cuius nomine oppignerationi fit, nesciat.
Oppigneratio feudi, tantum præambulum est, ad alienationem. ibid.

30. Indefinita æquipollet vniuersali, etiam in feudalibus.

31. Interpretatio ad l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prad.

32. Doctoris dictum, secundum legem quam allegat, intelligendum.

33. Doctoris dictum, quod textu, quo fulciatur, caret, momenti nullius est.

34. Incertitudo quantitatis, non vitiat actum, qui geritur.

35. Incertitudo, cuius vtraq; pars, ad eundem effectum tendit, actus efficitur, non remoratur.

36. Incertitudo non nocet, si per relationem ad aliud, certa efficitur.

37. Fideiussio valet, qua spondeo, pro omni eo, quod rectè subductis calculis, apparebit: Sempronium Mœuio debere.

38. Incertitudo non nocet, quæ declarari potest, ex duabus scripturis, inter se coniunctis.

39. Consensus generalis, & consensus tacitus non opponuntur inter se.

40. Consensus ex pressus, & tacitus tunc opposita.

41. Argumentum, à consensu Domini feudi tacito, ad consensum generalem, non valet.

42. Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.

43. Consensus Domini feudi tacitus, in alienatione feudorum sufficit.

44. Consensus Domini feudi, interpositus ratione sortis, complectitur quoq; vsuras, & interesse.

45. Oppigneratio sortis nomine facta extenditur regulariter ad vsuras, & interesse.
Fallit, vt ibi.

46. Fideiussio simpliciter facta, extenditur ad vsuras, & interesse vsq.

47. Expressum dicitur illud, quod per verba generalia, & indefinita enunciatur.

48. Consuetudo aliud est: aliud item non vsus.

49. Consuetudo præsupponit actum certum, & permanentem, consuetudinis introducendæ gratia celebratum.

50. Consuetudo, vt ex actibus negatiuis introduci possit, quid facto opus sit.

51. Lex per non vsum, non tollitur.

52. Argumentum à simili tollitur, data instantia, & dissimili exemplo.

53. Fundamento destructo, corruit quicquid superiùs ædificatum est.

54. Officialibus principum, fisci iura non competūt.

55. Ob sportulas fisci, paullulum imminutas, protinus rescindi non debet, quod actum est.

56. Fiscus regulariter, eo quo priuatus iure vtitur.

57. Fiscus, vbi speciale priuilegium non habet, deterioris etiam, quàm priuatus conditionis est.

58. Principis boni est, fisci sui rationem non habere, cum iactura, atque detrimento subditorum.

59. Sportulæ nullæ, in benè constitutis Rebuspub. soluuntur.
Sportulæ nullæ, soluuntur in Camera Imperiali.

60. Fideiussori, aduersus principalem, actio non competit, priusquam verè soluerat, quod fide sua esse, iusserat.

61. Sine actione, lis frustrà suscipitur.

62. Actio cui non datur, ei multòminùs datur, ob actionem hanc, rei distractio, vel alienatio.

63. Feudū cui oppigneratum est, etiam cum Domini consensu, ei tamen satisfit, ex feudi fructibus tantùm.

64. Immissio in bona debitoris, nemini præbet facultatem, bonorum ipsorum distrahendorum.
Immissio vnius, reliquis omnibus prodest. ibid.

65. Immissio plurium simul facta, omnium quoq; conditionem, æqualem efficit.

66. Debitor agere debet circumspectè, nec ei soluet, cui soluì non debebat.

67. Creditores posteriores frustrà exigunt eos, quibus primò soluebatur, vt id, quod acceperant, refutiuant.

68. Ius offerendi datur creditori posteriori, aduersus priorem.

69. Generi per speciem derogatur.

70. Hypotheca specialis, etiam ex internallo adiecta, generali detrahit.

71. Lite pendente nihil innouandum.

72. Attentata, ante omnia reuocanda sunt.

73. Litispendentia oritur ex citatione.

74. Fideiussor nunquam aduersus principalem suum, executionem paratam habet.

75. Litigiosa res, alienari nequit.

76. Res efficitur litigiosa, quantum ad alienationem per solam citationem.

77. Fideiussor, potest soluere, ex bonis debitoris.
Etiamsi fideiussor pauper non fuerit. n. 78.

79. Fideiussor omnis, rectè bonis cedit.

80. Vincula duo, vno fortiora sunt.

11. Creditor, qui suum primò petijt, suum quoq; primò consequetur, ni aliud obstet.
12. Alienatio rerum pupillarium, iusta est, urgente æris alieni necessitate.
13. Inuentarium rerum pupillarium, rectè probat æs alienum.
14. Tutor creditor, si adhibuerit solennitates debitas, rectè sibi quoq; soluit.
Etiam ea pecunia, quæ emtioni prædiorum destinata erat, si aliud nihil, in bonis sit. nu. 15.
15. Tutor pupillo vtilia facere, inutilia verò omittere debet.
16. Instrumentum executionem paratam habens, qui habet, rectè executionem petit, etiamsi lis ratione cessionis bonorum, vel prælationis creditorum, orta, finem sortita nondum fuerit. Et quatenus id verum sit. n 17.
18. Exceptio frustra obijcitur, contra literas hypothecationis feudi, quibus Domini Consensus, accesserat.
Feudum cum effectu oppigneratur si adhibitus fuerit, Domini consensus. ibid.
19. Si feudo is creditor est potior, qui primus Domini consensum, super feudi oppignerationem, impetranit.
Id quod verum est, de consuetudine totius Germaniæ. ibid. (ibid.
Inprimis autem Marchiæ Brandeburgicæ.
20. Consensus domini feudi, hanc recipit interpretationem; vt ita demùm ad feudi alienationem accedatur, si nulla supersint aliodialia.
21. Audiendus non est, contra propria commoda laborans.
22. Audiendi non sunt, qui nullum probabile, & considerabile interesse, allegare sciunt.
23. Actor is, à iudicij limine repellendus est, ad quem aliquid peruenire non posse, exploratum iam est.
24. Fideiussor, quem certum est, vt soluat, paulò post condemnatum iri, aduersus principalem suum, rectè iam agit.
26. Persona eadem, diuerso respectu, diuerso quoq; iure, censetur.
27. Argumentum à feudi oppignerationem, ad eiusdem alienationem quando procedat.
28. Consuetudo regionis totius, exactè probanda non est.
29. Fallacia secundum quid, euertit argumenta, quibus inest.
100. Immissio vnius creditoris, quando reliquis concreditoribus prosit.
101. Immissorum, tunc æqualis est conditio, cum vi, rei iudicatæ sunt immissi.
Et si nemo inter hos fuerit, qui debito priuilegiato (vt loquuntur) fruitur. n. 102.
103. Ex causa primæ potentia, moderatur quoq; potentia causæ secundæ.
104. Origo qualis est, talia sunt omnia, quæ ex ea consequuntur.
105. Fallacia non causæ, vt causæ, argumenta quibus inest, deruit.
106. Creditores posteriores, si ius potius habent, reuocant creditoribus prioribus solutum.
107. Creditores posteriores, quando non repetant, solutum, creditoribus primò venientibus.
108. Malum minus eligendum.
109. Consensus Domini feudi tribuit prælationem, sed non hypothecam.
Nisi hypotheca, in contractu, cui consensus accessit, constituta iam fuerit.
110. Euentus is frustrà expectatur, qui si euenerit nihil operatur.
111. Impossibilitas, & difficultas magna, à pari procedunt.
112. Species, quando generi deroget.
113. Creditor, qui tempore prior est, potior quoq; iure est, inter hypothecarios.
114. Interpretatio ad Cruettam conf. 594. n. 1.
115. Attentatorum nomine quæ veniant.
116. Attentata, quando ante omnia reuocentur.
117. Ius, secundum ius commune, tantùm dicitur pendere, lite iam contestata.
118. Notorium non indiget citatione, nec probatione, nec sententia, nec denunciatione, nec allegatione.
119. Notorium, & sententia, pari iure fruuntur.
120. Lites hodiè immortales ferè sunt.
121. Actio ex mutuo est personalis.
122. Hypotheca afficit rem.
123. Litigiosa vt res dicatur, oportet, dominium eius, vel quasi controuersium esse.
124. Hypothecaria actione, quid consequor.
125. Hypothecaria actio, non afficit rem, vitio litigiosi.
Actio vbi de iure in re, vel ad rem tantùm competit, litigiosi vitium non orditur. ibid.
126. Litigiosam rem esse, non officit alienationem necessariæ.

THEMA.

Vir Nobilissimus H. A. T; cum iam mortem se occupaturam, sentiret: viros primariæ nobilitatis, tutores liberis suis, constituit. Qui etiam deindè petentibus id viduæ, liberisq; defuncti, à Magistratu confirmati fuere.

Iam verò hi tutores, multò ante, quàm tutores darentur, pro H. à T. pluribus vicibus fideiusserant: animaduertebam item, vt pecuniam prætereà nouè mutuarentur, summè opus esse. Non enim benè fideiussi, tutelam hanc administrassent, nisi concursui creditorum, quandiu possibile erat obstitissent (nam si tantum aliqua, debitorum hereditariorum pars, fuisset exacta, salua iam res erat) obstare autem creditorum concursui, nisi pecunia in promtu esset, quæ primò venientibus, primò etiam satisfieret, frustrà irritumq; erat.

Quare

Quare, vt calamitati huic simul consulerent: simul etiam præuiderent, ne tutelæ hæc, sibi damno esset, inchoare priùs, tutelæ administrationem recusarunt, quam à Domino feudi, consensum impetrarent, quo Dominus feudi iuberet, vt illis omnia defuncti feuda, & ratione eius, pro quo sponsores erant, & ratione eius, quod tutorio nomine, essent mutuati, hypothecæ essent.

Hoc deindè consensu impetrato, hereditatem defuncti H. à T. filij eius nomine, cum inuentarij beneficio adierunt: per triennium administrarunt, & interim, vt prohiberent, ne se, creditorum impetus, vna vice, effunderet, vicies mille Ioachimicorum debitum, tutorio nomine conflarunt. Quo illis, qui eos subindè ex creditoribus vrserant subinde quoq; satisfactum est.

Verùm elapso iam triennio, apparere demùm incipit, à debitoribus hereditarijs, nihil planè exigi posse: sed tutores, omnem hactenus operam, in his exigendis, collocatam malè perdidisse.

Oritur itaq; inter ipsos, & creditores reliquos, quis potior esset, in iure concertatio. Immittuntur verò in feuda, ob consensum impetratum, tutores, eaq; per procuratores suos, nunc administrant.

At cum interim malè diuexentur à creditoribus, quibus partim fideiussorio: partim verò tutorio nomine obligati sunt; illis autem longè grauissimum sit, de proprio, tot creditoribus, peculio soluere: maiorem verò pecuniam, mutuam accipere, hereditatis rationes non ferant: cum ne ijs quidem creditoribus, quibus hereditas in præsentia debet, plenè satisfieri possit: Constituerant secum tutores, etiam lite de prioritate, nondum determinata, feuda hæc subhastare, plus deindè licitanti vendere: & pecuniam, hinc redactam, inter creditores, quantacunq; sit, distribuere. Cum indubitatum sit, eos ratione consensus Domini feudi, quo reliqui desistuuntur, ius potius fouere.

De duobus itaq; videndum erit, & PRIMÒ: an ne consensui obsit, (id enim creditorum nonnulli excipiunt) quod nulla in eo, expriматur certa quantitas: pro omni eo enim, quod tutores hosce, tam fideiussorio, quàm tutorio nomine, soluere contigerit, feuda eis, per consensum sunt hypothecata?

DEINDÈ an ne iure, ad diuentionem feudorum, quam diximus accedatur?

RATIONES DVBITANDI.

QVAESTIONIS I.

CEterum de Primò, initiò dicendum videbatur, rectè concludi posse: consensum, ob generalitatem suam nimiam, euerti atque destrui.

Nam PRIMÒ certò illud constat: quod planè inutilis, is consensus sit, qui interponitur actui, in specie non cognito. *Bl. & Iob. de Imol. ad l. 2. §. vlt. ff. fol. matrim. Bl. ad l. 1. n. 31. in fin. C. qui adm. Crau. cons. 737. n. 17.* 1

Iam verò hîc, Dominus feudi ignorabat, quanta ea futura esset pecunia, pro qua tutores nostri, & tanquam tutores, & tanquam fideiussores H. à T. tenerentur.

Bonam itaq; habet consecutionem; nullum esse cum, quem impertiebatur hîc, feudi Dominus, consensum.

Cum & vtetiùs iura prosexetint: quod omnis indefinita locutio, incertitudinem comitem habeat. *Corn. cons. 83. col. 2. circa fin. vol. 4. Crau. cons. 415. n. 12. per l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prad.* 2

Atenim hîc, non nisi indefinitè, & absq; certa quantitatis expressione, principi pro consensus impetratione, preces fiebãt. Indefinitè itaq;, hic quoq; consensus interponi tantum potuit.

Etenim si indefinitè concipiuntur preces, indefinite quoq; rescribatur oportet. *l. si defensor. §. 1. ff. de interr. act. l. Titia. § idem respondit. ff. de verb. obl. § præterea. Inst. de inutil. stipul.* 3

SECVNDÒ: nouum præterea, & inauditum in Marchia Brandeburgensi est, eiusmodi consensus generales, & nullam certam summam expressam habentes, indulgere.

Quomodo itaque ab interitu consensum hunc vindicaremus? Cum expressi sit iuris, quod omnis actus, qui feudi ratione celebratur, potissimam validitatis suæ partem, ex regionis moribus capiat. *Oldr. cons. 195. dub. 2. Alb. Brun. cons. 81. in fin. Cardm. Paris. cons. 13. n. 30. & seq. & cons. 21. n. 41. vol. 1. Crau. cons. 926. num. 10.* 4

TERTIÒ: indubitatum est illud: quod consensus Domini feudi, ad alienationem feudi quod attinet, expressus omninò esse debeat, aliàs verò inutiliter planè intereueniat. *Isern. Bl. & Affl. ad c. 1. in pr. de prohib. feud. aluenat. per Frideric. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 149. Boër. decis. 181. Tiraq. de ll. connub. gl. 7. n. 11. Mynsing. obs. 87. cent. 4.* 5

Pariter itaq; consensum quoq; expressum, in feudorum oppignerationibus requiremus.

Ducto nimirum argumento à consensu domini feudi, necessariò in alienatione feudi: ad 6

di: ad consensum Domini feudi, quem iura in feudi oppigneratione requirunt, atq; desiderant. Quòd argumenti genus, constat, & validum est. *per l. 1. C. de fund. dot. fac. trad. Mynsing. obs. 30. n. 2. cent. 6. Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 35. Tib. Decian. conf. 33. n. 49. vol. 1.*

7 QVARTÒ, sanciunt quoq; iura: quod vsq; adeò, Domini feudi consensum, etiam in oppignerationibus feudorum expressum, & specificum esse, oporteat, vt ob consensum Domini ratione & intuitu summæ capitalis præstitum, vtq; pro ea feudum pignoris loco esset: Dominus in hoc non censeatur consensisse, vt quoq; ratione vsurarum, & interesse, feudum esset oppigneratum. *Matth. de Affl. ad c. 1. not. ab. 1. 2. n. 23. de prob. feud. alien. per Frid. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 66. sub vers. hinc etiam vbi Marin. Frecc. idipsum quoq; voluisse testu est.*

Non itaq; defendemus hunc consensum, cum expressus dici non mereatur.

QVINTÒ expendamus quoq; illud: quod officiales principum, quibus sportulæ, quæ ob consensum impetrandum soluuntur, ex principis largitione cedunt: multum damni paterentur, siquidem hic mos inoleuerit.

Nam cum harum sportularum nomine, hactenus in Electoratu Brandeburgensi, pro singulis centum, singuli quoq; loachimici, fuerint numerati: pro consensu attamen eiusmodi generali, tantæ sportulæ neutiquam soluuntur.

Repudiare itaq;, eiusmodi concessiones generales æquum est.

8 Nec enim fisco, insidiæ strui debent. *arg. l. nec damnosa. C. de precio. Imp. offer. & l. vlt. C. eod. tit. c. nec damnosa. 25. q. 2.*

QVÆSTIO I.

RATIONES DECIDENDI.

SEd hæc omnia, tanti momenti non sunt, vt impedire possint, quominùs rectè dicatur, quem Domini Tutores impetrarant consensum, iustum, legitimumq; esse.

9 PRIMÒ namq; incerti iuris non est: generaliter verum esse, quod generale mandatum, generalis item consensus, toties sufficiant: quoties ius vel speciale mandatum, vel consensum specialem, non deposcit. *DD. in l. Pomponius in pr. ff. de procurat. Specul. in tit. de actore. §. 1. n. 40. in vers. sed quid si pater. Fulg. in l. vlt. §. Necessitate. C. de bon. quæ lib.*

Atenim iura nusquam requirunt, vt quantitas, pro qua feudum oppigneratur, in Domini consensu exprimatur.

10 SECVNDÒ: iuris quoq; quotidiani illud est: quod in omni casu, in quo ob consentientis tantum fauorem, consensum interuenire iura præcipiunt: generalis consensus, satis sit. *Br. in l. filiusfamilias. n. 9. ff. de donat. Tiber. Dec. conf. 24. n. 24. vol. 5.*

Cum itaque in feudi oppignerationibus, 11
Domini consensus, tantum ob interesse, & fauorem Domini, ne scilicet inuitus, detrimentum, & patrimonij imminutionem patiatur, requiratur. Pro vt hoc tradit *Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 43. vers. & absurdum est.*

Non nocebit nostro consensui, quod generaliter interuenerit.

TERTIÒ in iure quoq; decisum extat, & 12
iuris Interpretes, idipsum communiter tradunt: quod filiusfamiliàs posit quascunque Judici proponere actiones, ob consensum parentis, semel generaliter præstitum. *gl. Br. Bl & DD. ad l. si longius. §. 1. ff. de iudic. & est communis opinio, attestante Decian. d. conf. 2. n. 24. vol. 5.* *

QUOD item ob consensum semel generaliter impetratum, quo testamentum conderè liceret: toties testamentum fieri posit, quoties id collibitum fuerit. *Bl. ad l. 1. nu. 9. vers. nunc incidenter quæritur. C. de sacros. Eccl. Franc. ad Rubr. q. 11. de testam. lib. 6. Bl. conf. 285. n. 3. vers. sed ad hoc respondetur. vol. 2. Alex. conf. 59. n. 3. vol. 2. conf. 189. n. 9. vol. 7.* 13

Concludamus itaq;: veluti in iam recensitis duobus casibus, generalitas consensui non obest: ita quoq; eandem in nostro casu, illijpsi, obesse non posse. Idque per argumentum à simili, cui in iure sua constet firmitas. *Euer. in top. in loc. à simil. in pr. Ludouic. Bender. in tr. reuis. concluf. 4. n. 132. cum similib.* 14

Etiam in causarum feudalium decisionibus. Vt alijs in id relatis, *decidit Schrad. in tr. feud. p. 9. s. 9. n. 19.* 15

QVARTÒ: certissimi quoq; iuris est illud: quod in consensu Domini feudi, nulla præterea requiratur solennitas, quam vt de eo conficiatur scriptura. *Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. & cum pact. de non al. n. 20. Bl. ad c. 1. in pr. de consuet. rect. feud. Brun. conf. 38. n. 8. Burs. conf. 80. n. 24. vol. 1.* 16

Stabit itaque noster consensus, etiamsi in eo, omnis pecunia, pro qua feudum oppignerabatur, non enumeraretur.

Idque per argumentum, à cessatione legis, 17
quod in iure validum & frequens est. *Bender. in tr. reuis. zoneluf. 20. n. 186. Euer. in top. in loc. à lege cess. n. 1.*

QVINTÒ: sanciunt quoq; præterea iura: 18
Interpretesq; eius, verum esse, concludunt: quod non minùs in feudi alienationibus, valeat generalis, directi Domini consensus, quàm specialis. *Vti Clarum, & Wesenbecc. sequens, in individuo docuit Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 63. vers. consensus autem.*

Ecquid igitur, obstare poterit, nostro consensui, quò minùs valeat?

Nec est, quod regeras mihi, hæc tantum in plenis feudorum alienationibus procedere: veluti sunt diuisiones, donationesq; eorundem:

rundem: at in illis alienationibus, quæ alias adhuc post se expectant, veluti sunt oppignerationes non obtinere.

Nam extra controuersiam positum est: quod omne dispositum, in feudi alienatione: locum sibi quoq; vendicet, in eiusdem oppigneratione. *Tiber. Decian. cons. 33. n. 29. vol. 1. vult. d. lib. 1. c. 10. n. 54.*

19 Nec obstat, quod tamen hæc alienatio, quæ pignoris, vel hypothecæ distractione peragitur, alio, quàm reliquæ alienationes, modo fiat: non enim omnis alienatio, vnius formæ est: sed eius perficiendæ plurifariam sunt modi: interim tamen, non hic minus modus, quàm ille, alienatio est, eiusq; nomine venit. Vt totidem verbis, hunc modum resoluit *Vult. d. c. 10. n. 43. vers. non enim sequitur.*

20 SEXIÒ, communis quoq; Interpretum traditio, illud habet: quod satiùs sit, à Domino, indefinitum impetrasse consensum, quam definitum & limitatum, siue specialem tradente in specie *Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 4. nu. 14.*

21 Etenim consensus specialis, siue definitus, limitatur atq; astringitur, ratione personæ, temporis atq; modi. *Rosenth. in synops. feud. p. 1. c. 9. concl. 41. Mozz. in tr. feud. rubr. de amiss. feud. n. 156. vers. sed quid si fuit.*

22 Quæ omnia in consensu, indefinito, atque generali, secus sese habent. *Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 4. n. 14. & seqq.*

Quî itaq; vitio vertemus, huic consensui, quod generaliter atq; indefinitè, fuerit conceptus?

23 SEPTIMÒ: atq; postremò ambigui iuris non est: quod etiamsi rei incertæ fideiussio, planè nulla sit. *l. ita stipulatus la grande. ff. de verb. obligat.*

24 Eam tamen fideiussionem, qua fidei meæ esse iubeo. omnem eam quantitatem, quam Titius posthac Seio crediturus est, constantem atq; efficacem esse *text. ad literam in l. ita stipulatus à Seio. ff. de fideiuss. Tiber. Decian. cons. 72. n. 12. volum. 2.*

25 Valebit itaq; per argumentum à simili ductum, is quoq; consensus, quo Dominus feudi consentit, vt pro omni summa, quam in futurum mutuo accipiet vasallus, vel tutores filiorum eiusdem, pignoris nexu, feudum afficiatur.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

QVAESTIONIS I.

CEterum his reuera opponi nequeunt ea, quæ antehac, ceu repugnantia afferebantur.

Ad PRIMVM enim, quod habet: quod is consensus, qui actui in specie non cognito, adhibetur, planè inutilis sit: hæc rectè accommodatur responsio: quod carear, in quibus innitatur fulcris, atq; præsuppositis. Negatur enim hîc, actum, cui consensus accommodabatur, in specie, cognitum non fuisse. Quippè non ignorabat, sed per preces supplices, certior fiebat, consentiens: ratione mutui, vel iam celebrati, vel paulò post celebrandi, vtq; pro eius satisfactione, feudum oppigneratum remaneret, eius consensum expeti. Certum autem est, quod præsuppositis amotis, simul quoq; remoueatur, quæ hinc astruebatur assertio. *gl. Iacob. Butrig. Salyc. & Fulgos. ad l. mancipia. C. de ser. fugit. Dec. cons. 201. col. 2. circa med. Crau. cons. 486. n. 4.* 26

Nec obstat, quod tamen ipsam mutui quantitatem, princeps consentiens nescierit: nusquam enim ad consensus validitatem, ipsam quoque quantitatem, cuius nomine consensus interponitur, cognitam esse debere, iura sanciunt. Etenim si ipsa debiti quantitas, semper exprimenda esset, discrimen inter consensum generalem, & specialem, de quo sub decidendi rationibus actum est, ampliùs non consisteret. 27

Quod igitur lex non dicit, nec nobis dicendum. *Euer. in top. in loc. a lege cess. n. 1. Ias. ad l. illam. n. 6. C. de collat. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 17. n. 66. per l. seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. § consideremus auth. de trient. & tem.*

Et si consentire, Dominus feudi, diuenditioni feudi rectè potest, quamuis precium nescierit: *arg. c. 1. §. si verò de alienat. feud. c. 1. de proh. feud. alien. per Lothar. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. & omnium iurium de consensu siue permissione Domini feudi loquentium.* 28

Ecquid vetaret, quominus quoq;, vt debiti summa non nominata, feudum pignori, vel hypothecæ esset, is ipse consentiret? An non cui licet plùs, veluti ipsi distractioni feudi, precij quantitate non expressa, consentire: licitum quoque erit minùs eodem nempè modo, feudi oppigneratione, consensum præbere? Quippè oppigneratio, vel hypothecatio, præambulum tantùm, & quidem non omni casu, sed quandoque saltem distractionis esse solet. Vti de feudi oppigneratione & hypothecatione, in indiuiduo scriptum reliquit *Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 43. vers. certum est.* 29

Eodem quoque modo, reliqua quoque, quæ sub hac PRIMA obiectione adducebantur, refutatu sunt facilia, veluti id: quod indefinita, obscuritatem, & incertitudinem, comites semper ferè habeat:

Negatur enim hoc axioma, ad præsens thema, quod attinet, verum esse: Cum vti aliâs regulariter: ita quoque in feudalibus, indefinita oratio, vniuersali semper æquipolleat. *Curt. Iun. in tr. feud. p. 1. q. 4. n. 8. & 9.* 30

Schrad.in tr.feud.p.10.sect.8.n.23. Ioh. Bapt.de S. Blas.cons. Brun. cons.66.n.17.

31 Sed & textus in l. si seruitus. ff. de ser. vrb. præd. cui Corneus, & Crauetta, pro contraria opinione adducti inniuntur, hoc axioma, quicquam non adiuuat: quinimò contrarium axioma, planè stabilit. Ita enim habet: quod si ita sit cautum, ne luminibus officiatur, ambigua est scriptura, vtrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an etiam his, quæ posteà quoq; fuerint? Et humanius est, verbo generali, omne lumen significari, siue quod in præsenti, siue quod post tempus conuentionis contigerit.

Hæc ipsius textus verba sunt: ex quibus, vt rectè astruatur: indefinitum sermonem, obscuritatem, & ambiguitatem introducere, equidem non perspicio. Cum decisione nil aliud velit is ipse textus, quàm quod in seruitutibus quoq; constituendis, indefinita, vim vniuersalis habeat: adeoque ad futura quoq;, porrigatur.

32 Quare, cum inter omnes receptum sit:
* Doctoris dictum, secundum legem, quam allegat, intelligendum esse. *Bran l. non solùm. §. filiberationi.n.7.ff.de lib.leg.Br. in l. cum quidam. ff.de his quib.vt ind. Roman. cons. 76. & cons. 211. col. vlt.*

33 Consequatur oportet, in contrarium adductum axioma, consistere non posse. Cum non habeat, quo sulciatur, textum. *per trad. Archid.ad c.nolite.11.q.3.Bl. in l. respub. C. ex quib. cauf.maior.1af.ad l.illam. n. 19. C. de collat. Schrad. in tr.feud.p.10.sect.5.n.63.*

Fac autem indefinitam locutionem, incertitudinem, & ambiguitatem, semper & vbicunq; causare: non tamen propterea, ilico euertes Consensum nostrum.

34 Nam aliam adhuc habemus traditionem, quæ vult: quod incertitudo quantitatis, actum qui geritur non vitiet. *per trad. Dec. cons. 337.n.10.vers.quinto.*

Enimuerò hic, nulla, præterquam de quantitate, subest incertitudo.

35 Præterea omnes quoq; illud scimus: quod illa ambiguitas, vel incertitudo, cuius vtraq; pars, ad eundem finem tendit, actus effectum non remoretur. *l.quod si dubitet. & l. cum heres. §.vlt.ff.de acquir.hered.1af.ad l.Gallus.§.si ciuis.n.30. ff.de lib.& postum.Schrad.in tr.feud.p.4.c.1.n.15.*

Atenim hic vtraq; pars incertitudinis, ad eundem effectum tendit. Qui est, vt feudum hypothecæ subiaceat, & si opus fuerit, ratione huius hypothecæ, alienari possit, siue maior fuerit, mutui summa, siue minor.

36 In iure, illud quoq; cautum esse memini: innoxiam illam esse incertitudinem quæ per relationem ad aliud, clara, & indubitabilis, redditur atq; efficitur. *l.4.§.si index.ff.de re iud. l.vbi autem.§.illud.ff.de verb.oblig.l.penult.C. de fent. quæ sine cert.quant.*

Sic videmus eam fideiussionis speciem, coargui non posse, qua quis fideiubet, pro omni eo, quod rectè subductis calculis, inter Mœuium, & Sempronium reliquum fuerit. Vti in indiuiduo consulendo docuit *Decian.d. cons. 72.n.12.vol.2.* 37

Cum itaq; hic, incertitudo omnis sopiri possit, si obligationum literæ. quas Tutores, solutione, quam fecerant, à creditoribus acquisierant: item eorundem apochæ, exhibeantur: atq; sic, per relationem ad aliud.

Restat, vt dicamus, eiusmodi incertitudinem, consensui, quem Tutores impetrarant, non nocere.

Maximè cum idipsum, etiam eo, rectè pos- 38
sit confirmari. quod iure decisum, & ab eiusdem interpretibus traditum extat: eam incertitudinem, nociuam nunquam esse, quæ certior reddi potest, ex duabus scripturis, inter se se collatis. *Bl.cons.212.vol.5. Dec.cons.497. n.3.cons.518.n.6.& 7.& cons.673.n.1. circa med. Tiber.Dec.cons.78.n.32.vol 4.*

Ad Secvndam deindè, quod attinet obiectionem: nempè Domini consensum, expressum, & non tacitum esse debere: respondemus Primo: negando, quod vlla sit, inter 39
consensum generalem, & consensum tacitum, æquiparatio. Quinimò generalis & specialis. *Vult.in tr.feud.lib.1.s.10.n.63 in fin.*

Et rursus expressus, & tacitus consensus, 40
inter se se opponuntur, & contraria sunt. *Vult. d.n.63. in fin.*

Reliquum itaq;, illud fit: quod à consensu 41
tacito, ad consensum generalem, perperam concludatur. *arg l.vlt.ff.de calumniat.l.Papinianus. exub.ff.de minor.l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligation.*

Deindè sit ita, ducantur rectè, à consensu 42
tacito, ad consensum generalem argumenta: resolui tamen adhuc potest, nodus hic, per inuersionem, optimo illo contrariorum dissoluendorum modo. *teste Euer.in præamb.top.n. 18.*

Magis namq; communiter receptum est, 43
tacitum quoq; Domini consensum, in feudorum alienationibus satis esse. *gl.ad c.1. in pr. in v.permissione. & vbi Aluar. & Præpos.de probib. feud. alien.per Lothar.Curt.in tr.feud.p.4.n.137. Bl.ad c. 1.§.donare.qual.feud.sol.Iacobin.de S.Georg.in tr.feud. in v.& cum pacto.el.3.n.4. & in v. & cum pacto. el. 2.n.20. Zas.in tr.feud.9.p.n.31. Capyc. decis.156.n. 23. Ioh.Iac. de Leonard. inter. cons. Alb. Bruni. cons. 114.n.344. Borcholt.in tr.feud.c.8.n.72. vbi hanc magis communem opinionem esse attestatur. Schrad. in tr.feud.lib.1.c.10.n.64. Tiber. Decian. cons. 117. n.5.vol.3.* **

Constare itaq; nescit, & hæc Secvnda quoq; obiectio.

Tertia dehinc obiectio habet: adeò expressum & specificum oportere esse, Domini consensum, vt nec consensus quidem ratione sortis impetratus, extendatur ad vsu-
ras vsq;

ras vsq; : verùm huic, hanc accommodamus
44 resolutionem : quod id semper, & vbiq; verum non sit, quinimò sæpiùs de sorte disponens consensus : vsuras, & interesse quoque complectitur. Vti scriptum reliquit *Sichard.in tr.feud.p.2.c.4.n.20.*

45 Quinimò si veritatem adamauerimus regula potius ita efformanda erit : vt regulariter pignus pro sorte susceptum, pro vsuris & interesse quoq; , oppigneratum censeatur : nisi fortè oppignerationi, dictio aliqua taxatiua : verbi gratia : vt pro sorte tantùm, pignus obligatum sit, apposita fuerit. *text. ad literam in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab. iun. l. fideiussores magistratum in pr. & §. 1. ff. de fideiuss. Alex. de Imol. ad l. si cum dotem. §. fin. antem in fecundissimo ad fin. ff. sol. matr. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. n. 47. & 48. & in 1. memb. 5. p. p. n. 10.*

46 Quod & in fideiussione, verum est, atque obtinet. *gl. in l. quæro in pr. ff. locat. Neguz. ant. d. 4. memb. 2. p. p. d. n. 47. ad fin. ferè & d. 1. memb. 5. p. p. d. n. 10.*

At esto, vniuersaliter verum sit : quod semper & vbiq; , vsurarum mentionem expressam, in consensu Domini fieri, atq; adeò omnem consensum, si alicuius ponderis esse debeat, expressum esse oportere: non tamen nec illud quidem, consecutionem vllam firmam
47 habebit. Nam cum iuris sit euidentissimi, quod expressum illud quoq; dicatur, quod in genere, siue verbis generalibus, atq; indefinitis, enunciatum est. *l. vlt. in fin. cum ibi not. per DD. C. quod cum eo, qui in al. pot. est. l. fed an vltrò in pr. ff. de negoc. gest. & tradunt concordi consensu Br. Bl. Signor. de Homod. Ioh. de Imol. Fr. Aretin. Iaf. & Dec. in loc. à Schrader. congest. in tr. feud. 2. p. 9. p. p. sect. 3. n. 102. Borgn. Cauale. in tr. de tut. & curat. sub n. 98. vers. nam idem. Ruin. cons. 35. n. 9. vol. 2.*

Ambigi amplius non oportet, quod hîc quoq; consensum expressum habeamus. Cum in nostro consensu, Dominus feudi expressim consenserit, feuda defuncti H. A. T; Tutoribus hypothecæ esse debere, pro omni eo, quod soluturi essent, pro H. A. T. vel tutorio, vel fideiussorio nomine.

Destruitur itaq; tertium quoq; aduersariorum fundamentum.

Obijciebatur deindè QVARTÒ : mores Marchiæ Brandeburgicæ quoq; non ferre, eiusmodi consensus generales. Nec enim simile aliquod exemplum reperiri : verùm ne illud quidem remorari nos, in incœpto
48 potest. Nam primò est iuris cogniti : quod aliud sit consuetudo, aliud item non vsus : & quod hinc cõsequens est: quod in actuum, & negociorum perfectione, non vsus, non attendendus sit. *Iaf. ad l. de quibus. n. 53. ff. de ll. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 20. n. 158.*

Quod cum ita sit, nos hîc quoq; , propterea, quod hactenus eiusmodi consensus indulgere, vsitatum non fuerat : non consuetudinem : sed non vsum tantùm, allegare possumus. Omnis enim consuetudo, actum certum, & permanentem, consuetudinisq; introducendæ gratia, celebratum, præsupponit : cuius vigore introducatur. *gl. in c. consuetudo. dist. 1. gl. vlt. ad c. vlt. vers. item requiritur, quod si vsus. ibi Abb. n. 17. vers. septimo requiritur ext. de consuet. Roman. cons. 368. n. 5. in fin. vers. præterea. Dec. cons. 402. n. 15. vers. & pro isto conclusione Crau. cons. 814. n. 9. Decian. cons. 32. n. 52. vol. 2.* 49

Accedat adhæc, quod in omnibus casibus, 50
in quibus ex actibus negatiuis, consuetudo oriri potest : oporteat, quod huic consuetudini, ab initio fit contradictum : quodq; postea contradicentes, à contradictione viteriori abstinuerint : & consuetudini acquiuerint. *Cyn. & DD. ad l. 2. C. quæ sit long. consuet. Ioh. And. ad c. Iohannes ext. de cleric. coniug. Br. ad l. si priùs oppositi. septima ff. de no. op. nunc. Alex. cons. 6. vol. 5. cons. 173. col. 2. post med. vers. rursus etiam non constat. volum. 6. Crau. cons. 765. n. 14.*

Iam verò edoceri nequit, quenquam vnquam, in toto electoratu, & ditionibus Brandeburgicis fuisse: qui cum ei consensus generalis super feudi oppignerationc denegaretur, huic denegationi contradixerit primum, postea verò acquieuerit : quodq; ex eo tempore, omnibus indiscriminatim, consensus generales denegati fuerint : Vt igitur ludicé, de moribus, consuetudine; regionis edoceremus ? Sed & superiùs, iam fides facta est: nõ minùs validum, & iustum esse, in feudi alienationibus, Domini consensum generalem, quàm specialem : quinimò satiùs esse, consensum generalem, quàm specialem impetrasse.

Quod cum ita sit, etiam hoc die adhuc, hoc 51
iure vtemur, propterea : quod per non vsum, non tollatur quoq; lex. *Fel. ad c. 1. n. 10. ext. de treug. & pac. Br. in proœm. for. §. & antea n. 1. Vallasc. ad l. imper. n. 142. ff. de iur. Hart. Pist. q. 58. n. 80 lib. 2.*

Postremò huic quoq; obiectioni, rectè re- 52
spondebimus, illud : quod argumento ab exemplo deducto, optimè satisfiat, si ei detur instantia, & dissimile exemplum contigisse ostendatur. *Euer. in loc. à simil. n. 12. Affl. decis. 350. n. 11. Bender. in tr. de reuis. conclus. 12. n. 5.*

Iam verò omnes, qui in Marchia viuimus, scimus: ante triginta & amplius annos, talem consensum generalem, à septem VV. A. S. creditoribus impetratum fuisse. Consenserat enim in eo Princeps, vt feudum S. illisipsis septem creditoribus esset pignori, pro omni eo, quod VV. A. S. vel ipsi mutuo dedissent, vel daturi essent : nec non pro omni eo quoq; pro quo fideiusserant, vel fideiussuri essent.

Sed & pro isto consensu, postea in iudicio contradictorio pronunciabatur, Veluti Acta, quæ adhuc in Camera Electorali Brandeburgica asseruãtur, cõ docefaciunt. Nequit igitur vllo modo obtinere, QVARTA hæc obiectio.

Denique refutari quoq; facilè QVINTA obiectio, habens: fiscum, hoc pacto, iacturam redituum suorum, sustinere poterit.

Nam PRIMÒ: etiam huius consensus nomine, sportulæ cancellariæ persolutæ sunt.

53 Caret itaq; obiectio hæc, quibus innitatur præsuppositis. Vndè ceu carens fundamento, consistere nequibit. *arg. c. veniens ext. de presb. non baptis. c. cum Paulus. 1. q. 1. l. in vniversis. C. qui tut. dar. poss. Spec. in tit. de aduoc §. nunc de exordijs. n. 17. Schrad. in tr. feud. p. 10. in præamb. n. 3.*

54 Deindè satisfit quoq; ei per id: quod officialibus Dominorum, fisci iura non competant. *p. tit. ad. Bl. ad c. 1. §. adhæc de pac. iur. firm. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 1. c. 1. n. 4. Vult. in tr. feud lib. 1. c. 5. sub n. 7. vers. minora regalia.*

Atenim hæ sportulæ, officialibus tantùm principis persoluendæ sunt: non verò ipsi principi.

55 Sed & in iure nusquam cauetur: quod ob id, quod sportulæ fisco debitæ, aliquantisper imminuantur protinus debeat rescindi, atq; irritum fieri, quod actum est.

56 Fac itaq; etiam officialibus principis, iura fisci competere, quod tamen negamus, non tamen ob id, minùs verum erit: quod fiscus, & iura fiscalia habentes, regulariter eodem, quo priuati iure vtantur. *l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hered. l. 1. C. eod. tit. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 18. n. 66. Crau. cons. 168. n. 10.*

57 Quinimò deterioris quoq; præ priuatis conditionis sunt, quoties ijs, peculiare aliquod priuilegium, indultum non reperitur. *l. si legatus in pr. ff. ad Trebell. Iason. §. si quis agens col. vlt. Inst. de act. Iaf. ad l. 2. n. 38. C. de iur. Emph. Borgn. Cauale. in tr. de tut. & cur. nu. 337. Crau. d. cons. 168. n. 10.*

58 Sed & principis boni est, fisci sui, cum subditorum iactura, atq; detrimento rationem non habere. *l. 1. C. de fecund. nupt. l. vnic. §. penult. C. de caduc. toll.*

59 Vt taceam, nullo planè fauore, iura sportulas prosequi. Sic namq; videmus in benè constitutis Rebus p. eas vbiq; abrogatas esse. Quo iure etiam in Camera Imperiali vtimur: nam & ibi sportulas vllas, præstare, necesse non est. *Ordinatio Cameræ, anni 1500. Augustæ Vindelicorum promulgata rubr. von Sportuln.*

Tantum itaq; abest, vt ob sportulas aliquantulum imminutas, caducum fiat, quod gerebatur.

Reliquum itaq; illud tantum fit, vt concludamus: consensum à Dominis Tutoribus hîc impetratum, etiamsi generalis sit, & nullam certam quantitatem, in se complectatur, iustum, legitimumq; esse.

II. QVÆSTIO.

ET eiusdem dubitandi rationes. SECVNdò quærebatur: iure ne, ob istiusmodi cõsensum impetratũ, immissionemq; in feuda deindè subsecutam: Tutores distraherent, diuenderentq; feuda, ipsis per hunc consensum oppignerata: iure ne item precium indè redactum, inter creditores illos, quibus ipsi Tutores, vel tutorio, vel fideiussorio nomine, obligati erant, distribuerent: ante etiam, quàm his, ratione prioritatis, vt vocant, exorta, finiretur? Ceterùm, & hîc quoq;, ab initio dicendum videbatur, neutrum horum facere, Tutoribus nostris fas esse.

Nam PRIMÒ: ambigi non oportet: quod 60 fideiussori, antequam verè & realiter soluerit, id, ad quod fideiussorio nomine tenebatur, contra principalem, non datur actio. *l. si pro ea, & ibi DD. communiter. C. mandat. c. vlt. ext. de fideiuss. Hipp. de Marsil. ad rubric. n. 216. ff. eod. tit.* *

Atenim hîc certum est, quod nihil adhuc Tutores nostri soluerint, fideiussorio nomine.

Competere itaq; illis, quoq; nulla etiam- 61 num actio poterit, sine actione autem nemo experitur. *l. si pupilli. §. videamus, & ibi DD. ff. de neg. gest. l. quottes. §. item si temporali. ff. de adm. tutor. Menoch in tr. de arbitr. iudic. quæst. q. 16. n. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 20. n. 208. Crau. cons. 191. n. 1.*

Et cui, quod minus est non datur, veluti 62 actionis institutio: eidem multòminus dandum erit id, quod magis, veluti mediante actione proposita, rerum petitarum, alienatio, atq; distractio. *arg. l. nec in ea. §. vlt. ff. ad l. Iul. de adult. l. non debet. & ibi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.*

Clarissimi quoq; iuris, SECVNDÒ est il- 63 lud: quod etiamsi feudum cum Domini consensu, oppigneratum sit, quod tamen ob id, ad eius distractionem non sit accedendum: quinimò ex feudi tantum reditibus, tunc creditori satisfaciendum erit. *Bl. in auth. ei qui. C. de bon. aut. iud. possid. Alex. de Imol. ad l. si finita §. si de vectigalibus. col. 7. vers. adde etiam prædictis. ff. de damn. inf. Iaf. ad l. commodo. col. vlt. ff. de re iudic. Alex. cons. 11. Vol. 1. & cons. 124. col. pen. vol. 4.*

Contenti itaq; erunt vtores quoq; nostri, siquidem ex feudi reditibus, suũ receperint, & ab ipsa feudi distractione, omnimodo abstinebunt;

TERTIÒ: prospexerunt quoq; iura: quod 64 qs ob id, quod in bona debitoris sui immissus est, non consectùm bonorum distrahendorum facultatem consequatur: quinimò vnius potiùs creditoris immissio reliquis omnibus prodest. *l. cum vnus in pr. & ibi gl. Br. n. 2. & n. 7. & DD. communiter. ff. de bon. aut. iud. possid. Coler. in tr. de proces. execut. p. 1. c. 2. n. 52. & p. 2. c. 3. n. 309. And. Gail. obs. 122. n. 2. lib. 1. Frider. in tr. de proces. in Camer. exurah. lib. 3. c. 13. n. 1.* *

Efficere itaq; id quod cupiunt, ne ob immissionem quidem, Tutores nostri poterunt.

QVARTÒ: certum quoq; est illud: quod plu- 65 ribus simul immissis, nullus sit prior, nullus posterior, sed omnium æqualis, & par conditio *DD. communiter ad l. si finita. §. si plures & ibi in specie Alex. de Imol. ff. de dam. inf.* *

Cum

Cum itaque potius ius præ reliquis creditoribus, Tutores non habeant: non poterunt quoq; in horum perniciem, ad alienationem vsq; progredi.

66 QVINTO: ab Interpretibus quoq; traditum est: quod totis viribus, enixè eò elaborare debeat debitor, ne alij, quàm cui debetur, solutio fiat *Bl.an l.falsus.n. 31. C. de fort. Mandell. cons.3.n.8.Calcan.cons.18.ante fin. vers. praeterea etiam posito.Crau.cons.1.pro Gener.n. 273.*

Quandiu itaq; dubium adhuc est, quis creditorum sit prior, quis item posterior, tandiu quoq; ab omni alienatione, abstinebunt Tutores, ne in hanc legem peccent.

67 SEXTÒ: iuris quoq; euidentissimi est illud: quod ij creditores, quibus iam satisfactum est, cogi non possint, ab ijs creditoribus, tempore etiam prioribus, qui suum nondum adhuc exegerant, vt quod acceperant, restituant. *Vti in induiduo decidit Decian. 108. n. 93. vol. 2. Affl. decis. 190. per tot. Cardm. Pariſ. conſ. 69. vol. 4. per tot. per l. qui autem. §. ſciendum. & in l. pupillus in fin. ff. quæ in fraud. creditor.*

Summè itaq; noceretur creditoribus, si distributio hæc, quam moliuntur Tutores iustè non administraretur, sed illi, cui non debebat, solueretur. Et quod consequens est, prius de creditorum præcedentia, cognoscere oportet ius dicentem.

68 SEPTIMÒ: indubitati quoq; iuris illud est: quod creditor posterior, habeat ius offerendi, respectu creditoris prioris. *l. 1. C. qui pot. in pign. hab. & l. portor. 5. vlt. ff. eod. tit. Neguz. ant. in 1. de pignor. in 3. membr. 5. p. n. 1. & ſeqq. Fr. Balduin. in tr. de pignor. x. 20. ad fin.*

Præpedietur itaq; rursus isthæc, quam cupiunt, Tutores distractio: & è diuerso expectandum erit, an veniat quis aduersus Tutores, iure offerendi vsurus.

69 OCTAVÒ: omnibus quoq; longè est notissimum: quod in toto iure, generi per speciem derogatur. *l. in toto. ff. de reg. iur. c. in toto eod. tit. lib. 6. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 3. n. 16.*

70 Et in specie, quod specialis hypotheca, ex interuallo adiecta generali detrahat, & eam etiam petimat, decidit *Crau. conſ. 594. n. 1.*

Cum itaq; nonnulli creditorum reliquorum, ex eo tempore, quo Tutores primi, consensum Domini feudi, eundemq; generalem impetrarant, etiam consensus, eosdemque speciales, fuerint consecuti:

Meritò dicendum videbatur, hosce consensus speciales, generali Tutorum consensui anteferendos: proindeq; alienationem omnem, prohibituros.

71 NONÒ: accedit adhæc quod lite pendente, nihil planè innouandum sit. *tot. tit. ff. nil nouar. App. pend. tot. tit. ext. vt lit. pend. nihil innouet. Christoph. Schuuanm. in tr. de proceſſ. Camer. lib. 2. c. 9. n. 1.*

72 Quodq; innouata, ante omnia sint reuocanda. *c. non ſolùm de appellat. lib. 6. Sterul. & Robert. Lancil. in tr. de attent. per tot. Ioh. Bapt. Aſin. in ſua praxi. p. 1. §. 23. 5. 12. n. 2.*

Atenim hic, lis pendet. Etenim aduersario citato, & actione proposita, oritur litispendentia *auth. litigioſa. & ibi DD. communiter. C. de litig. gl. ad c. 1 in v. litigantibus vt lit. pendent. lib. 6.* 73 *

Non itaq; iure nunc fit, bonorum distractio: quinimò, si iam alienatio facta esset, reuocari eandem oporteret.

DECIMÒ, recepta quoq; inter omnes doctrina est: quod fideiussor contractus nunquam, aduersus debitorem suum habeat, executionem paratam: sed quod oporteat, vt actiones sibi competentes, coram Iudice proponat, libellum offerat, & per ordinarij processus viam, ad executionem perueniat. *Br. in l. 1. col. 1. ff. iudic. fol. Bl. in l. cum eorum circa pr. C. de ſent. Ang. in l. ſi cum pecuniam. C. de priuil. fiſc. Hipp. de Marſ. ad rubr. n. 363. ff. de fideiuſſ.* 74 *

Temperabunt itaq; sibi Tutores, ab omni alienatione hypothecarum suarum. Hæc enim alienatio species executionis est.

VNDECIMÒ & vltimò: hoc quoque iure quotidiè vtimur: quo omnis rei litigiosæ alienatio, vetita atq; prohibita est. *toto tit. ff. C. & in auth. de litig.* 75

Consequitur itaq;, alienationem vllam, hic procedere non posse. Iam enim bona hęc, ob iudicium susceptum, litigiosi vitio, affecti fuere. Etenim vt nihil innouetur, res, quàm primùm citatio insinuata est, litigiosa efficitur. *Clement. 2. vt lit. pend. auth. litigioſa. C. de litigioſ.* 76

QVÆSTIO II.

RATIONES DECIDENDI.

VErum, etsi hæc aliquem, non satis rei peritum, commouere aliquatenus possent: non tamen dubito, quin ex sequentibus appareat, rem aliter se habere: proindeq; tutores iustè, etiamnum ad bonorum distractionem accedere.

Veluti PRIMÒ: indubitati iuris illud est: quod fideiussor conuentus vt soluat, sese per id, quod solutionem, ex bonis debitoris principalis facit, possit liberare. *Br. in l. procuratorem. §. ignorantes in pr. ibi Alex. de Imol. per ill. text. ff. mand. Br. in auth. qua in prouincia per ill. text. & ibi Bl. in fin. C. vbi de crim. ag. oport. Hipp. de Marſ. ad rubr. n. 364. ff. de fideiuſſ. vbi is hanc eſſe communem, omnium Doctorum concluſionem, atteſtatur.* 77 *

Liberum itaq; erit fideiussoribus, atq; concessum; si vt molestias creditorum effugiant, bona debitoris principalis distraxerint.

Nec obstat, quod plæriq; Doctorum hanc conclusionem, ad fideiussorem pauperem tantum, quiq; aliàs in carceris squalore marcesceret, restringant: Vix enim textuum, quibus hæc conclusio innititur, generalitas, hanc restrictionem patitur. *l. 1. ſi procur. §. ſi ignorantes. mand. & d. auth. qua in prouin. C. vbi de crim. ag. oport.* 78 * *

79 Vt taceam hoc pacto, concluſionem hanc, planè inutilem futuram, & vento, vt aiunt, inſeruire. Cum nullus fideiuſſor ſit, qui non poſsit carcerem, bonis cedendo, hodiè effugere. *Br.in l. & ſi fideiuſſor. & ibi Alex.ff.de re iudic. Alex.in l ſed hoc ita.§.quod autem. & vbi Iaſ.n. 9.ff. eod.tit.Angel.Aret in §.vlt. verſ.in ea ibi. de re iudic. Inſt.de replicat.Matth. Brun in tr. de ceſſ.bonor. 4. q. princip.q. 25.n. 1. & ſeqq.*

80 Sed & præſentes quoq; fideiuſſores, ſimul quoq; tutores ſunt. Ergo quicquid ſit, in alijs fideiuſſoribus: his tamen ob duplex vinculum, idipſum permiſſum erit. Etenim duo vincula, vno ſunt fortiora. *auth.itaq;.C.comm.de ſucceſſ.Tib.Decian. conſ.4. n. 25.vol 1. conſ.16.n.6. vol.2.Bertazoll in tr.clauſul.cl.uſ.12.gl.1.ſub n.1.*

81 Secvndò, ambigui quoq; iuris non eſt, quod is creditor, qui ante reliquos ſuum petijt, ceteris patibus, vt loquuntur, ob diligentiam, quam adhibuit, præ reliquis quoq; ſuam, conſequi debeat. Vti in ſpecie decidit *Tib.Decian.conſ.108.n.12. vol.2.per l.1. & 2. C. de alluuionib l pupillus in fin.ff.de hu qua in fraud. credit.*

Iam verò certum eſt, Tutores hic, reliquis vigilantiores fuiſſe. Conſenſum enim Domini feudi impetrarunt, immiſsionem item in bona, ſunt conſecuti.

Meritò itaq; ſolutio illis quoq;, præ reliquis fiet. Id autem fieri nequit, niſi bona diſtrahantur, & precium indè redactum, inter creditores diſtribuatur.

82 Tertiò: extra controuerſiam quoq; poſitum eſt illud: quod ob æs alienum vrgens, rectè ad bonorum pupillarium diſtractionem, progrediatur tutor. *l.magù puto.§.ne poſſint ff.de reb.eor.l.ob æs.C.de prad. minor. Corn. conſ. 109.col.1.& conſ.207.col.1. volum. 3. Roman. conſ. 321.in pr.Aſſl.deciſ.49.in pr.Cardin. Pariſ.conſ. 98. n.9.vol.1.Tiber.Decian.conſ.20.n.10.volum.5.*

Etenim hîc, tot iam apparent debita, quod ne omnia quidem bona, his diſſoluendis ſufficiant: tantum abeſt, bona conſeruari poſſe. Id quod ex inuentario, quod conſcribebatur, conſpicuum ſit.

83 Etenim ex huius inſpectione, æs alienum rectè probari, conſtat. *Tiber.Decian.d.conſ.20. n.10.volum.5.*

84 Qvartò, habemus quoq;, communem
* Interpretum concluſionem, quæ vult: quod tutor, qui ſimul pupilli creditor eſt, non minùs ſibi, quàm alijs, dummodo iuris ſolennitates, & requiſita interueniant, ex pupilli bonis, poſsit ſatisfacere atq; ſoluere. *Br.in l. quotics.§. ſi temporalis.n.1.ff.de adm.tutor. Br.in l.ſi procurator.n.11.ff.de cond.indeb. Bl.ſing.50. Iaſ.ad l. 1. § ſunt quæſtum.n.7.& n.16.& ſeq.ff.ad S.C.Trebell. Aug.Aret in §. actionum. nu. 46. & 47. Inſt. de act. Borgn. Cauale in tr.de tut.& cur.n.179.Tib.Decian. conſ.60 n.7.volum.3.*

85 Et hoc iure eatenus quidem vtimur, vt tutor ſibijpſi, in ſubſidium rectè ſatisfaciat, etiam ex illa pecunia, quæ emtioni prædiorum erat deſtinata. *tradente in indumento Roman.ſing. 104.nec tu habes, quod pecunia.*

Cum itaq; Tutores noſtri, pupilli ſui creditores, tam ratione eius, quod tutorio nomine mutuo acceperunt: quàm illius reſpectu, pro quo fideiuſſerant, rectè cenſeantur:

Conſequatur oportet, quod ſolutionem ſibijpſis rectè faciant, ſiquidem ſubhaſtationem bonorū, & reliqua ſolennia adhibuerint.

Qvintò: incogniti iuris non eſt: quod 86 tutor id ſemper, ob oculos poſitum habere debeat, vt vtilia pupillo faciat, inutiliaq; prætermittat. *l.de creationib.C.de epiſc.aud.l.vlt.§. & ſiquidem.& § ſin autem non tales v. ipſo autem curatore.C.de curat.fur.auth quod nunc generale. C. eod. tit.gl in l legitimos,& ibi Br.n.7.& ſeq.ff. de legit. tut.Prael.Pap.in form.libell.quo ag.ad redd.rat.tut.n. 8.Salyc.in l.tutores. la. 2.n.17. C. de adm.tut. Guid. Pap.deciſ.330.Sylueſt.Aldobr.Inſt.de ſatisd.tut.& curat.n.42.Piag.in tr.de tut.& curat.q.7.n.23. Borg. Caualc.in tr.de tut.& cur.n.23.Schrad.in tr.feud.p. 10.ſect.20.n.233.Caſtr.conſ.356.n.4. lib. 1. Rain. conſ.29.n.9.vol.5.Mandell.conſ.21.n.11.*

Cetcrum id non fit, niſi bonorum diſtractio concedatur.

Hæc namq; ſi prædiatur, tunc quotannis, nouum, vt de vſuris ſolùm creditoribus ſatisfiat, æs alienum conflare oportet. Quod altero deindè anno, nouas rurſus gignit vſuras, & ſic deinceps. Nec enim bonorum prouentus, vſuris tantùm diſſoluēdis, pares ſunt.

Non dicam nunc, quibus ſumtibus opus ſit, dum miſsitandi ſunt nuncij, dum itineris cauſa ſumtus faciendi, antequam pecuniam ab alijs mutuò acceptam nanciſcamur. Quæ omnia vtilitùs longè adminiſtrari poſſunt, ſiquidem annuatur Dominorum Tutorum petitionibus.

Sextò: ambigendum quoq; non eſt, quod 87 ab eo, cui, inſtrumentum paratam executionem habens, eſt, rectè petatur executio, etiamſi is adhuc, ſuper bonorum ceſsione facta ſiue ſuper creditorum prælatione exorta, deciſa nondum fuerit. *Vti deciſum extat, in deciſ. Capell.Toloſ.deciſ. 28.*

Non itaq; quicquam in medio erit, quod hic bonorum diſtractionem fieri, prohibeat.

Quid enim vetat, quominùs conſenſum principis, à Tutoribus impetratum, inſtrumentum executionem paratam habens, cenſeamus? quis item non videt, de ceſsione bonorum, & de eo, quis creditorum potior ſit, tantummodò hic tractari?

Nec obſtat, quod aliqui reperiantur, qui 88 modò adductam deciſionem, ita aſtringant: vt ſcilicet tum demùm locum habeat, cum inſtrumento illi, paratam executionem habenti, nulla efficax opponi poteſt exceptio. Vti hanc ipſam interpretatur *Matth. Brun in tr. de ceſſ. bonor.q.12.*

Etenim

Etenim huic instrumento consensus, domini feudi, quod pœnes Dominos Tutores est, omnis frustrà obijcitur exceptio. Certi enim, & tritissimi iuris est, quod Domini feudi consensu accedente, feudum non solùm recte, & cum effectu oppigneretur. *c. 1. §. si quis inules de feud. fin. culp. non amitt. c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frider. c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Loth. Neguz. in tr de pign. in 1. memb. 1. p. p. n. 44. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 4. n. 1. Vult in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 61.*

89 Verumetiam is, qui primò Domini feudi consensum consecutus est, reliquis omnibus creditoribus, etiam Domini consensum, sed posteriorem habentibus, potior est. Id quod ex generali totius Germaniæ consuetudine, Ippis etiam, & tõsoribus, vt in prouerbio est, est notissimũ. vti in simili ferè opposito argumentatur *Vult in tr. feud. d. lib. 1. d. c. 10. n. 70 in fin.*

Et quotidiè in Camera Electorali Brandeburgica, ita pronunciatur.

Procul itaq; hinc discedat obiectio. Cum negari nequeat, consensum Dominorum Tutorum, omnium primum esse, id quod ex libris feudalibus principis nostri (aus der Lehnregistratur) facilè demonstrari poteſt: quod item primus in tempore consensus, potior quoq; in feudalibus, secundum stylum, moresq; harum ditionum, in iure sit.

90 Nec iuuat, quòd attamen, hanc, omnis Domini feudi consensus, recipiat interpretationem, vt scilicet, tùm demùm, ad feudi distractionem, eo mediante, progrediamur, cum nulla amplius, ex quibus creditoribus satisfiat, restant allodialia. *Vult. d. tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 69. Neuiz. conf 10. n. 10. Burf. conf 80. n. 27. vol. 1.*

Nam hinc haudquaquam consequitur, aliqua adhuc superesse oportere, bona allodialia: adeoq; opus esse, vt ante omnia, hæc quæstio: superſint ne aliqua adhuc allodialia, nec ne, certo modo diffiniatur:

Nam inspiciendum tantum erit inuentarium, quod ab initio, conscribebatur: & deinde, cum rationibus conferendum. Nam id si fiet, præterea alia vlla, istius quæstionis discussio, non erit necessaria. Etenim hinc illicò apparebit, omnia iam allodialia, per æs alienum fuisse absorpta. Quinimò ne satis quidem fuisse, ad tollendam decimam, æris alieni partem.

91 Septimò: cogniri quoq; iuris illud est, quod audiendi non sint, qui contra propria commoda laborant *text. in l. si pater in fine. C. de ſponſal. Cor. ſal. in l. qui liberos. p. 1. n. 88. ff. de vul. nupt. Tiraq. de ll. connub l. 1. gl. 1. n. 76. Sfort. Oddan tr. de teſt. in integr. q. 10. n. 29.*

92 Nullumq; probabile, & considerabile interesse, allegare iciunt. *arg. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vind. l. poſtumus. §. ſi quis ex his. vbi Br. & DD ff de inoff. teſt. Roman. conſ 347 inc. quo ad artículum n. 4. & conſ. 499. inc. in præmiſſa n. 2. v. tertiò.*

Fac itaq;, vnum, alterumq; creditorum, consortium Dominorum Tutorum, obuiam ire velle, audiendus tamen non erit, & quia contra proprium commodum elaboret: cum vt antea adducebamus, ni maturetur bonorum distractio, æs alienum indies adaugeatur, cum ex reditibus, ne vſurus quidem satisfieri queat: & quia Tutores, ob consensum, omniũ primi sint. Vndè reliqui, probabile, & legibus cognitum interesse, allegare non possunt.

Octavò: expressi est iuris: quod is actor, 95 ad quem aliquid peruenire non posse, certum atq; expeditum est, repellendus plane, à iudicij sit limine. *l. 2. & ibi gl. ff ſi pars hered. pet. at. l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſaria. & ibi Ang. & Alex. ff. ad S. C. Trebell. Br in l. ſi vnus. §. ante omnia nota. 3. ff. de pact. Anchar conſ. 119. inc. pluribus. Tuber. Decian. conſ. 16. n. 76. vol. 1.*

Repellamus itaq;, hic quoq; reliquos creditores. Cum longe sit certissimum, ad eos peruenire nil posse, nisi plena iam solutione Dominis Tutoribus, facta.

RESOLVTIONES CONTRARIORVM QVAESTIONIS II.

Sed restat, vt nunc cõtrarijs respondeamus. Quare Primæ obiectioni: nempè fideiussori, qui nondum verè soluerat, actiones etiam, aduersus principalem suum non competere, satisfier per id: quod hæc traditio fal- 94 lat: quoties certum est, fideiussorem paulò post, vt soluat, condemnatum iri. Hoc enim casu, pro eo habetur, ac si iam fideiussor, verè, & realiter soluisset. *Bl. in l. ſi pro ea. q. 6. C. mandat. Iaſ. in l. diuortio. §. interdum. col. 5. ff ſol matrim. Hipp. de Marſ. ad rubr. n. 216. in fin. ff. de fideiuſſor.*

Quod cum ita sit, frustrà aduersus Dominos Tutores, de eo excipitur. Cum longè sit certissimum, dissoluere eos cogi, omnia ea, quæ vel tutorio vel fideiussorio nomine debent, quamprimùm eis, vt soluant, denunciatio, facta est,

Sed & hoc in loco illud expendendum: quod hic persona fideiussoris, & persona tutoris concurrant.

Esto itaq;, fideiussoribus nudis, distractio bonorum, hoc casu, denegata sit (cuius tamen contrarium, iam apparere arbitror) non attamen denegata erit, illis fideiussoribus, 96 qui & tutores simul sunt. Nec enim nouum, aut incognitum est, vnam eandemq; personam, diuerso respectu, diuerso quoq; iure censeri *Euer. in top. an loc. a. tauquam per tot. vbi plura in id allegat.*

Eodem quoq; modo Secvnda obiectio, 97 rationis nihil habet. Cum illud quod dicitur: ex feudi oppignoratione, ad eius alienationem non peruenirí, quantumuis Domini

conſen-

consensus accesserit: sed tunc ex feudi reditibus, creditori consulendum esse: communiter ita astringatur, vt tandiu duntaxat verum sit, quandiu aliud consuetudine, introductum non fuerit. Hæc enim si affuerit, recte ex feudi oppignoratione, cum domini consensu, ad ipsiusmet quoq; alienationem proceditur. *El.an c.1. in pr. de probab. feud. al. per Frid. Dec. conf. 445. col. 5. post mod. Crau. conf. 197. n. 2. in fin.*

Atenim hîc præsto est, non solùm consuetudo Germaniæ totius generalis, ob debita vasalli, feudi alienationem permittens: verumetiam adsunt pacta Electorum Brandeburgicorum, & statuum Ill. eius Celsitudinis vbi bona allodialia defecerint, etiamsi consensus Domini feudi nullus interuenerit, sanctientia. Id quod probatione prætereà, cum vulgò sit notissimum, opus neutiquam habet.

98 Nec enim totius regionis consuetudo exactè probanda est. *Bl. in l. si fugitiu. col. 1. C. de ser. fugit. Bl. in l. filiusfamilias. §. Veterani. col. 2. vers. item potest supplere. ff. de procurat. Bl. in auth. iubemus notab. 4. C. de iudic. Br. in l. lege Iulia in fin. ff. de testib. Alex. conf. 14. in pr. vol. 5. Dec. conf. 540. n. 12. Decian. conf. 124. n. 21. & 22. volum. 3.*

In Tertia deindè obiectione: vnius creditoris immissionem, prodesse, reliquis quoq; concreditoribus, fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter hæret.

99 Cuiusmodi argumentationes, vitiosæ sunt. *Oldend. in tr. de argument. form. Rubr. fall. rer. tit. à dicto secundum quid, in princip.*

100 Quod enim dicitur, vnius creditoris immissionem, reliquis quoq; communem fieri, & profuturam: non simpliciter, sed secundum quid tantùm, & quatenus, hi plures creditores, vnius contractus, puta hereditatis, societatis, vel fideiusionis creditores sunt, procedit, atq; obtinet. Ita hoc theorema declaratur *per Bl. in auth. ei qui iurat. col. 3. vers. quæro plures sunt habentes. C. de bon. aut. iud. possid. Neguz. in tr. de pignor. in 2. memb. 5. p. p. n. 38. Frider. in tr. de process. in Camer. extrah. lib. 3. c. 15. n. 7.*

Peregrina itaq; est, à nostro themate, præsens hæc obiectio, cum reliquis creditoribus, cum consensu Dominorum Tutorum, nihil commune sit.

101 Et eò quoq; reducitur obiectio Quarta. Nam quod aiunt, plurium immissorum, neminem priorem, neminem posteriorem: sed omnium per omnia, æqualem conditionem esse: rursus non simpliciter verum est, sed tunc duntaxat, locum habet, cum vi rei iudicatæ fit immissio. vti post Alex. de Imol. in contrarium adductum, declarat *Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. memb. 5. p. p. n. 25.*

Nihil itaq;, cum nostro casu commune habet. Hic etenim non vi rei iudicatæ, sed vi consensus anterioris, immissio facta est.

102 Deindè, hoc quoq; interpretari oportet, de pluribus tantùm creditoribus cõcurrentibus, quorum ab initio, & ante immissionem perfectam, par erat conditio: seu inter quos nemo est, qui debito priuilegiato fruatur. *Vid in specie declarat Matth. Brun. in tr. de cess. bonor. q. princip. 24. n. 4.*

Atenim hîc omnis, vt sæpè iam diximus, cessat, creditorum parilitas.

Sic quoq; pondus nullum, Quinta habet obiectio: id nimirum cumprimis præstandũ esse, ne cui alij, quàm cui de iure debebatur, soluatur, nam falsis innititur præsuppositis. Cum Domini Tutores, priùs nihil habeant, quàm ijs, quibus iure debebatur, dissolnere.

Nec est, quod vereamur, ne nondum ijs Tutores, solutionem faciunt, quibus Tutorio, vel fideiussorio nomine obligati sunt, in hanc legem committatur. Nam cum longè sit certissimum, Dominos Tutores, ob consensum, quo soli fruuntur, reliquis omnibus anteferendos: consequatur oportet, creditores eorundem, pari quoq;, cum ipsis iure frui. Ex 103 potentia enim causæ primæ, ordinatur potentia causæ secundæ. *Cagn. ad rubr. n. 24. ff. de orig. iur. Turq. de vt. retr. p. 1. §. 19. gl. 2. n. 4. Tiraq. in tr. cess. sauf. p. 2. limit. 20 n. 8. Schrad. in tr. feud. p. 10 sect. 17. n. 53. Ang. conf. 110. inc. sanctiss. Crau. conf. 962 n. 1.*

Et qualis est origo, talia sunt omnia, quæ 104 ex ea consequuntur. *Cagnol. d. rubr. n. 22. ff. de orig. iur. Schrad. d. sect. 17. n. 52 per l. quisquis. C. ad l. Iul. mauest. c. venerabilem ext. de elect. c. denuq., dist. 4.*

Sexta posteà obiectio, propterea consistere nequit, quod infecta est, fallacia, secundum non causam, vt causam.

Certùm autem est, ea argumenta, quibus fallacia non causæ, vt causæ inest, confestim concidere. *Oldendorp. in d. tr. de form. argument. Rubr. fallac. rer. vers. secund. non cauf. vt cauf.*

Ceterùm latere hîc istiusmodi fallaciam, 105 probatur per id: quod nullum tale præiudicium, vt vult obiectio, siquidem precium, ex bonis diuenditis redactum, inter creditores distribuatur, oriri possit. Veluti iam edocefecimus. Et siquidem scrupulo, res ad prioritatem Dominorum Tutorum, quod attinet, nondum careret: extruere tamen adhuc indè tale præiudicium non poterimus, quale præ sefert obiectio. Communis enim doctrina 106 Interpretum hæc est: quod illi creditores, qui debiti sui ratione, potiores sunt, possint reuocare omne id, quod posterioribus creditoribus, in eorum præiudicium, soluebatur. *Ita in specie decidunt, Paul. de Castr. conf. 169 inc. viso puncto q. 1. vol. 2. Capyc. decis. 78 n. 5. Matth. Br. in tr. de cess. bonor. q. princip. 24. n. 5. per l. ex facto. 5. vlt. ff. de pecul. l. 3 ff. quod cũ eo & l. deferre. §. vlt. ff. de iur. fisc.*

Vt taceam, illam iuris maximam, qua ob- 107 iectio fulcitur: ita rursus astringi, vt tantùm in creditoribus, quorum par, omninò est cõditio, veluti si omnes chyrographarij fuerint, procedat. *Brunus alios in id allegans d. q. princip. 24. n. 4. cum præced. & seqq.*

Nec

108 Nec obstat, quod tamen hoc casu, nouo processu defatigentur creditores reuocantes: etsi enim hoc ipsum negari nequeat: attamẽ si considerentur, antehac adducta inconuenientia, quæ certissime, si bonorum distractio inhibeatur, euenirent, veluti, quòd vsuræ vsurarum sint præstandæ: quòd maximi sumptus, in corrogandis pecunijs, quibus ad finẽ processus, super prioritate suscepti vsq; creditoribus satis fiat, sint faciendi: hoc longè, quàm illud tolerabilius, ideoque concedendum erit.

108 Nec enim nescius est quisquam, inter duo mala, minus eligendum esse. *l. 1. §. tones vers. sed si incertum. ff. de vent. in poss. mitt. l. sed si in §. an autem. ff. de Carb. ed. c. duo mala. & c. nec vis distruct. 13. Cruet. cons. 463. fol. n. 8.*

Decisioni itaque, quam fecimus, obiectio hæc non obest.

Ad SEPTIMAM deinceps quod attinet obiectionem, nempè posteriori creditori, aduersus potiorem, siue priorem, ius offerendi competere, facilè illi inueniri potest relolutio. Cum id ius, debitori chyrographario, aduersus hypothecarium inuitum non competat. *l. nulla. & ibi Br. C. de solut. l. cum tibi & ibi gl. & Salyc. C. qui pot. in pign. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 3. memb. 5 p. p. n. 6.*

Iam verò hic, chyrographarij tantum sunt reliqui creditores omnes, quotquot sunt.

Nec obstat, quod etiam nonnulli alij ex creditorib. postquam adepti iam suum consensum Domini Tutores fuerant, Domini consensum imperrarint.

109 Nam hoc in loco, in considerationem venit illud: quòd consensus Domini feudi, priuilegium, & prælationem quidem det: ceterum nisi idipsum, vel expressè dispositum in instrumento consensus fuerit, vel hypotheca, contractui, cui consensus accedit, apposita iam erat, hypothecam non tribuat. *arg. l. grege. 6 si sub cond. uxore. l. si legat. l. fideiussor. & l. si qui ff. de pignor. t. inter dilectos. § porrò ext. de fid. instrum.*

Quomodo itaq; hinc, ius offerendi astruemus.

Vt taceam omnibus præterea integrum esse, quandiu tempus, subhastationi bonorum constitutum, durat: iure offerendi, dummodò ei competierit, vti, fruiq;.

Sed & tanta est, eius æris alieni, quod Dominis Tutoribus debetur, quantitas, vtpotè, quòd ad summam N. millium accedit, vt qui iure offerendi vti velit, habeas neminem.

Frustra itaque esset, hac solum ratione bonorum distractionem impedire.

110 Cur enim, eum euentum præstolaremur, qui si euenerit, ineficax, atq; iners erit? *l. si quis ita heredem scripserit ff. de her. inst. l. aliquando. §. vlt. ff. ad S. C. Vell. Schrad. in tr. fend. p. 4. c. 1. n. 14.*

111 Et magna difficultas, & impossibilitas, pari iure æstimantur. *l. apud Iulianum. 5 constat & ibi Taf. n. 7. ff. de legat. 1. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obl.*

Porrò OCTAVA obiectio diluitur per id: 112
q̃ semper, & vbiq; verum non sit, generi per speciem derogari. Etenim fallit hoc, quoties generalis dispositio præcesserat. Huic enim, quæ sequitur dispositio specialis, nil detrahit. *Br. in l. quæsitum. §. si quis fundum n. 11. & seq. ff de fund. instr. Borgn. Canale. in tr. de vsufr. mul. rel. n. 140. vers. Bartolus autem.*

Non itaque hîc consensus speciales, ceu tempore posteriores: generali, vtpotè qui tempore prior est, quicquam derogare valent.

Accedit adhæc, quod in hypothecationi- 113
bus, prouisi iuris sit: hunc potiorem esse etiam ratione rei, alteri in specie obligatæ, qui prior est tempore, quamuis is ipse, generalem tantùm hypothecam habuerit. *text. ad literam in l. 2. ff. de pot. in pig. hab. text. in l. si generaliter. & ibi Bl. & Salyc. C. cod. tit. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. membr. 5 p. p. n. 14. Baldus in tr. de pign. c. 10. vers. denig,.*

Tantò minus itaque obtinere potest, hîc obiectio.

Sed & his nil planè opitulatur id, quòd ex 114
Cruetta afferebatur, specialem hypothecam, etiam ex interuallo appositam, generali detrahere. Nam Cruetta, in dissimilibus planè loquitur terminis, cum vai, eidemq;, primò res in genere, hypothecæ dabantur, deindè verò in specie. *Cruet. d. cons. 594. n. 1.*

Et insuper Cruetta, tantùm pro dubitandi ratione, hoc adducit, Ceterum ei non inhæret.

Quinimò, ne hoc quidem casu, specialem hypothecam, generalem, perimere, concludit: licet id efficiat, quòd priùs ad res, in specie, hypothecæ datas, agendum sit, quam ad eas agatur, quas generaliter obligates tenemus. *Cruet. d. cons. 594. n. 1. & n. 5. vers. observandum tamen.*

Quare non est, quod vlteriùs, huic Cruettæ autoritati, inhæreamus.

Reliqua nunc est, NONA obiectio. Cete- 115
rum illa diluitur per id: quòd ea demum attentata, dici mereantur, quæ lite pendente, illicitè & dolosè fiunt. *gl. ad c. non solum v. reuocandum de appell lib. 6. Christoph. Schuuenm. in tr. de process. Camer. lib. 2. c. 9. n. 15.*

Cùm itaque hic, nihil à Dominis Tutoribus præsumatur, quod iura illicitè esse constituerunt, aut vndè detrimenti quid, creditores reliqui capere possent: aliquid quoque attentari, dicere non conuenit.

Sed & omninò in id, vt attentata reuo- 116
centur, necesse est: ne de iniustitia reuocari petentis, notoriè iam constet. *Guid. Pap. decis. 213. in fin. & q. 436. col. 6. Rot. Roman. decis. 14 decis. 55. decis. 160. in nouis & decis. 348. & decis.*

505.in antiq. Affl. decis.98.in fin.& decis.352. n. 5. Oldrad. conf.1.n.16. Cardin. Paris. conf.108.n.27. volum.3. Cranet.conf.907.n.23.vol.6.

Fac itaq; hic quicquam attentati: attamen, cùm de notoria iniustitia reuocari id petentis, iam constet, attentatorum remedio, locus concedendus non erit.

Nam hos in feudalibus obtinere non posse, qui vel nullum planè Domini consensum habent, vel habent quidem, sed tempore posteriorem, extra controuersiam positum est.

Quid ? quod & de vlla, litis pendentia hîc non appareat. Nam etsi non inficiemur, creditores in genere, vt debita sua, liquida esse ostendant, in ius per edictum, vocatos esse: interim tamen non minus quoque ve-
117 tum est: quòd iure Cæsareo, quod hac in parte, omninò sequendum est, aliter, quàm per litis contestationem, litispendentia non introducatur. *l. amplius. ff. rem rat. hab. l. vbi acceptum cum. ll. seqq. ff. de iudic. Frider in tr. de process. in Camer. extrah. lib. 1. c. 43. n. 1.*

Apage itaque ista, cum obiectione hac. Grauioris quoque ponderis, obiectio DECIMA quæ habet: quòd fideiussor contractus, principalem suum, non excutiat, nisi oblato libello, nisi item præcedat, processus iuris ordinarius.

Nam etsi demus, in fideiussoribus hoc verum esse: antea tamen quoque non minus, hic personam tutoris, & personam fideiussoris, in eodem subiecto concurrere.

Cum itaque de tutoribus idipsum, quod DECIMA obiectio vult, iura nusquam prospexerint, ad tutores quoque, theorema hoc, meritò non pertinebit.

Nec enim nouum est, vnam eandemque personam, diuerso respectu, diuerso quoque iure censeri. *Vt ex traditis Euer. m l. à tanquam luculenter apparet.*

Quid? quòd Tutores nostri, ob consensum Principis, in quo soli innituntur, creditorum omnium primi, indubitanter statuendi sint.

118 An non fiet indè, vt suum vicissim, parata executione consequantur.

An non iuris est explorati: quod notorium, neque citatione, neque probatione, neq; sententia, neque denunciatione aut allegatione tantoque minùs excussione vlla, indigeat. *Vt ex ijs, quæ Scbrad. in tr. feud. p. 6. c. 2. n. 44. congessit, manifestissimè constat.*

119 Sed & notorium & sententia æquiparantur. *Ang. Boss. in pract. crimin. Rubr. quom. in crim. notori. proced. n. 18. & 19. vbi plures in id allegat. Tiber. Decian. conf. 18. n. 356. vol. 1.*

Præterea non eo fine, bonorum distractionem, Domini Tutores petunt, quo se extrisent, à processu inter creditores H. A. T. inchoato, sed quo petente processu, cùm hodiè ferè lites sint immortales (*Frider. in tr. de pro-* 120
cess. in Camer. extrah. in præfat lib. 1. §. at verò clamant.) rebus pupilli, rebus ipsorum Tutorum, rebus item, reliquorum creditorum, tantò rectius consulatur.

Contrarium itaque hoc argumentum DECIMVM, siquidem dextrè, vti decet intelligatur, decisioni nostræ non est.

Postremò momenti quoque alicuius, ea, quæ de rei litigiosæ interdicto commercio, VNDECIMO loco adducebantur, non sunt.

PRIMÒ enim resoluuntur per id, quod nemo reliquorum creditorum omnium, hypothecam pro se allegare possit.

Quòd cum ita sit, iuris quoque ratio non patitur, hæc bona litigiosa esse dicere.

Nec enim æris alieni actio fundum sequi- 121
tur, aut ius in re tribuit, sed personalis duntaxat est. *l. 1. §. si heres. & ibi DD. communiter. ff. ad S.C. Trebell.*

Quid ? quòd maximè adhuc controuersum sit, oriatur ne, etiam ex hypothecæ constitutione, litigiosi vitium ?

Nam etsi illud certò constet, quòd hypo- 122
thecaria in rem sit, *l. pignoris. ff. de pignor. & l. pignoris. C. eod tit. Neguzant. in tr. de pign. in 2. memb. 5. p. p. n. 36. Balduin. in tr. de pignor. c. 14. vers. illud nunc vrgeo.*

Hinc tamen litigiosi vitium colligere, fas adhuc non est.

Nam nisi dominium, vel quasi dominium, 123
ipsius rei, in controuersiam rapiatur, litigiosi quoque vitium, non oritur. *auth. litigiosa. C. de litig. Tiber. Decian. conf. 109. n. 7. vol. 3.*

Iam verò per actionem hypothecariam, 124
dominium, vel quasi, rei, in controuersiam non venit. Quandoquidem actione hypothecaria, id tantùm à Iudice rectè petam, vt aduersarium cogat, ad tradendam rei possessionem, vtque illam possessionem, deindè mihi detinere fas sit, quousque mihi quantitas debita & expensæ hoc nomine factæ, dissoluantur. *Br. in l. rem alienam. col. 3. vers. quæro qualiter concludatur. ff. de pignor. act. Ang. Aret. in §. item seruiana in fin. Iustit. de act. traduntq; alij, per Neguzant. adductis in tr. pignor. 3. membr. 8. p. p. nu. 24.*

Consequatur itaque oportet, ea actione 125
hypothecaria quoque, litigiosi vitium non oriri. Non enim vbi de iure in re, vel ad rem, actio tantùm competit, res litigiosa efficitur. *Marc. Anton. Natta. conf. 145. post. pr. Petr. Frider. in tr. de proces. in Camer. extrah. lib. 1. c. 43. n. 2. in fin.*

Non dicam nunc: quòd alienationi neces- 126
sariæ, litigiosi vitium, nil noceat. *l. ex hoc edicto, §. sed heredem. ff. de alien. iud. mut. cauf. facti. l. vlt. auth. litigiosa. C. de litig. gl. ad l. 1. C. ne luc. potent. Br. in l. mt. quos. §. Dom. vers. vlterius oppono. ff. de dã. inf. Fab. de Mont. in tr. de emt. & vend. q. 4. pr. n. 35.*

Tiraq.

Tiraq. de vt. retr. p. 1. ad fin. tit. n. 2. Anton. Gamm. in decis. Lusitan. decis. 199. n. 3. Crau. s. 811. n. 19.

Cùm attamen hîc, ex causa longè necessaria, æris nempè alieni longè vrgentissimi, distractio, bonorum petatur.

Concludi itaque Dominis Tutoribus, distractionem bonorum, quam flagitant, omninò concedendam esse. Id quod pace aliorum, rem fortè me melius intelligentium fiat. F. P. D.

De eodem facto, Domini Iureconsulti, Facultatis Iuridicæ, quæ in Academia Iulia est, interrogati, sic respondérunt:

S. F. D. J. Edle vnd Ehrnueste/günstige gute Freunde/Auff den vns zugeschickten bericht dabey angeheffte Fragen/vnd fernere außführung/ erachten wir vnten benandte/ nach fleissiger verlesung/ vnd erwegung/alles des jenigen/im Rechten begründet/zuerkennen/vnd anßzustrecken seyn:

Daß der angezogene Churfürstliche consens, seiner eingewandten generaliter vngeachtet/tüchtig/vnd krefftig/ vnnd dann jhr/vermöge desselben/vnd gestalten sachen nach/zu der verkäuffung ewerer Mündlinge Güter zu schreiten: euch auch/ so wol/ als dieselben Gläubiger/bey denen jhr wegen H. A. T. vnd seiner Kinder/als Bürgen haffter/bezahlt zu machen/wol befüget seyd. Jedoch das hierüber decretum Iudicis interponirt, vnd im fall jemand von den Creditorn, etwas dagegen einzuwenden hette/denselben/ daß sie künfftig/ an jhrem habendem Rechte/ nicht gehindert/ gebührliche caution, von euch geleistet werde. V. R. W.

Dominorum verò Rostochiensium, responsum quod in eadem causa dederunt, ita habet:

S. F. D. J. etc. Als jhr vns einen bericht/ nebenst angehafften zweyen Fragen/ vnd dabey außführlich deducirten rationibus dubitandi, & decidendi, auch angehaffter abschrifft/euch vnter dem dato Freytags nach Quasimodogeniti anno 96. mitgetheilten consenses, vnd demselben einverleibter hypothecation, aller ewrer Mündlein Vaters H. A. T. seligen hinterlassener Güter/ sub lit. A. so dann eines instrumenti immissionis sub lit. B. vberschicket/ vnd darüber vnser Rechtliches bedencken gebeten: Demnach sprechen wir Dechand/Senior, vnd andere Doctores der Juristen Facultet in der Vniversiter zu Rostock/darauff/vnd auff die erste Frage vor Recht/das gedachter von euch außgewirckter consens, zu Rechte gültig/ krefftig/vnd bestendig sey/ vnd dahero/ daß darinnen keine gewisse summe außgedruckt/ sondern derselb gantz general lautet/ nemlich für alles das/ was jhr H. A. T. seligen verlassener Erbschafft wegen/jhn künfftig wir der zahlen müssen/nicht straffbar gemacht/ noch cassirt werden möge.

Auff ewre andere Frage/erachten wir zuerkennen seyn/habt jr die vormundschafft sachen also beschaffen befunden/ daß jhr wegen der grossen Schuldenlast/so in der verlassenen Erbschafft verhanden/ noch mehr vnd weitere summen auffnehmen müssen/damit des verstorbenen Gläubiger gestillet/ vnd so lang jr immer gekondt/ der Creditorn concurs zu erhaltung des Verstorbenen guten Namens/ vnd kommet verhütet/vnd abgewehret werden möchte: es ist auch darauff biß ins dritte Jahr/ der Creditorn concurs verblieben jedoch habt jhr in des/in die 20000. Thaler in ewerm selbst Namen/auffbracht/ vnd zum theil als Principaln/zum theil als Bürgen versichert/ mit welchen 20000. Thalern/ die Credita des Verstorbenen/so euch in des loß gekündiget/ vnd auffgesaget/ abgetragen vnd bezahlet werden: es treget sich aber ferner zu/ das des verstorbenen gegenforderungen alle/vber angewandten fleiß vmbschlahen/vnd nicht können erhoben werden/vnd ist es euch bedencklich noch mehr summen auffzubringen/alldieweil die Schulden allbereits höher/als die Güter sich erstrecken/derowegen es zum prioritet procels veranlaßt: jhr habt auch/ als welche vnzweiffelhafft/ den eltisten consens in Händen/die immission in die Güter erlangt/vnnd es geschicht euch in des/ einer summen loßkündigung nach der andern/ theils als Bürgen/ theils daß jhr dieselben in Vormundschafft auffbracht/ vnd selbschüldig versichert vnd es seynd ausser der Schulden so viel/ das wegen derselben die Güter zuerhalten/ ein vnmüglich ding:

So seyd jhr die Lehengüter/ darauff jhr vorgedachten consens außgewirckt/ vnd die immission erhalten/auch für ergangenem prioritet Vrtheil/vnd bey nachlaussendem liquitation procels anzugreiffen/ vnd dieselbe/ jedoch ordentlicher/ vnd förmlicher weise/ auff vorhergehende notürfftige erkündigung/ewrer Mündlein vngelegenheit/vnd darauff erfolgtes decretum Iudicis, zu distrahiren, vnnd zuuereussern/ auch mit abermahligem consens des Lehenherrn/ einem Keuffer/ so das meiste darumb geben will/ zuzuschlagen/vnd die dafür fallende Kauffsummen/ehnter die jenige Creditorn, von denen jhr gedachter Erbschafft wegen/ nach erlangtem consens, geld auffgenommen/vnd dafür jhr euch theils als Principaln/theils als Bürgen verschrieben zu distribuiren, vnd außzutheilen wol befüget. Dauon

aber auch die Schulden/dafür jr vor der Vormundschafft/vnd noch bey leben H.A.T. seligen/als Bürgen gelobet/ weil viel gemelter consens, dahin nicht gerichtet/ abzutragen: den andern Creditorn zu vorfang/nicht bemechtiget/ sondern deßwegen/ was in concursis creditorum, mag erkandt werden/zu erwarten schüldig V. R. W.

CONSILIVM XVI.

SVMMARIVM.

1. *Iudex potissima pars & fundamentũ iudicij est.*
2. *Sine iudice, iudicium nullum, constare potest.*
3. *Domini feudi, tùm demùm est cognitio, si vterq; & Actor, & Reus, se vasallum confiteatur.*
4. *Domini feudi est cognitio ita demùm, si controuersia de qua agitur, ex moribus, consuetudinibusq; feudalibus, originem habuerit, si item de feudo, vt de feudo agatur.*
5. *Dominus feudi etiam in feudalibus causis, si possessorium respiciant non cognoscit sed adire tunc oportet, iudicem ordinarium.*
6. *Pactum inter Dominum & Vasallum, vt nemo de feudo cognoscat, nisi Dominus, validum est.*
7. *Vaselli Electoris Brandeburgici, omnes, iurant, se nemini alij, quàm Electori Brandeburgico, de feudis suis, cognitionem permissuros.*
8. *Vasallus priuatur feudo, si contra pactum, & iuramentum, domino præstitum, alterius iudicis iurisdictioni, se subiecerit.*
9. *Pactum, quo vasallus promittit, se ad solùm Domini feudi tribunal, staturum, etsi valeat, declaratur attamen, astringitur, & limitatur, ex iure communi.*
   Pactum hoc non extenditur, ad eum casum quo alter litigantium se vasallum, eiusdem Domini esse diffitetur: si item ad possessoria iudicialis cœpta spectarit. n. 10.
   Nec item porrigitur ad eum casum, si vasallus, taliter paciscens, aut iurans, actoris partes sustinet. n. 11.
   Actor sequi tenetur, forum rei, ibid.
   Etiamsi agatur, ex Canone redintegranda. 3. q. 1. n. 12.
13. *Imperator solus cognoscit, de controuersiis, ratione ducatuum, comitatuum, principatuum, inter status Imperij exortis.*
14. *Camera Imperialis, non habet concurrentem iurisdictionẽ, cum Imperatore, in causis ducatus, principatus, comitatus, concernentes.*
15. *Imperator solus cognoscit, de baronijs, de quibus litigant duo, immediati Imperij status.*
16. *Dictio: & cetera: ampliat & extendit dispositionem cui apponitur.*
17. *Imperator solus, cognoscit de baronatu controuerso. Etiamsi hæc controuersia dimidiam, vel tertiam tantùm baronatus partem, attigerit.*
18. *Imperator quandò non cognoscat, de principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Baronatibus.*
19. *Imperatoris cognitio non est, etiamsi lis complectatur in sese, tot oppida, castra, vel ciuitates, quòd hæ simul iunctæ, baronatum facile constituant.*
20. *Qualitas, quæ est causa introducendi personam in iudicium, probanda est, ante litem contestatam.*
21. *Cameræ Imperialis, quando sit cognitio, etiam in prima instantia.*
22. *Spolij simplicis, iudex competens sunt Austregæ.*
23. *Pax publica, vt fracta dicatur, quæ requirantur.*
24. *Spolij, quod violationem pacis pub. secum trahit, Iudex competens Camera est.*
25. *Pacis publicæ constitutio, requirit dolum verum, & expressum.*
   Dolus verus, difficilis probationis est.
   A dolo, qualibet excusat causa, ibid.
26. *In spolij causis, quæ sint probanda, etiam in Camera Imperiali.*
27. *Violentia, in causis spolij probanda est si fructuum restitutionem plenam, consequi voluerimus.*
   Turbatio qualibet, includit in sese violentiam.
28. *Violentia probatur per testes.*
29. *Violentia probatur per instrumenta.*
30. *Forma supplicandi,* auff die vier felle *de quibus ordinat. Cameræ p. 2. tit. 23 loquitur: & eo nomine, mandata sine clausula impetrandi.*
31. *Ordinatio Cameræ, p. 2. tit. 23. requirit, quòd vterq;, tàm actor, quàm reus, immediatè Imperio subsint.*
32. *Reus, aduersus quem libellus supplex, ad impetrandum mandatum sine clausula,* auff die vier felle/ *de quibus Ordinat. p. 2. tit. 23. prouidet, offerebatur: potest petere terminum ad excipiendum.*
33. *Exceptio sub, & obreptionis locum habet, aduersus mandatum sine clausula, quod fundabatur in dispositione Ordinat. Cam. p. 2. tit. 23.*
34. *Citatio ad docendum de paritione coniungi debet, omnibus sine clausula mandatis.*
35. *De spolio simplici, in prima instantia coràm Austregis agere, via est tutior, & expeditior.*
36. *In causis spolij simplicis, quomodo iudicis nominatio, & electio, peragatur.*
37. *Principum Imperij nemo, qui à Reo, in causis spolij*

ſpolij ſimplicis, Iudex nominatur, id recuſare poteſt.

38. *In Principum, aut eorum, qui principum iure, vtuntur controuerſijs, ſpolij cauſis exceptis, quatuor ſunt nominandi, ex quibus vnus in Iudicem eligatur, & pars horum laicos pars clericos eſſe oportet.*

39. *In cauſis ſpolij, poteſt etiam commiſſarius ab Imperatore peti.*

40. *Imperatoria commiſſiones, in cauſis iuſticiæ, raro ſat citò expediuntur.*
Principe Reo, qui interpellabatur, vt iudices in ſpolij cauſis nominaret: id facere intra hebdomadas quatuor intermittente cauſa ſpolij continuò, ad Cameram deuoluitur. ibid.

41. *Commiſſarius, ſi ab Imperatore, in ſpolij cauſis, intra quatuor ſeptimanas non detur, non tamen ob id, cauſa iudicò, ad Cameram deuoluitur.*

42. *Spolij cauſa, intra anni metam, tàm coràm Auſtregis, quàm coràm Imperatoris Commiſſario finienda. Aut rurſus ad Cameram ſit deuolutio.*

43. *Præiudicium, quo cauſa ſpolij, intra anni metam non determinata, apud Cameram attamen recepta non fuerit.*

44. *Ordinatio Camerę prouulgata fuit anno 1555.*

45. *Spolij cauſa, vt deuoluatur ad Cameram, ſi intra ſpacium anniuum, non perducatur ad exitum, quid facto opus ſit.*

46. *Appellatur ad Cameram, etiam in ſpolij cauſis.*

47. *Lites in Camera Imperiali, ad minimum, ſæculo opus habent, antequam per ſententiam finiantur, ſi non immortales planè fuerint.*

48. *Appellatio in cauſis ſpolij introducenda, intra trium menſium tempus, in Camera Imperiali.*

49. *In appellationis, à ſententia, de ſpolio ſimplici lata, proceſſu, nihil noui in Camera afferre permittitur.*

50. *Spoliator violentia comprobata, tenetur rem, cum fructibus, & acceſſionibus eius reſtituere. Et tàm perceptos fructus, quàm qui percipi potuiſſent. n. 51.*
Quod & apud Camerę Imperialis Iudices receptum eſt. n. 52.

53. *Remedium Canonis redintegranda 3. q. 1. ſalubertimum omnium eſt, in cauſis recuperandę poſſeſſionis.*

54. *In remedio Canonis redintegranda 3. q. 1. ſatis eſt, probari, deiectionem nudam, abſq; violentia.*

55. *Remedium Canonis redintegranda 3. q. 1. debilius eſt, reliquis, ad fructuum reſtitutionem quod attinet.*

56. *In interdicto vndè vi, ſi fides de violentia fiat, fructus quoq; reſtituendi ſunt.*

THEMA.

Illuſtr. N. deiecit Illuſtriſſ. N. poſſeſſione bonorum omnium, quæ ab antiquo, & ante ducentos, & amplius annos, maiores & parentes Domini deiecti, ceu pertinentios, ad Baroniam .N poſſederant atq; viſi erant.

Vtq; ea reſtitueret hactenus nullo modo, etiamſi in id, ſedulo N. & N. elaborauſſent, adduci potuit.

Decreuit itaq; Illuſtr. Dominus Deiectus, intra, poſſeſſionem ſuam recuperare. Cum vi, & armis, id, calamitoſis hiſce temporibus, attentare ſummè periculoſum ipſis ſemper viſum fuerit.

Queritur itaq;, quem nam Iudicem adire debeamus?
I. An ne Abbatiſſam N. Ab ea enim Baronia N. in feudum recognoſcitur: promiſtunt item Illuſtriſſ. N. & quidem iuramenti loco, ſe coram ſolis Abbatiſſis, de hoc feudo, litem acceptures?
II. An verò, aulam Imperatoriam?
III. An rurſus Cameram?
IV. An denique, Iudices illos priuilegiatos, atq; Auſtregas?

CErtum enim eſt, quod operam, oleumq; omne, perdituri ſimus, ſi in eligendo Iudice, ſemel oberrauerimus. Scimus enim Iudicem, potiſſimam iudicij partem, & fundamentum eſſe. *Bl. ad rubr. n. 4. C. ſi à non comp. iud. Hipp. de Marſ. ſing. 10. n. 10. n. 3. Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. ex def. iurid. ard. n. 2.* 1

Sine quo, iudicium nullum eſt. Vti alijs in id adductis, in indiuiduo docuit *Schrad. in tr. feud. p. 10. in præamb. n. 6.* 2

I.

Et ſanè, quòd ad Abbatiſſam N. attinet; hanc non multum moror.

Nam etſi verum ſit, feudum ab eadem recognoſci: memineram attamen viciſſim, iuris incogniti non eſſe: quòd Domini feudi cognitio non ſit, niſi vterq; & actor, & reus, Vaſallum ſe eſſe, confiteatur. *c. ceterum & ibi Innoc. Ant. de Butr. Bl. Panor. Felin. Dec. & DD. communiter ext. de iudic. c. 1. § præterea ſi inter. & ibi Iacob. de Belnis. And. de Iſer. Laudens. Aluar. Præpoſ. Matth. de Affl. & DD. de prohib. feud. al per Frider. Pract. Pap. in form. declin. iurisd. n. 7. ibi Maſuer in addit. & alij complurimi per Schrad. adducti, in tr. feud. p. 10. ſect. 1. nu. 1. & per tot. Sonsb. in tr. feud. p. 1. n. 26. cum ſeqq. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 309. Borbon tr. feud. c. 10. n. 1. & n. 17.* 3

At enim hic Dominus Deijciens, non fert, se Vasallum, N. Abbatissæ, ratione & intuitu præsertim, bonorum occupatorum dici tantoque minus eam, pro superiori recognoscit.

4 Sed & opus est præterea, vt controuersia quæ inter duos vasallos eiusdem Domini exoriebatur, desc endat, ex moribus, consuetudinibusque feudalibus, vtq; de feudo agatur, tanquam de feudo non verò vt de quolibet re alia: Hoc enim vltimum, si erit, iam non feudi Domini, sed Iudicis Ordinarij, erit iurisdictio causæque cognitio. *Innoc. Host. Anton.de Butr.& DD.ad d.s.ceterum. & ibi Panor. n. 13. Felin.n. 11. Dec.n. 10. ext de iudic. Bl.ad c. 1. n. 3. de inuest. in mann. facl. Bl. ad c. 1. §. si qua controuersia. n. 2. de pac. Constant. Bl. ad rub. lector. 1 n. 7. ext. de iudic. Socin. ad c. ex transmissa. n. 26. ext. de for. compet. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 2. n. 31.*

Verùm hîc contentio est, non de feudo, vt feudo, sed vt de qualibet alia re cuius possessione, quis deijcitur atque spoliatur. Non
5 itaque Domini feudi, erit cognitio. Pro vt hoc, quòd ratione possessorij, etiam in feudis, adeundus non sit, Dominus feudi: sed Iudex ordinarius, in specie docuerunt *Bl. ad d.c. 1. n. 3. de inuest. in mar. facl. præt. Pap. in for. lib. quo agit. ad feud. renoc. ad v. nec superfluus. ex eo lib. n. 29. Cacher. decis. 78. n. 9. Menoch. in tr. de remed. poss. rctin. remed. 3. n. 422.*

Neque verò id, rationis aliquid habet, quod attamen Domini Deiecti, Abbatissis N. promiserint, se nemini, quàm ipsis Abbatissis, de feudo hoc N. cognitionem permissuros.

6 Nam etiamsi istiusmodi pacta, ius non improbet: *Schrad. d. tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 19. & seqq.*

7 Quinimò omnes, Principis nostri clementissimi, Vasalli, sub eadem verborum conceptione, Eius Illustriss. Celsiss. fidelitatem iurent: vt præterquam, quòd illud longe sit notissimum, in indiuiduo attestatur *Schrad. d. p. 10. sect. 1. n. 156. sect. 3. n. 19. & sect. 5. n. 238.*

8 Ideoque iure, feudis priuentur, si coràm alio Iudice, litem quæstionis feudalis susceperint, aque Principe moniti, à lite cœpta, non destiterint: tradente rursus in indiuiduo *Schrad. d. p. 10. sect. 1. n. 156. & sect. 5. n. 238.*

9 Monenti tamen id ipsum alicuius non est: Propterea, quòd hoc pactum, ex iure communi declaretur, limitetur, & astringatur: decidente rursus in indiuiduo *Schrad. d. p. 10. sect. 3. n. 29. & 41. vbi hanc esse veriorem opinionem attestatur.*

10 Vndè pactum, siue promissio hæc, ad illum casum non extendetur, vbi alter litigantium, se vasallum esse, nó profitetur: non item ad iudicia possessoria. Etenim in his vt iam demonstratum fuit casibus, non a Domini feudi, sed Iudicis Ordinarij est cognitio.

Et in summa, astringendum erit, ad eum casum, cum is, qui istiusmodi pactum, vel promissionem fecerat, Rei, non verò Actoris, partes sustinet. Etenim iuris est quotidiani, Actorem, Rei, non è diuerso, forum sequi. *l. vlt & ibi Hermann. Vult. n. 1. C. vbi in rem actio. c. cum sit ext. de for. comp. Cald. in l. si curatorem in v. implorandum. n. 30. vers. idner. C. de rest. in int. Caball. in tr. de cuict. §. 3. n. 117. Capyc. decis. 18. n. 2. Affl. decis. 268. n. 1. Cacher. decis. 32 n. 4. Iacob. Ayrer. in proœss. hist. c. 1. observat. 5. n. 1.* 11

Quod & eo casu, cum Actor, remedio Canonis Redintegranda. 3. q. 1. vsus est, obtiner, atque verum est, teste *Menoch in tr. de remed. poss. recup. remed. 15. n. 204.* 12

Quare vt rem totam summatim complectar, sic habeo: fieri nullo modo posse, vt huius causæ Iudex competens, sit Abbatissa N.

II.

Proximus nunc ille est casus, vt videamus, rectè ne aulam Imperatoris adeamus?

Equidem non eram ignarus: causarum de Ducatibus, comitatibusque, susceptarum cognitionem, ad Imperatorem, & consequuenter Aulam Maiestatis Eiusdem Imperatoriæ pertinere. *Vt est textus expressus, in Ordinat. Camer. Imper. p. 2. tit. 7. & ibi Iulian. Magenh. in addit. Gud. observat. 1. n. 3. 1. lib. 1. Frider. in tr. de proœss. in Camer. extrab. lib. 1. in præfat. vers. deindè, & c. 19. n. 8. Cass. Wilhelm. sesp. in compend. tit. Camer. Imper. lit. C. sub. verbo: Cesari reseruata. Tiberian. de Benign. decis. Camer. Imper. Syntagm. 4. decis. 2. vol. 2. n. 22. Hermann. Vult. in tr. feud. lib. 2. c. 2. n. 9.* 13

Atque adeò quidem pertinere, vt necon- 14
currentem quidem, hoc in casu, cum Imperatoria Maiestate, Camera Imperialis, iurisdictionem habeat. *d. tit. 7. p. 2. Gud. observat. 29. n. 5. vers. limita. lib. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 2. n. 69. Frider. d. tr. de proœss. in Camer. extrab. lib. 1. in præfat. vers. eadem. Borch. in tr. feud. c. 10. n. 3. Vult. d. lib. 2. c. 2. n. 9. vers. adeò autem.*

Sed ob id, nihilò magis, præsens negocium, ad ipsum Imperatorem vel aulam 15
eius, rectè deferri posse, putatim.

Non quidem ea ratione, quòd feuda baronatus, ad constitutionem hanc, non pertinere arbitrarer.

Etenim videbam, constitutionem hanc, tàm in inscriptione sua, quàm etiam in ipso textu, annotatam habere, dictionem, seu vocabulam: Et cetera: *d. tit. 7. ordin. Camer. Imp. p. 2. vbi:* wie vmb Fürstenthumb/vnd Grafschafften/ etc. in Rechte gehandelt sol werden: *& ibi:* ob auch Sachen fürfielen/ Fürstenthumb/ Herzogthumb/ Grafschafften/ etc. belangend.

Vndè

Vndè facilè coniectum aſſequebar, conſtitutionem hanc, etiam ad feuda baronatuum porrigendam.

Eò, quòd hæc natura dictionis: & cetera: genuina ſit, diſpoſitionem, cui apponitur, ampliare, atque extendere. *gl.1 in c. deindè dist. 26. gl.in l. non ſolum. §. quæritur in v. Cæditores, ibi Br.ff. de procurat. Fr. Aretin. in l. eandem in pr. not ab. 2. per ill. text. ibi Roussheg. n. 25 ff. de duob. reis. Lancil. Conrad. in tr. de off. præt. Rubr. de clauſ. n. 7. Marc. Anton. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. c. 19. n. 21. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priud. 74. n. 174. per l. Gallus in pr. un. §. idem credendum ff. de lib. & poſtum.*

Videbam item, ipſum Schraderum conſtitutionem hanc, ad feuda quoque baronatuum vſque, extendere. *Schrad. d. p. 10. ſect. 2. n. 66. Tileman. de Benign. præct. obſeruat. 45. n. 6. verſ. idemq; penteoſte 2.*

Non item ratione ea, quòd hîc, non de toto Baronatu, ſed tantum de parte eius, controuerſiam eſſe, per ſpiciebam: cum attamen ipſa conſtitutio, verbis: gentzlich vnd endlich/ vtatur.

17 Nam rurſus habebam anteitorem Schraderum, qui conſtitutionem hanc, de Baronatu integro loquentem, ad eum quoque caſum, qui demidia, vel tertia Baronatus parte eſt, & me Iudice, rectè extendit. *Schrad. d. ſect. 2. n. 68.*

18 Sed ideò cognitionem huius controuerſiæ, Imperatoris, aut Aulæ eius non eſſe, exiſtimabam: quòd conſtitutio iſta, in qua totus negocij cardo verſatur, neceſſariò accipienda ſit, de feudis regalibus, ſiue dignitatum, quæ immediatè ab ipſo Imperio recognoſcuntur. Pro vt eam, rectè explicat. *Schrad. in tr. feud. d. p. 10 ſect. 2. n. 69. verſ. hæc concl. Hermann. Vult. in tr. feud. lib. 2. c. 2. d. n. 9.*

At Baronia N. ab ipſo, Imperatore non recognoſcitur, ſed ab Abbatiſsis Cœnobij N.

Immediatum itaque feudum non eſt. Deindè conſiderabam quoque illud, quòd Dominus Deijcians, neget feuda hæc, Baronatum eſſe: aſſeratque, opitulari ſibi hac in parte, literas inueſtionum vetuſtiores, quas Domini Deiecti habent.

Nam hoc, cum ita ſit, verendum eſt, ne non in nouas incidamus tricas.

19 Non enim illa, quam afferebamus conſtitutio, & in qua iuriſdictio Cæſarea vnicè fundata eſt, in oppidis, caſtris, ciuitatibus, etiam pluribus, locum ſibi vendicat: quantumuis hæc caſtra, oppida, vel ciuitates, ſimul iuncta, Ducatum, Principatum, Comitatum, vel Baronatum, conſtituerent. *Gail. d. obſeruat. 28. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Schrad. d. tr. feud. p. 10 ſect. 2. nu. 68. in fin. Tileman. de Benign. d. obſ. 45. ſub d. n. 6. d. penteoſte 2.*

Quare Illuſtriſsimo Domino Deiecto non conducere crediderim, ſi Dominum Deijcientem, coràm ipſo Imperatore in ius vocarit.

Nam etiamſi duo hæc obſtacula, remoueri poſſe, credibile ſit: cogitandum attamen erit, quibus ſumtibus, quibus diſceptationibus, opus ſit: quòd item temporis effluat, antequam eò perueniamus.

Dominus Deijcians enim, fori declinatoriam interponet: & Dominum Deiectum impediet, quò minus in cauſa ipſa ſpolij, progredi queat, donec lis, de competentia Iudicis, certam determinationem acceperit.

Etenim qualitas, quæ eſt cauſa, vel ratio, 20
introducendi perſonam in iudicium, ante litem conteſtatam probanda eſt. Vt ſingulariter dixit *Bl. ad c. non ignorat not ab. 1. C. de his qui accuſ. poſſ. vel non. Gail. obſ. 141. 2. n. 2. verſ. Baldus ſingulariter lib. 1.*

III.

Nunc videndum, an ne Cameræ, hoc caſu ſit iuriſdictio, cauſæque cognitio tribuenda?

Hoc autem in loco, expendebam illud, 21
quòd inter caſus, in quibus Camera, etiam primæ inſtantiæ, Iudex competens eſt, ille caſus, vbi de ſpolio ſimplici tractatur, non compræhenderetur.

Hos enim caſus recenſitos offendes quidem, ſed his caſum noſtrum, ſpolij ſimplicis, der entſetzung ſo mit landfried brüchig non annumerari ſimul videbis, *apud Gail. obſeruat. 1. per tot. lib. 1. Fruder. in tr. de proceſſ. in Camer. extrab. lib. 1. c. 20. n. 1. Chriſtoph. Schutzanman. in tr. de proceſſ. Camer. lib. 1. c. 7. n. 1. & ſeqq. Denayſ. in ture Camer. lut. l. Rubr. Iuriſdict. Camer. n. 3. Caſp. Vlth. ſcip. in compend. iur. Camer. Imper. lit. 1. Rubr. iuriſd. Camer. verſ. iuriſdict. Camer. hæ quoq; cauſ. rectè fundant.*

Quinimò recordabar, hunc caſum, inter 22
cauſas haſce priuilegiatas, non ſolum non recenſeri: ſed & diſertis verbis ſancitum eſſe: ſpoliorum, non vi, nec aduerſus pacem publicam perpetratorum, Iudicem competentem eſſe ordinarium, at que ſic Auſtregas: Vt totidem verbis, proſpectum eſt, *in Ordin. p. 2. tit. 8.* Wie vnd für welchem Richter / entſetzung halb/ die nicht Landfriedbrüchig gehandelt ſol werden, *& ibi Iulian. Magenb. in addit. Petr. Denayſ. in ture Camer. tit. Iudic. Del. in cauſ ſimpl. ſpol. n. 1. & ſeqq. Scip. in d. comp. iur. Cam. Imp. tit. iuriſd. Iud. inſer. verſ. inter eiuſdem. Tilem. de Benign. in deciſ. Camer. Imper. Syntagm. 1. deciſ. 1. relat. 4. nu. 27. Adrian. Gilm. in Symph. ſupplic. in Analyſi. proc. ind. ex ord.*

Camer. Imper. qua ikum tractatum suppl. antecedit. mihi fol. 4.

Et quamuis factum hoc, Domini Deijcientis, maximam cum causis fractæ pacis, cognationem, affinitatemque habeat. Vtpote, cum per Catapultarios suos, Domini deiecti locum tenentem, noctu vi, ex pago N. eiecerint, & ipsi pago, militum custodiam apposuerit: & pagi incolas, carcerum, & cruciatus corporis metu coëgerit, subiectionis iuramentum præstare: nec non molitores quosdam, vinculis constrictos, & currui impositos, N. auexerint, quo ab eis, idem subiectionis iuramentum extorquerer. Vndè non immeritò,
23 pax publica fracta esse, dici posset. Cum omnia in id requisita, adesse conspicemur: vim nimirùm maiorem, & coacta armatorum hominum manu, illatam: dolum item & propositum. Quibus concurrentibus violatio pacis pub. iam comprobata erit. *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 7. n. 1. 2 & 6. Fruder. in tr. de proceſſ. in Cam. extrah. lib. 1. c. 23. n. 1. 2. & 3. Schnuanman. d. tr. de proceſſ. Camer. lib. 1. c. 14. n 5. & 6.*

24 Spolium autem, quòd pacis publicæ, violationem secum trahit: etiam in prima instantia, Iudicem competentem, Cameram Imperialem habeat. *d. p. 2. tit. 8. & tradunt DD.* * *omnes, paulò ante adducti.*

Egò tamen Illustris. Dom. Deiecto autor
25 esse nolim, vt rem, hac aggrediatur via. Video enim ob dolum, quem constitutio fractæ pacis verum, & expressum requirit, ob verba, freffel vnd gefehrlichen vorsatz (qua de re videatur *Adrian. Colin. in d. Symph. suppl. tom. 1. p. 1. tit. 1 dub. 3. n. 1. Tilem. de Benign. Syntagm. 3. decis. 2. vol. 4. n. 5.*) probationes fore difficiliores, & facilè fieri posse, vt aliquam huius inceepti prætexat causam, Dominus Deijciens, qua à pacis pub. violatione, absoluatur: Dominus Deiectus verò succumbat. Certò enim illud constat, quòd quælibet, etiam iniusta causa, à dolo, excusationem præbeat. *l igitur. §. potest. ff. de liber. caus. tas. in l. si quis maior. n. 3. & ibi Bertaz. ol. n. 47. C. de transact. Plot. in tr. de in lit. iu. §. 1. o. n. 10. Roch. de Curt. ad c. vlt. in pr. n. 35. ext. de consuet. Borch. in tr. de pact. c. 6. n. 14. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 23.*

26 E diuerso verò certum est, quod in causa spolij amplius nihil, quàm possessio, ex parte Actoris, & deiectio, ex parte Rei, probanda sit, etiam in Camera Imperiali. *Vt Decio & Boer.* adductis, in specie decidit *Tuleman. de Benign. in Syntagm. decis. Camer. Imper. 1. decis. 2. vol. 3. n. 3 per c. cum clim ext. de cauſ. poſſ. & propr. & c. cum ad ſedem. & ibi gl. in v. diutius ext. de reſtit. ſpoliat. c. conſultationibus. & ibi gl. in v. poſſeſſionem ext. de off. deleg.*

27 Autetiamsi, ob fructuum restitutionem pleniorem (veluti intra videbimus) probanda etiam esset violentia: ea attamen facilius longè, quàm fractæ pacis publ. requisita, edoceri posset.

Quippè, cùm quælibet etiam turbatio in sese violentiam includat. *Menoch. in tr. de remed. poſſ. retin. remed. 3. n. 369.*

Cum item ea, per testes, qui deponunt, 28 quòd aliquis, etiam sine armis, ex possessione sua, eiectus, atque expulsus sit: *Maſcard. in tr. de probat. concl. 1409. n. 16. vbi plures in id allegat. Cala. in tr. de mod. attu. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 109.*

Et instrumenta rectè edoceatur, *Vti Alex.* 29 *de Imol. Amanuel. & Boer. autoritatibus adductis decidit Maſcard. d. tr probat. concl. 460 n. 9.*

Quare non diffido, quin hac facilius quàm illa ratione, optatum finem consequamur.

Quòd si omninò, rem ad Cameram de- 30 ducendam esse, stat sententia: id rectius fieri non posse, censeo, quàm si preces supplices, auff die vier felle/ de quibus *ordinat. p. 2. tit. 23.* prouidet, fundatæ fuerint.

Id quod fiet, si narrabitur: welcher massen diß Werck/ vnnd Handlung/ an jhm selbsten hoch ärgerlich/ vnnd schädlich/ allem friedlichem leben/ ja gemeinem Landfrieden nutz/ vnd besten/ vnd allen Rechten zu wider/ vnd ohn einig weiter erkentnüß/ für straffwürdig/ vnnd vnrechtmessig zu halten. Item/ daß das factum also qualificirt, daß daraus grosse weiterung/ empörung/ vnd Blutuergiessen entstehen möchte/ ja dem man/ von Rechtswegen/ mit eigener Hand/ Wehr/ vnnd gewalt/ propria autoritate, & de facto, propter summam, sui enormitatem, & iniquitatem, wol kondte/ vnd möge begegnen/ vnnd welches endlich also beschaffen/ das es nullo iure, aut iuris prætextu, kan iustificirt werden: vnd da auch ipsa parte præsente, á præcepto, wol anzufahen.

Cui narrationi, petitio, vt mandatum sine clausula decernatur, annectenda.

Certum enim est, quòd si hæ qualitates omnes vel saltem aliquæ, negocio alicui insint, fixa iam sit Cameræ Imperialis iurisdictio, etiam in prima instantia: mandata item sine clausula decernantur. *d. tit. 23. p. 2. & ibi Iul. Magenb. in addit. Receſſ. Ratiſ. anni 94. §.* item sünsten. *Gail. obſeruat. 1. n. 5. lib. 1. & obſeruat. 13. per tot. eod. lib. Fruder. in tr. de proceſſ. in Cam. extrah. lib. 1. c. 33. n. 1. & 2. & lib. 2. c. 11. n. 1. & per tot. Schnuanman. in tr. de proceſſ. Camer. lib. 1. c. 7. n. 1. Petr. Denayſ. in tit. Camer. tit. mand. ſin. clauſ.*

Quis autem non videt, illam maximè qualitatem huic negocio ineſſe?

Cum Dominus Deijciens, hoc suo facto, facile in causa esse posset, quòd arma, bella, cædes consequantur, siquidem vi, rem gerendam, & par pari referendum, Dominus Deiectus, secum constituerit.

Sed

31 Sed & alterum illud requisitum, quod *constitutio* von den vier fellen *d.p 2.tit.23.* desiderat, prætò esse video: vtscilicet Reus, immediatè Imperio subsit: *Gail. obs. 1.n.5.vers intellige, & obs. 13.n.5. lib.1. Schneidewin.d.lib.1.c.7.n.6. Frider.in tr.de proceff.in Camer.extrah.lib.2.c.12. n.3. Autor.pract.obs.in Schneidewin.obs.114.n.5.*

Ecquis enim nescius est, Ill. Dom. N. Deijcientem immediatè Imperio subiectum esse.

Quare hanc tentare viam, cum fructu aliquo, ni plurimum fallor, poterimus.

32 Vnum tamen adhuc restat, quod mihi scrupulum injicit. Video enim eiusmodi supplicatione vel precibus exhibitis, rei procuratori, adhuc fas esse, pro suo arbitratu, terminum ad excipiendum, contra mandata sine clausula, petere, atque adeò impetrare. *Vt ex consultis Camera anni 85. in specie decidit Denayf. ind.tr. de iur.Camer.lit.M. rubr.quand. fin. clauf.n.9.*

33 Sed & exceptionem: sub, & obreptionis, aduersus mandata sine clausula, rectè interponi. Reichß abschied *de anno 94.* Regenßburg.§ denn auch zum dritten *Denayf.in d.iur.Camer.tit.mand.fin.clauf.n.10.Cafp.Vvilhel.Scip.in d. comp.iur. Camer. tit. mand. fin. clauf.Frider.in tr.de proceff. in Camer.extrah.lib.2.c.15.n.1.Gail.obferu. 14.n.1.lib.1.*

34 Et denique omnibus, sine clausula mandatis, citationem ad docendum de paritione coniungi Reichß Abschied zu Speyer *anno 70.* § ferners statuiren *Memor.visit.at.anni 79.* Reichß Abschied zu Regenß. *in anno 94.* §. demnach aber vermöge *Denayf. d.tr. de iur. Camer.d.tit.mand.fin. clauf.in 8.Frider.in tr.de proceff.in Camer. extrah. lib. 2.c.10 n.4.& 5.*

Verendum itaque rursus plurimum ne hisce exceptionibus, atque ventilationibus, nos diutiùs defatigemus: atq; interim de euentu adhuc, & an non olim, causa, ad ordinarium, atque Austregas remittatur, nihilominus incerti simus,

IV.

35 Quare omnium planissimam, expeditissimamque viam, quæque omnibus ambagibus, omnique incertitudine careat, eam esse duxerim, si intra septa Constitutionis constiterimus, & de hoc Domini Deijcientis facto, ceu de simplici spolio, coram Austregis egerimus. *Ordinat.Camer. Imper.p.2.tit.8. & ibi Iul. Magenb.in addit.Denayf. Scip.Tileman.Gilm.in locis superiùs in id adductis.*

36 Dandæ itaque erunt literæ, ad Dominum Deijcientem, quibus significabitur: Dominum deiectum, ob spolium sibi illatum, iure agere velle: proindeque hisce literis, Dominum Deiectorem, requiri, vt Iudices nominet.

Quibus ipse quoque libellus, seu petitio coniungendus, & vnà ad Dominum Deijcientem, mittendus erit.

Nam hoc si fiet, Dominus Deijciens astrictus est, intra quatuor hebdomadas proximas, post literas allatas, aliterque denunciationem factam, tres principes nominare. Et ex his deindè vnus, à Domino Deiecto eligetur, qui iudicis officio, in hoc negocio, deindè defungetur: de eo item, quod illum, aut illum in Iudicem optarit, quam primum libitum fuerit & dummodò vltra quatuor septimanas, quæ à facta nominatione incipiunt, rem non protraxerit, Dominum Deijcientem certiorem faciet: & deinceps vterque, tàm Actor, quàm Reus, principi, quem sibi Iudicem elegerant, electionem de ipso factam, significant, vtque causæ cognitionem suscipiat, diem dicat, & in aliqua vrbium suarum, vnà cum Consiliarijs suis, viris integris, & neutri partium addictis, de causa ocyus, & sine calumnia, ex iuris præscripto, cognoscat: rogant.

Id quod nemo principum, recusare potest. 37 *Ordin p.2.tit.8.§.* würde aber der Cläger *& ibi Magenb.in addit.Denayf.in iur.Camer.lit. I. tit. Iudices deleg. in cauf. fimpl. fol n. 1.& seqq.*

Id quod, non solùm in spolij simplicis causis, verumetiam in omnibus reliquis, Electorum, & Principum, vel qui iure principum vtuntur (Fürstmessig seyn) controuersijs, verum est, atque obtinet. Eo excepto, quòd in alijs litibus, non tres, sed quatuor, ex quibus vnus, in Iudicem eligatur, nuncupandi sint: quòd item vna pars horum, ex clericis: altera verò ex laicis, tunc constare debeat. *Ordinat.Camer. p. 2.tit.2.& ibi Magenb.in addit. Denayf in iur. Camer lit.I.rubr.Iudices ordinatione delegati principum inter se n.1. & seqq.Schneunman.d. tr.de proceff.Camer.lib.1.c.2.n.5.Frider.in tr.de proceff.in Came.extrah.lib.1.c.16.n.2.Schrad.in tr.feud. p.10.sect.11.n.75.* 38

Et quamuis non sim nescius, in causa spolij simplicis, etiam commissarium, siue Iudicem Delegatum, ab ipsa Maiestate Imperatoria, impetrare licere *d. §.* würde aber der Cläger *tit. 8. ordinat.p.2.& ibi Magenb.in addit.* 39

Non tamen tàm compendiosam, & per quam tàm citò, ad Cameram peruenire possimus, hanc, atque illam, crediderim viam.

Et quià commissiones Cæsareas, rariusculè, sat citò expedire video: & quia expressè sancitum est: principe spoliatore, eo, vt dictum est, modo requisito, principum trium nominationem, vti præscriptum est, facere, intra septimanas quatuor, intermittente: causam, eiusque cognitionem, rectà ad Cameram deuolui. *§. vlt ordinat.p.2 tit 2. ibi Iul. Magenb.in addit.Denayf.in iur.Camer.d.tit.Iudic.ordinatione delegat.n.6.Frider.in tr.de proceff. in Cam. extrah. lib.1.c.16.in fin.Schneunmn.d.lib.1.c.2.n.7.* 40

Id quod

41 Id quod attamen, in commissario, apud Cæsarem impetrato, obtinere nequit.

42 Nec est, quòd quispiam vereatur, ne non hac ratione processus finis differatur, longiorq; fiat: nam & huic malo constitutio ipsa, iam prospexerat, fanciens: causas spolij simplicis, coràm Austregis, vel etiã coram commissario Cæsareo, intra anni meram, determinandas esse. Eoq; spreto, deuolutionem rursus, ad ipsum Cameræ Iudicium fieri. Vbi lis reassumitur in eo statu, in quo erat, coràm Iudice, Ordinario, siue Austregarum: sed & Commissarius vel Princeps electus Iudex, sumtibus spoliantis, Acta, hactenus exhibita, intra sex septimanas proximas, ad Cameram mittere, adigitur. §. gleicher weis. *d. tit. 8. Ordin. p. 2. ibi Magenan addit. vers. si verò. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 11. n. 32. in fin. Denayf. in tit. Camer. d. tit. Iud. delegat. in cauf. simpl. spol. n. 6.*

43 Nec me illud mouet, quòd tamen anno 1551. in causa Colonitz contra Duces Saxoniæ, cum Iudices Austregarum, iuxta ordinationem, spolij causam, intra annum, non absoluissent, & Colonitz, vt in Camera citationes iam decernerentur, supplicasset: petitio eius reiecta, & literæ compulsoriales tantum, ad Iudices Austregarum, decretæ sint. *testante Magenh. ad d. tit. 8. ordinat p. 2. vers. si verò ipse Iudices.*

44 Nam tùm temporis, ordinatio hæc Cameræ, qua tunc vtimur, promulgata nondum fuit. Vtpotè quæ anno 55. primùm, lata sit, *Ordinat. Cam. Imp. in pr. & in fin.*

45 Et insuper Colonitzio deerat, instrumentum requisitionis, quo comprobaret, se iusto, & competenti tempore, à Iudicibus electis, seduló efflagitasse, vt iuxta ordinationis normam, spolij causam diffinirent. *Magenh. d. loc.* Quapropter is casus, nihil ad nos pertinet.

46 At inquies, protrahetur attamen finis litis, vel ea ratione, quòd à sententia Iudicum Austregarum, ad Cameram Imperialem, etiam in causa spolij prouocare, fas sit. §. vnd so das vrtheil *cum seqq. tit. 8. ordin. p. 2. Denayf. in tit. Camer. tit. A. tit. appellationis interpositio. n. 3.*

47 Cùm tamen nemo sit, qui nesciat lites in Camera Imperiali, vltra fæculi spacium, plærunq; ferè durare, si non omninò immortales sint. Vt ipse conqueritur *Frider. in tr. de proceff. in Camer. extrah. lib. 1 in præfat. vers. de causarum. Kinch. ad priuil. Saxonic. de non appell. Rubr. de nostri aut iuridicum, discursus, paulò post pr. vers. & quoniam nullum.*

Nam nec id quidem fore putarim. Etenim 48 in causis spolij simplicis, tempus introducendæ appellationis, tantùm trimestre est. §. wo aber *tit. 2. p. 2. Denayf. d. tr. de iur. Cam. lit. A sub. tit. appellat. introductio. n. 6. Schuuanm. de tr. de proceff. Camer. lib. 2. c. 4. n. 4.*

Nec noui aliquid afferri, constitutio pati- 49 tur. *d. §. wo aber tit. 2. p. 2. ordin. Denayf. d. tr. Rubr. Appellat. profecut. n. 2.*

Non itaque timeamus, processum etiam appellationis, iusto diuturniorem fore. Sed etsi processus protraheretur nonnihil: nihil tamen hinc lucri sentiet spoliator. Vt pote qui comprobata violentia, non solùm rem ipsam, verumetiam fructus, accessionesque rei omnes, *c. grauis, & ibi Abb. n. 1. & DD. communiter ext. de reft. spol. l. videamus. §. in Fauianis. ff. de vsur. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 50. ff. de acquir. poff. Flot. in tr. de m lit. iur. §. 46 n. 1. & esse communem teste Menoch. in tr. de remed. poff. recup. remed. 1. n. 412.*

Et tàm perceptos, quàm qui percipi po- 51 tuissent, & debuissent, restituet. *d. grauis ext. de reft. spoliat. Br. in l. dominum. n. 1. C. de rei vind. Garf. in tr. de expenf. c. 23. n. 50. Menoch. d. remed. 1. n. 413. & seqq.*

Etiam in Cameræ Imperialis iudicio. *Tiel-* 52 *mann. de Benig. d. Syntagm. 1. decif. 2. vot. 3. n. 8.*

Neque hic iniuria, violentiæ mentionem 53 feci. Nam etsi aliàs omnium salubertimum remedium, possessionis recuperandæ censeatur id, quod ex Canone redintegranda. 3. q. 1. prodit. Vti nouissimè attestatus est, *Tileman. de Benign. Decif. Camer. Imper. Syntagm. 1. decif. 2. vot. 1. n. 5.*

Seque eo, dejectionem etiam, absque vio- 54 lentia probare sufficiat, Vti superius est commonstratum, & decidit expresè *Tileman. de Benign. d. vot. 1 n 9.*

Attamen fructuum percipiendorum ra- 55 tione, reliquis est debilius. Cum hi, in remedio Canonis redintegranda non veniant. Vti ex decisionibus Rotæ, in indiuiduo scriptum reliquit *Menoch. in tr. de remed. poff. recup. remed. 15. n. 11.*

Se interdicto autem vndè vi, siue probata 56 violentia includantur. *Menoch. d. tr. de remed. poff. recup. d. remed. 1. n. 413. & d. remed. 15. n. 11.*

Hæc habui, quæ in præsentia afferrem, quæque cum ordinatione Cameræ congruere, censerem. Facilè autem ei concesserim lauream, qui veritati, æquitatiq́ue magis consentanea, aut stylo Camerali accommodatiora, proponet atque patefaciet. F. P. D.

Exhibebantur tandem in Camera Imperiali, pro impetrando mandato sine clausula, preces supplices: sed Camera, non solùm mandata sine: Verum etiam mandata cum clausula denegauit: & rem totam ad Austregas reiecit.

CONSI-

CONSILIVM XVII.

SVMMARIVM.

1. Statutum, vt noceat alicui oportet, vt fiat, ab habente, potestatem statuendi.
2. Statuta inferiorum non constringunt iurisdictionem superiorem.
3. Collegia licita etiam, statuta condere, in praiudicium aliorum, non possunt: maximè si hæc statuta, iuri naturali, vel etiam communi tantùm, aduersa fuerint. Statuta contra ius naturale, vel ius commune, ligant statuentes tantum. ibid.
4. Statutum ij tantum iure promulgant, quorum est ratione rerum, de quibus statutum loquitur, iurisdictio.
5. Collegiorum Iudices, nihil possunt statuere, in eorum personarum, quæ nunquam in collegium receptæ fuerunt, præiudicium. Sulffmeister inter Iudices collegiorum, numerantur, ibid.
6. Iudices collegiorum, & Iudex ordinarius, habent concurrentem iurisdictionem, in causis, ad collegium spectantibus. Fallit vt n. 7. Populus totus, frustra statuit quicquam, ratione regaliorum, vt præiudicium eius, cuius sunt regalia. ibid.
8. Salinæ inter regalia numerantur.
9. Præuentio habet locum inter plures Iudices, iurisdictionem concurrentem habentes.
10. Statuta facientes, si eorundem faciendorum potestatem non habent, vt iurisdictionis superioris turbatores, sunt puniendi. Ampliatur. vt n. 11.
12. Statutum ciuitatis vnius, non constringit, ciuitates, vel oppida confœderata.
13. Constitutio in tertij præiudicium edita, nullius ponderis, aut momenti est.
14. In statutis sanciendis, vocandi sunt omnes, ij, quorum interest, & quidem nominatim.
15. Statutum de facto obseruari, satis est: etiamsi ei repugnet ius.
16. Statutum, quod non obseruatur, si casus emerserit, de quo statutum loquitur: perindè est, ac si nunquam factum fuisset.
17. Statuta omnia deficiunt, ratione, & intuitu, non subditorum.
18. Statuta quibus non prosunt: obesse quoq; non debent.
19. Statuta ciuibus priuilegia, & beneficia conferentia, non subditis non prosunt: non obeunt itaque quoque ijsdem, ex diuerso. & nu. 20.
21. Statutum de rebus loquens, alligat non subditos, ratione bonorum, quæ in loco statuentium possident.
22. Statuta, quæ loquuntur, de bonis, ferris aut molendinis comprehendunt etiam sub se, non subditos, qui attamen sub iurisdictione statuentium, bona, prædia, vel molendina habent.
23. Intellige, si in rem, & non in personam, concepta fuerint.
24. Statutum de non subdito loquens, non comprehendit attamen, personam in illustri dignitate constitutam, bona in territorio statuentium possidentem. Dispositio loquens, de non subditis, nunquam personas, in dignitate constitutas, complectitur.
25. Statutum proudens de non subdito, non comprehendit clericum non subditum. Funiculus duplex, magis ligat. Impedimenta duo, fortius impediunt. ibid.
26. Statutum alius formam dans, non includit non subditum. Intellige vt n. 27.
28. Statutum laicorum, clericos non ligat. Siue respexerit personam siue res, vel bona eorundem. n. 29. Siue item generale, siue speciale fuerit. nu. 30.
31. Statutum continens Reipub. salutaria, & alias honesta, clericos quoq; constringit.
32. §. vlt. auth. de her. & Falcid. de iure Canonico non obtinet.
33. Statuta laicorum inania sunt hodiè, respectu clericorum, etiamsi saluberrima Reipub. & honestissima queq; continerent.
34. Clericis per statutum laicorum, ex aliquorundam sententia, in dominio eorum vtili, præiudicari potest. Reprobatur. n. 35. Et si verum esset, foret intelligendum, de clerico subdito. n. 36.
37. Statutum laicorum, honesta præcipiens, alligat ad sui obseruantiam, clericos, dummodò mentionem horum expressam, non fecerit. Et si clericis faueat. n. 38. Clerici item sint tales, qui cuiusm, & districtualium nomine, in fauorabilibus veniant. n. 39.
40. Statutum laicorum, quod sui commodi causa, principaliter promulgabant: etiamsi in consequentiam, clericorum ius lædat valet.
41. Statuta laicorum, si qui casus reperiri posset, in quo clericos obligarent: non obligarent attamen nisi in fauorabilibus, & quatenus Ecclesiasticam libertatem, non imminuunt.
42. Statutum quod dicatur repugnare, libertati Ecclesiasticæ.
43. Statutum omne, quod prohibet, me re mea pro libitu vti, censetur, libertatem meam imminuere.
44. Statutum quo cogor, contra voluntatem meam, eum Emphyteutam, vel Vasallum habere, quem nolim, dicitur aduersum esse meæ libertati. 45. Sta-

45. Statuta Iuicorum, impedientia clericos, quo minus vti possint iure suo, aduersus eorum suarum conductores, inualida sunt.

46. Statutum Bononiæ, respectu clericorum, inualidum est, quo tacita introducitur relocatio, nisi locator tribus mensibus, ante diem locationi dictam, locationi expresse renunciarit.

47. Locatio, rei Ecclesiasticæ, ad vitam vsq; conductoris, nulla est, de iure Canonico.
Idem est in locatione, rerum Canonici alicuius. n. 48.

49. Successor prælati, aut Canonici non tenetur stare locationi, a prædecessore facta.

50. Locatores Ecclesiastici, vel Canonici, finitur morte prælati, vel Canonici, etiamsi anni, locationi dicti, nondum effluxissent.

51. Nullum ab initio tractu temporis non conualescit.

52. Principio corrupto, sequelam non corrumpi, impossibile est.

53. Obseruatio subsecuta, dubitationem omnem tollit.
Maxime si ea introducta fuerit, facto personæ Illustris. n. 54.

55. Obseruationem præscriptam esse, non oportet.

56. Statutum quod non obligat clericos, nec conductores rerum eorum, obligat.

57. Statutum allegans, in loco statuentibus subiecto, intentionem, quam vocant, fundatam habet.

58. Statutum, causæ inseruiens, ad victoriam causæ reportandam, allegasse, sufficiat.

59. Statutum vbi habemus, vlterius quicquam inuestigandum non est.

60. De statuto, fidem fecisse non sufficit, nisi quoq; simul, de omnibus qualitatibus statuti, & præsuppositis, quæ id facit, fides fiat.

61. Statuti dispositio, ibi demum conuenit, vbi verba eius conueniunt.

62. Statutum tantum disponit, quantum loquitur & non vltra.

63. Statutum non debet extendi, vltra casus in eo expressos.

64. Casus a statuto omissus, manet in iuris communis dispositione

65. Pax colenda est ab omnibus.

66. Princeps omnis obligatur ex contractu, siue inierit eum cum subdito, siue cum non subdito.

67. Locatio ad vitam est contractus.

68. Emphiteusis est contractus.

69. Grauissimum est, si in illustrissima dignitate, constitutæ personæ, fidem non seruarint.

70. Conductori competit actio aduersus locatorem, vt re conducta, vti sui liceat.
Vel vt interesse præstetur, n. 71.

72. Emphyteuta aduersus Dominum, datur conditio ex moribus, vt rem tradat si rei tradendæ facultatem habet.
Aut si rem tradere nequit, vt saltem interesse præstet. n. 73.

74. Principis est, hoc dicere & agere: non faciam iniuria, quæ processere ex habitis meis.

75. Liquida paratam habent executionem.

76. Liquida quæ dicantur.

77. Comminatio absq; executione facilè spernitur, cum maxima Reipub. labefactatione.

78. Vasallus amittit feudum, sicuti, & emphyteuta, emphyteusin, siquidem iurauerat, se coram nullo alio, quam feudi, vel emphyteuseos Domino litigaturum, & deinde præter iuramentum, alium adierit.

79. Dominus & Vasallus, a pari iudicantur. Argumentum, a feudo, ad emphyteusin valet.

81. Iuris dictio quid.

82. Iudices cartularij, fruuntur iurisdictione habitu, sed non actu.

83. Iudex ordinarius competens est, ratione litis, inter emphyteutam, & tertium, de re emphyteutica susceptæ.
Etiamsi emphyteusis Ecclesiastica fuerit. n. 84.
Intellige vt. n. 85.
Ratio vbi diuersa, diuersum quoq; ius statuitur. ibid.

86. Princeps nullam habet iurisdictionem, in ciuitate, quam in protectionem suam receperat.

87. Fallacia non causæ, vt causæ, euertit argumenta.

88. Iudex, cuius forum declinatur, cognoscit, an sua sit iurisdictio.

89. Iudex, si appareret, competentem se pronunciare potest.

90. Forma pronunciandi: se iudicem competentem esse.

91. Paria sunt, statuto loci alicuius alligari, & iurisdictioni loci illius, subiectum esse.

92. Scandalis obuiandum est.

93. Actus retractus, quoddam pœnæ genus est.

94. Repressaliæ fiunt licitæ, ob iustitiam denegatam, vel saltem protractam.

95. Repressaliæ vt licitæ sint, oportet, damnum, & iniuriam grauem illatum esse.

96. Contemtum puniri, iustum est, quo contemto satisfiat.

97. Contemtus ex quibus probetur.

98. Superioris mandato, non obœdire, peccatum est maximum.

99. Princeps recognoscens superiorem, repressalias autoritate propria, non indicit.

100. Repressaliæ in Imperio Romano, no possunt indici, absque Imperatoris autoritate.
Etiam a Principe Electore. n. 101.

102. Imperator Romanus, non facile indulget, in Imperio repressalias.

103. Electores Imperij, venuntur iure indicendi repressalias, etiam non impetrato Imperatoris autoritate ex consuetudine, & obseruantia.

104. Electores Brandeburgici, sæpius vsi sunt repressaliis, aduersus principum vicinorum subditos, etiam inscio Cæsare.

105. Supe-

105. *Superior immediatus tantùm requirendus, vt autoritatem suam, in indicendo repressaliis, impertiatur.*

106. *Repressaliæ sunt species belli.*

107. *Repressaliis non protenus, in subditos grassandum, etiamsi à debitore, iustitia impetrari nequeat.*

108. *Iudex, qui sententiam tulerat, potest requirere Iudicem, sub quo bona sita sunt, vt sententiam suam exequatur.*

109. *Iudex territorij, à Iudice, qui sententiam dictarat, requisitus, vt sententiam exequeretur, id facere negligens, potest ad id, per superiorem compelli.*

110. *Princeps successor, reuocat locationem regaliorum, in longum tempus factam.*

111. *Colonus, vel conductor, pensionem suam, debito tempore non soluentes, confestim ejici possunt.*
Etiam autoritate propria, & Iudice non adhibito. n. 112.

113. *Colonus, ex aliquorundam opinione, non nisi Iudice, in id requisito, potest expelli.*
Quæ opinio declaratur vt n. 114.

115. *Conductor ad longum tempus, pensionem non soluens, non eyciatur statim, sed post biennium, vel triennium demum.*

116. *Conductor, rem conductam, finito locationis tempore non restituens, à locatore, autoritate propria extruditur.*

117. *Locatio ad longum tempus, non probatur ex eo, quòd quis aliquandu, re aliqua, domino permittente, vsus est: sed de ea fidem aliter fieri oportet.*

118. *Emphyteuta Ecclesiæ per biennium, laici verò per triennium, Canonem non soluens, cadit emphyteusi.*

119. *Emphyteusi, ob non solutum Canonem, ad Dominum deuoluta: Dominus concedit eam, cui vult, etiam ignorante primo emphyteuta.*

120. *Emphyteuta rei, ad patrimonium principis primatum, pertinentis, non amittit emphyteusin, ob canonem non solutum.*
Contrarium est verius. n. 121.

122. *Emphyteuta amittit, siu emphyteuseos, si emphyteusin, absq; directi Domini consensu, alienauerit.*

123. *Locatio in longum tempus, absq; consensu domini, est iusta causa. primandi re emphyteutica, emphyteutam.*

124. *Locatio in decem annos, vel ad vitam, vel quandiu voluerit conductor rectè locatio, in longum tempus dicitur, & emphyteutam emphyteusi sua cadere efficit si non interuenerit Domini consensus.*

125. *Emphyteuta qualibet, tenetur ostendere titulum suæ possessionis.*
Aut id facere tergiuersans, emphyteusi in re primatur. n. 126.

127. *Emphyteuta, intra annum, & diem, inuestitura renouationem non petens amittit emphyteusin.*

128. *Paria sunt, non esse, & non apparere.*

129. *Pactum, quod vocant renouationis non impedit, quo minùs emphyteuta excidet, re emphyteutica, non petens, intra annum & diem, inuestitura renouationem.*

130. *Protestationem fieri oportet, ante actum perfectum.*

131. *Protestatio interposita, intra decem dies, ab actu absoluto, valet, & quandoq; effectum appellationis habet.*

132. *Protestationem, quamprimùm ac possibile est, post actum perfectum fieri, satis est.*

133. *Iure eo, quisq; meruò vtitur, quod in alium statuerit.*

134. *Defensio aduersus bellum, & vim licita atq; permissa est.*
Nec non aduersus repressalias quoq; ibid.

135. *Pignorationes & arresta, à ciuitatibus municipalibus, & Landsassiis, profusamenda non sunt, absq; autoritate superiorus.*

136. *Repressaliæ non indicunt, ciuitates municipales, & Landsassii, absq; sui superioris autoritate.*

137. *Offensio vbi est licita, ibi defensio est illicita.*

138. *Sale diutius carere non possumus. Sal optimum est condimentorum, ibid.*

139. *Rem potius quisq; familiarem, cupit adaugeri, quàm eius in gratiam alterius, iacturam facere.*

140. *Experientia rerum magistra.*

141. *Subditorum interest, dominum non mutare.*

142. *Protectoris parata est actio, aduersus clientes, qui absq; causa, iure protectionis, & clientelæ, renunciare conantur.*

143. *Defendere qui tenetur, offendere non debet.*

144. *Protectio importat, omnis generis protectionem.*
Etiam statutorum loci illius, qui in protectionem recipitur & n. 145.

146. *Legum tabulæ conquassatis, Rempub luxari tandem, possumq; ire necesse est.*

147. *Protectionem, contra seipsum nemo debet.*

148. *Omnis defensionis promissio, intelligitur, quatenus is, qui defendi debet, causam offensioni non præbuerit.*

THEMA.

SI quid valeo iudicio, quod sentio quæ in me sit exiguum, putarim totum hoc negocium, quòd paucos ante dies mihi proponebatur, expediri posse, si quatuor, quæ sequuntur quæstiones, rectè resolutæ fuerint:

PRIMÒ: videre oportet, quatenus Ill. Dom. N. statuta Magistrorum salinarum in ciuitate N. constringant.

SECVNDÒ: aut salua existimatione sua, Illustriss. Dom. N. illum, quem nuper, de salinis suis inuestierat, posit remittere ad senatum oppidanum in N, vt ibi iudicium de salinis hisce accipiat: & an potius eidem incumbat, ad præscriptum literarum inuestitionum, huic tradere possessionem harum salinarum quietam: ne fortè, hic nouè inuestitus, cuires attamen tradita, contra quam conuenerat, nondum est, actionem ad inter esse, instituere aggrediatur:

TERTIÒ: quibus medijs, viisq; hunc nouiter inuestitum, in rerum de quibus inuestiebatur possessionem, commodè satis introducamus:

Et QVARTÒ, & vltimæ: quo hinc quantum præuideri potest, consequi possint inconuenientia, si vna, alteraq; via, rem ad effectum perducere, tentauerimus?

I. QVÆSTIO.

PORrò ad primam, quòd attinet quæstionem, diffiniti iuris esse censeo: quòd statutum, à Magistris salicoquendo, in salinis N. præfectis, promulgatum, Illustriss. Dominum N. nullatenus, ad sui obseruationem alliget.

Id quod ex sequentibus, conspicuum fieri iudico.

1 Nam PRIMÒ: notissimi est iuris: quòd in id, alicui noceat, statutum, necesse sit, vt statutum fiat, ab habente potestatem statuendi. Vti in indiuiduo decidit *Iohan. de Monte Sperell. conf. 4. fub n. 1. vol. 1. Cardin. Paru. conf. 99. n. 24. volum. 1.*

Atenim hîc, Magistris istis salinarum potestatem vllam, vel de persona Ill. Dom. N. vel de bonis, de quibus res est, statuendi, datam non esse, tàm est manifestum, vt nihil supra.

Statuta itaque eorundem, tàm personæ Illustriss. N. quàm etiam bonorum controuersorum intuitu, bruta erunt.

2 Vulgò namque dicitur: statuta inferiorum, non constringere iurisdictionem superiorum. *l. 3. in pr ff. de alienat. iud. mut. cauſſ. fact. l. nam magiſtratus. ff. de rec. arb. Bl. in Auth. ſed nouo inte. n. 5. C. de ſeruit. fugit. Alb. Brun. conſ. 20. n. 8. Cravet. conſ. 96 1. n. 1. Iohan. Petr. Surd. conſ. 47. n. 17. vol. 1.*

Ecquis autem nescius est, statuentes hîc longe inferiores esse illo, quem hic statuto suo alligare volunt?

3 Sed & notissimum illud est: collegijs etiam licitis, datum, concessumque non esse, vt in præiudicium aliorum statuta condant, atque promulgent, maximè si ista statuta, iuri naturali: vel etiam communi tantùm fuerint aduersa. Eiusmodi enim statuta, neminem præter statuentes ipsos, obligant. *Bs. in l. omnes populi. n. 6. & ibi Iaſon. lect. 2 n. 37. ff. de iuſt. & iur. Br. ad l. vlt. n. 20. ff. de colleg. illicit. Schrad. ad l. vnic. n. 8. C. d. monop. Petr. Rauenn. in tr. de conſuet. ſect. 1. n. 41. Stracch. in tr. de mercat. Rubr. quom. in cauſ. mercat proced. ſit. p. 1. n. 8. & n. 20. Zoanett. in l. vt vim p. 3. n. 63. ff. de iuſt. & iur. Muſcorn. in tr. de iurisd. n. 74. in fin. Medic. in tr. de ll. p. 1. q. 22.*

Cum itaque statuentes, hîc tantùm certi collegij magistri fuerint: statutum istum illorum, iuri communi & naturali, cum liberum suarum rerum vsum impediat, contrarium sit:

Ad tertios quoque quòd attinet, & eos præsertim, qui in Illustri dignitate constituti sunt, porrectum, inefficax eorum statutum erit.

SECVNDÒ constat inter omnes illud: 4 quòd statuta condere, eorum tantùm sit, quibus ratione rerum, quas statutum tangit atque respicit, iurisdictio competit. *Br. in l. omnes populi. n 3. ibi Iohan. Bapt. Caccialup. n 8. verſ. ſi autem. Iaſ. lect. 1. n. 22. verſ. circa primum ff. de iuſt. & iur. Bl. & Salyc. in l. vlt. & ibi Sith. n. 4. C. de iurisd. om. ind. Bl. in l. decernimus. n. 7. C. de ſacros Eccl. Longouall. ad l. imperium. n. 16. ff. de iuriſd. om. iudic. Maſcard. in tr. de probat. conl. 946 n. 23. & 24. Barbat. ad rubr. n. 124. C. qui adm. Iohan. Comp. mt. conſ. Alb. Bruni. conſ. 2. n. 35. Modeſt. Piſtor. conſ. 20. n. 15. vol. 2. Mandell. conſ. 69. n. 9. Surd. conſ. 48. nu. 10. volum. 1.*

Enimuerò hîc, statuentes omni prorsus iurisdictione, ratione bonorum, quæ in controuersiam veniunt, ab initio, vsque huc, caruerunt.

Tùm, quòd in genere verum sit, quòd Iu- 5 dices collegiorum (quales hic sunt, die Sulfmeister) non possint quicquam statuere, ratione earum personarum, quæ in collegium nunquam receptæ fuerant, tradente in indiuiduo *Herman. Vult. ad l. vlt. n. 23. C. de iuriſdict. omn. iudic.*

Tùm, quia ipsi statuentes, nuperrimè adhuc falsi sunt, & quidem in scriptis, dominium directum, omninodam item iurisdictionem, horum bonorum, de quibus lis est, ad Illustriss. Dom. N. spectare.

Non itaque ordinationibus suis, istiusmodi bona includere, debebant Sulfmeisteri.

Nec obstat, etiam si ijdem, hoc vti vellent prætextu, quòd cum Illustriss. D. N. concur- 6 rentem iurisdictionem habeant: pro vt hoc, quòd Iudices collegiorum, & Iudex ordinarius, iurisdictionem concurrentem (vt practici loquuntur) habeant: in specie decidit *Vult. ad l. vlt. n. 26. C. de iuriſd. om. iudic.*

Nam primò pernegamus hoc verum esse, 7 si ad ea bona, quæ ad regalia pertinent, respexerimus.

Cum

Cùm ne toti quidem populo, tantoque minùs, certi collegij Iudicibus, vel salinarum præfectus, in ijs, quæ ad genus regaliorum pertinent, quicquam statuere, in eius præiudicium, cui regalia hæc concessa sunt, fas sit: quodque consequens est, iurisdictio omnis, illis abrogata sit. Vti alijs in id adductis decidunt: *Iaf.ad d.l. omnes populi, lect. 2. n. 7 ff. de iust. & iur. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 22. n. 19. Anton. Boyd. ad rub. n. 20. C. no. vect. imp. non posse. Cephal. cons. 38. n. 6. Cravet. cons. 852. n. 4. Roman. cons. 218. n. 4. Socin. cons. 288. n. 4. vol. 2.*

8 Cùm attamen salinas, inter regalia referri, nemo est, qui nesciat. *Kinchen. ad pruil. Saxon. mihi fol. 135. vers. de salinis. Natta. cons. 661. n. 2. Dec. cons. 292. n. 1. Bertaz. old. cons. eximin. 281. n. 8.*

9 Deindè clarissimi quoque iuris est illud: quòd præuentio locum habeat inter plures Iudices, concurrentem iurisdictionem habentes. Vti in specie decidit *Gail. obseruat. 11. n. 5. lib. 2. Borcholt. in tr. feud. c. 10. n. 4. Arnold. de Reyer. disput. 10. thes. 7. in fin. Bender. in tr. reuis. in præm. n. 16. Frider. in tr. de proces. in Camer. extrah. lib. 1. in Epist. dedicat. vers. eadem ratione sit. vuls. ad l. vlt. n. 26. C. de iurisd. om. iud.*

Cùm attamen hîc, vtraque pars, quæ de hisce bonis litigat, iam dudum, Illustriss. Dom. N. adierit, eiusque cognitioni, se submiserit.

10 Tertiò, explorati quoque iuris est: quòd condentes statuta, cum eorum condendorum potestate, á iure donati non sint, tanquam turbatores iurisdictionis superioris, sint puniendi: tantùm abest, vt ad statuta sua, quenquam alligent. Vti in specie docuit *Br. ad l. omnes populi. n. 14. & ibi Rayner. de Forliuio. n. 42. Caccialup. n. 32. ff. de iust. & iu. Angel. Aret. in §. ius autem ciuile. n. 5. ad fin. vers. sed aduerte. Institut. de iur. nat. gent. & ciuil. Cephal. d. cons. 38. n. 8.*

11 Quo iure eatenus quidem vtimur, vt, si id præsumatur, iurisdictionis occupandæ gratia, statuentes rei fiant criminis lœsæ maiestatis: aliàs autem de falso teneantur, aut ad minimum extraordinariè puniantur. *Br. Rayner. de Forliuio. Caccialup. Ang. in locis modo adductis Cephal. d. cons. 38. n. 9.*

Quod, cùm ita sit, fieri nequit, quod hoc statutum quenquam, sibi obnoxium faciat.

12 Qvartò, communis quoque conclusio Interpretum illud habet: quod statutum vnius ciuitatis, ne confederatas quidem ciuitates: & oppida, obnoxias sibi habeat. *Br in l. si conuenerit la. 2. §. si nudum. n. 2. per ill. text. ff. de pignor. act. Crott. in l. omnes populi n. 252. ff. de iust. & iur. Medic. in tr. de ll. p. 4. q. 10. n. 3. vbi complurimos in id allegat. Pyrrh. Angleberm. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 47. Hier. á Mont. in tr. de finib. c. 3 n. 5. Tæning decis. 41. per tot. Cacher. decis. 22. n. 1. Iohan. Ign. in l. necessarios. §. non aliàs p. 1. n. 443. ff. de S. C. Syllan.*

Qui itaque Magistri salinarum, statutis suis obligarent eum, qui illos, ne fideris quidem iure attingit; sed quem illi, ceu protectorem suum venerari, atque respicere, necesse habent?

Qvintò: iuris quoque est euidentissimi: quòd statutum, vel constitutio, in tertij præiudicium edita, nullius ponderis. aut momenti sit *Ang. ad l. 2. in pr. ff. quod quis. iur. Alb. in c. consuluit el. 3. n. 4. & ibi Philipp. Franc. in fine ext. de appellat. Crott. ad l. omnes populi. n. 70. ff. de iust. & iur.* 13

Meritò itaque, hoc quoque statutum, nullum esse dijudicabimus, vtpotè, quòd arbitrium, viris principibus, & personis Ecclesiasticis, in rebus suis, aut planè tollit, aut saltem multa maxima ex parte, imminuit.

Sextò: prospexerunt quoque iura: quòd sanciendis statutis, & ordinationibus, vocandi sint omnes ij, & quidem nominatim quorum interest. *Felm. ad c. cognoscentes sub nu. 8. ext. de constit. Riminald. sen. cons. 681. n. 6. vol. 4. Menoch. cons. 391. n. 31. vol. 4.* 14

Atenim hîc, vocatos esse horum bonorum possessores, de quibus litigatur, cum statutum sanciretur, nullo vnquam tempore probari poterit.

Maximè, cum etiam consset, vetitum fuisse, á statuentibus, ne cuiquam statuti huius copia daretur, sed satis esse, si quotannis, anniuersario die, in certo ciuitatis templo, publicè prælegeretur.

Nec obstat, quòd attamen in iure cautum esse reperiamus: satis esse, si statutum de facto, obseruetur, atque custodiatur, etiamsi ius, ei repugnet, atque refragetur. *Vti in iuuiduo docuit, & Albericum de Rosat. Innoc. Cardin. Imol. & Alexandrum allegauit Iason. ad l. vbi patrum. n. 27. C. de transact.* 15

Nam hoc statutum, etiam de facto solùm obseruari, vehementer negamus. Cum exemplum Illustriss. Ducis B. de quo in Actis habetur, ostendat, statutum hoc, cum casus, de quo statutum loquitur, euenisset, non fuisse custoditum, sed Illustriss. ipsius Celsit. pro libitu, cui voluisset, salinas suas concessisse, & statutum hoc, ne flocci quidem fecisse.

Quid? quòd ne alterum quidem eius caput, quo statuitur: vt sexaginta tantùm marcæ, quotannis in signum recognitionis soluantur, amplius in vsu sit.

Quòd cum ita sit, non illa, quæ adducebatur, iuris theorica, obtinebit, sed contraria illi, iuris regula, locum inueniet: statutum nempè, quod non obseruatur, siquidem casus, de quo statutum loquitur, emerserit, perindè esse, ac si factum, nunquam fuisset. *gl 2. ad fin.* 16

ad fin. ad c. 1. & ibi DD. ext. de treug. & pac. Iaſ. in l. rem non nouam. n. 5. C. de iudic. Iaſ. ad l. ſi filius. el. 1. n. 22. ff. de lib. & poſtum. Plot. in tr. de lit. iur. §. 6. n. 31. Borg Caualc. in tr. de tut. & curat. n. 42. Couarr. Var. reſol. lib. 2. c. 16. n. 6. verſ. quintò. Ceph. conſ. 441. n. 137. Decian. conſ. 23. n. 56. vol. 1. conſ. 22. n. 20. vol. 2. & conſ. 57. n. 17. vol. 3. Surd. conſ. 38. n. 11. & conſ. 58. n. 9. vol. 1.

17 SEPTIMÒ: adiuuatur hæc ſententia, eo quoque quòd ſtatuta omnia deficiant, ratione, & intuitu, non ſubditorum! *Iaſ. ad l. cunctos populos lect. 1. n. 17. & lect. 2. n. 55. & ibi DD. communiter. C. de ſumm. Trinit. & fide cathol. Alc. Pareg lib. 6. c. 29. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 167. & ſeqq. Rayner. de Forlim. ad l. omnes popu-li. n. 86. ff. de iuſt. & iur. Alb. Brun. conſ. 20. n. 5. Anton. Galeat. Maluaſ conſ. 92. n. 7. Ceph. al. conſ. 54. n. 2. conſ. 161. n. 12. & conſ. 241. n. 67. Cardin. Pariſ. conſ. 53. n. 74. volum. 3. Tiber. Decian. conſ. 71. n. 13. vol. 5. Menoch. conſ. 264. n. 11. & conſ. 270. n. 21. Alc. conſ. 10. n. 1. lib. 2. Surd. conſ. 59. n. 15. vol. 1. conſ. 218. n. 8. vol. 2.*

18 Etenim, ſtatuta quibus non profunt, ijs quoque, obeſſe non debent. *Roman. conſ. 224. n. 6. Ioh. Petr. Surd. conſ. 204. n. 15.*

19 Iam verò ſtatuta, ciuibus, priuilegia, & beneficia conferentia, non ſubditis non profunt *Alex. conſ. 44. n. 7. volum. 5. Ruin. conſ. 18 n. 12. volum. 5. Rol. à Valle in tr. de luc. dot. q. 36. n. 15.*

20 Ex diuerſo itaque, nec nocere quoque poterunt. *Coler. d. tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 184. Roman conſ. 224. n. 6. Surd. d. conſ. 204. n. 15.*

Non itaque nocebit Principibus viris, & perſonis Eccleſiaſticis, illud, quod Magiſtri ſalinarum, condiderant ſtatutum, veluti hi, priuilegijs, & immunitatibus quoque, frui non cupiunt, quæ eadem ſtatuta, ciuibus N. & ijs, qui in collegio ſalinatorum ſunt, indulgent.

21 Neque verò, huic rei, impedimentum præſtat illud: quod attamen ſtatutum de rebus diſponens, alliget etiam non ſubditos, ratione bonorum, quæ in locis ſtatuentibus ſubiectis, poſident. *Iob. Bapt. de S. Seuer. ad l. 2. n. 157. C. de ſumm. Trinitat. & fid. cath. Tiber. Decian. conſ 55. n. 5. vol. 1. conſ. 71. n. 3. volum. 2. & conſ. 44. n. 144. volum. 4. Ant. Galeat. Maluaſ. conſ. 77. n. 8. volum. 1. Ceph. al. conſ. 309. n. 76. Cardm: Pariſ. conſ. 84. n. 45. vol. 1. Crauet. conſ. 848. n. 10. Burſat. conſ. 198. n. 42. vol. 2. vbi hanc magis receptam eſſe atteſtatur.*

22 Non etiam illud, quod rurſus traditur: ſtatuta, quæ loquuntur, de bonis, terris, aut molendinis, comprehendere etiam ſub ſe, non ſubditos: habentes attamen, ſub iuriſdictione ſtatuentium, bona, prædia, aut molendina, tradente in indiuiduo *Burſat. conſ. 59. n. 37. volum. 1.*

Nam ad id, plura adhuc deſiderantur, quæ tamen hic abeſſe, nemo non perſpicit.

Requiritur namque primò: quòd ſtatutum hoc, in rem, & non inperſonam conſcriptum ſit. Vti in indiuiduo decidit, & *Cyn. Br. Bl. Alber. de Roſ & Albert. Brun. affert. Cardin. Pariſ conſ. 53. n. 86. vol. 3. Rol. à Valle, qui rurſus, huius ſententiæ ſectatores refert, Flor. Anchar. Bl. Calder. Abb. Alex. Aret. Caſtr. Corn. Soſan. & alios conſ. 24. n. 17. & ſeq. vol. 3. Ioh. an. Petr. Surd. conſ. 2. n. 27. vol. 1. ſignor. de Homod. in d. l. cunctos populos. n. 17. & 26. C. de ſumma Trinit. & fid. cath.* 23

Atenim præſens ſtatutum, in perſonas, & quidem Eccleſiaſticas, & non in rem concepetum eſt.

Secundò requiritur: quòd perſonæ ſtatuentes tales ſint, quæ ſtatutum condere poſſint.

Tertiò opus eſt, vt res tales ſint, de quibus fit ſtatutum, vt ſtatuentibus competat, de his ſtatutum condere.

Quartò requiritur, forenſes, ſiue non ſubditos, ad quos, ſtatuti effectum, porrigere conamur, ob id, quod bona in territorio ſtatuentium poſident, priuatos eſſe, & non perſonas, in illuſtri dignitate conſtitutas. Diſpoſitio enim, de non ſubditis, ſeu vt practici loquuntur forenſibus loquens, eas perſonas, quæ in dignitate illuſtri conſtitutæ ſunt, non comprehendit. *Petr. Rebuff. in tr. ſuper concordat. tit. de collect. §. ſi quæ verò v. Cardinal. tum. Barbat. in tr. de præſt. Cardin p. 1. q. 7. circa fin. Hieron. Gig us in tr. de penſion. q. 9. n. 7. & 8. & q. 59. n. 13. & 14. Quintil. Mandoſ. in tr. de reg. Cancell. Apoſt. reg. 19. q. 2. n. 4. Roman. conſ. 494. n. 6. Iaſon. conſ. 117. col. 3. verſ. tertiò principaliter lib. 4. Rupa reſp. 2. n. 4. & reſp. 15. circa fin. lib. 1. Gozadin. conſ. 76. n. 11. & conſ. 101. n. 5. Cardin. Pariſ. conſ. 141. n. 8 vol. 4.* 24

Quinto requiritur, ne ille non ſubditus, & non ſubditus, & clericus ſimul ſit.

Etenim funiculus duplex magis ligat, & impedimenta duo, fortius impediunt. *Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 7. §. 11. gl. 1. n. 3. Saſer. in conſuet. Turonenſ. tit. 25. art. 86. v. tant. qu' ill. art, col. 3. circa med. Coraſ. ad l. admonendi. p. 1. n. 14. ff. de tutelar. text. in auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. l. cum in adoptiuis in pr. ibi Bl. n. 3. C. de adopt. c. 1. iun. gl. ext. de treug. & pac.* 25

Sexto & vltimò opus eſt, ne illud ſtatutum vergat, in imminutionem, libertatis Eccleſiaſticæ.

Quæ omnia hic deſunt. Quare non opus eſt, vt pluribus indicemus, quæ nam hic, conſtituenda ſit collectio.

Rurſus, pondus quoque aliquod, aduerſus hæc, illud non habet: quod attamen ſtatutum, actui formam dans: puta, ſtatuendo: ſi illud, aut illud obſeruatum non fuerit, actus qui geritur, nullus ſit, includat in ſeſe nõ ſubditos quoque. Tradente in indiuiduo *Rol à Valle conſ. 91. n. 23. vol. 3. qui Bl. Anchar. Iaſ. Ruin. Crott. Beroun & Tiraq. in id adducit.* 26

Nam

Nam etsi non eamus inficias, præsens statutum, annullare omnia, quæ contra id, attententantur.

27 Interim tamen, non minus quoque verum remanet illud: quod statutum hoc principaliter, de personis disponat, & secundariò tantùm, illam, quam vocant, actus annullatiuam clausulam, adijciat. Quare rursus, non subditos, sub se non complectetur. Pro vt hoc in indiuiduo decidit *Ioh. Bapt. Caccialup. ad d. l. cunctos populos. n. 89. & seq. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. Surd. cons. 2. n. 42. vol. 1.*

Vt taceam adhæc, reliquos quoque defectus, quæ statuto huic, resistunt.

28 OCTAVÒ: iuris est expressi: quòd nullum statutum laicorum, obliget clericos. *Iaf. ad l. 1. n. 8. ff. de ll. Iaf. ad l. vlt. n. 24. C. de pact. Iason.* * *ad l. filiusfamilias. §. Diui, lect. 1. n. 72. communem dicens & vbi Ambros. de Opiz. on. n. 79. ff. de leg. 1. Col. in tr. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 196. vbi hanc magis receptam testis est Gud. Redoan. in tr. de reb. eccl. alien. vel non. q. 51. n. 121. Signor. de Homod. ad l. cunctos populos. n. 18. & vbi Iohan. Bapt. Sanctoseuer. n. 185. & 190. C. de summ. Trinit. at. Roch. de Curt. ad c. vlt. sect 8. n. 68. ext. de consuet. Ant. Gallens. Mascard. cons. 3. n. 24. communem dicens & cons. 87. n. 50. vol. 1. Cephal. cons. 54. n. 2. Iohan. de Mont. Sperell. cons. 30. n. 1. & cons. 59. n. 9. volum. 1. Alc. cons. 30. n. 1. & cons. 41. n. 3. lib. 2. Surd. cons. 2. n. 14. vol. 1. qui Cardin. Zabarell. Barbat. & Neuiz. an. in id adducit.*

29 Id quod non solùm in statuto, quod personas clericorum concernit: verumetiam in statuto, res eorundem respiciente, verum est, atque obtinet.

Id quod, rursus in specie scriptum reliquêre *Iaf. ad d. l. lex est. n. 8. ff. d. ll. Iaf. ad d. l. non amplius. §. si certum. n. 9. ff. de legat. 1. & DD. plarig., modò adducti.*

30 Siue id generale siue speciale fuerit. Vti in indiuiduo decidit *Surd. d. cons. 2. n. 44. & 45. vbi Ioh. Monach. But. Bl. Abb. Calder. & Barbat. in id adducit.*

Iam verò, ipsa statuti huius litera habet, hoc statutum, etiam ad clericos, in dignitate constitutos, quos prælatos vulgariter dicimus, porrigi deberi:

Nullum itaque erit.

31 Nec obstat: quòd attamen statutum, continens ea, quæ Reipub. sunt salutaria, & aliàs honesta, clericos quoque constringant. *§. vlt. auth. de hered. & Falcid.*

Cùm attamen in huius statuti præfatione, disertis verbis exprimatur, statutum hoc, non nisi boni publici causa, promulgatum fuisse:

32 Nam ad hæc, in promtu est responsio: quod ipsi se. §. vlt. auth. de hered. & Falcid. ad ius Canonicum quod attinet, non obtinet. *tradente in indiuiduo Iason. in l. filiusfamiliàs. §. Diui lect. 1. n. 81. ff. de legat. 1.*

Vndè moribus, quibus hodiè vtimur, in a- 33
nia erunt statuta, quæ laici condunt, respectu clericorum, etiamsi honestissima, & salubberrima quæque Reipub. continerent. Vt est communis opinio *tenentium Card. Paris. cons. 106. n. 2. vol. 3.*

Sic quoque, momenti alicuius illud non 34
est: quòd attamen ex quorundam sententia, laici, statuendo, de dominio personarum Ecclesiasticarum vtili, eis præiudicare possint. *tradente in specie Alex. cons. 9. n. 2. volum. 5. vbi Petr. Anchar. & Paul. de Castr. in id adducit.*

Nam & hæc opinio vera non est. tradente 35
in indiuiduo *Iohan. Campeg. int. cons. Albert. Brunc cons. 2. n. 3 4. vbi Cardin. Zabarell. & Abb. hanc contrariam sententiam tuetur, atte statur.*

Et si cubi vera esset, de clerico subdito, so- 36
ret intelligenda, per superius tradita.

Vt scientes, prudentesque prætereamus, nunc, de dominio vtili, statutum hoc non agere.

Porrò, nec illud quoque, aliquid negocij 37
facesit: quòd statutum laicorum, præcipiens honesta, ad sui obseruantiam, adigat clericos, dummodò expressam, eorum mentionem non fecerit. *Iohan. And. in addit. ad speculat. tit de const §. 1. vers. 8. Lap. alleg. 101. n. 6. & alios in id allegat. Burs. at. cons. 93. n. 24. vol. 1. alios item Surd cons. 2. n. 3. vol. 1.*

Caret enim, hæc theorica, præsuppositis, quibus innitatur. Cùm expressam, clericorum, & prælatorum, mentionem faciat.

Et præterea, alia quoque plura, vt locum sibi hæc traditio vendicet, adesse oportet. Veluti: quod istiusmodi statutum, faueat clericis. *Vti tradunt rursus Burs. at. & Surd. in loco modò adducto, præter illos, quos ibidem nominant.*

Quòd item de clericis, qui sunt de Vni- 39
uersitate, quique ciuium, & districtualium nomine, in fauorabilibus veniunt, statutum loquatur. *vt dilucidè ex Burs. at. d. cons. 93. n. 23. volum. 1. videre est.*

Quæ omnia hîc deesse, ecquis non videt?

Vlterius hæc octaua, conclusio non euer- 40
titur quoque per id: quòd attamen statutum laicorum, quòd proprij commodi, vtilitatisque causa, potissimùm sanciuerant, consistat, irritumque non sit, etiamsi in consequentiam, clericorum ius lædat, damnoque afficiat. *Decius alios in id referens ad c. Ecclesia S. Mariæ n. 55. ext. de constit. Calder. cons. 21. tit. de const. Menoch. cons. 350. n. 6. vol. 4.*

Deest namque, iterum præsuppositum hoc. Cùm totum statutum vbique, de prælatis, & personis Ecclesiasticis loquatur. Itaque rectè dici nequeat, illud in consequentiam tantùm clericorum personas concernere.

Et præterea axioma hoc, intelligi nequit, nisi de clericis, & prælatis, qui sunt ex vniuersitate, vel districtu statuentium.

41 NONÒ: clarissimi quoque iuris est, & commune interpretum placitum: quòd si qui casus possent reperiri, in quibus seculariu̇m statuta, & sanctiones, ad sui obseruationem, astringerent clericos: illud tamen in fauorabili tantùm statuto, obtineat: in illo verò minimè procedat, quod imminutionem Ecclesiasticæ libertatis, secum ferret. *auth.cassa & irrita.C.de sacros.Eccles.c.nouerit ext.de sent. excomm. Crott. ad l. omnes populi. n. 83. & ibi Carculup.n.95.ff. de iust.& iur.Ambros. de Opiz. ad l.filiusfamilias.§.Diui.n.94.ff. de leg. 1. Franc. Marc. decis. Delphin.870.n.2.p.2. Hieron.Schurff.int.conf. Alb.Bruni conf.140.n.23.Alc.conf.30.n.6.lib.2.*

42 Sicuti & hoc, non minùs certum est: quòd omne statutum, quod clericis aliquo modo ea, quæ illis, iure communi Canonico, vel ciuili concessa erant, vel etiam ex priuilegio aliquo, vel consuetudine competebant, adimit, dicatur libertati Ecclesiasticæ aduersum, atque contrarium. *Crott. ad d.l. omnes populi. n. 83.ff. de iust. & iur.Ferdinand. Loaz.,ad l.filiusfamilias.§.Diui.n.159. & ibi Ambros. de Opiz.on.n.84.& 90.Crott.n. 84. ff. de legat. 1. Roch.ad c.vlt.sect.5.n. 21.ext.de consuet.Hieron.Schurff.int.conf.Alb.Bruni. d. conf 140.n.24. Anton. Galeac.Maluas. conf. 105. n.23.Ioh.Pet.Surd.conf.2.n.22.vol.1.*

Iam verò hoc statuto, personę Ecclesiasticę, atque prælati, priuantur eo, quod ius commune, nec non illa obseruantia, quæ ante statutum hoc conditum, vigebat, illis dabat: & è diuerso cogit illos, quos possessores salinarum suarum nolint, in possessione earundem videre.

Sed & prohibet, ne Canonę, qui illis quotannis, in recognitionem, soluitur, adaugeant: quod attamen laicis denegatum non est:

Nullum itaque & inualidum, statutum hoc, meritò censebimus.

43 Etenim certum est, quòd statutum, quod prohibet, quo minus de rebus meis, disponere, pro libitu possim: dicatur libertatem meam, imminuere, ideoque odiosum sit. *Socin. conf. 110.n.12. volum.3.Dec.conf.225.col.2.& 3. Cardin.Parisi.conf.12.n.7.vol.3.*

44 In qua classe, recensendum est, illud quoque statutum, quo contra voluntatem meam, vasallum, Emphyteutam, vel conductorem rei meæ, cogor habere eum, quem nolim. *Iohan. Campegius iur. conf. Alb. Bruni. conf. 2.n.35. arg l.si mandato meo.§.sed si mandauero. ff. mandat. l.vlt.ff. de vsu & habit.*

45 DECIMÒ: vt propius ad rem ipsam accedamus: approbati est iuris, illud: quòd statuta laicalia (vt vocant) impedientia clericos, quominus vti possint, iure suo, adversus conductores rerum suarum, inualidum & nullum sit. *Veluti in specie decidit Hieron. Gabr. conf.37.n.9.volum 2.vbi Bt. Anchar.Dec Alb. & Felin.idem volentes allegat.*

Sic quoque videmus, statutum, quod Bononiæ, & alibi viget, quo tacita inducitur relocatio, nisi locator, tribus mensibus antè, conductori expressim renunciauit, quàm dies. primæ locationi diffinitus, adueniret, ratione clericorum, irritum, & vanum esse, tradentibus rursus in indiuiduo *Crott. ad l. omnes populi.n.83.ff. de iust. & iur. Crott. ad l. filiusfam.§.Diu.n.84.ff.de legat.1.Gabriel. ad l.centurio. n.157.ff.de vulg & pup.Surd.conf.2.n.23.* 46

Cum itaque iustiusmodi statutis, nostrum quoque statutum, iustè accenseatur:

Non video, vt subsistere possit, ad prælatos, clericosque, quod attinet: maximè, cum & aliàs, iuri quoque pontificio repugnet.

Nam cum ius pontificium, expressim sanciat: rem Ecclesiæ, ad vitam vsque concedentis, locari non posse. *Vt est textus in Clement. 1.de reb.Eccles. non alienand.& ex Anchar. Cardin. Imol. Alex. & Dec. tradidit Redoan.in tr.de reb. Eccl. non alien.q.58.n.11.* 47

Quod & in rebus Canonicorum, verum est. *Vt rursus decidit & alios affert Redoan.d.tr.q.5. n.4.q.51.2.n.7 & q.57.n.28.* 48

Item successorem prælati: vti itidem Bl. Alex. Bertachin, & aliorum Doctorum autoritatibus fretus, scripsit *Redoan.d.tr.de reb. Eccl. non alienand.q.57.n.23.* 49

Aut Canonici, non teneri stare, locationę à defuncto factæ. *Redoan.d.q.57.n.41.* 50

Sed è diuerso, locationem definire, atque finiri, morte prælati, vel canonici, etiamsi anni, locationi constituti nondum effluxissent: *Redoan.d.q.5.n.4.q.51.c.2.n.26.& q.57.n.52. vbi Innocent. Host. Iohan. And. Iohan. de Lignan. & Archid. autoritates adducit.*

Hoc econtrario statutum, expressè disponit: omnem clericum, qui salinas suas, cuiquam semel, vt possideret tradidisset, ad id præstandum, donec viueret, omninò teneri.

Nec obstat, quòd tamen, illæ salinæ, nunc temporis, pœnes Illustris. Dom. N. sint: non autem amplius, ad prælatos, vel clericos pertinent.

Nam, cum hoc statutum, ab initio non valuerit, qui fieret, vt tractu temporis, robur acciperet.

Nec enim, quod ab initio nullum erat, tractu temporis, conualescere potest. *c. non fit-* 51 *matur, & c. non præstat. de reg. iur. lib. 6. l. quod in initio. ff. eod. est. Herculan. in tr. de attent. c. 30. n. 21.*

Et principio corrupto, sequelam non corrumpi, impossibile est. Vt dicit *Marc. Anton.* 52 *Blanc. in tr. de Comprom. q. 2. sub n. 43. vers. accedat.*

Vt taceam, hasce salinas, etiam hodie adhuc, proprietatis respectu, licet Illustr. Dom. vratur eis, ad Cœnobium N. spectare.

Et

Et præterea, exemplum Illustriss. Ducis B; vtpote cuius Ill. Cels. etiam salinis, quæ olim ad Cœnobia spectarant, fruebatur: satis, superque ostendere, statutum hoc, ne viros Principes quidem, quorum ius, à prælatis deriuatur, ex obseruantia insecuta attingere.

53 Quippe obseruatio insecuta, dubitationem omnem tollit. *Felin.ad c. cum M. n. 8. ext. de constit. Cravet. cons. 201. n. 11. Cephal. cons. 331. n. 31. Iohan. Vinc. Honded. cons. 6. n. 32. volum. 1. Ioh. Bapt. Ladercb. cons. 107. n. 15. lib. 1. Iohan. Petr. Surd. cons. 140. n. 43.*

54 Maximè si ea introducta fuerit, facto personæ Illustrissimæ. Per trad. *Cravet cons. 895. n. 24. & in resp. pro Gener. 1. n. 109. n. 176. & n. 205.*

55 Sed & obseruationem, præscriptam esse, non oportet. *Paul. de Castr. cons. 347. col. vlt. lib. 1. Cravet. cons. 118. n. 2. & cons. 766. n. 8. Menoch. cons. 21. n. 15. Surd. cons. 140 n. 45. Cephal. cons. 320. n. 32. Burfat. cons. 182. n. 31. lib. 2. Iohan. Vinc. Honded. cons. 52. n. 69. vol. 1.*

Quòd si VNDECIMÒ: sub hoc clypeo, tuti esse vellent, Magistri salinarum oppidi N. quod suo statuto, non ipsos clericos, sed conductores tantùm, salinarum eorundem constrinxisse: non tamen ne hoc quidem pacto, euasuri sunt:

56 Nam iuris est non ambigui: statutum, quod non obligat clericos, nec conductores, rem eorum, obstringere, aut obligare. Vti in specie decidit *Br. cons. 187. n. 1. & per tot. vol. 1. Felin. ad c. Ecclesia S. Mariæ. n. 114. vers. secundum exemplum. ext. de constit. Guid. Pancirol. cons. 49. n. 5. volum. 1.*

DVODECIMÒ: esto, obligatum esse Illustrissimum Dominum N. ad statuti, de quo res est, obseruantiam: ideoque partem aduersam intentionem, vt vulgari more loquamur, fundatam habere ponamus.

57 Cum iuris sit clarissimi: quod allegans statutum, in loco, statuentibus subiecto, fundatam intentionem habeat: *Bl. in l. Insulæ Italiæ. ff. de iudic. Bl. ad Rubr. q. 22. C. de contr. emt. Castr. ad l. 1. in pr. ff. de acquir. poss. ff. Decian. cons. 17. n. 12. volum 5.*

58 Quodque sufficiat, allegasse statutum, causæ suæ inseruiens. in id, vt reportare quis, causæ victoriam possit. *Vti ex Signor. Br. & Bl. rursus decidit Decian. d. cons. 11. n. 3. vol. 5.*

59 Etenim, vbi statutum habemus, vlteriùs inuestigandum non est *Iohan. Petr. Surd. cons. 58. n. 3. & cons. 100. n. 13. vol. 1.*

Non attamen, & hæc quidem allegatio, proderit quicquam. Nam non adsunt istæ qualitates: quæ statutum adesse debere, præcipit.

Nam cum statutum velit, vt salinæ siquidem alijs concedi non debeant præsentibus possessoribus concessæ sint, vel ad vitam vsq; vel ad certos annos, quodque anni, contractui dicti, nondum effluxerint: nihil tale vel à senatu oppidano, vel à salinarum Magistris, vel ab ipsa parte, edoceri hactenus potuit.

Quæ itaque efformanda sit ratiocinatio, 60
omnibus iam constare, arbitror: nempè: quòd non sufficiat, de statuto fidem fecisse; nisi quoque simul fides, de omnibus qualitatibus, & præsuppositis statuti fiat. *Tiber Decian. cons. 17. n. 7. vol. 2. cons. 72. n. 28. vol. 2. cons. 57. n. 2. volum. 4. & cons. 75. n. 1. volum. 5. Anton. Galeat. Maluas. cons. 123. n. 1. volum. 1. Cephal. cons. 5. n. 6. & cons. 258. n. 68. Cardin. Paris. cons. 20. n. 44. volum. 2. Cravet. cons. 848. n. 4. Alc. cons. 20. n. 7. lib. 2.*

Et quòd ibi tantùm, statuti dispositio con- 61
ueniat, vbi verba eius, casui, de quo res est, adaptari possunt. *Vincent. Saluiol. ab Och. ad Rubr. n. 95. ff. sol. matr. Dec. cons. 45. n. 2. cons. 71. n. 7. & cons. 11. n. 1. volum. 5. Cardin. Paris. cons. 49. n. 62. volum. 3. VVesenbecc cons. 5. n. 43. Maluas. cons. 87. n. 54. Hieron. Gabr. cons. 18. n 33. vol. 2.*

DECIMOTERTIÒ, & vltimò, illud 62
quoque certò constat: quòd statutum, rantum disponat, quantum loquitur, & non vltrà. *Iaf. in l. quæ de legato. n. 32. ff. de leg 1. Tiber Decian. cons. 43. n. 3. vol. 2. cons. 13. n. 13. vol. 3. Menoch. cons. 187. n. 49. vol. 2. Anton. Galeat. Maluas. cons. 74. n. 6. Cephal. cons. 277. n. 27. & cons. 329. n. 14.*

Et quòd statutum, non debeat extendi, 63
vltra casus in eo expressos. *Decian. cons. 15. n. 20. vol. 4. & cons. 10. n. 26. volum. 5. Iohan. de Monte Sper. cons. 15. n. 6. vers. tamen. vol. 1.*

Quòd denique casus, à statuto omissus, 64
sub dispositione, iuris communis remaneat. *Iason. in d. l. quæ de legato. n. 32. ff. de leg. 1. Cephal. cons. 323. n. 28. VVesenb. cons. 47. n. 39.*

Iam verò præsens statutum, de nostro casu, nihil disponit:

(Non enim, ne verbulo quidem, attingit illum casum, de principibus viris, Cœnobia in territorijs, ditionibusque suis, post Religionem Reformatam instauratam, possidentibus:

Sed nec, de eo casu aliquid habet, cum salinarum possessores, se emphyteutas, tantum esse confitentur: at interim, renouationem inuestituræ, iusto tempore, petere cessant: aut canonem, per triennium integrum non dissoluunt: aut rem emphyteuticam, emphyteuseos Domino inscio, alienarint, aut denique instrumentum emphyteuseos, vocati etiam, exhibere recusant.)

Rectè itaque dicimus, hosce casus omnes, ex iure communi scripto dirimendos: proindeq; licitum esse, Domino rei emphyteuticę, aut, q verius est, rei conductæ: istiusmodi emphyteutas, aut cõductores immorigeros,

propria autoritate expellere,eosq; re emphyteutica, vel locata priuare.

Quare, vt hunc tandem articulum absoluamus, omninò concludendum esse censuerim, statutum oppidi N. sub se non comprehendere,Illustris.Domin.N.sed & idem statutum,alienum,& diuersum planè esse,à nostro casu.

II. QVAESTIO.

Ad SECVNDAM, quod attinet quæstionem, haud inuitus fateor, si res adhuc esset integra, & tertij illius inuestitura, iam non accessisset : pars item aduersa, paratam se esse,ostenderet,ad faciendum ea,quæ ipsi incumbebant : non esse dissuadendum,quin senatus ciuitatis N. precibus, nonnihil concederetur. Eccur enim Illust.Dom.N. odia inferiorum etiam, quàm ciuitas N.est, sibi ac-
65 cerseret ? Cum pax colenda sit cum omnibus. Vt dicit *speculat.in tit.de arbitr.§.ostaudò.versf. sed nunquid amicabile. Prosp. Farinac.in pr.crimin q. 15.n.11. Gerard.Mazoll.conf.20.n.11.vol.1.*

Et si re adhuc integra, hac de re fuissem interrogatus, id omninò suasissem.

Iam verò, cùm aliud, longeque diuersum, inuestitionum literæ ostendant : Illustris. Domin.N.præcisè sese obligarit, ad rem tradendam,quodque hunc nouiter inuestitum, debeat defendere, aduersus impetitiones, omnium, & quorumcunque : is item nouè inuestitus, è diuerso, fidelitatis iuramentum, iam dudum præstiterit,laudemiumque persoluerit : sed & idem Illustris. Domin.N. ad senatum ciuitatis N. antehac perscripserit, ni illi,qui se etiamnum harum salinarum possessores iactitant, inuestitionum literas produxerint,de quibus tantopere gloriati fuêre, illos intra quatuordecim dies, post exhibitum rescriptum Illustris,Dom.N.salinis istis priuatum iri.

Non video, vt ab ijs, quæ semel placuerant, resilire Illustris. Domin. N. iustè amplius possit.

Quinimò censeo, in id potius enixè elaborandum, vt pactorum placitis, vndique satisfiat.

Id namque video velle, ipsam honestatem, exposcere item,ipsum ius, atque æquitatem.

66 Nam PRIMÒ: illud constat :quod omnis princeps obligetur ex contractu, siue illum inierit cum subdito. *Cyn.in l. digna vox.n.2.ibi Br. n.1.Bl. n.4. C.de ll.Iaf.ad l.1.n.2.ibi Garc.n.13. Cost.al.in pr.ff. de Pact. VVesenb. in tr.feud. c.1.n.9. Marc.Anton Peregr.in tr.de iur. fisc.lib.1.tit.2.n.58. Cæsar. Lambertin. in tr. de iur. patron. lib.1.p.1.q. princip.9.art.2 n.8.Iacob.de S.Georg.in tr.feud.in v. princeps.n.4.Thom.Gram.dec.62.n.26.Schrad.in tr. feud.p.9.c.7.n.16 2.Cels.Hugo.conf.26.n.26.& 30. Iohan. Gallec. int. conf. feud. diuers. conf. 2. n. 132. Abert. Robert. int. conf. feud. diuers. conf. 32 n. 2. Carol. Molin. conf. 41. n. 10. Iacob. Omphal. int. conf. diuers. conf. 30. n. 20. vol. 1. & conf. 12. n. 10. vol. 3. Mynsing. conf. 98. n. 7. Guilh. à Petr. conf. 7. n. 1. & alij sexcenti, quos comportauit Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de iur. quæs. non toll. concl. 5. n. 54.*

Iam verò hîc, verum,genuinumque contractum, inter Illustris. Dom. N. & N. initum, habemus, siue hunc locationem ad vitam, siue emphyteusin dixerimus. Vtrumque enim contractus est.

Vt de locatione ad vitam, satis constat, 67 *ex traditis Mozz.in tr. de contract. Rubr. de diuis. loc. & conduct. n. 9.*

De emphyteusi verò, *ex Aluar. Valasc. in tr. de* 68 *iur. emphyt. q. 1. n. 1. & seqq.*

Nihil itaque restat amplius,quàm vt dicamus Illustris. Dom. N. ad contractum adimplendum, pro sua quoque parte, omninò teneri, maximè cum alter contrahens, illum iam planè adimpleuerit.

Grauissimum enim est, si personæ in Illu- 69 stri dignitate positæ, fidem contractus, non obseruarint. *Gail. obseru. 27. n. 29. lib. 2. Aud. ab Exea, in tr. de pact. n. 383. Tonning. decis. 13. n. 34. Borch. in tr. de pact. c. 2. diuis. 2. n. 33. Bocer. in contractus. c. 1. n. 9. ff. de reg. iur.*

SECVNDÒ: si vti conuenerat, possessio salinarum, & quidem vacua non tradatur : prohiberi N. non poterit, quominùs aduersus Illust. Dom. N. actionem instituat, vtque possessio vacua tradatur, vel saltem ad interesse agat.

Propterea, quòd iuris sit, haud incerti : 70 quòd & conductori, competat actio aduersus locatorem, vt re conducta, vti, fruique liceat. *tradente Mozz. in tr. de contract. Rubr. de act. locat. & coud. n. 5. Ioh. Crisp. de Montib. in tr. de term. act. rubr. 148.*

Vel vt intereſſe præstetur. *Placentin. in tr. de* 71 *variet. act. lib. 2. tit. 24. vers. actio conducti.*

Et emphyteutæ, aduersus Dominum em- 72
phyteuseos, conditio ex moribus detur, vt rem, quemadmodum in contractu conuenerat, siquidem rei tradendæ facultatem habet, *per trad. Matth. de Affl. in præud. feud. Ysub n. 72. Mozz. in tr. de feud. rubr. quæ act. det. ex feud. n. 7. Tiraq. de vt. retr. p. 2. ad fin. tit. n. 56. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 74. n. 6. Martin. Pastor. q 29. n. 2. lib. 2.*

Tradat: *Placent. in d. tr. de variet. act. lib. 2. tit. 8. in fin. Iulian. Clar. recept. sententt. §. emphyteusis. quæst. 47.*

Aut rei tradendæ, facultate non suppeten- 73
te, interesse saltem præstet. *per trad. Roseuth. in Synopf. p. 2. cond. 29. n. 11. vbi Iacob. de Beluis. Belz. Aluarotes. Schenck. & Capyc. in id adducit.*

Hoc nunc si fieret, dedecus summum, admissum iri, video. Nam & inferiorum ordinum homines, si pacta conuenta, clara, atque d. luci-

dilucida sont, non facilè iudicem adeunt, sed vt alio pacto, fidem datam liberent, omninò
74 sunt soliciti. Ad omnes enim, cum primis verò ad principes viros pertinet: hoc agere, ne fiant irrita, quæ processêre, ex labijs eorum. Veluti de principe tradiderunt *And. ab Exea in tr. de pœn. n. 455. Dec. in l. nemo potest mutare, n. 3. ff. de reg. iur. Coler. in tr. de proces. execut. p. 1. c. 10. n. 90. Dauth. ad l. 3. §. ex imperfecto n. 2.* C. *de testam. Hipp. de Marsc. cons. 32. n. 30. Menoch. cons. 378 n. 29. Schrad. in tr feud. p. 10. sect. 1. n. 60.*

75 Quid ? quòd omninò de victoria litis desperandum sit. Cum constet res liquidas, sine remora vlla, executioni demandandas. *teste Frider. in tr. de proces. extrah lib. 2. c. 59. n. 1.*

76 Liquida item ea dici, in quibus apparent, certi contrahentes, certa causa, certa fides, & probatio *Frider. d. c. 59. n. 2.*

Quæ omnia hic prætiò sunt, dummodò inuestitionum literæ, quæ N. ab Illustr. N. habet, semel tantùm in iudicio producantur.

Tertiò illud quoque, in consideratione venit, quod vt antea commemorabam*, Illustriss. Dom. N. ad senatum ciuitatis N. iam præscripserit, præsentes Detentatores salinorum eius, ijs, ipso facto, priuatos esse debere, vi literarum, quas ad senatum, iam dederat, ni intra quatuordecim dies proximos, ad se inuestitionum literas misissent.

Actum itaque esse videtur, de autoritate Illustriss. Dom. N. si comminationes hasce non fuerit executus: & insuper nouè Inuestitutor, ad senatum ciuitatis N. vt iudicium ibi subeat, ire iusserit.

77 Scimus enim omnes, quod nisi autoritas executionis, commination ibus iuncta fuerit, ea, quæ quis comminatur, præcipit, vel mandat, facilè, cum mira Reipub. labefactatione, spernantur. *arg. l. metum. & quæ ibi DD. communiter traduni. C. de his quæ vi met. caus. fiunt.*

Quartò: vti ad me allatum est: nouè hic inuestitus N. fidelitatis iuramentum iam præstitit, inque eo, iurato promisit, se coram nemine alio, nisi tribunali Illustriss. Domin. N. harum salinarum nomine, staturum.

Non itaque perspicio, quo pacto, illuc remitti possit.

78 Nam si is vltrò, & suapte sponte, ciuitatis N. senatores, harum salinarum causa, adijsset: amisisset iam ipso iure, emphyteusin suam. Pro vt hoc, quod vasallus, vel emphyteuta, qui iurauit, se coram nullo alio, quam feudi domino, vel emphyteuseos litigaturum: feudum, vel emphyteusin, etiamsi nulla præcesserit admonitio, vel interpellatio amittat: si hoc iuramento insuper habito, alium iudicem adierit: *tu indistinctè docet Schrader. in tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 50.*

Quòd cum ita sit, iure quoque ab Illustr. Dom N. cogi non poterit, vt coram alio se Iudice sistat.

Etenim à pari regulariter, iudicantur, Dominus & Vasallus *c. 1. qualit. Dom. propr. feud. priuet. Curt. in tr. feud. p. 1. p. p. 3. n. 16. Syluan. in tr. feud. q. 20. n. 2. Vvesenb. in tr. feud. c. 8. n. 8 Sanch. in tr. feud. p. 10. n. 2. p. 13. n. 70 Borchelt. in tr. feud. c. 8. n. 33. Gad. lib. 2. de pac. pub. c. 15. n. 11.* 79

Quodque consequens est, emphyteura, & Dominus emphyteuseos. Cùm à feudo, ad emphyteusin, firmum deducatur argumentum. *Euer. in top. in loc. a feud. ad emphyt. n. 1. Afflan. Clement. in tr. de pat. pot c 5. n. 57. Menoch in tr. de remed. poss. adip. remed 4. n. 387. Turaq. in tr. le. mort. p. 4. declar. 6. n. 2. Cather. decis. 53. n. 16. Odd. in tr. de rest. in int. q. 98. n. 6.* 80

Quintò: quantum mea fert sententia, neminis, præterquam Illustr. Dom. N. causæ huius cognitio, esse potest.

Nam vt superiùs quoq; adducebatur: senatus ciuitatis N. & ipsa quoq; aduersa pars, falsa est, & quidem in scriptis, supremam, infimamque iurisdictionem, harum salinarum, ad Illustriss. Domin. N. pertinere.

Rationis itaque non est, dicere, ad alium, earum controuersiarum, quæ ob salinas hasce exoriuntur, cognitionem spectare, quàm ad Illustr. Dom. N.

Quid enim aliud est iurisdictio, quàm po- 81
testas quædam, de publico introducta, cum necessitate, iurisdicendi, & æquitatis statuendæ ? *Br. ad l. 1. n. 3. ff. de iurisd. om. iud. Br. in l. imperium n. 2. & ibi Vallasc. n. 1. ff. eod. tit. Azo. in summ. C. eod. tit. Paul. de Ornm. ad rubr. n. 9. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Pract. Pap. in for. lib. in act. confess. in v. plenam & omnimod. iurisd. n. 1. Hieron. à Mont. in tr. de fundo. c. 11. n. 1. Ale. Paradox. lib. 5. c. 16. n. 6.*

Nam aliud si sentiremus, efficeretur hinc, iurisdictio quædam habitu, non autem actu ipso, competens. Qualem iurisdictionem viros principes habere, nouum, atque inauditum est. Quippe istiusmodi iurisdictio, Iud. 82
cum chartulariorum, siue notariorum tantum est.

Hi enim & non principes, iurisdictione habitu tantum, fruuntur. *teste Ludouic. Burgef. in l. si se subjiciunt n. 89 ff de iudicijs.*

Equidem non sum nescius, hac in parte le- 83
gumlatores prospexisse: ne in causa inter emphyteutam, & tertium exorta, iudex competens, esset Dominus Emphyteuseos: sed Iudex ordinarius loci illius, in quo bona sita sunt. *tradentibus in iudiciduo Iaf ad l. 1. n. 73. C. de iur. emphyt. Myns. obs. 95. cent. 4. Gail. lib. de pignorat. c. 7. n. 7. Frider. in tr. de proces. extrah. lib. 1. c. 11. n. 7. Aluar. Valasc. in tr. de iur. emphyt q. 39. n. 14. Ludouic. Roman. cons. 21 2. n. 6.*

Quod & in emphyteusi Ecclesiastica, ve- 84
rum est: *Mynsing. & Valasc. in loc. modò adducti.*

Sed id, mihi momenti alicuius esse, non vi- 85
detur, cum hæc doctrina intelligi tantùm possit, de tali Domino emphyteuseos, qui omni,

rei

rei emphyticæ iurisdictione, caret. Quæ ratio hic diuersimodè sese habet, quare diuersum quoque ius, hic constituendum erit. *l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. Flamin. de Rub. cons. 1. n. 53. & cons. 18. n. 10. vol. 1.*

Et præterea, hic, vterque litigans, emphyteuta Illustris. Dom. N. est, & neuter horum, ceu tertius, iudicari potest.

86 Sic quoque illo non moueor: quòd attamen princeps in ciuitate, quam sub protectionem suam receperat, iurisdictionem nullam habeat. *tradente in individuo Alb. Bruno cons. 86. n. 4. Frider. in tr. de processib. extrah. lib 2. c. 14. n. 4. vbi Gail. & Schurff. allegat.*

Nam huic obiectioni, fallacia, non causæ, vt causæ ineat. Non enim causam iurisdictionis, Illustris. Dom. N. pono protectionem, quæ illi, super sæpiùs dictam ciuitatem, est: & interim compatiuntur sese, quòd certus quidam princeps, fruatur protectione, certi alicuius loci, & interim nihilominus, certorum bonorum intuitu, iurisdictionem inibi quoque habeat, veluti ipsimet Aduersarij, in præsentia non diffitentur.

87 Ineficax itaque plane hæc erit obiectio. Cum notissimum sit: quòd vitiosæ fiant argumentationes, ob vitium fallaciæ non causæ, vt causæ, in illis inhærens. *Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. vers. & sic.*

Et vt summatim rem complectar, etsi omninò in casu dubio, adhuc veriaremur: cognitio tamen causæ, eatenus Illustris. Dom. N. nihilominùs erit, vt videat, an competens, huius causæ iudex, nec ne sit.

88 Obsecuri enim iuris non est: quòd Iudex, cuius forum declinatur, cognoscere possit, an sua sit iurisdictio. *l. 2. & ibi Br. lect. 1. n. 3. & lect. 2. n. 3. ff. si quis ius dic. non ob temp. l. si quis ex aliena. & ibi Br. ff. de iudic. Felin. in c. si quis clericum sub n. 3. ext. de for. comp. Felin. in c. cum super. n. 18. ext. de refer. And. Gail. obs. 34. n. 1. lib. 1.*

89 Quòd item, si ita apparuerit, competentem se esse, pronunciare possit, *Tason. ad l. 2. n. 38. ff. si quis ius dic. non obtemp. Schrad. in tr. feud. p. 10. in præamb. n. 38. & sect. 1. n. 144. vbi Br. Curt. Iunior. Tas. Angel. Alex. Abb. Imol. Felin. & Vant. in id adducit.*

90 Formare namque ita, sententiam poterit: das Beclagter von vns / im Rechten still zustehen schüldig. Veluti videre est, *apud Zanger. in tr. de except. rubr. de except. incomp. n. 47.*

91 Sextò idèo quoque Illustris. Dom. N. autor esse nequeo, quòd nouè inuestitum, ad senatum ciuitatis N. temittat, quòd videam, si hoc fiat, ipsum non solùm ad collegij statuta alligari: verum etiam iurisdictioni eorundem subijci? Cum paria sint, statuto loci alicuius alligari, & iurisdictioni eiusdem subijci tradente in individuo *Surd. cons. 59. n. 20. vbi Cardin. Felin. & Nattam in id adducit.*

Atenim remissio hęc ex alio fundamento, quàm statuti illius, de quo suprà vidimus, oriri nequit.

Vt in præsentia taceam, de præiudicio, quod principibus, & alijs principum iure ventibus, qui quoq; salinas, in ciuitate N. possident, inferretur, siquidem Ill. Dom. N. ad remissionem petitam, annueret.

Quare hoc fieri, consultum non est. Scandalis enim, obuiandum est. *c. nihil cum scandalo & ibi Felin. ext. de præscript. element. 1. de off. ordin. & element. 1. de immun. Eccl. Neuiz. cons. 12. ant. cons. Alb. Bruni n. 185.* 92

Seqvitvr, & vltimò, idipsum ideò dissuadere cogor: quòd iuris sit expressi: quòd retractatio actus, quoddam pœnæ genus sit. *c. si religiosus de elect. lib. 6. l. senatus. ff. de contrab. emt. gl. in c. decet. in v. processus. de immun. Eccles. lib. 6. Abb. in c. vlt. ext. de fer. Felin. in c. cognoscentes n. 3. ext. de constitut.* 93

Absurdum autem admodum, valdeque indecens est. Ill. Dom. N. à tali ciuitate, quæ ne inter Imperij status quidem, connumeratur, in ijs quæ gesserat, propemodum syndicari. Facile enim præsagiri possumus, qui ibi, litis huius, futurus euentus sit.

III. QVAESTIO.

Quare vt nunc ad remedia accedamus, quibus effectum dari posit, id, quod inuestitionum literis, Illustris. Domin. N. promiserat: offert se inter ea primum, repressaliarum remedium.

Stat enim extra controuersiam omnem: quòd iusticiam denegatam, vel saltem protractam, repressaliarum vsus, licitus, atque permissus sit. Veluti in specie decidunt *Coler. in tr. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 271. Kinch. ad priuil. Saxonic. mihi fol. 162. Frider. in tr. de process. extrah. lib. 1. c. 49. n. 1. Wesenb. cons. 45. n. 20. & 21.* 94

Atenim Ill. Dom. N. pluribus iam vicibus, ad senatum oppidanum scripserat, vt vel illum, quem is nouè inuestierat, in salinas immitteret: vel partem aduersam, cogeret, quòd illas literas inuestitionum, quas pœnes se habere gloriabatur plurimum, vti deceret, exhiberet. Quorum tamen neutrum senatus, etsi maximè debuisset, præstitit.

Nec obstat, quod attamen in id, vt repressaliæ licitæ atque concessæ sint, opus sit, damnum, & iniuriam grauem, illatam esse. tradente in individuo *Frid. d. lib. 1. c. 49. n. 2.* 95

Cùm interim hic, de duabus tantum salinis, quę maximi adhæc precij nõ sunt, res sit.

Nam non tam respiciendum est ad iacturam rei familiaris: quàm ad contemtum, & despectum, quo Ill. Dom. N. ab ijs, qui illi ob protectionem maximam reuerentiam debent, afficitur: atque hunc satis causæ esse, vt ad repressalias accedamus, putarim. Etenim contemtum puniri, iustum est, quo iudici contemto satisfiat. *text. in c. Episcop. de priuil. lib. 6.* 96

Sed

97 Sed & contemtus probatur eo ipso, quod is, qui monebatur, vt à præsumtionibus desisteret, monitiones aspernatur, & vti cœperat, pergit. *c. si celebrat ext. de cleric. excom. minist. Dominic. de S. Gemin in c. Metropolitanum. 2. q. 7. Masc. in tr. de probat. concl. 433. n. 4.*

98 Et denique maximum peccatum est mandato superioris, non obœdire. *c. sciendum. 8. q. 1. sac. c. 2. ext de maior & obœd. Iaf. in l. si prius sub n. 32. vers. item maximum. ff. de no. op. nunc.*

99 Sic quoque leuiusculum illud est, quod attamen princes, superiorem recognoscens, propria autoritate, repressalias, indicere non possit. *Br. in tr. de repressal q. 1. n. 4. Frider. Schenck. à Tautenb. ad c. 1. §. illud. n. 4. & 5. quæ sunt prim. cans. Coler. d. tr. de process. execut p. 1. c. 2. n. 271. Frider. in tr. de process. extrah. lib. 1. d. c. 46. n. 1.*

100 Quodque ob id, in Romano Imperio, nisi Imperatoris autoritas accesserit: tradente in indiuiduo *Coler. d. p. 1. c. 2. n 279. per Ordinat. Camer. p 2. tit. 1. §. vlt. & tit. 26. per tot.*

101 Nemo, etiamsi is princeps Elector Imperij fuerit, repressalijs vti possit. *Coler. in indiuiduo d. p. 1. c. 2. n. 279. per d. Ordinat. Cam. p. 2. tit. 1. §. vlt. & tit. 26. per tot.*

102 Imperatores autem, etiamsi sæpiùs petitum fuerit, repressalias indulgere non soleant *teste Gail. de piguerat. obseru. 2. n. 3. Coler. d. c. 2. n. 283. Kinch. ad pruil. Saxonic. mihi fol. 162.*

103 Nam quicquid eius rei sit, aliud video, per obseruantiam introductum: pro vt, vsurpare solere Electores Imperij, etiam Imperatoris concessione non impetrata, repressalias, in specie attestatur *VVesenb. conf. 45. n. 3.*

104 Et apud nos in Marchia Brandeburgica, duo extant exempla recentiora, vt alia adducere, supersedeam: vbi Elector Brandeburgicus, petentibus Francofurtensibus ad Viadrum, anno 76. aduersus vrbem Sedinorum Pomeraniæ, & rursus anno 77. petentibus VVitstochienſibus, aduersus Ducum Megapolensium subditos, Cæsare inscio, & eius Maiest. Cæsar. venia non petita, repressalias indixit.

Nec dubito, quin alibi alia, extent huius rei exempla. Quæ recensere consultò omitto.

Quod si omninò, superioris requisitio facienda esset: non attamen hic Cæsar: sed Dux N. Vti superior ciuitatis immediatus, foret requirendus.

105 Nec enim dubium est, quin immediatus, potius ius mediato in subditum habeat. Ideoque ad eum, & non mediatum, recurrendum est. *Schrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 59. arg. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup.*

Verum enimverò, etsi hæc vera esse non abnuam: satius tamen esse censeo, ab vsu, huius remedij, adhuc se abstinere. Video enim hoc extremum quasi esse, ad quod tùm demùm recurrendum sit, si reliqua remedia omnia, inania atque inefficatia fuerint.

Sunt enim repressaliæ, belli species *Br. in tr. de repress. q. 1. nu. 5. & q. 6. n. 7. Martin. Laudens. in tr. de repress. in pr. nu. 4. 5. & 6. Coler. in tr. de proces. execut. p. 1. c. 2. n. 269. Kinch. ad pruil. Saxonic. d. fol. 162. VVesenb. d. conf. 45. n. 9.* 106

Vnde ijs, in subditos, continuò grassandum non est, etiamsi à debitore iusticia, impetrari nequeat. *Vti ex Henning. God. traditum reliquit VVesenb. d. conf. 45. n. 24.* 107

Quamobrem SECVNDÒ, illud, huic negocio, magis accommodatum videtur remedium: si vtraque pars, vt causæ cognitionem, coram tribunali Illustriss. Dom. N. subeat, euocetur.

Nam etsi Aduersa pars, forum Illustriss. Domin. N. declinare conetur: dubium attamen non est, quin hanc fori declinatoriam exceptionem, cogatur, coram Illustriss. Dom. N. interponere: quodque ipsi Illustriss. Dom. N. adhibito sapientum in Academijs consilio, cognoscere deineeps possit, an sua sit iurisdictio.

Quod si eius iurisdictionem esse, post deinde constiterit (veluti apud me dubium non est) poterit postea, etiam in negocio principali, diffinitiue pronunciare: & deinde superiorem illius. Ciuitatis immediatum, vel etiam ipsam Cameram Imperialem, si superior immediatus defes fuerit, requirere: vt sententiam, quam Illustriss. Dom. N. pronunciarat, executioni mandet.

Etenim controuersi iuris non est: quod Iudex, cuius causæ erat cognitio, si bona, ob quæ agebatur, alibi sita sint, Iudicem territorij possit requirere, vt sententiam à se dictam, exequatur. *l. à Diuo pio. §. sententiam Romæ. & ibi Iason in fumm. & n. 1. & DD. communiter. ff. de re iudic. Mynſ. obseruat. 68. cent. 3. Couarr. pract. quæst. c. 10. n. 2. vers. sed & apud. Gail. obseruat. 113. n. 16. lib. 1. & lib. 2. de pac. pub. c. 17. n. 32. & 35.* 108

Quòd item, si is Iudex requisitus executionem nihilominus distulerit, ad id, per superiorem, posit compelli. *Iason. in d. §. sententiam Rom. n. 19. Richard. caut. 61. Couarr. pract. quæst. c. 10. d. n. 2. d. vers. sed & apud. Menoch. in tr. de rem. poss. adip. remed. 4. n. 411. Arnold. de Reyer. disput. 8. thesi 30.* 109

Quòd si, hoc quoque remedium displicuerit (etiamsi hoc vti, satius longè sit, quàm si senatus ciuitatis N. petitionibus, Illustriss. Dom. N. autem præberet) illud TERTIVM remedium esse poterit: si Illustriss. Dom. N. parti aduersæ diem dixerit, eamque emphyteusi sua, vel re locata, per sententiam priuarit.

Nam

Nam hoc pacto, negocium Illustris. Dom. N. cum ipsa ciuitate, non erit, sed cum aliquibus tantum, ijsdemque priuatis hominibus.

Neque verò verendum est, ne non causæ priuationis, hîc adsint iustissimæ.

Nam siue demus, illos aduersarios conductores tantùm, in longum tempus esse: siue emphyteutas eos, constituamus: non minus tamen hoc, quàm illo casu, iure suo priuari, commeriti sunt.

Nam, quòd attinet ad locationem in longum tempus, etiamsi hoc longum tempus, nondum esset elapsum: nihilominus tamen
110 obtineret illud: quòd locationem regaliorum, in tempus longum, vel perpetuò etiam, factam, reuocare possit, princeps successor. Vti in indiuiduo docuit *Aluar. Velasc. in tr. de iur. emph. q. 29. n. 18. & Carol. Rutn. conf. 91. n. 11. volum. 1.*

Atenim hîc, de bonis ad regalia pertinentibus, locatio celebrabatur: Illustris. item Dom. N. successor est eius, qui locationem fecisse dicitur.

111 Eodem quoque modo, iura vlterius prospexerunt: quòd conductor, siue colonus, consestim ac pensionem non soluerit, tempore debito, atque consueto, possit ejici, atq; repelli. *l. adem. & ibi Dr. C. locat. l. quæro. §. inter. & ibi Fulgos. in fine. ff. eod. tit. Ceph. in l. cum domini in pr. ff. locat. & est recepta opinio. vti Ioh. de Imol. Abb. Antonde Butr. Capr. Anan. Roman. Iaf. Dec. & Rimin. adducti, attestatur Velasc. in d. tr. de iur. emphyt. q. 21. n 1.*

112 Quo iure, eatenus quidem vtimur, vt id, etiam autoritate propria, & Iudice non adhibito, fieri possit. *Vt obsistere. C. de emt. & vendit. lib. 10. traduntq; rursus Iaf. ad l. 2. n. 100. C. de iur. emphyt. Laurent. Syluan. in tr. de feud. recogn. q. 23. n. 48. Borch. in tr. feud. c. 30. n. 30. Schrad. in tr. feud. p. 9. sect. 9. n. 17. & alij ab Aluar. Vel. adducti in tr. de iur. emph. d. q. 21. n. 2.*

Enimuerò hîc aduersarij, per triennium integrum, nec obolum quidem, pensionis nomine obtulerunt: tantoque minùs dissoluerunt.

113 Nec obstat, quòd tamen ex aliquorundam sententia, Iudicis requisitio, vt rectè peragatur expulsio, sit necessaria. Veluti sentire videtur *Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 79. & ipse Velasc. d. q. 21. n. 2.*

114 Hi enim & si qui præterea alij, adduci possint, omnes de locatore priuato, iurisdictioneque carente loquuntur. Vnde decisio eorum aliena est, à casu nostro, vtpote in quo, Illustris. Dom. N. iurisdictione super re conducta, vtitur fruitur. *Veluti superius est, demonstratum.*

Sed & hîc, sententiam priuationis, Illustr. Dom. N. tantùm proferre: executionem verò illius, illis committere vult, quibus eam faciendi, potestas à iure data est.

Sic quoq; rationis nihil, habet illud: quòd 115
attamen alio iure, in conductore, ad longum tempus, vtamur, quodque is non eijciatur, nisi per biennium, vel triennium, soluere, rei conductæ pensionem cessarit. Veluti expressè decidunt *Iaf. ad d. l. 2. n. 39. C. de iur. emph. Bl. in c. querelam. q. vlt. ext. de iureur. Boer. decis. 234. sub. n. 3. Vincent. Carot. in tr. de locat. & cond. Rubr. de effect. locat. ad long. temp. n. 8. Garsi in tr. de expens. c. 14. n. 7. Carol. Rutn. conf. 193. n. 10. lib. 1. Ceph. conf. 308. n. 14. vol. 4.*

Nam hoc contrarium in idem recidit. Cum & hoc requisitû in præsentia præstò sit.

Vlterius quoque iura, expressimi prospe- 116
xerunt: quòd conductorem, rem conductam, finito conductionis die, restituere recusantem, iocator, autoritate propria, possit extrudere, remque locatam, ad se recipere. tradente *Iason. ad d. l. 2. n. 101. & seqq. C. de iur. emphyt. Gul. Redoan. in tr. de reb. Eccl. non alien. q. 79. c. 11. n. 24.*

Quid itaque hîc, in medio sit, quo minùs sententiam priuationis, rei locatæ ferre liceat, equidem non perspicio?

Nam edocere adhuc Aduersarij, nullo vnquam tempore potuerunt, salinas, de quibus res est, ipsis fuisse, vel à parente piæ memoriæ Illustris. Dom. N. vel à reliquis maioribus eiusdem, locatas.

At interim his cedere, obnixè recusant.

Potrò his aduersum illud non est: quòd attamen Aduersarij, plurimo iam tempore hîsce salinis vsi sint:

Nam hinc adhuc, locationem longi temporis extruere non licet: tantùm abest, vt hinc iure colligatur annos locationi dictos, nondùm præterijsse.

Nec enim ex eo, quòd quis, Domino per- 117
mittente, re aliqua, aliquandiu vsus est, rectè infertur, ad locationem in longum tempus: sed de hac aliter, & quidem legitimè fidem fieri oportet. tradente in indiuiduo *Crauet. cons. 107. n. 4. & Vincent. Carot. in tr. de loc. & cond. d. tit. de effloc. ad long. temp. n. 20.*

Quòd si verò emphyteutæ, Aduersarij fuerint (quales se esse ipsi fatentur) tunc plures etiam extant causæ, ob quas emphyteutam, re emphyteutica, priuare, las est.

Nam primò, prouisum in iure extat: quòd 118
emphyteuta Ecclesiæ, per biennium: aut si laici fuerit emphyteuta, per triennium, Canonem non exoluens, cadat emphyteusi. *c. potuit & ibi DD. communiter ext. locat. l. 2. C. de iur. emph. Redoan. intr. de reb. eccl. non al. q. 2. c. 22. n. 10. Iul. Clar. recept. sent. §. Emphyteusis. q. 8. n. 1. Aluar. Vel. asc. in tr. de iur. emph q. 4. n 4. vers. quarto. & q. 39. n. 6. Aurel. Carb. in tr. de iur. emph. c. 15. in pr.*

Et hoc iure, eatenus quidem vtimur, vt si 119
emphyteusis, ad dominum, ob canonem non
solutum

solutum deuoluatur, dominus posit illam, primo etiam emphyteuta ignorante, alteri in emphyteusin concedere *Corb.d.tr.de iur.emph. 4.9.nu.3.*

Cum itaq; per triennium integrum, Aduersarij, canonem non exoluerint, & insuper hæc emphyteusis Ecclesiastica sit:

Rectè concluditur, extare hic causam prioationis sufficientem, & legitimis sanctionibus approbatam.

120 Nec obstat, quod attamen emphyteuta rei, ad priuatum patrimonium principis pertinentis, ob non solutum Canonem, emphyteusin non amittat *vt censuit gl. ad d.l. 2. C. de iur.emph.& gl.ad d.l.si tutoris C.de adm.tutor.*

121 Etenim hæc, vtriusq; gloliæ, sententia, vera non est. *vt videre est ex Corbul.d.tr.de iur. emphyt. d.c.15.ampl.28.n.8.*

Secvndò: incogniti quoq; iuris non est, sed & ab Interpretibus communiter tradi-
122 tur: quod ob alienationem, rei in emphyteusin datæ, si huic alienationi, domini consensus adhibitus non fuerit, emphyteuta, ius suum perdat. *Speculat.in tit.de loc.at.§.nunc aliqua vers.195.Redoan.in tr.de reb.Eccl.non alien. q.2.c. 22.n.22.Aluar.Valasc. d. tr.de iur.emph. d.q.4 n.4. vers.quinto.Iul.Clar.recept.sent.§.emphyteusis. q.13. in pr. Aurel. Corbul. in tr. de iur. emphyt.q.14.in pr. Schrad.in tr.feud.2.p.q.p.p.fcct.6.n.11.Guid. Pancirol.cons.79.n.1. vol.1.quibus in locis, complurimos, idem tenentes inuenies.*

Non deerit itaq; rursus, iustissima priuationis causa. Cum diffiteri nequeant Aduersarij, quod ius hoc emphyteuticum, iam dudum in N; absq; Dominj emphyteuseos consensu transtulerint.

Neq; verò illos, aliquid iuuat istud, quod attamen Aduersarij, N. ius suum tantum elocarint: non autèm aliter, rem emphyteuti-
123 cam alienarint. Nam & locatio, in longum tempus, Domino non requisito, per emphyteutam, celebrata, efficit, quod emphyteusis, in commissum cadit, & ad Dominum deuoluitur. *Iaf.ad l.1.n.33.& in l.vlt.n.112.C. de iur. emphyt.Valasc.in d.tr.de iur.emph.q.39.n.23. Corb. in tr.de iur.emphyt.c.14.ampl.35.n.1. Vincent. Carocc.in tr.de locat.tit.de iur.emphyt.n.1. Anton. Gamma in decis.Lusit.an.decis.26.n.27.*

Atenim hic alia, quàm in longum tempus locatio, contrahi nequiuit. Vt ex ipsa Dententatoris confessione, liquidum sit.

124 Nam rursus, iuris est apertissimi: quod locatio, in decem annos, vel ad vitam, vel deniq;, quandiu voluerit, conductor sit, & dicatur, locatio in longum tempus, proindeque emphyteutam, emphyteusi sua priuet. *tradente in iuduiduo Corbul.d.ampliat.35.n.14.15.& 16. vbi innumeras ferè Doctorũ autoritates in id adducit.*

125 Tertio: extra controuersiam omnem positum est illud: quod emphyteuta quilibet, teneatur, atq; obstrictus sit, titulum possessionis suæ ostendere. *Bellug.in spec.princip.fol. 146. n.17.vers.si autem priuatus. Chassan.in consuet. Burg. Rubr.3.§.1.gl.vlt.ad fin.& §.4.gl.in v.apert. in pr. & n.6.& 7.Aluar.Valasc.in d.tr.de iur emph.q.8 n. 2.& q.51 n.5.& seqq.vbi ita quotidie iudicari attestatur Schrad.in tr.feud. 1.p.9.p.p.c.7.n.24. Aurel. Corbul.in tr.de iur.emphyt.c.3.n.1.*

Quod vsq; eò procedit, atq; obtinet: vt 126
Iudex, iure pronunciare possit, emphyteutam, re emphyteutica cecidisse, propterea, quod in exhibendo instrumento, emphyteuseos, tergiuersatus fuerat. Vti complurimis in id adductis, decidit, receptioremq; esse, at- **
testatur *Valasc.d.tr.de iur.emphyt.d.c.8.n.3.*

Atenim hic, Illustr. Dom. N; sæpiùs, at frustrà, Aduersarijs præceperat, vt instrumenta emphyteuseos, si quæ haberent, producerent atq; exhiberent.

Et Qvartò & vltimò, certò quoq; illud 127
constat: quod emphyteuta, intra annum, & diem, inuestituræ renouationem, non petens, tota re emphyteutica excidat. Pro vt luculenter videre est, *ex Aurel. Corbul. in d.tr. de iur. emphyt.c.5.n.1.& seqq.*

Sed quartus iam agitur annus, ex quo Illustr. Dom. N; gubernacula Reipub. capessabat, & interim nullo adhuc vnquam tempore, Aduersarij, inuestituræ renouationem petiuerunt.

Nec præstat huic impedimentum, quod tamen illæ inuestitionum literæ, quas se habere Aduersarij perhibent, complectantur in se, pactum, quod vocant renouationis:

Nam primò de eo, fides adhuc nulla est. 128
Paria itaq; sunt, non esse, & non apparere. *l. duo sunt Tuy ff.de testam.tut. cum similib. vulgarib.*

Et prætered, iuris est apertissimi: ne ob pa- 129
ctum renouationis quidem, quod vocant, Vasallum excutatum iri, quominus emphyteusi eadat, si intra annum & diem, inuestituræ renouationem non petierit. *tradente in iuduiduo Gozad.cons.7 n.1.vers.secundo respondetur. Aurel. Corbul.d.tr.de iur.emphyt.d.c.5.n.7.*

Denique, illud quoq; remedium, haud incommodum esse considerabam, si conuentus inter Ill. Dom. N. Consiliarios, & inter senatores aliquos ciuitatis N; huius negocij tractandi causa institueretur.

Non enim dubito, quin & hoc pacto, pací, tranquillitatiq; publicæ, consulatur.

Qua in re, ad illud tantum animaduertendum, ne Illustr. Dom. N; primus, autoritatis suæ, conseruandæ gratia, huius rei autor sit. Sed quod huius incœpti primordium, vel ab ipso senatu, vel à tertio quopiã proficiscatur.

Sed & illud, infrugiferum non fore censuerim, si aduersus istas elocationes salinorum, quæ senatus. & Magistri salinarum in N; quotannis celebrant: quasq; iam propè diem instare audimus, Ill. Dom. N; protestationem interposuerit.

Et quamuis fieri nequeat, vt antè quis N. nomine appellat: quàm elocationes hæ peragantur: sufficere tamen crediderim, si protestatio hæc, etiam intra decem dies proximos, post finitas istas festiuitates, exhibeatur.

130 Nam etsi verum sit, protestationem ante actum perfectum, faciendam: *Br. in l. non Iolum. §. morte. n. 45. & ibi Iaſ. n. 34. ff. de no. op. nunc. Br. in l. alienam. n. 2. ff. pro emtor. Felin. ad c. cum M. Ferrar. n. 54. ext. de conſtit. Martin. de ve. in tr. de proteſt. n. 6. & n. 24. Iaſ. in l. ſi ita ſit aſſcriptum. n. 8. ff. de legat. 1. Crau. conſ. 72 1. n. 13.*

131 Fallit tamen: ſi illa ipſa, intra decem à contractu abſoluto dies, interponatur: tunc enim non ſolùm valet, verumetiam appellationis effectum, quandoq; habet. *l. 2. & ibi Br.*

* *& DD. communr. C. de his, qui per met ud. non appell.*

132 Sed & generaliter verum eſt, protestationem, quamprimùm ac poſsibile eſt, poſt actum perfectum fieri, ſatis eſſe. *per trad. Br. in l. contractus lect. 1. n. 5. C. de non num. pecun. Iaſ. in d. l. ſi ita aſſcriptum. n. 8. ff. de legat. 1.*

At hîc meminiſſe oportet, non ſola protestatione, hoc penſum abſolui poſſe.

QVAESTIO IV.

REſtat nunc, vt perpendamus, inconuenientia, quæ ſi rem perficere, Ill. Dom. N; vno, alteroq; remediorum tentauerit, timenda ſunt.

Inter hæc verò, primò conſiderandum eſt illud: quod experientia edoceat, illos, qui repreſſalijs, maximè ſi eæ, ſine ſuperioris auctoritate, indictæ fuerint, premuntur: itidem repreſſalijs, vti ſolere.

133 Ex eo capite: quod quis eo iure, haud immeritò vtatur, quod in alterum ſtatuerit. *Tot. rubr. & nigr. ff. quod quiq. iur.*

134 Quod item defenſio, aduerſus bellum (cuius ſpecies, repreſſaliæ ſunt) & vim, licita atq; permiſſa ſit. *l. vt vim. & ibi Iaſ. n. 1. Rotul. n. 5. ff. de iuſt. & iur. Gail. obſ. 110. n. 9. & ſeqq. lib. 2. & lib. 1. de pac. pub. c. 8. n. 18. & ſeqq. & c. 15. n. 3. & ſeqq. Vaſq. ill. contr. §. 18 per tot. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 132. n. 41.*

Quod ſi ciuitas N; repreſſalijs viciſsim vteretur, id ſine diſpendio, ſubditorum Ill. Dom. N; non fieret, ob mutua commercia, quæ inter ſubditos vtrinq; exercentur. Et verendum plurimùm eſt, ne non ſalinæ, de quibus res eſt, damno, quod ſubditis inferretur, ſi commercia mutua impedirentur, æquiualentes non ſint.

Hoc non eo inficias, ſenatum ciuitatis N; non facilè hoc remedij arrepturum: at fieri tamen, ad extremum poſſet, cum & formicæ, ſua bilis inſit.

Iure quidem defendi, repreſſalias, quas ciuitas N; hac in parte vſurparet, non poſſe

135 putarim: propterea, quòd iura proſpexiſſe memini: quod ne pigneratione, & arreſtæ quidem, tantoq; minùs repreſſaliæ, à ciuitati bus municipalibus, & Landſaſsijs ſint præſumenda, abſq; proximè ſuperioris autoritate. tradente in indiuiduo *Frider. in tr. de proceſſ. extrab. lib. 1. c. 49. n. 4. in fin.* 136

Cum attamen ſuperiorem ciuitatis N; id non conceſſurum, dubitandum non ſit.

Sed & vulgatum illud: quod quiſq; eo iure, meritò vtatur, quod in alium ſtatuerit &c. illis non opitulatur: propterea, quod ſibi iuſtè, iuſticiam denegatam eſſe, conqueri nequeant, quodq; propterea, reliquum remaneat, illud tantùm: quod vbi offenſio eſt licita, ibi defenſio, ſit illicita. *Br. in l. vt vim. n. 4. & ibi Fortun. Garc. n. 5. & 10. ff. de iuſt. & iur. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. 5. n. 82.* 137

Deinde in conſideratione illud quoq; venit, ne non vt ſe vlciſcantur, prohibeant, quominùs ſal, ab illis coctum, in ditiones Ill. Dom. N; aduehatur.

Cum attamen ſale carere, diutiùs non poſſimus. Cum optimum ſit condimentum, vt patet ex traditis *Plinij natur. hiſt. lib. 31. c. 7. n. 29. per tot.* Sed de hoc victionis genere, admodum anxius non ſum. Cogito enim ditiſſimos, & nobiliſſimos quosq; mercatores, pecuniæ, lucroq;, inhiare ſolere. Ideoq; illos non magis pecunia, quàm ſubditos Ill. Dom. N; ſale carere velle: cogito item, hanc ſalis inopiam, aliunde reparari poſſe: & citiùs ſalis copiam, quàm qui ſal mercentur, reperiri. 138

Quare id inconueniens, apud me nihil valet. Etenim nemo noſtrum eſt, qui non cupiat, rem potiùs familiarem adaugeri, quàm eius, in gratiam alterius, iacturam facere. *per l. cum de indebito. ff. de probat.* 139

Qua in re experientiam appello, rerum illam magiſtram. *c. quàm ſit de elect. lib. 6. Cotta in memor. in v. conſuetud.* 140

Tertiò: illud quoq; expendendum eſt, ne non forſitan irritati, iuri protectionis renuncient: Sed ne hoc quidem vereor, maximè, ſi vnum aliquod, ex poſterioribus tribus remedijs vtatur, Ill. Dom. N. Nam tria illa poſteriora remedia, Rempub. ipſam non attingunt, ſed Aduerſarios tantùm. 141

Quare veriſimile non eſt ſenatus ciuitatis N; animos, vſq; adeò luxuriare, vt nouum quærant protectorem. Ne icti tandem diſcant: intereſſe ſubditorum, non mutare Dominum. *per trad. Nouar. int. conſ. Bruni. conſ. 12. n. 69. verſ. confirmatur ſecundò.* 142

At fac, illos hoc attentaturos: infringi tamen optimo iure, conatus illorum potcrunt, Propterea: quod protector, paratiſsimam habeat actionem, aduerſus clientes, ſi abſq; cauſa, iuri protectionis, & clientelæ, renunciare, protectoremq;, mutare velint. Vti in indiuiduo, in ſcripta immiſit *Frider. in tr. de proceſſ. extrab. lib. 2. c. 14. n. 8.*

Denique, redigebam mihi in memoriam: oportere attamen, vt vnusquisq; protector loci illius, cuius protectionem suscipit: non solùm reliqua: verumetiam statuta, ordinationesq; protegat atq; defendat.

Videbam item statutum illud: quod præfecti Salinis, olim condiderant, hoc pacto, ad quendam modum sauciari: indeq; fieri posse, vt id, Ill. Dom. N. vitio olim verteretur.

143 Etenim, qui tenetur defendere, non debet offendere. *Ruin. cons. 43. col. penult. vers. item dicitur lib. 1. Ceph. cons. 427. n. 4. Iob. Bapt. Caccialup. ad l. frater à fratre. §. quæstium. n. 10. per ill. text. ff. de cond. indeb.*

144 Et protegere, vel protectio, importat omnis generis: *Br. in proœm. ff. orum in pr. n. 7. Ladorch. cons. 101. n. 9. vol. 1.*

145 Quodq; consequens est: legum etiam, & statutorum, loci eius, qui in protectionem recipitur, defensionem. per trad. *Alb. Brun. cons. 86. nu. 4.*

146 Sed & luxatis legum tabulis, Rempub. conquassari, & tandem pessum ire, necesse est. *per l. 2. ibi: ciuitatis compositio communis. ff. de ll. fac. trad. Forcat. in Necyom. dial. 1. n. 13.*

Verum & hoc, anteuerti facilè posse, animaduertebam: Cum iuris sit expeditissimi: neminem teneri defendere atq; protegere, contra seipsum. *Bl. in l. petitionem per ill. text. C. de aduoc. diuers. iudic. gl. in c. petitio. & ibi Abb. n. 4. ext. de iureiur. Barbat. ad l. cum acutissimi. n. 101. C. de fideicom. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 79. qui alios complurimos adducit.* 147

Sed & promissio omnis de defendendo, ita intelligenda est: quatenus offensionis causam non præbuerit is, qui defendi debet. tradente in indiuiduo *Br. in l. quaro. §. inter locatorem. n. 1. ff. locat. Iaf. ad l. qui seruum. n. 2. ff. de verb. oblig.* 148

Vt taceam, nullam hinc legum luxationem consequi. Quinimò ex legum præscripto, hic omnia acta, transactaq; esse. Non enim detentatores salinarum, ijsdem priuantur, nisi ex causis, à legibus cognitis, atque probatis.

Atque sic de quatuor istis quæstionibus sentio. F. P. D.

Eligebat tandem Illustr. Dom. N. tertium, cuius in hoc responso mentio fit, remedium: & Detentatores salinarum, per sententiam, ius suum, si quod habuissent, amisisse, declarabat. Nunc verò, vt audio, rem componi posse, spes est.

CONSILIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1. *Inimicitia probatur, ex accusatione de crimine, quæ capitalis est.*
2. *Pœna adulterij quæ.*
3. *Pœna maritum, veneno malo, tollere conantis quæ.*
4. *Pœna conantis mariti, sica trauisodere quæ.*
5. *Pœna procurantis abortum quæ.*
6. *Inimicitia capitalis, oritur ex sola de adulterio accusatione.*
7. *Inimicus infensior adhuc iudicatur, qui quem reum facit, crimmis quadripartiti.*
8. *Ab inimicis, nos quàm seiunctissimos vinere, nostri permagni refert.*
9. *Inimicus inimico, modis omnibus nocere studet.*
10. *Maritum, inimicus vxoris, ei nocere studet.*
11. *Inimico sese concedere, quem cogas, longè est iniquissimum.*
12. *Inimicitia, iusta causa est petendi, vt alimenta alibi, quàm in domo inimici exhibeantur.*
13. *Nouercæ inter priuignos, inuita commorari non cogitur, ob inimicitiam, quæ vt plurimùm, inter hasce personas, intercedere solet.*
14. *Dolus nemini prodesse debet.*
15. *Libellus, post litem contestatam, non potest mutari.*
16. *Inimicitia capitalis, inter accusatorem & accusatum exoritur, etiamsi ciuiliter tantùm, de crimine agatur.*
17. *Purgatio per iuramentum, liberat iurantem, ab omni infamia macula.*
18. *Reconciliatio, ab allegante probanda.*
19. *Inimicitia, ob litem exorta, creditur durare, etiam finita lite.*
20. *Inimico reconciliato, non fidendum.*
21. *Inimicus reconciliatus, & non reconciliatus, ad odium, quod attinet, iudicantur à pari. Inimicitia capitalis, contrahitur, etiam per verba iniuriosa. ibid.*
22. *Ad officium nominatus ex inimicitia, & vt agrè illi fiat: iustam inde nanciscitur causam, recusandi illud munus.*
23. *Inimicus, quecunq; contra inimicum præsumit, etiamsi speciem amicitiæ præ se ferant, ideò tamen reuera creduntur suscepta, vt inimico noceatur.*

24. *Diuortium iustè, quo ad separationem thori petitur, si vir vxorem, ream adulterij fecerat: & crimen adulterij, pòst deindè probare non poterat.*

25. *Occurrere, in tempore satiùs est, quàm post exitum demum vindicare.*

26. *Vxor non cogitur redire ad maritum, cuius ingenium malum, & mores corruptissimos, perspectos iam habet.*

27. *Canis mortuus non mordet.*

28. *Ob scandalum euitandum, multa licent, quæ aliâs illicita essent.*

29. *Redintegratio matrimonij, fortiùs impeditur ex pluribus causis, quàm si vnica tantùm adesset.*

30. *Episcopus scandali euitandi gratia cogi potest, vt dimittat Ecclesiam suam.*

31. *Argumentum à matrimonio spirituali, ad carnale validum est.*

32. *Ad scandala non est conniuendum, sed ea, extirpanda, potius sunt.*

33. *Constitutiones prouinciales, primas obtinent partes, in iure inter prouinciales dicendo.*

34. *Constitutio vbi adest expressa, ibi dubitare licet, de rationibus eius, at non de veritate eiusdem.*

35. *Ordinatio Consistorialis Brandeburgica vult: partem innocentem cogi non debere, vt reuertatur ad partem nocentem.*

36. *Delictum vbi probatur, ibi purgationi per iuramentum locus non est, sed condemnari oportet, de delicto conuictum.*

37. *Purgationis iuramentum præstans, in eo est, ac si nunquam accusatus fuisset.*

38. *Matrimonium non est fouendum, nec in sui constitutione, nec in sui redintegratione, quod certò iam constat, seminarium tantùm futurum, iræ, dissidiorum, maleuolentiæ, discordiæ.*

39. *Amori, iuueniles anni sunt apti, non grandior (ætas.*

40. *Amorem sedat fames.*

41. *Ad matrimonium tale, vbi vita est supplicium, mors solatium, adigi nemo debet.*

42. *Præiudicia, magnum afferunt emolumentum, in casibus, rationem similem habentibus.*

43. *Maius si non inest, non inerit quoq;, quod minus inesse videbatur.*

44. *Exemplis non est iudicandum.*
Intellige vt n. 45.

46. *Consiliarij principis, sapientes esse præsumuntur, & iura, optimè callere.*

47. *Maritus vxorem vindicans, repellitur exceptione sæuitiæ.*
Ampliatur n. 48. & 49.

50 *Vxor se credere marito non tenetur, etiam datis fideiussoribus, si antehac, vltra modum, aduersus eam sæuierit.*

51. *Vxor semel mariti sæuitia interemta, non resuscitatur, etiamsi millies darẽtur fideiussores.*

52. *Inimicitia capitalis vbi subest, ibi nulla vnquam cautio, idonea satis esse potest.*

53. *Maritus sub specie desiderati reditus vxoris, sæpiùs in eo, totus esse potest, vt odium, quod semel aduersus eam conceperat, tandem expleat.*

54. *Malis moribus non facilè quis se exuit, si ijs semel imbutus fuerit.*
Testa recens, cum odorem facilè retinet, quem semel imbiberat. ibid.

55. *Maritus non potest expellere vxorem, autoritate propria, etiam ob adulterium.*
Adulterium, potissima causa diuortij est. ibid.

56. *Maritus non expellit autoritate propria vxorem, etiamsi adulterium fuerit notorium.*

57. *Purgatio per iuramentum, in delicto notorio, locum non habet.*

58. *Adulterij crimen purgatur, si maritus, vxorem adulteram esse sciens, cum ea nihilominùs coiuerit.*

59. *Sæuitia viri, iusta est separationis thori causa.*
Ampliatur n. 60. 61. & 62.

63. *Matrimonium nemo contrahere, cum rerum omnium inope, tenetur.*

64. *Matrimonium, cum rerum omnium inope contrahens, malæ suæ fortunæ fabricator, rectè dicitur.*

65. *Matrimonium redintegrare, cum eo nemo cogitur, qui iam omnium indigus est, præsertim si ante decennium, ab eo iam diuertisset.*
Argumentum à toto ad partem valet. ibid.

66. *Vxor repetit dotem, & reliqua bona paraphernalia, marito ad inopiam vergente.*

67. *Vxor rectè petit separationem thori, ob viri sæuitiam, si lis de magna aliqua bonorum parte, inter eam, & maritum exoriatur, & hinc viri sæuitia, vt plerunq; solet, extimescenda sit.*

68. *Vulpis senex laqueo, non facilè capitur.*

69. *Hereditatum alienarum aucupatoribus, indulgendum non est.*

70. *Collatio inter fratres, sororesq; heredes parentum, merito instituitur de ijs, quæ in vita parentum perceperunt.*

71. *Vxor non perdit dotem, aut reliqua bona, nisi conuicta de adulterio fuerit.*

Vt ingenuè, vir honestissimè, quod sentio dicam, non video, vt iure talis proferri potuerit sententia, qua enunciaretur: filiam tuam, ad virum suum redire, cumq; eo, matrimonium redintegrare, cogi: insuper habitis omnibus ijs, quibus se tuta fuerat, atq; defenderat, filia tua.

Iustè itaque, à tali sententia prouocastis. Aggrauati enim per eam omninò, vt censeo, eratis.

Nam PRIMÒ: longè est certissimum: quod eo ipso, quod quis reum aliquem facit, criminis,

criminis, vltimo supplicio digni, probata iam sit inimicitia, aduersus accusatum capitalis. *gl. in l licet in v. capitales ff. de recept. arb. gl. in §. immunitatis, ad v. si capitales. Inst. de excus tut. Br. ad l. 3 §. vlt. n. 4. ff. de admun. leg. Br. ad l. 1. ff. de his quib. Vt indign. Br. ad l. 3. in pr. ff. de toll. Hipp. de Marsi. ad l. 1. §. preterea sub n. 54. versicul. item inimicus ff. de quæstion. Mascard. in tr. de probat. concl. 898. n. 16.*

Atenim hîc, ex Actis prioris instantiæ, cumprimis verò, ex ipso accusationis libello iam constat: vxorem de duplici adulterio: de veneficio, de attentato homicidio, aduersus maritum: de abacto fœtu; & procurata abortione: per maritum, criminaliter fuisse accusatam: ideoq; aduersus vxorem, eundem petijsse: vt hæc pœna sanguinis, & vltimi supplicij: aut ad minimum fustigationis afficeretur.

Constat item, singula horum criminum, talia esse; quæ si fuissent probata, mortis pœnam fuissent commerita.

2 (Nam omnes scimus: quod pœna adulteræ: *§. item lex Iulia. Inst. de pub. iudic. l. quamuis. l. 2. C. de adult. August. Arim. in addit. ad Ang. Aret. in tr. malef. ad v. che mi hac, adulterato la mia donna. n. 44. Affl. ad constit. Neapol. lib. 3. rubr. 42. n. 1. Iul. Clar. in pract. crim. §. adulterium vers. sed quæro, quæ sit pœna. Dan. Mull. in addit. ad Constit. Saxonic. p. 4. const. 19. n. 1.*

3 Aut maritum, veneno malo petentis: *Tib. Decian. in tr. crimin. p. 2. lib. 9. c. 10. sub n. 4.*

4 Vel sica transfodere conantis. *l. vlt. & ibi Hipp. de Marsi. C. ad l. Corn. de Sicar. Tiber. Decian. d. c. 10. n. 2. & 7. Capoll. const. crim. 5. n. 33. vers. & sic videtur, quod mulier.*

5 Aut deniq; abortum procurantis, sit gladij, atq; vltimi supplicij. *l. si mulierem. ff. ad l. Cor. n. de Sicar. l. Diuus. ff. de extr. crimin. l. Cicero. ff. de pœn. Tiber. Decian. in tr. crimin lib. 2. c. 19. n. 24. & lib. 9. c. 18. n. 5. Clar. in pract. crimin. §. vlt. q. 68. in pr. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. casu. 357. n. 1. & seqq. Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 4. constit. 4. n. 1.)*

Vt igitur aliud dicere posimus: quàm hîc maritum vxoris, inimicum capitalem esse, equidem non video?

6 Nam & id verum est: quod ob solam accusationem, de adulterio, oriatur inimicitia capitalis. *Decidentibus Masc. in tr. de probat. concl. 898. n. 16. Blanc. ad l. vlt. n. 115. ff. de quæstion. Thom. Triuis. decis. 45. n. 11. lib. 1.*

Id quod, eò magis obtinet, quod hîc non solum, vnius criminis, arguebatur, à marito vxor: verumetiam quadruplicis.

7 Hinc enim consequitur, cum ob vnicam accusationem, quis inimicus capitalis efficiatur: eum, qui quadripartitam, de diuersis delictis, contra aliquem accusationem instituerat, multòmagis hostem capitaliorem fore. *arg. l. 1. C. de pact. auth. itaq;. C. Com. de succes. l. cum in adoptiuis in pr. C. de adopt. l. cum scimus. C. de agr. & cens. lib. 11.*

Restat itaq;, vt concludamus, iniustam esse sententiam, qua in præsentia, vxori, vt marito rursus cohabitaret; imponebatur.

Nam illud negari non potest, quod ipso 8
etiam rationis ductu, verum sit: permagni nostra referre, vt procul dilsiti atq; seiuncti, ab inimicis nostris viuamus. *l. vlt. & ibi gl. Bl. n. 1. Salyc. n. 1. & DD. C. de pact. inst. emt. & vendit. Luc. de Penn. ad l. quicunq;. col. 8. ad v. vicinos. C. de om. ag. def. lib. 11. Tiraq. in tr. de pœn. c. 23. n. 4. & n. 9. cum similib.*

Pari quoq; ratione, ab Interpretibus tra- 9
ditum est: nihil certiùs esse, quàm quod inimicus, illi quem odit, non prodesse, sed modis omnibus, obesse, conetur atq; studeat. *l. 1. §. cum aliquis. ff. de quæstionib. Br. ad l. vlt. n. 3. ff. eod. tit. Dec. cons. 64. n. 6. circa med. numer. Tiber. Decian. cons. 74. n. 27. vol. 5. Crau. cons. 657. n. 28.*

Quod & in marito, inimico vxoris, obti- 10
net, atq; verum est, nam & is nocendi cupidus, omninò creditur. *per trad. Pet. de Anchar. cons. 418. quem refert & sequitur August. Arim. in addit. ad Angel. Aret. in tr. malefic. in v. che mi hay adult. n. 26.*

Vlterius iuris quoq; quotidiani, illud est: 11
quod iniquissimum sit, si cogatur quispiam, inimico hdere atq; concredere. *Abb. ad c. contingut. el. 1. not abil. 1. per ill. text. & ibi Felin. notab. 2. ext. de sent. excomm. Menoch. in tr. de arbitr. iudicial. quæst. lib. 1. q. 7. n. 13.*

Iniquissimam itaq; meritò, & hanc quoq; sententiam dicemus, quæ vitam, famam, opes: marito longè inimicissimo, vxorem concredere debere præcipit.

Rursus incogniti quoq; iuris, illud non est: 12
quod inimicitia, iusta petendi causa sit, vt alimenta alibi: quàm in domo inimici exhibeantur. *Iacob. de Aret. & Alber. de Rosat. ad l. si discretatur per ill. text. ff. vbi pup. educ. deb. Burfat. cons. 210. n. 7. volum. 2.*

Quod, cum ita sit, consequatur oportet, 13
hanc multominùs, quæ à marito, longe infensissimo inimico, ante decennium, iam discesserat: Compelli posse, vt ad eundem rursus reuertatur.

Porrò in iure, & apud eius Interpretes, præsumta inimicitia, vsq; adeò in consideratione habetur: vt propterea statuerint iura: quod ob odium, inter nouercam, & priui- 13
gnos, quod communiter ferè, inter hasce personas intercedit: nouerca in domo, in qua priuigni habitant, commorati inuita non cogatur. *Bl. in auth. hoc locum propè fin. C. si fec. nupt. mul. Bl. in l. si ea. C. de condit. insert. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. casu 170. n. 14. Boer. decis. 194. Burg. Cau. de in tr. de vsufruct. mul. rel. n. 138. Bellon. cons. 31. n. 5. Rimin. cons. 280. n. 11. Burfat. d. cons. 210. n. 8. vol. 2.*

Quid itaq; hîc dicendum, vbi non præsumta, sed vera, & apparens inimicitia, atque talis inimicitia, quæ vix vnquam fundamen-

taliter sanari, obduciq; poterit, subest?

Neq; vetat iuuat maritum illud: quod attamen libellum suum criminalem, deinde immutarit, & solummodò ad thori separationem, dotisq; amisionem, egerit:

Nam primò: non fecit id, clementia aliqua, aut commiseratione, erga miseram mulierculam ductus: sed vt sibi consuleret, quoniam se ea probare posse, quæ obiecerat crimina, non tantum diffidebat: verumetiam planè desperabat.

14 Non itaq; hinc, excusationem ab inimicitia capitali meretur. Etenim dolus nemini prodesse debet. *Iata demùm ff. de recept. arb. l. ita demum in fin pr. & ibi gl. ad v. ferat ff. de tutel. gl. ad l. insticiando. § insans ff. de furt. Tiber. Decian. cons. 2. n. 53. vol. 1.*

Secundò, ad mutationem hanc libelli, toto iam transacto lustro, post litem contestatam demùm, accessit.

* Ne tanti itaq; hæc facienda est. Cum ex
15 recepta Doctorum sententia, post litem contestatam, nullus amplius mutationi libelli, locus sit. *Paul. de Castr. ad l. vlt. C. de cod. cell. Thom. Ferrat. caut. 34. Capell. Tholos. q. 310. Catell. Cotta in memorabil. in v. libellus defectiuus Felin in c. quod super his fallent. 7. ext. de maior. & obed. & est communis opinio teste Ripa ad l. edita. n. 44. C. de edend.*

16 Et quod plus est, communis est traditio:
* quod, etiamsi ciuiliter tantùm, de delicto agatur, nihilominùs inter actorem, & conuentum exoriatur capitalis inimicitia, dummodò criminis conuictum, sequatur infamia. tradentib. in indiuiduo *Campeg. in tr. de testib. regul. 26. vers. secundo habet locum. Menoch. in tr. præsumt lib. 5. præsumt. 42. n. 6. Dec. in tr. crimin. lib. 3. c. 25. n. 43. & seqq. Prosp. Farinac. in tr. crimin. q. 49. n. 27.*

Quamobrem hic, ne ob mutatum libellum quidem, inimicitia capitalis cessabit. Nam etiam hoc libello iam mutato, si tantum probatæ fuissent, factæ criminationes, vxor, honoris, pudorisq; matronalis, omnimodò iacturam fecisset.

Pariter, leuiusculum quoq; illud est: etiamsi odium suum, sub hoc palliolo, tegere voluerit maritus: quod nunc iram, odiumq; omne concoxerit: posteaquam vxor, iuramentum purgationis, vt prior sententia iniungebat, subierit: atq; sic omnem, sinistri rumoris maculam, de se sparsam, extinxerit.

17 Cum nemo sit, qui nesciat, hunc propriè consequi effectum, purgationem: quod purgantem ab omni infamiæ macula liberet. *tradentibus Archid. ad c. omnibus. n. 5. 2. q. 4. Decian. in tr. crimin. lib. 5. c. 48. n. 31.*

18 Nam ne sic quidem euadet. Nam præter id, quod iuris est apertissimi: quod semper & vbiq; durare præsumatur inimicitia, adeoque ab allegante, interuenisse reconciliationem, probandum sit. *Tiber. Decian. in tr. crimin. lib. 3. c. 25. n. 86. Crau cons. 9. n. 6. Mascard. in tr. de probat. conclus. 898. n. 23. Rol. à valle cons. 24. n. 32. vol. 2. Menoch. cons. 394. n. 11.*

Quod & in ea inimicitia, cui lis causam 19
præbuit, procedit. Nam & ea durare præsumitur, quantumuis ipsa lis, vnde proficiscebatur, iam dirempta sit: *Blanc. in tr. de iudic. nu. 133. & seqq. Coller. in pract. crimin. ad v. recipiantur desensiones. n. 2. vers. & si immemoria. Hipp. de Marsil. sing. 179. Tiber. Decian. in tr. crimin. d. lib. 3. c. 25. n. 25. Prosp. Farinac. in pract. crim. q. 49. n. 6.*

Etiam illud certò constat: inimico recon- 20
ciliato quoq;, non fidendum. *Ripa ad c. 1. n. 17. ext. de iudic. Alc. in tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 11. Tiraquell. in tr. cessi. causi limit. 16. Couarr. pract. quæst. c. 18. n. 3. Menoch. cons. 283. n. 19. & cons. 299. n. 13.*

Item inimicum reconciliatum, & nondum 21
reconciliatum, ad odium quod attinet, à pari iudicari. *Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 3. §. 1. in v. ou à la personne, de son principal. n. 18. Menoch. cons. 226. n. 102. vol. 3.*

Vt taceam, maritum etiam nouissimè, & quidem in precibus supplicibus, quas tum ipsi Principi: tum iudicibus porrexerat: tàm ipsam vxorem, quàm parentem eius, dirè conuitijs lacerasse: in specie verò vxorem insimulasse: quod non nisi conscientia saucia, & periura, purgationis iuramentum, præstare potuerit: omnia item, quæ obijciebantur crimina, vera esse.

Vt itaq; hìc, reconciliationem vllam, colligere, possibile esset?

Quinimò vel hæc saltem insimulatio, atq; 22
conuicium nouum, satis causæ est, ad introducendam inimicitiam capitalem: etsi vetus nulla subfuisset. Quis enim nescit, etiam nulla alia subsistente causa, inimicitiam tamen, eamq; grauissimam, & capitalem, ex verbis iniuriosis, contrahi atq; oriri? *Bl. ad c. veniens in fin. per ill. text. ext. de iureur. Iaf. in l. procuratoribus in fin. C. de procurat. Hipp. de Marsil. ad l. 1. §. præterea post n. 54. vers. item oritur. ct. 1. ff. de quæst. Hipp. de Marsil. cons. 3. n. 12. Grammat. cons. 57. n. 7.*

Quod & eo confirmatur: quod commu- 23
nis sit traditio, eum qui inimicitiæ causa, & vt ægrè illi fiat, nominatur, ad munus aliquod obeundum, iustam ob id habere excusationem, quominùs officium, vel munus, ad quod nominabatur, subire cogatur. *toto Rubr. & niger. & ibi Luc. de Penn. C. si propt. inimicit. creat. facta sit lib. 12. & Wesenb. cons. 40. n. 64.*

Cum itaq; hoc, in minori, veluti est, obire munus publicum, obtineat: obtinebit quoq; multòmagis, in eo quod est maius, veluti reuerti, matrimoniumq;, cum marito, inimico infestissimo, redintegrare.

Etenim hoc solum mariti inceptum, ad nihil aliud spectare arbitror: quàm vt sub hoc prætextu, virus tandem totum, in miseram mulierculam effundat, atq; euomat.

Obscuri enim iuris non est: quod omnia 25
quæ

quæ inimicus, contra inimicum præsumit, etiamsi speciem amicitiæ præ se ferant: attamen in eum tantùm finem suscipiantur, vt inimico malè sit, eique noceatur. *l. nec adueat. ff. pro soc. l. 1. C. de annon. ciuil. lib. 1. Bl. in l. illud col. penult. q. 4. C. de sacrof. Eccl. Tiber. Decian. in tr. crim. lib. 3. t. 25. n. 24.*

Quæ omnia, cum ita sint non video, vt aliud de iure, enunciari possit, quàm quod in nostro casu, omnis meritò, matrimonij redintegratio, non solùm cesset: verumetiam, quod iustè thori separationem, petat mulier.

24 Etenim iustè petitur, adeoq; ab æquo Iudice, conceditur, thori separatio, siquidem de adulterio, vir vxorem accusarit, delictumque probare, non potuerit. *Vti in specie decidit Thom. Triuul. decis. 45. n. 10. lib. 1.*

25 Secvndò: ideo quoque, aggrauatam se vxor, iure conqueritur: quod contra illam dispositionem quæ habet: quod satiùs sit, occurrere in tempore, quàm post exitum, demùm vindicare. *l. 1. C. quand. hic fin. iud. se vind. l. vlt. C. ex quib. caus. in int. rest. non est necess.*

26 Vndè etiam ab Interpretibus concluditur: vxorem ad maritum, cuius malos, & deprauatissimos mores, atque ingenium, iam perspectum, atque exploratum habet, redire non cogi. Vti hisce fundamentis innixus, respondit *Tiber. Decian. cons. 26. n. 10. volum. 4.*

Illa tamen primùm redire, siquidem sententiæ enunciato, obtemperandum sit, ad maritum compellatur & deindè demùm conqueri, de sæuitia eius extrema, & intolerabili.

Quis enim hîc sponsorem se præstat, posteriorem sæuitiam, non superaturam priorem: hunc maritum, atq; vxorem, posthac matrimonium placidum & tranquillum, possessuros: & denique maritum vatrè, non id agere, quo tandem vxor, mœrore conficiatur, aut per nouas accusationes, è medio tollatur?

27 Scimus enim omnes; canem mortuum non mordere, commune, omnium hominum truculentorum, esse prouerbium. *fus. trad. Tiber. Dec. d. cons. 26. n. 9. volum. 4.*

Videat itaq; æquus Iudex sedulò, quid hîc statuendum sit.

Tertium, vxoris grauamen, indè oritur: quod hæc, suo exemplo, alijs, posthac futura sit scandalo.

Nam si hoc iure, semel vsi fuerimus, quo licitum, atq; permissum est, maritis, de adulterio, veneficio, homicidio, abortione procurata, vxores suas, non solùm reas facere: & propterea per integrum decennium, in iudicio defatigare: ad præstationem item, iuramenti purgationis, eaidem adigere: verumetiam post hæc omnia, ad se, iam tro pauperiores, animamq; debentes, redire cogi: meherclè horum impurissimorum, & nequam hominum, plures posthac reperientur, qui hoc exemplo freti, idem facinus aduersus vxores suas innocentissimas aggressuri sint.

Haud itaq; abs re, facturum iudicem putarim, si thori separationem in præsentia admiserit.

Cogitandum namq; est: quod vt scandalum euitetur, plura fiant, licita atq; permissa, quæ aliàs planè essent prohibita. *c. 2. & ibi Felin. n. 8. ext. de præscript. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 319. Prosp. Farinac. in tr. crimin. q. 21. n. 74. Oldr. cons. 95. col. penult. in fin. Tib. Decian. cons. 14. n. 22. volum. 3.* 28

Etenim eius certus sum, in tota hac regione, nunquam casum similem, in quo vxor de quatuor criminibus simul, criminaliter accusata, accusatori deindè, cohabitare, fuerit compulsa, extitisse.

Etenim vbi plures adsunt causæ, matrimonij redintegrationem impedientes: eam quoq; longè magis præpediri: & cum maiori longè scandalo peragi omninò statuendum est. *§. affinitatis Inst. de nupt. Cald. ad l. si curatorem. in v. hunc contractum. n. 6. C. de rest. in integr. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. a. 21. n. 18. Borsbolt. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 68.* 29

An non prospexerunt iura, etiam Episcopum, scandali euitandi gratia, astringendum, vt Ecclesiam suam dimittat? *Innoc. ad c. cum pridem ext. de renunc Tiber. Decian. cons. 63. n. 10. volum. 3. per c. illud sanè. 24. q. 3.* 30

Quantò magis itaq; thori separationem, in causa priuati, scandali euitandi gratia, rectè admittemus?

Ducto argumento, à matrimonio spirituali, ad matrimonium carnale, quod in iure, validum & frequens est. *Euer. in top. in loc. a matrum. spirit. ad carn. in pr. Cald. in l. si curatorem in v. cum non absimilis. n. 49. C. de rest. in integr.* 31

Etenim ad scandala, conniuendum non est, sed ea potiùs radicitùs extirpanda, ne tandem in mores eant. *l. aut facta in fin. ff. de pœn. Ernest. Corbm. cons. 1. n. 385. & 386.* 32

Qvartvm posteà grauamen indè astruitur: quod hac in parte, ne ordinatio quidem Consistorialis Electorum Brandeburgicorum, fuerit obseruata. Quam tamen omninò custodiri oportebat.

Iuris namq; est apertissimi: quod primas obtineant, in iure dicendo, partes, constitutiones prouinciales, peculiares: ad ipsos prouinciales quod attinet. *l. 1. ff. de constit. princip. §. sed & quod principi Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Schrad. in tr. feud. p. 1. q. 1. n. 2. Bender. in tr. reuis. concl. 1. n. 20. & concl. 1. n. 20. & concl. 27. n. 9.* 33

Etenim vbi constitutionem certam habemus: ibi de ratione eius dubirare equidem licet, at non de veritate. Vti in specie decidit *Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 3. constit. 18. n. 4.* 34

Iam verò, illa quam diximus, ordinatio Consistorij Brandeburgici in tit. von Ehescheidungen, 35

dungen: ita loquitur: quod pars innocens cogi non debeat, ad recipiendum rursus inuita partem ream siue nocentem.

Nullitatis ergò, meritò arguitur, quæ proximè ferebatur sententia.

Innocentem namq; esse, in præsentia, mulierem, vel ex eo constat: quod admissa fuerat, ad se purgandum, per iuramentum.

Nam si nocens fuisset, admitti ad hoc iuramenti genus præstandum, non potuisset, sed condemnari debuisset.

96 Etenim, si probatum fuisset delictum, locus purgationi per iuramentum, non fuisset: sed condemnari vtiq; rea debuisset. *Host. in sum. §. quando sit. ext. de purg. Canon. Decian. in tr. crim. lib. 5. c. 48. n. 8. 10. & 55. text. in c. penult. §. vlt. ext. de purgat. Canon. & in c. tam literis ext. de testib.*

Quid? quod eo ipso, quod purgationis iuramentum iurauerat, priſtinæ iam integritati, reſtituta ſit mulier, perindè, ac ſi nomen eius, inter reos recepta, nunquam fuiſſet.

37 Etenim, qui de crimine accuſatus, iuramentum purgatorium præſtitit, in eo eſt, ac ſi nunquam, ad iuris effectus quod attinet, accuſatus fuiſſet. *per trad. Abb. & alior. ad c. cum P. Manconell. ext. de purgat. Canon. DD. in c. inter ſolicitudines ext. eod. tit.*

38 QVINTVM deindè grauamen ex eo ſeſe prodit: quod illud matrimonium, ſiue agatur, de eius prima conſtitutione: ſiue redintegratione: fouendum non ſit, in quo certò ſeſe, conſpicientes iam præbent, perpetuò poſthac duraturæ, iræ, iurgia, diſſidia, maleuolentia, diſcordia. *per trad. Tiraq. in tr. de ll. connub. l. 5. n. 18. & ſeqq.*

Nam contra hæc, vxori in præſentia iniungitur, tale redintegrare matrimonium, in quo quotidiè, lites, iurgia, diſſidia, iræ, & contentiones, vt de verberibus nihil dicam, certò extimeſcenda ſunt.

39 Nam ſi quietè inter ſeſe, hi coniuges, dum iuuenes erant, dumq; amor adhuc feruebat, (Iuueniles nam anni, non verò grandior ætas, amori apti ſunt. *Capoll. in l. præcipimus. n. 7. ff. de ædil. ad. Tiraq. de ll. connub. lib. 6. num. 7. Luc. de Penn. ad l. 2. col. 2. C. de primicer. lib. 12.*) dum item nullæ adhuc odij extabant cauſæ, veluti nunc; non viuebant: quid nunc ſperandum, vel expectandum, cum inopia extrema laboret maritus, & effœtus iam eſt? An neſcimus, famem, ſedare ſolere amorem? *Tiraq. de ll. connub. l. 16. n. 48.*

Reſtat itaq;, vt concludamus, ſummè eſſe iniquum, ſi vxor cogeretur, talem eligere vitæ conditionem, præſertim cum antehac etiam, purgationis iuramento, onerata fuerit:

41 vbi vita eſſet ſupplicium, & mors ſolatium, *vt loquitur Imperator in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.*

SEXTVM deinde grauamen, indè oritur, quod aliter, ac in ſimilibus caſibus ſolebat, hic cum miſera mulierecula procedebatur.

Cum attamen iuris ſit expreſsi: præiudicia, & rem iudicatam, magnum afferre emolumentum, in cauſis, caſibusq;, conſimilibus, illis partibus, à quibus ſtant. Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit *Tiber. Decian. in apolog. Contr. Alc. c. 22. n. 131.* 42

Iam verò extat exemplum N; quod paueis retrò annis contigit. In quo, etſi non niſi adulterij tantùm ſuſpicio ſubeſſet: maritus item, nec ciuiliter, nec criminaliter, propterea, vxorem accuſarat: vxor tamen, rem ita diffiniente vtroq; Ill. Dom. Electoris ſenatu, & Politico, & Eccleſiaſtico, ad maritum redire non cogebatur.

Meritò itaq; idipſum, in præſenti caſu, vbi cauſæ recuſandi, redintegrationem matrimonij, iuſtiores longè aderant, iudex quoq; cuſtodire debebat.

Etenim ſi id, quod magis videtur non eſt: non inerit quoq; id, quod minùs videtur. *Euer. in top. in loc. à maior. in pr. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. declar. 10. n. 25. Schr. in tr. feud. 1. p. 9. p. p. c. 4. n. 3. in fine.* 43

Non equidem ſum neſcius, exemplis iudicandum non eſſe: *L. nemo. C. de ſentent. & interl. om. iud. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 5. n. 32. in fin. Aldobr. in §. ex non ſcripto. n. 23. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* 44

Sed illud leuiuſculum eſt: cum' eatenus tantùm verum ſit: quatenus conſtiterit, præiudicium, rem iudicatam, vel exemplum, quod adducebatur, iniuſtum eſſe. Vti in indiuiduo interpretatur *Decian. in d. apolog. d. c. 22. d. n. 131. per c. afferte ext. de præſumt. & alios textus, ibidem adductos.* 45

Porrò hæc ſtrictio, in præſentia, locum nullum inuenit. Etenim à partibus Dominorum Conſiliariorum ſtat præſumtio: & quod ſapientes ſint, & quod iura optimè calleant. *l. conſiliarios. C. de off. aſſeſſ. Tiber. Decian. conſ. 41. n. 33. vol. 2.* 46

SEPTIMÒ conſtat quoq;, per propriam, mariti confeſsionem, & reſponſionem, ad Articulos Accuſatæ Defenſionales: quod eam ſeuerè nimis, quandiu ei cohabitarat, tractarit: quodque ad extremum, eandem fuſte quoq;, à domo eiecerit.

Iam verò prouiſi eſt iuris: quod maritus, ad vxoris reſtitutionem agens, exceptione ſæuitiæ interpoſita, planè repellatur. *Hipp. de Marſ. ad l. vnic. n. 259. C. de raptor. virg. Ripa ad l. naturaliter. §. nihil commune. n. 84. ff. de acquir. poſſ. Anton. Corſ. in tr. de reg. quod ſpoliat. ante omnia ſit reſtituend. fall. 26. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæſt. caſ. 139. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 1. n. 320. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quom. ſol. matrim. n. 66. verſ. hinc dicitur.* 47

Quo iure eatenus etiam vtimur, vt non niſi cautione, eaq; idonea, & ſufficienti, de non fæuiendo ampliùs in vxorem, per maritum præſtita: vxor reuerti, ad maritum, iure compel-

compellatur. *Panorm.in c.literas.n.7. ext. de rest. spol.Ild.in l.vniuersa.n.3.C. de precib. Imp. offer. Menoch.d.tr.de arbitr.iudic.quæst.casu 142.n.2. Cardin. Parisi.cons.54.n.36.vol.4.*

49 Quibus etiam ipsa, Electorum Brandeburgicorum, ordinatio Consistorialis, sub Rubrica: von den Ehelcuten so die Eheschelduug suchen/ wegen der tyranney / gifft6 / oder anderer gefehrligkeit halb/astipulatur.

Quod cum ita sit, non video, quid reliquũ aliud fiat, quàm quod dicamus: miseram hanc mulierculam,sententia nuper lata,summè fuisse lœsam. Etenim nulla vnquam cautio,à marito crudelissimo, per istam sententiam exigebatur: tantum abest, quod eam vnquam præstiterit: aut etiam præstare poterit.

* Accedat ad hæc, quod communis præterea traditio habeat: si tanta fœuitia viri sit, vt 50 hinc vxori, vitæ periculum immineat: quod hoc casu,ne fideiussoribus quidem exhibitis, ei sese concredere,vxor inuita, adigatur. *Abb. ad d.c.literas.n.7.per ill.text.ext.de rest. spoliat. Frid. Sch.nck ad c.1.§. quamuis.n.7.de inuest.de re al.fact. Coras.miscell. lib. 3.c.2.n. 20. Cephal.cons.384. nu. 9.volum.3.*

51 Etenim, etsi vel millies cauisset maritus, ob id tamen nihilomagis,resuscitaretur vxor, semel mortua. Vt dicit *Tiber. Decian. d.cons.25. n.9.in fin.vol.4.*

Iam verò insignem,in hoc marito,apparere fœuitiam, inficias ire nemo poterit.

Cogita enim,illum mentis suæ desiderium viruperandum, nondum per id, explere potuisse: quod vxorem, per totum coniugij tempus,sat dure,imò durissimè,& illiberaliter tractarit: quod item eam tandem domo, & quidem fuste castigatam, expulerit ipse: sed & reliquis, addidisse & hoc, quod domo eiectam posteà,capitis damnari petierit:

Consequatur itaq; oportet: vxorem iure cogi non posse, ad istiusmodi efferum cyclopem redire,inq; eius manus,vitam,fortunasque suas ponere.

52 Etenim vbi subest inimicitia capitalis, ibi nunquam cautio sufficiens, esse potest. tradente in indiuiduo *Crau.cons.31.n.4.*

Neq; verò iuuat maritum, allegatio isthæc:se tamen moribus illis malesanis,amplius imbutum non esse: nolle se posthac (vt preces eius supplices loquuntur) Cacodæmonis laqueabus duci: sed id vnicè à se expeti,vt coniugi suauissimæ cohabitare possit.

53 Nam ad id quod attinet, prouisum iam dudum in iure est: quod hinc de vera morum emendatione,non liqueat,etiamsi maritus præ se ferat,se iam desiderio vxoris,quam priùs fuste expulerat,vehementi teneri: cum sub specie, desiderati, expectatiq; reditus vxoris, maritus in eo totus esse possit,vt odium, quod aduersus vxorem semel concepe-

rat,morte,vel magno eiusdem malo,expleat. Vti in indiuiduo decidit *Tib. Decian. d.cons.26. sub n.11.vol.4.*

Etenim si quis semel malis moribus assue- 54
uerit, & præsertim si hi, in consuetudinem iam abierint, haud facile ijs se exuit: & odorem,quem semel imbiberat,recens testa,donec frangatur,seruat. *Tiber. Decian. d. cons. 26. sub n.11.vol.4.arg.c.semel malus de reg.iur.lib.6.*

Pondus quoq; aliquod illud non habet:etiamsi fœuitiam suam,hoc modo excusare vellet maritus:quod quidem fateatur,se vxorem expulisse: sed id factum esse, ob suspiciones adulterij, reliquorumq; facinorum, quorum eam postea accusarit: Iam verò ab his illam vacuam esse,ex iuramento purgationis,quod præstiterat,omninò constare:

Nam & ad id respondetur: allegationem hanc,aduersam esse hac in parte,receptæ con- *
clusioni quæ vult: quod ne ob adulterium 55
quidem (quod tamen diuortij, potissima causa est vt patet ex traditis *Mozz. in tr.de contract.Rubr.quom.soluat.matrim. n. 68.*) autoritate propria,vxorem ex domo extrudere,marito, licitum,atq; permissum sit. *Abb.in c.vlt.n 9. ext. de adult. Abb.in c.ex parte.n.9.ext.de sponsal. Couarr. in epit.lib.4.Decretal.p.2 c.7.§.5.n.12. Mozz.d.tr. de contr.Rubr.quom.sol.matrim.n.70. Frid. Schenck & Tautenb. ad c.1.§. quamuis n.4. & 5. de inuest.de re al.fact.*

Nec obstat, quod tamen nonnulli reperi- 56
antur,qui hoc casu, inter adulterium, notorium, & non notorium distinguant: priorij; casu,marito id licere, posteriori verò, denegatum esse velint. *Vti ex Mozz.d.rubr.quib. mod. sol.matrim.d.n.69.vers.alia autem,*videre est.

Nam communis ferè opinio, in contra- *
rium est: Concluditur etenim ab Interpretibus communiter, distinguendum, inter casum adulterij notorij,&non notorij,non esse: sed neutro casu, marito licere, vxorem à se expellere. *Vti ex Abb.Couarr. Mozz. Schenck.* cernere licet.

Sed & adhæc,in præsenti casu adulterium, 57
reliquaq; maleficia, quorum vxor accusabatur,ne quidem probata fuerût: tantùm abest, vt ea notoria fuisse,dicere queamus. Etenim si probata,tantoq; magis, si notoria fuissent, non purgatio per iuramentum, sed condemnatio vtiq; fuisset consecuta. Vti tradunt *DD. antea in id adducti*, nec non *Clar.in pract. crim. §. vlt.q.63.n.4.*

Vt taceam eo tempore, cum expellereturt vxor: nullam ampliùs inter Coniuges, de adulterio fuisse rixam: sed illos de adulterio rumusculos, tum temporis, planè iam fuisse consopitos rursus: coniuges item aliquandiu,etiam post excitatos, & consopitos iterum rumores illos, sat concorditer vixisse: & debitum coniugiale,sibi ad inuicem posthac multoties præstitisse.

Peregri-

Peregrina itaq; admodum est, illa, à casu
58 nostro, de adulterio allegatio. Cum iuris
sit haud incogniti: quod per coitionem cum
vxore, omnis ex adulterio contractus reatus
aboleatur. *c.si quis vxorem.32.q.5.Mozz.in tr.de contract.Rubr.quom.fol.matrim.n. 70.in fin.Clar.in pract.crim.in §.adulterium.n. 18. Lup. ad c. per vestras.§.9.n.18.ext. de donat. int. vir. & vx. Couarr.*
* *communem dicens in Epit.4.lib.Decretal.c.7.§ 6.n.2.*

Quare vt denuò dicam, vel ex hac solummodò fœuitia mariti, thori separatio conce-
59 denda fuisset. Etenim viri fœuitiam, iustam, & approbatam, à legibus causam esse, ob quam ad thori separationem perueniatur, omnibus in confesso est. *d c. literas. & ibi Abb. nu. 7. & DD. communiter ext. de rest. spol. Mozz. d. rubr. quom. dissoluat. matrim. n. 65. Couarr. in Epit. 4. lib. Decretal. c. 7. § 5. n 1. Thomas Tausi. decis. 45. n. 4. lib. 1. Card. Paris. cons. 54. n. 79. vol. 4. Rumn. Iun. cons. 174. n. 13. Mantua. cons. 64. n. 19. vol. 2.*

Maximè, cum non solùm fœuitia hactenus exercita, in considerationem veniat: verumetiam illa, quæ fecuta iam matrimonij redintegratione, euenire posthac potest.

60 Pro vt hoc, quod non solùm præsens mariti fœuitia, verumetiam ea, quæ verisimiliter, in posterum timetur, ansa sit, indulgendæ separationis thori, in indiuiduo scriptum reliquit *Couarr. in d. Epit. 4. lib. Decretal. d. c. 7. §. 5. n. 1. in fin. per d. c. literas ext. de rest. spoliat.*

61 Sed &, si fœuiturum maritum in vxorem, propter litem, maiorem bonorum partem concernentem, inter illos exortam, iure timetur, separationem thori non denegandam, verum est. Pro vt hoc, rursus in indiuiduo docent *Couarr. d. c. 7. d. §. 5. d. n. 1. m fin. Crau. cons. 311. n. 1. & per tot.*

Quantò magis itaq; hîc, pro thori separatione, pronunciandum erit, vbi non de bonis, sed de vita, famaq;, extremè, controuertebatur inter coniuges.

Neq; verò audietur maritus, etiamsi prætenderit, hæc tamen omnia, vxoris culpa euenisse:

Nam primò id ex Actis non apparet, quinimò contrarium eius, ex delatione iuramenti purgationis, euincitur: & si maximè verum esset, nihil tamen planè, maritus allegatione hac, proficiet.

62 Cum communis sit iuris theorica: ex viri
* fœuitia, rectè ad thori separationem procedi, quantumuis vxor, huius fœuitiæ causa, ipsamet extitisset: vel proprio facto, apud maritum, hoc odium incurrisset. *C. de Benedicto. & ibi gl. 33. q. 1. Abb. d. c. literas. n. 23. ext. de rest. spoliat. Tausi. d. decis. 45. n. 6. lib. 1. Cardin. Paris. cons. 54. n. 12. volum. 4.*

Octavvm & vltimum grauamen in eo positum est: quod vxor, si obsecundandum fuerit sententiæ, tali marito, qui onera matrimonij sustinere amplius nequit, cohabitare cogitur. Nam vt preces viri supplices habent, quas diuersis vicibus, Iudici exhibuit: ipse fassus est, non posse se, eò, quòd ad extremam inopiam iam redactus esset, litem vlterius prosequi: sed & se, in squalore & rerum omnium inopia iam viuere.

Cum itaq; omnibus palàm sit: quòd ne- 63
mo cum paupere, & rerum omnium inope, matrimonium contrahere teneatur. *l. si creditores. ff. de priuil. credit. l. si. ad l. si constante. n. 172. ff. sol. matrim. Pece. in tr. de test. coniug. lib. 2. c. 3. n. 1.*

Quodq; si ita contraheretur: contrahens, 64
neminem fabricatorem, malæ suæ fortunæ alium, quàm seipsam, nominare posset. *DD. modò adducti.*

Quod item cum inope, & paupere, quiq; 65
matrimonij onera, sustinere nequit, peracto cumprimis iàm decennio, & ampliùs temporis, ex quo ab inuicem diuerterant, vir & vxor: redintegrari quoq; matrimonium non debeat. Ducto argumento, à toto ad partem, quod in iure validum & frequens est. *l. quæ de tota. ff. de rei vindic. Euer. in top. in loc. à tot. ad part. n. 1. Ron. hegall. ad l. 3. §. 1. n. 364 ff. de duob. reis. Caball. in tr. de eo, quod inter. n. 104. Caball. in l. si totas. n. 60. C. de inoff. donat. Henric. Bocer. ad l. contractus. c. 2. n. 2. ff. de reg. iur.*

Ambigendum ampliùs non est, quin iniustam, quæ proferebatur, sententiam rectè dicamus.

Prætereà expendamus quoq; illud: quod ob hanc mariti inopiam, vxori consultum non sit, ni dotem suam, reliquaq; bona, quæ attulerat, repetierit.

Explorati enim iuris est: quod ad inopi- 66
am redacto marito, vxor non solùm dotem: verumetiam reliqua bona paraphernalia, reperere, atq; sibi vindicare possit. *DD. communiter ad d. l. si constante. & ibi Iaf. n. 3. & seqq. ff. sol. matrim.* *

Nam si id non fecerit, in eadem, in qua maritus constituetur inopia: sin autem fecerit: nihil consequetur certiùs, quàm quod maritus, ad mores pristinos sit reuersurus: quodq; posterior fœuitia eius, longè antecedet primam.

Quis itaq; non perspicit, fatiùs longè esse: si inposterum, vxor res suas habuerit: maritus item suas?

Nonne ex Crauetta superiùs demonstra- 67
tum est: lite inter maritum & vxorem, de aliqua magna parte, bonorum exorta: ob fœuitiam mariti, quæ hinc oriri solet, vxorem, si voluerit, separationem impetrare posse? *Crau. d. cons. 311. per tot. quem refert & sequitur Couarr. in epit. 4. lib. Decret. c. 7. §. 5. n. 1. ad fin.*

Quid? quod hoc forsitan monstri, sub hoc 68
prætextu, alijt maritus, vt ad manus suas adipiscatur, hereditatem vxoris paternam, quã opulentam esse satis constat? Quippè senex Vulpes, miras nouit eludendi artes, nec facilè laqueo

laqueo capitur. Vt est in prouerbio, quod ex Laërtio refert *Tiraq. in tr. primig. in præfat. n. 92.*

Facilè enim coniectura assequi potest, parentes vxoris, diutiùs posthac, non fore superstites, tum ob ætatem grandiorem, tum ob ærumnas, doloresq́; , quos ex eius facinore, mente conceperant.

69 Quare, cum aucupatoribus, alienarum hereditatum, fauendum non sit. *per l. ex fundo. ff. de rei vind.*

Non diffidat vxor, quin prior sententia, in meliùs reformabitur.

Vt illud, sciens, prudensq́; præteream, maritum tamen, de quo res est, aliâs quoq; , spe sua frustratum iri. Nam vxor, hic, longè maxima, hereditatis paternæ parte carebit, ob litis huius expensas, quas pater eius nomine fecerat: quas item ipsa, reliquis fratribus, conferre obligata est.

70 Quin enim liberi, regulariter conferant ea, quæ in vita parentum perceperunt, vt æqualitas inter liberos conseruetur, dubio omni caret. Tradenti *Vital. Nemauf. in tr. de collat. c. 1. n. 14. per l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Petet itaq; , vt ego censeo, ex adductis rationibus, rectè thori separationem, de qua hìc agitur, vxor: petet item, maritum in expensas, tanquam litigatorem temerarium, condemnari: sed & dotem suam, & reliqua bona, iustè repetitura est. Nec enim mulier aliter, quàm si de adulterio conuicta fuerit, dotem aut reliqua bona, amittit: *c. plærung. ibi Abb. not. ab. 1. ext. de donat. int. vir. & vxor. Bl. Nouell. in tr. de dot. p. 2 priuil. 11. n. 36. Couarr. d. c. 7. §. 5. n. 1. Clar. in pract. crim. §. adulterium n. 13. vbi Villalob. Viuium, & alios adducit, & communem esse attestatur. Boër. in consuet. Biturig. tit. de consuet. matrim. §. 4. gl. 1. in fin. Curt. in tr. feud. a. p. p. n. 20. Coras. in l. qui liberos. p. 1. n. 55. ff. de rit. nupt.* 71 *

Atq; sic ad præsens thema, de iure rectè respondi posse, omninò putarim. Interim ab hac sententia, omni, qui meliores adduxerit rationes, discedere fas erit. F. P. D.

Moriebatur tandem, & antequam in instantia appellationis, ad sententiam perueniretur, maritus: vndè mors ipsa quid sentiendum esset, ostendit.

CONSILIVM XIX.

SVMMARIVM.

1. *Exceptionis appellatione, veniunt etiam eæ, quæ litis ingressum impedinnt.*
2. *Senex ætatis decrepitæ, legitimam personam, standi in iudicio, non habet.*
   Senex ætatis decrepitæ, adæquatus est illi, qui morbo perpetuo laborat. ibid.
3. *Valde senex: valde etiam ægrotanti in iure similis censetur.*
4. *Episcopus senio laborans, potest sibi ascisere coadiutorem, non minùs ac si morbo perpetuo laboraret.*
5. *Senex dicitur quasi se nesciens, vel ceu seminex. Quod in eo omnes ferè vires iam intermortuæ sint. & n. 6.*
7. *Exceptio inhabilitatis personæ, impedit litis ingressum.*
8. *Curator dandus est ijs, qui ipsi, rebus suis superesse, nequeunt.*
9. *Curator dandus est, à Iudice seni deliro.*
10. *Senis & morbo perpetuo laborantis æquiparatio, quatenus obtineat.*
11. *Senex, puer tam rursus factus, non solùm morbo perpetuo laborantibus æquiparatur: sed & eodem cum pueris, & infantibus iure vtitur.*
12. *Exceptio formæ non obseruatæ, impedit litis ingressum.*
13. *Exceptio ordinis præposterati, impedit litis ingressum.*
14. *Exceptio petitionis ineptæ, impedit litis ingressum.*
15. *Probari non debet, quod probatum non releuat.*
16. *Iudicia eludere, & aduersarium sumtibus inanibus diuexare: nemini permittendum.*
17. *Dispositio omnis, tàm viuentium quàm morientium, intelligitur rebus sic stantibus.*
18. *Obligatio pura, cui dies adiecta non est, die præsenti adimplenda est.*
19. *Tempus aliquod, ei etiam concedendum, qui purè promittebat, vt stipulationi satisfaciat: idq; Iudici arbitrarium est.*
    Non tamen Iudex, istiusmodi tempus ad summum, vltra menses duos extendet. nn. 20.
21. *Iudex caueat, ne minùs longum tempus, stipulationi purè conceptæ adimplendæ, præscribat.*
22. *Forma ad vnguem obseruanda, præsertim si ab homine data fuerit. n. 23.*

24. Forma, maximè autem ea, quæ ante actum, vel in ipso actu interuenire debet, strictissimè est obseruanda.
25. Venditor, an, & quatenus possit facultatem redimendi, filiu competentem, ob pactum de retrouendendo interpositum, alij cedere, aut in eundem transferre.
26. Precedentia declarant sequentia.
27. Precedentia semper, plus possunt, in sequentia, quàm econtra.
28. Omne quod est, dissoluitur, eo genere, quo colligatum est.
29. Solennitates, quæ interuenire debent in contractu: interuenire quoq; debent, in eiusdem distractu.
30. Obligat neminem promissio, quæ fit, ex calore, & precipitantia quadam.
31. Deliberatione opus est, in arduis.
32. Deliberanda omnia sunt, cum amico.
33. Tempore egemus, vt aliquid maturius diffiniamus.
34. Opponi contra ea nihil potest, quæ post maturiorem deliberationem, & post longa habitas disputationes, & tractatus fiunt.
35. Deliberando etiam, quis potest errare.
36. Precipitantia inimica iusticiæ, & consilijs.
37. Cum precipitantia, & festinatione nimia, agendum est nihil.
38. Contractus deficit, si minus iusto, legitimoq; tempore fiat.
39. Deliberatio mane fieri debet.
Tractatio rerum grauium, stomacho ieiuno aggrediendæ. ibid.
40. Germani torquentur siti, reliquæ nationes improba venere.
41. Scipio Gentilis, diu, in Germania & in Academia Altorffiana versatus est.
41. Pactum nullum, cum ebrio irritum valet.
43. Contractus cum ebrio celebratus nullus est.
44. Contractus ebrij, iuramento non confirmatur.
45. Contractus qui consensu perficiuntur, sub nocte etiam celebrari possunt.
46. Ebrietas nocte frequentior, & maior plerung, est, quàm interdiu.
Argumentum à communiter accidentibus validum est in iure. ibid.
47. Contractum noctu recte celebrari, quatenus verum.
48. Impedimenta plura fortius impediunt.
49. Argumentum, à solitis in iure valet.
50. Exceptio læsionis enormis, impedit litis ingressum.
Læsio enormis, omnem bonæ fidei contractum, nullum reddit ipso iure. ibid.
51. Lucrum alterius iactura, coniunctum habens graue, & inhonestum semper, bonis omnibus visum est.
52. Contractus, cum ebrio celebratus, dolo fuisse initus, semper præsumitur.
53. Dolo facit, qui petit, quod paulò post, restituturus est.
54. Exceptio dolo facis, impedit litis ingressum.
55. Pactum de retrouendendo, tam conceptum, vt nullis alijs, quàm venditori primo prosit, non comprehendit illum casum, quo in tertij commodum retrouenditio hæc fieret.
56. Contractus interpretandus est, non in id, quod debitori est grauius, sed in id, quod ei magis commodum est.
57. Exceptio tibi non competit actio, impedit litis ingressum.
58. Pactum nudum, actionem non producit.
59. Pactum quid.
60. Argumentum à fortiori valet.
61. Pacisci, aut stipulari alteri non possumus.
62. Procurator negociorum meorum, recte mihi pacisetur.
63. Procurator quis propter eà, quod mandatum habet, confestim recte non dicitur, nisi mandatum, rem, de qua agitur, in sese includerit.
64. Pollicitatio quid.
65. Ex pollicitatione priuatus priuato, sine ea fiat ex causa, sine sine causa, non obligatur.
66. Pollicitatio priuati, priuato facta, non gignit obligationem naturalem. vel ciuilem.
Tanto q; minus generat actionem. n. 67.
68. Pollicitatio non oritur, si de absente dicam: diligo eum, prospiciam illum de veste.
69. Contractus vel pactum inutile, efficacem petitionem, nunquam producunt.
70. Pactum resolutorium emtionis, nihil efficit, si sequatur rei traditionem, & rei restitutio, pactum hoc non sequatur.
71. Contractus consensu perficit, quandiu remanet, in terminis consensus nudi: sed accedente rei traditione, iam potius re, quàm consensu, celebrari dicitur.
72. Exceptione plus petitionis, ante litem contestatam opposita, nihil restat, quàm vt ab obseruatione iudicij, absoluatur reus.
Ampliatur. n 73.
74. Re, plus petit, qui rem totam petit, cum tantum dimidia eius pars ei debeatur.
75. Exceptio precly non soluti, impedit litis ingressum.
76. Oblatio verbalis nunquam in contractibus sufficit, ad acquirendam actionem, sed reali in id oblatione, opus est.
77. Exceptio nullitatis impedit litis ingressum.
78. Super nullitate notoria, sententiam enunciare, non oportet.
79. Sententiam aliter interpretari non possumus, quàm ferant ll. constitutiones.
80. Iudex non censetur, aliud dixisse, vel fecisse, quàm id, quod vult lex.
81. Sententia quid.
82. Testes non sunt examinandi lite non contestata.
83. Attestata testium, lite nondum contestata, receptorum, non probant.
84. Exceptio satisdationis impedit litis ingressum.

85. Lis non

15. Lis non conteſtatur, ſi reus exceperit, quod actor ſatisdationem, de lite proſequenda, & expenſis ſoluendis, non præſtiterit.

16. Interpretatio ad auth. generaliter C. de Epiſc. & cleric. & quatenus ea adhuc, in vſu ſit.

17. In Camera Imperiali, actor de lite proſequenda, & expenſis diſſoluendis ſatisdat.

18. Actor de iure Saxonico, obnoxius eſt ſatisdationi. de lite proſequenda, & expenſis diſſoluendis.
Id quod etiam, in Camera Electorali Brandeburgica obſeruatur. n. 89.
Et etiam in Curia Ducum Pomeranorum n. 90.

91. Poſſidens immobilia non ſatisdat.

92. Actor ob immobilium poſſeſſionem, à ſatisdando, non releuatur.

93. Immobilia poſſidens, non releuatur à ſatisdatione. ſiquidem poſſideat immobilia, ſed ea tantum de quibus lis eſt.
Item ſi poſſideat immobilia, ſed non irreuocabiliter. n. 94.
Item ſi immobilia liti ſuſceptæ, non æquialeant. n. 95.
Et deniq; ſi immobilia, multo ære alieno obruta fuerint. n. 96.

Non video, eccur Viro Nobiliſsimo, Genero tuo de cauſæ ſuæ bonitate, aduerſus A. V. H. deſperandum ſit: aut cur conniuere debeat, vt hoc tempore, teſtes ab Aduerſario producantur. Cum tot habeat, quibus ſe defendat, Aduerſarijq, Conatus infringat, Exceptiones, litis ingreſſum impedientes.

Nam cum in Decreto, quod Domini Aſſeſſores Cameræ Electoralis Brandeburgicæ impertierant, illi expreſſè, Exceptionum interpoſito, quo ſe contra Aduerſarium communiat, reſeruata ſit: dubium non eſt, quin eas quoq; exceptiones, quæ ad litis ingreſſum impediendum pertinent, rectè obijcere que-
1 at. Cum iuris ſit euidentiſimi: quod exceptionum appellatione, ex etiam maximè veniant, quæ litis ingreſſum impediunt per tradit. *Ripa in l. 4. §. Cato n. 83. ff. de verb. oblig. Caſ. contard. ad l. diffamari. c. 6 n. 7. C. de iurgen. manum. Zanger. in tr. de except. §. præmiſſa continuatione. n. 15. v. notandum autem. Sweſenb. in parat. n. 2. ff. de except.*

Primò itaq; hac exceptione rectè vtetur: quod A. V. H. Aduerſarius, iam planè, vt ex ipſa tantùm oris inſpectione dijudicare, & cernere licet: repueraſcat: nec amplius, vt cum Plauto loquar, ſentiat, aut ſapiat.

2 Iam verò iuris eſt haud incerti: quod ſenex ætatis decrepitæ, perſonam legitimam ſtandi in iudicio non habeat. Acquiparatur enim ei, qui morbo perpetuò laboratat. *Abb. ad c. magnæ. n. 8 per ill. text. ext. de vot. Abb. ad c. quoniam. n. 18. ext. vt lit. non conteſt. Neuiz. an. in ſylual. nupt. lib. 2. n. 4. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. queſt. caſu. 60. n. 7. quibus & Terentius in phorm. act. 4 ſcen. 1. & Cicero de orat. de Q. Mutio loquens, accedunt.*

Quo iure catenus etiam vtimur, vt valdè 3
ſenex, valdè etiam ægrotanti, in iure adæquetur. *c. 1. de cleric. ægrot. lib. 6. Ludouic. Gomeſ. in tr. de regul. Cancellit. de infirm. reſign. q. 7. poſt med.*

Vndè etiam Epiſcopus, ſenio laborans, 4
non minùs ac ſi morbo perpetuo impediretur, coadiutorem ſibi aſciſcere poteſt. *d. c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. Cardin. Pariſ. conſ. 29. n. 68 lib. 2.*

Dicitur enim ſenex, quaſi ſe neſciens. *Vt ex* 5
Archid. refert & ſequitur Tiraquell. in tr. de pœn. c. 8. nu. 6.

Vel quaſi ſeminex. Quod omnes ferè in 6
eo vires, iam intermortuæ ſint. *Ludouic. Gomeſ. in tr. de reg. Cancell. d. reg. de infirm. reſign. d. q. 7. verſ. nam vt boni.*

Quare exceptionem inhabilitatis perſo- 7
næ, L. à B. illi rectè opponet. Hæc autem talis eſt, quæ litem ingredi prohibet. *Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. ſent. ex inhab ſeu def. mand. compar. n. 1. & ſeqq. Schrad. in tr. feud. p. 10. in præamb. n. 32. & 39. & ſect. 18. n. 159. & ſect. 19. n. 178.*

Quinetiam iuſte petit L. à B; vt, ſiquidem litigandum omninò, cum A. V. H. ſit, certus ei detur curator, qui liti præſit. Aliàs enim verendum plurimùm eſt, ne non ipſius A. V. H. heredes, exceptionem hanc olim opponentes, omnia demoliantur, atq; euertant, quæ hactenùs in iudicio, & in proceſſu, agitata fuerant. Nam certi, & clariſsimi iuris eſt: 8
quod perſonis, quæ rebus ſuis ſupereſſe nequeunt. *per trad. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 19. n. 145. v. tertio. vbi complurimas DD. autoritates, in id adducit.*

Et in ſpecie, ſeni deliro, curator à Iudice 9
dari debeat. *Vti in iudicibus ſcriptum reliquit, autoritate Rebuffi, & Rotæ Romanæ ſtetus Paul. Montan. in tr. de tut. Autel. & curat. c. 28. n. 25.*

Nec obſtat, quod tamen aliqui Doctores 10
reperiantur, qui hanc æquiparationem ſenis, & morbo perpetuò laborantis mordere, atq; pungere videantur, veluti faciunt *Felin. ad d. c. quoniam. n. 5. ext. vt lit. non conteſt. Alb. in tr. præſumt. reg. 1. præſumt. vlt. Gomeſ. de reg. Cancell. d. reg. de infirm. reſign. d. q. 7. Rebuff. in praxi benef. tit. de inf. reſign. gl. 2. n. 13.*

Nam quod ad Felinum, & Alcyatum attinet, ij ſaltem impropriè, infirmi, & perpetuò morbo laborantis appellatione, ſenem venire, fateri coguntur: reliqui verò duobus Rebuffo, & Gomeſio, de regula tantùm Cancelriæ Apoſtolicæ: quæ de infirmis beneficia reſignantibus, agit, res eſt, eamq; ad ſenes, non extendi tradunt.

Nihil itaq; apti, ex traditione hac, ad rem præſentem, inferri poteſt.

Et adhæc loquuntur ij omnes, in ſene non admodum decrepito, quiq; adhuc mente, memoria, & intellectu integro vtitur. Nam ad ſenem valdè decrepitum, cuius memoria, mens, ratio, & intellectus iam labaſcebant, quiq; repueraſcere iam incœperat, & indè

operi quod agitur, dextrè præsse non potest, omnes iuris dispositiones, de morbo perpetuo laborantibus, loquentes, porriguntur. Vti in specie decidit *Menoch. in tr. de arb. iud. quæst. d. casu 80. n. 10. vers. hanc ego sententiam.*

11 Et eiusmodi senem, qui puer iam rursus factus est, non solùm, perpetuo morbo laborantibus adæquari: verumetiam, eodem cum pueris, & infantibus iure vti, scribit *Sfort. Odd. in tr. de rest. in int. q. 3. n. 11. & 12. & q. 80. n. 110. vers. intelligе.*

Atenim hic, res omni controuersia caret, q. A. V. H. huic liti, dextrè præsse non posit.

SECVNDÒ opponi quoq; potest, haud inutiliter: tàm præposterati ordinis: quàm formæ non obseruatæ, exceptio. Nam cum Decretum Cameræ Brandeburgicæ, totidem verbis caueat: vt tunc ad agendum accedat A. V. H; si priùs pacta inter eum, & L. à B. ratione seruitiorum, feudi nomine præstandorum conscripta, exhibuisset: certum item indicem redituum, ex feudo F; tradiderit: A. V. H. hæc omnia spernit, & interim nihilòminus, decreto hoc innixus, ad agendum, prorumpere conatur.

Quamobrem conatus eius, haud absre, duabus hisce exceptionib. reprimendi erunt.

Et quandoquidem, ambæ hæ exceptiones, earum quoq; naturam sortitæ sunt: quæ litis
12 ingressui, obstant: Vti de exceptione formæ non obseruatæ, *ex Ioh. Monach. & Phil. Franc. in indiuiduo tradit Bl. in tr. de except. imped. lit. ingr. n. 3. n. 5.*

13 De exceptione ordinis præposterati verò docuit idipsum *Bl. ad l. vt debitum. C. de hered. act. Angel. Aretin. ad §. aquè. exceptione 18. Inst. de except. Blanc in d. tr. de except. imped. lit. ingr. d. c. 3. n. 6.*

Meritò actioni, aduersus se institutæ, respondere recusat L. à B; donec, vel Decreto, ab A. V. H. primò, satisfactum fuerit, vel de hisce exceptionibus, Iudex cognouerit.

TERTIÒ: repelli quoq; potest Actor: petitionis ineptæ exceptione.

14 Quæ itidem, hanc habet efficaciam, vt litis ingressum remoretur. Pro vt hoc, de exceptione petitionis ineptæ, in specie scriptum reliquère *Bl. Martin. de Fan. Aug. Aret. & Philip. Franc in locu à Blanco designatis d. tr. de except. imped. lit. ingress. d. c. 3. n. 1.*

15 Et vt edocear exceptionem hanc, L. à B. competere: L. à B. hoc, intentionis suæ, fun-
* damentum ponit, quod iuris sit quotidiani, & communis Interpretum traditio: quod ad probandum ea, nemo admitti debeat, quæ si probata fuerint, nihil planè probantem, releuarent. *l. ad probationem. l. 2. & ibi Br. n. 1. & DD. C. de probat. Franc. Monald. conf. 38. n. 14. vol. 1. Franc. Pfeil. conf 13. n. 11. vol. 1. Zoesius. cons. 36. n. 9. & cons. 38. n. 60. vers. fruſtrà enim.*

16 Etenim ferendum non est, si quis conetur iudicia eludere, & aduersarium sumtibus, & litibus inanibus diuexare. *Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. lib. 1. q. 16. n. 4. circa med. Fr. Monald. d. conf. 38. n. 14.*

Iam verò, longè est certissimum, A. V. H; vincere non posse, etiamsi probarit omnia, quæ articulis suis probatorialibus inseruerat. Talia namq; hi, tantùm complectuntur, quæ ante tres, vel quatuor annos contigerunt: & quæ propterea, amplius L. à B. non astringunt, vt præstet, quæ eum tùm temporis spopondisse, A. V. H. contendit.

Locum itaq; sibi, petitionis ineptæ exceptio, vendicat.

Nam certissimè illud constat, quod omnis 17
omninò dispositio, tàm viuentium, quàm morientium, intelligatur, rebus sic stantibus, & adhuc ita sese, vt anteà, habentibus. *l. quod Seruius. & ibi gl. ff. de cond. ob turp. caus. Peccen. tr. de test. coniug. lib. 1. c. 45. n. 7. Hartm. Pistor. q. 48. n. 1. lib. 2. Cacher decis. 91. n. 2. Card. Par. cons. 16. n. 16. vol. 2. cons. 47. n. 36. vol. 4. Burs. cons. 110. n. 20. vol. 1.*

Atenim hic longè alia nunc est feudi F. conditio, quàm fuerat eo tempore, cum se feudum F. retrouenditurum, vt ait A. V. H; L. à B. promiserat. Noua enim, eaq; necessaria, magnis sumtibus atq; impensis, L. à B. interea, extruxit ædificia: seruitia subditorum, adaucta per eum fuère: agros paltinatione, & reliqua cultura, mirum in modum, cultiores, fecundioresq; effecit: sed & dotalitium in eo, vxori suæ constituit.

Nec obstat, quod attamen L. à B; nullum quo pollicitatio sua adimpleretur, adiecerat diem. Vt habet octauus A. V. H. articulus probatorialis.

Nam hoc multòmagis nocet, quàm pro- 18
dest Actori Quandoquidem, ea, quæ ex stipulatione pura. cuiq; tempus aliquod, adiectum non est, debentur, præsenti etiam die, deberi incipiant, adeoq; implenda sint. *l. eum qui Calendis. §. vlt. ff. cod. tit. l. si dies in pr. ff. quand. dies leg. vel fideic. ced. l. liber homo. §. decem. ff. de verb. obl. Moz. in tr. de contract. Rubr. de stipul. pur. n. 5. & seqq.*

Nec obstat, quod attamen adhuc, etiam in 19
stipulatione pura, aliqnod tempus, ad adimplendum id, q. stipulabatur, moramq; purgandam, cõcedendum sit: quodq; illudipsum tempus, Iudici sit arbitrarium. Vti ex consensu *gl. Berot, Ripa. Br. Ang. Iacobi de Nigr. Alc. Ias. Dec. Tiraq. & Marsil. scriptum reliquit Menoch. in tr. de arb iud. quæst. casu 7. n. 13.*

Nam etsi hoc verum esse fateamur, quis 20
tamen is erit, tam omnium prorsus rerum ignarus Iudex, qui tale tempus, ad quatuor vsq; annos prolongabit? Cum nemo ferè Interpretum omniũ, hocce tempus, vltrà menses duos extendere, ausus fuerit. Qua de re idem *Menoch. d. casu 7. per tot.* videatur.

Quinimò Iudicem, in diffinienda die, in- 21
tra quem, puræ satisfiat stipulationi, moraq; purgetur, cauere debere, ne nimis longum tempus præfigat, aut arbitretur, in indiuiduo

docuit

docuit, communemq; opinionem esse, atte-
stratur *Nonius ad §. omnis. n. 5. Inst. de verb. oblig.*

Accedit ad hæc, quod literæ venditionis,
inter A. V. H; venditorem: & L. à B; emto-
rem cum pacto de retrouendendo, illud syl-
labatim loquantur: non deberi Feudum F.
redimi, nisi id fiat in vtilitatem primi vendi-
toris, succesſorumq; eius, propriam.

Iam verò longè est certissimum, A. V. H.
feudum hac pecunia propria, nec redimere:
nec pecunia alicna redemtum, sibi retinere
posse. Succumbet itaq; rursus A.V.H; quan-
tumuis omnia, quæ se probaturum profite-
tur, Iudicem edocuerit.

Non enim formam, quam actui ipsi con-
trahentes dederant, custodiuit. sed ea moli-
tur, quæ in fraudem conuentionis vergunt.

12 Etenim tritum est illud: quod forma fide-
liter, & ad vnguem vsq; obseruanda, atq; cu-
stodienda sit: quodq; omnia, non solùm quæ
contra, sed etiam quæ præter formam, actui
datam, fiunt, nulla sint, minimeq; subsistere
queant. tradente in indiuiduo *Anton. de Petrut.*
ad l. 1. n. 239. & n. 243. ff. de iureiur. Petrus Ricciard.
ad l. 1. §. possunt autem. n. 21. ff. de testam. Ricciard. ad
l. 1 in pr. n. 25. ff. de vulg. & pupill. Marc. Anton. del-
Re in tr. de iuram. calumn. c. 7. n. 5. Cephal. conſ. 421.
nu. 46.

23 Id quod potissimum, in forma ab homine
data. *Crott. ad l. 1. n. 47. ff. de verb. obligat.*

24 Quæq; vel ante actum, vel in ipso actu, in-
teruenire debet, verum est, atq; obtinet. *Bal-*
lion. de Nobilib. in auth. ex causa. n. 22. C. de lib. prater.

25 Sed & non minùs certum illud est: quod
facultas redimendi, quæ venditori, sub pacto
de retrouendendo, competit in neminem
transferri possit: si id fiat, cum insigni præ-
iudicio emtoris, & redemtio fundi singulari-
ter (veluti hic) personæ ipsius venditoris co-
hæreat, translatioq; non sponte, sed necessa-
rio fiat. tradente in indiuiduo *Franc. Zoanett.*
ad l. 2. n. 25. C. de pact. int. emt. & vendit.

26 Et deniq; iuris quotidiani est illud: quod
præcedentia, interpretationem impertian-
tur sequentibus. *l. qui filiabus in pr. l. si seruus plu-*
rium. §. vlt. ff. de legat. 1. Zas. conſ. 13. n. 5. lib. 2. Lu-
dolph. Schrad. mt. conſ. diuerſ. conſ. 20. n. 169. vol. 3.
Craw. conſ. 419. n. 4. conſ. 436. n. 22. & conſ. 547. n. 5.

27 Et hoc iure, eatenus etiam vtimur, vt sem-
per plus possint, in sequentia præcedentia,
quàm sequentia in præcedentia. *l. quinquies. & ibi*
Br. ff. de legat. 3. Huberum. Zuchard. ad l. vlt. n. 168. C.
de ed. D. Hadr. toll. Martan. Socin. ad l. ita stipulatus. n.
78. ff. de verb. oblig. Cagn. ad l. vlt. n. 49. C. de pact. Tab.
Decian. conſ. 26. n. 82. vol. 2. conſ. 41. n. 38. cod. vol.

Vlteriùs, in considerationem quoq; illud
venit, quod actus postremus, cui potissimùm
confidit A. V. H. (dummodò vnquam conti-
gerit, id quod L. à B; pernegare video) euene-
rit attamen, in conuiuio quodam solenniori,
id quod vterq; tam A. V. H. quàm L. à B. e-
rant inuitati: atque sic aliud agendo.

Videndum itaq; erit, an illiusmodi actui,
qui ex præcipitantia, & animo non deliera-
to, nec non ex ebrietate proficiscebatur, fir-
mi quicquam, superstrui possit?

Hoc etenim inficias ire nemo potest, A. V.
H; non nisi animo benè deliberato, & post
multos tractatus, amicis item in id conuoca-
tis, demùm, cum L. à B. contraxisse.

Si itaq; iniquus esse, L. à B. non voluerit,
eadem quoq; solennitates, rescisioni con-
tractus, atq; eiusdem distractui, adhibere de-
buerat. Vnumquodq; enim eo modo, quo 28
introducebatur, dissolui debet rursus. *l. nihil*
tam naturale. ff. de reg. iur. Affl. decis. 232. n. 4. Tiraq.
de ll. connub. gl. 5. n. 14. Capoll. caut. 229. n. 4. Medic.
in tr. de nouat. in præfat. n. 1. Hart. Pist. q. 4. n. 27. li. 2.

Et eædem solennitates, quæ interueniunt, 29
in contractus celebratione, interuenire quo-
que debent, in eiusdem resolutione, & in di-
stractu *vti ex consensu Bl. Roman. Br. & Aret. tradit*
communemq; esse attestatur Vasq. controuers. vsu fre-
quent. c. 1 n. 12. *

Aliàs enim obtinebit illud: quod ea, quæ 30
ex calore aliquo, & non præmeditatè profe-
runtur, neminem quoq; obligent. tradente
in indiuiduo *Roman. sing. 308. vers. ergò nec dicta.*
Vasq. ill. contr. c. 18. n. 31. Mozz. in tr. de contract. tit.
1. art. 7. n. 34. Tiraq. in tr. de pœn. cauſ. 1. n. 24.

Etenim ipsa iura edicunt: in arduis deli- 31
beratione, opus esse. Vti in indiuiduo tradi-
dit *Specul. ad tit. de adnot. §. nunc tractemus. n. 6.*

Item omnia, cum amico deliberanda esse. 32
Vt dicit idem *Speculat. in tit. de petit. sect. n. 1.*

Etenim tempore egemus, vt aliquid ma- 33
turius diffinianius. *ponderet diſtinct. 50 ſpeculat.*
d. §. nunc tractemus. n. 6.

Sic contra illa demùm, quæ maturiori de- 34
liberatione, & longis habitis disputationi-
bus, & tractatibus fiunt, nihil opponi potest,
decidente in specie *Tib. Dec. conſ. 35. n. 55. vol. 2.*

Cum aliàs, etiam deliberando, quis labi, 35
atq; errare possit. *Alex. ad l. vnic. n. 2. & ibi Iaſ. n.*
8. Iacob. Aurer. n. 33. & 112. C. de err. calc. Bl. ad l. er-
ror. n. 12. & ibi Iaſ. n. 28. C. de iur. & facti. ignor.

E diuerso verò iuris est peruulgaris: præci- 36
pitantiam inimicam, & aduersam esse, & con-
silijs & iusticiæ. *Clement. paſtoralis. §. verum de re*
iudic. Felin. ad c. Eccleſia. S. Mariæ. n. 35. ext. de conſtit.
Hipp. de Marſ. ad l. ſtatu liber. n. 2. ff. de queſt. Vant. in
tr. de nullit. Rubr. de nullit. ſent. ex def. proc. n. 33.

Indeq; fieri, quod cum festinatione, & præ- 37
cipitantia, nihil planè agendum sit. *Luc. de*
Penna ad l. his tantummodò. C. de cenſ. pub. lib. 12. c.
notiſicaſti. 33. q. 5.

Porrò notandum quoq; hoc in loco illud
est: quod, vt habet A. V. H. articulus proba-
tionalis 11. L. à B. mensæ adsidens, se retro-
uenditurum, feudum F. spoponderit. Nam
hinc rursus, rectè infertur, sponsionem hanc,
præterquam, quod ipsam etiam vnquam fa-

ctam, perfiegat L. à B, de iure valere, aut subsistere non posse. Eò, quòd obscuri iuris non
38 sit: quod deficiat contractus, pactum, vel stipulatio, si iusto, debito, legitimoq; tempore, non fiat, atq; celebretur. tradente in indiuiduo *Mozz. in tr. de contract. tit. 1. artic. 7 in fin.*

Atenim, apud omnes in confesso est, quod inter bonos, moris nunquam fuerit, de negocijs, vicies quinq; mille foachimicorum, & ampliùs concernentibus, inter poculorum concertationes agere, tantoq; minus, paciscì, vel stipulari. Memores enim omnes, eius
39 esse oportet, quod traditur: deliberationem de mane fieri debere: & rerum grauium tractationem, stomacho ieiuno, aggrediendam esse. *c. sanè. 1 q. 1 c. honestum. 22 q. 1. speculat. d. tit. de petit. sent. d. n. 1. vers. stem consulo.*

Vt taceam, A. V. H; in articulis istis probatorialibus, sat vafrè reticuisse, quod Dominus Conuiuij, tùm temporis, cum L. à B. promissionem feciss, A. V. H. arguit, festiuitatem solenniorem, ob filium recens natum, celebrasse. Nam hinc rursus, nouum prodit, promissionis huius vitium. Cum nemo sit, qui nesciat, non parci solere, in huiusmodi congressibus, inter Teutones, præsertim verò nobili genere natos, scyphis capacioribus, po-
40 culisq; secundis. Notum enim est, distichon illud: pro defensione nationis Germanicæ, contra reliquas nationes, à poëta non illaudata conscriptum, quod ita habet:

Vt nos dira sitis, sic vos venus improba torquet.
Lex Iulia venceri lata est, nulla mero.

41 Et de temulentia Germanorum, rursus aliqua habentur apud *Scupon. Gentil.* virum diu, in Germania, & in Academia Altorffiana versatum *in lib. origin. sub. v. hereſ.*

42 Sed & eius, nemo ignarus est: quod nullum pactum: *Borcholt. in tr. de pact. c. 3. n. 13. Valent. Franc. in tr. de fideiuſſ. c. 2. n. 34.*

43 Nullus item ab ebrio initus contractus valeat, aut consistat. *gl. ad c. vnusquisq;. in v. qui ebrius. 22. q. 4. Tiraq. in tr. de pœn. cauſ. 6. n. 8. Mozz. in tr. de contract. Rubr. qui poſſ. contrah. matrim. n. 16. Franc. d. c. 2. n. 34.*

44 Quantumuis iuramentum accessisset. tradente in indiuiduo *Humbert. de Bonenc. in auth. ſacramenta puberum. n. 46. C. ſi ad vend.*

Et deniq;, sub hac petitionis ineptæ exceptione, perpendamus quoq; illud: quod A. V. H. in suis articulis: hoc tantùm exprimat: quòd L. à B. sponsionem hanc faciens, melius assederit: at interim, vt eò melius, L. à B. tegatur temulentia, atq; ebrietas, an sub prandij, an verò cœnæ tempus, idipsum fuerit, planè reticeat.

45 Nam etsi non inficiemur: quòd contractibus, qui consensu fiunt, non obsit, eos de nocte, celebratos esse: *text. in l. non minorem. & ibi Iaſ. n. 1. Suchard. n. 4. C. de tranſact. Iaſ. in l. more Romano. n. 14. ff. de ſer. Iacob. de Nigr. ad l. 1. n. 37. ff. de verb. oblig.at.*

Interim tamen non minùs quoq; verum 46
hoc est: quod per communiter accidentia, ebrietas maior semper, esse soleat noctu, quàm interdiu per communiter accidentia. Quod argumentum in iure, forte, frequens & vtile est. *Euerard. in topic. in loc. à commun. accident. n. 1. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 29. Cachran. deciſ. 44. n. 4. & deciſ. 108. n. 10.*

Non dicam nunc, illam etiam traditionem, quam modò adducebamus, ad nostrum negocium, adaptari non posse.

Loquitur enim non de ebrijs, sed sobrijs: 47
non de ijs, qui aliam ob causam conuenerunt, & postquam hilarius biberant, benè poti, res serias, inter scyphos agere, & tractare incœperant: sed de ijs, qui ob id, vnicè, vt contractum celebrarent, sese congregauerãt.

Quare hinc ad casum, negociumque nos- 48
trum, apti quicquam inferre velle, insania est. Quis enim nescit, impedimenta plura, fortiùs impedire. *Auth. itaq. C. comm. de ſucceſſ. Alc. conſ. 192. n. 7. lib. 2.*

Vt taceam hunc morem, inter Germanos nostros, præsertim verò, in hisce terris Saxonicis, esse receptum: quo non curatur, quid vesperi fiat. sed quo, si quid vesperi acciderit, quod eos, vel malè habeat, vel è diuerso placeat: manè, vel si id mane primo fieri nequeat, prima quaq; occasione, per scipsos, vel per alios, eum, qui cum res est, alloquantur, scisciturí, ea ne, quæ vel dicebantur, vel fiebant, seriò fuerint acta, nec ne: quodq; tùm demùm, si dicta, factaque matutina, serotinis respondérint, fidem illis habeant, & quid facto post deindè opus sit, statuere secum soleant. Quod A. V. H. hic, sine bona, siue mala fide, facere, omninò neglexerat.

Stat itaq; à partibus L. à B. argumentum 49
quoq; à solutis, quod in iure probabile, frequens, & vtilissimum est. *Euer. rurſus teſte, in loc. ab vſit. ſeu à ſolut. n. 1. Ripa ad c. cum M. Ferrar. n. 39. cum mult. ſeqq. ext. de conſtit. Coraſ. miſcell. lib. 3. c. 18. n. 2. Cacher. deciſ. 69. n. 11. Rayner. Budel. in tr. de re numm. lib. 2. c. 21. n. 2. Iacobus Nouell. in tr. ad deſenſ. Rub. 3. n. 66.*

Qvarto, rectè quoq; obijcit L. à B; A. V. H; exceptionem lœsionis & deceptionis.

Satis enim indicat, quartus, A. V. H probatorialis articulus, recuperare eum quidem velle, feudum F; sed nolle refarcire, sumtus, melioramentorum ratione factos.

Quod si fieret, manifestissimè lœderetur, & vi consequentis, deciperetur quoq;, L. à B. vltrà tria enim thalerorum millia, in extruendis nouis, ijsdemq; necessarijs ædificijs, in pastinando agro, in instaurando iusto ouium numero, & similibus melioribus, impenderat.

Quare vt dixi, A. V. H; lœsionis, decep- 50
tionisque exceptio, rectè opponitur. Hæc autem talis est, quæ contractum omnem, inutilem,

utilem, & fruſtratorium efficit, quodq; conſequens eſt, litis ingreſſum impedit. Ob enormem enim deceptionem, contractus omnis bonæ fidei, ipſo iure nullus eſt. *per trad. Bl. ad l. 2. n. 2. & 8. C. de reſc. vendit. Ant. Gal. eat. Maluaſ. conſ. 39. n. 7. vol. 1.*

51 Accedit & hoc, quod ſemper & vbique, boni, grauesque viri, lucrum, alterius iacturam, coniunctum habens, graue, inhoneſtumq; putarint. *Vti in induiduo ex Decio, de edit Ceph. al. conſ. 25. n. 8. vol. 1.*

52 Quod item contractus, cum ebrio initus, dolo præſumatur celebratus. *gl. & Bl. ad l. dolum. C. de dol. mal. Zanger. in tr. de except. ſubr. de except. doli. n. 34.*

53 QVINTÒ: ſuccedit quoq;, exceptio: dolo facis, quod petis, quod paulò pòſt reſtituturus es. Pro vt de hac exceptione *textus eſt: in l. dolo facit de reg. iur. lib. 6. l. in condemnatione. §. dolo facit. ff. de reg iur. Zanger. in d. tr. except. Rubr. de except. doli. nu. 14. Gal. eat. Maluaſ. conſ. 2. n. 13. volum. 1.*

54 Quam rurſus, litis ingreſſum impedire, iuris indubitati eſt. tradente in indiuiduo *Blin l. emtor. C. de hered. vel act. vend. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingr. ff. c. 5. nu. 13. Ioh. Bapt. Aſin. in ſua praxi. §. 13. c. 9. num. 7. Socin. conſ. 38. nu. 23. lib. 1.*

Et vt hanc quoque exceptionem, ſine mora edoceamus: illud ex literis venditionis, inter haſce partes conſcriptas, conſtat: quod non niſi pro ſe, & in ſui commodum propriũm, A. V. H; feudum F; redimere poſsit: quodq; idipſum altrâs, pleno iure, ad L. à B; ſpectare debeat.

Iam verò id facere, A. V. H. impoſsibile quid eſt, ob extremam eius egeſtatem, omnibus notam, atq; perſpectam.

Locum itaq; ſibi vindicat, exceptio hæc: dolo facis &c.

55 Etenim venditor ſub pacto de retrouendendo, ſi is obligatus ſit, non alij, quam ſibi, fundum venditum redimere, paciſcens ſimpliciter, fas ſibi fore, fundum venditum redimere: hanc pactionem non extendet, ad illum caſum, quo in tertij cuiuſpiam commodum, hæc redemtio cederet. *per l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſtum. fac. trad. Caualc. in tr. de tut. & curat. n. 82. Boer. in conſuet. Biturig. tit. de conſuet. martim. §. 6. gl. 2. Cald. in l. ſi curatorem, in v. læſis. n. 141. verſ. vltimò, C. de reſt. in integr.*

56 Non enim in id, quod debitori grauiùs, ſed in id, quod eidem commodiùs eſt, contractum interpretari debemus *tradente in indiuiduo Boerio, dec. 187. n. 26. verſ. cum autem per l. Labeo. ff. de contrah. emt. l. cum quæritur. ff. de reb. dub. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. obl. l. qui concubinam. §. 1. ff. de legat. 3.*

57 SEXTÒ: opponere quoq; meritò, L. à B. poterit: non competentis actionis exceptionem. Cuius hæc rurſus eſt proprietas: quod litis ingreſſum impediat. tradentibus in indiuiduo *Br un l. neau & poſtea in pr. n. 7. & ibi laſ. n. 15. & DD. ff. de in rem. & pluribus. DD. autoritatibus, in id adductis, hanc veram, & magis receptam* esse opinionem atteſtatur *Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingr. c. 4. n. 1. Coler. in tr. de proceſſ. executi. p. 4. c. 1. n. 156. Pract. Pap. in form. reſp. rei conuent. in v. præſcriptionis. n. 1. & in v. quo ad impediendum proceſſum. n. 2. Tuzz. ſom. opin. 15.*

Nam vt ex Articulis A. V. H; colligere promtum eſt: tres omninò A. V. H; indicare poteſt actus, ex quibus, ius agendi, ad retrouendendum, ſibi competere, inferre conatur:

Primus eſt ille, cum duos nobiles, ad L. à B. ablegaſſet, vt nonnulla ei, verbis A. V. H; denunciarent:

Secundus eſt, qui in pago S; præſentibus D. M. B. & I. F. cuenit, cum hi duo, ob componendas lites, inter ſ. patrueles, conueniſſent, & obiter retrouenditionis hnius, cum inter ceteros, forte fortuna, L. à B. quoque adeſſet, mentionem iniecisſent:

Tertius eſt, qui ad menſam N. accidit, de quo etiam antea vidimus.

Atenim certum eſt, nullum horum actuum, ad producendum actionem, efficacem ſatis eſſe.

Nam, ad primum quod attinet, eſto, promiſerat hiſce duobus nobilibus, L. à B; feudum F; ſe retrouenditurum, etiam non finitis annis, retrouenditioni ab initio dictis (id quod, vehementer negat L. à B.) non tamen propterea, actio vlla dabitur A. V. H.

Nam primò, nemo hominum vnquam fuit, qui promiſsiones haſce, per L. à B. factas, nomine A. V. H. acceperat: aut eius nomine, tale quid ſtipularetur, aut paciſceretur.

Et præterea ſi id acceptare, aut A. V. H. nomine, tale quid ſtipulari, aut paciſci, duo hi inter nuncij voluiſſent: vtiq; id, cuius effectũs, facere non potuiſſent.

Cum enim, ne ex pacto quidem oriatur 58
actio, quandiu id nudum fuerit: *Lauregentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Borcholt. in tr. de pact. c. vit. n. 1. Aſſil. deciſ. 120. n. 2. Cacher. deciſ. 2. n. 3.*

Hic verò, ne pactum quidem, exortum 59
eſſe, rectè dicamus: Cum pactum duorum, vel plurium, in idem, ſit placitum, atq; conſenſus: *l. 1. in pr. ff de pact. Blan. tr. de pact. n. 1. Exea in tr. de pact. n. 269. Caccialup. in tr. de pact. q. 1. n. 1. Pract. Pap. in ſtr. lib. quo ag. vt pact. ſeruent. ad v. pacta. nu. 1.*

Conſequatur oportet, nullam hîc natam 60
eſſe actionem. Idque per argumentum à fortiori, quod forte, frequens, & vtile in iure eſt. teſte *Euerard. in topic. in loc. à maior. n. 1. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. deſc. 10. n. 25. Schrad. in tr. feud. an 1. p. 9. p. p. c. 4. n. 3. in fin.*

61 Eodem quoq; modo certum est, quod alteri pacisci.l.quo tutela.§.vlt.ff.de reg.iur.Borcholt. in tr.de pact.c.4.n.1.

Aut stipulari, nequeamus. *l.stipulatio ista,habere licere.§.alteri ibi Ias.n.1. & DD.communiter.ff. de verbor.obligat.Tiraq.in tr.de iur.conflit.limit.30. n.15.Tiraq.in tr.de priuil.pia caus.priu.114.Mozz. in tr.de contract.Rubr.quom.stip.null. & irrit.stat.n. 5.Seraphin tr.de iuram.priuil.24.n.1.Steph.Forcat. in Necyom.dial.6 3.n.3.*

Nec obstat, hos attamen nobiles, ab A. V. H; ad L. à B. internuncios fuisse destinatos: Nam hinc nihilomagis locum inueniet illud,
62 quod dicitur: procuratorem negotiorum meorum, recte mihi pacisci. *l.reſcriptum.§.vlt. & ibi DD.ff.de pact.Borcholt.in tr.de pact.c.4.n.22. Duaren.in tr. de pact.c.3.verſ.pactum à procuratore.*

Nam primò negatur, hos, in classe procuratorum recenseri posse, non, vt de retrouenditione, cum L.à B.agerent, sed ob alias cau-
63 sas, ad eum fuerint missi. Ob id enim, quod quis mandatum aliquod habet, non dicetur confestim procurator, nisi illud mandatum extenderit sese, ad rem præsentem, & de qua nunc agitur. *Bl in l.Iicet in pr.C.de procurat.Bl. in l.falſus in pr.C.de falſ.Specul.in tit.de procur.§. ratione formæ,in fin.Felin.in c.ex parte Decani.n.4.ext. de reſcript.Ioh. Monach. in defenſor. iur. tit. 5.n.21. Vant.in tr.de nullit.Rubr.de nullit. sent. ex defenſ. seu inhab.mand.compar.n.74.vbi communem ducit.*

Sic quoq; pondus aliquod, illud non habet: quod tamen, ex verbis L. à B; quæ ad internuncios A. V. H. habuit, ad minimum,
64 pollicitatio rectè inferatur: cum pollicitatio sit vnius solius, offerentis promissum. l.3 ff.de pollicit. *Caccialup.in tr. de pact. q. 5. n. 3. Fortun. Garc. in tr. de vlt. fin. iur. n. 469. Borcholt. in tr.de pactis.c.1.n.1. Borcholt.in tr.de vſur.c.4. n. 32. Conan.commentar.iur.lib.5.c. 1.n.10. & c.8.n.1.*

Fac enim hoc ita esse, non proficies attamen. Cum priuatus priuato, ex pollicitatio-
65 ne, siue ea, ob causam, siue sine causa, facta fuerit, non obligetur. *tot.tit.ff.de pollicit.Caccialup. in tr. de pact. d. q. 5 .n. 6. Gomez.variar. reſol. lib. 2.c.9 n. 1. & ibi Eman. Soar. in addit. Forcat. in Necyom. dialog. 52. n.4. Ias.ad Rubr. n. 7. in fin. ibi Iacob. de Nigr.n.73.& Alc.n.9.& DD.ff.de verbor. obligat.*

66 Vndè nec ad producendum obligationem, naturalem, vel ciuilem *Hieron. Verme ad d.rubr.n. 25.& ibi Lancel. Galiaul. n. 191. Crott. n. 28. Alc.n.10. Carol. Molin.n. 3. & DD. ff.de verbor. obligat.*

67 Quodq; consequens est, tantò minùs ad actionem generandam efficax est. Vti tradidit in indiuiduo *Gomez.d.lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 1. ad fin. & ibi Eman. Soar. in addit. Hubert. Zuchard. ad Rubr.n.84.C.de pact.*

Ob pollicitationem itaq; hanc, hærebunt adhuc, res A. V. H; in eodem luto.

Ita quoque, res sese habet, cum secundo actu, quem A. V. H. adduxerat.

Nam demus, vera esse omnia, quæ de hoc actu, in septimo suo articulo probatoriali, A. V. H. narrauit: non magis tamen adhinc, quam ex priori, ius agendi ad retrouendendum, expromere poterimus.

Nam nec hîc quispiam præsto fuit, qui se hoc nomine A. V. H. ratum habere testaretur.

Quare fieri quoque non potest, vt hinc actio vlla producatur.

Etenim si verum est: quod ex illis verbis: 68
quibus de absente dico: diligo eum, prospiciam illi de veste, ne pollicitatio quidem oriatur. tradente in indiuiduo *Mol.n.ad rubr. n. 3.ff.de verb.obligat.*

Nasci quoque eadem, ex illis verbis, quæ absente A. V. H; L. à B. ad D. M. B & I. T; protulit: nempè, se precium, quod pro feudo F. numerauerat, recepturum, & feudum ipsum, retrouenditurum, haudquaquam potuit.

Denique, aduersus tertium actum, quem A. V. H; ad stabiliendum actionem suam adduxit, pondero ea omnia quæ superiùs, de inconsulto, & non deliberato animo, calore, præcipitantia, ebrietate &c. in id, expendebam.

Hinc enim de instabilitate, nullitateque actus huius, clarè elucescit. Quare rectè paucis sese, expedire L. à B. potest, dicendo scilicet: quod ex pacto, vel contractu inuti- 69
li, & inualido, efficax petitio, vel exactio, non oriatur. Vti in indiuiduo docuit *Zuſenb. conſ. 65 n. 16.*

Id quod, propterea eò magis obtinebit: cum in præsentia, nullum pactum, ad vendi-
tionem anteà celebratam resoluendam, sufficiens satis fuerit.

Nam incerti iuris non est: quod pactum 70
resolutorium emtionis, dummodò rei traditionem sequatur, ad agendum, nil quicquam prosit, nisi ad pactum hoc, accesserit, rei restitutio. *Lab emtione, & ibi Ias.n. 3. & DD. communiter.ff.de pact. Lætitio.ff. de reſc. vendit. Boer. in conſuet. Biturig. tit.de retr. §.1.gl. 1. col.vlt.*

Etenim tandiu, contractus solo consensu 71
perfici dicitur, quandiu remanserit, in terminis nudi consensus. Accedente porro rei traditione, in eo ampliùs, res non est, sed iam potiùs re, quàm consensu contractum celebrari, rectè dicitur. *Cyn.ad l. 1. quæſt.3. C.quand. libb eunt.Aſced. Ias.ad d.§.ſi ab emtione.n. 15.ff.de pact.*

Septimò, opponi quoque, & quidem eo respectu, vt litis initium præpediatur, A. V. H. exceptio plus petitionis, rectè poterit.

Etenim si ante litis contestationem, Reus, 72
plùs petitionis exceptionem opposuerit:
nihil

nihil præterea reliquum est, quàm vt ab obseruatione iudicij, absoluatur Reus: & Actor è diuerso, in expensas condemnetur, & præterea pœnas, plus petentib. dictratas, perferat, atq; patiatur. *l. 1. C. de plus petit. §. temporales. & §. hodiè. Inst. de except. l. quod si Ephesi. & ibi DD. ff. de eo quod cert. loc. s. vnic. ext. de plus petit. Schneidewin. ad §. si quis agens vers. sed hæc quidem Inst. de actionib. Zanger. in tr. de except. Rubr. de except plus petit. n. 9.*

73 Quod verum est, etiamsi eum, ante litem contestatam, taliter egisse, pœnituerit. *DD. ad l. vnic. ext. de plus petit. Iaf. ad §. sed hæc quidem. col. 2. post pr. Inst. de act. Crau. cons. 511. n. 1. & cons. 524. n. 5.*

Iam verò A. V. H. plus petijt. Totum enim feudum F; retrocmere cupit, cum attamen, solus eius non sit venditor, sed idipsum, cum fratre G. V. H. vendiderit.

Et præterea paulò ante, quàm actio hæc, per A. V. H; in iudicio proponeretur, is G. V. H; in viuis esse desijt: eiq; nec in feudo, nec in allodialibus, A. V. H. succesit:

Haud itaque abs re, A. V. H; plus ipsa re
74 petere, recte assueueramus. Etenim is re plus petit, cui dimidia tantùm fundi pars debetur: si totum integrumq; fundum, petierit. *§. plus autem Inst. de act. Zanger. d. tr. de except. d. tit. de except. plus petit. n. 3.*

Octavo: excipiet quoq; L. à B; haud infrugiferè, de non facta hactenus precij dissolutione.
75 Quæ non soluti precij exceptio, ex eorum genere, rursus est, quæ litis ingressum impediunt. Vti in indiuiduo scriptum reliquit *Angel. Bretun. ad §. aquè except. 12. Inst. de exception. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingr. c. 1. num. 16.*

Nam vt habet emtionis instrumentum, L. à B; finitis etiam annis, qui retrouenditioni dicebantur, feudo F; cedere non cogitur, nisi priùs receperit precium integrum: nisi item priùs, meliorationum nomine, illi satisfactum fuerit.

Iam verò, ad hæc omnia præstanda, ne teruncium quidem, etiam hoc die adhuc, possidet A. V. H.

Precij itaq; non soluti exceptio, conatus eius, & machinationes, meritò infringet:
76 Etenim nunquam in contractibus, ad acquirendam actionem, ne oblatio quidem verbalis sufficit, sed oportet, vt oblatio sit realis, vtq; oblationem post deindè, siquidem creditor, pecuniam obtam, recipere abnuat, sequatur depositio, & consignatio. *Br. in l. acceptam. n. 3. vers. primo casu. C. de vsur. Br. in l. si à te comparauerit per ill. text. C. de pact. int. emt. & vendit. Br. in l. si debitor. nu. 1. ff. de solut. Br. in l. prætor ait. §. si quis paratus. nu. 1. per ill. text. ff. de nou. op. nunc. Valent. Franc. in tr. de fideiussorib. c. 6. n. 35. Matheſilan. sing. 129. Neguzant. in tr. de pignor. in 2. p. 3. memb. 5. p. p. n. 1. Iafan. d. l. prætor ait. §. cum autem. n. 7. ff. de no. op. nunc. Ripa ad l. si insulam. n. 66. ff. de verbor. obligat. Alex. de Imol. cons. 131. n. 7. vol. 4. Rol. à valle cons. 53. n. 34. vol. 1. & tradunt alij complurimi, quos congesit Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 19. n. 5.*

Nono: haudquaquam etiam suo effectu, nullitatis exceptio, siquidem interposita fuerit, carebit.

Quæ rursus, litis ingressum impedit. *per* 77
trad. Bl. ad l. tale pactum. §. qui prouocaut. q. 12. in fin. ff. de pact. Philip. Franc. ad c. dilecto. q. 10. vers. secundo dubitatur ext. de appellat. Vant. in tr. de nullit. Rubr. quot. & quib. mod. null. n. 16.

Et quidem vsque eò: vt nec pronunciatio- 78
ne opus sit, si de nullitate, manifestò constiterit. *Blanc. ad l. ab executore. col. 2. C. de re iud. Vant. in d. Rubr. quot. & quib. mod. null. prop. poss. num. 41.*

Cum enim Decretum Dominorum Assessorum Cameræ Brandeburgicæ, nihil amplius habeat, quàm A. V. H; iudicialiter edocere debere: quod L. à B. promiserit, se cessurum feudo F; siquidem precium, quod priùs numerarat, recepisset: A. V. H. attamen, omni planè libelli oblatione, omni item litis contestatione & reliquis actibus, qui testium productionem præcedunt, omissis, iudicij telam, statim ab examinatione testium, exorsus est.

Nulliter itaq; planè processit.

Nam verum est illud: quod sententiam 79
aliter non debeamus, nec possimus interpretari, quàm vt fert, iuris constitutio. *l. miles. §. decem. ff. de re iud. Br. in l. si fundus. §. in vendicatione. n. 4. vers. ego puto. ff. de pignor. Alex. de Imol. cons. 46. n. 3. vol. 5. Crau. cons. 74. n. 9. cons. 386. n. 10. cons. 597. n. 3. & cons. 791. n. 10. vbi prætereà Corn. & Capoll. in id adducit.*

Quòd item Iudex, aliud non censeatur 80
dixisse, vel iussisse, quàm id, quod vult lex. *Crau. cons. 355. n. 4. d. cons. 386. nu. 10. & cons. 936. n. 13.*

Etenim, quid aliud est sententia, quàm de- 81
claratio iuris, ex partium propositionibus, diffinienteOldendorp. int. conf. diuers. conf. 4. n. 6. volum. 3.

Deindè, non minùs quoq; illud verum est: 82
quod lite non contestata, ad testium receptionem, non sit procedendum. *toto rubr. & nigr. ext. vt lit. non contest. Hartm. Pist. q. 39. n. 1. & per tot. lib. 1. Seraph. de Seraphin. in tr. de turam. prin. 33. n. 166. Rutger. Rul. in tr. de commiss. p. 2. lib. 1. c. 1. n. 1. & seqq. Prosp. Farinac. in tr. de testib. q. 76. n. 2. vbi vel sexcentos in id congestit, & n. 3. vbi ab hac sententia, præter solum Fulgosium, neminem discedere testatur est.*

Quod verum est, vsq; eò, vt nulla sint atte- 83
stata omnia, taliter recepta. *vti ex Ioh. And. & Butr. attestatur Farinac. d. tr. de testib. d. q. 7. n. 6.*

Qui igitur hìc, quod cognouerant, Domini Assessores Brandeburgici, aliter interpre-

taremur, quam vt libello exhibito, liteque conteſtata, & abſolutis reliquis iudiciarijs actibus, ad examen teſtium, demùm procedatur.

Maximè, cum aliud non ferat, ritus Cameræ Brandeburgicæ. Nec enim conſuetum eſt, proceſſus auſpicari, à probationibus: niſi id diſertis verbis, in Decretis Dominorum Aſſeſſorum, caueatur: quod rariuſculè, & non niſi quandoq; , in cauſis poſſeſſionis litigioſæ, fieri aſſolet.

Quod ſi, nouem hæ exceptiones, quas hactenus recenſuimus, omnes ceſſarent: veteretur tamen Decimo loco, haud peperam, L. à B. exceptione ſatisdationis.

84 Quæ rurſus dilatoria eſt, & litis conteſtationem remoratur. *Angel. Aret. ad d. §. æquè. except. 27. Inſt. de except. Blanc. d. tr. de except. imped. lit. ingreſſ. c. 6. n. 2. Zanger in tr. de except. Rubr. de except. ſatisdat. ſub n. 14. verſ. excepto loc.*

85 Etenim ſi Actori, obijcit Reus, quod de lite proſequenda, & expenſis reficiendis, hactenus non ſatisdederit, litis conteſtatio fieri, impeditur. *Blanc. d. c. 6. d. n. 7. Conrad. Lancilet. in tr. de off. prætor. Rubr. de ſatisdat. n. 1. per auth. generaliter. C. de Epiſc. & cleric.*

86 Nec obſtat, quod attamen d. auth. generaliter. C. de epiſc. & cl. in vſu ampliùs eſſe deſierit. *gl. in §. ſed hodiè Inſt. de ſatisdat. Br. d. auth. generaliter in pr. C. de epiſc. & cler.*

Nam idipſum, ſecundum quid tantùm, verum eſt. Nam etſi nonnulla tribunalia reperiri poſſe, non inficiemur, in quibus quæ d. auth. diſpoſuerat, non cuſtodiantur: plæraq; tamen è diuerſo, tribunalia extare, in quibus adhuc, in viridi ſit obſeruantia, dictæ auth. generaliter, diſpoſitio, rectè aſſerimus.

87 Sic in Camera Imperiali, obſeruatur. *Ordinat. Camer. p. 3. tit. 49. in fin. Denaijs. in iur. Camer. in v. cautio. n. 1.*

88 Sic in foro Saxonico viuitur. *Conſtitutio Electoris Auguſti. 3. p. 1.*

89 Sic viuimus, in noſtro foro, & in Camera Electorali Brandeburgica, vt mille præiudicijs, poſſet demonſtrari.

90 Sic idipſum obſeruatur in Pomerania Pomeriſche Hoffgerichtsordnung *tit. de caution. iudic. ſiſti. & iudic. ſol.*

Sic deniq; in plærisq; locis, conſtitutionem hanc, auth. generaliter, adhuc vigere, atteſtatur, de ſui temporis moribus *Practi. Pap. in form. reſp. rei conuent. an v. de lite.*

Ceſſet itaq; hæc obiectio, atq; ſcrupus.

Nec obſtat, quod A. V. H. prædiolum etiamnum, R. dictum, poſſideat: ideoq; ſatisdationis onere, eximi videatur.

91 Cum iuris ſit expreſsi: poſſidentem immobilia, ad ſatisdandum, non eſſe, compel-
* lendum. *l. ſciendum. & ibi Iaſ. in pr. & DD. communiter. ff. qui ſatisd. cog. Marant. in tr. de ord. iudic. in 1. p. 6. p. 9. memb. 8. n. 2.*

Nam huic facili negocio, reſponderi poteſt, & quidem plurifariam:

Nam primò intelligitur hæc regula: de Reo, & non de Actore. Reus enim ob im- 92
mobilium poſſeſsionem, à ſatisdando releuatur: actor non item. *Bran. l. de die. §. quidam. n. 1. verſ. vel die, quod hic maritus. & ibi Raph. Fulgoſ. ff. qui ſatisd. cog. Alex. de Imol. ad l. ſciendum. in pr. n. 2 fallent. 2. ff. eod. tit. Abb. ad c. quoniam. §. in aliis. n. 2. ext. vt lit. non conteſt. Catell. Cotta in memor. in v. immobilium ſlueſt. Aldobr. ad v. hodiè, ad v. in iudicio. Inſt. de ſatisdat. Conrad. Lancil. in tr. de off. prætor. Rubr. de ſatisdat. n. 3. Franc. in tr. de fideiuſſ. c. 4. n. 10.*

Secundò fallit hæc regula: cum quis qui- 93
dem poſsidet immobilia, ſed talia tantùm, quæ pertinent ad illa bona, de quibus, inter partes lis eſt. *Iaſ. ad d. l. ſciendum in pr. n. 2. fallent. 1. ff. qui ſatisd. cog. Hipp. de Marſ. ad rubr. n. 256. ff. de fideiuſſ. Valent. Franc. d. tr. de fideiuſſor. d. c. 4. num. 22.*

Tertiò ceſſat itidem, in poſſeſſore rerum 94
immobilium, quæ poſſeſſoris irreuocabiliter non ſunt. *per l. de die. §. quidam. ff. qui ſatisd. cogant. l. ſciendum. §. poſſeſſor. verſ. eum verò. ff. qui ſatisd. cogant. fac. trad. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 61. verſ. & aliàs.*

Quartò locus ei nullus eſt, quando tanti, 95
immobilia æſtimari nequeunt, quanti æſtimari poteſt, his cœpta. *Mynſ. ad §. ſed hodiè. n. 3. Inſt. de ſatisdat. Ludouic. Romanus ad l. 2. & ibi Taſ. n. 1. ff. qui ſatisd. cog. Franc. an d tr. de fideiuſſ. d. c. 4. n. 5. Vbi Specul. Bl. Arg. Caſtr. & Alex. in id adducit.*

Quintò & vltimò limitatur denique: 96
Nam quoties quis, bona quidem immobilia poſsidet, ſed æri alieno, tantoperè obnoxia, vt incertum ſit, num hinc ſatisfieri collitigatori poſsit, ſiquidem eum, liti cedere, à quo ſatisdatio petitur, oportuiſſet. *Vti ex Alex. & Iob. de Imol. Iacob. de Aren. & Hipp. de Marſ. ſcriptum reliquit Franc. d. c. 4. n. 46.*

Iam verò in præſentia, A. V. H; Actoris, & non Rei, partes ſuſtinet.

Et quantumuis Rei loco, hîc eſſet habendus: immobilia tamen omnia, quæ poſsider, ad illud feudum, de quo controuerſia eſt, pertinerent.

Sed & irreuocabiliter illa non poſsidet: cum fieri poſsit, vt hæc certis conditionibus euenientibus, de quibus venditionis literæ loquuntur, ad L. à B. deuoluantur: vt de eo nihil dicam, quod hæc viliora longè ſint, quàm vt liti poſsint æquiualere: quod item ex his, reliquis A. V. H; creditoribus, nequaquam poſsit ſatisfieri.

Satisdationi itaque A. V. H; omnino ſubiacebit.

Ego

Ego verò, Vir Nobilissime, cum Generum tuum, tot exceptionibus communitum esse videam, vt de exceptionibus peremtorijs, nunc taceam, securum eum esse, de litis victoria, iubeo F. P. D.

Postea cum exceptiones hæ, simul conscriptæ, Iudicibus exhiberentur, qui illas vicissim, ad A. V. H. miserunt: A. V. H; in libello, quem Iudicibus porrexerat, liti huic, supremum vale dixit, & actioni suæ diffisus, se agere vlterius nolle, expressè testatus est.

CONSILIVM XX.

SVMMARIVM.

1. *Prælatus eiusq; heredes, tenentur Ecclesiæ, de ijs, quæ durante administratione eorum, deteriora facta sunt.*
2. *Ecclesia tenetur prælato, eiusq; heredibus, si rem Ecclesiæ, meliorem, cultioremq; reddiderit, dum Ecclesiæ præesset.*
   Oppositum in opposito, idem operatur, quod propositum in proposito. ibid.
3. *Argumentum à correlatiuis, valet.*
4. *Contractus claudicare non debet.*
   Maximè verò contractus Ecclesiæ. n. 5.
   Ecclesia, est amatrix, & cultrix iusticiæ. d. n. 5.
5. *Prælatus, habet liberam administrationem, respectu fructuum, quos percipit, tempore suæ administrationis.*
   Extenditur, vt n. 7. & 8.
9. *Episcopus de portione sua, quod vult disponere potest.*
10. *Prælatus de pecunia Ecclesiæ, quod vult, disponere potest.*
11. *Fructus percepti, & reconditi omnes, prælati sunt, qui eos perceperat.*
12. *Prælatus nihil restituere tenetur Ecclesiæ, de his, quæ ei alimentorum nomine, assignata fuêre.*
13. *Prælatus, qui de proprio patrimonio, res ecclesiæ, meliores effecerat, meliorationum sumtus, iure repetit.*
   Extenditur vt n. 14.
15. *Prælati dicto standum, si id adiuuetur, iuris præsumtionibus, quantumuis id, in detrimentum ecclesiæ vergat.*
16. *Prælati dicto non standum, quo ad sumtus, quos se fecisse, in meliorandis rebus ecclesiæ asseuerat.*
   Et quatenus id verum sit. n. 17.
18. *Prælatus omnia quæ possidet, præsumitur ex Ecclesiæ reditibus, acquisiuisse.*
   Quod declaratur. n. 19.
20. *Prælatus, qui habet patrimonium proprium, licitè conuertit fructus prælaturæ, in vsus, proprij patrimonij.*
21. *Probari non debet, quod probatum non releuat.*
22. *Opinio magis recepta, quæ.*
23. *Dubitare de ijs, quæ clara iam sunt ex obseruatione, rationis non est.*
24. *Fructus etiam à solo separati, dummodò consumti nondum sint, prælati esse negantur, ex aliquorundam sententia.*
25. *Argumentum à clerico, ad prælatum, tanto magis ad Episcopum, Archiepiscopum, vel Administratorem Episcopatus, vel Archiepiscopatus non valet.*
   Administrator Ecclesiæ, plus potest, etiam contrahendo, quàm vnius tantùm præbendæ administrator. ibid.
26. *Episcopus plus potest, quàm Abbas.*
27. *Archiepiscopi potestas, episcopi potestate, maior est.*
28. *Clericus fructus etiam perceptos, & à solo separatos, vsq; adeò suos non facit, vt de eis possit testari.*
29. *Prælato faciliùs longè conceditur de ecclesiæ reditibus, inter vinos disponere, quam de ijsdem testamentum conscribere.*
30. *Fructus Ecclesiæ, non fiunt clericorum pleno iure, seu pleno dominio, secundum Garsiam.*
   Quod declaratur. n. 31.
32. *Opinio distinguens non distinguenti præferenda.*
33. *Meliorationes omnes, siue eas fecerit prælatus superior, siue inferior, ecclesiæ, & non heredibus prælati, cedunt.*
34. *Iohannis Garsiæ de Galleco doctrina in tr. de expensis. c. 11. n. 71. examinatur.*
35. *Garsias maximi fieri meretur.*
   Vnus vir, nullus vir. ibid.
36. *Episcopi res, quas adeptus est, eo tempore, cum episcopatui præesset, nisi ei, ex successione cognatorum, intra quartum gradum coniunctorum, obuenerint, ecclesiæ vsibus, sunt reseruandæ.*
37. *Episcoporum, alia longè tempore Iustiniani, erat ratio, quàm nunc.*

38. *Ius*

38. *Ius Canonicum, & non ciuile, obseruatur, quando ius Canonicum, certam formam præscribit, rebus, & negocijs spiritualibus, & Ecclesiasticis.*

39. *Dictionis* Nisi, *natura, quæ.*

40. *Interpretatio ad auth. licentiam. C. de episc. & cleric.*

41. *Regula standum, donec doceatur de exceptione.*

42. *Interpretatio, qua quis sibi ipsi, in continenti contradixisse, asseritur: improbanda est.*

43. *Contrarietas vt tollatur, etiam ipsam verborum significationem, violare, fas est.*

44. *Aliud est, rem nouè extruere: aliud item, eam tantùm reficere, atq; reparare.*

45. *Meliorationes se fecisse allegans, probare illud debet.*

46. *Meliorationes sunt difficilimæ probationis.*

47. *Probari etiam ea possunt, quæ sunt probationis difficilimæ.*

48. *Probari, quæ facilè nequeunt, probantur attamen per inramentum.*

49. *Meliorationes ædificiorum, probantur per architectos, & alios in arte peritos.*

50. *In meliorationibus ædificiorum æstimandis, ij architecti, & periti in arte, adhiberi non debent, qui adhibiti fuerunt, cum ipsum ædificium extruerctur.*

51. *Meliorationes, cum fructibus compensantur: etiam tunc, cum prælatus, meliorationum sumtus repetit. n. 52.*
Fallit, vt n. 53.

54. *Compensari non potest, quod non est.*

55. *Remissio est donatio.*
Donationem nemo facere creditur, nisi is, qui eam facere se velle, expressè enunciat. ibid.

56. *Donatio in quibus casibus præsumatur.*

57. *Prælatus non censetur remisisse, actiones suas, propterea, quod filius, vel agnatus, ei datur successor.*
Lege quod non cauetur in praxi non habetur. ibid.

58. *Lites illæ, extremè fugiendæ, vndè plus damni, quàm emolumenti expectandum.*

59. *Bona capituli alia sunt, alia item bona de mensa.*

60. *Meliorationes, in re tertij factæ, resarcire, nemo obligatus est.*
Ob meliorationes, non potest retineri, nisi ea res, quam meliorem reddiderat. ibid.

61. *Capitulum ab electo, rectè repetit impensas, electionis gratia erogatas.*

62. *Capitulum repetit omnia, quæ meliorationum, in rebus, ad episcopi mensam pertinentibus, factarum nomine, soluerat.*

63. *Parentes liberos, plus ceteris diligunt.*

64. *Exactorem acerbiorem sese gerere, aduersus adamatum valdè, contra naturam est.*

65. *In Camera Imperiali, lites ferè immortales sunt.*

66. *Meliorationes ædificiorum, vt sint æstimandæ & n. 67.*

67. *Ædificatum esse probare, in id, vt meliorationes repeti queant, non sufficit, nisi simul probetur, ita ædificatum esse, ecclesiæ, quæ sumtus melioriationum resarcire debet, necessarium, vel vtile fuisse.*

68. *Ædificiorum voluptati tantùm, inseruientium ratione, frustrà satisfactio pro meliorationibus petitur.*

70. *In meliorationum petitione, in considerationem venit, prius ne, deteriores effectæ sint res, ab eo, qui iam, meliorationum repetitionem instituit.*

71. *Ecclesia non tenetur, nisi quatenus conditio eius, melior fuerit effecta, si prælatus, mutuò pecuniam accipiens, ædificarit ea, domos aliquas ecclesiæ splendidiores, quàm ecclesiæ expediat.*

72. *Ædificia vetustiora, & ruinam minantia, reparare licitum est, sed ita licitum, vt attamen ea, preciosiora, vel spaciosiora non fiant, quàm ab initio erant, si ædificans, sumtus meliorationum integros, consequi velit.*

73. *Episcopus, ad extruendum splendidius monumentum suum, potest censemam partem, census ecclesiæ, conuertere.*

74. *Consequentia non valet, ab ædificatione monuncuti: ad extructionem alorum ædificiorum.*

75. *Propter melioramenta, licitè possum retinere, rem alienam.*

76. *Ius retentionis, datur etiam prælato, ratione impensarum, in rebus ecclesiæ excolendis, factarum.*

77. *Retentio rei, melioris effectæ licita est: sed eam semel restitutam, vindicare rursus, aut occupare, non licet.*

78. *Actio mandati, quando detur ei, qui rem alienam, meliorem reddiderat.*

79. *Actio negociorum gestorum, meliorationum recuperandarum gratia, rectè instituitur.*

80. *Officium Iudicis, datur pro melioramentis, etiam prædoni, vt recuperare possit, expensas, quas fecerat necessarias: & tanto minùs denegabitur, hoc in casu ei, qui est bonæ fidei possessor, nec non verè dominus, aut loco domini.*

81. *Officium Iudicis, cum imploratur, libelli oblatione, aut reliquis iudicy solemnibus, opus non est.*

82. *Paria sunt ecclesiam nullum habere prælatum, & habere quidem, sed talem, qui possessionem, nondum adeptus est.*

83. *Vacare illa sedes, rectè non dicitur, cui iam de prælato, prouisum est.*

84. *Austregæ in Imperio Romano, in prima instantia, sunt Iudex competens capituli, sede vacante.*

85. *Austregæ sunt Iudex competens, principio Imperij, qui ab alio principe, in iudicium accersitur.*

86. *Ap-*

86. Appellatur ab Austregis ad Cameram.
87. Clericus frustrà in ius vocatur, coram Iudice laico.
Fallit hodiè in Imperio Romano. n. 88.
89. Commendator ecclesiæ quandoq; ad tempus tantum præest.
90. Commendator, facit fructus, ecclesiæ cui præest, suos.
91. Prælatus, ob vtilitatem ecclesiæ euidentem, res ecclesiæ, rectè alienat.
92. Prælatus iure repetit sumtus, quos de suo fecerat, si id fieri, ecclesiæ vtile erat.
93. Regalia, precio nummario, non possunt æstimari.
94. Capituli consensus, vbiq; necessarius est, in his, quæ episcopum, & capitulum, simul tangunt.
95. Consensus tacitus capituli, in rebus ponderis magni, non sufficit.
96. Capitulatio (vt vocant) inter episcopum & capitulum, recipit à iure communi, interpretationem.
97. Consensus capituli, non est necessarius, siquidem in necessitate positus erat, episcopus.
Quod extendo, vt ibi.
98. Episcopus excusatur, si ob causam rationabilem, capituli sui consensum, adhibere intermiserat.
Extende vt ibi.
99. Prælatus non habet opus, in ijs, quæ notoriè ecclesiæ suæ conducunt, à capitulo consensum impetrare.
100. Regulæ iuris, etiam prohibitionem in sese complectentes, totics cessant, quoties periculum in mora est.
101. Capitulum intra sex menses, qui currere, à die scientiæ incipiunt, de dissensu suo, testatum facere debet, si velit, pro consentiente haberi.
102. Expensas eas etiam, quas præter domini voluntatem, quis fecerat, negociorum gestorum actione, repetit.
103. Officio Iudicis, is etiam, qui in mala fide constitutus est, cuiq; ob id, nulla amplius actio datur, expensas repetit.
104. Princeps iure non repetat expensas, quas erogauerat, in castro nobilis alicuius communiendo, præsidiumq; illi imponendo, ne hostis eius potiretur.
105. Resignatio beneficij, certæ personæ intuitu facta, non præindicat resignanti, si is, in cuius commodum, hæc resignatio peragebatur, hanc ratam non habuerit.
106. Rem pro derelicto habitam, re integrà, impunè rursus occupare, mihiq; possidere, queo.
107. Ius retentionis cessat, ratione castri occupati. Nam id prius restituendum est, & post deinde demum, expensæ repetendæ.
108. Fructus episcopatus, etiam facta iam resignatione, capituli non sunt, si capitulum possessionem rerum, quarum resignatio fiebat, nondum apprehendisset.
109. Possessio beneficij, vel prælaturæ, tum demùm amittitur, cum ipsius beneficij, vel prælaturæ, fit resignatio.
110. Possessor, quandiu quis, rei alicuius est, tandiu sibi quoq; fructus eius rei, acquirit.
111. Fructus, post obitum prælati prouenientes, sunt successoris, etiamsi antè prouenerint, quàm nouo successori, beneficium conferebatur.
112. Resignatio indicatur ad instar mortis ciuilis.
113. Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur.
114. Heres prælati, percipit partem pensionum, ex locationibus prædiorum, per prælatum factis, prouenientium, pro rata anni.
115. Heredi, plus iuris, quàm ipsi defuncto, competere nequit.
116. Actus agentium, non debent operari, vltrà eorum intentionem.
117. Administrator quilibet, rationem administrationis suæ, reddere tenetur.
118. Reliqua non restituens, non potest dici, rationes rectè reddidisse.
119. Fructus totius anni, habentur, pro vnitate (vt practici loquuntur) fructuum.
Declara vt n. 120.
121. Fructus vnius anni, præsertim ciuiles, pro vnitate fructuum, non habentur. Nam ita possunt diuidi, vt vnumquodlibet temporis punctum, partem suam, ex his capiat.
122. In anno statutum, locum quoq; sibi, in semestri anni, & quarta eiusdem parte vendicat, si idem ex parte, qui ex toto, promanat effectus.
123. Prælatus, etiam post resignationem, iure agit, ad fructus sibi, pro rata eius temporis, quo adhuc ecclesiæ præerat, debitos.
124. Actio ad reddendas rationes, durat triginta annos.

Cogitanti mihi, quid nam de ea facti specie, quæ mihi nuper proponebatur, dicendum, statuendumq; foret: Videbatur, res tota, in quinq; subsequentium quæstionum, resolutione vera, iuriq; consentanea, consistere:

I. Veluti primò: an prælatus, resignatione iam facta, à capitulo, possit repetere sumtus, quos, vel in extruendis, vel reficiendis domibus episcopalibus fecerat?

II. Qua actione id sit perficiendum:

III. Coram quo Iudice:

IV. An N. illas quoq; impensas, iure, sibi restitui postulet, quas impenderat, dum arci Ni præsidium imponebat: ne fortè ea, cum maximo episcopatus sui damno, occuparetur ab alijs: & an hac in parte, iuri retentionis, locus concedendus sit.

V. Et de-

V. Et denig, an non fructus, post diem Michaëli Archangelo dicatum, vtpotè, cum hoc die anniuersaria rationes finire, consuetum fuerit: vsq. ad Idus Ianuarias, quibus resignatio Episcopatus, in manus capituli fiebat, peregerit: quatenus tempore factæ resignationis, extabant adhuc, ipsi N. sint restituendi?

RESOLVTIO

I. QVÆSTIONIS.

PORRÒ, ad PRIMAM quod attinet, quæstionem, affirmatiuam, etiamnum sector: prælatum nempè, recuperare posse ea, quæ conditionem rerum Ecclesiæ suæ, meliorem faciendo impenderat.

1 Nam PRIMÒ, haud incerti iuris est: quod Ecclesiæ prælatus, nec non eius quoq; heredes, astricti sint, ad satisfaciendum de ijs, quæ durante prælati administratione, deteriora facta fuerant. *c. quicunq, ibi gl. 12. q. 4. gl. ad c. episcopus. 12. q. 2. Abb. in c. sua circa fin. ext. de his, quæ fiunt à prælat. Sim. cons. 244. Abb. in c. paternitatis. vers. in gl. in verbo ext. de donat. Felin. in c. accepimus. col. 3. vers. tertio declara ext. de fid. instrum. Felin. ad c. Ecclesia. col. 5. vers. adde Cardinalem ext. de constit. Rebuff. in tr. de reb. eccl. alienand. vers. sexto.*

2 Oportet igitur, vt vicissim, Ecclesia obligetur prælato, eiusdemq; heredi, si rem ecclesiæ, meliorem reddiderit vt oppositum, in opposito, idem quod propositum, in proposito operetur. *l. vlt. in fin. ff. de legat. 3. §. plus autem. & ibi Ang. & Ias. Inst. de actionib. Euer. in top. in loc. a contrar. n. 8. cum similib.*

3 Vt item dispositum in vno correlatiuorum, in alio quoq; locum habeat. *l. vlt. C. de ind. vid. toll. l. vlt. ff. de acceptilat. l. 1. C. de cuprest. lib. 11. Euer. in top. in loc. a nat. correlat. n. 3.*

4 Ne item contractus claudicet. *l. Iulianus. §. si quis. ibi Br. in §. si quis à pupillo. ff. de act. emti. l. litigatores. §. penult. ff. de rer. arb. l. Labeo. ff. de verb. signif. Modestin. Vlstor. in cons. quod extat post quæst. Hart. Pist. 20. lib. 2. n. 23.*

5 Quod maximè in ecclesia vituperosum videtur. Cùm omnis ecclesia, aut sit, aut esse debeat cultrix, & amatrix iusticiæ. *c. 1. ibi DD. de alienat. feud. pat.*

6 SECVNDÒ: certò quoq; illud constat: quod prælatus eorum, quos suos facit, fructuum respectu, liberam habeat administrationem, vti in indiuiduo decidit *Menoch. in tr. de arbitrar. iud. quæst. casu. 432. n. 4.*

7 Quod non solùm, ad conseruationem eorum quod attinet, vtque illos sibi capiat, atque habeat: verumetiam, vt ad eorundem alienationem quoq;, rectè progrediatur, atq; accedat prælatus, verum est. Etiamsi maximam, eorum summam, alienare voluerit. *c. cum nobis ext. de elect. c. in cui cod. tit. lib. 6. Ioh. de Imol. ad c. ceterum, & ibi Card. m. Zabarell. vers. tertio nota ext. de donat. Redoan. in tr. de reb. eccles. alien. vel non. q. 52. n. 20. & q. 56. n. 12. Abb. ad c. 1. n. 9. vers. & videtur hic ext. depos.*

Sed & hos alienat, quamuis sub iuramenti 8
fide, papæ promiserit: de rebus ecclesiæ, papa inconsulto, nihil planè abalienatum iri. *Calderin. cons. 7. inc. an vrans. Redoan. d. tr. q. 51. num. 11.*

Quinimò de portione sua episcopus, quod 9
vult disponere potest. *Guilelm. Redoan. d. tr. de reb. eccles. al. q. 53. c. 5. n. 9. vbi Isern. & Thom. Aquinat. in id allegat.*

Rursus quod in fructibus statutum est, lo- 10
cum quoq; sibi vendicat, in pecunia ecclesiæ. Nam & de ea, pro libitu disponit prælatus. *Clement. 1 de reb. eccles. Redoan. d. tr. q. 6. n. 11. & q. 16. n. 1. & n. 15.*

Cum itaq; ex his manifestum fiat omnibus, quod hoc iure vtatur prælatus, quo pro libitu, de ecclesiæ suæ reditibus, quæ illi iure proprietatis obuenerint, disponere, agereq; possit.

Consequatur oportet: illum ipsum exigere quoq; posse, eos sumtus, quos fecerat, dum arces, domosq; episcopatus collapsas, ex reditibus suis, priori splendori, integritatiq;, restitueret. Sed & de illo, quærendum diu non est: qui nam sint illi fructus, qui prælato acquirantur: nam in promtu, inq; consp- * ctu omnium versatur, trita hæc interpretum traditio: quod scilicet, eos fructus omnes, 11
suos faciat prælatus, quos perceperat, & recondiderat *gl. ad c. præsenti de off. ordin. lib. 6. Host. ad c. vlt. ext. de pecul. cleric. Imol. ad d. c. ceterum ext. de donat. Specul. in tr. de fructib. & interesse. n. 5.*

Accedit præterea TERTIO loco id: quod 12
de his, quæ nomine alimentorum, assignata fuêre prælato, nihil planè, prælatus restituere teneatur, capitulo. Vt rursus autoritate *Thom. Aquin. fretus decidit Redoan. d. tr. de reb. eccles. q. 53. c. 5. n. 14.*

Quamobrem dici aliud nequit, quàm hîc, impensarum restitutionem, omninò faciendam esse. Nam si hæ, ex Episcopatus reditibus factæ fuerunt: factas eas esse, ex talibus prouentibus, oportet, qui mensæ, cameræq; episcopi, erant destinati: quiq; episcopo, in alimenta cedebant, quosq; propterea, ecclesiæ, vel capitulo restituere, minimè tenebatur.

QVARTÒ: incogniti quoq; iuris non est: 13
prælatum, qui de proprio patrimonio, rem Ecclesiæ, meliorem reddiderat, hos meliorationum sumtus, rectè, & cum effectu, repetere, *Vti in indiuiduo decidit Panorm. ad c. vlt. n. 2. & ibi DD. reliq. communiter ext. de pecul. cleric. Abb. ad* *
c. de multa n. 14. ext. de præbend. Boer. decis. 44. n. 14. Garsias tr. de expens. c. 23. n. 72. Ias. ad l. si non sortem. §. si centum sub n. 10. ff. de condict. indeb. per c. 2. iun. gl. 12. q. 4.

Quod

14 Quod & in prælato, qui quidem pecunia propria, has melioriationes fecerat. Verùm antea tantundem de proprio patrimonio, in vsus ecclesiæ erogarat, verum est, per tradit. *Redoan. in tr. de reb eccl q. 12. n. 38.*

Iam verò asseritur, quòd N. hos sumtus, de proprij patrimonij reditibus impenderit: quòd item ob vtilitatē Episcopatus, de proprio peculio tantundem, vel amplius etiam, aliàs erogarit: & assertione hac, standum omninò erit: Cùm dicto prælati, quod iuris præsumtionib. adiuuatur, standum sit, quantumuis idipsum, ecclesiæ, pernicioſum sit. *Abb. in c. si diligenti. n. 4. ext. de præscript. Schrader. in tr. feud. p. 2. c. 3. n. 66.*

15

Nihil itaque vetat, quominùs rectè affirmemus, restitutionem melioriationum, omninò faciendam esse.

16 Nec obstat: quòd in melioramentis re petendis, asseueratione prælati non stetur, sed ea aliundè, legitimis modis, edocenda sint. *El. ad Lubenium la. 2. in fine pr. C de sacros. Eccl. Rotn. cons. 157. n. 7. & seq. lib. 4. Cravet. cons. 483. n. 4. & 6. Canale. decis. 28. n. 2.*

17 Id enim intelligendum, de ipsa melioriationum quantitate: non verò ad eam asseuerationem, quod attinet, qua prælatus affirmat, melioriationes hasce, non ex ecclesiæ reditibus, sed proprij patrimonij vitibus, confectas esse. Ob superius adducta.

18 Eodem quoque modo, QVARTÒ, huic fundamento, nō refragatur illud: quòd prælatus omnia, quæ tenet, atque possidet, præsumatur, ex bonis ecclesiæ suæ, acquisiuisse: *c. 1. ext. de testam. c. 1. ext. de pecul. eccr. c. 1. 12. q. 3. Decian. cons. 47. n. 16. volum. 2.*

19 Nam is prælatus, qui simul bonæ ecclesiæ, & patrimonium proprium opulentum, possidet (sicuti N. possediſſe, in ore omnium est) non minùs, ex proprio patrimonio, quàm ecclesiæ reditibus, ditior factus censendus est. Vti complurimis in id adductis, prædictum axioma declarat *Menoch. in tr. de arb. iudic. quæst. casu 195. n. 7. & in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 53. n. 5.*

20 QVINTÒ: explorati quoque iuris illud est: quòd is prælatus, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, consecutus est, & simul bona patrimonialia habet: possit reditus rerum ecclesiasticarum, in vsum patrimonij proprij licitè conuertere. *Innoc. ad c. episcopus & ibi Abb. ext. de præbend. Abb. ad c. postulasti. ibi Felin. n. 6. ext. de rescript. Abb. ad c. 3. ext. de pignorib. Abb. in dispunct. incipit. Titius Clericus dub. 4. Socin. cons. 91. vol. 3. fac. trad Bl. cons. 313. n. 4. vol. 2.*

Quantò magis itaque, eos iure repetiturus est, siquidem illos, in vtilitatem Ecclesiæ suæ conuerterit.

21 SEXTÒ: omnes illi Doctores, qui dicunt & affirmant, in melioriationibus edocendis, fidem solius prælati asseuerationi, nō haberi: sed id alijs legitimis modis comprobandum esse: ij quoq; simul concedunt, prælatis melioriationum nomine, satisfaciendum esse. (Eccur enim admitterent, probationes, quæ probatæ, non releuarent? contra id, quod scriptum, traditumque extat, *apud Specul. in tit. de prob. §. nunc videndum. n. 1. Mascard. in tr. de prob. q. 17. n. 24. text. in l. ad probationem & ibi Br. C. de probat.*)

Iam verò horum longè maior est numerus, qui affirmatiuam opinionem amplectuntur, quàm eorum qui negant, prælato aliquid, melioriationum nomine dandum esse. Hanc enim solum *Baldus, Beroius, Decius, Cephalus & Garsias* sectantur, imò ne sectantur quidem, vt inferius sub 2. ratione, pro negatiua, latius demonstrabitur: in illam verò pedibus eunt, *idem Baldus, Rumus, Abbas, Felinus, Crauetta, Auchar anus Reg. & Caluacanus, quos refert, & sequitur Mascard. d. conclus. 1040. in fin.*

Reliquum itaq; est, vt concludamus, quod hæc, præ illa, magis sit, recepta sententia.

Etenim ea sententia quæ maiori Doctorum, numero, atque accessu fulcitur, pro magis communi, seu receptiori, meritò habenda est. *Abb. ad c. 1. sub n. 15. & ibi Felin. n. 54. vers. & illa dicitur, August. Bero. n. 268. ext. de constitut. Thom. Ferrat. in tr. cautel. 3 1. n. 2. nec non alij complurimi, quorum autoritati innixus, hanc ab omnibus, receptam esse sententiam, testis est Act. Mar. Corat. in tr. de comm. opin. lib. 1. tit. 4. n. 4.* 2 a

SEPTIMÒ, sit ita quod expeditum adhuc, illud prorsus non sit, an & quatenus, repetitio sumtuum ex iuris communis præscripto, prælato concedatur: hic attamen, de eo amplius dubitare non conuenit. Cum capitulum Ecclesiæ in N. iam antea N. millia thalerorum, quos vt præfecturam N. oppignerataṁ liberaret, N. soluerat, eidem restituerit, atque reddiderit. Nam hinc, obseruantiam iam certam, eandemque peculiarem huius loci, habemus. De ijs autem dubitare, quæ obseruantia, clara iam reddiderat, rationis non est. *per trad. Cravet. cons. 754. n. 15. cons. 867 n. 4. cons. 891. n. 22. & cons. 896. n. 10.* 2 b 2 3

Hæc fere sunt, ob quæ affirmatiuam amplexari, mihi satius, visum est.

Et quamuis opinio negatiua, & quod prælatus, à repetitione, melioriationum, & sumtuum, eo nomine erogatorum, regulariter excluſus sit: satis quoq; plausibilibus, rationibus & fundamentis inniti videatur: ei tamen accedere nolim. Nam, vt mea fert opinio, facilè hæc resolui, retundique possunt.

Nam etsi PRIMÒ, non sim nescius: pro tuenda opinione negatiua, hoc ex Redoano posse adduci: quòd aliqui Doctores, reperiantur, qui negent: vllos fructus, etiam perceptos, & à solo iam separatos, ad prælatum pertinere: vti in specie decidit *Redoan. d. tr.* 24

* *de reb.Eccles.q.5.n. 24. vbi hanc communiter approbatam esse, atteſtatur.*

Animaduerti tamen interim, Redoanum, ſoliùs Abbatis ad c. vlt.n.5.ext.de pecul.cleric. antoritati, fuiſſe conſiſum.

Iam verò Abbas, in loco deſignato, idem quod nos, thema, non tractat, ſed de planè diſſimili ſubiecto, loquitur. Nam primò, de
25 clerico tantùm agit. A clerico autem, ad prælatum, tantoque magis ad Epiſcopum, vel archiepiſcopum, nec non adminiſtratorem epiſcopatus, vel archiepiſcopatus, mala fit illatio. Etenim, plus poteſt adminiſtrator Eccleſiæ, etiam contrahendo, adminiſtratore prædendæ. *Redo. alios in id allegans q 57.n.61.*

26 Sed & epiſcopus, plus poteſt, quàm Abbas, etiam cùm alienat. *c. in venditionibus. 17. q. 4. Redoan.d.tr.q.41.n.65.*

27 Et rurſus, maior poteſtas, archiepiſcopi, quàm epiſcopi eſt. *arg gl.ad c. 1 de reb.eccles.non al.lib.6. Bl.in auth.hoc ita. col.4.C.de ſacroſanct.eccles.*

28 Deindè, hoc quoq; tantùm vult, in adducto loco, Abbas: quod clericus, non faciat fructus, vſque adeò ſuos, vt poſsit, de his teſtari. *Abb.ad d.c.vlt.n.5.ext.de pecul.clericor.*

Atenim hic, de teſtamento clerici, res non eſt.

29 Vt taceam, iuris obſcuri non eſſe: quòd faciliùs ſemper, prælatis concedatur, de eccleſiæ reditibus, inter viuos diſpoſitio, quàm teſtamenti factio. per tra. *Abb. ad c. adhæc ext. de teſtament.*

30 SECVNDÒ: ne hoc quidem me mouet: quod rurſus aliqui reperiantur, qui negent fructus Eccleſiæ, pleno iure, ſeu pleno dominio, clericorum fieri. *Garſ. in tr. de expenſ. c. 11.n.71.*

31 Nam & his de clericis tantum inferioribus res eſt. Ideoque traditio hæc, ad noſtrum negocium relata, peregrina ab eo eſt.

Et præterea, malè quoque ab his, diſtinctio: inter fructus perceptos, & ſeparatos: & adhuc in fundo exiſtentes, ſoloque cohærentes, obſeruatur.

32 Cùm interim iuris ſit quotidiani: quod opinio diſtinguens, non diſtinguenti præferenda ſit. *gl.ad c.literas ad v.mediam viam, per ill. text. ext.de reſt. ſpol.gl. ad c. quærenti ad v per æquatis ſemitam ext. de off. deleg. gl.ad c ſcientes ext. de cenſib. Alex. conſ. 50. n. 7. lib.7. Cardin. Pariſ.conſ. 92.n.30 lib.2. Crauet.conſ.859.n.15.*

Sic quoque TERTIÒ, ne illud quidem,
33 vt ſententiam mutem, me adigit, quòd tradatur: omnes quæ fiunt meliorationes, tàm vtiles, quàm neceſſarias: tàm ab inferioribus, quàm ſuperioribus prælatis, eccleſiæ, & non heredibus prælatorum, cedere. *Bl. ad l.vlt.§. vlt.n.6. C. comm.de legat. & fideicomm. Bl.ad l.ſenatus. §. Marcellus. ff. de legat. 1. Dec. ad auth. quæ rem. n. 14. C. de ſacros. eccles. Bero. q.96.n.4. Dec.conſ. 326.n.4. & conſ.518.n.2. Cephal.conſ.213. n.13. & 14. quos omnes refert & ſequitur Garſ. in tr. de expens. c. 11. n. 71. & ſimul ex Decio, hanc communem, ex Beroio verò magis communem, & ex Cephalo, dubitatione omni carere, atteſtatur.*

Nam, ad hoc quod attinet: conſideran- 34
dum eſt ab initio: quod *Baldus ad d. l. vlt. §. vlt. n. 6. C. comm. de legat. & fideicomm.* Vti cum Garſias inducit, non loquatur. Illud enim duntaxat thema tractat, quando prælatura, ſeu beneficium, amiſſum eſt, ob delictum prælati. Non itaque ad præſens theorema, allegari, merebatur.

Deindè, idem *Baldus ad d l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de legat. 1.* nullam planè, de meliorationibus rerum eccleſiaſticarum, mentionem facit. Deſtituitur itaque hæc aſſertio, planè, autoritate Baldi.

In conſilio verò *Decij 326.* illud, ad quod id adduxit Garſias, non habetur, ſicuti quoque, *in conſilio 518.n.2. & per tot.* de meliorationis tantùm emphyteuræ, nec non de emphyteuſi, quæ ob culpam deſinebat, loquitur:

Sed nec Beroius, nec Cephalus idipſum dicunt, quod ex eis aſſerere conabatur Garſias.

Solus itaque relinquitur, huius ſententiæ 35
autor Garſias. Cui etiamſi maximi illum, aliàs fecero, rectè tamen obijcitur, illud dicterium: vnus vir, nullus vir. Vti de Baldo, loquitur *Tiraquell. ad l. ſi vnquam. in præfation. n. 18. C. de revoc. donat.*

At fac, receptam inter omnes ſententiam, idem velle: remederi attamen, illi quoque malo, per id, poſſumus: ſi traditionem hanc, ſecundum quid tantùm procedere reſpondebimus: quatenus ſcilicet meliorameta, aliundè, quàm ex fructibus, quos ſuos facit prælatus, facta ſunt. *per ſuperius adducta.*

Et inſuper ipſe quoque Garſias, de herede prælati, ſatisfactionem pro meliorameris, à ſuo autore iam defuncto, factis, petente, loquitur: & reliquos omnes de tali ſubiecto loquentes, refert. Qui tamen caſus, à noſtro diuerſus eſt.

Et denique Garſias, eandem rurſus traditionem, quam communem eſſe atteſtabatur, aſtringit ad id: vt ei ſcilicet locus non ſit, cum viuente adhuc prælato, qui meliorationes fecerat, per reſignationem, vel alio quocunque modo, qui delicto ſimilis non eſt, Eccleſiæ, vel capitulo, res meliorata, coniungitur. Hoc etenim caſu, ipſemet cenſet, meliorationum rationem omninò habendam eſſe, caſque eccleſiam, vel capitulum, ſine ſatisfactione, ſibi non acquirere. *Garſ.d.tr. de expenſ. c.11.n.71. verſ. quod tamen intelligendum eſt.*

Non itaque deciſio noſtra, per hanc Garſiæ doctrinam labefactatur.

QVARTÒ: momenti quoque alicuius 36
illud non eſt, quod in iure cautum eſſe ſcimus: quod res epiſcopi, præter eas, quas ante

adeptus

adeptum episcopatum, iam habuerat: aut quæ ei, in episcopatu iam constituto, iure cognationis, ad quartum vsque gradum obuenerant, dominio Ecclesiæ debeant reseruari: nisi in vtilitatem Ecclesiæ, vel opera pietatis consumtæ sint. *auth. licentiam. C. de epise. & cler.*

37 Nam longè alia erat ratio episcoporum, tempore Iustiniani, & Episcoporum nostri sæculi. Vndè à diuersis, malè infertur.

38 Et præterea aliam habemus, iuris Canonici dispositionem. Quare cò res redit, vt dicamus: vbi ius Canonicum certam formam, negocijs, rebusque spiritualibus, & ecclesiasticis dedit: ibi iuris ciuilis sanctiones, curandas non esse. *gl. in c. 1. vbi Innoc. ext. de reb. Eccl. Redoan in tr. de reb. Eccles. q. 54. n. 33. vbi Abb. & Imol. in id quod adducit.*

39 Cogitandum, deinceps illud quoque est: hanc voculam NISI, naturam esse fortitam: quod sit nota exceptionis: quodque necessario inferat, oppositum eius per totum, quod antecedebat.

Nam huic immediatè aduersa est. *Iaf. in l. cum te transigisse. n. 9. C. de transact. Iaf. in l. actione. n. 3. vers. nota diligenter de dilatione nisi. C. eod. tit. Canon. communit. ad c. peccatum de reg. iur. lib. 6. Tiber. Decian. conf. 37. n. 62. vol. 3. & conf. 78. n. 5. & n. 12. eod. volum.*

40 Quod cum ita sit, haudquaquam perperam inferetur: quod ea auth. licentiam. C. de episc. & cleric. vera sit interpretatio, qua asseritur, eam velle, quòd ecclesiæ dominio, non reseruentur res episcopi, in vtilitatem ecclesiæ, aut in opera pietatis consumtæ. Cum in antecedentibus, affirmatiua fuerit, eius authenticæ dispositio, subsequaturque dictio NISI, quæ negare solet ea, quæ in antecedentibus fuerant affirmata. *Vti in individuo scripsit Decian. d. conf. 78. n. 5. volum. 3.*

Et postremò, in illis tantù terminis auth. licentiam loquitur: cùm heres, post obitum Episcopi, res ab Episcopo relictas, sibi vendicat. Non verò ille tractatur casus, quo ob melioramenta facta satis factionem petit Episcopus, vel administrator, adhuc viuens, qui vtrò, ad adimplenda pacta conuenta, episcopatu sese abdicarat.

Non itaque huc pertinet, illa ipsa authentica.

Vlteriùs atque sic QVINTO loco, leuiuscula quoque est, hæc obiectio: quòd attamen illa pacta conuenta, quæ inter N. & capitulum in N. fiebant, expresse caueant: ne N. aliter, quàm Antecessores eius, Episcopatu vteretur:

Nam hinc concludere velle: cessare itaq; omnes, iuris pontificij, de repetitione melioriationum prouidentes, dispositiones: irrationabile est. Quinimò magis est, vt dicamus: quoniam iuris pontificij regulæ, N. astipulantur: his tutò inhærri posse, donec in Episcopatu N. aliud vsu inualuisse comprobatum fuerit.

Fò, quòd regula stándum sit, donec de ex- 41
ceptione doceatur. *l. ab ea parte. ff. de prob. Mant. in tr. de coniect. vltimar. voluntat. lib. 5. tit. 15. n. 31. Albert. Brun. conf. 31. n. 5. Mandell. conf. 25. n. 15. conf. 46. n. 3. Cardin. Paris. conf. 76. n. 14. conf. 93. n. 20. volum. 1. Rol. à Valle conf. 18. n. 4. volum. 1. conf. 5. n. 6. volum. 4.*

Adhæc, hæc quoque verba: pactis illis conuentis, quæ proximè indicabamus, inserta sunt: vt N. vtatur, hisce bonis, veluti natura, & proprietas, bonorum ecclesiasticorum, esse solet.

Quare alia mens pacisentium, esse hîc non potuit, quàm quòd se, iuris communis præscripto, conformari voluerint. Aliàs enim per illa verba: Vti antecessores eius, vsi fuêre, quæ hæc sequuntur sibiipsis in continenti contradixissent. Qualis interpreta- 42
tio, nulli vnquam æquo affingenda est. *l. quoties. ff. de reb. dub. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. non ad ea. ff. de condit. & demonstr. Dec. conf. 38. col. 3. circa fin. conf. 254. col. 3. vers. Non obstat.*

Quinimò verborum significationē ipsam 43
fanciare, satius est, quàm vt contrarietas admittatur. *Br. & DD. ad l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. DD. ad c. cum tu. ext. de testib. Abb. ad c. gratum ext. de off. deleg. Socin. ad l. 1. n. 6. in fin. vers. vndè habemus ducere. ff. de legat. 1. Dec. conf. 114. col. 2. in pr. vers. vndè si ducemus. Cravet. conf. 889. n. 10.*

Vt de N. millibus Iochimicorum, quos capitulum, nomine melioriationum, iam exolverat, hic nihil repetam.

SEXTÒ parata quoque est responsio ad id: quod attamen illaipsa pacta conuenta, seu, vt vulgariter loqui solemus, capitulationes, diserte exprimant, N. promisisse prouidere, ne arces, domusque episcopales, detrimentum, quod caperent, aut ruinosæ fierent.

Nam ne hinc quidem, repetitio eorum 44
sumtuum, qui in nouis planè domibus, exædificandis insumebantur, excluditur: Cum aliud sit, rem noue extruere, atque ædificare: aliud verò reficere, atque reparare. *l. 3. §. reficere ff. de itin. Act. priuat. l. 4. C. de operib. publ. l. 1. §. penult. ff. de mort. infer. c. consuluit. ext. de iudic. Iaf. ad l. 1. §. si quis ædificium. n. 1. & seqq. ff. de no. op. nunc. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 3. n. 44.*

SEPTIMÒ, haud magni quoque faci- 45
endum illud est: quòd attamen iura prospexerunt: quòd ab allegante, melioriationes probandæ sint. *Cardin. Paris. conf. 33. n. 53. vol. 1. Cephal conf. 213. n. 3.*

Quòd item probationis difficilimæ me- 46
lioriationes sint. *Burfat. conf. 151. col. vlt. vol. 2. Curt. Iun. conf. 165. n. 10. & seq. vol. 2. Bero. conf. 37. n. 6. vol. 2. Rol. à Valle conf. 28. n. 30. & 31. vol. 1. Mascard. in tr. de probat. concl. 1040. n. 5.*

47 Nam & quæ difficulter probari possunt, probantur attamen *arg. §. quoniam autem auth. vt hi, qui se obl. hab. perhib.*

48 Et inter cetera ea, quæ facilè non probantur, probantur attamen iuramento. *Vt ex Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 15 per tot. videre est.*

49 Sed & ad domos, & ædificia quod attinet, probantur eorum melioramenta, per architectos, & peritos in arte. *Curt. Iun. d. cons. 165. n. 20. Mascard. d. concl. 1040. n. 14.*

50 Dummodo, ad æstimationem harum meliorationum faciendam, non ij adhibeantur architecti, & in arte periti, qui operam domui, quæ iam æstimari debet, extruendæ, nauarunt. His enim non creditur. *Curt. Iun. d. cons. 165. n. 21. volum. 2. Mascard. d. conclus. 1040. n. 16.*

51 OCTAVÒ: ineficax quoque illud est: quòd attamen fructuum, & meliorationum compensationes, instituendæ sint. *per tradit. Boër. decis. 44. ex. n. 15.*

52 Quodipsum, in indiuiduo, de prælato, meliorationum satisfactionem postulante, locum habere: quodque fructuum hoc casu, compensatio, cum meliorationibus, habito respectu ad id, quod ex fundo antè percipiebatur, quàm meliorationes fierent, faciendo sit: decidit *Garf. in tr. de expens. c. 23. n. 71. vers. quòd tamen intelligendum.*

Nam hoc ipsum, in præsentia, meliora-
53 tionum repetitioni, obstaculo non est. Quoties enim in re, quam possideo, non solùm vt bonæ fidei possessor: Verumetiam vt verus dominus, meliorationes facio, toties cessat, fructuum, & meliorationum compensatio. *Vit Accurs. Aluaro Vasques. Couarr. Molin. Gomez. Lup. Tiraq. Molineo, Neguz. Affl. Claro. & Pinel. in id adducti, decidit in ipse Garsias in d. tr. de expensis c. 23. n. 53. nec non Cephal. cons. 213. n. 13. qui itidem Ias. Felin. Goz. adin. & Bero. huius opinionis effectas nominat.*

At enim N. non solùm bonæ fidei possessorem, verumetiam verum dominum, eorum bonorum, quæ meliora effecta esse, dicuntur, censebimus.

Sed & fructibus, quos N. ex meliorationi-
bus. percepisse arguitur, nihil planè constat.

54 Vnde alia rursus succedit iuris regula: id nempè quod non est, in compensationem, venire non posse. *arg. l. eius qui in prouincia vers. quoniam. ff. si cert. pet. Arr. Pinel. ad rubr. p. 2. c. 1. n. 51. C. de rescis. vend. Gomez. Var. resol. lib. 1. c. 1. n. 9. Zoanett. ad l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vendit.*

NONÒ & vltimò: pondus quoque aliquod, illud non habet: quòd attamen proximus agnatus N. ipsi in Episcopatu, succes-
55 serit. Nam ne sic quidem, remissionem vllam introduci posse censeo. Cum enim remissio donatio sit, eam nemo facere præsumitur, nisi is, qui id se facturum, expressim demonstrat, verbisque claris, & perspicuis edicit. *l. si quis elegauerit ibi Br. ff. de nouation. Dec. ad l. postquam Iul. & ibi Curt. Iun. n. 5. C. de pact. Alex. in cons. 206. col. 2. in fin lib. 7.*

Et quamuis non eam inficias: quòd non- 56
nulli casus reperiantur, in quibus donatio, iuris præsumtione introducitur. Quos commemorat *Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. casu 85.*

Attamen è diuerso, vlla in lege non habe- 57
tur: quòd prælatus ob id, quòd agnatus proximus, successor ei datur, censeatur donasse, ac remisisse, actiones eas, quæ ante surrogationem factam, ei competierant. Id itaque, quod lege non cauetur, in praxi non habetur. *arg. §. confidentes auth. de trient. & semiss. l. dissentientis. C. de repud. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. l. si seruum. §. non dixit prætor ff. de acquir. hered.*

Atque his, satisfactum quoque ijs esse, quæ ab opinione negatiua, & quòd prælatus non possit repetere, quas fecerat meliorationes, &c. stare videbantur putarim.

Verùm enimuerò, etsi hæc ita se habeant: nolim tamen autor esse N. quòd in exigendis hisce sumtibus rigidiorem sese præbeat. Cuius rei has habeo causas.

Nam PRIMÒ: ipsa natura duce, æquum 58
esse conspicamur: vt totis conatibus fugiamus, illos lites, ex quibus plus damni, quàm emolumenti, etiamsi victores extiterimus, reportamus, atque referimus. *arg l. mediterraneæ. C. de annor. & tribut. lib. 10.*

Fac itaque ad N. ex hac lite, millia aliquot reduntatura: nihil tamen propterea, reipsa, effectum esse censeo. Cùm multorum hinc odia, simultatesque incurrat. Qui aliud posthac, consilium capient, vt damnum hoc pecuniarium vlciscantur.

SECVNDÒ, illud quoque pœnitius ali- 59
quantisper perpendendum erit: quòd restitutio hæc sumtuum, non tàm ad capitulares, quàm ad ipsum successorem, tandem pertineat.

Nam cum ædificia, vndè hæc sumtuum repetitio, causatur: non capituli sint, sed mensæ, Cameræque ipsius episcopi sint dicata: non equidem perspicio, vt restitutio capitulo, obtrudi possit. Alia enim sunt bona capituli, alia item bona de mensa, *c. apostolica ext. de donat.*

Nec refundere tenetur quispiam, melio- 60
rationes eas, quæ in re tertij, impensæ sunt. Cùm ne vnius, eiusdemque domini quidem rem, aliam, quàm eam, quam meliorem feceram, ratione, & intuitu meliorationum, retinere queam. *Iason. ad l. si in area. n. 2. ff. de condict. indeb. Aut. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 4. memb. 5. p. p. n. 17. qui Castrens. & alios adducit.*

Sed & capitulum ab electo, iure repetit ea, 61
quæ

quæ in electione, à capitulo, fuerunt erogata. *c. vt præterito ext. de elect.*

62 Tantò magis itaque repetet, si quid soluerit, nomine meliorationum, in rebus, ad episcopi mensam pertinentibus, factarum.

Non puto autem N. vnquam in mentem venisse, agnatum suum proximum, quem filij loco semper habuit, hac sumtuum refusione,

63 onerare. Cùm longè sit certissimi iuris: quòd parentes filios, plus seipsis diligant. *l. isti quidem. §. vlt. & ibi gl. ff. de hu quæ vi met. caus. fiunt. cum similib. & Tiraq. ad ductu ad l. si vnquam in præfat. n. 7. C. de reuoc. donat.*

64 Erga tàm adamatas autem personas, ij præsertim, qui in illustri dignitate, positi sunt: haudquaquam exactores acerbiores, sese gerere soleant. *per tra. Bl. ad l. 2. n. 2. C. de iur. dot.*

TERTIÒ: expendamus quoque illud: quòd causæ huius diffinitio, si non in prima, saltem in secunda instantia, ad Cameram Imperialem pertineat. Vt inferius paulò demonstrabimus.

Iam verò res ipsa, proh dolor, loquitur lites in Camera Imperiali, ob immensam negociorum multitudinem, Dominorumque Assessorum paucitatem, tardè nimis, ad exitum perduci.

65 Iure etenim de Camera Imperiali conquerimur, plurimos toto die recurrere cò: plurimos itidem singulis diebus, causis illuc deferri. Sed paucissimos verum solatium, plenamue de lite victoriam reportare. Cùm in paucissimis causis diffinitiuè pronuncietur, lites item integras litigantium ætates, longè excedant, atque superent. Qua de re *Friderus in epist. dedicat. lib. 1. de proceff. extrab. vers. at verò clamitant. videndus est.*

Non video itaque, quale futurum sit commodum, ex lite, cuius finis, optari potest, sperari autem nequit.

Equidem sumtus, tœdia, curæ, solicitudines, molestiæ, certæ erunt: finis verò litis incertissimus.

QVARTÒ: & vltimò: vereor etiam plurimum, ne olim, minores etiam æstimentur, meliorationes hæ, quàm arbitrati fueramus.

66 Scio enim nonnullos Interpretum velle: quod ad ædificia, quòd attinet, æstimatio meliorationum, ita concipienda sit, vt non inspiciatur valor ædificij, vti in præsentia extat, atque cernitur: sed vt id tantum æstimetur, quod valerent rudera, atque macies, per se, ædificio demolito, atque destructo. Hanc enim magis communem, atteſtatur *Berous consil. 96. n. 4. vers. si verò secundum.*

67 Et etiamsi, hanc traditionem, ceu falsam, & erroneam, exploderemus: cum non sim nescius: quòd plærique velint, ipsum ædificium, vti iam extat, atque extructum est, æstimandum esse. *Bl. ad l. 1. §. vasallus, hic finit. lex. Bl. in auth. excipitur. n. 2. C. de bon. quæ lib. Masc. in tr. de probat. concl. 1041. n. 21. quam etiam aquiescam, ideoq, in iudicando sequendam atteſtatur Iulian. Clar. recept. sent. §. fendum q. 88. vers. sed quæro.*

Aliud tamen, non minus graue, sese offert 68 obstaculum. Cum sit iuris non obscuti: non solùm probandum, ita ædificatum esse: Verumetiam, quòd ecclesiæ, ita ædificari, necessarium, aut vtile fuerit. *Br. ad l. in fundo. n. 54. & ibi DD. reliqui. ff. de rei vind. Curt. Iun. d. consil. 165. n. 14. volum. 2. Mascard. d. concl. 1040. n. 7.*

Si enim voluptati tantum ædificia extru- 69 cta inseruiant: nullam consequi possumus, impensarum factarum nomine, refartie nem: licet abradi ea possint, quæ facilè, ab ædificio separantur. *l. in fundo & ibi Br. & DD. reliqui. ff. de rei vind. l pro voluptariis ff. de in rem. verso. dotal fact. &c. ad limpensa. n. 7. ff. de verb. signif. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 15. n. 545.*

Quàm cauendum, ne non, hic quoque longè maximè, sumtuum pars, concidat, atque euanescat.

Sed & in considerationem illud venit: an 70 ante meliorationes factas res aliquo modo, à melioratæ deterior facta sit. Hoc etenim casu non minor consideratio deteriorationis, quam meliorationum instituenda erit. *Br. ad l. si negotia. ff. de negoc. gest. Mascard. d. concl. 1040. n. 11. Curt. Iun. d. consil. 165. n. 14.*

Si itaque hîc ruinæ ædium, maturè satis non fuisset obuiam itum: ædesque vti decebat, quàm primum ruinam minassent, non fuissent tutæ: hancque causarum esset, vt eas post deindè, nouas planè fieri oportuisset: illud mehercle quantitatem meliorationum, postea, omninò imminueret.

Atque ita in specie, quòd ecclesia tantùm, 71 teneatur in id, quatenus melior, eius conditio, effecta est, eo casu, cum prælatus, pecunia, quam mutuo acceperat, extruxerit ædificium nobilius, atque splendidius, quàm ecclesiæ expedierit, decidit *Abb. ad c. penult. n. 9. ext. de fideiuss. quem refert & sequitur Menoch in tr. de arbit. iudic. quæst. casu. 432. n. 43.*

Et in genere traditur: licere equidem antiqua ædificia, sed & castra, & arces, ruinam 72 minantia, vel collapsa reparare: sed ita reparare, vt preciosiora, vel speciosiora non fiant. Etenim hoc posterius, prohibitum esse. Qua de re *Bertachm. videatur, in repert. in v. castrum. n. 26.*

Nec obstat: quòd attamen Episcopus, in 73 sepulchro magnificentius ædificando, consumere possit, centesimam partem, census ecclesiæ suæ. *text. ad c. apostolica & ibi gl. & DD. ext. de donat. Redoan. in d. tr. de reb. eccles. q. 51. 6. 9. n. 2.*

74 Nàm dispar ratio monimenti, & reliquarum ædium est. Vndè ab vno ad aliud, haud rectè deducetur argumentum. *per vulgar.*

RESOLVTIO SECVNDAE QVAESTIONIS.

QVòd si omninò steterit, apud N. sententia: meliorationum sumtus repetendos esse, (quod ego non fauaserim) videndum iam erit: quibus medijs, actionibusque potissimùm, id perficere queamus. Earum enim, varia sese offerùnt genera.

Et sanè inter reliqua media, recuperandarum meliorationum, vel ius, quod vocant tetentionis, principem obtinet locum.

75 Etenim, nomine meliorationum factarum, retinere licitè possum, rem alienam. *l. in rebus. § possunt. ff. commod l Paulus. ff. de dol. except. l. si in area. ff. de conduct. ind. cb. N. guz. ant. in tr. de pignor. in 4. memb. 5. p. n. 8. Garsan tr. de expens. c. 1. n. 16. Ludouic. Goz. adm. cons. 86. n. 25. Cephal. cons. 213. n. 15. Tiber. Decian. cons. 29. n. 5. & n. 19. vol. 2. Card. Paris. cons. 79. n. 16. vol. 3. Crauet. cons. 928. n. 1. & cons. 919. n. 2.*

76 Atque ita in specie, quòd etiam prælatus, qui proprijs impensis, Ecclesiæ rem excoluerat: iure retentionis vtatur. decidit *Abb. ad d. c. de multa n. 14. ext. de prebend. Iaf. ad d. l. si non sortem. § fi centum. n. 10. ff. de condict. indeb.*

At cum N. de bonis, quæ ædificando, meliora reddiderat, iam ecclesiæ, frustra erit, de
77 hoc remedio, pluribus agere. Retinere enim rem, pro meliorationibus possum, sed semel restitutam, atque amissam, vindicare, aut occupare, rursus non licet. *per trad. Decian. cons. 46. n. 96. vol. 2 & cons. 94. n. 29. volum. 3.*

Deindè impensarum factarum nomine, actio mandati quoque, quandoque porrigitur.

Sed nec illa præsenti negocio, adaptari
78 potest. Ita enim demùm, nomine expensarum, actio mandati datur, si eæ erogatæ fuerint, cùm eius, à quo iam repetuntur voluntate: & quidem tali voluntate, quæ ad introducendum mandatum, sufficius est. *l. qui pupillo. C. de negot. gest. Angel. Aret. ad § certè illud sub n. 2. vers. secundo casu. Inst. de rer. diuis. post Salyc. ad l. si domum. C. de rei vind.*

At enim hîc, de tali voluntate, non solùm nihil planè constat: verùmetiam contrarium eius, ex quibusdam negocij circumstantijs, haud incertè colligitur.

79 Datur quoq; ad expensas, & meliorationes factas, recuperandas, negociorum gestarum actio: etiamsi præter voluntatem eius, à quo petuntur, expensæ hæ factæ sint. *d. l. qui pupillo. C. de negot. gest. Bart. ad l. in fundo. n. 15. ff. de rei vind. Angel. Aretin. ad d. § certè. d. n. 2. vers. secundo casu. Inst. de rer. diuis. Tiber. Decian. cons. 9. n. 37. vol. 1.*

Et hanc propius reliquis, ad præsens negocium, accedere, fateor quidem: at mihi adhuc attamen, magis è re fore videtur, vt officium Iudicis hoc nomine imploremus. Eò, quòd officium Iudicis, prædoni etiam de- 80
tur, in id, vt recuperet, quas fecerat impensas necessarias. *Bar. ad l. domum in pr. C. de rei vindic. Bar. ad l. plane. n. 3. ff. de petit. hered. Arg. ad d. § certè ad fin. vers. fin. aute eo tempore Inst. de rer. diuis.*

Tantò magis itaque dabitur ei, qui non solùm bonæ fidei possessor: verùmetiam dominus, vel loco domini est, ad exigendas, & repetendas, tàm necessarias, quàm vtiles expensas, in re, quæ iam restituta est, factas. *per argumentum à minori.*

Vt taceam, eo casu, quo iudicis officium 81
imploratur, nec libello, nec reliquis solennitaribus iudicij opus esse. *per trad. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 6. passim per tot. & remed. poss. retin. remed. 8. ex. n. 27.*

RESOLVTIO QVAESTIONIS TERTIAE.

IAm videamus de quæstione TERTIA: Ea verò quæritur, quis iudex competens, litis huius futurus sit? vnde hæc difficilior non est.

Nam siue demus, sedem adhuc vacare. Cùm administratio adhuc tota, pœnes capitulum sit, quamuis successor certus, sit renunciatus: id quod rectè concludi posse, vi- 82
detur: cum paria sint, ecclesiam nullum planè habere prælatum: & habere quidem prælatum, sed talem, qui ecclesiæ possessionem, nondum apprehenderit in id, vt adhuc sedes vocare dicatur. *Host. ad. c. olim cl. 1. & ibi Ieh. And. col. 4. ext. de rest. spoliat. Iohan. And. ad. c. 1. & ibi Dominic. de S. Gemin. col. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Anton. de Butr. ad c. cum dilectus col. 9. ext. de iudic. Felin. ad c. 1. n. 3. ext. de præscript.*

Aut si mauis, ponamus: sedem ampliùs 83
non vacare, propterea: quòd eius Ecclesiæ sedes, ampliùs vacare, rectè dici nequeat, cui iam de prælato, prouisum est. *gl ad Clement. 1. ad. v. collato vt lis pend. Host. ad c. ne pro defectu ext. de elect. Roman cons. 350. n. 3.*

Vtcunque sit, iudicem tamen primæ instantiæ, neminem alium, quàm Austregas: Secundæ verò instantiæ, neminem, quàm Imperialem Camerani, constituere possumus. Nam & cum sedes vacat, rectè coram Au- 84
stregis, conuenitur capitulum. Vt multis rationibus congestis, contra Gailium, hoc casu, etiam in prima instantia, ad Camerani recurrendum esse, existimantem, comprobat *Frider. in tr. de process. an Camer sit rub. lib. 1. c. 19. n. 7.*

85 Et cum non vacat ampliùs, nihilominùs causæ cognitio, ad Austregas pertinet. Nam lis hîc, inter duos Principes, immediatè Imperio subiectos, est. Quos iudices suos privilegiatos, hoc casu habere, certo certius est. Pro vt hoc, quòd eo casu, cum Princeps Principem, sacro Romano Imperio, immediatè subiectum, conuenire vult: Iudicium primæ instantiæ, Austregarum sit, ad literam scriptum extat, *in ordinat. Camer. p. 2. tit. 2. tradita, idem Frider. d. tr. de proceff. in Camer, extrab. lib. 1. c.*

86 *16. n. 2. & seqq.*

Sicuti illud quoque, extra controuersiam positum est, quòd ab Austregis, ad Cameram, rectè appelletur. *Ordinat. Camer. d. p. 2. d. tit. 2. §. 2. Frider. d. tr. de proceff. extrab. lib. 1. c. 19. n. 4.*

87 Nec obstat, quòd tamen alibi, in iure scriptum extet: quòd causæ, & controuersiæ clericorum, ad Iudicem sæcularem deduci, nec posint, nec debeant. *tot. tit. extin 6. & in Clement. de for. comp.*

88 Nam quicquid eius rei sit, hodiè ratione & intuito ordinum Imperij, religionem reformatam profitentium, in totum consopita, atque exposa est, iurisdictio Papæ, & eius affectorum. Vt in constitutione pacis, Religioni datæ §. damit auch, *in Recessu Augustano, anno 1555. prouisum extat. Frider. d. tr. de proceff. in Camer. extrab. lib. 1. c. 29. n. 1. & seqq.*

RESOLVTIO
QVARTAE QVAESTIONIS.

QVARTA deindè quæstio, duo complectitur membra: quorum vnum de illo est: an capitulum Ecclesiæ in N. teneatur, de sumtibus quos N. arcem N. occupando, præsidiumque eidem imponendo: fecerat? Alterum verò, an harum impensarum nomine, retentionis ius, locum sibi vendicet?

Sanè quantum ad prius caput attinet, etiamnum sentio, & de his expensis refundendis, N. aduersus capitulum, rectè acturum. Per ea, quæ superiùs, sub primæ quæstionis resolutione, in medium profe rebamus.

Et præter ibidem recensita, etiam illud me mouet: quòd apud Iutis interpretes, communi quasi suffragio, receptum esse vi-

89 deam: quòd etiam commendator, tametsi is Ecclesiæ, ad tempus, quandoque, tantummodò præsit, *arg. c. obtum distinct. 12. & c. constitutum. 7 q. 1. Roman. conf. 350. n. 2.*

90 Fructus attamen suos faciat. *Abb. ad c. querelam. n. 1. ext. de elect. Rebuff. in praxi benef. Rubr. de commendat. n. 26. & seq Capyc. decis. 3. n. 8. & seq. Iacob. Puteus. decis. 25. n. 4. vbi Cardin. Alexand. in id adducit.*

Cùm itaque maior ratio sit in prælato, vel per electionem, vel per postulationem Ecclesiæ, ritè, rectèque, in perpetuum præfecto.

Haud ineptè ratiocinabimur: vnicuique quoque prælato, fructus, reditusque, prælaturæ suæ cedere: & vi consequentis, repetere illi fas esse, si quos, horum fructuum, vt res prælaturæ suæ excoleret, consumserit.

SECVNDÒ: impellit me, ad id sentiendum, quoque illud: quòd concessum, atque integrum sit prælato, si id euidens Ecclesiæ vtilitas requisierit, etiam totaliter alienare, rem ad Ecclesiam pertinentem *c. 1. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Clement. 1. eod. tit. gl. ad c. nulli liceat. ext. de reb. Eccl. al. vel non. Redoan. in tr. de reb. Eccl. q. 12. n. 47.*

Multò magis itaque illi, fas, licitumq; erit, si quos ob vtilitatem ecclesiæ manifestam, etiã ex fructibus, & reditibus Ecclesiæ, sumtus fecerat, hos repetere, atque condicere. Idque per argumentum à fortiori, quod in iure longè fortissimum, frequens, & vtile est. *Euer. teste in loc. à minor. n. 1.*

Iam verò certum est, permagni Ecclesiæ N. interfuisse, arcem hanc, suo nomine occupari. Si n. per exteros principes, semel fuisset occupata, in dissimen adducta fuissent regalia omnia, & reliquum ius omne, quod Ecclesiæ N. in comitatu N. competierat: & longè incertissimum fuisset, an hîce semel amissis, ad ea postea recuperanda, patuisset vnquam aditus. Cùm tamen regalia solùm, tanti fiant, vt precio nummario æstimari nequeant. *And. de Isern. ad c. 1. §. ceterum quia dic. dux. Isern. ad c. 1. §. persona per quos fiat inuest. & in c. 1. quæ sint regal. Luc. de penn. ad l. mulieres. col. 2. vers. quarto ex comitatu. C. de dignit. lib. 12.*

Summè itaque iniquum foret, si horum sumtuum restitutionem, N. non consequeretur.

Ceterum aduersus hæc illud non occurrit: quòd attamen, pacta, inter N. & capitulum conuenta, expressim velint, hoc casu, capituli consensum adhibendum esse. Id quod, & iurium prouisioni, consentaneum est: eò, quòd consensus capituli, vbique sit necessarius, in his, quæ episcopum, & capitulum, simul tangunt. *c. accedentes ext. de præscript. Abb. ad c. nouit sub n. 7. vers. tertiò ext. de his, quæ sunt à prælat. fin. conf. Cap. Dec. conf. 142. Redoan. in tr. de reb. eccl q. 51. c. 1. n. 21.*

Nam etsi non appareat, hunc capituli consensum interuenisse: & præterea capituli taciturnitas, ad instar consensus non sit. Cum in rebus magni ponderis, consensus capituli expressus desideretur, & neutiquam tacitus sufficiens sit. *per trad. Abb. ad c. vt super. n. 14. vers. in gl. in v. offensu ext. de reb. Eccl. alien. vel non. Redoan. in tr. de reb. Eccles. q. 26. n. 17 & q. 51. d. c. 1. n. 8. text. in. continebatur ext. de his quæ fiunt. à prælat. fin. conf. Cap.*

Auerti tamen obstaculum hoc, poterit per
96 id: quod designata capitulatio, à iure communi, passiuam interpretationem recipiat. *arg. l. 2. C. de nov. al. act. l. si duo & ibi DD. ff. de acquir. hered. Schr. ad. in tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 129.*

Cum itaque illud, quòd modò, de consensu capituli adducebatur, iure quo vtimur, ita
97 astringatur: vt locum non habeat, quoties in necessitatibus positus est prælatus, siue episcopus. Tunc enim immunis est, atque exemtus, ab omnibus solennitatibus, aliàs requisitis: etiam dùm distrahit, & alienat, bona ecclesiæ suæ. *gl. ad c. placuit. 12. q. 2. Archid. ad c. terrulas eod. caus. & quæst. cum similib. quæ profert Redoan. in d. tr. de reb. Eccl. q. 13. n. 13. & seq.*

Hic verò, plùs, quàm notorium sit, ni arx hæc, de qua res est, occupata, & præsidium immissum fuisset, in summo discrimine, & periculo, res Episcopatus, constitutas fuisse: Cessare hic, adductum theorema, nemo est, qui non videat.

98 Deinde astringitur, idipsum theorema quoque tàliter: vt ex causa rationabili, excusetur prælatus, qui in rebus grauissimi ponderis, consensum capituli, non adhibuerat. Tantum abest, quòd ob id, factum prælati infringatur. Vti in indiuiduo scriptum reliquit *Abb. ad c. nouit. n. 6. vers. & ex hoc colligo ext. de his quæ fiunt à prel. sin. consc. capit.*

Ecquis autem non videt, hic causam planè rationabilem affuisse? Quis enim ignorat, in re bellica, veluti artium occupationes sint, rectè administranda, celeritate opus esse?

99 Sic quoque cessat hoc iuris principium, in notorijs. Nam in notorijs, prælatus opus non habet, à capitulo, consensum in petrare.

Vti rursus in indiuiduo docuit *Abb. ad d. c. nouit. n. 7. vers. ex his colligo ext. de his quæ fiunt à prel. sin. conf. capit. per trad. Oldrad. conf. 295. n. 3.*

Iam verò adhuc hodiè, in ore omnium est: quantum interfuerit episcopatus, arcem hanc, à suis occupari, suoque præsidio detineri.

100 Præterea quoque obiectioni huic, respondeti potest per id: quòd in iure, generaliter vernni fit: quòd toties, à iuris communis regulis, etiam prohibitionem, in sese complectentibus, recedamus: quoties periculum in mora est. *l. de pupillo. §. si quis rusos. ibi Iaf. n. 1. &*
* *DD. communiter ff. de no. op. nunc. l. si quis filio exheredato. §. his autem. ff. de inoff. test. l. 1. §. vlt. ff. de seruis. l. Diuus in pr. ff. de petit. hered. c. baptizari. ibi gl. dist. 5. Iason ad l. naturaliter. §. nihil commune. n. 174. ff. de acquir. poss.*

Atenim diffiteri nemo potest, tempore occupationis arcis N. factæ, summum periculum, in mora fuisse. Si n. N. conuentum capitulo indixisset, aduersarijs, latissima aperta fuisset feneſtra, aliquid contra arcem hanc, tentandi.

Præterea, expendamus quoq; illud: quod hæ impensæ plærǽque, non tàm ex occupatione arcis: quàm ex præsidio, quod illi post deinde fuit impositum, quòdq; aliquandiu, postea N. stipendia meruit: proficiscantur.

Agitur itaque hîc de tali facto (quod vt loquuntur) tractum successiuum habuit: & interim non probatur, huic facto N. capitulum vnquam contradixisse.

Quid igitur obstet, quo minùs consensum capituli, hinc colligamus, non video. Nam iuris incerti non est: quòd etiam in re- 101
bus maximi præiudicij, capitulum, nisi pro consentiente, haberi velit, intra sex menses, à die scientiæ computandos, de dissensu suo, testatum facere debeat. *Vt ex Host. & Iohan. And. refert, & sequitur Abb. ad c. 2. n. 8. & seqq. ext. de his, quæ fiunt à prel. sin. consc. capit.*

Et, vt rem summatim complectar, fac, omni prorsus limitatione, regulam hanc, de consensu capituli, quam afferebamus, carere: fac item consensum hunc, nullo prorsus modo, hic elici posse: non tamen propterea, desinet confestim, expensarum repetitio.

Nam etsi hæ, propter defectum, consensus capituli, mandati actione, repeti nequeant: repeti tamen possunt, negociorum gestorum actione, & per officij iudicis implorationem, etiam tunc, cùm capituli consensu destituimur.

Etenim negociorum gestorum actione, 102
etiam has expensas, quas præter voluntatem eius, à quo iam eas repetimus, erogauerāmus: nancisci mur. *d. l. qui pupillo. C. de negoc. gest. Br. ad l. in fundo. ff. de rei vindic. Angel Aret. ad §. cert. n. 2. vers. secundo casu. Inst. de rerum diuis. Tib. Decian. conf. 9. n. 37. volum. 1.*

Sed & officium Iudicis, ad recuperandas 103
expensas, is habet, qui planè in mala fide constitutus est: nec vllo alio modo, rei suæ amplius, quàm officij iudicis implorationē, consulere potest. *Br. ad l. domum in pr. & ibi Castr. n. 2. Bl. n. 3. C. de rei vind. Aug. Aret. ad d. §. certè ad fin. vers. sin autem eo tempore. Inst. de rer. diuision.*

Rursus negocium quoq; vllum, illud non 104
facesit: quòd & iure cautum, & à DD. traditum reperiatur, quòd princeps, qui castrū, seu fortalitium (vt vocant) ne hostis huius potiretur, priùs occuparat: finito bello, nullis recepris expensis, quas, vel castrum muniendo, vel præsidium ei imponendo fecerat, idipsum restituere teneatur. *Bl. ad l. vlt. n. 1. C. de condict. ob turp. caus. Bl. in l. si in aliquam in fin. ff. de off. proconf. Thom. Grammat. conf. 13. n. 44. Tiber. Decian. conf. 35. n. 37. volum. 2.*

Nam *ad Bl.* quod attinet, veluti huius opinionis primum autorem, *in d. l. vlt. C. de condict. ob turp. caus.* loquitur de castro, ad pœ-

nitus

hitus extraneum spectante. Ceterum hostis causa, occupato, atque munito.

Non itaque huc, eius decisio pertinet.

Sed & *in l. si in aliquam. ff. de off. proconsul. Baldus nihil decidit*: sed illam legem tantùm, in argumentum facere dicit.

Adhæc, semetipsum *in d. l. si in quandam, ita declarat Baldus*, vt locum, hoc theorema, eo duntaxat casu, habeat, quando proprium solùm negocium, princeps castrum occupando, & muniendo gessit: secus verò erit, si negocium eius gessisset, quem expensarum nomine iam conuenit. Tunc enim, restitutio impensarum fiat, necesse est.

Atqui is proprie casus noster est. Non obstat itaque obiectio.

Sed iam videamus, de altero membro, QVARTAE huius quæstionis, quod de iure retentionis est.

Ego verò statuo, iuri retentionis, in præsentia, locum nullum esse.

Non quidem propterea, quod cum N. arcis claues, per arcis custodem offerrentur, eas accipere recusauit: nam hoc nocere non possе crediderim. Cum enim hæc recusatio, nullo alio fine facta sit: quàm vt claues, capitulo traderentur: capitulum verò illasipsas quoque suscipere abnuerit: res adhuc integra est, & propterea impedimentum vllum recusatio hæc, N. non exhibebit.

105 Exemplo eius, quod in iure cautum, atque prouisum extat: quòd resignatio facta, respectu certæ personæ, resignanti non obsit, si ea persona, resignationem sui contemplatione factam, ratam non habuerit. *Vt in specie decidit Iacob. Put. decis. 158. n. 2. lib. 3. per l. nec vtile. ff. ex quib. caus. maior. l. qui absenti. ff. de acquir. poss.*

106 Sed & generaliter verum est, si rem quampiam reliqueram, pœnitere me, & occupare eam, rursus posse, re integra, & antequam alius eam occupet. *l. 2. iun. vbi gl. C. qui bon. ceder. poss. Alex. de Imol. ad l. quod seruus. ff. de stipulat. seru.*

107 Verum propterea', hic ius retentionis excludi censeo: quòd ius retentionis in castro occupato, locum non habeat: sed, quòd prius, restituendum sit castrum, quàm soluantur expensæ, in occupatione, & præsidio castri consumtæ. Ita in indiuiduo decidunt: *Iohan. de Anan. conf. 32. inc. vltra alia dubia. col. 2. Iason. ad l. si non sortem. §. si centum. n. 10. vers. aduerte tamen pro notabili ff. de condict. indeb.*

Oportet itaque, vt à iure retentionis hoc in casu, abstineamus.

Vt taceam, si N. iam denuò, arcem, per suos occuparet, etiamsi id tantum faceret, vt per arcis retentionem, sumtus quos expenderat, consequeretur: hoc ipsum attamen, nescio quam præse ferre, nouitatis speciem. Quare tale acceptum, intermittendum esse censeo. Nouitates enim omnes, fugiendæ sunt. *tradente speculatore in tit. de feud. §. 2. vers. hoc etiam.*

RESOLVTIO
QVINTAE QVAESTIONIS.

PORrò de quinta, eademque vltima quæstione, sic habeo: fructus omnes, vsque ad diem factæ resignationis, N. deberi. Impossibile quippe est, vt fructus Episcopatus, ante factam resignationem, & subsequentem per capitulares, possessionis apprehensionē, ad capitulares, ceu resignatarios (vt ita loquar) pertinere potuerint. *per trad. Iacob. Put. decis. 337. n. 2. lib. 3.* 108

Ceterum, apprehensio hæc possessionis, sub initium primum, mensis Ianuarij fiebat. Etenim, tùm demùm renunciatur possessioni beneficij, vel prælaturæ, cùm ipsius beneficij resignatio, fit, atque peragitur. *Innoc. ad c. super hoc ext. de renunc. Anton. de Butr. ad c. accepta ext. de rescr. spol. Iohan. de Imol. & Abb. ad c. solicitæ, ext. cod. tit. Alex. ad l. si quis vi, §. differentia. ff. de acquir. poss.* 109

Quandiu autem, quis possessor est, tandiu quoque, sibi acquirit, fructus. *l. qui scit. & l. bona fidei. ff. de acquir. rer. domin. Cap. in tr. de fructib. lib. 2. c. 1. ad fin. Fel. Pantz. schm. in quæst. locat. q. 17. n. 67.* 110

Huc quoque pertinet, quòd decisum reperitur: fructus, qui post obitum prælati proueniunt, etiam antequam beneficium nouo successori conferatur, eidem deberi *c. relatum. el. 2. ext. de testam. c. præsenti de off. ordin. lib. 6. Abb. ad c. vlt. n. 6. & 7. ne prælat. vic. suas Redoan. in tr. de reb. Eccl. alien. q. 57. n. 37.* 111

Hinc enim rectè infertur: vt fructus non nisi post obitum, ad successorem pertinere incipiunt: ita eosdem quoq; successoris non esse, nisi à die factæ resignationis. Vt idem operetur mors ciuilis, quæ per resignationem introducitur. *Put. decis. 462. n. 1. lib. 2.* 112

Quod mors naturalis. Mortem enim ciuilem, & naturalem, æquiparari, incognitū iuris non est. *gl. ad Clement. ne Romani. ad v. manente de elect. Cyn. ad l. Deo nobis in pr. vbi Bl. & DD. C. de episc. & cleric. Br. & alij ad l. ex ea parte, §. in insulam. ff. de verb. oblig. Socin. conf. 92. col. 1. volum. 1. Decian. conf. 86. n. 39. vol. 3.* 113

Præterea, adest quoque Interpretum traditio, quæ vult: quod defuncto iam prælato, pro rata anni, nihilominus heres eius percipiat, partem pensionum, quæ fundorum locatorum per defunctum, nomine, præstantur. Vti in indiuiduo decidit, *Anton. Franc. in addit. ad Panorm. sub litera D. ad c. vlt. ext. de præcul. cler. per l. defuncta. ff. de vsufr. & not. in l. diuortio. ff. sol. matrim.* 114

Quod

Quod si hoc iuris est, in herede prælati: in ipso prælato, multò magis obtinebit.

115 Cum heredi, nunquam plus iuris, quàm autori ipsius, competere possit. *c. nemo plus iuris de reg. iur. lib. 6. & l. nemo plus. ff. eod. tit.*

Nec obstat, quòd attamen, rationes quotannis, in die, qui Archangelo Michaëli facer est, finire atque concludere, inibi locorum, solitum fuerit: nam inspici oportet, quo fine, id factum sit. Et cum id, tantùm ea ratione fieri, conspicuum sit, quod circa id tempus, præteriti anni fructus, plærunque iam sint consumti: & è diuerso de noui anni fructibus, viuere incipiamus: hinc, ad N. exclusionem, quo minus reliqua petat, mala fit collectio.

116 Non enim actus agentium, vltrà eorundem, intentionem, operari debent. *l. non omnis. ff. si cer. pet. Mol. ad rubr. n. 80. ff. de verb. oll. Couarr. Var. resolut. lib. 1. c. 2. n. 2. Capiferr. in tr. de num. test. p. 3 c. 2. n. 49. Seraph. in tr. de iuram. privil. 19. n. 7. Coras. miscell. lib. 3 c. 15 n. 6.*

Et præterea, moris quoque est, vt præter rationes annuas, rationes quoque trimestres, exhibeantur. Has itaque ad minimum N. edi, & reliqua restituere oportet.

117 Et quia quisque illi, cuius bona administrat, quandiu administratio durat, rationes reddere tenetur. *Menoch in tr. de arbitr. iud. quæst. casu 209. n. 1. arg. c. qualiter & quando el. 2. ext. de accusat.*

118 Et quia rationem, ritè reddidisse, nemo dici potest, qui reliqua simul, non restituit. *l. Lucius Titus ff. de manum. test. Socin. conf. 24. col. 12. vers. & ideò lib. 1. Ioson. conf. 4 col. 2. vol. 3. & conf. 219. col. 2. col. vol. Menoch. d. casu 209. n. 11.*

119 Rursus dilui quoque facilè, illa obiectio potest: quòd totius anni fructus, pro vnitate fructuum habeantur. *l. diuortio §. quod in anno & ibi DD. ff. sol. matrim. Pantz. schm. in quæst. locat. q. 1. sub. n. 37.*

Nam ad id, respondetur: quòd idipsum 120
secundum quid tantum obtineat, & vt rectè ineatur ratio, num sterilitas probata, nec ne sit. Veluti, si quis pensionem sibi remitti, petierit, sub pretextu sterilitatis: ad illamque sterilitatem probandam allegauerit, quòd nihil ex agro perceperit: cum interim ex vineis, fodinis metallicis, syluis, & pascuis, maximum quæstum fecisset: cerè audiendus non erit. Eò, quòd totius anni fructus, pro vnitate habeantur. *Pantz. schm. vb. loc.*

Aliena itaque est, hæc doctrina, à nostro 121
themate. Et rectius hinc quadrat illud: fructus, præsertim ciuiles, veluti, pensiones, census, & reliquos, pro singulis temporis momentis, esse distributos. Cùm ita diuidi possint, vt quodlibet minimum temporis punctum, partem suam, ex his capiat. *Pantz. schm. in d. q. locat. q. 2. n. 14 in fin.*

Item id: quòd statutum est in anno, locum 122
quoque obtinere in semestri anni, aut quarta eiusdem parte, si idem ex parte, qui ex toto, promanat effectus. *Ias. ad d. l. diuortio. §. quòd si in anno. n. 3. per ill. text. ff. sol matrim.*

Denique non nocet quoque N. Episcopa- 123
tum iam resignatum esse: Rector enim Ecclesiæ, iure experitur, etiam postquam beneficio renunciarat, ratione fructuum, sibi pro rata eius temporis, quo adhuc Ecclesiæ præerat, debitorum. *Speculat. tit. de act. n. 64.*

Et aliàs actio, ad rationes reddendas, tri- 124
ginta annis durat. *arg l. quædam. ff. de edend. iun. l. sicut. C. de præscript. 30. annor.*

Atque ita verè, & iuridica, resolutes esse, quæstiones has, de quibus hactenus vidimus, censeo. F. P. D.

Transigebatur deindè de hac controuersia.

CONSILIVM XXI.

SVMMARIVM

1. *Consanguinitas. & tanto magis gradus proximitas, difficillimè probatur.*
2. *Cognationis suæ, scientiam exactam, nemo habere potest.*
3. *Proximitas non præsumitur, sed ab allegante probanda est.*
4. *Agnatum se esse dicens: agnatum quoq; se esse probabit.*
5. *Proximiorem se dicens, proximiorem quoq; se esse, probare necesse habet.*
6. *Agnatio probatur per id, quod quis communis habet, cum defuncto, cui succedere vult.*
7. *Proximitas probata non est, nisi distinctè probauerim gradum, quo defunctum, cui succedere volo, attingebam.*
8. *Agnatus ad successionem non admittitur, nisi probarit simul, se & agnatum, & proximiorem esse.*
9. *Proximitas probatur, si quis ostenderit, sibi & defuncto, communem esse stipitem, seq; à communi stipite, tot gradibus distare.*
10. *Consanguinitatem, vel agnationem probare sufficit, & inde rectè infertur ad proximitatem.*

Quod declaratur, n. 11. 12. & 13.

14. *Con-*

14. Consanguineus veristimiliter scit, consanguineos suos.

15. Consensus consanguineorum, quotiescunq; requiritur: toties propinquiorum consensum, bussse satis est.

16. Simultaneè investiti, simul quoq; succedunt.

17. Agnatio, & consanguinitas, non probantur ex eo, quod quis ab aliquo, vt agnatus tractabatur.
Sicuti nec ex nominatione, nec ex forma sola, nec ex quasi possessione agnationis n. 18.
Etiam tunc, cum de successione res est. n. 19.

20. Testes non probant agnationem, nisi quoq; simul, gradum consanguinitatis edocuerint.

21. Testes qui dicunt, se scire: quòd Iohannes fuerit pater Bartholomæi, & Antonius, pater Venturæ, non probant consanguinitatem, inter Bartholomæum & Venturam.

22. Pactum familiæ, quo una certa familia, certum inter se, successionis modum præscribit, non valet.

23. Agnationis probatio dubia, interpretanda est, contra producentem.

24. Gradus vbi non est, ibi quoq; nulla, in succedendo prælatio est.
Ampliatur, etiam in successionibus feudalibus n. 25.

26. Proximioribus vocatis ad successionem, si plures fuerint æquè proximi, æqualiter quoq; inter eos, hereditas dividitur.
Amplia, etiam in successionibus feudalibus n. 27.

28. Pactum familiæ, quo modus formaq; certa successionibus dicitur, valet, atq; subsistit.

29. Ex observantia similium casuum, qui antehac euenerunt, rectè colligitur decisio, casuum, iam contingentium.

30. Consanguinitas, vnico teste non probatur.

31. Familiæ identitas probanda est ab eo, qui defuncto succedere vult.

32. Familiæ identitas, ex quibus probetur.

33. Familiæ identitas, per commune familiæ cognomen, non probatur, quando cognominis huic, aliqua adiecta est nota, familiarum pluralitatem, diuersitatemq; ostendens.

34. Familia Fontana de Paueris, alia est ab illa, quæ Familia Fontana de Arcellis dicitur.

35. De gradu non apparere innocuum est, dummodò constet, vterlitigantium, defuncto fuerit propior, & magis proximus.
Amplia etiam in successionibus feudalibus n. 36.

37. Fraudulum Cameræ Imperialis, in materia proximitatis.

38. Agnatus alterius lineæ, nunquam ad successionem admittitur, quandiu superstes adhuc est aliquis ortum suum referens, ad eundem stipitem, vnde descendebat defunctus;

39. Consanguinitas probatur, instrumentis, præsertim vero antiquis. n. 40.
Ampliatur n. 41. & 42.

43. Instrumenta, & testes, in probationibus, coniungere licitum est.

44. Consanguinitas rectè probata dici nequit, non probata personæ identitate.

45. Personas plures, eiusdem nominis esse, non præsumitur.

46. Probandi onus, incumbit illi, qui dicit, plures eiusdem nominis personas, simul, & semel, in eadem familia fuisse.

47. Libris feudalibus, vasallus rectè vtitur, contra quemcunq;, ille molestias in feudo, inferre volentem.
Libri feudales, vulgò Lehenregistraturn. ibid.

48. Consanguinitas rectè probatur, per quasi possessionem eius.
Ampliatur vt n. 49. & 50.

51. Gradus probari necesse non est, in edocenda consanguinitatis quasi possessione.

52. De consanguinitate satis liquet, etiam ex sola nominatione.

53. Testi vni affirmanti, plus fides adhibendum, quam decem negantibus.
Ampliatur vt n. 54.

55. Consanguinitas rectè probatur, ex eo, quòd defunctus, quem, vt agnatum suum proximum tractarit.
Declaratur n. 56.

57. In Marchia Brandeburgensi, proximitas probatur, inter nobiles, ex eo, quòd quis sponsam alicuius, ad templum deduxerit: quodq; ille ipsi ad mensam administrarit, & ab ea, annulo, altera nuptiarum die, remuneratus fuit.

58. Mores regionis, omnibus cogniti, exactè probandi non sunt.

59. Actus trigeminus, vnico semper fortior.

60. Probatio non concludens, nullius est momenti.

61. Consanguinitas probatur, ex opinione vulgi.

62. Consanguinitas probatur, ex fama publica.
Ampliatur vt n. 63.

64. Fama probata per testem vnicum probationem non facit, sed vix præsumtionem & indicium.

65. Testes numero plures, vincunt pauciores numero testes.

66. Consanguinitas, & propinquitas, rectè duobus, aut ad summum tribus testibus probantur.

67. Consanguinitas per testes consanguineos etiam rectè probatur.
Extenditur vt n. 68.

69. Testes de auditu, rectè probant consanguinitatem.
Quod declaratur n. 70.

71 Persona grauis, quæ dicatur, in materia probandæ consanguinitatis.

72. Testium singularium dicta, in probanda consanguinitate, coniunguntur, & inde consanguinitatis probatio elicitur.
Ampliatur vt n. 73.

74. Testes vt recte probent consanguinitatem, duodecim interuenire oportet.
Nec vndecim requisita adesse satis est. Sed fluctuat probatio, deficiente requisito duodecimo n. 75.

76. Interpretatio c. licet ex quadam ext. de testib.

77. Consanguinitas non probatur per testes de auditu auditus.

78. Vna hirundo non facit ver.

79. Consanguinitas antiqua, probatur per testes de auditu auditus.

80. Consanguinitas probatur, etiam per indicia, coniecturas, & praesumptiones.
Maximè, si de probanda consanguinitate vetustiori, agatur, n. 81.

82. Consanguinitas antiqua, recte dicitur, si agitur de tali consanguinitate, quae quinquaginta sex, vel etiam quinquaginta annorum tantum est.

83. Homines tàm viuaces nunc non sunt, ac olim.

84. Bonorum communio, quo maior est, eò maior quoq; esse creditur, & propinquior, inter personas, quae bonis suis taliter vtuntur, necessitudo.

85. In communione, neminem diutius stare, praesumitur.

86. Probatio minùs legitima, atq; integra, in defectum alterius probationis admittitur.

87. Probationem per communiter accidentia, concludere sufficit.

88. Iuramentum suppletorium locum habet, etiam cum de consanguinitatis probatione agitur.

89. Iuramentum suppletorium, etiam in illis casibus, vbi aliàs denegatur concedendum est si illud sibi deferri petens, plus, quam semiplenè probarit.

90. Consanguinitas, in antiquis, per indicia coniecturas, & praesumtiones plenè probatur.

91. Iuramenti suppletorij delatio, potest peti, vsq; ad conclusionem in causa.
Nec non in instantia, quoq; appellationis n. 92.

93. Proximiores, & remotiores, in pari conditione constituere velle, valdè indecens est.

94. Propinquiori per remotiorem, portionem suam praeripi, nec lex, nec ratio, nec communia interpretum placita ferunt.

95. Proximior praefertur remotiori sine succedatur ex testamento, sine ab intestato.
Item siue res, in quibus succeditur allodiales, siue feudales fuerint. n. 96.

97. Remotior nunquam admittendus, quandiu proximus adhuc, succedere potest.

98. Propinquitatis probatio, etiamsi difficilis sit, impossibilis attamen non est.
Argumentum à difficili, ad impossibile, non valet. ibid.

99. Consanguinitas, propterea quod probari difficile potest, probatur per coniecturas, indicia, praesumtiones, si non directè, saltem per indirectum.

100. Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.

101. Promores ad absoluendum esse debemus, quàm ad condemnandum.

102. Actori in principio litis plus fauemus: in medio litis aequalis vtrique fauor debetur, in fine verò litis, reo tantum fauemus.

103. Reus excipiendo fit actor.

104. Fallacia non causae vt causae, exercit argumenta quibus inest.

105. Praesupposito amoto, concidit conclusio, quae inde extruebatur.

106. In cognationis probatione, primum probare stipitem, necesse non est.

107. Fallacia à dicto secundùm quid, ad dictum simpliciter, vitiosa efficit argumenta, quae ea infecta sunt.

108. Gradum propinquitatis probandum esse, quatenus verum sit.

109. Possessorij causa examinanda est priùs quam petitorij:

110. Familiae identitate, per alterutrum litigantium probata, is qui hanc probationem, à suis partibus stantem habet, propior censetur: nec opus est praeterea, gradus probatione. n. 111.

112. Fallacia consequentis, destruit argumenta quibus inhaeret.

113. Contra consanguineos suos, aliquem loqui, non praesumitur.

114. Consequentia non valet: hic, vel ille scire nolut, huius agnatum suum proximum esse: Ergo agnatus eius proximus, non est.

115. Cognationem ipsa natura, & publica iura, constituerunt.

116. Cognatio & propinquitas, priuatorum fermunculis, auferri alicui nequit.

117. Cognati sapius ira, odio, vel amore excaecati, simulant, se nescire eiusmodi propinquitatis, quae tamen optimè callent.

118. Cognatorum malitiae, se cognatos suos proximos, nescire simulantes, non est indulgendum: quin potius hoc nolle scire eorum, pro scientia habendum.

119 Heredes Vulturij qui.

120. Voluntatis declaratio per fictum, potior est ea, quae verbis tantum fiebat.

121. Negatio nihil punit ineffe.

122. Negantia aliquid dicta, ita non possunt accipi, ac si aliquid affirmarent.

123. Consanguinei mei negatio, qua expresè negat, me consanguineum eius esse, nihil mihi nocet.

124. Consequentia non valet: adhibuit omnium agnatorum consensum, in dotalitio vxoris constituendo: Ergo omnes quoq; agnati, eò pariter succedent.

125. Cau-

125. *Cautela abundans non nocet.*
126. *Superfluum id, confessim non est, quod non necessarium erat.*
127. *In Marchia Brandenburgensi, non solet heres, in id deputari, vt vxorem autoris sui, in dotalitium introducat: sed extraneus id committitur.*
128. *Improba est excusatio eius, qui se mores regionis vulgatissimos, nescire dicit.*
129. *Simultanee inuestitos, simul succedere, procedi tantùm, de iure Saxonico.*
130. *In Marchia Brandenburgensi iure Saxonum non viuimus.*
131. *Simultanee inuestiti, quando etiam de iure Saxonico, pariter non succedant. & n. 132.*
133. *Ob fallaciam compositionis, & diuisionis, victoriosæ sunt argumentationes, quibus inest.*
134. *Consanguinitatem, nominatio sola. aut sola traditio, aut fama sola non probant: sed simul his omnibus iunctis. q. possessio consanguinitatis, rectè edocetur.*
135. *Consanguinitatis quasi possessio ad consequendam hereditatem ab intestato non sufficit, quandò agitur, petitorio iudicio.*
136. *Consanguinitatis quasi possessionem, probatam esse, satis est, in id, vt is, qui eam probarat, interea possideat, res hereditarias, donec alter, propriorem se esse demonstrarit.*
137. *Pacta familiæ modum, formamq; successionibus præscribentia, valent, ex communiori.*
138. *Opinio magis communis sectanda est, in consulendo, & iudicando.*
139. *Fundamento destructo, corruit quod superiùs ædificabatur.*

THEMA.

QVm ante viginti, plùs minùs annos, diem suum supremum, nulla procreata sobole, clausisset, V. à VV. reliqui à VV. quos, quia loca superiora incolunt B. VV. vulgò dicimus, ad se solos pertinere feuda eius contendebant: contradicentibus ijs, quos vulgus S. VV. (propterea, quòd syluæ S. sint accolæ, & loca inferiora, inhabitent) agnomine, appellitat. Nam se peræquè, & quidem in capita successuros, volebant.

Defertur deniq; res, ad Iudicem: ibiq; causa cognita pronunciatur: B. VV. quoniam aliud non vellent, opus vt fidem faciant, se propiori consanguinitatis, agnationisue gradu, defuncto præ S VV. attigisse habere.

Cui vt motem gererent, vtraq; pars, testium Examinatores, atq; Notarios impetrant: his Articulos suos, probatoriales, & Elisiuos, quos vocant, vna cum interrogatoryis exhibent, Testes nominant, producunt, iurare examinariq; faciunt.

Publicantur deindè attestata. Ex quibus, ad S. VV. quod attinet, illud constare video:

I. Quod non minùs, ac B. VV. ius coniunctæ manus (Das Recht der gesampten Hand) in bonis defuncti feudalibus, habuerint:

II. Quòd non solùm ipse Defunctus, verumetiam frater eius Antonius, sæpiùs, dum viuerent, fassi sint: ignorare se ipsos, quis nam ex agnatis eis esset successurus: quodq; eos pariter successuros omnes, crederent:

III. Quòd seruitia, Domino feudi, præstanda, coniunctim præstiterint:

IV. Quòd bona, cum Defuncto communia ad Albim, & alibi possederint:

V. Quòd defunctus, non minùs eorum, quã B. VV. consensum requisierit dum dotalitium coniugi suæ, constituere vellet.

VI. Quodq; vxor viuente adhuc viro, per S. VV. & non per VV. in dotalitium hoc, Domini feudi, & agnatorum consensu constitutum fuerit introducta, ad preces & supplices defuncti: idipsum demandante eis, feudi Domino.

VII. Quòd non minùs, Georgius à VV. qui ex S. VV. oriundus est: quam Fridericus à VV. qui ex familia B. VV. est procreatus, sponsam V. à VV. defuncti, secunda nuptiarum die, ad templum deduxerit, ei coram mensa administrarit, nec non annulo aureo, à sponsa vicissim donatus sit. Id quod ex moribus nobilitatis Marchiæ Brandeburgicæ, agnatorum proximiorum, semper solet esse.

VIII. Per vnicum etiam, ad articulos Elisiuos testem, fidem fecerunt: VV. ipsos nescire, quo gradu necessitudinis, cum defuncto fuerint coniuncti, & tantùm iuri coniunctæ manus inniti.

IX. B. VV. edocere nunquam potuisse, quo gradu consanguinitatis, cum vltimo defuncto, coniuncti fuerint.

Et si quæ sunt alia, quæ deinceps suo loco, & per discursum indicabimus.

E diuerso verò B. VV. per suos testes, & documenta, condocefecerunt:

I. Akam esse familiam B. VV. aliam item S. VV. etiamsi ab initio, ab vno stipite descenderint.

II. Item S. VV. solos, S. VV. semper, & cum primis, cum G. à VV. qui ex S. VV. erat, moreretur, successisse:

III. Sed & seruitia inter eos esse diuisa. Et vnam earundem præstem S. VV. alteram verò partem B. VV. præstare.

IV. Et V. à VV. Defunctum, B. VV. non autem S. VV. in seruitijs præstandis, contribuisse: V. Bona item, & feuda, inter ipsos esse diuisa. Solo excepto pago V. & paucis quibusdam bonis, ad Albim sitis, quæ omnibus, quotquot sunt, VV. remansere communia.

VI. Ceterùm se, cum Defuncto, plura bona, pro indiuiso possedisse, & alternis annis vsos esse: & cum vidua eius, quandiu fruetur dotalitio, etiamnum vsuros.

VII. Diuisam quoq; esse, inter familias hasce duas, iurisdictionem.

VIII. Nec non ius vocandi, ad Ecclesias illas, quæ in pagis eorum sunt, verbi Dei ministeros: sicuti & laudemiorum, quæ subfeudatary eorum soluunt, pars semissis, B. VV. omnibus: & reliqua pars. S. VV. omnibus cedit.

IX. Adhæc in illis quoq; locis, quæ communia, toti prosapiæ VV. remansere, veluti in V. & similibus, singulâ familiam, singulum prætorem, siue scultetum, nec non singulam familiam singulum quoq; ædituum, vulgo Gottesman dare, atq; constituere: adeoq; duos scultetos, duos item ædituos, in illis locis reperiri, quorum vnum, tota familia B. VV; alterum verò tota familia S. VV; eligit.

X. Sed & transactiones produxerunt, & insuper Testibus etiam fidem fecerunt, quòd pænes hosce B. VV; fuerint bona nonnulla, ad V. à VV; ex parentum olim diuisione spectantia: & vicissim V. à. VV. possedisse, nonnihil agri, ad hosce VV; ex eadem diuisione pertinentia. Redijsseq; per transactionem illam, vnamquamq; rem, ad eos, quibus iure, & ex diuisionis placito, debebatur.

XI. Probarunt insuper, quòd se, pro heredibus, & successoribus V. à VV. gesserint: ipso vidente, sciente, & patiente.

XII. Quòd item ab alijs, nec non ipsius V. Defuncti, Domestici, successores ipsius V; habiti, æstimatiq; fuerint.

XIII. Sed & ea semper obijsse munera, quæ, secundum mores regionis, proximiori agnato, deferri solent, qualia sunt, sponsam agnati, altero nuptiarum die, ad templum deducere: eidem coram mensa administrare, & ab eadem annulo remunerari: item in deductione funeris, huius V. à VV. ante Sarcophagum portare lychnam cereum accensam. Hæc enim officia F. à VV. Actor præstiterat, tùm Antonij fratris V. defuncti, tùm ipsius V. sponsis. Sed & cum V. funus deduceretur, ceropherary officio defunctus est, I. à VV. senior, F. frater.

XV. Quinimò comprobarunt, se, & non S. VV. ab ipso etiam V. Defuncto, pro successoribus agnitos.

XVI. Sed & famam publicam, ipsis applaudere, & successionem V. deferre.

XVII. Capsulam item, cum familiæ huius documentis, furto ex templo, quod in V. est, fuisse ablatam. Vnde dubio procul, harum duarum familiarum origines, & successiones, apertius adhuc, potuissent demonstrari, comprobatum est.

XVIII. Ex ipsius quoq;, C. à VV. confessione constat, quod à vidua V. à VV. Defuncti, certas acceperit literas, ad totam B. VV. agnationem spectantes. Quas hactenus, iussus etiam per principem, edere noluit. Id quod ex Attestatis quoq; ipsius viduæ, planum fit.

XIX. Et denig, ex ipsis Feudorum, Principis Electoris Brandenburgici Registraturis edocuerunt, sibi ipsa feuda, de quibus controuersia est: S. VV. verò, ius manus coniunctæ, & simultaneè inuestituræ tantùm fuisse, concessa.

Quæritur itaq;, vtri nam parti, victoriam adiudicemus, & an S. VV; vna cum B. VV. ex æquo: an verò B. VV. solos, ad successionem V. à VV. admittamus?

RATIONES DVBITANDI.

ET videbatur equidem, pro S. VV. sententiam ferendam esse; eoque non minùs ac B. VV. in partem hereditatis, & successionis, pro numero personarum, & capitum, vocatos esse.

Nam PRIMÒ: certum est, & extra controuersiam positum, quod consanguinitas, tantoque magis proximitas gradus, probatu longe sit difficilima. *Br. in tr. de testib. in v. hanc eandem rem n. 29. Mascard. in tr. de prob. concl. 409. n. 1. Alex. consil. 90. n. 8. volum. 6. Dec. consil. 195. in pr. & n. 6. Mandell. consil. 83. n. 7. & 8. text. in l. Lucius & ibi Castr. ff. de condit. & demonstrat.* 1

Etenim nemo, cognationis suæ, scientiam exactam habere potest. tradente in indiuiduo *Modestin. Pistor. q. 83. n. 1 & q. 128. n. 1.* 2

Quod

Quod cum ita sit, probationes quas fecerant B. VV. vtpote à remotis accersitæ, sufficientes non videbantur esse, ob quas S. VV. repellerentur.

3 SECVNDÒ: non minùs quoque certum est illud: quòd proximitas non præsumatur: sed ab allegante probanda sit. *c. licet ex quadam & ibi DD. ext de probat. VVesenbec. conf. 13. n. 45.*

4 Quodque agnatum se dicens, agnatum quoque se esse: *Mascard. in tr. de probat. concl. 73. n. 1. Dec. conf. 13. col. 2. vers. sed tamen hic non obstantibus. conf. 222. n. 11. & conf. 321. n. 2. Mandell. conf. 61. n. 1. Roland. à Valle. conf. 63. n. 11. volum. 1. Crauet. conf. 913. n. 6. Cephal. conf. 518. n. 46.*

5 Tantoque magis, qui proximiorem se dicit: proximiorem quoque se esse, omninò probabit. *Ioseph Ludouic. decis. Peruf. 14. illat. 53. p. 1 Mascard. in tr. de probat. concl. 1247. n. 25. Dec. conf. 321. n. 2. Roland. à Valle. conf. 10. n. 25. volum. 3. Gerard. Maz. oll. conf. 45. n. 4. volum. 1. Alc. adl. proxim. n. 1. ff. de verb. significat.*

6 Iam verò, etsi agnatos se esse, probauerint B. VV. (probatur enim agnitio per id, quod cognomen commune habent defuncti & ij, qui successores se esse aiunt, veluti in indiuiduo tradidit *Cephal. conf. 90. n. 16. & 17. volum. 1.*)

7 Proximitatem attamen, non edocuerunt. Non probato enim distinctè, diffinitéque gradu, quo succedere volentem, attingebat is, de cuius successione agitur, probatam esse proximitatem, dicere quoque non possumus. *Vti ex Anchar. Dec. Alex. Capoll. & Mandell. decidit Mascard. d. concl. 73. n. 4. & 5. Tiraq de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 16. n. 1. Decian. conf. 24. n. 62. vol. 1.*

8 Atque ita, in specie, quòd agnati ad successionem soli non sint admittendi: nisi simul, & agnatos & proximiores se esse comprobauerint, scriptum reliquit *Decian. conf. 1. n. 392. vol. 1.*

9 Id quod tùm demùm fit, si quis ostenderit, se, & defunctum, verbi gratia Mœuium, communem stipitem habuisse: & à communi isto stipite, tali gradu distare. *Vti Lanfranco de Orian. & Decio in id adductis, decidit Burfat. conf. 93. n. 4. vol. 1.*

10 Nec obstat, quòd sufficiat attamen probare consanguinitatem, & agnationem, quodque indè, quem proximiorem quoque esse, rectè inferatur. *Alex. ad l. si potest. n. 15. vers. sed iuxta. & ibi Iason. n. 13. ff. de acquir. hered. Ripa in. l. in illa. n. 26. vers. quid tenendum ff. de verb. obligat. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 11. Riminald. ad Rubr. n. 105. C. qui adm. Cognat. Var. resol. lib. 2. c. 6. n. 6. Mascard. in tr. de probat. concl. 1245. n. 1. & 5. vbi banc magis receptam attestatur, & vel sexcentos hanc sententiam amplectentes, in id congessit Marc. Anton. Peragr. in tr. de fideicom. art. 43. n. 60. Surd. conf. 5. n. 6. volum. 1. Burfat. conf. 98. n. 1. & 2. vbi & in hanc receptam magis attestatur. & conf. 151. n. 35. volum. 1. Crauet. conf. 294. in pr. Neuiz. an. conf. 10 n. 9. Cephal. conf. 139. n. 53. Ruin. conf. 154. n. 4. vol 3. Cephal. conf. 776. n. 27.*

Nam id simpliciter verum non est, sed secundum quid tantùm, & primò quidem, quatenus contradictorem, vel nullum planè habuerit: *Alc. ad l. proximi. n. 1. ff. de verb. signific. at. Mascard. in tr. de probat. concl. 69. n. 11. & concl. 410. n. 19.* 11

Vel contradictorem quidem habuerit, sed extraneum, quique se, defuncto agnatum esse, non asserit, *Vti ex Dec. Innoc. Iohan. And. & Tiraq. docet Mascard. d. concl. 1245. n. 8.*

Secundò id rursus verum est, eatenus tantùm, quatenus non simpliciter, se cognatum esse, sed & cognationis, & propinquitatis gradum, simul edocuerit. Vti ex consensu aliorum, docuit *Anton. Gabr. Romanus in tr. reg. lib. 1. tit. de probat. conti. 1. n. 23. Mascard. in tr. de probat. concl. 1245. n. 9. Iohan. Petr. Surd. conf. 5. n. 34. & conf. 241. n. 26.* 12

Et denique quatenus omnes simul propinqui, & non magis proximi solùm, ad successionem vocati fuerint. Vti rursus antecessoribus *Anch. Alex. Dec. Felgos. & Tiraq. docuit. Mascard. in d. tr. probat. concl. 410. n. 25.* 13

Non itaque huc pertinet, allegatio isthæc. Nam hic contradictores, & quidem non extraneos, sed tales, qui se non minùs illis, defuncto agnatos esse, asserunt, habent, B. VV: non item gradum certum, quo cum defuncto, coniuncti erant, demonstrarunt: & denique hic magis proximi tantùm, non omnes simul ad successionem, vocati sunt.

TERTIÒ certum quoque est, iurisque indubitati: quod consanguineus, suos cognitos habeat consanguineos. *tradentibus innumeris Cardin. Paris. conf. 71. n. 7. vol. 4. Ceph. conf. 444. n. 10. volum. 3. Iohan. Vincent. Hond. conf. 87. n. 28. volum. 1. per l. ostiani ff. vnd. cogn.* 14

Nullo itaque modo, audiendi videntur B. VV. Cum se propinquiores esse, non ostenderint: Defunctus item ipse, eos tales esse, non agnouerit. Veluti ex Attestatis, liquet, atque patet.

QVARTÒ: certum est, quòd in omnibus actibus, in quibus requiritur consensus propinquorum: ibi oporteat non remotiorum, sed propiorum consensum, adhibuisse. *Vti ex Lambertin. & Catell. Cotta. scriptum reliquit. Menoch. conf. 388. n. 5. vol. 4. Angel. Peruf. conf. 170. n. 1. vers. vnde statutum. Crauet. conf. 877. n. 8. qui in id Bald. & Alex. adducit.* 15

Probasse itaque hic rursus videntur, S. VV. se æquè proximos fuisse V. à VV. Defuncto, ac B. VV. fuêre.

Etenim non minùs consensum eorum, in dotalitio vxori constituendo, adhibuit, quam illorum de domo B. VV. vti rursus habent Attestata.

16 QVINTÒ: indubitati quoque iuris est illud: quòd simultaneè inuestiti, simul quoque succedant. *tradente in induiduo Modestin. Pistor. q. 95. n. 1. Hartman. Pistor. q. 21. n. 20. & 27. volum. 2.*

Sed hîc simultaneè inuestiti, cum V. à VV. non minus S. VV. quàm B. VV. fuêre. Vti tum ipsa attestata, tùm inuestitionum literæ ostendunt.

Pariter itaque cum eis, quoque succedent.

17 SEXTÒ certum est: quòd ne ex eo quidem, quòd quis ab aliquo habitus, tractatusque sit, vt consanguineus, probetur agnatio, atque sanguinis coniunctio. *Vti in specie ex Petr. de Anchor. nec non Iacob. Rauenn. docet Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 16. n. 1.*

18 Quinimò non solùm, non ex tractatione, sed nec ex nominatione: nec per solam famam: sed nec, per quasi possessionem agnationis, de agnatione vere constare, atque liquere potest. tradentibus in indiuiduo *Dec. d. cons. 321. n. 12. vers. non obstat, quod sufficat. Mascard. in tr. de probat. concl. 73. n. 6.*

19 Id quod non solùm in alijs casibus, in quibus de edocenda agnatione agitur: verumetiam tunc, cum de hereditatum deuolutionibus, res est: verum est, atque obtinet. *tradente in indiuiduo Menoch. cons. 321. n. 7. VVesenbecc. cons. 13. n. 43.*

Fac itaque, tale quid, à B. VV. deductum, atque adeò probatum fuisse: vides attamen id, ad B. VV. victoriam adiudicandam, minimè sufficere.

20 SEPTIMÒ: sic quoque omnibus notum, cognitumque est, non aliter testes quoque, agnationem, consanguinitatem, & propinquitatem, iudicem edocturos, nisi simul de gradu quoque consanguinitatis atque affinitatis, fidem fecerint, atque certi quid perhibuerint. *cducet ex quadam ext. de testib. c. 1 ext. de consang. & affinit. c. de parentela & ibi gl. 35. q. 6. Mascard in tr. de probat. concl. 69. n. 1. & conclus. 73. n. 5. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi. p. 2. §. 1. c. 165. n. 1. & seqq. Gozad. cons. 13. n. 34. Dec. cons. 272. col. 1. Natta. cons. 388. n. 3. Burfat. cons. 48. n. 9. Lanfr. de Oriam. in tr. de testib. n. 99. Hect. Æmil. in tr. de testib. lit. A. in V. testis agnationem deponens. Iohan. Bapt. Laderch. cons. 77. n. 1. volum. 1. Gud. Pancirol. cons. 66. n. 6. volum. 1. VVesenbecc. cons. 13. nu. 45. vers. per duos ad minimum.*

Quare etiamsi de propiori coniunctione, & sanguinis necessitudine, V. à VV. & B. VV testes hîc quicquam deposuissent: cum attamen gradus consanguinitatis, quibus se ad inuicem attigerunt, nusquàm ab ijsdem, in totis Attestatis recensitos fuisse reperias: ne flocci etiam pendenda erunt, eorum attestata omnia.

Nec obstat, quòd tamen aliqui Testes deposuerint: V. à VV. auum, dictum fuisse Michaëlem, & patrem eius Ioachimum: F. verò & I. senioris fratrum, qui inter B. VV. primi esse volunt, quibus V. à VV. successio debeatur, Theodoricum fuisse vocatum. Vt habent attestata:

Nam 21 OCTAVÒ: ne sic quidem, probatur agnatio, & consanguinitas, pro vt hoc, quòd Testes, qui deponunt, se nouisse, Iohannem, patrem Bartholomæi, & Antonium patrem Venturæ, non probarunt, agnationem, & consanguinitatem, inter Bartholomæum, & venturam, *in specie decidit Simon de Prost. cons. 167. n. 10. volum. 1. fat. trad. Maluas. cons. 57. nu. 43. volum. 1.*

Sic quoque non obstat NONO loco: quod attamen nonnulli Testium deponere videntur, & quòd defunctus à VV. fuerit ex familia B. VV. oriundus: quòd item tota VV. familia, pactum inter sese familiare habeat, quo B. VV. soli; & S. VV. exclusis, vno aliquo ex B. VV. sine descendente defuncto, succedunt, & è diuerso. Vt paulò post, suo loco videbimus:

Nam eiusmodi pactum familiare, iure 22 quo vtimur, subsistere nequit, sed iniustum, atque irritum est. Pro vt hoc, quòd pactum familiæ, quo successionibus, certus modus præscribitur, cò, quod taliter paciscentes, iurisdictione careant, validum & obligatorium non sit, in specie decidit *Angel. Peruf. ad l. vlt. col. 2. C. de testam. Raph. Cumen. ad l. 3 ff. eod. tit. Alex. ad l. si non specialis, paulò post med. vers. sed an illud. C. de testam. Iaf. ad l. si quis à filio. §. vlt. n. 4. ff. de legat. 1. Rum. cons. 208. n. 2. vers. præterea. volum. 1.*

DECIMÒ: certa quoque est traditio 23 Interpretum; habens: dubiam agnationis probationem, contra producentem, interpretandam esse. *Vti in indiuiduo tradidere Alex. de Imol. cons. 181. in pr. volum. 2. & cons. 182. n. 10. volum. 7. Cardm. Paris. cons. 115. n. 6. volum. 4. VVesenbecc. cons. 13. n. 46. & cons. 41. n. 93. text. in l. non hoc & ibi Iaf. n. 3. & 4. C. vnd. legit.*

Cum attamen probatio B. VV. dubia ad- 24 huc maximè esse videatur. Quod cum ita sit, rectè sic effor mabimus ratiocinationem: cùm vbi non est gradus: ibi quoque non sit, vlla in succedendo prælatio. *Bl. cons. 293. vers. primò dicam in fin. lib. 2. Crauet. cons. 743. n. 9. & cons. 877. n. 8. vers. vbi enim gradus.*

Etiam in successionibus feudalibus. tra- 25 dente rursus in indiuiduo *Crau. cons. 715. n. 9.*

Hîc omnes, quotquot sunt VV, ad successionem agnati sui, V. à VV. pariter, atque ita, vt quisque partem æqualem hereditatis, & feudi

26 & feudi capiat, esse vocatos. Nam vocatis proximi oribus etiam, si plures adsint, æquè proximi: inter omnes quoque ex æquo, diuiditur hereditas. *auth. post. ff. atres. C. de legit. hered. §. si plures. Inst. de legit. agnat. succeſſ. Tiraq. in tr. ceſſ. cauſ. p. 1. n. 132. Vesenb. in tr. feud. c. 6. n. 15. Borcholt. in tr. feud. c. 7 p. 2. n. 32 & 84. Crau. conſ. 831. n. 10. vbi Bened. Capram. & Liſon. ideo volentes inducit.*

27 Id, quod ad ſucceſsiones feudales quoque, omnino pertinet. *Tiber. Decian. conſ. 83. n. 19. volum. 4. Veſeubecc. & Borcholt. in locis modò adductis.*

Hæc ferè ſunt, quæ pro S. VV. & defenda ſententia, quam in prima inſtantia, iudex dixit (nam reliqua commodius, ſub deciſionis rationibus, attingemus) afferri poſſe videbam.

RATIONES DECIDENDI.

SEd mehercle, iſta hæc omnia, tanti faciendа non erunt: vt propterea, contrariam ſententiam, quæque ſtatuitur, ſucceſsionem V. à VV. ad ſolos B. VV. pertinere, confeſtim non amplectamur.

28 Nam PRIMÒ: certi & indubitati iuris eſt illud: quòd pactum, quo modus ſucceſsionum, formaque certa, certæ familiæ præſcribitur, valeat, iureque ſubſiſtat. *Vti viberto de Bobio, Iohan. And. Ang. Imol. & Cuman in id adductis. decidit Iaſ. ad l. omnes populi. lect. 2. n. 42. ff. de iuſt. & iur. Tiraq. in tr. de iur. primogen. q. 16. n. 3. qui Barbat. Sabanam. Guid. Pap. Socin. Crott. Rum. Brun. Neuiz. Campeg. Boer. Chaſſan. Curt. Iun. Pariſ. Bl. & And. de Iſern. ita ipſum ſecìatos ſcribut. Cabell. Cotta in memor. in v. progenies. Roch. de Curte. ad c. vlt. ſect. 4. n. 62. ext. de conjuct. Conuan. comment. iur. lib. 1. c. 10. n. 7. Schrad. in tr. de feud. p. 7. c. 4. n. 54. Capiſerr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 22. n. 84. Iohan. Petr. Surd. in tr. de alimat. 4. q. 19. n. 13. And. à Kimch. ad priuil. Saxonic. ad v. Ducum Saxoniæ. c. 3. verſ. ſexto obſeruantia. vbi hanc magis receptam eſſe ſententiam, ita teſtem ſe præbet. VVeſenbecc. conſ. 1. n. 66. Mynſing. conſ. 10. n. 39. Iohan. Bapt. Vincential. inter conſ. feud. Variorum. conſ. 8. & 63. Eccult. Iurid. Ingelſtad. in conſ. ſuo, quod extat poſt quæſt. Hartman. Piſtor. q. 41. n. 30. lib. 2.*

Iam vero in familia VV. certus ſuccedendi ordo, antiquitus introductus, obſeruatusq; fuit: quo S. VV. S. VV. & viciſsim, B. VV. B. VV. ſoli ſucceſserunt. Veluti atteſtanturTeſtes fere omnes ad 4. 5. 6. & 7. artic. probator. & ad 31. Interrogat. general. ad articul. Eliſiuos.

Conſequens itaque erit, tale pactum, à iure non reijci, ſed etiamnum obſeruandum, cuſtodiendumque eſſe.

Vnde rurſus infertur: cum V. à VV. ex linea B. VV. deſcenderit, id quod nemo vnquam, inficiari auſus eſt: hereditatem quoque, feudaque eius, ſolis B. VV. delata eſſe.

SECVNDÒ: ſummè eſt æquum, vt ex obſeruantia ſimilium caſuum, qui antehac 29 euenerunt, colligatur deciſio, caſuum iam contingentium. *Riminald. Iun. conſ. 481. n. 157. cum ſeq. And. à Kimch. ad d. verb. Ducum Saxon. c. 3. d. verſ. ſexto obſeruantia.*

Cùm itaque talem, in hac familia habeamus obſeruantiam, quaG. à VV. qui ex S. VV. erat, defuncto, ij, qui ex linea S. VV. erant ſuperſtites, propterea, quòd S. VV. eſſent, hereditatem eius, ſoli caperent. Veluti expreſsim aliquot Teſtes ad 4. 5. 6. & 7. articul. probator. & eius Interrogat. nec non ad 31. Interrog. gener. ad articulos Eliſiuos, teſtimoniuni ferunt: Deducto argumento, à ratione caſus conuerſiua, quod in iure forte, frequens, & valdè vtile eſt: atteſtante *Euer. in top. in loc. à rat. caſ. conuerſ. in pr.*

Rectè ex obſeruantia hac, ſic concludemus, quòd nunc B. VV. quoque ſolis, hereditas B. VV. adiudicanda ſit. Etenim non debet quis petere id, cuius contrarium, in caſu conuerſo, antehac petierat. *Euer. in top. in d. loc. à rat. caſ. conuerſ n. 1. text. in l. 1. ff. de ſolut.*

Nec obſtat, quod attamen 2. Teſtis, ad 1. & 2. Interrogat. articu. 4. 5. & 6. probatorialis, atteſtatus fuerit, S. VV. non qua S. VV. ſed qua proximi fuiſſent, G. à VV. ſucceſsiſſe: nam is Teſtis, ſingularis eſt, & conteſte deſtituitur. Quare conſanguinitatem non probat. Nec enim vnico teſte, illhæc probabi- 30 tur. *Dec. conſ. 321. n. 11. Cephal. conſ. 747. n. 9. volum. 5.*

Tt taceam nullum eum, agnationis, conſanguinitatisque gradum, indicare potuiſſe: ideoque conſanguinitatem, propinquitatemque, inter G. à VV. & reliquos S. VV. etiam nullomodo probaſſe. Vti ex ſeptima dubitandi ratione, apparet.

TERTIÒ: perpetua eſt ſucceſsionum regula: quod quilibet, alicui ſuccedere volens, 31 ante omnia probare debeat: ſe ex eadem familia deſcendere, ex qua defunctus deſcendebat: ſeu vt practici, paucioribus loquuntur, debet probare, identitatem familiæ. Ita tradunt in indiuiduo *Signorol. de Homod. conſ. 81. n. 5. Calcan. conſ. 8. n. 2. & conſ. 9. n. 1. Dec. d. conſ. 321. n. 8. Cardin. Pariſ. conſ. 51. n. 6. & 8. lib. 2. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 6. præſumt. 15. n. 47.*

Sed id facere S. VV. nullo modo poſſunt. Erant enim Defunctus (vt antea monuimus) B. VV. & ſic ex alia, quàm S. VV. familia.

Non ſuccedent itaque ei, S. VV.

Nec obſtat, quod attamen hæc familiæ 32 identitas, edoceatur per id, quod is, qui ſuccedere vult, & defunctus, communi familiæ

cognomine vtantur. *tradente in indiuiduo Cephal.conf.90.n.18.volum.1.Menoch.d.præsumt.15.n.48.*

33 Nam id verum est, nisi communi agnationis nomini, nota aliqua adijciatur, quæ familiarum pluralitatem, diuersitatemque ostendat, atque indicet. tradentibus in indiuiduo *Soc.Sen.ant.conf.Curt.Senior.conf.10.inc.cum in præsentiarum.col.6.Card.Parif.conf.51.n.10.conf.88.n.36.lib.2.& conf.1.n.39.volum.3.*

34 Sic alia, & diuersa familia, iudicatur, ea, quæ dicitur Fontana de Paueris, alia item & diuersa illa, quæ familia Fontana de Arcellis dicitur. *Menoch.d.tr.de præsumt.lib.6.præsumt.15.n.49.*

Restat itaq; vt concludamus, diuersas quoque hîc esse familias, B VV. & S.VV. ob adiectionem hanc S. & B. quæ cognomini huius familiæ, præposita, atque addita est: & per consequens, nemo quoque, qui se B. VV. non esse ostenderit, B.VV. aliquo defuncto, donec aliquis, eius cognominis, reliquus adhuc fuerit, in partem vocabitur.

35 QVARTÒ: quoties certum est, vter duorum, de hereditate, & successione, alicuius litigantium, defuncto fuerit propior, & magis proximus: toties nil refert, etiamsi quoto gradu, ab inuicem coniuncti fuerint, non constiterit. *Vti ex Masc Corn.Cruuet.Alex.Cephal.*

36 *& Coarr. hanc esse magis receptam sententiam, testis est Rosenthal.in Synopsi.fund.c.7.concl.59.n.19. vers. per prædicta.*

35 Id quod procedit, non solùm in successionibus allodialium, verumetiam in feudalium successionem deuolutionibus, *attestante in indiuiduo Rosenth.d.concl.59.n.19.vers fusficeret.*

37 Atque ita quoq; Camera Imperialis quæ Spiræ est, in causa Zetzeuuitz, contra Zetzeuuitz pronunciauit. Eodem *Rosenth.teste.d.n.19.d.vers.fusficeret.*

Iam verò certum, indubitatumque est, B. VV.V.â VV.vtpotè ex domo, & linea B.VV. & non S. VV. oriundo, fuisse, & esse propiores:

Non præstabit itaque, successioni quoque eorundem impedimentum etiamsi non possent, (cuius tamen contrarium, paulò post
38 euincemus) gradum propinquitatis edocere per Regulam quæ habet: nunquam alterius lineæ agnatum, ad successionem admittendum, donec aliquis superest, ortum, & natiuitatem suam referens, ad eundem stipitẽ, vnde defcendebat, & originem suam deriuabat, defunctus. *vti ex Calder. Butr præpof. Alc. Corn. Socin. Ruin. & Rub. scriptum reliqui Cephal. conf.468.n.66.*

39 QVINTÒ minimè quoque controuersi iuris est, quòd consanguinitatem, propinquitatemque, rectè edoceamus, atque probemus, per instrumenta *c. fercs. & ibi gl. Innocent. Bl. Abb. Felin. & DD. ext. de testib. Ioban. Campeg. in tr. de testib. regul. 385. Mascard. in tr. de probat. concl. 411. n. 19. & seqq.*

Maximè si ea instrumenta antiqua fuerint, 40
tradente in indiuiduo *Felin. ad d. c. fercs. n. 4. ext. de testib.*

Quòd adeò verum est, vt hoc pacto rectè 41
probetur consanguinitas, etiamsi consanguinitatis, in instrumento tantum fiat mentio enunciatiuè, siue recitatiuè. *Vti ex Iason. Alex. Abb. Curt. Sen. Fel. Dec. & Affl. docuit Mascard. d. conclus. 411. n. 21.*

Item etiamsi id vergeret, in tertij detri- 42
mentum. *Mascard. d. concl. 411. n. 22. Alex. conf. 90. n. 5. volum. 6. Mandell. conf. 83. n. 15.*

At hîc habemus instrumentum, quod anno millesimo, quingentesimo, circa Calend. Nouembris conficiebatur, aperte ostendens, atq; indicans, fuisse tùm temporis Michaëlẽ à VV. qui habuerit filios duos, vnum maiorennem, Ioachimum dictum, alterum verò Theodoricum, tùm temporis impuberem adhuc.

Probata, itaque iam est, consanguinitas, & V.à VV. Defunctum, & Ioachimum senioremn, & Fridericum B. VV. fratres patruelis fuisse.

Nam superiùs, ex Testium attestationibus fidem fecimus, auo V. à VV. nomen fuisse Michaelis, patris verò Ioachimi: & rursus patrem Ioachimi senioris, & Friderici B.VV. Theodorici nomen habuisse.

Et præterea alterum habemus instrumentum, anno 1499. die Iouis. post Dominicam Lætare conscriptum, vbi ipse Michaël à VV. vnà cum filijs suis, Georgio & Ioachimo, recenset, propiores suos agnatos, nempe S. à VV. in G. Iohannem à VV. in P. & Theodoricum à VV. in G. qui pagi, adhuc hac hora omnes, B. VV. sunt.

Qui itaque dubitare possumus, quin B. VV. ceu proximè V. à VV. coniuncti, S. VV. excludant, atque remoueant. Etenim instru- 43
menta, & testes, in probationibus coniungere, licitum, atque permissum est. *Bl. in c. pastoralis. §. quia verb. col. 5. ext. de off. deleg. Iaf. conf. 114. col. vlt. vers. sed quod fortius. Mandell. conf. 83. n. 19.*

Nec obstat, etiamsi hîc regerere, S. VV. vellent, non attamen adhuc de monstratum esse, de eodem Michaële, de eodem item Ioachimo, aut Theodorico, loqui instrumenta, loqui item testes: proindeque consanguinitatem adhuc, per instrumenta hæc, probatam non esse. Cùm, vbi non est probata, per- 44
sonæ vt loquuntur identitas: ibi quoque probata non sit consanguinitas: *vti in indiuiduo decidit Anton. Galeat. M. Iuaf. conf. 57. n. 4. vol. 1. per annot. ad c. auduu, & ibi Felin. n. 28. ext. de præscript.*

Nam

Nam probare, quod alij fuerint Michaël, Ioachimus, & Theodoricus, de quibus instrumenta loquuntur: alij item ij, de quibus testes depoſuerunt: non pertinet ad B. V.V. ſed ad S. VV.

45 B. VV. enim, tuetur illa iuris præſumtio, quæ vult, non præſumi plures, eiuſdem nominis perſonas. Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit *Ruin.conſ.51. n.19.vol.5.*

46 Item ei, qui dicit, plures in eadem familia, nominis eiuſdem, ſimul & ſemel fuiſſe, probandi onus incumbere. Vti alijs in id adductis, in ſpecie decidit *Iaſ.ad l.cum qui.§.in popularibus.n.20.ff. de iureiur.*

47 SAXTÒ: certò quoq; illud conſtat: quòd vaſallus libris feudalibus (vugò Lehnregiſtraturn) aduerſus quemcunque priuatum, ei, in feudo moleſtias inferre volentem, efficaciter vtatur. Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit *Rutger. Rul. in tr. de commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 6. n. 13. & 14.*

Edocere itaque propiorem conſanguinitatẽ, his ipſis quoque poterunt, noſtri B.VV.

Ita enim habent Libri feudales, Principis Electoris Brandenburgici: nach abſterben W. W. haben Achim vnd Fritz gebrüdere/ die W. ſich für die nechſte agnaten angeben/ vnd die Lehen/ auff jhr Recht/ vnd vorige pflicht entpfangen: Actum Cöln an der Sprew/ Donnerſtags nach Exaudi anno 77.

Es hat auch Fabian für ſich/ vnd wegen ſeiner Brüder vnd Vettern/ Achim/ Stephan/ Hanſen/ vnd Chriſtianus vnmündige Söhne/ deßgleichen wegen der andern Vettern/ als Kerſten/ Gürgen/ Hanſen/ Gericken/ Jochim/ Gebrüdere vnd Vettern die W auch wegen Ernſten/ Johan/ vnnd Jochim die W der geſambten Hand/ folge gethan. Actum, vt ſupra.

Ecce, quomodo B. VV. de ipſis V.á VV. feudis, fuerint inueſtiti: reliqui verò in ijs, ius manus coniunctæ, & inueſtituræ ſimultaneæ tantùm, fuerint conſecuti.

Probata itaque eſt, propior coniunctio, & ſanguinis neceſsitudo.

48 SEPTIMÒ: ambigui quoque iuris non eſt, quòd per quaſi poſſeſsionem conſanguinitatis, recte probetur conſanguinitas. *Iohan. Campeg. in tr. de teſtib. d. reg. 383. verſ. ſecundò, qui Angel. idem voluiſſe, atteſtatur.*

49 Et hoc, eatenus etiam verum eſt, vt hæc quaſi poſſeſsio conſanguinitatis, etiam tunc, cùm de hereditate alicuius, obtinenda agitur: *Dec. conſ. 54. col. penult. Cardin. Pariſ. conſ. 10. n. 61. & ſeqq vol. 2. Mandell. conſ. 83. n. 22. Maſcard. in tr. probat. conel 411. n. 17. Marquard Freh. in tr. de* * *fama lib. 2. c. 7. n. 9. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur.*

50 Onus probandi contrarium, aduerſario obtrudat. *Br. in l. 2. §. per contrarium. n. 3. ff. de lib. agnoſc. Iaſ. ad l. neg, profeſſio. n. 1. verſ. imò plus. C. de teſtam. Ludouic. Gozadin. conſ. 12. n. 26 Mandell. conſ. 83. n. 22. vbi Felin. alex. & Rub. præterea in id adducti.*

Probarunt itaque rurſus, conſanguinitatem, eamque propiorem B. VV.

Nam, vt atteſtantur Teſtes, ſe ſemper, viuente adhuc, V. á VV. pro propioribus eius agnatis geſſerunt, ipſo ſciente, vidente, tacente, & patiente: quinimò de ſucceſsione, etiam in præſentia eius, rixati ſunt, á verbis, ad verbera vſque.

Ceterum nihil tale, de S. VV. Teſtes vnquàm, ne cogitando quidem dixerunt.

Sed & defuncto iam V. á VV. hanc ſuam quaſi poſſeſsionem, tutatos fuiſſe B. VV. ipſi oſtendunt Libri feudales Illuſtriſsimi, veluti ſuperiùs, eos loquentes introduximus.

Neq; verò momenti alicuius id eſt, quòd attamen, gradus conſanguinitatis, adhuc non probarint B. VV.

Nàm id primò: in probanda quaſi poſſeſsione conſanguinitatis, neceſſe non eſt. Probatis enim gradibus, iam non quaſi poſſeſsio conſanguinitatis: ſed ipſamet proprietas eiuſdem, probata eſt. Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit *Mandell. conſ 83. n. 23. per c. ita nos ext. de conſang. & affinitat.* 51

Deinde, ſi neceſſe hîc eſſet, gradus probare: attamen & ij, per adducta, ſub deciſionis ratione quinta, probati iam eſſent.

OCTAVÒ: incertæ quoque opinionis non eſt, quòd per ſolam nominationem etiam, liquere ſatis cenſeatur, de conſanguinitate. Vti ſcriptum reliquit *Br. ad l. non nudu. left. 1. & 2 per ill. text. C. de probationib. Barbat. conſ. 14. n. 33. vol. 3.* 52

At noſtri B. VV; per 18. Teſtis, teſtimonium. ad 12. interr. gener. ad articul. probat. edocuerunt: ſe non ſolùm fuiſſe nominatos, ab ipſo V. á VV. verumetiam agnatos pro heredibus, & ſucceſsoribus.

Nec obſtat, ſi dixeris: Teſtes attamen longè plures, nec non dignos magis, contrarium: quodque ipſe V. á VV. agnatos ſuos proximos, ipſe neſciuerit, fuiſſe atteſtatos:

Quis enim neſcit, vni affirmanti plus fidei adhibendum, quàm decem negantibus? *Br. in l. dicm proferre. §. ſi plures n. 7. per ill. text. ff. de rec. arb. Iaſ. ad tubr. n. 8. ff. de iureiur. Curt. in tr. de teſtib conſl. 2. n. 8 & 9. & conſl. 25. & 26. Hipp. de Maſſ. ſing. 541. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 1. tit. de teſtib. concl. 4. n. 1. & ſeqq. Maſcard. in tr. de probat. conel. 70. n. 2.* 53

Etiamſi eſſent, in dignitate aliqua conſtituti gl. ad c. clerici. diſt. 81. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. d. concluſ. 4. n. 1. verſ. ampl. a. Maſcard. d. conel. 70. n. 4. Rol. á Valle. conſ. 93. n. 2. & 3. vol. 4. 54

55 NONÒ: certum quoque est illud: quòd ex tractatibus, seu, quòd defunctus, quem vt agnatum suum proximum tractarit, atque habuerit, rectè probata sit, consanguinitas. *Campeg. in tr. de testib. d. reg. 383. verſ. tertiò Maſc. in tr. de probat. d. concl. 411. n. 15. qui in id Br. Bl. & Felin. refert. Hiero. Marilian. decis. 59. n. 19. & ſeqq. Camill. Borell. in tr. de Comprom. §. 1 gl. 4. n. 16. Mandell. d. conſ. 83. n. 21.*

Sed ita habitos fuiſſe B. VV. & cum primis Ioachimum ſeniorem, & Fridericum fratres, non ſolum ab V. à VV. verumetiam ab A. eius fratre, hìc luculentiſsimè conſtat.

Probata itaque rurſus eſt, conſanguinitas, caque proxima.

56 Neque verò, refragatur his, id quod traditur: tractatus iſtiuſmodi non ſufficere, niſi tales ſint, qui non niſi erga agnatos proximos, exercere ſolent. *Felin. in c. per tuas n. 17. ext. de probat. Cardin. Pariſ. conſ. 10. n. 6 2. volum. 2. VVeſenb. conſ. 13. n. 49. qui præterea Socini autoritatem in id affert.*

Facilè enim hoc conceſſerim. Nam de iſtiuſmodi quoque actibus, Teſtes atteſtati fuêre.

57 Primò enim, vno quaſi ore, dixerunt omnes, hunc morem, inter Marchiæ Brandeburgicæ Nobiles, ſemper fuiſſe obſeruatum: quo agnato proximo, ſoli, deferatur, deductio ſponſæ agnati, altera nuptiarum die, ad templum: quo item agnato huic proximo, ad menſam ſponſæ, hoc ipſo die, adminiſtratio incumbit: quo denique à ſponſa, hoc ipſo die, is agnatus proximus, remunerari ſolet, annulo aureo. Sic enim atteſtati fuêre, quindecim & amplius Teſtes ad 57. & 58. articul. probator. & quatuor, vel quinque Teſtes, ad 81. & 82. interrogat. gener. ad Eliſ.

Et ſi Teſtes, idipſum atteſtati non eſſent, omnes tamen, qui in Marchia Brandenburgica viuimus, hunc nobilium eſſe morem, ſcimus.

Memini ego, vix dum annum eſſe, cum A. à G. filiæ, nuptiæ eſſent celebrandæ, agnatis inter ſe de ſucceſsione alter cantibus, illos ab Illuſtriſs. petiſſe, ne permitteret, vt aliquis ex agnatis ſponſam deduceret ad templum, aut adminiſtri officio, coram menſa ſponſæ defungeretur, ne quod ſucceſsioni præiudicium fieret. Memini item, Illuſtriſs. quoque, ita reſcripſiſſe.

58 Conſuetudo itaque hæc, ſatis iam probata eſt. Nec enim regionis mores, omnibus cogniti, exacta probatione indigent. *Vt autor eſt grauiſsimus Decian. conſ. 124. n. 21. volum. 3.*

Deinde plurimi etiam Teſtium, atteſtati ſunt, hæc omnia peracta fuiſſe, per F. à VV. B. VV. non ſolum, cum nuptias celebraret V. à VV. verumetiam eius frater A. nomine, vt ex atteſtatis ipſis, videre eſt.

Sed & 25, Teſtis V. a Z. ad 18. Artic. probator. atteſtatur: I. à VV. ſeniorem, candelam ceream, funeri V. à VV. defuncti, præluiſſe. Id quod, rurſus moribus, quibus Nobilitas Marchiæ eius loci, vtitur, agnatorum proximiorum eſt.

Nec obſtat, quòd plurimi attamen Teſtes affirmarint, G. quoque à VV. (qui ex S. VV, erat) vna cum F. à VV. V. ſponſam ad templum deduxiſſe:

Non n. ex parte S. VV. niſi vnicus hic actus, allegari poteſt. Eum autem trigeminum illum actum, quem B. VV. docuerunt, ſuperare impoſsibile eſt. Cum actus trigeminus, vnico actu, ſemper ſit fortior. *Rol. à Valle d. conſ. 100. n. 65. vol. 4. Tiber. Decian. conſ. n. 204. volum. 1. per c. 1. ext. de treug. & pac.* 59

Sed & dicta hæc Teſtium, non concludunt. Non conſtat enim, an tùm temporis, G. à VV. munus deducendi ſponſam, demandaretur, plures affuerint, præter F. B. VV. qui deductioni huic adhiberi, rectè potuiſſent. Probatio itaque non concludens, momenti quoque nullius erit, *Vulganiſ. l. non hoc. C. vnd. legit. Scraech. in tr. de decoct. 2. p. vlt. p. p. n. 3. Capiſſerr. in tr. de num. teſt. p. 1 c. 9. n. 10. Peck. in tr. de teſtam. comun. lib. 1. c. 21. n. 4. Marc. Anton. Bardul. in tr. de temp. vt. & contin. c. 16. n. 3.* 60

DECIMÒ: conſanguinitatem quoque per vulgi opinionem, ſeu quod communiter aiunt, illius loci homines, illum aut illum, illius aut illius, agnatum proximum, heredemque eſſe, probari: nemo eſt qui dubitat. *Maſcard. in tr. de probat. concl. 411. n. 16. Hieronym. Maril. d. deciſ. 59 n. 22. Anton. Rub. ad l. Gallus §. quidam rectè, n. 89. ff. de lib. & poſtum. Alex. conſ. 51. ſub n. 2. verſ. idem ſi probetur. volum. 1. Mandol. d. conſ. 83. n. 21.* 61

At hìc Teſtes atteſtati fuêre, non ſolùm à vicinis: verumetiam ab ipſis V. à VV. domeſticis, B. VV. pro proximis V. à VV. agnatis, eiuſdemque ſucceſſoribus, & quidem viginti antè annis, quàm A. & V. à VV. morerentur, fuiſſe habitos.

VNDECIMÒ: probatur quoque agnatio, quodque conſequens eſt, ius ſucceſsionis, per publicam famam. *text. ad c. ſuper eo & ibi gl. & Abb. ext. de conſang. & affinit. Maſcard. in tr. de probat. conl. 69. n. 7. Marquard. Freh. in tr. de fama lib. 2. c. 7. n. 3. vbi Bl. Iohan. And. Hoſt. & Fr. Aret. idipſum quoq; placuiſſe, teſtis eſt Iohan. Campeg. in tr. de teſtib. d. reg. 383. verſ. tertiò.* 62

Id quod tunc maximè verum eſt, arq; procedit, ſi cum fama hæc publica, identitas nominis, domus & familiæ concurrerit. tradente in indiuiduo *Cephal. conſ. 606. n. 13. vol. 5.* 63

At hìc habemus, identitatem domus & familiæ (etenim B. VV. erat V. à VV. B. VV. item ſunt præſentes Actores) ſed & de fama pub. fides per Teſtes legitimè facta eſt. Qui partim, id ſe, à nobilibus alijs, audiuiſſe atterunt.

Nec

Nec obstat, quod attamen vltimus quoque Aduersariorum Testis, A.B. ad 22. Articulum Elisiuum, responderit: publicam esse vocem, & famam: ipsos etiam VV. quoto gradu propinquitatis, à Defuncto distent, nescire: proindeque aliud fundamentum, cui insistant non habere, quàm ius coniunctæ manus, & ob id, pariter eos succedere, oportere:

64 Nam fama, vnico teste probata, probationem non facit, sed vix præsumtionem, & indicium. *Vti in indiuiduo decidit Bl. ad c. 1. §. cum autem n. 8 in fine de contr. inuest. Marq. Freh. d. tr. de fam. lib. 1. c. 5. n. 12. Lancil. Conrad. in tr. de off. prator. Rubr. dicta test. aggred. n. 54. per c. iudicas. 3. q. 9.*

65 Sed & fieri nequit, vt vnius testimonium, vincat, quatuor, qui pro B. VV. depositurunt, attestata. Etenim testes numero plures, vincunt testes numero pauciores. *c. in nostra, & ibi Abb. Felin. & DD. ext. de testib. Lancil. Conrad. d. tr. de off. prator. d. rubr. de pers. test. n. 9.*

66 DVODECIMÒ: iuris quotidiani est illud: quòd consanguinitas, & propinquitas, rectè duobus, aut ad summum tribus testibus, edoceatur. *c. licet cl. 1. & ibi DD. communiter ext. de testib. Lanfranc. de orian. in tr. de testib. n. 99. Mascard. in tr. de probat. conclus. 410. n. 1. & conclus. 844. n. 2. Hect. AEmil. in tr. de testib. in v. testis affinis deponens. n. 1. & seqq. Dec cons. 270. col. 1. Goz. ad. conf. 13. n. 34. Mandell. d. conf. 83. n. 18. VVesenbecc. cons. 41. n. 90.*

At hîc, vel decem Testes habemus de sanguinitate V. à VV. cum B. VV. eademque propinquiori, testimonium perhibentes.

Sic 3. Testis I. à K. expressim attestatur, ad 2. Articul. probat. aliam esse cognationem S. VV. aliàm item B. VV.

Sic 5. Testis C.S. ad 4. & 5. artic. probat. respondit: se ante duodecim annos, vna cum I. à P. in ædibus P. à VV. fuisse: ibique ex Petro à VV. qui ex S. VV. erat, audiuisse: illos VV. qui citrà P. oppidum, habitant, illorum hereditates non capere, qui vltrà P. ad omnem S. domicilia sua haberent, necè diuerso.

Quorsum quoque 7. Testis I. à B. attestatio referenda est, qui, quòd V. successio, ad VV. in G. & P. atque sic B. VV. pertineat, se ex Pastore in L. cui A. VV. nomen erat, cognouisse attestatur. Ipsum pastorem verò addidicisse id, ex literis inuestitionum, aliisque documentis, quæ apud V. à VV. Defuncti viderat, & legerat.

Sed & pertinet eò, 8. Testis, I.K. attestatio, ad 4. 5. & 6. articulum probatorialem. Ibi enim is, attestatus fuit, quod ante quinquaginta annos, ex Georgio à VV. Gerickij patre perceperit, successionem B. VV. ad S. VV. non spectare, nec vicissim.

Quibus accedunt alij complurimi, quos omnes referre minùs longum foret.

Abundè itaque satis, cognatio hæc, per testes probata est.

Nec obstat primò: quòd attamen aliqui horum testiũ, B. VV. consanguinei sint: nam & plurimi Testium, qui tamen idem deposuerunt, horum coniuncti non sunt.

Vt taceam consanguinitatem, per testes 67
consanguineos, rectè probari. *tradente in indiuiduo Mascard. in tr. de probat. concl. 410. n. 33. Card. Parisi cons. 58. n. 22. vol. 4.*

Quinimò, non solum probatur, per con- 68
sanguineos, sanguinis coniunctio, & necessitudo, sed & consanguinei, in probanda consanguinitate, meliores reliquis, veritatemque pœnitius callere, æstimantur. *Anton. de Butr. ad c. quoties. n. 9. & ibi Felin. n. 2. & DD. ext. de testib. Mascard. d. concl. 416. n. 33. text. in c. videtur ext. de bis, qui matrim. accus. poss. vel non. c. cum in tua ext. de sponsalib.*

SECVNDÒ: non facessit negocium, quòd 69
attamen omnes hi Testes, de auditu tantùm, deposuerint: Nam per Testes de auditu etiam, rectè de consanguinitate, testimonium fertur. *Anton. Rub ad l. Gallus. §. quidam rectè. n. 89. ff. de lib. & post. Crott. in tr. de testib. p. 9. n. 21. Mascard. in tr. de probat. d. concl. 410. n. 1. Hect. AEmil. in tr. de testib. d. Rubr. Testis affinis deponens. n. 2. Marquard. Freher. d. tr. de fama lib. 2. c. 7. sub. n. 2. vers. & per testes. Dec. cons. 595. n. 1. Alex. cons. 82. n. 6. vers. præterea dictus testis. volum. 1. cons. 51. n. 7. cod. volum. Goz. ad. conf. 13. n. 25. & alij per Mascard. & Freh. adducti.*

Sic quoque tertiò: momenti quoque ali- 70
cuius, illud non est: quòd attamen personas graues esse oporteat, si per auditum deponentes de consanguinitate, fidem facere debeant. *Rubeus ad d. l. Gallus. §. quidam rectè. d. n. 89. Masc. d. concl. 410. n. 3. Lanfr. de Orian. in tr. de testib. n. 99. Marq. Freher. d. c. 7. n. 10. Hect. AEmil. d. tr. de testib. d. rubr. Testis deponens affinitatem. n. 3. Guid. Pancirol. cons. 66. n. 6. Dec. cons. 595. post. n. 1. & n. 8. text. in c. licet ex quadam ext. de testib.*

Nam Testes nostros, personas graues esse, 71
omninò asserimus. Nam in hac materia probandæ consanguinitatis, persona omnis, quæ bonæ opinionis, & famæ est, etsi in dignitate non sit constituta, grauis esse dicitur. *Hect. AEmil. d. rubr. Testis affinis. depon. n. 4. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi. p. 2. §. 1. c. 165. n. 7. Mandell. d. conf. 83. n. 23.*

Quartò, non quoque admodum infestum, se nobis exhibet illud: quòd attamen de alijs, atque alijs actibus, Testes deponant, atque attestantur, ideoque singulares sint.

Nam

72 Nam in probanda consanguinitate, dicta testium singularium coniunguntur, & indè consanguinitatis probatio nihilominùs elicitur. *Bl. in l. data opera. n. 25. vers. & est notandum, quòd in isto C. de his, qui accus. poss. vel non. Mandell. d. cons. 83. n. 20. Prosp. Farinac. in tr. de testib. q. 64. n. 262. vbi Felin. Abbat. Alex. Gozad. & Mascard. idem sensisse testiu est.*

73 Id quod verum est, ad successiones, & capiendas hereditates, etiam quod attinet. *per trad. Farinac. d. q. 64. n. 264.*

Vt taceam, plærosque etiam testes, contestes suos habere. Id quod ex ipsa depositionum lectione, quilibet videre potest.

74 Et vt rem totam, summatim complectar, non obstat quoque, quòd attamen, duodecim omninò sint requisita, quæ inesse oportet, vt rectè per testes, consanguinitatē, probatam asserere queamus. Veluti tradunt, post *Bl. in d. c. licet ex quadā ext. de testib. Masc. in tr. de prob. d. concl. 410. n. 8. Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 121. Hell. Æmil. d. rubr. testu affirmt. depon. n. 2. & mult. seqq. Guid. Pancirol. d. cons. 66. n. 6. volum. 1.*

75 Quo iure eatenus vtimur, vt etiamsi ex his requisitis vndecim adsint: adhuc tamen non consistat probatio, si desit requisitum duodecimum, *Vt post Host. & Innoc. quos antecessores refert, in specie decidit Castr. cons. 56. n. 4 lib. 1. Cranet. in tr. de antiquit. temp. p. 1. §. viso de fama. n. 7. Mascard. in tr. de probat. d. concl. 411. n. 8. vbi Iohan. Bapt. Ferret. idipsum quoq; scriptum reliquisse attestatur. Hell. Æmil. d. rubr. Testu affirmt. deponens. nu. 20.*

76 Nam hoc simpliciter verum non est, sed secundum quid tantùm, & quatenus de probanda consanguinitate, in eum finem agitur, quo propterea, matrimonium contractum, & perfectum, vt pontificia iura habent, dirimatur. Ibi enim dispositio. d. c. licet ex quadam, & quæ ibi DD. docuēre, locum sibi vendicant. *Vti ex Franc. Aret. & Dec. an indubitato scriptum reliquit Mascard. d. tr. de probat. d. concl. 410. n. 9. Hell. Æmil d. rubr. testu affinitat. dep. n. 2. in fine per text. d. c. licet ex quadam in fin. ext. de testib.*

Quòd cum ita sit, ad præsentem controuersiam, allegatio hæc non pertinet.

Vt taceam adesse præterea hic, requisita hæc duodecim omnia: confirmari item testium attestationes, instrumentis, & transactionibus valdè antiquis: item necesse non fuisse, vt hic proximitatis gradus, probarentur.

77 Postremò, parui quoque faciendum est illud: quòd attamen contrarium, expresè docuerit Castrensis: consanguinitatem nempe nullo modo, per testes, de auditu auditus, deponentes, ad successionum deuolutiones quod attinet, edoceri. Pro vt hoc, dissertis verbis scriptum reliquit *Cast. d. cons. 56. n. 4. vers. fid quando agitur.*

Primò enim, solus est Castrensis. Vndè vna 78 hirundo, non facit ver, vt habet prouerbium, *quo post Bl. & Barbat. vitur Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 159.*

Deindè etiamsi vera esset, hæc Castrensis 79 traditio, haudquaquam tamen obtineret, in consanguinitate antiqua, comprobanda. Quî enim hanc planam faceremus, nî de auditu auditus, deponēns testis, admitteretur? *vt rectè distinguit Mascard. d. tr. de probat. d. conclus. 410. n. 14. & 15.*

At nobis de pervetusta, & antiqua consanguinitate res est. Vt iam videbimus.

Dicimvs itaque, iuris est 80 apertissimi: quod etiam per indicia, coniecturas & præsumtiones, fides de sanguinitate rectè fiat. *Vt ex Alex. Socin. Dec. Ioan. Aret. scriptum reliquit Mascard. in tr. de probat. concl. 409. n. 2. Cephal. cons. 307. n. 1. & cons. 606. n. 12. volum. 4.*

Id, quod potissimùm, in edocenda con- 81 sanguinitate, sanguinisque coniunctione vetustiori, verum est, atque obtinet. *Menoch. in tr. de præsumt. lib. 1. q. 58. n. 13 qui Lapsum in allegationibus fuit, idem voluisse attestatur, & ibes tursus in id adducit Marquard. Freh. d. tr. de fama d. lib. 2. c. 7. n. 3. Iacob. Mandell. d. cons 83. n. 8.*

Iam verò hîc, de probanda consanguinitate, & propinquitate, satis vetusta agimus, atque tractamus.

Vt enim instrumenta, quorum superiùs mentionem faciebamus, habent: centum iam anni præterierunt, ex quo vixisse, communem V. & A. fratrum, & Ioachimi senioris, & Frid. itidem fratrum, B. VV. auum constat.

Sed & extremæ senectæ, fuerat V. à VV. cum moreretur, nec non I. & F. cum mortem obirent, vltra annos sexaginta, nati iam erant.

Probabimus itaque plenissimè, propinquitatem horum, per coniecturas, indicia, & præsumtiones.

Antiquum enim, in probanda consangui- 82 nitate, tempus, quinquaginta sex: *tradente in indubitato Alex. cons. 90. n. 8. vol. 6. Mandell. cons. 83. n. 10. Marquard. Freh. d. tr. de fama lib. 2. c. 7. n. 4.*

Aut etiam quinquaginta annorum, meritò appellabimus. *vti ex Ioanne refert, & sequitur Mandell. d. cons. 83. n. 10.*

Etenim homines, tamdiu vitæ huius vsura, 83 nunc minimè fruuntur, ac olim fiebat, *Alex. & Mandell. in locis proximè adductis.*

Sed & coniecturarum, indiciorum, & præsumtionum, in hac nam habemus copiam.

Cogi-

Cogita enim, quotnam testes affirmarint: Defunctum à VV. seruitia, ad quæ, feudi Domino præstanda, obligatus erat, nunquam S. VV. B. VV. verò semper, coniunxisse:

Cogita item, hunc ordinem, & obseruantiam, funditus euersum iri: si omnes pariter VV. ad succedendum admitterentur.

Rursus cogita, omnes census, omnia rusticorum seruitia, iurisdictionem, ius patronatus Ecclesiasticum, subfeudatariorum laudemia (vulgò Lehnwahren) gallinas illas iurisdictionales (vulgò Rauchhüner) & si quæ fuerint alia, inter V. à VV. & S. VV. fuisse diuisa: inter V. rursus à VV. & B. VV. fuisse communia. Quinimò ipsum V. & eo defuncto, viduam eius, complurimis villis, seruitijs, censibus, gallinis, tam iurisdictionalibus, quàm ijs, quæ aliàs dari solent (vulgò Rauch vnd Pachthüner) alternis annis, atque ita, vt quæ hoc anno viro, viduæque eius cederent: sequenti anno, à reliquis B. VV. caperentur, vsos esse.

Quid? quod in pago V. (qui omnibus, tàm S. quàm B. VV. communis remansit, sicuti & paucula illa bona, & piscationes ad Albim) duo semper constituantur sculteti, duo item æditui (Gotteshaußleute) quorum vnum, familia B. VV. alterum verò familia S. VV. eligit, quodque V. à VV. sculteatum, & ædituum, semper vnà, cum B. VV. cooptarit.

Quid denique? quòd veluti, tùm transactio, de qua antea vidimus, tùm Testium plurium testimonia, planum faciunt: quod pœnes V. à VV. reperta fuerint bona, ad reliquos B. VV. spectantia: & vicissim B. VV. detinuerint, nonnulla bona & frumenti modios, qui iustius, ad V. pertinebant. Sed & vtramque partem, his vltrò cessisse, & ea, vere domino restituisse.

Vti hæc omnia, syllabatim, in attestatis legere licet.

An non, hæc abundè satis indicant, bona hæc omnia, quæ tùm V. à VV. & fratres eius: tum B. VV. reliqui, possiederunt, olim vnum habuisse dominum, & possessorem?

An verò, non comprobant, hæc satis, ab eodem, cum V. à VV. stipite, non descendere S. VV.? (qui enim, si id esset, fieret, vt sua omnia soli, à V. B. VV. pœnitus seiuncti, atq; separati, haberent?

84 Quòd magis enim agnati, commixtim, & pro indiuiso, vtuntur bonis suis: eò magis quoque, sese sanguinis necessitudine attingere, verum, atque æquum est. *per trad. Menoch. in tr. præsumt. lib. præsumt. 100. n. 14.*

85 Etenim nemo diutius, in communione, stare creditur. *arg. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. arg. c. 1. ext. de Parroch. l. si non sortem. §. si tentum. ff. de condict. indeb.*

Postrenò multi quoque Testes fuêre, qui attestati sunt: capsulam, literis VV. communibus refertam, ex æde, quæ V. est, furto fuisse ablatam.

Adhibebimus itaque tantò maiorem fidem, indicijs, coniecturis, atque præsumtionibus, hactenus enumeratis.

Quis enim nescit, in toto Electoratu Brandenburgico, eiq; corporatis prouincijs, plærosque nobiles, propterea, quod in ædibus suis, rarò fornices exædificatos habeant, in æde, documenta eiusceomodi literaria, quæ ad posteritatem conseruari, permagni eorum refert: quæ item distantiam graduum propinquitatis, & iura successionum ostendere possunt: reponere, ibique custodire solere?

Quis item nescit: ob defectum, alterius 86
probationis, etiam minus integram: & legitimam admitti. Per tradit. *Abb. ad c. in literis in fin. ext. de testib. Ang. Aretin. in tr. malefic. in v medi-tare. de mals dadi. n. 1. Iohan. Arelat. in addit. ad Alc. in tr. præsumt. reg. 1. præsumt. 47. Schenk. ad c. 1. n. 9. de conteut. int. dom. & fidel. Hartman. Pistor. q. 43. n. 5. lib. 2.*

Item probationem, per communiter ac- 87
cidentia, concludere, satis esse. Tradente in indiuiduo *Felin. ad c. in præsentia. n. 17. ext. de probat. Iason. in l. non hoc. n. 15 limit. 2. C. vnd. legit. Euer. in top. in loc. à comm. accidentib. n. 6.*

Decimoquarto: & vltimò: ex- 88
plorati quoque iuris est, quòd in defectum plenæ probationis, etiam cum de consanguinitate probanda res est, admittatur probatio, per iuramentum suppletorium. *Vti in indiuiduo scriptum reliquit Modestin. Pistor. q. 83. & q. 128. n. 1. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 50.*

Quare, si quid probationibus, B. VV. deesset, (quod ego non puto) iure peterent, iuramentum suppletorium, sibi deferri: idque petitum ab ipsis, denegari quoque illis, nullo modo posset.

Propterea, quòd longè plùs, quàm semiplenè, consanguinitatem suam, eamque talem, quæ S. VV. omninò excludit, atque remouet, condocefecerint.

Quo casu, etiam in illis casibus, vbi aliàs 89
iuramentum illud, denegaretur, omninò concedendum est. *Iaf. ad l. admonendi, lect. 1. n. 105. & ibi Schrad. n. 297. vers. septimò & DD. ff. de iureiur. Iaf. ad l. 3. in pr. n. 21. ff. eod. tit. Tiraq. in tr. de pœn. cauf. 51. n. 48. Boër. decis. 85. n. 4. Marf. sing. 28. Gail. obser. 105. n. 11. lib. 2. Hercul. an in tr. quis teneatur probare negatiuam. n. 235. Mascard. in tr. de probat. concl. 976. n. 33.*

Etenim per coniecturas, indicia, & præ- 90
sumtiones solas, in antiquis, consanguinitatem plenè probari, controuersi iuris non est. *Vti ex Alex. de Imol. in specie decidit Mandell. d. conf. 83. n. 8.*

Non

Non obstat autem id, quòd iam in instantia appellationis versemur.

Nam hinc inferri, minimè poterit, viam peruenien di, ad iuramentum hoc, præclusam iam esse:

Primò etenim, petitum hoc, iam est, à B. VV. anno 1579. cum Articulos suos probatoriales, Iudici exhiberent. Veluti fidem, hac in parte faciunt, ipsa Acta: petierunt ita-
91 que maturè satis. Nam & ad conclusionem in causa vsque, delationem iuramenti suppletorij, à Iudice, rectè postulamus. *Ias. ad d. l. admonendi lect. 2 n. 265 ff. de iureiur. Cotta in memor. in v. iuramentum el. 2 Plot. in tr. de in lit. iur. §. 50. n. 1. Capyc. decis. 35. n. 2 Mynsing. decis. 57. n. 9. cent. 6.*

92 Quod si tùm temporis, petitum non fuisset: attamen adhuc hodiè idipsum petere liceret. Nam & iuramenti suppletorij petitio, in prima instantia omissa, in instantia appellationis, rectè instituitur, nec petenti, delatio eius, deneganda est. *Ias. ad d. l. admonendi lect. 2. n. 265. vers. subdit tamen ff. de iureiur. Capyc. d. decis. 35. n. 4. Gail obs. 108. n. 9 lib. 1.*

93 Cùm itaque, hîc habeamus, pactum familiare: habeamus obseruantiam: ostensum item sit aliam esse genealogiam S. VV. aliam item B. VV. nec non quod defunctus V. à VV. de prosapia B. VV. fuerit. Propugnant item partes B. VV. ipsi libri feudales Illustrissimi: familiæ identitas, instrumenta antiquissima: nominatio, tractatio, opinio vulgi, fama publica, testes, præsumtiones, coniecturæ, & indicia: eaque omnia præterea, Iudice deferente, sub sacramenti fide B. VV. asserere parati sint: quid, per DEVM immortalem, amplius restare potest, quàm vt concludamus, valdè indecens esse, proximiores, & remotiores in pari conditione constituere velle? *Vti in indiuiduo docet Bl. ad l. quod verò n. 3 ff. de ll. Ias. ad l. 1. n. 4. vers. & vltrà. Bl. C. de succeff. edict. Cephal. conf. 383. n. 18.*

94 Item propinquiori, per remotiorem, portionem suam præripi, nec legem, nec rationem, nec communia interpretum placita, ferre posse. *Vt loquitur Rosenth. in Synops. feud. c. 7. concl. 59. n. 12. & 15.*

95 Rursus, propinquiorem, remotiori, in vtraque successione, siue ex testamento, siue ab intestato illa fuerit: *l. pater filium ff. de inoffic. test. §. 1. Inst. de legit. agn. succeff. l. si vina matre. C. de bon. matern. Crau. conf. 62. n. 8. & conf. 297. n. 3. Menoch. conf. 211. n. 37. & 38.*

96 Siuè item succedatur, in bonis allodialibus: *Iohan. Vincent. Honded. conf. 2. n. 14. & conf. 12. n. 3. vol. 2. Tiber. Decian conf. 61. n. 9. vol. 2. Alc. conf. 58. n. 2. lib. 6. Burfat. conf. 450 n. 1. & 4. vol. 4. Cephal. conf. 489 n. 28. conf. 535. n. 3. conf. 537. n. 43. & conf. 571. n. 36. Cardm. Paris. conf. 3. n. 68. vol. 2.*

Siue feudalibus, præferri: *Socin. sen. conf. 86. col. vlt. vol. 3. Cephal. conf. 264. n. 2. Rol. à Valle conf 67. n. 13. vol. 1.*

Et denique remotiorem, neutiquam ad- 97
mittendum, quandiu potest succedere, magis proximus. *l. antiqui in pr. ff. si pars hered. pet. l. inter agnatos vers. quandin. ff. vnd. legit. Iob. Petr. Surd. conf. 125. n. 31. vol. 1.*

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

AT iam ad resolutiones eorum, quæ superius ceu contraria adducebantur, properabimus.

Et PRIMÒ: quidem non obstat illud: 98
quòd propinquitatis probatio, admodum sit difficilis: respondemus enim primò, per concessionem.

Nam dummodò impossibilis planè non sit, probari adhuc, omninò poterit. A difficili enim, ad impossibile, connexio non cohæret. *per trad. Luer. in top. in loc. ab impossib. n. 2. vers. hoc tamen argum. l quæsitum & ibi DD. ff. de re indic.*

Et ideò, quia difficilis, consanguinitatis 99
probatio erat: eam, per coniecturas, indicia, præsumtiones, & si non directè, saltem per indirectum, probari posse: iura sanciuerunt. Vti in indiuiduo tradidit *Mascard. in tr. de probat. concl. 409. n. 3.*

Deindè vtemur Inuersione. Nam si vsq; adeò, difficilis probatu, est consanguinitas: ipsis quoque Aduersarijs. probare, erit difficillimum. Præsertim cum eodem cognomine vtentur, cum Defuncto: sed illi S. VV. vocentur, cum defunctus ille, B. VV vocaretur.

Inuersio autem optimus, contrariorum 100
dissoluendorum modus est. *Euer. in præamb. tom. pic. n. 18. Mart. Coler. in tr. de alim. lib. 2. 6. 12. n. 128. vers. secundò.*

Nec obstat, quòd attamen, rei partes, tueantur Aduersarij:

Nam inde inferre non licet, faciliores nos esse debere, in probationib. Reo iniungendis.

Nam etsi verum sit, proniores nos semper 101
esse debere, ad absoluendum, quàm condemnandum. *Vulgat. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Pract. Pap. in for. lib. in act. conf. 8. n. 1. Seruatus aquad. n. 28. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 6. n. 28. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 359. & in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 419.*

Audimus tamen è diuerso: in principio, 102
nos potiùs fauere Actori: in medio litis, pariter vtrique, & in fine tantum Reo. *gl. in l. de die, & ibi Br. n. 2. Ias. n. 2. vers. nam fieri. ff. qui satisd. cog. Ripa ad l. 4. §. Cato. n. 61. ff. de verb. oblig. Neuiz. in Sylual. nup. lib. 6 n. 20. ad fin. Gail. obs. 22. n. 4. & obseru. 31. n. 12 lib. 1.*

Et rursus, reum excipiendo, actorem fie- 103
ri. *l. 1. ff. de exception. Tyndar. in tr. de compens. art. 6. n. 78. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 4. 6. 9. n. 6.*

Non

Non itaque in probationibus faciendis, præeminentia aliqua, præ Actore, vtetur Reus.

Ad SECVNDAM, deindè obiectionem, plurifariam respondetur.

Et primò quidem, rursus per concessionem. Fatemur enim, & concedimus, eum, qui agnatum se esse dicit, idipsum probare quoque necesse habere: at cum idipsum B. VV; abundantissimè satis præstiterint: veluti lippis etiam, & tonsoribus, ex adductis, sub Decisionis rationibus, constare posse, arbitror. Iam hac ratione, repulsam ampliùs non ferent B. VV. sed pro causa repulsæ iam assumitur, quod eius causa esse, non potest:
104 atq; sic fallacia, non causæ, vt causæ, committitur, quodq; consequens est, argumentum totum destruitur. *Martin. Coler. in tr. de aliment. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. vers. & sic.*

At inquies: etsi agnatos se esse probassent: proximos attamen le esse, edocere nusquam potuerunt. Nec enim ostendere vspiam, gradum, quo eos attingebat defunctus, sine cuius attamen probatione, nunquam de proximitate fides fit. *per adducta hic, sub secunda dubitandi ratione.*

105 Sed adhæc respondeo secundò: falsas esse præmissas, & præsuppositas. Quare conclusionem quoq; frangi, atq; labascere necesse est. *gl in l. mancipia, in v. auocandum. C. de ser. fugit. Roman. sing. 490. nnc. si tutum puniens. Cephal. cons. 532. n. 27. vbi Alex. de Imol. Socin. & Dec. in id adducit Crau. cons. 486. n. 4.*

Nam si peruetusta illa instrumenta, & cumprimis illud: quod anno 1500. conficiebatur intro spexeris: & huic rursus dicta Testium, in illis locis, quos sub decisionis rationibus indicabamus, adhibueris: planum iam erit, l. seniorem, & Frid. fratres B. VV; cum Vito, fratres patrueles fuisse, & auum communem M. à VV. habuisse. Vndè non solum gradum agnationis: verumetiam primum stipitem probauêre. Id quod tamen,
106 necessarium non erat. Nec enim vnquam, in probanda cognatione, primum stipitem, probare necesse est. *Vt in indiuiduo decidit Mandell. d. cons. 83. n. 16. per autoritates, & rationes ibidem adductas.*

Tertiò respondeo, inhærere etiam obiectioni huic SECVNDÆ, fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Quæ
107 rursus illam euertit, atq; collabascere efficit. *Euer. in præamb. topic. n. 24. ad fin. Seraph. de Seraphin. in tr. de iur. am. priuil. 107. n. 43. Coras. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8. Molin. ad l. 1. §. si quis simpliciter, n. 67. ff. de verb. oblig. Cacher. de usf. 170. n. 1.*

108 Nam quod dicitur, non solùm propinquitatem: verumetiam propinquitatis gradum, simul edocendum esse, secundum quid, tantùm verum est.

Non procedit enim, quatenus de quasi possessione propinquitatis, tantùm res est. Ibi enim gradum probare, necesse non habemus. Etenim gradu probato, iam non possessio, vel quasi propinquitatis: sed ipsa propinquitatis proprietas, probata erit. *Vti disertis verbis scripsit reliquit, aliosq; in id adduxit Mandell. cons. 83. n. 23.*

At hîc in possessorio versamur, nec petito- 109
rium adhuc, ingressi fuimus, nec etiam opus habuimus. Etenim ipsa ordinis ratio exigit, vt prius possessorij, quàm petitorij causa, tractetur atq; diffiniatur. *vti in indiuiduo, scriptum reliquit Menoch. in tr. de remed. possess. recup. remed. 15. n. 366. per trad. Br. ad l. edita. n. 14. ad fin. vers. tertia regula est. C. de edend.*

At esto, institutum hîc petitorium fuerat: 110
nihilò tamen magis B. VV; gradum propinquitatis ostendere, incumbet. Etenim vbi vterq; litigantium, familiæ identitatem, edocere non potuit: sed alter tantum, illam ipsam probauit: iam eum, qui familiæ identitatem, condocefecit, propiorem esse, *constat ex adductis per Menoch. in d. tr. præsumpt. lib. 6. præs. 15. n. 47. & seqq.*

Et gradus probatio, neutiquam requiritur, 111
per adducta ex Roseuth. in d. synops. feud. d. c. 7. cond. 59. sub n. 19. vers. sufficeret.

Iam verò identitatem familiæ, s. VV; vtpotè, cum familiari cognomini, notam quandam, voculam nempe ipsam s. adiectam habeant, qua à Defuncti familia discernuntur, probare non potuerunt, nec vnquam probabunt. Opus itaq; B. VV. quoq;, non habebunt, gradum vllum propinquitatis demonstrare: eò, quod tuti iam sint, sub familiæ identitate. Nam & Defunctus V. à VV. erat B. VV.

In TERTIA dehinc obiectione, conse- 112
quentis fallacia latet, eamq; vitiosam efficit *Euer. in top. in loc. à part. enum. n. 3. in fin. Octaui Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 6. n. 93. Martin. Coler. d. tr. de alim. lib. 1. c. 3. n. 13.*

Nam etsi verum sit, agnatum, suos agna- 113
tos, probabiliter non ignorare: item nemi nem præsumi loqui, contra illos, qui sunt de suo sanguine, & parentela: *tradente in indiuiduo Decian. cons. 52. n. 40. vol. 4. per l. obligationum. ff. de pignor. & l. humanitatis. C. de excusat.*

Non tamen hinc sequitur: Defunctus no- 114
luit scire, hunc suum consanguineum, esse magis proximum: Ergò consanguineus eius, proximus non est: Nam cognationem, & 115
propinquitatem ipsa natura: & iura deindè publica constituerunt. *Inst. de succes. cognat. in pr. ibi: naturalis cognatio. Masc. in tr. de probat. concl. 73. sub n. 5. Dec. cons. 321. n. 6.*

Vndè priuatorum sermunculis, tolli, aut 116
auferri alicui, non poterunt. *per l. sua publicum. ff. de pact. fac. trad. Del' Rio ad l. transigere. n. 58. C. de transact. Budel. de re nummar. lib. 2. c. 3. n. 2.*

Sed & cognati sæpiùs, ira, odio, vel è diuet- 117
so, amore excæcati, nescire se iura propinquitatis, & consanguinitatis simulant: quæ tamè optimè callent. *fac. trad. Cephal. cons. 444. n. 10.*

Ergo malitiæ eorum, indulgendum non eſt quin potiùs, hoc nolle ſcire ipſorum: ſcientiæ æquiparemus. *Dec.in l.quod te notab.4. ff. ſi cer.pet.Cephal.d.conſ.444.n.12.*

Vt taceam, hanc affectatam ignorantiam, in defuncto quoq; noſtro magna ex parte apparere. Cum enim cerneret, hoſce B. VV. viuentis adhuc hereditari, admodum inhia-
119 re (id quod facere, minimè debuiſſent, ſolent enim huiuſmodi aucupatores alienarum hereditatum, vulturij heredes appellitari: *videatur Cothm. conſ. 9. n. 181.*) comminatus illis fuerat: illos, hoc impunè ferre non debere, ſed ſe cupidini illorum, obſtacula ſat firma oppoſiturum: er wolte ihnen ein knoten dafür knüpffen. Vt habent 7. Teſtis l. à B. atteſtata, ad 21.& 24.interr.gener.ad artic. probat.

120 Quid? quod voluntas, facto declarata, potior ſemper ſit ea, quæ verbis tantùm declarabatur. *l.reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſt. l.Paulus reſpondit ff. rem rat. hab. Sadolet. ad l. quod te.n.90 ff. ſi cert.pet. Menoch. in tr.de remed. poſſ.recup.remed. 15.n.118. Crott. ad l. hoc edicto. §. morte. n.87 ff.de no.op.nunc. Franc. Curt in l. pacta nouiſſima.n.29.C.de p.&t.*

Cum attamen facto, Defunctus noſter affirmarit: quod ipſum neſciuiſſe, nonnulli Teſtium aſſerere auſi ſint.

Etenim bis etiam B. VV; & in ſpecie F; ea detulit officia, quæ ex moribus Noſtratium nobilium, non niſi agnatorum proximiorum eſſe ſolent. Veluti: deductio ſponſæ ad templum, adminiſtratio ad menſam, annuli donatio &c. vt latè, hac de re, ſub deciſionis rationibus vidimus.

Quid? quod vnicum, 18. Teſtem I. H. ciuem P. habeamus, qui ad 12. Interrogat. ad art. probat. atteſtatus fuerat: Defunctum omninò B. VV. in P; heredes ſuos proximos eſſe, agnouiſſe. Cui, ceu affirmanti, præſertim, cum & tot adminiculis alijs adiuuetur, meritò plus fidei, quàm decem negantibus, adhibebitur. *vt ſuperius oſtendimus.*

121 Quid deniq; ? quod negatio nihil ponat in eſſe: *tradente Curt.ad l.1.n.11.C.de edend.*

122 Quod item, aliquid, negantis dicta, ita non poſſint accipi, quaſi aliquid affirmaret. *l.Titia in fine.ff.de manum.teſtam. Oldrad.conſ.223. inc.quod fratres Card.Pariſ.conſ.141.ſub n.13.vol.4.*

Ecquod itaq; fundamentum ſ. VV. in eo, quod V. à VV; neſcire ſe, proximos ſuos agnatos dixiſſet, ponere poſſent.

123 Et vt tandem, rem vno verbo abſoluam, negatio conſanguinei, me conſanguinem eius eſſe, etiam expreſſe, negantis, mihi neutiquam nocet. *vt tradunt in iudiuduo Goz.adin. conſ.13.n.84.verſ.ad quartum reſpondeo. Rum. conſ. 52.n.2.in fin.vol.5. & alios in id refert, & ſequitur Tiber.Dec.conſ.14.n.39.vol.4.per l.ſi inſtitut.§.1. ff.de inoff.teſtam.& l. penult.§.1.ff.de inoff.teſtam.*

124 Sic quoq;, in QVARTA obiectione, conſequentis fallacia ineſt. Mala enim eſt conſequentia: omnium ſimul agnatorum conſenſum adhibuit, in dotalitio vxoris conſtituendo: Ergo omnes quoq; defuncto, pariter ſuccedent.

An neſcimus? abundantem cautelam non 125
nocere? *l.Teſtam.C. de Teſtam.l.penult.C.de emiſſ.l. non ſolent.ff.de reg.iur ſpecul.in tit.de poſit.§.ſeptimo. n.8.Tiraq.de vt.retr.p.1.§.36.gl.2.n.48. Boer.in conſuet. Biturr.tit. de ſtat. perſon.§.4.gl.5.Alc.paradox.lib.1.c.7.n.8. Montic.in tr.de iuuent.her. c.5.n. 47. Gail.obſ.144.n.3 lib.1.& obſ.1.n.2.lib.2.*

Item ſuperfluum id non eſſe confeſtim, 126
quod non ne ceſſarium eſt. *Mario ſalem.tradente ad l.Gal.§.quidam rectè.n.9.& 11.ff. de lib.& poſtum.*

An non meminerimus, cognationem ex tractatione, ita demùm probari, ſi actus, tractationem inducentes, tales fuerint, qui accommodari, niſi agnatis proximis ſolis, non poſſint? *Cuius rei ſuperius ex Felin.Cardin.Pariſ.& Zoeſenb. ſidem fecimus.*

Quis autem dixerit, hunc actum adhibiti conſenſus, talem eſſe, qui non conueniat, niſi agnatis, ijſdemq; propinquioribus.

Quis non videt, hic ideò, omnium agnatorum conſenſum adhibitum, vt in omnem caſum, V. à VV. vidua, quieta, pacificaq:, dotalitij ſui poſſeſſione frueretur?

Quid? quod hiſce agnati ſui molitionibus reſtiterint atq; contradixerint, E. VV; etſi tandem, cum ſibi eos ritus, ceu non neceſſarios, innocuos fore, vidiſſent: ijſdem acquieuerint. Vt habet 8. Teſtis T. à C. & 12. Teſtis F. à C. Teſtimonium, ad 11. Artic. Eliſiuum.

Quid deniq; quod ſ. VV; preces ſupplices offerente V. à VV; per Illuſtriſſ. fuerit demandarum, vt V. viduam, in dotalitium, à marito eius conſtitutum immitterent? vti atteſtantur 2.7.20.21. Teſtes, ad 22. interr. gener. ad artic. probat. & 7.8.11.& 12. Teſtes, ad 12. artic. Eliſiuum. Ademit itaq; eis V. à VV; ma- 127
nu dextra id, quod antea ſiniſtra manu porrexerat. Inauditum enim planè & contra mores, harum terrarum eſt, heredem, aut ſucceſſorem, ſimul etiam defungi, immittentis, in dotalitium officio. Vt vulgò eſt notiſſimũ vndè & mores hi regionis, probatione aliqua nõ indigent. Iniuſta enim eſt excuſatio, mores 128
vulgatiſſimos regionis, ignorare ſe dicentis. *Bl.ad rubr.de conſuet.feud. Fel.ad c ſuper literis.n. 8.verſ. tertia regula ext.de reſcr. Felin.ad c.1.n.4.ext. de ſent.& re iudic. Men. in tr.præſ.lib.6.præſ.40.n.18.*

Ad QVINTAM deindè, quod attinet obie- 129
ctionem, ſimultanee nempè inueſtitos, ſimul quoq; ſuccedere: reſpondemus: ineſſe quoq; ei, fallaciam à dicto, ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam & hæc regula, ſimpliciter non procedit, ſed ſecundum ius ſaxonicum tantùm. *Teſte Modeſt.Piſt. conſ.40.n.3. vol.2. Hennurg.Göd.conſ.22.n.4.& 5. Aut.different.iur.Ciuil.& ſaxon.different.29.lib.1.Zoeſenb.conſ.41.n.87.*

Atius

130 Ad ius Saxonicum, inter nos, & in Electoratu, & Marchia Brandeburgica non colitur. Quinimò idipsum ius expresim à nostris terris, exulare iussum est. *Constit. March. Rubr.* von gemeinen Erbfellen: *ibi*: Keyserrecht gesprochen werde: *& Rubr.* von Brandenburgischen Rechten: *ibi*: in allen andern sachen / nach beschriebenem Keyserrecht.

Nobis itaq;, cum traditione hac, nihil commune est.

131 Vt taceam, illamipsam quoq; traditionem, etiam in ipsis Terris Saxonicis, fallere, quoties inuestiturarum literis, vel illa clausula: secundum gradus prærogatiuam. *Vti Wesenb. in id relato, ipse attestatur Dominus Hartm. Pistor. d.q.21.n.3. lib. 2. Modestin. Pistor. conf.33.n. 13. vol. 1. Autor differrent. int. ius ciuil. & Saxonic. d. diff.29. versumutant. tamen lib.1.*

132 Vel illa: inuestimus eum, pro se, & heredibus suis feudalibus, ex corpore suo, legitimè descendentibus, apposita, insertaq; fuerit. *Vti ex Br. & Socin. docet, communemq; effatur, & ipse Hartm. Pistor. d.q.21.n.5 lib. 2.*

Nihil itaq; proficient, allegatione hac s. VV; vtraq; enim clausula: in omnibus principis Nostri Illustrissimi, inuestitionum literis, legitur. Qua in re testem appello, communem, earundem literarum stylum.

Sexta: posted obiectio habet: consanguinitatem, nec per nominationem, nec per tractationem, nec per famam, & deniq;, nec per quasi etiam possessionem consanguinitatis, etiam tùm, cum de acquirenda hereditate agitur, rectè edoceri.

133 At committitur in ea primùm, fallacia compositionis, & diuisionis. Vndè meritò concidit argumentatio hæc. *Euer. in præamb. topic. n. 24. vers. quando autem fit mutatio à diuisis. Alc. pareg. lib. 5. c. 7. Conman. comment. iur. lib. 7. c. 15. n. 8. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 2. n. 6.*

134 Nam adducta axioma, diuisim verum est, coniunctim non item. Nam etsi sola nominatio, aut sola tractatio, aut sola fama, quasi possessionem consanguinitatis, non constituant, aut probent: probant attamen, & constituunt illamipsam, si simul omnes concurrerint, inq; certo negocio præstò fuerint. *Vti in indiuiduo docet Mascard. in tr. de probat. d. concl. 411. n. 15.*

At hic, non solùm hæc, quæ recensuimus iam, sed plura etiam alia concurrunt, atq; adsunt. Quare prædictum axioma, in præsentia, non obtinebit.

Deindè committitur quoq;, in eadem obiectione, fallacia à dicto, secundum quid, ad dictum simpliciter, idq; bisariam.

Nam, quod habet illud axioma: per famam consanguinitatem non probari (cuius
** attamen contrarium, receptius esse, anteà euicimus) verum tunc planè non erit, vbi de probanda consanguinitate vetustiori, agitur, atq; tractatur. *Vti rursus tum temporis edocebamus.*

Sic quoq; illud, quod aiunt ne quasi possessionem consanguinitatis quidem, satis esse, ad hereditatem, ab intestato consequendam, secundum quid tantùm, & respectu petitorij procedit. *per trad. Mandell. conf. 83. n. 23.* 135

Interim tamen is, qui quasi possessionem, 136
consanguinitatis edocuerat, tandiu hereditatem habebit atq; retinebit, donec is alter, vel se magis proximum, vel parem in gradu, defuncto fuisse, approbabit. *per trad. Menoch. in tr. de remed. possess. retin. in prælud. n. 2.*

Id quod nunquam, s. VV. hactenus præstare, effectumq; dare potuerunt.

Porrò, ad Septimam obiectionem, quæ præ se fert: per testes consanguinitatem non probari: nisi hi Testes, de gradibus simul consanguinitatis depositurint: repetimus ea, quæ superiùs, ad Secvndam obiectionem, respondebamus.

Etenim ex ijsdem apparet, committi in hac obiectione, Primò: fallaciam non causæ, vt causæ. Demonstrarunt namq; B. VV; ex instrumentis, quibus meritò, testium attestationes coniunguntur, non solùm propinquitatem: verumetiam gradum propinquitatis.

Secvndò: committi etiam fallaciam, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, inibi ostendimus. Cum non semper, & vbiq; sed quandoq; tantùm, gradus edocendi sint. Quos casus, huc non pertinere, eo loci euicimus.

Quare, vt inanes, & tautologicas repetitiones, euitemus, operæprecium erit, ea huic transferre, quæ isthic dicebantur.

Eodem quoq; modo, res, cum Octava obiectione sese habet. Nam & ei inest fallacia compositionis, & diuisionis. Nam etsi verum sit, per testes, qui id tantummodò deposuerunt: quod Iohannes fuerat pater Bartholomæi, & quod itidem Venturę pater, Antonius fuerit: propinquitatem non probari: fallit attamen idipsum rursus, si ad eiusmodi testium testimonia, fides quoq; instrumentorum accesserit, quæ ostendit, hosce duos, Iohannem, & Antonium fratres fuisse: proindeq; Bartholomæum, & Venturam, fratrum filios esse. *Vti hoc superiùs, sub decisionis rationibus, latiùs tradimus.*

Quod cum ita sit, rectè concludemus, obiectionem hanc, præsenti negocio accommodatam, precij nullius esse. Etenim hìc habemus instrumentum, anno 1500. confectum, quod omnibus palàm facit, I. & T. fratres fuisse: M. B. VV; filios. Testes verò deposuerunt, hunc Michaëlem B. VV; auum fuisse V. à VV, cius, de cuius successione, nunc agitur: & rursus eundem Vitum, patrem habuisse Ioachimum: Ioachimum verò seniorem & Fridericum VV. in G; fratres, ex patre Theodorico, genitos fuisse.

137 A page itaq; sis, cum obiectione hac.

Porrò NONAM quoq; obiectionem, diluere promptum est. Nam etsi inibi, ex consensu Angel. Peruf. Raphaëlis Cumani, Alex. Ias. & Ruin tradiderimus: pacta familiaria, quibus certus modus, succesionibus præscribitur: valida non esse: attamen cum non hanc, sed contrariam, inter Iuris Interpretes, magis receptam, pòst deindè, sub prima decisionis ratione, edocuerimus: non quoq; hanc, sed ei contrariam sententiam, in iudicando, consulendoq; sequemur.

138 Etenim non minùs communem, sed magis communem, dum iudicamus, vel partibus de iure respondemus, præ oculis, habere debemus. Vti in indiuiduo docet *Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. in præfat. n. 38. & seqq. & tit. 9. n. 1. Domine. de S. Gemin. ad c. 1. notab. 6. de summ. Trinit. in 6. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 1. memb. 2. p. p. n. 5. post mod. vers. tamen indubitanter Iason auth. si qua mulier. n. 14. C. de sacrosc. Eccles.*

Deniq; non officit quoq; decisioni nostræ, DECIMA, & vltima obiectio quæ vult: dubiam consanguinitatis probationem, contra probantem interpretandam.

Nam cum hîc, veluti ex decisionis rationibus, dilucidissimè apparet in dubia probatione, non versemur: sed modi omnes ferè adsint, qui vnquam, pro edocenda agnationis necessitudine, excogitati, atq; adinuenti fuêre: quis non videt hic fallaciam, non causæ, vt causæ committi? obiectionem item hanc, fundamento, in quo innitatur carere.

Etenim fundamento destructo, vt subsistere posset, quod de super exædificabatur? *Hipp. Riminald. ad l. postumo. n. 538. C. de bon. poss. contr. tab. Tomng. decis. 20. n. 46. & decis 24. n. 14. Hartm. Pistor. q. 2. n. 21. in fin. lib. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram priuil. 74. n. 27. & priuil. 132. n. 78.* 139

Hæc sunt, quæ mihi de themate præsenti in medium proferenda videbantur. Ea verò tanti esse facienda iudico, vt propterea sententiam priùs latam, haud iniuria, in melius reformet, æquus Iudex: & causæ victoriam, solis posthac, B. VV. adiudicet.

Interim mea tantoperè, non adamo, quin si perspexero, iuri magis conformia, & consentanea, à quoquam allata esse (id quod tamen, facili negocio, fieri non posse putârim) in contrariam pedibus iturus sim sententiam F. P. D.

CONSILIVM XXII.

SVMMARIVM.

1. *De libello dijudicandum est, ex conclusione ipsius.*
2. *Libellus quid concludat, non quid narretur in eo, inspiciendum.*
3. *Iniuriarum actio, duplex est, ciuilis, & criminalis. (tur.*
4. *De iniurijs, ciuiliter, quando actum esse censea-*
5. *Iniuriarum actio, datur, pro minima quaque iniuria.*
6. *Iniuriarum actio, datur ratione, omnis iniuriæ etiam minimæ.*
   Ampliatur n. 7. & 8.
7. *Iniuriarum actio, datur pro omni vulnere.*
10. *Vulnerato aliquo, vniuersus populus, illius loci iniuria afficitur.*
11. *Vulnerans, vulnerato, ad quid teneatur. & n. 12.*
13. *Vulneratus habet actionem iniuriarum, & ad quid ea competat.*
14. *Actio L. Aquiliæ vilis, competit vulnerato in id, vt damnum emergens, lucrumq; cessans, & præterea impensas quas fecerat, recuperet.*
15. *Actio L. Aquiliæ, non tollit actionem iniuriarum, nec vice versa.*
16. *Actio iniuriarum, & L. Aquiliæ, in vno eodemq; libello, accumulari possunt.*
17. *Conclusio libelli, in quo iniuriarum & L. Aquiliæ actio, coniungebantur, vt rectè efformetur.*
18. *Seruus ingenuus, habet actionem iniuriarum ciuilem, aduersus eum, cui operas suas ingenuas, locauit.*
19. *In actione iniuriarum apponi oportet, annum, mensem, & diem.*
   Amplia. vt n. 20.
21. *In actione iniuriarum ciuili, iniuriarum æstimatio, libello rectè inseritur.*
22. *Actio iniuriarum, regulariter tantum annalis est.*
23. *Actio iniuriarum, quomodo fiat perpetua.*
24. *Actio iniuriarum, ratione iniuriæ realis, ex l. Cornelia descendit, & perpetua est.*
25. *Actio L. Aquiliæ, durat viginti annis.*
26. *Actio iniuriarum, litis contestatione, etiam non accedente, dum modò reus, in ius vocaretur, ex annali fit perpetua.*
27. *Emendatio libelli permissa tantum est, vsq; ad litis contestationem.*
   Ampliatur n. 28. & 29.
30. *Emendans libellum, omnes expensas, parti aduersæ refarcit, priùs, quàm libellus emendatus recipiatur.*

§ 1. Libel-

31. *Libellus, iniustitiam manifestam, notoriamque in se continens, admitti non debet.*
32. *Iniuriarum æstimatio apud Turcas.*
43. *Præiudicium æstimationis iniuriarum, etiam atrocii, in Curia Custrinensi Neomarchiæ.*
33. *Vulnus inflictum, etiam in faciem, ab ignobilibus nobili, vltrà aureos trecentos, non æstimatum.*
35. *In Marchia Brandeburgica, vsuræ semisses, licitæ sunt.*
36. *Actio iniuriarum, & L. Aquiliæ, adinuentæ non sunt, vt eis, quis diuitias sibi comparet, atq; acquirat.*
37. *Ad iniuriarum æstimationem, quomodo procedendum.*
38 *Iusiurandum in litem, parte non petente, deferri nequit.*
39. *Fallacia consequentis, ex insufficienti partium enumeratione oritur.*
40. *Talem se esse dicens, talem se quoq; esse probabit.* (bit.
41. *Nobilem se dicens, nobilem quoq; se esse proba-*
42. *Iniuria nobili illata, pluris æstimatur, quàm ea quæ ignobili infertur.*
43. *Alimenta lautiora nobili debentur, quàm ignobili.*
44. *Nobilitas omnis, à principe.*
45. *Nobilis is propriè dicendus, quem princeps nobilitate donat.*
46. *Iniuria rectè probatur, testium depositionibus.*
47. *Iniuriam, testibus duobus, probatam esse sufficit.*
48. *Vulnus, vt diffiniatur.*
49. *Insufficiendum non est, quid habeat partis allegatio. sed quid contineat, in sese testium attestatio.*
Veritas omnis, constat in ore duorum, vel trium, ibid.
50. *Percussio absq; vulnere, non minùs causa morbi, qui deinde non vulneratum inuasit, esse potuit: quàm percussio, cum vulnere.*
51. *Iniuria enormis quæ.*
52. *Vulnus omne, quo facies hominis lædatur, atrox iniuria dicitur.*
53. *Vulnus in capite, rectissimè atrox iniuria dicitur.*
54. *Vulnus capitis negligendum non est, etiamsi minimum fuerit.*
55. *Iniuria fit atrocior, ex genere armorum, quibus infligebatur vulnus.*
56. *Iniuria, vbi adest, realis, & atrox, ibi neganti, se animo iniuriandi fecisse, probatio incumbit.*
57. *Animus iniuriandi, probatur ex armis, quibus vulnus infligebatur, etiamsi herus esset, qui vulneraret, ministrum suum, vel alium domesticum.*
58. *Peritorum in arte, iudicio standum, de vulnere, & an fuerit lethale, nec ne.*
59. *Medici iudicio standum, si is assi. marit vulnus, febris, aut similis morbi, causam extitisse.*
60. *Peritos in arte, de credulitate sua deposuisse, sufficit.*
61. *Medico vni, quantumuis experientia multa decorato, fidere: res est plena periculi.*
Idem in chyrurgo n. 62.
Fallit si medicus, aut chyrurgus, ab illius loci, vbi vulneratus decumbit, Reipub. sint conducti. n. 63.
Item si vnus tantum medicus, aut chyrurgus, in loco illo, fuerit n. 64.
65. *Medicos, vel chyrurgos, aliundè, ad iudicium, de vulnere faciendum, accersere, obstrictus nemo est.*
66. *De vulneris qualitate, & an morborum causa hoc fuerit, testes, qui medici, vel chyrurgi non sunt, rectè deponere non possunt.*
67. *Apoplecticum quem esse, & mente alienatum esse, non sunt contraria.*
Apoplexia sæpiùs mentis alienationem inducit. ibid.
68. *Vulnerans aliquem, qui dum vulneratur, ad terram cadit, & crus frangit, ex qua cruris fractione, & non ex vulnere moritur: tenetur non solùm de homicidio, verumetiam, ad damna & interesse.*
69. *Vulnerans tenetur de homicidio, si vulneratus, non ob vulnus inflictum, sed ob febrim, quæ vulnus sequebatur, diem suum obierit.*
70. *Delictum omne aggrauatur, ex euentu tristiori.*
71. *Vulnerans tenetur vulnerato, ad damna & interesse, etiamsi febris, vel hemiplexia, vulnus statim non fuerint secuta, sed vulneratus, rectè se adhuc, per dies aliquot habuerit.*
72. *In iniuriarum æstimatione, rectè facienda: Iudex tenetur sequi, eam quantitatem, de qua testes attestati fuerant.*
73. *Vulnus etiam in dubio, mortis causa extitisse censetur.*
Maximè si id, in parte principaliori, veluti capite, inflictum fuerit. 74
75. *Argumentum à minori, validum in iure est.*
76. *Vulnus semper existere creditur, causa reliquorum accidentium, veluti febrium, & aliarum infirmitatum vulnerati.*
77. *Contra vulnerantem, omnes, iuris stant præsumtiones.*
78. *Iuramentum necessarium deferri potest, in causis criminalibus, in quibus ad pœnam tantum pecuniariam agitur.*
79. *Nobiles neminem tenentur fugere.*
80. *Iniuria aliud quid, & diuersum, à damnis, & interesse est.*
81. *Consequentia, à remissione iniuriarum, ad remissionem damnorum, & interesse, non procedit.*
82. *Transactio, inter vulnerantem & vulneratum de vulnere, non extenditur ad eum casum, si*

sum, si post transactionem iam celebratam, mors ipsa, vulnus sequatur.

83. Morbus præsumitur durare, & allegans quem à morbo restitutum, probare id tenetur.

84. Iuramento eius, qui se ab eadem adhuc infirmitate detineri, nec pristinam sanitatem recuperasse iurat, standum est.

85. Animus iniuriandi, est de substantia actionis iniuriarum.

86. Iniuriam astruere, vbi de animo iniuriandi non apparet, conatus est irriti.

87. Dolus eius, qui iniuriam intulisse arguitur, probandus, si rectè, actio iniuriarum, procedere debet. (tio. n. 88.

Nec sufficit hac in parte, latæ culpæ probatio.

89. Animus iniuriandi, & dolus simul probandi, sive de iniurijs agatur ciuiliter, sive criminaliter, sine sola iniuriarum actio, instituta sit, sive ei accumuletur, L. Aquiliæ actio.

90. Dolus, animusq; prauus, etiam respectu iniuriarum, ex qualibet, sive iusta, sive iniusta causa excusatur & n. 91.

92. Affinitas sola, & coniunctio iniuriantis, præstat excusationem, aduersus iniuriarum actionem.

93. Potestas dominica, etiam in seruum ingenuum, excusat ab iniurijs.

Emendatio seruorum, tàm angustijs finibus, ac propinquorum, inclusa non est. ibid.

94. Affinis affini, coniunctus coniuncto, sæpius iniuriam infert, quàm Dominus seruo ingenuo, ipsi seruienti.

Argumentum à communiter accidentibus, in materia probationum, rectè concludit.

95. Iniuriam vindicari, frustrà petit is, qui ipse occasionem dederat, vt iniuria afficeretur.

96. Animus iniuriandi, dolusq; in eo non præsumuntur, qui non solebat, iniurias inferre.

97. Actio iniuriarum, ob percussionem, quæ corrigendi animo fiebat, non datur.

98. Iniuriosum quid, certo respectu, & rursus non iniuriosum, alio respectu, rectè dijudicari potest.

99. Iniuriarum pœna, non punitur id factum, quod iniuriæ speciem quidem habet, si constet, illud alio, quàm iniuriandi animo perpetratum fuisse.

100. De excessu tantùm tenetur is, qui in castigandis domesticis suis, modum excesserat.

101. Iniuria omnis censetur minor, si quis eam dixerit, vel fecerit prouocatus.

102. Dolorem iustum temperare, longè difficillimum est.

103. Culpæ princeps ille est, à quo incipit malitia.

104. Contemtus vbi est, ibi est iniuria frequens.

105. Inobœdientia, maius malum non est.

106. Inobœdientia, omni odio digna.

107. Inobœdientia, quandoq; reportat mortis pœnam, dignam operis sui mercedem.

108. Actio L. Aquiliæ non cessat, etiamsi is, cui damnum datum erat, damtem damnum, prouocasset, & rixæ fecisset initium.

109. Actio iniuriarum cessat, si iniurias illatas, quis non continuò ad animum renocauerit.

110. Iniurias, quem non renocasse ad animum, apparet ex illo, quod quis de ijs, statim ac illatæ essent, non conquerebatur.

111. Iniuria aboletur, dissimulatione etiam tacita.

112. Iniuriarum actio tollitur, per conuersationem iniuriantis, & iniuriati.

Aut si iniuriatus, cum iniuriante postea comederit, ei cohabitant, cum eo riserit, aut luserit. 113.

Etiamsi semel tantum, id factum esset. 114.

115. Actio iniuriarum cessat, si is, qui acceperat iniurias, facienti iniuriam, seruitia adhuc aliqua præstiterit.

116. Iniuriam semel remissam, posti deindè recolere non licet.

117. Iniuria non aboletur, ob dissimulationem ex causa factam. Quod declaratur n. 118.

119. Actioni iniuriarum, semel institutæ, non nocet, iniuriatum postea cum iniuriante conuersatum esse, aut cum eo comedisse, aut bibisse.

120. Actio iniuriarum, tollitur dissimulatione, tantum quo ad vindictam, non autem, quo ad petitionem damni, interesse, & expensas medicorum.

121. Actionem iniuriarum, frustrà instituit is, qui peccata sua fuit confessus, & absolutionem ab ijsdem, impetrauit.

Quod declaratur. n. 122.

123. Vulnerato imputandum est, si tardiusculè chyrurgum adhibuerit.

124. Vulnerato imputatur, si accersi curauerit chyrurgum imperitum: & propterea non iuuetur, ex vulnere, posti deinde in morbum incidisse, aut vitæ discrimen adijsse.

125. Vulneratus, qui secundum diætam non vixit, incidens in morbum, vel in ipsam mortem, censetur periisse culpa propria, et nõ alterius.

126. In canicularibus diebus, solis calor, esse solet vehementissimus, ideoq; à morbo aliquo laborantibus, sedulò vitandus est.

127. Vulnerans excusatur, si vulneratus, vinum immodicè hauserit, indeq; in febrim, eandem inciderit.

128. Vulnus non creditur, causa mortis fuisse, tantoq; minùs morbi, si vulneratus biduo posti, domo exire visus esset.

Etiamsi baculo, fuisset innixus. n. 129.

130. Morbi, homini, variis ex causis, ex diuinæ voluntatis placito, accidere possunt, & solent.

131. Vulnerato, quando certa annua quantitas, alimentorum nomine assignanda sit. (rii est.

132. Nobiles, manibus suis laborare, contra decorem. Nec vllam mercedem, operis manuum suarum, honestè petere possunt. ibid.

133. Consequentia non valet: incidit in apoplexiam: Ergo sanari non potuit.

Apoplexia quædam talis est, cui adhuc remedium affetri potest. ibid.

Apople-

Apoplexia tres species sunt. ibid.

134. *Sanitas ex aspectu rectè probatur.*

135. *Paria sunt, quem nunquam ægro corpore fuisse: & fuisse quidem, sed reconualuisse.*

136. *Nobilitatis possessio, ex instrumentis non probatur.*
Possessio per instrumenta, probari nequit. ibid.

137. *Possessio non probatur, per literas inuestiturarum, maximè si id vergat, in tertij detrimentum.*

138. *Titulus ex inuestituris probatur, sed non possessio.*

139. *Nobilitas ex cera miniata, & papyro constans, quæ.*

140. *Nobilitatis quasi possessio, vt probetur.*

141. *Nobilitas euertitur paupertate.*

142. *Nobilitas abiq; diuitijs, omnium ludibrio, exposita est.*

143. *Nobilitas sine diuitijs mortua est, sicut fides sine operibus.*

144. *Nobilem dedecet, si famulum, quo vtatur non habeat.*

145. *Nobilitas amittitur per id, quod nobilis procuratorem agit.*

146. *Scribam, apud nobilem agere, vilius longè est, quàm officium procuratoris exercere.*

147. *Inuersio optima, contrariorum dissoluendorum modus.*

148. *Talem te indico, qualem te inuenero.*

149. *Consequentia non valet: Actor probauit vulnus, ex quo effluxit sanguis, idq; in capite: Ergo probauit atrocem iniuriam.*

150. *Fallacia consequentis, argumenta quibus inest, destruit.*

151. *Vulnusculum, vulneris appellatione, nõ venit.*

152. *Vulnusculum, in se, delictum non continet.*

153. *Ob vulnusculum, nemo tenetur de morbo, qui vulneratum postea inuasit, licet is grauior, diuturnior q; fuisset.*

154. *Statutum, de vulnere loquens, non extenditur, ad scissuram cutis modicam, quæ vngue fit.*

155. *Atrocitas vulneris, & iniuriarum, non tàm ex armis, quàm ex ictuum repetitione colligitur.*

156. *Ex armis, quatenus delicti atrocitatem, colligere liceat.*
Casu, & præter propositum quæ fiunt, in considerationem non veniunt, & tantò minus pœnam vllam merentur.

157. *Malè factum omne, præsumitur praue actum.*

158. *Fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, concidere efficit, argumenta, quibus inest.*

159. *Iniuria probata, quatenus probetur, iniuriandi animus.*

160. *Animus iniuriandi, qui ex facti qualitate conijcitur, toties cessat, quoties aliæ adsunt, aliud suadentes, coniecturæ.*

161. *Animus qualis fuerit in præcedentibus, rectè dijudicatur, ex sequentibus.*

162. *Animus occidendi, non creditur inisse heros, qui funiculo, famulum, vel ministrum suum, percusserat.*

163. *Argumentum à contrario sensu, ex verbis glossæ, vel iuris interpretum deductum non valet.*

164. *Injuriantem multum alleuat, si persona iniuriati domestica fuerit, quæ ob peccata sua vapulat.*

165. *Testis varius, nullam facit fidem.*
Ampliatur n. 166.

167. *Medici, aut chyrurgi testimonio de vulnere standum, quatenus in depositione eorum, nulla deprehenditur inconstantia.*

168. *Apoplecticus non est, cuius dextrum tantùm latus, tactum est, sed hemiplecticus.*

169. *Medicorum iudicia, & experimentationes, de morbis, valdè sunt lubricæ, & id, magno nostro malo.*

170. *Aegyptij vno medico, non nisi vnius partis, corporis humani curationem, concredebãt.*

171. *Testium non medicorum, vel non chyrurgorum testimonia de vulnere, nihili faciendæ non sunt, si dicti sui, rationem sufficientem reddiderint.*

172. *Medicorum, & chyrurgorum relatio sola, de vulnere, & nisi ei astipulentur, reliquorum quoq; testiũ dicta, probatio sufficiens non est.*

173. *Apoplexia, qualem mentis alienationem, secum trahere soleat.*

174. *In actione L. Corneliæ de sicarijs, non refert, an quis occiderit, an morti causam præbuerit, dummodò occidendi animum habuerit.*
In actione L. Aquiliæ, & iniuriarum, non animus, aut voluntas, sed ipsum spectatur factum & non causa damni remota, sed proxima & immediata. ibid. (de sicar.

175. *Interpretatio ad l nihil interest. ff. ad l. Corn.*

176. *Doctoris dictum, secundum legem quam allegat intelligendum.*

177. *Fallacia non causæ, vt causæ, vitiosa fiunt argumenta, quibus inest.*

178. *Vulnerantem teneri de morbo, qui vulnus sequebatur, deq; hinc redundantibus damnis, & expensis, quatenus verum.*

179. *Petitione principij, argumenta quibus inest, caduca fiunt.*

180. *Iudicem, in æstimanda iniuria, dicta testium sequi teneri, qualiter procedat.*

181. *Iudex, quãdo plenè, de iniurijs edoctus dicatur.*

182. *Vulnus mortis, febris, aut alterius mali causa, extitisse tandiu creditur, quandiu, negligentia, & culpa vulnerati, non probatur.*
Ampliatur ibid.

183. *Contra vulnerantem, semper & vbiq; præsumi, quatenus verum sit.*

184. *Iuramentum necessarium, in æstimandis iniurijs, locum non habet, sed affectionis.*

185. *Iuramentum necessarium, vt in taxandis iniurijs, locum inueniat, quæ, & quot, requirantur.*

186. Graue, & ardnum censetur negocium, ex personarum qualitate, & conditione, circumstantijsq; negocij.

187. Impedimento vno cessante, reliquis remanentibus, dispositio non alteratur.

188. Fugere cui dedecus non est, is non tenetur, aggressorem expectare.

189. Vulnus cuitare, fatius semper est, quàm post illatum, remedium quærere.

190. Famulo turpe non est, si iram domini sui fugerit, ideoq; è conspectu eius, donec iram concoxerit, discesserit.

191. Principium non finem considcramus in delictis, quatenus, à principio pependerit finis.

192. Ratione dispositionis cessante, ipsa cessat dispositio.

193. A separatis malè infertur.

194. Morbo semel oppressus, adhuc eo detineri, eatenus præsumitur, quatenus morbus, natura sua incurabilis sit, veluti si morbo comitiali n. 195. aut furore, vel dementia, laborarit n. 196.

197. Hemiplexia laborantes, sæpiùs restituuntur, & artuum agilitatem tursus recuperant.

198. Iuramento eius standum, qui se etiamnum, morbo affligi iurat, quatenus verum, & n. 199. & 200.

201. Exceptio in casibus exceptis, regulam vitiat.

202. Liberalitas nobilium est propria.

203. Ob solutionem partis gratuitam, nemo obligatur, ad reliqui quoq; debiti satisfactionem.

204. Animus iniuriandi cessat, in eo, qui promtum se præstitit, in suppeditandis medicamentis.

205. Præiudicium, quo herus nobilis, qui seruum suum vulnerarat, absolutus planè, in Camera Electorali fuit.

206. Præiudicium aliud, quo herus, qui ob incendij suspicionem, seruum suum ingenuum, torturæ subiecerat, in 400. tantùm, condemnabatur.

THEMA.

QVm Vir Nobilissimus H. ab A; V. Z. feudo C; certa, eaq; annua, in id mercede perfoluta, præposuisset: factum est, vt rixæ, iurgiaq; inter herum, administrumq; anno 92. Iunij die 22. orientur. Quæ hinc orta suum duxerant, quod præpositus, siue vt vulgariter dicitur scriba, mandata heri, quibus tusserat, vi quidam ex conseruis eius ob malefacta saa, quem ipse scriba, apud herum incusarat, saperetur, carcerique includeretur, fedulo non fuisset executus: sed suspectum ausugere (licet is, post deindè reuertere-

tur) passus esset: nec obiurgationes heri, ea, qua par erat reuerentia, pertulisset: sed ei obstrepuisset, & oblatrasset: se conductum non esse, vt sontes, comprehenderet, subindè clamitans. Tandemq; res eò, deducta est, vt cum scriba, oblatrationi, modum imponere nesciret: nec è conspectu heri, etiamsi tum ipse herus mandasset, tum verò, ipsi astantes, admonuissent, discedere vellet, sed adhuc propius, quàm ante, ad herum accederet, & tantum non ipsum aggrederetur; herus, caput eius, hasta percuteret, eumq; in capite, leuiusculè tamen, & ita, vt vulneris longitudo, digiti articulum non excederet, vulneraret. Vndè is retrorsum in terram cecidit.

Esi autem ab initio nihil mali, præter vulnus, illudq; leuiusculum, in capite perfentisceret: chyrurgus item, post vulnus inflictum adhiberetur: dextro attamen brachio, amplius rectè vti non posse: dextro item pede, claudicare deindè, visus est. Defertur ad vltimum S. accedunt ad eum, Medicus, & Chyrurgus: at is nihilominus grauissimo morbo, per hebdomadas decem integras conflictatur: mentis delirio, aliquandiù laborat, & non nisi exquisitissima, post DEVM, Medicorum opera, restituitur: atq; ita restituitur, vt integrum pedis, brachiq; vsum (vt ait) adhuc hodiè non recuperarit, sed brachio emortuo, etiamnum vtatur, pede item debilitato, incedere consueuerit.

Herum itaq; post deindè, coram Camera Electorali Brandeburgica, reum facit, sed, ex percussionibus eius, hemiplexia tactum, seu vt vulgus præcipitcorum loquitur, spasmo affectum, conqueritur, & cum non habeat, vndè posthac viuat, nec victum amplius sibi quarere possit, herum sibi, ceu personæ nobili (cuius rei fidem, per Caroli Imperatoris, eius nominis Quinti, literas, & concessiones, facere conatur) cuiq; ob id, annui sumtus maiores debeantur, ab initio in libello suo, in duo millia, illatarum iniuriarum nomine, in quinquaginta annuæ mercedis, qua posthac carituras sit, in sexaginta annuà, quibus vt se sustentet, opus habeat, in octuaginta quinq;, Medico, Chyrurgo, & aromatis persoluta: in calce verò articulorum suorum probatoriorum, in octo millia, ob illatam iniuriam realem, condemnari petijt.

1. Videamus itaque PRIMÒ: quamnam actionem instituerit: & num ea iure instituta sit.

2. Num

2. *Num ea, quæ probasse oportebat, probarit.*

3. *Et num è diuerso, probationes hasce Actoris, Reus probationibus suis contrarijs eliserit.*

RESOLVTIO

QVÆSTIONIS I.

QVa actione nimirum, Actor hîc egerit, & num iure ea, instituta sit.

1 Cum in omni dijudicatione, de libello aliquo facienda, & vt scire possimus, quæ nam potissimum in illo, ex plurimis illis actionum generibus, comprædendatur, ante omnia, ad libelli conclusionem, recurrendum sit. *tradentibus Iaf. ad l. si prius n. 33. & ibi* ✱ *DD. communiter. ff. de op. no. nunc. Iaf. ad l. 1. n. 14. & ibi rursus communiu Interpretum schola. ff. de edend. Masuer. in addit. ad pract. Pap. in for. lib. in act. real. in v. quare petit. Hartm. Pistor. q. 45. n. 22. lib. 1. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 3. c. 8. n. 2.*

2 Quo iure eatenus vtimur, vt non insp iciatur, quid, quale, quantumue narretur, sed quid, & quale, ex narratis concludatur, atq; petatur. *vt pluribus docuit Schrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. p. sect. 8. n. 5.*

Hic aliud dicere non poterimus quàm vel actionem iniuriarum ciuilem, simpliciter, vel cum actione L. Aquiliæ coniunctam, propositam, atq; institutam esse.

Petijt enim, concluditq; Actor, vt Reus condemnaretur, compellereturq;, ad iniurias illatas, damnaq; perpessa, & valetudinem corporis, mentisq; læsam, emendanda.

Nec non in Articulis suis, 107. 108. 109. & 110. bis mille, iniuriarum perpessarum nomine, quinquaginta annua, quibus posthæc, quotannis carituras sit, sexaginta item annua in alimenta, & deniq; mercedem Medicorum, & Aduocatorum, & pro coëmtis pharmacis, popoſcit.

Videamus itaq;, num harum actionum vna, vel altera, præsenti negocio, quadret, aut adaptari possit.

3 Et PRIMÒ quidem, illud dubio prorsus caret: quod ex omni iniuria, duplex oriatur, ciuilis scilicet, & criminalis actio. *tradentibus, in indiuiduo Clar. in pract. crimin. tit. de iniur. n. 4. Franc. Marc. decis. Delphinat. 71. n. 8. p. 2. Gail. obs. 65. n. 1. lib. 1. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 6. n. 7. Aegid. Boss. in pract. crimin. tit. de iniur. n. 1. Zoesenb. cons. 43. n. 79 Hieron. Schurff. int. cons. diuers. cons. 15. sub n. 15. vol. 1.*

4 Sed & SECVNDÒ: tunc ciuiliter de iniuria actum esse, rectè dicemus, quando ille, qui iniuriarum experitur, agit ad pœnam pecuniariam, sibi applicandam, illique tum iniuriæ illatæ, tum damni perpessi, tum interesse æstimationem, taxationemq; conjungit. *tradente in indiuiduo Gomez. d. s. 6. d. n. 7. vers. ciuiliter. Gail. d. obs. 68. n. 2. lib. 1. Ludouic. Roman. cons. 97 dub. 2. Crau. cons. 474. n. 1.*

TERTIÒ, certò quoque illud constat, 6
quod pro minima quaq;: *c. cum te ext. de re iud. Boss. in pract. crimin. tit. de inquisit. nu. 123. Carol. Ruin. cons. 31. n. 2. volum. 4. Ludolph. Schrad. int. cohs. diuers. cons. 40. n. 10. vol. 1.*

Tantoq; magis pro omni reali iniuria, 7
toto tit. ff. C. & Inst de iniur.

Siue manu, siue baculo, siue virgis, siue 8
flagellis, quis cœsus sit: *l. sed etsi quæcunq;. §. vlt. ff. ad l. Aquil. l. Lex Cornelia. ff. de iniur. Angel. Aret. ad §. pœnales. n. 11. Inst. de act. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 6. num. 3. Iodoc. Damhoud. in pract. crimin. c. 137. n. 3.*

Nec non pro omni vulnere; actio iniuria- 9
rum detur *l. prætor edixit. §. vlt. & l. seq. ff. de iniur.*

Quid ni enim daretur? cum vniuersus 10
etiam populus, loci illius, in quo quis vulneratur, iniuria hoc ipso afficiatur. *tradente Rol. à valle cons. 19. n. 13. vol. 2.*

QVARTÒ: minimè quoq; controuersi iu- 11
ris est illud, quod omnis, qui vulnus inflixit, teneatur, atque obstrictus sit, vt vulnerato, damnum hinc emergens, nec non lucrum quoq; cessans, sed & expensas, quas fecerat, resarciat, atq; refundat: sed & pro iniuria illata, satisfaciat. *Vti docent in indiuiduo Ludouic. Carer. in pract. crimin. in §. qui incipit: in textu, ibi: itemq; eorum n. 76. Abb. ad c. 1. n. 6. ext. de iniur. & damn. dat. Boer. in consuet. Biturig. tit. de consuet. prædor. §. 1. gl. vnic. ad fin. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 3. n. 9. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 40. n. 6. Couar. var. resol. lib. 2. c. 10. n. 7. vers. quarto. Schrad in tr. feud. in 1. p. 9. p. p. c. 4. n. 78. vers. porrò Coler. in tr. de aliment. lib. 1. c. 16. n. 6. & 7. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 1. n. 4. Prosp. Farinac. in pract. crimin. q. 27. n. 143. Gerhard. Maz. oll. cons. 13. n. 40. vol. 1. l. qua actione & l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. vlt. ff. de his, qui deiec. vel effuder.*

Quod verum est, etiamsi in lectulo, nun- 12
quam decubuisset. *tradente in specie Abb. ad d. c. 1. n. 5. ext. de iniur. per l. ex hac. ff. si quadr. pauper. fecisse dicat.*

QVINTÒ: inter omnes quoq; peræquè re- 13
ceptum est, ad hæc omnia consequenda, li- ✱
bero homini vulnerato, iniuriarum actionem: *Br. in l. item apud. §. si quis seruo n. 1. ff. de iniur. Modestin. Pistor. q. 107 n. 4 lib. 3.*

Sicuti & SEXTÒ: legis Aquiliæ actionem 14
vtilem competere. *Liber homo. & ibi gl. & DD.* ✱
commun. ff. ad l. Aquil. Gomez. var. resolut. lib. 3. c. 6. n. 9. vers. vnde aliter & tertiò Tonning. decis. 24. n. 12. vers. tamen si enim negari. Modestin. Pistor. d. q. 103. n. 1. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 23. Hartm. Pistor. q. 27. n. 4. vers. nam & hoc casu. volum. 1.

Atq; ita quidem competere, vt illi, qui 15
priùs agebat iniuriarum actione, adhuc possit, L. Aquiliæ actionem instituere: atq; ea consequi, quæ iniuriarum actione agendo,

non

non fuisset consecutus, & è diuerso. *tradente in indiuiduo Br.ad l.item apud d. §. si quis seruo. n. 1. ff.de iniur.per l.qui seruum.ff.de act. & obligat.*

16 SEPTIMÒ: certum quoq; est illud, quod vtraq; actio, iniuriarum scilicet, & L. Aquiliæ, in vno, eodemq; libello, posit cumulari. *DD. communiter ad l dominum. C. de iniur. Mynsing. obseruat. 25. cent. 1. Gail. obs. 63. n. 9. lib. 1. Tiletanus. de Benign. in syntagm. de cas. relat. Cam. Imper syntagm. 3. decis. 2. vot. 6. n. 12. & sub n. 16.*

17 OCTAVÒ: ambigui quoq; iuris illud non est, quod libelli, in quo iniuriarum, & L. Aquiliæ actio, coniunctim continetur, conclusio, (veluti fecerat nostrates Actor) ita rectè efformetur, si actor dixerit, se potiùs velle, tantam quantitatem, quantam petierat, amittere, vel etiam non adipisci, ac acquirere: quàm pati iniuriam eam, ob quam iudicem adierat. *Vt ipse habere communem practicam, testis est Gomez. var. resol. lib. 3. c. 6. sub n. 7. vers. sed communis practica.*

NONO quoq; loco, negocium non facessit illud: quod attamen tempore illatæ iniuriæ, operas suas ingenuas, Actor locarit Reo:

18 Nam ob id solùm, ei denegatum fore, de iniurijs præsertim atrocioribus, & eminentioribus, ciuiliter cumprimis, in iudicio conqueri, nec legibus comprobatum. *arg. l. vnic. & quæ ibi DD. tradunt. C. de emendat. seruor.*

Nec moribus receptum est. Qua in re, experientiam, & praxin communem, testem appello.

19 Sic quoq; DECIMÒ: illud libelli, iniuriarum requisitum, nostrati libello non deest: quo opponi oportet, annum, mensem, & diem, exhibitæ iniuriæ. *Br. in l. prater edixit in pr. n. 1. ff. de iniur. Br. in l. 1. in pr. & ibi Alex. de Imol. n. 30. ff. de edend. Iaf. in pr. n. 50. Inst. de act. Chil. Kön. in* * *suo proces. c. 58. n. 3. Iul. Clar. communem docens, in pract. crimin. §. iniuria. n. 5. Affl. decis. 250. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 432. Gail. obs. 64. n. 1. lib. 1. Eman. Soar. qui rursus receptam hanc esse attestatur commun. opin. lit. 1. n. 78. Thom. Trusf. decis. 32. n. 11. lib. 2. Alex. de Imol. cons. 212. n. 1. lib. 2. Steph. Bertrard. cons. 257. n. 1. volum. 6.*

20 Quod obtinet, etiamsi ciuiliter tantùm, de iniurijs ageretur. *Br. & DD. modò adducti.*

21 VNDECIMÒ: non quoq; iniuria ab Actore apposita est, iniuriarum æstimatio. Etenim Actori, id licitum est, quoties ciuiliter & non criminaliter, de iniurijs agit. *Vti aliis in id adductis, ita nouissimè docuit Modestin. Pistor. cons. 3. n. 1. & 2. volum. 2.*

Deniq;, atq; sic DVODECIMÒ, non nocet Actori, quod iniuria, eum affecerit Reus, 22. Iunij, anni sesquimillesimi, nonagesimi secundi: quod item libellum Iudici, demùm porrexerit, die, qui Iacobo sacer est, nonagesimi quarti:

Nam nulla hinc oritur, actionis præscriptio.

Nam etsi non inficiemur, actionem iniu- 22
riarum, vt plurimum, annalem tantùm esse: *gl. in l. si non conuitij. C. de iniur. Placa. in epitom. delict. lib. 1. c. 6. ad fin. Nicol. de Mul. in repert. in v. iniuria. sub n. 8. vers. iniur. act. tollit. Iul. Clar. in pract. crimin. §. iniuria. n. 9. Laurent. Tennin. in tr. cautel. caut. 115. n. 1. Rauchbar. q. 48 n. 1. Ioh. Sichard. cons. mattim. 2. n. 23. Ruin. cons. 21. n. 5. vol. 4. quibus in locis, Placa, Clarus, & Tenninus, hanc esse receptissimam opinionem,* * *testes se præbent.*

Et perpetuam non fieri, nisi intra annum 23
litis contestatio accesserit: *Gail. obs. 64. n. 5. lib. 1. Tennin. d. tr. cautel. caut. 115. n. 4.*

Vtimur attamen alio iure, toties, quoties 24
de reali iniuria res est. Hæc enim actio, ex L. Cornelia descendit, & ideò ciuilis, atque perpetua est. *tradentibus Baldo in tr. præscript. in 4. n. 4. p. 9. q. 2. n. 6. Clar. d. §. d. n. 9. Prosp. Farinac. in tr. crimin. q. 10. n. 23. Eman. Soar. com. opin. lit. 1. n. 70. Rauchbar. d. q. 48 n. 2. Mynsing. obs. 84. cent. 1. Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 9. c. 7. in pr. Rol. à valle cons. 39. n. 15. lib. 2. & esse frequentissimi Doctorum suffragijs comprobatum, testes sunt, Clar. Soar. & Fachin.* * *in locis tam designatus.*

Vtaceam, etiamsi esset præscripturn iniu- 25
riarum actioni, non cessare attamen, actionem L. Aquiliæ. Vtpotè quæ ad 20. ad minimum, annos duret. *tradente in indiuiduo Gomez. var. resol. lib. 3. c. 6. n. 10. in fin. per l. querelam. C. de falsf.*

Sed & quod dicitur, litis contestatione 26
tantùm, actionem iniuriarum perpetuam fieri, hodiè ferè nusquam amplius in vsu est. Quinimò hodiè, cum ob multitudinem litium, rarò, aut propemodum nunquam in primo anno, ad litis vsq; contestationem procedatur, ob solam citationem, qua in ius vocatus est reus, actio iniuriarum, perpetua esse incipit. *Veluti de Camera Imperiali iudicio attestantur Gail. d. obs. 64. n. 6. lib. 1. Ludouic. Bender. in tr. reuis. conclus. 3. n. 32.*

Videbatur itaq; dicendum omnia ea, quæ iura requirebant, atq; desiderabant, exactè adimpleste atq; obseruaste, actorem nostrum: proindeque inutiliter eum, actionem suam non proposuisse.

Sed hæc non moror. Quin potiùs, in contrariam sententiam, consultim discedo, malè videlicet hic, & inutiliter egisse Actorem.

PRIMÒ etenim nemo est qui dubitet, quod 27
libelli emendatio, ad litem vsq; contestatam tantùm, sit licita, post deindè verò denegata. *Iaf. in l. edicta actio. n. 13. & ibi DD. communiter. C. de edend. Gail. obs. 74. n. 8. lib. 1. Felin. ad c. 2. n. 14. vers. est quadam principalis ext. de lib. oblat. Iaf. ad §. si minus. n. 13. & ibi Bened. de vad. in addit. Inst. de act. Dan. Mull. ad consist. Saxonic. p. 1. const. 3. n. 14.* *

Quod verum est, etiamsi adsit clausula: 28
saluo iure addendi, minuendi, emendandi. *Abb. ad d. c. 2. & ibi Felin. n. 14. ampl. 2. ext. de lib. oblat. Iaf. ad d. edita. n. 41. C. de edend. cess. Hugo in tr.* *
clausul.

clauſul. Rubr. de clauſul. libell. V. ſal. iur. add. in pr. Thoth. Ferrat. caut. 34. Eman. Soar. com. opin. lit. L. n. 159. vbi hoc eſſe commune Interpretum placitum, is atteſtatur.

29 Item etiamſi, in emendationem hanc conſenſiſſet, vtraq; pars *El. in auth. hodie in fine. C. de iuram. col. Felin. ad d. c. 2. d. n. 14. ampl. 1. ext. de lib. oblat. Iaſ. ad d. l. edita. n. 27. verſ. item adde quod in caſibus. C. de edend. Catell. Cotta in memor. in v. libellus. el. vlt.*

Iam verò, noſter Actor, diu poſt litem conteſtatam, libellum emendare aggreſſus eſt. Nam, cum vt ſæpiùs iam allatum eſt, in libello ſuo petiiſſet, Reum, in bis mille, ob iniurias illatas condemnari: in Articulis ſuis probatorijs (quos menſe Auguſto, anni 97. exhibuit, cum lis, menſe Auguſto, anni 96. veluti oſtendunt Acta, iam fuiſſet conteſtata) in octo millia, condemnationem fieri, à Iudice petijt: nec vnquam poſthac, illam octo millium ſummam, petere deſijt.

Quin igitur totum euerterit proceſſum, ambigendum non eſt.

30 SECVNDÒ: indubitatum quoque eſt illud: quod etiamſi libelli emendatio, debuiſſet admitti, hanc tamen admittendam non fuiſſe, niſi priùs emendans, omnes expenſas, hucuſque factas, parti aduerſæ reſtituiſſet. Etenim omnis, qui libellum ſuum emendat, tanquam temerè litigans, condemnari debet, in expenſis, etiamſi ad emendationem hanc, tempore congruo, & legibus permiſſo, acceſſiſſet. *El. in repet. l. edita. n. 55. ibi Br. n. 30. Iaſ. n. 37. & DD. C. de edend. Iaſ. in l. ſanctimus. n. 14. C. de iudic. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 69. ff. de acquir. poſſ. Br. ad l. iura in fin. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Schrad. in tr. feud. in 2. p. 9. p. ſect. 2. n. 122.*

Quodque conſequens eſt, inutiliter hîc Actor proceſsit: vtpotè cum hæc iuris traditio, in præſentia, inſuper habita, atq; neglecta, ab eo fuerit.

31 TERTIÒ certum eſt, quod libellus, qui in ſeſe continet, manifeſtam, notoriamq; iniquitatem, procedere non poſsit, ſed nec admitti debeat. *Vti in iuduiduo, ex Anton. de Butr. docet Nicol. de Mid. in repert. in v. libellus. n. 8. in pr.*

At talis eſt libellus, noſtratis Actoris.

Eſt enim petitio eius qua pro vulnuſculo (vt Teſtes deponunt) tantùm non auri myriadem, petere anſus eſt, plùs quàm Turcica.

32 Turcæ enim pro homine debilitato, vltrà ſexcenta coronatorum, ſeu Aſprorum triginta millia, non petunt. *Vt ex poſtell. refert Cumerar. operar. ſuccisſtb. 1 s. 99. ad fin.*

33 Sic vltrà quadringentos aureos, olim vulneratus, iniuriam ſuam, atrocem licet, in Curia Cuſtrinenſi æſtimare erubuit. *De qua æſtimatione videndus, Modeſtin. Piſt. q. 107. n. 5. p. 3.*

34 Sic trecentis aureis, iniuriam, ob vulnus inflictum illatam, & quidem in faciem, & ab ignobilibus, Gaſpar Nucetus, licet eſſet nobiliſsimus, æſtimare noluit. *Qua de re adeatur, Crau. conſ. 474. n. 2. verſ. exacerbatur.*

Quippè octo millia, quotannis in vſuras 35
ſemiſſes (quæ in Electoratu Brandeburgico, licitæ atque permiſſæ ſunt) collocatæ, quadringentos, & octuaginta loachimicos, proferunt; his ſi centum, & decem connumeraueris, quæ damni, lucriq; ceſſantis nomine, Actor flagitati ſingulis annis, vltrà quingentos, quæ inſumeret, lucrifaceret Actor, cum tamen vniuerſum forſitan patrimonium eius, quingenta non exceſſerit vnquam.

Longè itaque, iniquiſsima eſt Actoris pe- 36
titio. Etenim vt iniuriæ emendarentur, lucrumq; ceſſans, aut damnum perpeſſum reſarciretur, iniuriarum actio ciuilis, & L. Aquiliæ vtilis, adinuentæ ſunt: neutiquam verò, vt per eas diuitias, quiſquam ſibi acquirat, atque comparet. *toto tit. ff. C. & Inſt. de L. Aquil. toto tit. ff. C. de Inſt. de iniur.*

Neque verò illud, ignabit Actorem quicquam, etiamſi regerat mihi; in caſu, qui Cuſtrini agitabatur, nec non in illo quoque, quem ſuperiùs ex Crauetta adduximus, ad vulnus, non acceſsiſſe morbum. Nam etſi fatear, morbi à Piſtoris, aut Crauetta, mentionem vllam non fieri: cogitandum attamen eſt Actorem quoque, præter octo millia, centum, & decem annuæ, eò, quòd morbo debilitatus ſit, ſeorſim à Reo petere, atq; poſcere.

Non itaq; ex morbo, ſummam iſtam, octo millium, tueri poterit.

QVARTÒ: vt ordine, & ex legis præſcri- 37
pto, ad iniuriæ, damnorumq; hinc promanantium, nec non lucrorum, quæ ideò abſutura ſunt, æſtimationem, peruenìatnr: oportet, vt ſedulò, Iudex ſecum expendat, negocij circumſtantias omnes, quæ eum, ad æſtimationem, vel adquegendam, vel imminuendam, impellere, atque incitare poſſent. Quo facto, certam deindè æſtimationi, dicet ſummam, non vt confeſtim in illam condemnet reum, ſed vt ad condemnationem, ita demùm accedat, ſi Actor priùs iurauerit, ſe iniuriam vel tanti, quanti Iudex æſtimarat, vel minoris, (pro vt videbitur, & conſcientia ei dictabit) æſtimare. Vltrà ſummam autem, à Iudice æſtimationi conſtitutam, Actor progredi non valebit *Aegid. Bellam. deciſ. 722. Abb. in c. cum te. n. 23. verſ. ego dico, vbi Felin. n. 16. verſ. adde etiam ext. de ſent. & re iud. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Toloſ. deciſ. 145. n. 2. Nicol. de Mid. in ſuo repert. in v. probatio æſtimationis iniuriæ. Gail. obſ. 102. n. 9. & ſeq. & obſ. 103. n. 4. lib. 2. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. tit. de iniur. n. 19. & 20. Gomez. var. reſolut. lib. 3. c. 6. n. 7. verſ. vnum tamen Iacob. de Beluis. in pract. crimin. in v. & tantum dictas iniurias æſtimat. n. 1. verſ. ſic vides. Damhoud. in pract. crimin. cit. 135. n. 3. Ioh. Bapt. Ilot in tr. de in iur.*

in lit.iur. §.45.n.1. Modestin Pistor.d.q.107.n.5.lib. 3. Iul.Clar.in pract.crimin.§.iniuria.n.6. Crau.cons. 119.n.1.& seq. Cardin.Parisi.cons.149.n.17. vol. 4. Modestin. Pistor.cons.3.n.6. lib. 2. Simon. Pistor. cons.3.n.59.

Frustrà itaq; sunt omnia, quæ hactenus fecerat Actor. Cum in toto libello eius,ne gry quidem (vt in dicterio est) de istiusmodi ludicis taxatione, & moderatione habeatur. Tantoq; minùs,officium ludicis imploratum reperiatur, vt taxationem, moderationemq; istam,nec non iurisiurandi in litem, delatio-
38 nem faciat.Iudici autem, à delatione iurisiurandi in litem,absti nendum sit.si id,per partem,ab ipso,petitum non fuerit. tradente, & communem dicente *Capyc.decis. 35.n. 1. Rum. cons.35.n.4. vol. 5. Ioh. Bapt. Plot. in tr.de in lit.iur. §.50.n.8.*

39 Atq; his non obstant ea, quæ superiùs ad partes Actoris tutandas,adducebamus.Quis enim non videt, insufficientem partium, & requisitorum,enumerationem, ibi fieri (cum illa,quæ superius recensuimus,facere oportebat,non negle ctis interim his, quæ postremo loco, enumeraui mus) proindeq; consequentis fallaciam committi. *Vti in indiuiduo tradit Euer.in top.in loc.à part.enumer.n.3.in fine.*

II. QVÆSTIO.

Probarit ne Actor, quæ eum probasse oportebat?

AT fac, (id quod tamen, citra veritatis præiudicium, positum censeri velim) vtiliter omninò, & legitimè egisse omnia Actorem:& libellum eius,vacuum esse, à criminationibus,& defectibus omnibus: proximus attamen, ille erit casus, vt videamus, num condocefecerit ea,quæ actori omni, iniuriarum,& L Aquiliæ actionem, ad æstimationem iniuriarum,damna & interesse, instituenti,probanda incumbebant.

Et PRIMÒ quidem certum est, tum ex Articulo positionali Actoris 105.cum ex reliquis Actis pasim,q; noster Actor,nobilem se esse, se iactitarit,& ceu nobilis,actionem instituerit,iniuriasq; , damna, & interesse æstimarit.

40 Quare,cum omnis,qui dicit se esse talem; talem se quoq; esse probabit. *l. non ignorat. & ibi Br.C.de accusat.Franc.Marz.ar.in tr.de fideicom.p. 2.q.53.in fin.Men.in tr.de remed.poss.adip.remed.3. n.164.verf.et qui tanquam talis.Masc.in tr.de probat. concl.1247.n.1.Natta cons.73.n.11.cons.513.n.13. in fin.Dec.cons.321.n.2.& cons.376.n.10.Rol.à valle cons.10.n.24. vol.3. Men. cons.301.n.2.3. & 17.*

41 Quod & in nobilem se dicente,verum est: *Dian d. l.non ignorat. C.de his, qui accus.poss.vel non. Matth.de Afflict. ad c.1.§. si rusticus.n.6. de pac. tenend.Tiraq.in tr. de nobilit.c.10.n.13.Mascard.in tr. de probat. concl.1094.nu.1. Ripa resp.183.n.2. Natta cons.367.n.30.& 35. Rol. à valle cons.67. n.27. volum.3.*

Inspiciendum ante omnia erit,hanc nobilitatem, de qua tantoperè gloriabatur, edocuerit, nec ne Actor.

Neq; id immeritò: 42

Certum enim est, quod longè aliter, æstimetur iniuria, nobili illata, quàm ea, quæ ignobili,inferebatur. *§.atrox Inst.de iniur. Dan. Mull. ad constit.Saxonic.const.43.n.1.p.4. Marcell. Cala in tr.de mod. artic. & proband. §.2.gl.vnic. n. 797.Rota decis.4.inc.ad æstimationem iniuriarum.n. 2.verf.fatetor tamen de iniur.in nouis. Ioh. Bapt. Laderch.cons.183.n.4.verf.atrocissima. vol.1.*

Quod item aliter æstimanda sint, alimenta nobilis : aliter item ignobilis : quodq; alimenta lautiora,nobili sint assignanda. *c. non cogantur distinct.41.Bl.ad l.2 in fin. C. quod cum eo. Tiraq. in tr.de nobilit.c.20.n.142.Surd.in tr.de alim. tit.4.q.18.n.6. Ioh. Bapt. Pontan. in tr. de aliment. c.7.nu.3.* 43

Et sanè video, Actorem, ad fulciendam suam nobilitatem, coram Testium Examinatoribus, produxisse priuilegium Carolinum, parentibus suis, in id concessum. Illudque ipsum,ab ambobus Notariis,causæ,& adiuncto,subscriptum, Actis, & attestationibus insertum esse.

Animaduerti item,5.7.8.& 9. Testem, ad 106. Articulum probatorialem, attestari : se legisse priuilegium illud nobilitatis, familiæ Z. à Carolo Quinto largitum.

Rationis itaq; videbatur, dicere: nobilitatem, eo ipso, sufficienter satis comprobatam esse. A quo enim nobilitas,nisi à principe? Tradente *Bl.in l. sacrilegij. C.de dauers.refer. Ias.in l.omnium.n.1.C.de testam.& complurimis in id congestis,tradit Tiraq.in tr.de nobilit.c.6.n.1.2.& 10.* 44

Quinimò proprie, is dicendus est nobilis, quem princeps nobilitate donat. *Paul.de Castr. ad l.quoties in fin.C. vbi senat. vel clariss. Castr. cons. 22.n.2.lib.2.Tiraq.d.tr.de nobilit.c.6.n.2.verf.& Paul. Castr.* 45

SECVNDÒ: certum quoq; est illud, quod iniuriam sibi illatam,recte quis probet, testium attestationibus. *vti ex Socin. senior.cons.146. post.n.7.col.3. verf.circa tertium. vol.1.in indiuiduo tradidit Masc.in tr.de probat.concl.902.n.1.* 46

Quo iure eatenus etiam vtimur,vt per duos testes, iniuriam probatam esse sufficiat. *per eán omni negotio ext.de testib.& l.vbi numer.ff.eod.tit.* 47

Iam verò, noster Actor, se percussum, & vulneratum à Reo,non solùm probauit testibus:pro vt hoc, ad 35.artic. probat. attestati sunt,1.2.3.4.5.7.& 8.Testis:verumetiam probationum illa regina, confessione iudiciali, ipsius Aduersarij: Quandoquidem ipse Aduersarius,verum hoc esse ponit, atq; confitetur,in Articulo suo 61.Elisiuo.

Quin itaq;Actor probarit iniuriam,& quidem realem,ambigi vlterius non oportet.

48 TERTIÒ: vulnus, iure quo vtimur, ita diffinitur: quod fit scissura, vel tumefactio corporis, quæ posteà vel per se, cum sanie rumpitur, vel quia latet, per chyrurgos rescinden-
da est. *l.si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad l. Aquil. Br. in l. prætor ait. §. atrocem. n. 1. & 2. ff. de iniur. Angel. Aret. in tr. malef. in v. & ipsum Tit. percuss. & vulner. n. 1. & 2. & ibi August. Arim. in addit. Hipp. de Marsi. in pr. crimn. §. & quia. n. 18. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. tit. de vulnerant. n. 1. Boer. in consuet. Buurig. tit. de iuriid. §. 17. gl. 1. Ioh. de Arn. caut. 2.*

Probauit itaque Actor noster, non solùm iniuriam, verumetiam vulnus. Attestati enim hoc ipsum sunt, 1.2. 3.4. 5. 7. & 8. Testis ad Articulum probatorialem 35. nec non, 1.8.9.10 & 23. Testis, ad 61. Articulum Elisiuum, nec non 19. Testis, ad 72. Articul. Elis. & 2 interrogat. eiusdem.

Nec obstat, quod attamen Reus, vulnus vllum conspectum fuisse neget: sed tumorem tantùm, percussionem secutum, alleget: Ete-
49 nim, non inspiciendum est, quid habeat partis allegatio: sed quid contineat in se, testium attestatio. Cum in ore duorum, vel trium, omne stet verbum, & veritas. *c. in omni ext. de testib. Canal. in tr. de tut. & cur. n. 251. Couarr. pract. quæst. c. 33. n. 3. Garc. in tr. de vlt. fin. iur. nu. 236. Pract. Pap. in form. oppon. cont. testes in V. fuit q. etiam singulares.*

50 Vt taceam, non minùs percussionem, absque vulnere, cum solo tumore, causam morbi, qui postea inualit Actorem, esse potuisse, quàm percussionem cum vulnere. *per tradit. Thom. Triuis. dict. 58. n. 20. lib. 2.*

51 QVARTÒ: non solùm vulnus, & iniuriam simplicem probauit Actor, verumetiam enormem, & atrocem iniuriam. Etenim omnis iniuria, cum sanguinis effusio coniuncta est, & ob quam, iniuria affectus, curatione & opera, Medicorum & Chyrurgorum indiget, enormis est, atq; æstimatur. *tradente in induiduo. Damhoud. in pract. crim. c. 137. n. 17. per §. atrox. Inst. de iniur.*

Iam verò, sanguinem hîc effluxisse, attestatur 1. Testis ad 3. interrog. 35. art. probat. & 9. Testis ad 7. & 8. Interrogat. art. 61. Elisiui.

Sic quoq: 3. Testis, ad 3. Interrog. 35. art. probat. deponit atq; attestatur vulnus hoc, chyrurgi curatione. opus habuisse.

52 Sed & vulnus omne, quo facies hominis lœditur, atrox iniuria dicitur. *tradente Cran. conf. 474. n. 2. & ex Florian. Ang. Aret. Iodoc. Damhoud. Boër. Gomez. Fab. de Mont. Leon. Marc. Anton.*
* *Eugen. & Menoch. hanc esse communem, testu est Farinac. in pract. crimin. q. 18. n. 27.*

53 Quantò magis itaq; vulnus, quod capiti hominis infligitur, atrocem iniuriam existimabimus. *Pro vt hoc in induiduo tradidit Felin. ad c. significasti 1. 2. n. 1. limit. 1. ext. de homicid. Marin. Freccia. in tr. de subfeud. lib. 2. Rubr. quæ ducatur Comes. n. 43. vers. vulnus in capite facit. ad. Triuis. d. decis 58. n. 9. lib. 2.*

Atenim hic, Testes ferè omnes, ad 35. Art. probat. confessi sunt, caput Actoris, vulneratum fuisse. Sed & idipsum, in 61. artic. Elisiõ ipse fatetur Reus.

QVINTÒ: non solùm, à Medicæ artis professoribus, verumetiam à Nostratibus tradi- 54
tum est: nullum capitis vulnus, negligendum esse. *Vti ex Hippocrate, post Hipp. de Marsi. attestatur Wesenb. conf. 19. n. 9.*

Rursus itaq;, grauior hîc fit iniuria, cum caput Actoris, vulneratum hic fuerit: sed & hinc facilius concluditur: vulnus morbi postea insecuti, causam extitisse.

SEXTÒ: atrociorem quoq; fieri iniuriam, 55
ex genere armorum, quibus vulnus infligebatur, omninò certum est. Et de vulnere, quod hasta percutiebatur, in indiuiduo tradidit *Felin. ad d.c. significasti. el. 2. n. 11. ext. de homicid. Masc. in tr. de probat. concl. 97. n. 2. qui in id Alb. de Rosat. Bl. & Salyc. adduxit. Borchelt. in tr. feud. c. 8. n. 89. vers. quintò. Thom. Triuis. d. decis. 58. nu. 4. lib. 2.*

Hîc verò, vulnerationem hasta factam esse, attestantur Testes ad 35. art. probatorial. & 61. art. Elisiuum.

SEPTIMÒ: hæc quoq; omnia, animo iniu- 56
riandi facta esse, probare non cogitur Actor; sed animum iniuriandi abfuisse, probabit (si potest) Reus. Etenim vbi adest iniuria realis, & tam atrox præsertim, ibi iniuriandi animus præsupponitur, & neganti animum iniuriandi abfuisse, incumbit probatio. *Vti ex Ang. Salyc. Aret. Guid. Pap Capoll. Dec. Alc. scriptum reliqui Menoch. præsumt. lib. 5. præsumt. 3. n. 47 Mascard. in tr. de probat. concl. 97. n. 9 & concl. 902. n. 8. vbi Bertrand. Marant. Luc. de Penn. & Iacob. de Belluc. præter antea recensitos, in id adducit.*

Neq; verò illud: OCTAVÒ, excusabit 57
Reum, quod scriba, tempore iniuriæ illatæ, Actore vsus sit. Nam nec ob id, iniuriandi animus cessat, dummodò talia fuerint arma, quibus famulus, seu scriba percussus est, quibus mors inferri posset. *Franc. Hercul. in tr. quo teneat. prob. neg. at. n. 166. Mascard. d. tr. de probat. d. concl. 97. in fin. Alex. de Imol. conf. 75. n. 5. volum. 3.*

NONÒ: certò quoq; illud constat, quod in 58
dijudicatione, super eo rectè instituenda, quale sit vulnus, & an causa mortis, morbi, aut debilitationis, extiterit, nec ne, standum sit iudicio peritorum in arte, atq; sic Medicorum, atq; chyrurgorum. *Br. in l. 1. in pr. ff de vent. insp. Felin. in d.c. significasti el. 2. n. 4. ext. de homicid. Aug. Aretin in tr. malef. tit. in v. vna alia percussione. n. 2. & 3. & ibi August. Arim in addit. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. tit. de vulnerant. n. 7. Iodoc. Damhoud. in pr. crimin. c. 77. n. 10. Masc. in tr. de probat. concl. 1169. n. 4. & 5. Garl. obs. 111. n. 1. dub. 2. Ludouic. Carer. in pract. crimin. §. vndecimò igitur. n. 14. Anton. Columban. in tr. proced. in contr. crimn. n. 28. Franc. Casoni in tr. de form. c. 2. n. 3. Ioh. Bernardin. Muscatell. in praxi crimin. tit. de vulner. lesib. nu. 9.*

& passim per tot. Rutg. Rubr. in tr. de commiss. p. 1. lib. 1. t. 10. n. 10. Thom. Triuis. decis. 58. n. 18. lib. 2. Crau. cons. 491. n. 9.

59 Et ne per emendicata, eamus suffragia in specie, quod Medico, adhibeatur plenissima fides, si attestatus fuerit, vulnus, febrim, aut similem morbum, incitasse, *ex gl. in c. presbyterum. ext. de homicid. decidit Rol. à valle cons. 30. n. 27. volum. 3.*

Jam verò 5. Testis, P. A. Medicinæ Doctor: & Physicus Reipub. S. ad I. ad 7. Interr. Artic. probatorialis 90. deposuit atq; fassus est, quod censeat hemiplexiam, ex vulnere ortum habuisse: seine vermuthung sey / das die kranckheit dem schlage gefolget.

Quodipsum etiam attestatur 7. Testis M. T. chyrurgus, ad 5. interr. Artic. probator. 90.

Plena itaq; fides facta est, vulnus hic, morbo, causam præbuisse.

Nec obstat, quod attamen, tum Medicus, tum chyrurgus, de credulitate tantùm sua deponant (dixit enim Medicus: seine vermuthung

60 sey: item chyrurgus ait: seines erachtens) nam & hac in parte, de credulitate, testimonium sufficit. *tradente in indiuiduo Monald. d. cons. 150. n. 52. volum. 1.*

61 Sic quoq; non obstat, quod vnicus tantum medicus, vnicus item chyrurgus tantum, in præsenti negocio deposuerint: quodq; traditur, rem valdè periculosam esse, vni Medico, etiamsi alioqui peritiam suam, satis comprobarit: *tradente, & altos adducente Tiraq. in tr. de pœn. caus. 51. n. 15.*

62 Vni item chyrurgo, fidere: *tradente tursus in indiuiduo Damhoud. in pract. crim. c. 77. n. 14.*

63 Nam verum idipsum non est, si Medicus, vel chyrurgus, qui solus de vulnere attestatur, certæ cuiuspiam Reipub. stipendia commeruerit. *Ita tradit in indiuiduo Felin. in d. c. significasti. d. 2. n. 5. ext. de homicid. Br. ad l. 1. per ill. text. C. de ponder. & aur. sollat. lib. 11. Damhoud. in d. pract. crim. d. c. 77. n. 15. Ioh. Bernard. in Muscatell. d. tit. de vuln. lethal. n. 54. vbi hanc esse communem attestatur.*

64 Item, nisi vnus tantùm Medicus, aut chyrurgus, in loco reperitur. *Felin. in d. c. significasti. el. 2. n. 6. ext. de homicid. Damhoud. & Muscatell. in locis proximè designatis.*

65 Nec enim obstrictus quis est, ad accersendos Medicos, aut Chyrurgos, aliundè. *Vti habet communis opinio, de qua testem, tursus se præbet Muscatell. d. tit. de vulner. lethal. d. n. 34. vers. quicquid dixerit.*

Atenim hîc, vterq; & chyrurgus & medicus, publicè à Repub. si fuerant conducti, & præter eos, nemo alius aderat tum temporis, vel medicus, vel chyrurgus.

Facessat itaq; obiectio.

Eodem quoque modo, non obstat illud: quod attamen reliqui Testes plæriq;, contrarium huius videntur deposuisse. Vulnusculum enim tantùm, Actori inflictũ fuisse, quod nec magnum, nec profundum fuerit, aiunt.

Sic quoq; attestantur, quod erectus incesserit, etiam post acceptam plagam, quod item in campo, cum reliquis heri sui administris deambulauerit, animi recreandi causa, aliquot post diebus, quàm percuteretur:

Nam quicquid eius rei sit, horum Testium attestata, Medici & Chyrurgi attestationibus, prævalere non poterunt. Cum de vulnerum 66 qualitate, & qui hinc consecuti sint morbi, vel consequi potuerint, recte, vtpotè in arte imperiti, reliqui testes, non perhibeant testimonium. *Vti ex Innoc. Affl. Roger. & Corn. in indiuiduo trad. Muscat. in pr. crim. d. rubr. de vuln. leth. n. 15.*

Deniq; momenti alicuius, illud quoq; non est, quod 5. Testis, D. P. A. Medicus, ad 37. articulum probatorialem deposuerat: apoplecticum fuisse Actorem, cum ad eum, opera eius medica vsurus, afferretur. Quod & is ipse Testis, ad 84. artic. Elis. repetijt.

Cum tamen reliqui Testes attestentur, illum mente fuisse aliquandiu, morbo nimio oppressum, abalienata. Quod & ipse Medicus, ad 90. artic. probat. nec non ipse chyrurgus, ad eundem articulum, attestati sunt:

Nam hæc contraria non sunt: mentis com- 67 potem aliquem non fuisse, & apoplecticum esse. Cum & apoplexia, mentis abalienationem secum trahere soleat. *tradente ex nostratibus, ne id à medijs emendicemus Gerhard. Mazoll. cons. 12. n. 39 volum. 1.*

Decimò: non releuat quoq; Reum quicquam, quod Actor, dum percuteretur, præceps in terram, extra conclauis ianuam, datus sit.

Nam sine percussio, siue illa in præceps 68 datio, morbi, qui deindè Actorem prostrauit, prostratumq; tandiu afflixit, causa fuerit, vtroq; attamen casu, ad damna, & interesse resarcienda, obligatus est Reus. Exemplo eius, quod traditur: eum, qui hominem percutit gladio, si is inter percutiendum ceciderit, & ictus fregerit, ex qua cruris fractione, post deindè, & non ex vulnere moritur, teneri, etiam de homicidio. Vndè tantò minùs, à damnis & interesse, excusatus erit. *Vti in indiuiduo decidit Alc. cons. 23. incipit: omnimodò. n. 1. lib. 7. per l. nihil interest. ff. ad l. Corn. de sicar.*

Sic quoq; tenetur de homicidio is, qui vul- 69 nerauerat aliquem, licet vulneratus reconualescere, ob vulnus potuisset: nisi febris, ad vulnus accessisset. *Vti ex Alb. de Gan. in pract. crim. tit. de homicid. tradit is ipse Alc. d. cons. 23. n. 5. lib. 7.*

Etenim euentus triſtior, delictum omne 70 aggrauat. *l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. Alc. d. cons. 23. n. 10. lib. 7.*

Sic quoq; Vndecimò: Reo non prodest quicquam, quod ab initio inflicti vulneris, & quidem per aliquot adhuc dies, hemiplexiam non senserit Actor. Veluti hoc loquuntur attestata:

Nam

Nam etsi ex interuallo, dierum aliquot, vulnus inflictum, febris, vel hemiplexia, seu vt practici loquuntur, spasmus secutus sit, vulnerans, nihilòmagis liberatus erit: quin de vulnere, & omnibus hinc prodeuntibus damnis, & interesse, vulnerato sit obstrictus. *tradentibus in individuo, ex Felin. Hipp. de Marsf. Dec. Bl. Ang. Boër. Grammat. Cap. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. d. rubr. de vulnerant. sub n. 20. versic. & vide. Marsf. Mascard. in tr. de probat. concl. 1077. n. 11. Ludouic. Carer. in pract. crimin. §. vndecimò. n. 1.*

Dvodecimò: illud quoq;, ex Testium attestationibus constat, quod plærìq; Testes censuerint, Reum, octo millibus lubentiùs longè cariturum, quàm eiusce modi vulnera, morbos, & calamitates, qualibus Actorem affixit, pati vellet. Vti videre est, ex 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Testium depositionibus, ad artic. 108. probatorialem.

Probauit itaq; Actor, non solùm iniurias, vulnera, morbos, verumetiam æstimationem iniuriæ, per testes. Et per consequens, ampliùs nihil restare videtur, quàm vt Reus in æstimationem illam, quæ octo millium est,
72 condemnetur. Cum Iudex iniuriarum æstimatione, per testes probata, eam sequi, necesse omninò habeat. *Vti in individuo tradunt Cyn. ad l. si non conuitij. n. 17. C. de iniur. Rayner. de Forlin. ad l. vnic. n. 60. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. Aegid. Bossi. in pract. crimin. tit. de iniur. sub n. 2. Mascard. in tr. de probat. concl. 903. n. 2. Socin. Sen. cons. 146. post n. 15. vers. circa quartam. vol. 2.*

73 * Accedat adhæc Decimotertiò: quod concordi consensu, tradunt Iuris Interpretes omnes: etiam tunc, cum in ambiguo versamur, præsumendum esse, vulnus morti ansam præbuisse. *Vti rursus ex Dec. Cap. Fel. Boer. Socin. & Grammat. docet. Masc. in tr. de probat. concl. 1037. n. 45. Gail. obs. 111. n. 9. lib. 2. Odofred. in tr. de percuss. n. 2. Hipp. de Marsf. cons. 7. n. 12.*

74 Id quod maximè verum est, eo casu, cum vulnus acceptum fuerit, in loco periculoso, veluti capite. *Masc. d. concl. 1037. n. 45. & DD. mihi ab eo adducti.*

75 Deducto itaq; argumento, à minori, quod fortiùs mum in iure est: *Euer. in top. in loc. à minor. n. 1. Exca in tr. de pact. n. 538. vers. tertiò. Cald. in l. si curatorem in v. hunc contractum. n. 23. vers. nec etiam. C. de rest. in int. Bender. in tr. de reuin. concl. 1. n. 14. Cacher. decis. 94. n. 13.*

Consequatur necesse est, multomagis morbi causam, vulnus extitisse.

Fac itaq; (id quod tamen, citra veritatis præiudicium fiat) deesse aliquid adhuc, probationibus Actoris nostri, supplebunt attamen defectus illos, illæ, quæ à partibus Acto-
76 ris stant præsumtiones. Arq; sic in indiuiduo, quod vulnus semper existat, causa reliquorum accidentium, veluti febrium, & aliarum infirmitatum, scriptum reliquit *Odofred. in tr. de percuss. n. 7 per c. presbyterum. & c. ad audientiam ext. de homicid. l. nihil. ff. ad l. Corn. de sicar. & l. qui occidit. §. vlt. ff. ad l. Aquil. cum similib.*

Sic quoq; Decimoquartò: in genere 77
verum est: non tantùm hoc respectu, verumetiam alias semper, contra vulnerantem, omnes stare, iuris præsumtiones. *vti Bl. & Capoll. autoritatibus adductis, autor est Hipp. de Marsf. cons. 7. n. 14. per c. significasti. el. 2. ext. de homicid.*

Videtur itaq;, præter probationes quoq;, quas fecerat Actor, intentionem eius, de iure fundatam esse.

Decimoquintò: illud quoq; contro- 78
uersia caret, quod in causis criminalibus, dummodò ad pœnam agatur pecuniariam, iuramentum necessarium deferre, denegatum non sit. *vti ex Alex. de Imol. Iaf. Hipp. de Marsf. Lancil. Conrad. Cephal. & Villalpand. refert, communemq; esse attestatur Iul. Clar. in pract. crimin. §. vlt. q. 63. n. 3.* *

Fas itaq;, licitumq; esset Actori, si quid probationibus eius deesset, iuramentum hoc sibi deferri, à Iudice postulare.

Decimosextò: etiamsi Reus probarit, 79
Actorem plagas has, euitare potuisse, si vt iubebatur, ab hero ipso: si vt admonitus, ab astantibus fuerat, è conspectu heri, donec iram concoxisset, discessisset. Vti palàm fit, ex attestationibus.

Nihil tamen idipsum, opitulari posse Reo, 79
videtur. Cum vt superius commonstratum est, Actor sit persona nobilis. Nobiles autem neminem fugere teneantur. *vti ex Cyn. Br. Bl. Florian. de s. Petr. Ioh. de Anan. Ang. Aret. & Hipp. de Marsf. docuit Tiraq. in tr. de nobilit. c. 20. n. 63. Gerh. Maz. oll. cons. 71. n. 24. vol. 1.*

Decimoseptimò: etiamsi adessent ali- 80
qua (quod tamen ab Actore negatur) quæ quod Actor iniurias remisisset, præ se ferrent: hinc tamen apti quicquam, ad remissionem damnorum, & interesse, non inferretur. Etenim separata esse iniurias: & damna & interesse, certum est. *tradente in individuo Menoch. præsumt. lib. 3. præsumt. 114. n. 4.*

Vndè à remissione iniuriæ, ad remissio- 81
nem damnorum, expensarum, & interesse, inepta est ratiocinatio *Abb. in c. 1. n. 7. ext. de iniur. Iaf. ad l. 1. n. 16. ff. de pact. & ex Bl. Ioh. de Anan. Ioh. Fabr. Ang. Aret. Iacob. de S. Georg. Boer. Couarr. Placa.* * *& Mynsing. receptam esse sententiam, testa est Menoch. in tr. præsumt. lib. 3. d. præsumt. 114. n. 3. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. rubr. de iniuriant. n. 34. Prosp. Farinac. in pract. crimin. q. 5. n. 11. ampliat. 2. qui in id, præter antea recensitos, Steph. Auster. & Ioh. de Amic. adducit Mascard. in tr. de probat. concl. 902. n. 29. Pet. de Bellapert. ad l. vnic. n. 40. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, profert. Gomez. var. res. lib. 3. c. 6. n. 13. Eman. Soar. com. opin. lit. I. n. 78. Surd. in tr. de alim. tit. 7. q. 16. n. 85. Franc. Vuius com. opin. 141. lib. 2. Ioh. Bapt. Vincem. int. cons. feud. diuers. cons. 1. n. 165. Laurent. Kirchoff. int. cons. diuers. cons. 8. n. 39. volum. 2.*

82 DECIMOOCTAVO: scriptum quoq; apud Interpretes extat: quod etiamsi vulneratus, & vulnerans, de vulnere transegissent, illam tamen ipsam transactionem, non fore porrigendam ad eum casum, quo mortem ex vulnere, post perfectam iam transactionem, vulneratus obijsset. *Ita decidit, magq; communem attestatur Prosp. Farinac. in d. pract. crimin. q. 14. n. 28. vbi Capoll. signor. de Homod. Boer. Gomez. Plac. Nouell. Albert. de Gandin. Roman. Bosf. Padrll. Villalpand. Clar. & Vulpell. autoritates, in id adducit.*

Quare si in Actis, deprehendatur quid, quod transactionem, seu remissionem aliquam, hic interuenisse, inter percutientem, & percussum, velle videtur: cogitandum interim erit, facta hæc omnia, priùs fuisse, quàm S. deferretur Actor, & præsciscere posset, se, à tam periculosissimo morbo, oppressum ira, qualem eum postea occupasse, euentus ostendit.

Quare ad ea quoq;, quæ postea S. contigerunt, remissio quoq; hæc extendi nõ poterit.

83 DECIMONONO: explorati quoq; iuris est illud: quod morbi vitium, durare præsumatur, donec sanitati quem pristinæ restitutum, ab allegante eam, probatum fuerit. *Alcan tr. præsumt. reg. 2 præsumt. 19. n. 1. Menoch. in tr. præsumt. lib. 6. præsumt. 44. n. 2. vbi Abb. Butr. Alex. & Barbat. in id adducit. Ludouic. Gomes. ad Regul. Cancell. reg. de infirm. resign. q. 9. n. 4. Petr. Royz. decis. Lituan. 4. n. 347. Tiber. Dec. cons. 33. n. 39. volum. 4. qui præter hactenus recensitos, Cardinalem quoq; Zabarell. meminit.*

Non itaq; hîc, Actori poterit denegari, certa, eaq; annua quantitas. Ob id enim, quod quis ex vulnere debilitatur, morboq; cuius causa exiterat vulnus, etiam deinceps laboraturus sit, hæc contendenda est. Cuius rei super nis fides est facta.

VICESIMO & vltimò: etiamsi hæ iuris præsumtiones, à partibus Actoris, non starent: deferri attamen ipsi poterenti, super eo, an valetudinem pristinam recuperauerit: an verò etiamnum morbi reliquias sentiat, iuramentum oporteret.

84 Cum iuris sit peruulgatissimi: standum esse iuramento eius, qui se eodem adhuc infirmitate, & morbo, detineri, sub sacramenti religione affirmat. *Vt ex specul. in. Cardin. & Br. attestantur in tractando Mascard. in tr. de probat. concl. 1071. n. 2 Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & prob. §. 2. gl. vnic. n. 1368.*

Quare, vt rem summatim complectar, nihil ex omnibus ijs quæ Actorem ciuiliter iniuriarum, tractat. Aquilia actione, agentem, probare oportebat, desiderari posse, videbatur.

III. QVÆSTIO.

An elisæ sint Actoris probationes.

FAtendum equidem est, speciem hæc aliquam recti habere: at re, vti decebat, pressiùs aliquantò considerata, magis rationabile videbatur dicere: Actorem, aut nihil planè probasse: aut si quicquam probarit, elisum attamen esse, omne illud, quicquid id fuerit.

Id quod ex sequentibus, constare posse arbitror.

PRIMÒ: etenim certum est, quod substantia actionis iniuriarum, versetur in eo, vt edoceatur animus iniuriandi in illo, qui iniuriam, vel dixisse, vel scripsisse arguitur. *tradentib. in indiuiduo Oldrad. cons. 53. n. 3. Henning. God. cons. 31. n. 11. Mynsing. cons. 74. n. 6. Ernest. Cothman. cons. 34. n. 372.* 85

Etenim vbi cessat iniuriandi animus, ibi iniuriam astruere velle, irriti conatus est. *l. si non contitig. & vbi Petr. de Bellapert. per ill. text. n. 4. C. de iniur. Lancel. Conrad. in tr. de effect. prætor. tit. de iniur. n. 5. Prosp. Farinac. in præt. crimin. q. 16. n. 67. Ludouic. Burgens. l. si se subiecerint. n. 151. ff. de iudic. Gail. obs. 106. n. 4. lib. 2. Modestin. Pist. q. 35. n. 6. & n. 11. p. 2. Dec. cons. 487. col. vlt. Crau. cons. 18. n. 36. cons. 386. n. 7. Burs. at. cons. 94. n. 18. vol. 1. Hieron. Gabr. cons. 167. n. 41. volum. 2. Rum. cons. 145. n. 10. vol 5. Swesenb. cons. 22. n. 3. & 7. vers. maxime cum iniuria. Gud. Pancirol cons. 5. n. 4. vol 1. Hamm. de Rub. cons. 51. n. 56. Ludolph. Schrad. int. cons. diuers. cons. 40. n. 46. volum. 1.* 86

SECVNDÒ: non solùm iniuriandi animus: aptè & concludenter probandus est: verumetiam dolus eius, qui iniuriam intulisse culpatur. *Prosp. Farinac. in præt. crimin. d. q. 16. n. 67. Tieleman. de Benign. in syntagm. decis. Camer. al. syntag. 2. decis. 3. vot. 5. n. 7. Dan. Moll. ad consil. Saxonic. const. 42. n. 24. p. 6. Ioh. Ios. de Leonard. int. cons. Alb. Brunn cons. 114. n. 322. Mev. cons. 107. n. 8. vol. 3. Burs. cons. 442. n. 11. vol. 4. Cardin. Paris. cons. 73. n. 14. & 15. vol. 4. Ioh. Vincent. Honded. cons. 95. n. 41. vol. 2.* 87

TERTIÒ & hoc iure eatenùs vtimur, vt ne culpam quidem latam, iniuriam inferentis, hac in parte probasse sufficiat. *gl. ad l. magna. ff. de verb. signif. Prosp. Farinac. in præt. crimin. q. 16. d. n. 67. vers. solaq; culpa. vbi Bl. Cran. Bertrand. & Capoll. in id adduct. Ludolph. Schrad. int. cons. diuers. cons. 20. n. 57. volum. 1. Ioh. Vincent. Honded. cons. 96. n. 10. & cons. 112. n. 23. vol. 1.* 88

Nec distinguemus, an de iniurijs, agatur ciuiliter, an criminaliter: item an agatur, actione iniuriarum simplici: an verò actioni iniuriarum comungatur, ex l. Aquilia actio. Vtroq; enim casu, & animum iniuriandi, & dolum, probare oportet. *Vt de priori casu tradederunt Capoll. cons. crimin. 71. n. 11. Crau. cons. 9. n. 36. Dec. cons. 487. in fin. Menoch. cons. 107. n. 1. per l. illud & l. quod Reipul. ff. de iniur.* 89

De posteriori, vero scriptum reliquit *Tieleman. de Benign. in d. syntagm. decis. Camer. al. syntagm. 3. decis. 2. vot. 6. n. 16. per l. illud, & l. non solum. ff. de iniur.*

QVAR-

90 QVARTÒ dubitandum quoque non est: quod & ad iniurias, quod attinet, dolus, animusq; prauus excusetur, qualibet causa, siue iusta: *l. item apud. §. si quis astrologos. ff. de iniur. Ruin. cons. 145. n. 14. vol. 5. Conart. Nat. resol. lib. 1. c. 11. n. 6. Iob. And. in addit. ad Speculat. in tit. de iniur. in pr. in v. concipitur. vers. aut illud consuetum. Prosp. Farinac. in prax. crim. d. q. 16. n. 68.*

91 *Sine iniusta illa fuerit gl. ad d. §. si quis astrologos in v. si quis Oldrad. cons. 53. n. 3. vers. imò quandoq;. Prosp. Farinac. d. q. 16. n. 69. qui in id Castr. Iason., Albert. de Rosat. & Mynsing. autoritates affert.*

Vt itaq; hîc, i niuriandi animus probari tuisset?

Cogita enim herum hîc esse, qui percusit: percussum verò eum, qui pro scriba erat conductus.

Quæ autem verisimilitudo esse potest, herum nobilem, domestico, & scribæ suo, iniuriam dolo malo, inferre voluisse, absq; causa præsertim iusta, & legibus approbata?

Cogita item, vulnerationem promanasse ex eo, quod scriba, tunc valdè ebrius fuerit, cum maximè sobrium eum esse, decuissest: quod iussui domini non obtemperarit: quod item petulantissimum, & ira vt nihil supra peruersum, sese erga dominum de pertinaci sua inobedientia, illum coarguente, gesserit: quod deniq; parùm absfuerit, quin ipse violentas manus, hero inferret: quod tali moderatione vsus fuerit herus, vt non nisi vnico ictu, pro petulantia tanta, actorem castigaret:

Cogita deniq;, quam tandem rerum omnium confusionem, & ἀταξίαν introducturi simus, si heris nobilibus præsertim, quibus cum seruis præferocibus, & audacissimis conuersandum est quotidiè, ob percussionem quamuis leuissimam ne iniuriarum actione, impetantur, extimescendum sit.

Dicendum itaq; omnino erit, actionem injuriarum, in præsenti negocio, fundamentum in quo requiescat, reperire nullum.

92 QVINTÒ: & iure decisum, & ab Interpretibus eius traditum est: quod sola affinitas, & coniunctio iniuriantis, & iniuriati, ab iniuriarum actione, excusationem præstet *gl. 2. ad l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. Albert. de Gandin. in tr. malef. tit. de præsumt. & indic. indub. col. 2. vers. præsumtio verò hominis. Iacob de Belun. in prax. crimin. in tit. de quæst. Br. in l. vt vim. n. 4. ff. de iust. & iur. Iaf. in l. 1. n. 22. ff. de ll. Gail. obs. 106. n. 6. lib. 2. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. c. 3. n. 14. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 5. præsumt. 40. n. 15. & 18.*

93 Præstabit itaq; multomagis, ab iniuriarum actione immunitatem, potestas dominica. Cum tam angustis finibus, emendatio seruorum, ac propinquorum non sit inclusa. *tot. tit. C. de emend. seruor. & C. de emendat. propinq.*

94 Cum item affinis affini: coniunctus coniuncto, facilius longè, iniuriam inferat, quàm dominus seruo ingenuè seruienti: per argumentum à communiter accidentibus, quod in probationum materia, rectè concludit. *vti ex Bl. adducit Euer. in top. in loc. à comm. accid. n. 2. vers. imò locus.*

SEXTÒ: incogniti quoq; iuris illud non est, quod frustrà quis perat, iniuriam sibi illatam vindicari, si ipse, occasionem iniuriæ præbuerit. *Bl. in auth. habita. n. 31. per ill. text. & ibi Salyc. n. 9. Bartbol. Bologuin. n. 182. Petr. Rebuff. ad v. fine causa, mihi fol. 710 in exemplari Francofurti excuso C ne fil. pro pat.* 95

Frustrà itaq; elaborat noster Actor, iniurias, quas sibi illatas esse dicit, vindicare, atq; vlcisci. Etenim si quæ ei illatæ essent, quem accusaret, præter se, haberet neminem. Vti enim attestatur 4. Testis ad 2. artic. probat. non tantum hac vice, verumetiam anteà sæpiùs, aduersus se, iram heri sui prouocauit.

Sed & 10. Testis, ad 11. artic. Elisiuum, attestatur, quod antehac etiam, neglectis ijs, quæ herus mandauerat, potù, totus confectus & languidus fuerit.

Sed & ebrius totus erat, tum temporis, cum ab hero percuteretur, veluti iurato perhibuerunt, 1. Testis, ad 40. artic probat. 2. Testis ad 28. artic probat. & deinceps reliqui.

Sic infinita ferè extant, verborum, dictorum, & factorum Actoris, procacium, & petulantium, quibus tandem vt percuteretur effecit, in attestatis monumenta.

SEPTIMÒ: iniuriandi animus, dolusque præsumi non potest, aut debet, in eo, qui iniurias inferre, non erat solitus. *tradentibus Speculat. in tit. de accusat. §. sequitur vers. vel dic. Bursat. cons. 94. n. 30. vol. 1. Menoch. cons. 145. n. 28. vol. 2. Iob. Vincent. Honded. cons. 96. n. 11. vol. 1.* 96

Noster verò Reus, antehac vnquam, vel verbalis, vel realis iniuriæ nomine, à quoquam in iudicio criminatus non est.

OCTAVÒ: quoties quis percussit, non vt iniuria quem afficeret: sed vt corrigeret, toties cessat iniuriarum actio *vti in indiuiduo tradit Nicol. Carb. in pract. lib. 2. c. 2. n. 19 limit. 8. per Istem apud. adijcitur. ff. de iniur.* 97

Cum tamen hic verè appareat, ex adductis superiùs, non animum iniuriandi, sed animum corrigendi, Reo, fuisse. Id quod diluciùs adhuc, ex attestatis 9. Testis, ad artic. 68. Elisiuum apparet. Ibi enim attestatur: quod herus postera die, Actorem, ab istiusmodi peruersitate, dehortatus sit: quodq; simul eundem increparit, quod die præterita, eiusdemodi turbas, sine causa vlla dedisset.

NONÒ: explorati quoq; iuris est: quod aliquid, certo respectu iniuriosum: certo item respectu, non iniuriosum, si id suadeant, negocij, & personarum qualitates, & circumstantiæ, rectè dijudicetur. *vti ex Iacob. de Beluu. Albert. de Gandin. Bonif. de Vitell. & And. Gail. in indiuiduo, scriptum reliquit Masc. in tr. de probat. concl. 209. n. 12.* 98

Hic itaq; ob personam domini, & scribæ, & ob temulentiam, petulantiam, & improbitatem scribæ, vulnusculum quod scribæ infligebatur, iniuria inflictum non esse, meritò dijudicabimus.

99 DECIMÒ: hoc quoq; iure perpetuò vtimur, quo factum aliquod, etiamsi iniuriæ speciem habuerit, non punitur tamen, vt iniuria, si constet, illud alio, quàm iniuriandi animo, perpetratum esse. *Vti in indubio decidunt DD. communiter ad l. si non conuity. C. de iniur. & ad l. illud. ff. cod. tit. Alex. de Imol. conf. 202. n. 4. in fin. & n. 5. vol. 2. Cardin. Paris. conf. 78. n. 15. vol. 4. Ruin. conf. 135. n. 10. vol. 5. Socin. Iunior. conf. 134. n. 46. in fin. vol. 3. Tiber. Decian. conf. 34. n. 16. volum. 4.*

Non itaq; hic, iniuriarum actio competere potest. Cum constet scribam, ab hero suo, ideò vt frugi posthac fieret: & illos, quibus inseruiret, reuerentiæ habere addisceret, percussum esse.

100 VNDECIMÒ (id quod salua illibataq; veritate fiat) ponamus: aliquam hic, conspicari licere, iniuriam, certum tamen est, indubitatumq; ; eam mitius puniendam fore. Eò, quod is, qui in emendandis domesticis, modum excesserat, non teneatur attamen, nisi de excessu tantum. *Vti in indubio, conplurimis in id adductis, decidit Alex. de Imol. conf. 75. n. 4. vol. 3.*

Hic autem Actorem, Rei domestitum fuisse, probatione non indiget.

101 DVODECIMÒ: fac rursus, iniuriam sub præsenti negocio (id quod rursus ponimus, sed non concedimus) latere: adhuc tamen inconuullum stat illud: quod minor semper censeatur iniuria, ratione, & intuitu eius, qui iniuriam vel dixerit, vel fecit, prouocatus. Vti aliis in id adductis, *in specie decidit Felin. ad c. dilecti fily. n. 12. ext. de except. Aegid. Bosi. in pract. crimin. tit. de iniur. n. 6. Dec. in l. quicquid calore. n. 8. ff. de reg. iur. Abb. in c. 1. n. 2. ext. de iniur. fac. tradit. & Wesenb. conf. 19. n. 57. vers. & Bald.*

102 Etenim iustum dolorem temperare, longè est difficilimum. *l. quis adulterum cum incæstu. ff. ad l. Iul. de adult. Zoanett. in l. vt vim. p. 2. n. 79. & Mar. Salom. n. 11. ff. de iust. & iur. Garc. in tr. de vlt. fin. sur. n. 174. Roxe. decis. Lituan. 3. n. 525. Cald. ad l. si curatorem in v. sine curat. n. 38. C. de rest. in int.*

103 Et ille est princeps culpæ, à quo incipit malitia *l. quicunq;. C. de seru. fugit. l. si quis seruum. C. de furt. Wesenb. ad conf. 19. n. 57. d. vers. & Bald.*

Longe itaq; foret iniquissimum, & iniustissimum, Reum nostrum, vti perierat Actor, huius vulnusculi nomine, in duo millia, tantoq; magis, in octo millia condemnari.

Etenim Reum, in hoc negocio, summè fuisse prouocatum, ex ijs, quæ sub sexta decisionis ratione, adducta fuere, luculenter apparet. Nam vt ferioræ huius temulentiam, & ingeniu refractarium taceamus: sola inobœdientia eius, qua iussa heri, flocci faciebat & contemnebat, vt vapularet, & acriter castigaretur, promerita fuit.

Etenim vbi est contemtus, ibi est iniuria frequens. *Cephal. conf. 504. n. 8 per. c. præsens circa med. 20. q. 3.* 104

Sed & inobœdientia, nullum est maius malum, *vt ex Sepholæ refert & sequitur Zoanet. in tr. de Roman. Imper. n. 237.* 105

Vndè & odio omni digna est. *Cardin. Paris. conf. 20. n. 62. vol. 3.* 106

Et pœnam quandoq; mortis, dignam operis sui mercedem reportat. Vti alijs in id adductis, autor est grauissimus *Menoch. conf. 82. n. 126. volum. 1.* 107

Nec obstat, quod tamen in l. Aquiliæ actione, is qui damnum dederat, non sit absoluendus, etiamsi is, cui damnum datum erat, alterum prouocasset, & rixæ fecisset initium, *tradente in indubio Wesenb. in part. n. 4. ff. ad l. Aquil.* 108

Hactenùs enim ostendimus tantùm, eccur iniuriarum actio, procedere nequeat: pòst deindè verò, subnectemus rationes, quarum intuitu, aditus quoq;, ad l. Aquiliæ actionem, Actori nostrati præcludatur.

DECIMOTERTIÒ negari quoq; vllo modo non potest id, quod frustra iniuriarum agat is, qui eas perpessus, ad animum continùò non reuocauit. *Lancil. Conrad. in tr. de off. prator. Rubr. de iniuriant. n. 26. Flamin. de Rub. conf. 41. n. 3. vol. 1. text. in §. vlt. & ibi DD. commun. Inst. de iniur.* 109 *

Sed & ad animum, iniurias quem non reuocasse, probatur eo ipso, quòd quis de ijs, statim ac illatæ essent, conquestus non fuerat. *tradente in indubio Franc. Hercul. in tr. quis teneat. prob. negat. n. 315. vers. ex eo. quod de iniuria Marcell. Latam tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 1263. Sichard. ad l. quoniam. n. 6. C. de testib. Cephal. conf. 667. n. 33.* 110

Iam verò si tota, quotquot sunt attestata, syllabatim vsq; perlustraris, neminem tamen ex omnibus testibus, vspiam asserere deprehendes, quod vnquam Actor noster, etiam tum temporis, cùm S. esset reuersus C; & contubernalibus suis, solenne conuiuium appararet etiam verbulo, iniurias, quas nunc sibi imaginatur, ad se pertinere arbitratus sit, aut rem ad Iudicem delatum iri, comminatus fuerit: quodq; consequens est, vtiliter quoq; iniuriarum experiri non potest.

At fac, id quod concedi nequit, iniurias (siquidem hæc heri castigatio, & emendatio, recte iniuria dici possit) has, ad animum fuisse reuocatas: nihilò tamè magis obtinebit actor:

DECIMOQVARTO enim loco, verum est, quod quacunq; dissimulatione, etiam tacita, aboleatur iniuria, cessetq; iniuriarum actio. *Vt alijs in id adductis decidit Cachet. decis. 77. n. 36. Dan. Mull. ad consult. Saxonic. p. 3. consult. 26. n. 5. Wesenb. conf. 6. n. 169. Modest. Pist. conf. 3. n. 29. vol. 2. Franc. Pisc. conf. 88. n. 16. vol. 1.* 111

Sic ad tollendam iniuriarum actionem, 112
sufficit, si post flagra accepta, conuiuetur cũ * iniuriante, iniuriatus. *Placent. epu. de hist. lib. 1. c. 6. n. 43.*

8.n.43.vbi id omnes iuris professores sequi attestatur. Clar.in pract.crim.§ iniuria n.10.Tib.Dec.cons.138.n. 348.vol 1.Crau.cons.661.n.5. cons.721.n.11.& cons.779.n.1.

113 Vndè si iniuriatus, cum iniuriante, posteà comederit, aut eo cohabitarit, cum eo riserit, aut luserit. *Masc.in tr. de probat. concl.992.n. 20. Prosp.Farin.in pract.crim.q.55.n.11.v.amplia secundò Mart.Coler.in tr.de alim.lib.2.c.5.n.11.Guid.Pancir. cons.99.n.6.vol.1. quibus in locis, hanc esse receptam, apud omnes sententiam : complurimos item, huius sententiæ, scitatores, recensitos offendes.*

114 Etiamsi semel tantùm, id ipsum fieret. *Guid. Pancirol.d.cons.99.n.6.Crau.d.cons.661.n.5.*

115 Tantoq; magis, si feruitia ei præsiterit, confestim euanescit, iniuriarum actio. *Bl.in l. in ipsius per ill.text. C.fam.herc. Iaf. in l.ex hoc iure. n.69 ff. 19. ff. de vsuf. & iur. Marcell.Cala in tr. de mod.arbitr.& proband.§.2.gl.vnic.n.1293.Tiraquell. in l.si vnquam in v.donatione largitus.n.51. C. de reuocand.donat.*

Videamus itaq; quid hisce de rebus habeant, Testium vtriusq; partis depositiones & attestata.

Et equidem 1. Testis, ad 43. & 44. artic. probat. attestatur, quod postera die, statim ad herum, eiusq; ædes, ab eo vt veniret accersitus, redierit, illiq; vt antea inseruierit.

Cum cuius dictis, 2 quoq; Testis depositio, ad 43. artic. probatorial. & primum interrogat. eiusdem, conuenit, sed & ad 61. artic. probat. is ipse 2. Testis deponit: quod ad mensam heri, rursus asederit, & cum reliquis heri domesticis, in eodem conclaui, in quo herus erat, prandus sit.

Quartus quoq; Testis ad 47. artic probat. attestatur: quod cum hero, collocutus sit, & ad ea, de quibus interrogabatur, responderit.

Octauus verò Testis, ad 68. artic. testem se præbet, quod herus, dum mensæ assideret Actor, ei tumultus, præterita die, sine causa excitatos, exprobrarit.

Et deniq; plures Testes attestantur, quod non iniutus, apud herum manserit, & quod etiam animi recreandi causa, comitatus à reliquis, heri sui domesticis, & tonsore, multis etiam pòst diebus, quàm vulnusculum iam, ei inflictum esset, per agros camposq; exspatiatus sit, &c.

116 Quod cum ita sit, dubitare ampliùs non conuenit, quin amissa sit, iniuriarum actio. Etenim iniuriam semel remissam, ampliùs recolere non licere, stat extra controuersiam. *l.non solùm §.1.ff.de iniur.Crau.cons.721.n.20.& 779.n.1.v.de iniuria. Modest.Pist cons.3.n.32.vol.2.*

117 Nec obstat, quod attamen actionem iniuriarum non perdat, iniurias ex causa dissimulans. *tradente in induuiduo Damboud. in pract. crim. 6.136.n.22.*

118 Nam illa dissimulatio, cum nostra, nihil commune habet. Loquitur enim, de dissimulatione, non quæ suapte sponte, sed necessariò fit. Veluti, si inscij quid ageretur, ambo, & vulneratus, & vulnerans, inuitati ad conuiuium, comparerent, & ad vnam mensam, ab hospite conuiuij collocarentur. *Vti seipsum declarat Damh.d.c.136.d.n.22. & Mart.Coler.in tr. de alim.lib.2.c.5.n.12.qui Ioh.Fab.& Ang.in id adducit.*

Sic quoq; non nocet illud, quod post actionem, semel coram Iudice, institutam, remissio iniuriarum, ex conuersatione cum iniuriante, aut comestione, compotationeq;, cum eodem, non introducatur, amplius. *Capell.Tolos. decis.234.Per.Foller.in addit.ad Mar.in tr.de ord.iud. p.4.dist.1.n.97.Martin.Coler.d.tr.de Alim.lib.2.c.5. num.13.* 119

Nam hæc omnia gesta sunt ab Actore, diu antè, quàm ad Iudicem adiret, eiq; libellum porrigeret, vt ex attestatis, conspicuum fit.

Et deniq; non iuuat Actorem, quod & isti- 120 usmodi dissimulatio, actionem ad vindictã, & pœnam tantummodo tollat: interim intacta remanente, actione, ad damna, & interesse, siue ad impensas in medicos, & sumtus, alimentorũ causa factos: *tradente in induuiduo Coler. d.c.5.n.14 per iura, & autoritates ibidem adductas.*

Facilè enim concesserim, totam obiectionem. Cum & de tollenda tantum iniuriarum actione, hactenus egerimus, paulò post indicaturi causas, ob quas, ne ad damna, & interesse quidem agere, Actori nostro permissum esse posit.

Decimoquinto: recepta quoq; est In- 121 terpretum traditio: quod quis eo ipso, quod peccata sua confitetur sacerdoti, & absolutionem à peccatis impetrat, condonasse, remisisseq;, iniuriam omnem censeatur: & vlteriùs, vt iniurias puniatur, iniuriaq; vindicentur, cum effectu non agat. *Vt alijs in id adductis, decidit Ioh.Vincent.Honded.cons.87.n.69.vol.2.* *

Cum tamen Actorem, sese tamdiu à sacra communione abstinuisse, haudquaquam sit verosimile. Sed hìc rursus, non facesit ne- 122 gocium: quod attamen & hæc iniuriæ remissio, quæ ex peccatorum confessione, & absolutione à peccatis, oritur, ad damnorum, & interesse condonationem, non trahatur: sed adhuc ad ea omnia agere, integrum, atq; permissum sit. *Couarr.var.res.lib.2.c.10.n.7.v.quarto. Gomez.var.res.lib.3.c.1.n.29.ad fin. Mynsing. obs.10.cent.4.Ioh.Vincent.Honded.d.cons.87.n.69. vol.2.Kirchoff.int.consdiuers.cons.8.n.32.vol.2.*

Nam ad id respondemus rursus per ea, quæ ad calcẽ decisionis præcedentis, posueramus.

Decimosexto: communis est traditio, 123 Doctorum Iuris: quod vulnerato imputandum sit, si tardiusculè chyrurgum adhibuerit. *Vti post.Iohan.de Anan.in induuiduo decidit Felin in c. significasti.el. 2.n.2 vers.sed aduerte & ibi DD.communiter.exix.de homicid. Hipp.de Mars.cons.7.n.49.* *

At nostèr Actor, tardè adhibuit chyrurgum. Vt enim libellus eius, in positionali

14. & seqq. nec non articuli eius probatoriales 14. & seqq. habent. 22. Iunij anno 1592. vulneratus est. qui dies 22. Iunij, fuit Iouis. Die autem Lunæ, qui hunc sequebatur, & sic quinta demùm, post vulnerationem die, vti videre est, ex 9. Testis attestatione ad 67. artic. Elisi. chyrurgus s. accersebatur. Sibi itaq; soli, hoc acceptum feret: quodq; consequens est, frustra quoq; ob impensas, & damna, molestiam creat Reo.

124 Dicimosextimò: pari quoq; iure, vtitur & is, qui chyrurgum adhibuit, sed imperitum. Nam si ad vulnus, alia deindè accesserit infirmitas, aut ipsa sequatur mors: non ex vulnere in morbum incidisse, aut in vitæ discrimen peruenisse: sed omnia hæc ipsi obtigisse, culpa propria, iudicatur. *Bl. in l. quod si nolit. §. manupium ff. de addi. edict. Masc. in tr. de probat. concl. 1038. n. 2. Royz. decis. Lituan. 1. n. 66. Guid. Pancirol. conf. 68. n. 14. vbi aliorum, & quidem perplurium autoritates adductas, reperies.*

At noster Actor, ab initio, spreta chyrurgi opera, imperitissimos quosq;, ad vulnusculi curationem admisit. Nam præter id, quod ei N. vulnus, statim ac illatum esset, linteolo mundo, quod in aquam intinxerat, lauarat. & abstersserat: altera etiam vice, eadem adhuc die, per S. L. illudipsum vulnusculum lauari fecit. Sed & is ipse L. aranearæ telam, cum lardo miscuit, & vulneri imposuit, vt habent attestata.

Cum primis verò, in considerationem venit illud, quod ipse chyrurgus, ad 4. Interrogat. 72. artic. Elisiui, depoluit: capiti vulnerati, per ancillam quandam, emplastra nonnulla fuisse applicata, quæ attollerent, vulnerati cerebrum, si forte ob percussionem (egregia sane ratio) subsedisset: seu vt habent verba eius formalia: ein Magd habe jhme den bregen gossen/ damit sich der bregen wider in die höhe zöge/ ob er jhm gelungen.

Nam hinc haud ineptè ratiocinari licet, toti morbo, qui postea secutus fuit, accedentibus præsertim canicularibus, ansam præbitam fuisse. Vt igitur ob impensas morbi causa factas, iure Reum, accusaret Actor?

125 Dicimooctavò: vulneratus, qui bonam dicetam non seruauit, sed intemperanter vixit, nociua, vel comedens, vel bibens, & ob id, vel in morbum, vel in ipsam mortem incidit, non alterius, sed propria culpa peritisse, est æstimandus. *vti Salyc. Curt. Iun. Alb. Brun. & Crott. adducit, in indiuiduo concludit Masc. in tr. de probat. concl. 1224. n. 12.*

Cessat itaq; hic, omnis L. Aquiliæ, & si quæ alia reperiri posset, actio, qua ad satisfactionem, pro damnis perpessis, & interesse, agi posset.

126 Etenim vixit inordinatè & intemperanter noster Actor, cum enim dies caniculares iam instarent, quo tempore calor, ardorque solis est vehementissimus. Ideoq; sedulò à morbo aliquo laborantibus vitandus. vt præter experientiam communem, *etiam Plinium in id, testem habere possum. Natur. Hist. lib. 2. c. 40. & c. 47. vers. ardentissimo cutem æstatis tempore.*

Noster Actor, non delitescebat, vti decubisset: sed subindè per agros expatiabatur, nihil solis æstum reuerebatur, vt cernere licet ex attestatis 2. & 4 Testis ad art. 61. probator. & 9. 10. & 20. Testis ad artic. 75. Elisiuum, & 3. interrogat. eiusdem.

Sed & eo animo, agros peruagatus est, vt se pisis recentibus crudis saturaret, atq; pasceret, vti rursus, ex iam adductis attestationibus conspicuum fit.

Quid itaq; mirum, si ex tam intemperata victus ratione (hinc enim, qualem se in alijs exhibuerit, colligere promtum est) morbum sibi, paulatim acciuerit.

Quorsum, & illud pertinet, quod alibi 127 scriptum extat, excusatum esse vulneratum, si vulneratus, vinum immodicè hauserit, & tandem in febrim inciderit. *pro vt legitur apud Ludouic. Caser. in practic. criminal. §. videcimò. d.n. 1. vbi Capoll. huius sententiæ antesignanum refert.*

Decimononò: iuris quoq; est, quoti- 128 diani, quod vulnus, non possit esse causa mortis, tantoq; minus morbi, si triduo post vulneratus, domo exire, visus esset. *Tradentibus in mdiuduo Socin. conf. 178. vers. circa secundum, vbi ita à doctissimis Medicis, inducatum attestatur. Guid. Pancirol. conf. 67. n. 11. vol. 1.*

Etiamsi baculo vti, necesse haberet. Vti 129 est *gl. singul. ad l. vnic. in v. depulsa, & ibi DD. communiter. C. de emendat. seruor. Ang. Aret. in tr. malef. in v. & dictus Tetius ex viternall. in pr. Hipp. de Marsf. conf. 7. n. 27. vbi Ioh. de Anan. Barbat. Capoll. & Peer. de Anchor. in id adducit.* *

Ceterum, noster hic Actor, etiam prima, secunda, tertia, & sequentibus diebus, domo exire, atq; erectus, inq; scipione nullo, innixus, incedere visus est: nec vlla tum temporis in eo, apoplexiæ, vel hemiplexiæ indicia, præsentire licuit. Vti habent Testium testimonia.

Non itaq; hîc vulneris inflictio, causa morbi extitit, & consequenter, ob damna, & expensas. & reliquum interesse, L. Aquiliæ actio, Actori nostro, competere nequit.

Vicesimo: illud quoque dubitationem 130 non habet: quod morbi, secundum diuinæ voluntatis placitum, varijs ex causis, homini accidere, & contingere, & possint, & soleant. *text. in c. cum infirmitas, & ibi Abb. notab. 1. & DD. ext. de panit. & remiss. Royz. decis. Lituan. 1. n. 93.*

Non concludit itaq; dicere: nostri Actoris morbum, ex vulnere originem traxisse. Maximè cum tot adsint, aliud suadentes, negocio circumstantiæ. veluti hactenus enumerauimus.

Sed &

Sed & ipſe chyrurgus ad 6. Interrogat. 90. Artic. probat. fateri cogitur, homini non percuſſo, aut vulnerato, morbũ obtingere poſſe.

Id quod clariùs adhuc atteſtatur, is ipſe Teſtis, ad 74. artic. Eliſ. Nec non ipſe Medicus quoq;, conteſtem ſe huius rei præbet, ad 84. artic. Eliſ. vbi ignorare ſe ait, an morbus Actoris pœnæ diuinæ, an vulnerationi, an caſui, & quod retrò Actor, dum percuteretur, ad terram cecidiſſet, aſſcribendus ſit.

131 VICESIMOPRIMÒ. ita demum vulnerato. certa annua quantitas, donec vixerit, aſsignanda adiudicandaq; eſt: ſi is ex vulnere perpetuò debilitatus, vel claudus, remanſerit, in tantum, vt nullum in poſterum officium, rectè exercere, aut nihil planè amplius operari poſsit. *Tradente in induuduo Azon. in ſumm. n. 2. verſ. præterea inſt. de oblig. quæ ex quaſ. del. naſc. Paruì. de Put. in tr. de ſyndic. §. quia plures ſub n. 2. verſ. ſed alter, vbi ſe ipſum, practicaſſe refert Gomez. var. reſol. lib. 3. c. 6. n. 11.*

Fruſtrà itaq;, & inutiliter, Noſter Actor, ſibi Reum, in certam ſummam annuam, condemnari petijt.

132 Et quia nobilibus accenſeri voluit. Quibus manibus ſuis operari, ſummum eſt dedecus: & ſi contra nobilitatis decorem, manibus ſuis operaretur, vllum tamen laboris mercedem, petere non poſſent. *Bl. ad c. grauis. col. 2. verſ. ſed nunquid nobilis, & in verſ. ſed an ruſticus ext. de reſt. ſpoliat. Iob. Lup. ad rubr. §. 9. n. 7. ext. de donat. int. vir. & vxor. Tir. aq. in tr. de nobil. c. 37. n. 49.*

Et quia, ex vulnere debilitatus non permanſit, ſed etiam nunc, omnibus rectè defungitur, quibus homo ſanus, & integer, defungi poteſt.

Nam præter id, quod ab omnibus, qui iſthic loci habitant, in plateis quotidie, nõ claudicans incedere conſpicitur: & tum de præſenti negocio, tum aliis de rebus loquens, omnia in recenti memoria tenuiſſe ordine item retuliſſe, & deniq; articulatim omnia, effari potuiſſe animaduertebatur: literas etiam elegantiſsimas, etiam hac die, tàm Germanicas, quàm Latinas pingere ſcit.

Vt illud, ſciens, prudensq; præteream, ipſum ſub ingreſſum libelli ſui, & in ſecunda pagina eius, confiteri: quod altero etiam, poſt vulnus inflictum anno, ſch. & ſonn; quæ loca duodecim milliaria, à loco habitationis eius diſtant, bruma frigidiſsima, ire potuerit.

Et his VICESIMOSECVNDO loco, non obſtat, quod attamen Actorem noſtrum, in apoplexiam incidiſſe, ferant teſtes: Vt edocemur, ex 5. Teſtis teſtimonio ad 37. art. probat. & 84. art. Eliſiuum.

133 Non enim valet conſequentia; incidit in apoplexiam: Ergò ſanari non potuit. Cum aliqua ſit apoplexiæ ſpecies, cui remedium adhæc, aſſerri poſsit. Etenim ex Medicorum diſciplina, apoplexia in tres ſpecies diſtinguitur: quarum prima, & ſecunda inſanabilis eſt, & intra triduum ferè, hominem occidere ſolet. Tertia verò, nullum Medicis ſcandalum exhibet: ſed maxima ex parte, tolli poteſt. *Vti ex Medicorum doctrinu, ex noſtratibus ſcriptum reliquit, Gerh. Maz. oll. conſ. 12. n. 39. vol. 1.*

Sed & ipſe aſpectus, Actorem noſtrum re- 134
conualuiſſe loquitur. Quo aſpectu, ſanitatem rectè probari, inter omnes præquè conſtat. *Br anl. 1. C de mend. valid. lib. 10. Nell. de S. Genin. in tr. de teſtib. p. 2. n. 148. Maſc. ard. in tr. de probat. conl. 1289. n. 2. & 3. Marcell. Cala in tr. de mod. art. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 431.* *

Quicquid itaq; ſit, in alijs apoplecticis: vlteriùs hic, ob facti euidentiam, de reſtitutione Actoris, dubitandum non eſt.

VICESIMOTERTIÒ: iuris eſt apertiſsimi: 135
quòd de eo, qui morbo laborauerat, & reconualuerat iam, & de eo, qui nunquam ægro corpore fuerat, idem ſit ferendum iudicium. *l. quod ita. ff. de edil. edict. Rol. a valle in tr. de iur. dot. q. 7. o. n. 3. Surd. in tr. de alim. tit. 7. q. 1. n. 30.*

Idem itaq; iudicium, de noſtro quoque Actore feramus, quod de homine bona valetudine vtente, ferri ſolet: & per conſequens, condemnari ei Reus, in certam ſummam annuam, ob operas amiſſas, neutiquam debet.

VICESIMOQVARTÒ & vltimò: ſi etiamnum in rebus dubijs verſaremur: certum attamen eſt, fauendum adhuc eſſe, vulneranti. *per trad. Hipp. de Marſ. ad l. 1. §. Diuus Hadrianus. n. 27. ff. ad l. Corn. de Sicar. Maſc. in tr. de probat. conl. 1037. n. 44. vbi in id, Bl. Grammat. Menoch. Cuman. adducit Hipp. de Marſ. conſ. 7. n. 39. Craũ. conſ. 451. n. 18. qui ipſum ſenſiſſe quoq;, Signor. de Homicid. & Dec. teſtu eſt.*

Quantò magis itaq; hìc, in re tam clara, certa, atq; perſpicua, abſolui meretur Reus.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM
Sub 2. Quæſtione adductorum.

POtrò his obſiſtere, neutiquam poſſũt ea, quæ ceu contraria, ſuperiùs adducebamus. Accuratiùs enim aliquantò, ea expendiſſe oportebat.

Nam ad PRIMAM, quod attinet obiectionem, qua aſtruebatur: Actorem noſtrum, ex priuilegio Carolino, nobilitatem ſuam, pro vt oportebat, edocuiſſe. Cum is proprie ſit nobilis, quem princeps nobilitate donat, atq; condecorat: reſponſio varia, in promtu eſt.

PRIMÒ enim negamus, ex huiuſmodi in- 136
ſtrumento Imperatoris, poſſeſsionem, vel quaſi nobilitatis edoceri. Cum generaliter verum ſit, poſſeſsionem per inſtrumenta probare conari, fruſtra eſſe. *l. prædia. & ibi DD. comm.*

communiter .ff.de acquir. poss.l. 2.& ibi DD.communiter.C.eod.tit.Masc.an tr.de probat.concl.1184.n. 12.

137 Quod & in literis inuestiturarum, verum est. Nam & hæ possessionem eius iuris, de quo quis inuestitur, veluti hic est nobilitas, non ostendunt, neq; probant. Maximè si id vergat, in tertij prædicium aeq; detrimentum. *Bl.in l.sentione.n.1. vers.quæro qualiter. C.plus val.quod agit.Ang.d. in l. quisquis. C. de donat. Lanfranc.de Oriau.ad c.quoniam in v.testium.n. 96. vers. attende,ext.vt lit.non contest.Soccin.cons.21.n. 54.*

138 Tribuunt quidem possessioni titulum, inuestituræ: at ipsam possessionem non tribuunt. *Vt scriptum reliquit Ernest.Cothm.cons.g.n.10. per c.1.quib.mod.feud.confit.c.1.de not. feudor. & c. 1.quod præced.deb.an muest.an fidelit.*

139 Quare ad probandam nobilitatem, opus est: non vt quis literas, à principe nobilitatis causa impetratas, proferat. Alioquì enim erit, nobilitas, è cera miniata, & papyro constans. *vt cum Doctissimo Hadriano Iunio, in description. Batau.c. 19. versic. at apud principes, mihi fol. 323.in Exemplari, Lugdani Batauorum typis exscripto, loquar.*

140 Sed oportet, vt condocefaciat Iudicem: I. quod directò decsendat, à patre, auo, proauo, & tritauo nobilibus, qui ab omnibus, pro nobilibus tenebantur, & habebantur.

II. Quodq; hi parentes sui, præter id, quod ab omnibus pro nobilibus habebantur: tales quoq; se gesserint: nec tale vitæ genus, quod nobilitatem dedecet, illiq; aduersum est, vnquam fuerint sectati:

III. Quòd & ipse, qui nobilitatis probationem in se suscipit, adhuc hodiè, ab omnibus quibus notus est, nobilis esse dicatur, censeatur, & vt nobilis ab omnibus tractetur, nec aliter etiamnum viuat, quàm nobilem decet. *Pro vt hoc, in indultuo docuerunt: Bonus de Curt.in tr.de nobilit.in 6.p.p.n.9. vers. primò quod us,Franc.Marb. decis. Delphin. 805.n. 4.in fin.p.2.Mascard.in tr.de probat.conclus.1094.n. 12. Marcell.Cala in tr.de mod.artic.& prob.§.2.gl. vnic. n.256.257.& 258.Chassan.in catal. glor. mund.p. 8.consider. 16.vers.& ideò.*

Et consequenter, cum hæc omnia, Actor noster non probarit, nec probare, per omne æuum poterit. Nemo enim omnium est, qui illum, Marchiæ Brandeburgicæ Nobilibus accensuerit: deficit illa qualitas, quam Actori probasse, summè erat necessarium.

141 Ac fac, id quod veritate intacta manente fiat: nobilitatem vnquam Actorem nostrum fuisse adeptum; amisisset attamen rursus illam paupertate, in qua eum semper vixisse vidimus. Nemo enim est, qui nesciat, quod paupertate, pessundetur nobilitas. *Br.in l. 1. in fin.& ibi Iob.de plat.col. 1.C.de dignit.lib. 12. Capoll.in tr.de nobilit.col.7.vers.& ideò si quis Matt. de Affl. ad constit. Regni Sicil. ad constit. incip. intentionis notab.6.Guidelm.Bened. in repet.c. Raynutius in v.& vxorem nomine Adelas. n.966.ext.de testam.Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 14.§.19.gl. 1.num.29. Socin. Iun. cons.24.col.2.vers. prima ratio volum. 2.*

Quodq; absq; diuitijs, ab omnibus con- 142
demnatur, omnibus item ludibrio sit. *Matth. de Affl. ad d.const.Regn. ad constit.quæ incipit: quamplurimum.col.2. vers. quod autem si dominus.Chassan. in catal.glor.mund.p.8 consid.22.ad fin.*

Et vt fides mortua est, sine operibus: ita 143
quoq; nobilitatem mortuam esse, sine diuitijs. *Vti ex Bono de Curt. refert & sequitur Tiraq. in tr.de nobilit.c.25.n.9.Chassan.d.consid.22.ad fin.*

Sed & vlteriùs, Actor noster perdidisset nobilitatem suam, dum tale elegit vitæ genus, quod nobilitati contrarium, atq; aduersum est. Pro scriba enim alteri nobili, operas suas locare, & nobilem esse, sunt incompetibilia, & nec mores regionis, nec ipsa iura, ferre id possunt.

Etenim, si nobilem dedecet, si ipse sibi in- 144
seruiat, & famulum, quo vtatur, non habeat: *vti ex gl.Br. Alex. Fr. Aret. Abb. Tiraq. Cordub. de Lara, Capoll. Iob. Lup. Boër. & Couarr. docut Surd. in tr. de alim. tit 4.q.18.n.9.*

Quantò maior erit dedecoris macula, si 145
nobilis, apud alterum nobilem, se in seruitium, dederit.

An non certum est, nobilem amittere nobilitatem suam, etiam eo, quod procuratorem agit? *vti in indiuiduo decidit Guid. Pap. decis. 89.Chassan.in consuet.Burg.Rubr.14.§.19.gl. 1.n. 31.Tiraq.in tr.de nobilit.§.30.n.3.fac.text.l. nobiliores.C.de commerc.& mercat.*

Cum tamen nemo sit, qui nesciat, longè 146
vilius esse, scribâ apud nobilem agere quàm officium procuratoris exercere.

At esto, ponamus: sed ceu veritati contra- 147
rium, non concedamus, Actorem nostrum, nobilitatem semel quæsiuisse: partam item hactenus retinuisse: rectè attamen idipsum, per Inuersionem, optimo illo contrariorum dissoluendorum modo, (*vt testantur Euer. in præamb.Topic.n.18.Coler.in tr.de alim lib.2.c.12.n. 128.v.secundo*) in ipsum Actorem, retorquebimus. Nam cum mercedem laboris sui, nobilis poscere nequeat, quinimò manibus operari, planè non debeat, vti antehac est demonstratum.

Actor quoq; noster, frustrà, & incassum petijt: Reum in certam summam annuam, operarum amissarum nomine, condemnari.

Magis itaq;, hæc Actoris allegatio, Reo conducit, quàm officit:

Et deniq; cogitandum quoq;, & perpendendum est illud: quod hæc conditio, scribæ sui, Reum, quandiu ipsius scribæ seruitijs, vsus est, latuerit.

Augere itaq;, hæc scribæ conditio, Rei condemnationem, nullo quoq; modo, poterit. Ignarus enim huius rei fecit, quæcunq; fecerat. Cæterùm non peccat is, qui talem quem- 148
que in-

que iudicauerit, qualem eum inuenerit. *per l.item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. fac.test.Tiraq.de vt.retr.p.1.§.1.gl.8.n.25. Stracch. in tr.de mercat.p.2.n.73. & 74. Caball. in tr. de eo, quod int.n.158.*

Ad SECVNDAM, TERTIAM, QVARTAM, & QVINTAM deindè obiectionem, responsio est facilis. Latitate nempe in ijs, fallaciam
149 consequentis: cum minimè consequatur: Actor probauit vulnus, vndè sanguis effluxerat, idq; in capite: Ergo probauit iniuriam, eamq; atrocem. Cum præterea de animo iniuriandi, ante omnia liquere oporteat: adesse item necesse sit, omnia ea, quæ ordine antehac, sub quæstione hac tertia recēsuimus.
150 Consistere itaq; nequeunt, non secunda, non tertia, non quarta, non quinta obiectio. Nam argumenta, in quibus inhæret, consequentis fallacia, confestim corruit. *Coler. in tr. de alim.lib.1.c.3.n.13. Euer.in loc.4 part.cnum.n.14. Oldan. Simon.in tr. de decret.in reb. min.tit.6.n.93.*

Et si consistere vllo modo possent, non tamen probarent, vulnusculum, quod inferebatur, morbi causam extitisse: aut Actorem ex morbo perpetuò esse debilitatum, & aliquid amplius operis, exercere non posse.

Vt taceam, illos ipsos Testes, id etiam non deposuisse, aut affirmasse, quod ex dictis eorum, inferre conatur Actor, quinimò Testium dicta, hac in parte, magis obesse, quàm prodesse Actori.
151 Cogita enim vulnusculum, vulneris appellatione, ne quidem venire. *Hipp.de Marsf.ad l. furem.n.11.ff.ad l. Corn. de sicar. Lancil. Conrad.in tr.de off.prætor.Rubr.de vulnerant.n.2. Hipp.de Marsf. conf.71.nn.4. conf.80.n.15 conf.103.n.16. Corn. conf.113.n.23.vol.2.*
152 Tantoq; minùs, delictum in se continere. *August. Arim.in addit.ad Angel. Aret.in tr.maleficiis. ad v.& ipf. Tit.percuss.& vulner.n.2. Hipp. de Marsil. in pract.crim.§.& quia.n.2. Lancil. Conrad.in tr. de off. prætor.d.Rubr.de vulner.d.n.2. Odofred.in tr.de percuss.n.10. Hipp.de Marsf.conf.80.n.22.*

Cogita item, Testes omnes hic, de vulnusculo tantùm, & non de vulnere attestatos.
153 Patet itaq; conclusio per se, me iniuriam quidem, tantoq; minùs atrocem, per Actorem fuisse comprobatam: & ideò reliquum illud tantùm esse, quod ob vulnus minimum, nemo de morbo, qui posteà vulneratum inuasit, teneatur, licet morbus is, grauior, ac diuturnior fuerit. *per trad. Marc. decis. Delphinat. 913.n.2.p.1 fac.text l.qui occidit.§. vlt. & ibi Bl. ff. ad l. Aquil.*

Nec obstat, quod vulnusculi significatum, ad solam cutis scissuram, quæ vngue fit, astringere in Actis conetur Actor:
154 Nam Doctores, quos adducit, ita vt Actor vult, non loquuntur, sed expressim habent, modicam scissuram & scissuram factam, cum vngue, in statuto de vulnere loquente, non comprehendi. *Vti ex Bl. & Ang. sotidem verbis scri-*

ptum reliquit Aug. Arim in addit. ad Ang. in tr. maleficiis. d.v.& ipsum Tit.n.1.& 2. Conr.d.rubr.de vuln n.2.

Ad SEXTAM, quod attinet obiectionem, 155
quæ habet: ex genere armorum, quibus vulneratio inferebatur, factum atrociùs fieri: prætò est responsio illa: quod & in eo consequentis fallacia lateat. Adesse enim rursus, iniuriandi animum, ante omnia oportet, nec non & reliqua omnia antehac enumerata. Sed & non tàm arma, quàm ictuum repetitionem, & iterationem, inspiciendam esse, vt facti atrocitatem, rectè colligamus *tradente in individuo Hipp.de Marsf.ad l.1.n.37.C. ad l. Corn. de sicar. Rosenb. conf.19.n.9.*

Iam verò hic, satis ex Attestatis constat, non nisi vnico ictu, cæsum fuisse Actorem:

Non igitur hìc, à genere armorum, quibus fiebat percussio: ad facti attrociratem, argumentum rectè deducemus. Sed & illud in considerationem venit, quod fortè fortuna, & minimè in id data opera, hasta hæc, qua percutiebatur Actor, in conclaui, vbi inter herum, & scribam, rixa oriebatur, affuerit.
Nam ob id, vllo modo, ex armis, ad facti 156
atrocitatem, argumentari non licet. Nam si verum esset, ex solo armorum genere, ad atrocitatem delicti, rectè concludi: eatenus tamen tantùm, id verum esse oporteret: quatenus studiosè, & data in id opera, arma hæc fuissent conquisita, & comportata, eoq; fine atq; intentione, vt vis, & iniuria, illisi ipsis alicui inferretur. Etenim illa, quæ casu, & non ex proposito fiunt, in considerationem quoq; non veniunt, tantoq; minùs, pœnam vllam commerentur. *Abb. conf. 62. n. 9. & 10. vol. 2. Hipp. de Marsf. ad l. 1. n. 8 4. C. ad l. Corn. de sicar. per l. quæsitum in pr. & l. vlt. ff. de legat. 3. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. legat.*

SEPTIMA dehinc obiectio habet: ani- 157
mum iniuriandi, eo ipso iam esse probatum, quod constat iniuriam, eamq; atrocem illatam esse. Etenim omne male factum, præsumitur prauè actum: *vt docet Hipp. de Marsf. ad d. l. n. 53. C. ad l. Corn. de sicar.*

Sed cum in illa, fallacia, à dicto secundum 158
quid, ad dictum simpliciter inhæreat: consistere quoq; non potest. Hæc enim est, quæ argumenta quibus ineist, euertit, & concidere efficit. *Euer. in præamb. topic. n. 24. ad fin. Coras. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 25. n. 4. vers. porrò. Tomin. decis. 26. n. 33.*

Nam quod dicitur: probata iniuria, proba- 159
tum quoq; esse, iniuriandi animum: simpliciter verum non est, sed secundum quid tantū, & si id præterea suaserint, qualitas tùm facti: tum personæ vtriusq;, & iniuriantis, & eius, cui contumelia facta est. *vt docunt tac. de Beluc. in pract. crim. in v.& quod dictus Reus. n. 2. v. quod probatur: ex facti, & n. 3. v. quia si facti. Guid. Pap. conf. 74 post n. 5. v. nec obstat quod dictus Masc. in tr. de probat. concl. 902. n. 8.*

At hìc

At hîc, nec facti qualitas, nec item personarum id suadent. Ex attestatis enim antea ostendimus, quàm summè, vt vulnusculum Actori inferret, lacessitus, & prouocatus sit Reus.

Sed nec dicere id, cogit personarum qualitas. Herus enim est, qui percusserat scribam peculantissimum, & immorigerum: qui cedere: & concedere hero, sæpiùs etiam admonitus noluerat.

160 Non dicam iam, illum ipsum animum injuriandi, qui ex facti qualitate præsumitur, cessare toties, quoties præsumtioni huic, aliæ obstant præsumtiones, & coniecturæ fortiores. *gl. Cyn. & DD. communiter ad l. si non conuict.*

* *C. de iniur. gl. & DD. communiter ad l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. Affl. ad const. Neapol. de pœn. eius qui cond. rubr. 11. n. 7. Mascard. in tr. de probat. concl. 97. n. 11. Guid. Pap. conf. 223. n. 2. Rnin. conf. 145. n. 10. lib. 5. Rol. à valle conf. 11. n. 45. volum. 3. Iob. Vincent. Honded. conf. 96. n. 27. & conf. 112. n. 26. vol. 1.*

Cùm tamen hîc adsint, vel sexcentæ coniecturæ, & præsumtiones, animum iniuriandi, in Reo non fuisse, longè firmissimè demonstrantes. Veluti ex antea adductis, cuiuis constare arbitror.

161 Sileam quoq; nunc de eo: quod qualis fuerit animus in præcedentibus; rectè dijudicetur, ex sequentibus. *Crau. conf. 100. n. 8. Iob. Vincent. Honded. conf. 32. n. 13. vol. 1.*

Cum attamen hîc, ex Testium dictis, & attestatis constet: quod die insequenti, cum primùm Actor, in conspectum Rei rursus venisset: Reus eum acriter reprehenderit, & increparit, quod die præterita, sine vlla causa, tumultus tantos, iterum excuisset. Vt expressis verbis perhibet Nonus Testis ad 68. artic. Elisiuum. Corrigendi itaq;, non iniuriandi animum, Reum habuisse, ex his luculentissimè patet.

Sequitur iam OCTAVA obiectio, quæ illud habet: ne herum quidem excusatum, si administrum suum, talibus, quibus mors inferri posit armis, percusserit.

162 Verùm ne illa quidem, roboris alicuius est. Cum Doctores, pro stabilienda hac obiectione adducti, nihil præterea habeant, quàm quod animus occidendi, non credatur inesse hero, qui funiculo, famulum, vel minister suum percusserat. *Ita habent. Hercul. Masc. & Alex. in locis ibidem designatis.*

Parum itaq; congruit, hinc inferre, per argumentum à contrario sensu, velle: herum qui halta. seruum percusserat, animum, &
163 iuriandi, & occidendi habuisse. Cum ex verbis glosiæ, aut Interpretum iuris, per argumentum à contrario sensu, aliquid colligere velle, ineptum, atq; insulsum sit. *Alex. de Imol. ad l. 1. n. 28. in fin. ff. de legat. 1. Euer. in top. in loc. à contrar. sens. sub n. 41. vers. illud autem, vbi Ioh. Calder. in id. adducit. Cacher. decis. Pedem. 58. n. 30.*

Sed & aliàs, sub tertia hac quæstione, ex 164
Alexand. de Imol. edocuimus; multum alleuare iniuriantem, si iniuriatus, persona fuerit domestica, quæ ob peccata sua, vapulet. Cum non in toto (vt loquitur Alexander) sed de excessu tantùm teneatur.

Nihili itaq; facienda est, hæc obiectio.

Videamus itaq; nunc, quamnam NONÆ obiectioni, refutationem applicemus. Habet autem ea; medicorum, & chyrurgorum dictis, de qualitate vulneris, & num id, morbo causam dederit, nec ne, omninò stantum esse.

Porrò attestatos hîc Medicum, & Chyrurgum fuisse: quod vulnus tale fuerit, quòd morbi causa extiterit:

At nec hîc, resolutionem inuenire difficile est. Quandoquidem certum sit, & quo- 165
tidianum: quod testis in dicto suo varius, nullam planè fidem faciat. *c. licet causam, & ibi Aretin. n. 15. Dec. n. 58. Berous. n. 37. in fin. vers. quando verò vnus ext. de probat. Felin. in c. cum in tua. n. 3. vers. prima conclusio ext. de testib. Hipp. de Marsi. in l. eos. notab. 1. ff. ad l. Corn. de falsi. Nep. de Mont. in tr. de testib. p. 3. c. 1. n. 1. Reub. in tr. de testib. p. 3. n. 143. cum seqq. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. dicta test. n. 10. cum seqq. Myns. obs. 86. cent. 2. & alij infinits ferè, quos comportauit Farinac. in tr. de testib. q. 66. n. 13.*

Id quod tunc maximè, si in ipsis negocij 166
substantialibus, inhæserit varietas, procedit, atq; obtinet. *Rum. conf. 149. n. 23. lib. 5. Prosp. Farinac. d. q. 66. n. 22. vbi in id Alber. de Rosat. & Petr. in tr. de fideicomm. q. 12. n. 963. iun. n. 1308. & seq. inducit.*

Atenim noster Chyrurgus, & Medicus, admodum sibi fuêre, hac in parte contrarij. Nam cum chyrurgus, depositisset: seines erachtens / voll er so viel sagen / wann das schlagen verblieben / were die kranckheit vielleicht nicht darzu geschlagen: mox in responsione, ad 6. interr. 90. 91. & 92. artic. probatorialis subiungit: es könne auch wol ein Mensch kranck werden / so nicht geschlagen wird / & cum iuxta Interrogator. septimum horum articulorum interrogaretur: ob nicht vielmehr die kranckheit zufellig / vnd nicht vom schlage gewesen: respondit: das stehe in Gottes hand.

Vide itaq; quæso, quæ isthæc sit probatio.

Eodem quoq; modo, res sese, cum Medici attestationibus habet.

Nam vti attestatur, ad 5. interrogat. 90. artic. probat. So kan er nicht sagen / das Kläger / von dem schlage seiner sinne vnd verstands beraubet worden: & ad 6. Interrogat. eiusdem Articuli, quod habet: an putet, vereq; affirmare ausit, à percussione hunc morbum, quo efficiebatur, vt pro desperato, ab omnibus ferè haberetur Actor, fuisse caulatum, nescire se respondit.

Sed &

Sed & clarius adhuc, hæc eluceſcunt omnia, ex Atteſtatis horum Teſtium, ad Articulos Eliſiuos. Ibi enim chyrurgus, ad 74. Art. Eliſ. ita deponit: das etliche ſolchen ſchaden wol bekommen die keine ſchläge kriegen / das auch ſolcher Leute viel zu S. wohnen.

Ad 94. verò articulum Eliſ. his verbis depoſuit: jhm gedüncke / wenn er den ſchlag nicht bekommen / ſo hette er die Kranckheit nicht bekommen: & paulò poſt: Zeuge ſagt: es köndte vnſer HErr Gott auch wol einen ſtraffen / wie denn hohen Leuten widerfehret.

Vides itaque, quanta ſit varietas, & inconſtantia, in hoc teſte.

Ad Medicum, quod attinet, is ad 94. articulum Eliſiuum, ita deponit: das W. nach dem ſchlage / ein apoplecticus geworden / vnd ein geraume zeit gebliben / vnd nach etlicher maſſen mangelhafftig an der ſeiten / wie er aus ſeinem Schreiben verſtanden / ſein ſolle / weis Zeuge wol: ob es aber eine ſtraffe Gottes / oder von dem ſchlage ſich ereuget / oder von dem zurück fallen / ſo er nach dem ſchlage bekommen / könne Zeuge nicht wiſſen.

Malè itaq; & hic Teſtis, ſibi conſtat. Quamobrem nonam hanc obiectionem meritò, in claſſe fallaciarum, à dicto ſecundum quid, ad dictũ ſimpliciter, poſthac recenſebimus.

167 Quòd enim dicitur, Medicorum, & chyrurgorum teſtimonio, de vulnere ſtandum eſſe: verum erit eatenus, quatenus conſtantes, in teſtimonio perhibendo, reperti fuerint. Quodque conſequens eſt, hoc theorema, præſenti caſui, adaptari non poterit.

Vt taceam Doctoris Medici teſtimonium, quo atteſtatur, Actorem in apoplexiam incidiſſe, nì explicatione adiuuetur, aliàs quoq; conſtare non poſſe. Ipſe enim æger, cum quo, & reliqui Teſtes, hac in parte, paſsim faciunt, confitetur in articulis ſuis, quod tantum dextrum eius latus, fuerit tactum. Veluti legitur, in 50. & 51. articulo probatoriali.

168 Apoplecticus itaq;, ſi proprietati ſtuduerimus, & nì genus pro ſpecie acceperimus, dici non poterit. Sed hemiplecticum illum, verè & propriè appellabimus. *Vt ipſe tradit Medicorum pater, Celſ. lib. 6. c. 26.*

Eadem quoq; reſolutio, ad ſequentia, & ſub NONA hac obiectione adducta theoremata pertinet: veluti: quòd Medico ſit adhibenda fides, etiamſi de credulitate tantùm ſua atteſtetur: itè vni etiam Medico, vel chyrurgo, quandoque, credendum: Nam vera ſunt hæc omnia, ſecundum quid tantùm, & ſi in dictis, atteſtatiſque eorundem, nulla apparuerit contrarietas. Hac verò apparente, tota eorum concidunt, & labefactantur teſtimonia. Vt ex iure adductis, perſpicuè conſtat.

169 Sciens, prudensque prætereo, nunc omnes nos, pro dolor, magno noſtro malo experiri, quàm ſint lubrica admodum atque fallacia, Medicorum de morbis iudicia, atque experimentationes. *Vti vel ipſum conquerit Medicorum principem Hippocratem Coum, teſtia eſt, ex Noſtratibus Royz. deciſ. Luuan. 1. n. 73.*

Vndè etiam factum eſt, vt plutimæ gentes, & inter hos etiam Ægyptij, vno Medico non attribuerent, niſi vnici tantùm morbi, curationis ſcientiam, atque notitiam. Videres enim, in AEgypto, medicis omnia eſſe reſerta: quorum tamen alij, ſanationem, tantum capitis, alij oculorum, alij dentium, alij aluì, alij morborum obſtruſiorum, profiteri, atque pollicere auderent. *Vt Herodoto autore, teſtia eſt idem Royz. d. deciſ. Luuan. 1. n. 74.* 170

Ceterum, de axiomate illo, quod habet: 171
aliorum, quàm in arte peritorum, de vulnere, ciuſdemque qualitatibus atteſtationes, nihili faciendas, ſi conferenda ſint, cum Medicorum aſſertionibus, ſic habeo: Verum illud itidem eſſe, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantùm. Si enim hi teſtes, non periti in arte, ſufficientem dicti ſui rationem aſsignarint: veluti: quòd vulnuſculum tantùm, capiti inflictum ſit, quod cum nec magnum, nec profundum fuerit: lædere quoque, cerebrum vulnerati non potuerit: item quòd viderint, & conſpexerint, vulneratum, prima, ſecunda, tertia die, erectum, & ſine ope baculi, domo egredientem, & pro libitu per agros expatientem, non video, cur eorum teſtimonia, æquè ac medicorum, & chyrurgorum, valere non debeant. *Qua in re antecitorem habeo, Nigr. ad conſtit. Regn. Neapol. ad conſtit. quæ incip ad peruerſorum n. 32. verſ. nunquid autem aliq.*

Et conſequenter, cum talia in præſentia, Teſtium non peritorum teſtimonia habeamus, vt ſperni ea, à ludice poſſint, equidem non perſpicio.

Quinimò teſtimonium, & relationem Medicorum, & chyrurgorum ſolam, & niſi ei opitulentur, reliquorum quoque teſtium atteſtata, nunquam valere, & ſufficiens probationis genus eſſe, haud iniuria affirmabimus. *per trad. Br. in l. femel. n. 1. per ill. text. C. de re milit. lib. 12. Affl. ad conſtit. Regn. inc. ſi quis aliquem. q. 5. n. 32. Ioh. Bernard. Muſcatell. in d. pract. crimm. d. tit. de vulner. lesb. n. 23. & 24. vbi hanc veriorem, & tutiorem practicam eſſe, quàm in omni foro credat obſeruari, atteſtatur.* 172

Denique alicuius ponderis, illud quoque 173
non eſt, quòd vltimo loco, ſub hac NONA decidendi ratione, adducebatur: apoplexiam mentis impotentiam, coniunctam habere: concedimus enim iterum, verum id eſſe, ſed non ſimpliciter. Inducit enim mentis alienationem apoplexia, ſed non talem, qualem expertus eſt, noſter Actor. Is enim diu, mente integra fruebatur, donec tandem,

eiúsdem delirium pateretur. Apoplexia verò, ſtatim ac inualuit, hominem mentis impotem efficit: & poſt viginti, à morbo inualeſcente dies, computandos, vt plurimùm graſſari definit, & à capite ſecedens, alias humani corporis partes occupat, eaſque attonitas, & obſtupefactas reddit. *Vti ex placitis Medicorum atteſtatur Gerh. Maz.oll. d.conſ.12.n.39. verſ. tertia verò lib. 1.*

Delirium itaque, quod noſtrum Actorem affligebat, hemiplexiæ acceptum ferri nequit: ſed ex alio extrinſecus accidenti, ortum habuit.

Vt taceam rurſus, etiamſi hæc Medici, & chyrurgi teſtimonia, vera planè eſſent, & expugnari vllo modo nequirent: ex ijs tamen, non niſi morbum, non autem iniuriam, aut debilitationem edoceri,

Proxima nunc eſt, DECIMA obiectio. Illa verò primùm ſcatet, fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Vndè & hæc, conſiſtere nequit.

174 Nam peculiare quid eſt, in actione ex l. Cornelia de ſicarijs, quòd nihil referat, an accidat quis, an verò morti cauſam præbeat. Vnde non immeritò, is quoque, qui cauſam dedit, quod quis crus, dum vulnus infligeretur, frangeret: indeque moreretur, dummodo occidendi animum habuerit, homicidij reus eſt. At ſecus eſt, in actione l. Aquiliæ, aut iniuriarum, ibi enim non animus, non voluntas: ſed factum ipſum ſpectatur, & non cauſa damni remota, ſed proxima, & immediata tantùm, inſpicitur. *gl.ad d.l.nihil intereſt, & ibi Br. & DD. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

175 Non pertinet itaque, Alciati deciſio, quæ ſuper l. nihil intereſt. ff ad. l. Corn. de Sicar. extructa eſt quicquamad noſtrum caſum. Vtpote cum hic, non l. Corneliæ de Sicarijs: ſed vel iniuriarum ciuilis ſola, vel cum l. Aquiliæ actione coniuncta, actio ſit inſtituta. veluti: ſub PRIMA queſtione, fidem fecimus.

176 Omnis autem Doctoris dictum, ſecundùm legem, quam allegat, intelligendum ſit. *Br. in l.non ſolùm, § liberationis.n.7. ff. de liber. legat. Aſſl. deciſ.321.n.16. Caball.in tr.de cuict. §.4.n.28. Hormannoct. Det.ad l.1 §. hoc autem edictum.n.22. ff.de no.op.nunc. Toming.deciſ.21.n.3. Maſcard. in tr.de probat.concluſ. 16.n.5. Bellon.conſ.5.n.17. & conſ. 16.n.10.*

Secundò ineſt quoque ei rurſus, fallacia: non cauſæ, vt cauſæ. Nam præſupponitur in ea, quod aut vulnus, aut ad minimum caſus, & proſtratio illa, quam percuſsio cauſabat, morbi cauſa extiterit. At vtrunque pernegat Reus, neutrum item ab Actore probatum eſt.

Quinimò ſi Atteſtata inſpexerimus, dabunt illa, non vulnus, non percuſsionem: ſed ebrietatem Actoris, in cauſa fuiſſe, quòd caderet, & in terram proſterneretur.

Collabitur itaque DECIMA hæc obiectio. Eò, quòd non concludam argumenta, quibus non cauſæ, vt cauſæ fallacia ineſt. *Martin.Coler.in tr.de alim.lib.1.c.2.n.75. & c.10. n.31. verſ. & ſic.* 177

Poſtremò etiam conſtare poſſet, obiectio hæc DECIMA, cuincitamen, hinc amplius nil poſſet, quàm vulneris, & percuſsionis, non autem iniuriarum, aut amiſſarum operarum, agi poſſe, aduerſus Reum.

Quos attamen impenſas, vulneris cauſa factas, edocere, ad hęc nuſquam potuit Reus. Licet 85. Ioachimicorum, eo nomine ſe impendiſſe, in libello, & Articulis probatorialibus referat.

Eiuſdem quoque valoris, eſt obiectio 178
VNDECIMA: teneri etiam cum qui vulnerauerat, de morbo, qui non ſtatim, ſed ex aliquo interuallo, vulnus ſecutus eſt: de omnibus item, hinc redundantibus, damnis, & intereſſe.

Nam cum & hoc axioma, ſimpliciter verũ non ſit, ſed eatenus tantum, quatenus vulnus, morbi cauſa indubitanter extiterit: damno item; operarumque amiſsioni, anſam præbuerit: quatenus item, nulla negligentia, nullaue culpa, vulnerato imputari poterit, quibus ſibi morbum occiuerit. *tradente in indiuiduo Odofred.in tr.de percuſſ. n.7.*

Hic verò, ex Atteſtatis, aliud, & diuerſum 179
planè appareat: non niſi mera petitij principio, huic obiectioni ineſt, ob quam caducum plane, hoc ſit argumentum. *Martin.Coler.in tr. de alim.d.lib.1.c.2.n.43.*

Sed &, ſi vera eſſet, nihili tamen magis, aſtrueretur hinc, vel iniuriæ, vel debilitatio, ſed vulnus tantùm, & morbus, isque temporaneus.

DVODECIMA, deindè obiectio, hoc vult: cùm Actor, per Teſtes iniuriæ æſtimationem probarit: Iudicem illamipſam teſtium probationem ſequi, neceſſe omninò habere: nec minoris, iniuriam æſtimare poſſe, quàm Teſtes ipſi, fecerant:

Sed & id, ſecundum quid tantùm procedit, & ſi planè iuiuriarum æſtimatio, per teſtes, condoceſacta ſit. *Tradente in indiuiduo ex Socino, Boſio in pr.crimin.tit.de iniur.n.2.* 180

Plenè autem tunc dicitur, de iniuriæ æſtimatione edoctus Iudex, ſi teſtes non ſimpliciter, & in genere, illum, aut illum, tot amittere, vel non acquirere: potiùs, quàm iniurias illatas, perpeti malle, atteſtati fuerint: ſed de homine eiuſdem conditionis & vitæ, cuius eſt actor, qui tot, vel tot, iuiuriarum æſtimatarum nomine, ſibi adiudicari petit. *vti tradit in indiuiduo Maſcard. d. tr. de probat. concluſ. 903.n.7. per l.continuus. § ſi ita ſtipulatus ff. de verb. obligat.* 181

Iam verò noſtri Teſtes, vti dicta eorundem ſub DVODECIMA hac obiectione adduximus,

duximus, non depoſuerunt: eiuſdem conditionis, & vitæ hominem, qualis Actor noſter eſt, octò millibus libentiùs carituram, quàm ſimiles iniurias perpeſſurum, ſed de Reo, quod is lubentiori animo, millia octo perderet, quàm iſtiuſmodi iniurias, corpori ſuo infligi, perferret.

Nihil itaque probarunt.

Quinimò ſi Teſtium depoſitiones, accuratius aliquantò, intuitu fuerimus, expreſsim ſe id neſcire, ad 107. articulum probatoriale, reſponderunt.

Sic quoque, fallacijs à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, accenſebimus obiectionem DECIMAMTERTIAM:

182 Nam quòd dicitur, vulnus, mortis, febris, aut debilitationis cauſam extitiſſe, ſtare præſumtionem: rurſus ita demum verum eſt, niſi è diuerſo, edoceatur de culpa, & negligentia vulnerati. *Vti in indiuiduo docuit Odofred. in tr. de percuſſ. d. n. 7.*

Quinimò, etiamſi quem, poſt vulnus acceptum, mors continuò occuparet: ex vulnere tamẽ, iſipſe obijſſe, non cenſetur tandiu, quandiu alia mortis cauſa, veluti culpa & negligentia vulnerati, poteſt probari. *Velut in id, alijs adductis, in ſpecie decidit Crau. conſ. 451. n. 11.*

De culpa, & negligentia Actoris autem, in præſentia conſtare putarim, ex ijs, quæ ſub deciſionis rationibus, ſuperiùs proferebam*.

183 Eodem quoque modo, res ſeſe, cum obiectione, DECIMAQVARTA habet, nam & id, quod traditur: contra vulnerantem, ſemper & vbique præſumendum eſſe, eatenus duntaxat obtinet, quatenus contraria probatione, non perimantur præſumtiones, contra vulnerantem ſtantes. Nam & præſumtiones hæ, iuris, & de iure non ſunt, ſed probatione contraria tolli minimè, atq; deſtrui poſſunt. *Vti in indiuiduo ſcriptum reliquit VVeſenbecc. conſ. 19. n. 8. verſ. nec enim.*

Hic autem ſublatas, & euerſas eſſe, eius generis, præſumtiones omnes, videmus.

Reliqua nunc eſt, obiectio DECIMAQVINTA, in qua continetur, iuramentum neceſſarium, in cauſis quoque criminalibus, dumnodò in ijs, ad pœnam pecuniariam, parti applicandam agatur locum habere:

Sed & hæc, ad fallaciam, à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter redigitur.

184 Nam etſi forſitan, inficias ire nequeamus, in criminalibus quoque delationi iuramenti neceſſarij locum eſſe: ſi agatur tantummodò ad pœnam pecuniariam: fallere tamen idipſum, non minùs certum eſt, ratione & intuitu, æſtimationis iniuriarum.

Ibi enim non iuratur iuramentum neceſſarium ſiue ſuppletorium: ſed iuramentũ affectionis, ſi ſcilicet hoc anteceſſerit, taxatio, & moderatio Iudicis: *Veluti hoc planum fecimus, ſub reſolutione illius quæſtionis, quam primo loco tractauimus.*

At eſto locum quoque habeat, hoc iuramentum, ad iniuriarum æſtimationem quod attinet, plura tamen priùs, adeſſe oportet, quàm ritè, rectéque, ad delationem hanc procedamus. 185

Nam vt alia requiſita, inſuper habeamus, requiritur primò: vt hoc iuramentum à Iudice deferatur. I.

Vt is, cui defertur, rem totam cognitam exploratamque habeat. II.

Vt ſit perſona legalis, & fide digna. III.

Vt cauſa non ſit magna, vel ardua. IV.

Vt non liqueat, vtri partium, cauſæ victoria adiudicanda ſit. V.

Vt pars petat, ipſum, iuramentum ſibi deferri. VI.

Et denique, vt idipſum ante concluſionem in cauſa à Iudice poſtuletur. *Veluti hoc, in indiuiduo, ſcriptum reliquêre Mynſing. obſeruat. 68. cent. 1. Schrad. ad l. adm. n. 196. & ibi DD. reliqui. ff. de iureiur.* VII.

Ecquis autem eſt, qui non perſpiciat, plærag; horum requiſitorum, præſenti negocio, adaptari non poſſe.

Non dicam nunc, hanc cauſam, & negocium, quod in præſentia ſub manibus habemus: non ſolum criminale: verumetiam aliàs quoque, arduum, & magnum eſſe.

Agitur etenim in ea, de octo millibus Ioachimicorum, quibus, iniurias perpeſſas æſtimauit Actor: præter centum & decem annua, quæ vltra octò illa millia, etiã petierat. 186

Rectè itaque cauſam hanc, grauem & arduam dijudicabimus. Nam cum ex perſonarum qualitate, & conditione, de cauſæ magnitudine, & grauitate, rectè depromatur iudicium. *Br. in d. l. admonendi. n. 54. ibi Ias. in repet. n. 222. Schrad. n. 296. & DD. reliqui. ff. de iureiur. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæſt. caſu 72. n. 10. vbi hanc magis receptam atteſtatur Myſing. d. obſeru. 68. n. 4. cent. 1.*

Dubitare non conuenit, quin cauſa hęc inter grauiſſimas, & maximas, recenſenda ſit. 187

Quare cum hîc duo, ſeſe offerant obſtacula & impedimenta, vnum, quod cauſa ſit criminalis: alterum, quòd & aliàs ſit ardua: nihil efficietur, etiamſi priùs illud obſtaculum tollamus, dummodò poſteriùs remanſerit. *5. affinitatis. Inſt. de nupt. Gail. obſeruat. 95. n. 12. lib. 2. Hartm. Piſtor. q. 15. n. 13. Vol. 1. Tiraq. ad l. ſi vnquam in præfat. n. 91. C. de reuocand. donat. Capiſ. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 21. n. 18. Borcholt. in tr. ſend. c. 7. p. 2. n. 68.*

In DECIMASEXTA obiectione ineſt, eamq; euertit fallacia non cauſæ, vt cauſæ

Nam cum ſuperiùs euicerimus, Actorem noſtrum, iure nobilium minimè vti: excuſare quoque ſuam petulantiam, & improbitatem, qua iram heri, prouocare non ceſſauit, nec eius conſpectum, donec ira eius reſediſſet, vitare voluit, etiamſi hoc pacto, percuſsionem, & omnia, quæ deinceps, ſequuta ſunt mala,

rectè declinaſſet: ſub nobilitatis prætextu, non poterit: nec axioma hîc adductum, vte-
188 rius valebit: ſed contrarium illi axioma obtinebit: nempè omnem, cui fugere dedecus non eſt, aggreſſorem expectare non teneri: ſed aduerſus ictus eius, etiam fuga, rectè ſibi conſulere poſſe. *Br. in l. vt vim in fin. ff. de iuſt. & iur. Bl. ad c. 1. n. 16. de pac. tenend. Petr. Gerb. de Petraſ. ſing. 33. & ſing. 82. Gail. obſerv. 100. n. 8 lib. 2. Gomez. Var. reſolut. lib. 3. c. 3. n. 23. quos alios complures, idem volentes allegat.*

189 Etenim ſemper eſt tutius, vulnus euitare quàm poſt illatum, remedium ei afferre, conari. *Cravet. conſ. 268. col. 2. Menoch. conſ. 300. n. 81. text. in l. vlt. C. in quib. cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſ.*

At fac, qua tamen re, veritati præiudicium fieri nolim, nobilis erat, noſter Actor: fugere attamen, ſalua honore, & exiſtimatio-
190 ne ſua, rectè potuiſſet. Etenim famulo, & ſcriba eo vtebatur herus. Turpe autem non eſt, ſi ſcriba, vel famulus, iram Domini ſui, cui reuerentiam, & obœdientiam, & defenſionem debet, reformidarit, & percuſſiones, quas cominatus fuerat, è conſpectu Domini diſcedendo, declinauerit *fac. l. cum Dominus. ff. ad S.C. Syll. iun. trad. Br. in l. iubemus l. 1. n. 1. per ill. text. C. de præpoſ. ſac. cubic. lib. 12. Gerb. Mazoll. conſ. 102. n. 127. vol. 1. Erneſt Corbm. conſ. 15. n. 78 fac. tor. rubr. & nigr. ff. de obſeq. à lib. & lib. parent. & patr. præſt.*

Ad DECIMAMSEPTIMAM poſt deindè obiectionem, quod attinet, huic per conceſſionem reſpondebimus. Etenim verum eſt, quòd ex remiſſione iniuriarum, non conſequatur, remiſſio damnorum, & expenſarum. At interim aliæ, præter remiſſionem iniuriarum, ex quæ variæ, adductæ ſunt cauſæ, ob quas ad damnorum, expenſarumque petitionem, iure non poſſit redire Actor.

Quare vis aliqua, obiectioni huic, nó ineſt.

Sic quoque, DECIMAOCTAVA: obiectio, reſolui facilè poteſt. Ceſſat enim hîc ratio, cui deciſio iſta innititur.

191 Nam quod docetur: pacem à vulnerato impetratam, impetranti nihil prodeſſe, ſi deinde ex vulnere, vulneratus deceſſerit, hanc habet rationem: quòd in delictis, non finem, ſed principium conſideremus, quoties ex principio, neceſſariò conſequitur finis. *Vti in iududuo, tradidit Proſp. Farin. in præct. crimin. q. 14. n. 28. per l. damn. §. Sabini & ibi DD. ff. de damn. inf.*

At hic finis à principio, neutiquam pependit. Nuſquam enim edocere potuit Actor, vulnus, morbi, damnorumque & impenſarum, hinc conſequentium cauſam fuiſſe: quodque conſequens eſt, ceſſet deciſionis ratio, nec non ipſa deciſio. *l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. c. cum ceſſante ext. de appellat. Euer. in top. in loc. à ceſſat. ration. n. 2. Tiraq. in tr. ceſſ. cauſ. p. 1. n. 130. Cather. deciſ. 14. n. 3.*

Sed & illud rectè reſpondetur: plane in diuerſis, & ſeparatis, à noſtris, loqui Doctores, quos pro obiectione 18. adduximus, terminis. Illud enim ſolummodo thema tractant, an ſufficiat, ſecuta morte, impetraſſe pacem de vulnere, ſiquidem extiterit ſtatutum, pœnas vulneranti minuendas eſſe ſanciens, ſi pacem à vulnerato impetraſſet. *Vti ex ipſius Farinacij, eorumq, quos ibi affert, inſpectione, primo etiam obtutu apparet.*

Ecquis itaque non videt, nihil themati illi, 193
cum noſtro negocio commune eſſe. Quare concludimus, haud immeritò, à ſeparatis, malam illationem fieri. *l. vlt. ff. de calumniator. l. neq, natales. C. de probat. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 2. §. 1. gl. 3. n. 3. & §. 2. gl. vnic. n. 63. Euer. in top. in loc. à ſeparat. n. 1.*

Non dicam nunc, Actorem noſtrum, non ſolùm antequam S. deferretur: verumetiam poſtquam S. ad feudum heri ſui, morbi iam difficultatibus, ſuperatis, & exantlatis rediiſſet, & per aliquot dies, ibi ſubſtitiſſet, conuiuium adhæc ſolenne, ſodalibus, diſceſſurus, exhibuiſſet: iniuriam omnem, diſſimulatione tacita, remiſiſſe. Qua de re ſuperiùs fidem fecimus. Operæ precium itaque non eſt, obiectioni huic DECIMAEOCTAVAE, diutiùs immorari.

In DECIMANONA obiectione, latet fallacia, à dicto ſecundum quid. Vndè ei per diſtinctionem reſpondebimus.

Nam quòd dicitur, ſemel morbo affectũ, 194
adhuc eodem morbo, laborare præſumi: verum non eſt, ſemper & vbique: ſed in ijs tantummodò morbis, qui ſui natura, inſanabiles ſunt. *Alc. in tr. præſumt. reg. 2. præſumt. 19. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 6. præſumt. 44. n. 1. & ſeqq.*

In quorum album referuntur, morbus co- 195
mitialis, *vti ex Cornelio Celſo affert Menoch. in tr. præſumt. d. præſumt. 44. n. 5.*

Nec non furor, & dementia *Menoch. ibid. n. 7.* 196

Hemiplexia verò laborantes, plurimùm 197
reſtitui, & artuum agilitatem rurſus recuperare, teſtatur experientia, teſtantur item Medicorum præcepta, & diſciplinæ. *Vti ex Gerb. Mazoll. conſ. 12. n. 39. vol. 1. antea comprobauimus.*

Et præterea cogitandum eſt illud: quòd præſumtiones hæ, vtpote iuris tantum probationibus contrarijs apparentibus, ſuccumbant, atque labefactentur. *per trad. Menoch. d. præſumt. 44. n. 6.*

Cùm attamen hîc, non ſolum adſint Teſtium dicta, reſtitutum, liberatumque eſſe à morbo, Actorem noſtrum affirmantia: verumetiam ipſe aſpectus doceat, morbo illum ampliùs non laborare.

Sic denique, precij quoque nullius, VICESIMA, & vltima eſt obiectio. Cum & ea indiſtinctim, non procedat, ſed ſecundum quid tantùm.

Quòd

Quòd enim dicitur, ſtandum eſſe iuramento illius, qui ſe adhuc hodiè à morbo detineri iurat: triplicem patitur reſtrictionẽ

198 Primò etenim ad iuramentum non eſt deſcendendum, quandiu teſtium, qui de eo atteſtari poſſunt, copia haberi poteſt. *Vti ex ſpeculatore & Cardinal. docet Maſcard. in tr. de probat. concl. 1071. n. 3.*

199 Deindè non obtinet, traditio iſthæc, ſi id non ferat, qualitas perſonæ iurantis, cauſæ item, de qua agitur. *Maſcard. d. concl. 1071. n. 3. & ante eum quoq; Speculator idipſum docuit, in loco ibidem deſignato.*

200 Tertiò quoque oportet, vt alia præterea adſint indicia, quæ ea, quæ iuramentum ſibi deferri petens, aſſerit, veriſimilia efficiunt: vtpotè, quòd facie, etiamnum appareat macra: coloris item ſubgilui *vti in individuo docent Br. ad l. quæſitum. n. 6. ff. de re iudic. Abb. ad c. tenor. n. 2. ext. de ſent. & re iudic. Maſcard. d. concl. 1071. n. 5. Sfort. Odd. in tr. de reſt. in int. q. 11. n. 39 & 41.*

Atenim hîc, atteſtati fuêre Teſtes: Actorem valetudini reſtitutum:

Negocij item qualitas talis eſt, vt ad iuramentum, vtpotè cum hîc, de octo millium & ampliùs ſumma, agatur, admitti non poſſit Actor:

Ex ipſius etiam corporis, & oris forma, non infirmitas, nó morbus, ſed valetudo bona, elucet, atq; apparet: ſtat & vadit quo vult, loquitur item, & facit omnia, quæ homines ſani, atq; bona valetudine vtentes, loqui aut facere poſſunt:

201 Non itaque, locus hîc Regulæ, ſed exceptioni à Regula erit: quodq; conſequens eſt, non audietur Actor, morbum, per iuramentum probare cupiens. Exceptionem enim in caſibus exceptis, regulam labefactare, extra controuerſiam poſitum eſt. *Euer. in top. in loc. ab except. ad regul. n. 1. Vaſq. ill. controu. c. 51. n. 75. Cotta in memor. in v. exceptio el. 1. Del. Rio. ad l. tranſigere. n. 115. C. de tranſact.*

Nec obſtat, quod attamen Reus, non ſolùm chyrurgum, & medicum accerſi curauerit: Verumetiam ijs, laboris mercedem, & ſatisfactionem, pro pharmacis promiſerit, ſed & ſaccum frumento plenum, chyrurgo iam mercedis nomine, diſſoluerit: vt habent atteſtata.

Nam hinc inferri, nullo modo poteſt, eum, ad reliqua quoq; præſtanda, obligatum eſſe.

Etenim quæ hîc facta ſunt, ex mera liberalitate, profecta fuêre. Hæc etenim nobilium eſt propria. *c. 1. & ibi Abb. notab. 1 ext. de donat. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 37. n. 40. vbi Ioh. Monach. Archid. Ioh. And. Luc. de Penn. & Barbat. in id adducit.* 202

Sic quoq; nemò, ob gratuitam partis diſſolutionem, obligatur, vt de reliquo quoque debito, ſatisfaciat. *l. cum te. la. 2. & ibi Cyn. Br. Bl. Sal. Sichard. n. 1. & DD. C. ne vx pro marit.* 203

Sed & inuerſione, ſeu retortione, rectè hîc vtimur. Nam cùm iuris ſit: ne vulnerandi quidem animũ, in eo præſumi, qui in ſuppeditandis medicamentis, tàm alacrem ſeſe præſtiterat. *Vt ex Capoll. tradidit Menoch. præſumt. lib. 3. præſumt. 40. n. 29.* 204

Hæc omnia magis ad liberandum, & releuandum Reum, quàm ad aggrauandum eundem, pertinent.

Quamobrem, vt tandem rem totam vno verbo compræhendã, Reum puto, abſolucndum planè eſſe.

Eſt etenim noua planè, & inaudita, & iuri, æquitatiq; diſſentanea, Actoris petitio: ſed & de ijs, quæ oportebat, Iudicem minimè edocuit, aut ſi edocuiſſet, enerua tamen eſſent, hæc omnia, per ea, quæ in contrarium Reus probauerat.

Memini item ego, annum nondũ elapſum, cum H. à B. qui ſeruo ſuo ingenuo, ob id tantùm, quòd piſcationi, vti iuſſus erat, non affuiſſet: ſed interim poculis ſtuduiſſet: & ebrius domum reuerſus, equum, quo vectus fuerat, ad præſepe non alligaſſet, ſed ſub dio ſtare ſuiſſet, vulnera duo maxima, in caput inflixerat: in Camera Electr. Brandeb. abſolutum, eò, quòd ſeruis, hominibus plærunq; præferocibus & petulcis, huiuſmodi actiones, aduerſus heros dare, res valdè periculoſa, & peſsimi exempli, cenſeretur. 205

Sic memini quendam ex M. familia nobili oriundum, qui ſcribam ſuum, de incendio ſuſpectum, torturæ ſubiecerat, cùm attamen à ſcriba, ne per torturam quidem, quicquam erui poſſet, in quadringentos tantùm ſoachimicorum, paucis rerro annis condemnatum, & non vltrà. 206

Quare vt petitio Actoris, qua octo millia, ſibi pro vulnuſculo, dignam merſti ſui mercedem, inflicto, adiudicari, petere auſus eſt, vllo modo æqua æſtimari poſsit, equidem non perſpicio.

Nolim autem hac mea ſententia, præiudicium, alterius rectius ſentientis opinioni fieri. In cuius fidem, nomen meum proprium, familiiq; meæ cognomen, manu propria ſubſcripſi. F. P. D.

CONSILIVM XXIII.

SVMMARIVM

1. *Vindictarum iudicium quod, apud veteres.*
2. *Recredentia Gallorum quid.*
3. *Prouiſio nouæ Italorum quæ.*
4. *Interim, Hiſpanorum, Caſtellanorum quid.*
5. *Auxilium tuitiuæ carta Regalis, quid Luſitanis.*

6. *Possessorium summariſſimum quod.*
7. *Possessio momentanea quæ.*
8. *Possessio recredentiaria quæ.*
9. *Possessorium summariſſimum, non tribuit possessionem perpetuam & stabilem.*
10. *In possessorio summar. processus iudicorum ordinarius, non obseruatur.*
11. *In possessor. summariſſimo, neuter Actor, neuter item Reus est. Libelli oblatione, in possessor. summariſſimo, opus non est. ibid.*
12. *Litis contestatio in possessorio summariſſ. non est necessaria.*
13. *Citatio omitti non potest, etiam in possessor. summariſſimo.*
Fallit vt n. 14.
15. *In possess. summariſſimo, causa meritæ, exactiùs & plenius, non examinantur.*
16. *In iudicio possess. summariſſ. certus tantum testium numerus, ab vtraq; parte, producitur.*
Fallit vt n. 17.
18. *Testes in iudicio possessorio summar. vel ipse examinat Iudex, vel is, cui Iudex, id delegauerit. Sed & Iudex, & Delegatus, certum sibi, pro libitu ascisciunt, tabellionem.*
19. *Testes in possessorio summariſſ. non iurant.*
20. *Reprobatio testium, non admittitur in possess. summariſſimo.*
Amplitur vt n. 21.
Fallit n. 22.
23. *Testes in possess. summariſſimo, non accusantur de falso.*
Extenditur. n. 24.
25. *Publicatio attestationum, in iudicio possessorio summariſſimo, necessaria non est.*
26. *Probationes, etiam leuiusculæ aliàs, in possess. summariſſimo plenè probant.*
27. *Sententia possess. summariſſi trahit secum executionem.*
28. *Sententia in possess. summariſſimo, est tantùm interlocutoria.*
29. *Sententia in poss. summariſſimo lata, euertitur statim, ac sententia in possess. ordinario fertur.*
30. *Fructus restituuntur ab eo, qui sententiam pro se, in possessor. summariſſ. obtinuerat, si deindè in possess. ordinario succubuerit.*
31. *Appellare in possessorio summariſſi. licitum non est.*
32. *Appellare non licet in possessorio summariſſimo, etiam quo ad effectum deuolutiuum, contra Kinchen.*
33. *In Camera Imperiali quoq; appellatio in possess. summariſſimo non admittitur.*
34. *Appellationes, in causis recredentiarum, in Gallie regno, hodiè permissæ.*
35. *Restitutio in integrum, in possessor. summariſſ. locum non habet.*
Amplitur. n. 36.
37. *Nullitas excluditur in possess. summariſſ.*
38. *Supplicationis remedium cessat in possess. summariſſimo.*
39. *Remissio non conceditur, in possessorio summariſſimo.*
40. *Processus propterea, quod brevior est, eò melior non est.*
41. *Possessorio summariſſimo, in quibus casibus, causisq; locus sit.*
42. *In possessorio summar. probationes petitorium respicientes, no prosunt.*
43. *Sicuti nec Tituli probatio.*
44. *Exceptio dominij, etiamsi in continenti probari possit, non prodest attamen in possess. summariſſimo.*
45. *Probationes, ad petitorium pertinentes, sed possessionem, vt practici loquuntur, colorantes, à Iudice in possess. summariſſimo admittendas, quomodo verum.*
46. *Possessorium summar. differt à remedio illo, quod ex l. vlt. C. de ed. D. Hadr. toll. prodit.*
47. *In possess. summariſſimo, possessio per instrumenta, rectè probatur.*
Declaratur. n. 48.
49. *Possessorium summariſſimum, aliud non sequi possessorium ordinarium, contra naturam, & essentiam ipsius est.*
50. *Possessorium summariſſ. possessorio ordinario, vel petitorio, nullū affert præiudicium.*
51. *Summaria cognitio, nunquam præiudicat veritati, plenius indagandæ.*
52. *Possidentes, lites in perpetuum ferè extrahere, neue finiatur, præpedire solent.*
53. *Detentori nudo, possessorium retinendæ, vel recuperandæ non datur.*
54. *Detentor nudus, obtinere potest, in possessorio summariſſimo.*
55. *Interpretatio ad Masser. in sua pract. tit. 10. n. 28.*
56. *Hirundo vna, non facit ver.*
57. *Possessor etiam recentior, victoriam quandoq; reportat, præ antiquiori, in possess summariſſimo. & n. 58.*
59. *In possessorio summariſſimo, vnica tantum datur dilatio, ad producendum testes.*
60. *Probatio quando, desicit, non ius.*
61. *Testis vnici depositio, in possessorio summariſſimo, ad obtinendam victoriam sufficit.*
62. *In possess. summariſſimo, succumbit is, quem constat, vi, clam, vel precario possedisse.*
63. *Clam possidere quid.*
64. *In iudicio possessorio summariſſimo, pignerationes, & reliqua, si paulò altiorem indaginem requisierint, reijciuntur ad possessorium ordinarium.*

QVærebatur nuper ex me quo pam modo, in iudicio illo, quod Romani veteres vindiciarum: vt plurimis in id adductis, docuit Menoch. in tr. de remed. poss. recup. in prælud. n. 31. (Licet eundem subsistere, & num illud iudicium vindiciarum, huc pertineat, nec ne dubi-

dubitare videam, *in tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 8.*)

2 Galli recredentiam: *Menoch. d remed. 3. n. 8. & in d. prælud. n. 28. Mascard in sua pract. ut. 10. n. 15. Conarr. pract. quæst. c. 17. n. 1. vers. sed & eius interdicti. Tiletan. de Benign. in Decis. Camer. imper. Syntagm. 1. decis. 1. voto 9 n. 5. Valasc. in consultat. Regn. Lusit decis. 79. n. 17. Vvesenbecc. cons. 1. n. 17.*

3 Itali, prouisionem nouam: *Menoch. d. tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 9. & remed. vlt. n. 4. & in d. prælud. tr. de recup. poss. n. 29. Frider. in tr. de mater. poss. c. 7. n. 6.*

4 Hispani Castellani, interim: *Menoch. d. loco Conarr. d. c. 17. in pr. Tiletan. de Benign. d. vot. 9. n. 5. Valasc. d. n. 17.*

5 Lusitani, auxilium tuitiuæ cartæ regalis: *Valasc. d. decis. 79. n. 17. & passim per tot.*

6 Nostri verò possessorium summarissimum dicunt. *Cagn. in Lus pari. n. 6. ff. de reg. iur. Gail. obseruat. 7. n. 5. lib. 1. Alc. Pareg lib. 6. c. 24. & lib. 8. c. 24. Alc. ad l. si prius. n. 5. ff. de no. op. nunc. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. vlt. n. 4. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. in prælud. n. 32. Modestin. Pistor. cons. 51. n. 16. volum. 1. Vvesenb. d. cons. 1. n. 17.*

Quoue Iudex, officio eius implorato, ne partes, ad arma veniant, reueritus, adhibita summaria quadam cauſæ cognitione, hunc vel illum, possessionis commodo frui iubet, donec plenariè de possessione, vel proprietate disceptatum, cognitumque fuerit. *Vti complurunis in id adducti, decidit Menoch. in d. prælud. recup. poss. n. 25. Virgin. de Boccat. in tr. de manutenent. c. 21. n. 11. Fr. Herculan. in tr. de attentat. c. 4. n. 1. Vvesenbecc. d. cons. 1. n. 17.*

7 Vnde & possessio momentanea *l. vnic. & ibi Cas. Contard. ad Rubr. n. 6. & poss. per tot. C. si de moment. poss. fuer. appell. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 20. n. 5. p. 1. Menoch. in d. prælud. tr. recup. poss. n. 32. Petr. Frider. in tr. de process. in Camer. extrab. lib. 2. c. 27. n. 7. vers. licet etiam id. Vvesenbecc. d. cons. 1. n. 17. vbi hanc esse magis communem attestatur.*

8 Item recredentiaria possessio; nomen inuenit *Frider. in d. tr. de caus. & mat. poss. c. 7. n. 6.*

9 Nunquam enim, taliter in possessione constitutus, stabilem, perpetuamque possessionem consequitur: sed vsus tantùm possessionis, ei quasi commendatur, atque concreditus censetur: qui rursus auferetur ab eo, si in possessorio plenario succubuerit: *Conarr. pract. quæst. c. 17. n. 2. in fin. Matth. Castr. in addit. ad Mascard. in pract. d. ut. de poss n. 17. & 18. Aluar. Valasc. in d. consultat. Regni Lusit. d. decis. 79. n. 17. lib. 1. Frider. d. tr. de caus. & mater. poss. c. 7. n. 6. Milanens. in decis. Regn. Sicil. decis. 3. n. 15.*

Processum recte efformari censeam.

11. Numque existimem, senatui, oppidoque N. consultum fore, si hoc iudicium, in lite, quæ illis cum N. est, sequatur?

I. QVÆSTIO.

10 Illud equidem constat, in hoc iudicio, processum iuris ordinarium, planè non obseruari. *Aluar. Valasc. d. consult. Lusitan. 79. n. 17. lib. 1. Milanens. d. decis. Regn. Sicil. 3. n. 15. Virgin de Boccat. in tr. de manutenent. d. c. 21. n. 12. Franc. Hercul. in tr. de attentat. c. 4. n. 1. vers. vndè circa prædicta. Borg. Cauale. decis. 19. n. 4.*

Vndè nec illud inuestigare, operæpreci- 11
um erit, quis hic actoris, quis verò rei partes sustineat. Cùm ne libelli quidem oblatione, opus sit. *Zuchard. ad l. vlt. n. 133. C. de ed. D. Hadr. toll. Franc. Marc. decis. Delphin. 429. n. 8. p. 1. Ferm. decis. Bonon. 79. n. 2. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. vlt. n. 27. Virgin. de Boccat. d. c. 21. n. 14.*

Quinimò, ideò tota hæc lis suscipiatur, vt quis deinceps, actoris, vel rei, partibus defungatur, siue quis possessor esse, aut possessionem adhuc suam, edocere debeat, pronuncietur. *teste Cothm. cons. 20. n. 60. vol. 1. Valasc. d. cons. 79. n. 17. lib. 1. Conarr. pract. quæst. d. c. 17. n. 1. vers. cuius quidem.*

Sic quoque litem contestari, in hoc iudi- 12
cio non est necessarium. *Bennet. d. decis. 79. n. 2. Menoch. d. remed. vlt. n. 32. Virgin. de Boccat. dict. tr. de manutenent. c. 21. n. 14.*

At, licet partem aduersam, in hoc iudicio, 13
si qui actus, illi præiudiciales, celebrandi fuerint, citari, æquius sit. *vt ex Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. vlt. n. 31. videre est.*

Nisi cum in mora periculum est. *Zuchard.* 14
ad l. vlt. n. 130. & 133. C. de ed. D. Hadr. toll. Modest. Pistor. cons. 51. n. 16.

Ipsæ tamen probationes, celeriter expe- 15
diuntur. Nec enim merita cauſæ plenè, sed breuiter, & per transennam quasi, examinantur, atque discutiuntur. *Menoch. d. remed. vlt. n. 33. Milanens. d. decis. 3. n. 79. Modestin. Pist. d. loco.*

Sed & certus tantum testium numerus 16
producitur: atque ita quidem producitur, vt par sit numerus eorum, qui vtrinque producuntur. Verbi gratia: quinque tantùm, producet is, qui primus, ad iudicium prouocauit: quinque item producet is alter, aduersus quem prouocabatur. *Mascard. in sua pract. tit. de possessor. n. 24. Conarr. d. c. 17. n. 4. Menoch. d. remed. vlt. n. 33.*

Nisi aliud velit, iudicij stylus, & obseruan- 17
tia. Tunc enim plures numero testes, quàm altera, pars vna, producere poterit. *per trad. Cothm. d. cons. 20. n. 14.*

Atque hos ita productos, examinabit, in- 18
terrogabitque, vel ipse Iudex, vel is, cui hæc partes, Iudex commiserit: qui etiam tabellionem, quem voluerint, adhibebunt. Sed & articulos, interrogatoriaque, ipsi efformabunt. *Mascard. in pract. de tit. de possess. n. 24. Conarr. pract. quæst. c. 17. n. 4. Menoch. d. remed. vlt. n. 33. Gail. obseru. 7. n. 5. & 6. lib. 1.*

Cæterum, iurare testes, in hoc iudicio non 19
coguntur. *vt ex Bl. Curt. sent. Neuiz. Alc. & Bologn.*

docet Menoch.d. remed.vlt. n. 39. Modestin.Pistor.d. cons.51.n.16. fac. trad. Farinac.in tr.de testib.q.74. n.106.

20 Sicuti, nec vlla reprobatio eorum, Anton. Capyc.decis.Neapolit.55.n.4. Couarr.d.c.17.verf. septimò Menoch.d.remed.vlt.n.41.Valasf.d.decis. Lusit. 79.n.15.Caualc.decis.19.n.4 Nicol. Anton. Granat. in addit. ad vestr.lib. 5. c. vlt, n. 36. Cothm. d. cons. 20.n.18.

21 Tàm ratione personarum, quàm dictorum admittitur. Capyc.d.decis. 55.n.4.

22 Nisi ea, de qua ex actis iam apparuerit, & constiterit, quæq; indaginem altiorem, non requisierit. Hæc namque non solùm admittenda est, verumetiam in iudicando, in obtutu, haberi debet. Vti Rol.à Valle. & Couarr.adductus,in iudiuduo decidit Cothm.d.cons.20.n.18.

23 Sic quoque omnis cessat, falsi accusatio. Masuer.d.tit.de posseff.n.25.Couarr.d.c.17.n.4. verf. nono.Valasf.d.consult.Lusit. 79.n.15.Capyc.d.decis. 55.in fin. Menoch d.remed.retin.poss.vlt.n 43.

24 Id quod rursus, tàm respectu testium, quàm literariorum documentorum, verum est,atque obtinet. DD.modò adducti.

25 Et denique vllam,attestationum publicationem fieri, necessarium quoque non est. Couarr. d. c.17.n.4. verf. quintum est.Menoch.d.remed. vlt.n.40.

26 Et in summa,probationes, quantumuis in alijs iudicijs leuiusculæ censerentur, in hoc tamen iudicio possessorio summarijssimo, plenè probant. Vti complurimis autoritatibus, in id adductis, Autor nobis rursus est Menoch. d.remed.vlt. n.34.Gail.d.obs7.n.6.Caualc.d.decis.19.n.4.

27 Sanè ipsam quod attinet sententiam, hæc equidem executionem secum trahit. tradente in iudiuduo Menoch. d. remed.vlt. n.37.per tot. & autoritates ibidem adductas.

28 At interim, non nisi mera interlocutoria est. Anton.Capyc.decis.Neap. 55.in fin. Zuchard. ad l.vlt.n.133.C.de edict.D.Had.toll.Cagn. ad l.in pari. n.6.ff.de reg iur.Couarr.pract.quæst.c.17,n.2.Franc. Herculan.in tr.de attent.c.4.n.1.verf.vndè circa.Bertinat.d.decis. Bonon. 79.n.3.Ioseph.Ludouic.decis.Perus.20.n.8.p.1.Menoch.d.remed. vlt. n.46. Gail. d. obs. 7. n. 6.lib.1.Bender, in tr. reuis. concl.35. n. 25. Natta.cons. 121.n.9.lib.1.Crauet.cons.140.n.4. Modestin.Pistor.d.cons.51.n.17.volum.1.

29 Quæ confestim, ac in ordinario possessorio, sententia aduersus recredentiarium fertur, vim, & efficaciam rursus amittit Menoch. d.remed vlt.n.59.

30 Vndè tunc, non solùm is, cui possessio, in iudicio ilto summarijssimo commendabatur: possessione rursus cedere: verumetiam fructus omnes perceptos, restituere obligatus est. Matth. Castrut.in addit. ad Masuer.d. tit. de posseff.n.18.

31 ** Porrò ab hac sententia, appellare fas non est. Ex longè receptiori,inter omnes sententia. Ioseph.Ludouic.d.decis.20.n.9.Petr.Benint.decis. 79.n.1.& per tot.Menoch.d.remed.vlt.n.48.qui idem volentes, Neuiz.an. Parl. de Put. Iason. Brun. Boer. Rebuff. & Alcyat. adducit.Franc.Hercul.in tr.de attentat.c.4.n.2.Valasc.de consult.Regni Lusit.79.n.18. lib.1. Frider.d. tr.de proceß. extrah. lib.2.c.27.n.7. Bredenrod.in tr.de appellat.p.1.col.276.lit.A.Virgin. de Boccat.in tr.de manutenent.c.17.n.5 Bender.in tr. de reuision.concl.35.n.30.Modestin.Pistor.d.conf.51. n.17.lib.1.

32 Nam etsi appellationem, ad effectum deuolitium quod attinet, etiam in possessorio summarijssimo,admittendam censeat Kmch. ad prindeg.Saxonic.mihi fol.293. vbi Caualc. Cabal. Rebuff. & Molinam adducit:

33 Tamen receptior, in contrarium est. Sicut nec vsus forensis, hanc, quòd ego sciam,admittit. Id quod,etiam in Camera Imperiali obseruatur. Gail. teste d. obs. 7 in fin.lib.1. **

34 Sic quoq; non obstat illud, quòd attamen hodiè in Regno Galliarum, in quibuscunq; recredentijs, illis exceptis, quæ ad causam prouisionis beneficiorum pertinent, prouocationi locus sit. Vti ex Couar. autor est Bredenr. in tr. appell.p.2.col.19.lit.A.

35 Nam cum id ius peculiare Gallorum sit, nihil ad nos pertinet.

36 Ceterum sicuti prouocationem, ita quoq; in integrum restitutionem: Anton. Capyc. decis. 13. n. 11. Couarr. pract. quæst.c. 17.n.4.verf.sextò. Benintend. d. concl.79. n.8.Menoch. d. remed. vlt.n. 54. qui Anton. Granat. idem volentem allegat. sed Granatus, in loco,a Menoch.adducto,nihil tale habet.

37 Nec distinguemus, an respectu termini elapsi, an verò, respectu ipsius causæ meritorum, vt, quia vel plane probationes facere neglexerat, vel quia id,quod probare oportuerat, non probarat,ideoque causa ceciderit, restitutio in integrum postuletur. Couarr. d. l.17.n.4.verfic.sextò.

38 Nec non nullitatis querelam: Menoch. d. remed.vlt.n.52.

39 Aut supplicationem: Couarr. pract. quæstion. c.17.n.4. verfic. octauò.Menoch.d. remed.vlt.n. 53. Bender.d.concl.35.n.46.

40 Aut denique reuisionem fert. Bender.d.tr. de reuis. concl.35.n.46.Frider. in tr.de proceß.in Camer.extrah.lib. 2.c.27.n.7.

Atque ex his quemlibet nunc, qui sit processus, in iudicio hoc possessorio summarijssimo,percipere posse, statuo.

II. QVAESTIO.

Restat nunc vt videamus,an conducat,salubreque sit, vniuersitati, quæ in oppido N. est, vt tale iudicium, in lite, quæ illi cum N. est,subeat?

Et quamuis videam processus finem, ita maximoperè accelerari: considero attamen interim, processum, eò meliorem non esse, quò breuior fuerit. vt me Bodin. in lib. de Repub.

4.c.6.n.7.el.2.(duplicatus enim hic numerus reperitur) vers.neq, verò putandum est,admonentem,legisse memini.

Quare vt hac via , res tentetur & ad hanc quam hactenus recensuimus normam , processus instituatur : ego mehercle vniuersitati illi, Autor esse,nec possum,nec debeo.

Moueor autem insequentibus,rationibus, atque fundamentis.

41 Nam PRIMÒ scio : non solùm,in Gallijs, Hispania , & Italia : Verumetiam in Germania, & in Imperio Romano , huius iudicij,vsum ferè nullum esse , nisi in casu , vbi ne arma partes capiant , iustus timor est. *Vti in id uidue attestatur Tilemann. de Benig.in d. Decis. Cam. Imp. Syntagm. 1. decis. 1. vol. 9. n. 8.*

At hic,ob hanc litem,de belli tumultibus, periculum nullum apparet.

Non video itaque,quid causæ sit,ob quam istiusmodi processum summarijssimum , expetamus.

42 SECVNDÒ: memor quoque eius sum, quòd à iuris Interpretibus tradatur : probationes, petitorium respicientes : *Vti ametorius Neuiz. Castr. Bologn. autor est Menoch. d. remed. vlt. n. 36.*

Aut probationem tituli , quicquam non
43 prodesse : *Marc. Anton. Natta. conf. 121. n. 5. & n. 9. lib. 1.*

44 Quinimò exceptionem dominij,etiam illam,de qua in continenti fides fieri potest, in hoc iudicio absque effectu interponi,*Vti innumeris ferè adductis , concludit Menoch. de iudicio præterea possessorio ordinario loquens in tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 675.*

Quare tantò minùs hac via, rem nos aggredi,placere mihi potest.

Scio enim oppidanos , conplurimis documentis, ad proprietatem & petitorium pertinentibus, esse instructos. Quæ omnia , ne tanti quidem fecerim , siquidem hoc iudicium, sectati fuerimus.

Quin videor mihi subolfacere , partē aduersam hoc tantùm agere , dùm se possessorium summarijssimum , tantopere appetere, præ se fert , quò oppidanis interim , documenta hæc omnia, inutilia efficiantur.

45 Nec obstat,quod attamen tradatur : Iudicem, iure non posse, non admittere, etiam in iudicio summarijssimo, probationes eas,quæ quidem ad petitorium , propriè pertinent , sed interim possessorium colorant , & adiuuant : siue eæ plenè,vel semiplenè probarint: siue iudicium,autadminiculum tantùm producant. *Vti ex Buttrig. Bl. Felin. Dec. Bologn. Neuiz. Ripa, Zucch. Achill. person. Calcan. Ang. Gaz. a. Cranet. Natta. Rol. a Valle, & Menoch. autor est. Milanens. in decis. Regn. Sicil. 3. n. 80. lib. 1.*

Perspexi enim , Milanensi ibidem, de illo remedio,quòd ex l.vlt.C. de ed.D.Hadr.toll. prodit, rem esse.

Quare decisio eius , ad iudicium nostrum possessorium retinendæ non pertinet.

Etenim inter illud.l.vlt.C. de ed.D.Hadr. 46
toll. iudicium , & nostrum, permagnum est, hac in parte discrimen. Cùm exactius longè in illo , quàm in nostro iudicio, omnia examinentur, atque penitentur. *Menoch. teste in d. tr. de remed. poss. retin. remed. vlt. n. 53. ad fin.*

Sic quoque illud , apud me pondus non 47
habet : quòd etiam in possessorio summarijssimo , ex instrumentis, rectè probetur possessio. Quinimò plùs etiam instrumenta, quàm testes probent. *Vti Masc. Couarr. & Rebuff. autor ib. in scripta immisit Coth. d. conf. 20 n. 25. & 26.*

Nam hoc aliter interpretari nequeo:quàm 48
si instrumenta, petitorium attingentia, parte aduersa, vel consentiente expressim , vel ad minimum,tacente ea,& instrumenta hęc, admitti non posse, non excipiente, producta, Iudicique exhibita fuerint. Hoc casu verum esse censeo, quod Dominus Cothmannus docuit. *per trad. Rum. conf. 127. n. 9. lib. 5. Anton. Rub. ad l. naturaliter. 6. nihil commune. n. 175. vers. secundò declarari, & ibi Bolognett. p. 2. n. 119. & 120. ff. de acquir. poss. Milanens. d. decis. 3 n. 79. lib. 1.*

Atenim quis hic sponsorem se præstabit : partem aduersam tacituram, nec sese productioni instrumentorum oppositurum. Cùm tamen interim,non pateat receptus, si semel hanc nauem , iudicij possessorij retinendæ summarijssimi, ascenderimus.

TERTIÒ: id velle partem aduersam animaduerti , vt lite hac possessorij retinendæ summarijssimi, semel per sententiam finita , intercluſus deindè inposterum , perpetuò maneat reditus, ad possessorium retinendæ ordinarium.

Id quod mihi, non solùm res captiosa ad- 49
modum, & insidijs plena, videtur : verumetiàm pugnare , cum ipsa substantia essentiáq; possessorij retinendæ summarijssimi.

Quis enim vnquam, de tali audiuit possessorio summarijssimo retinendæ, quod aliam post se,in possessorio plenario,non præstolaretur sententiam ?

Quis item non audiuit, non solùm possessorium summarium retinendæ , nullum generare præiudicium , possessorio ordinario , aut petitorio. *Vt tradunt omnes, quotquot in initio adducebamus, & præterea Valasc. d. consult. Regn. Lusit. 79. n. 18. lib. 1.* 50

Verumetiam in genere verum esse : nul- 51
lam cognitionem summariam , afferre præiudicium veritati, plenius indagandæ. *Vt ex Bl. refert & sequitur Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 68.*

Caueant itaque hîc,sibi sedulò oppidani , moneo. Nam hîc anguem in herba latere dubium non est.

Etenim si semel victoriam, in hoc iudicio 52
possessorio summarijssimo reportarint , possessio-

sessionemq; iam adepti fuerint aduersarij: nec mala huic, per possessorium plenarium, remedium, vlterius afferri possit: certo certius est, iudicium eos petitorium, in infinitū protracturos: & interim possessioni rei alienæ incubaturos. Hic etenim mos, possidentium perpetuus esse solet. *Aluar. Valasc. consult. Regn. Lusit. an. consult. 51. n. 47. vers. licet reuera. lib. 1.*

53 QVARTÒ: etsi certum sit, quòd remedium possessionis retinendæ, vel recuperandæ, nudo, simplicique derenrori, non detur. *Vti in individuo scriptum reliquit Aluar. Valasc. d. consult. Regn. Lusit. 79. n. 10.*

54 Illud tamen è diuerso, non minus constat: quòd in hoc summarissimo possessorio retinendæ, obrineat is, qui solam etiam detentionem probauerit. *tradentibus Couarr. pract. quæst. c. 17. n. 5. vers. sic tamen quicquid. Menoch. d. tr. de remed. poss retin. remed. vlt. n. 36. vers. si quoq; de eo. Aluar. Valasc. in d. consultat. Regn. Lusit. 79. n. 10. lib. 1. Francisc. Milanens. decis. Regn. Sicil. n. 83. lib. 1. qui Gerard. Maz. oll. & Natt. idem volentes nominat.*

Quare hic rursus vigilandum erit. Videntur enim mihi aduersarij, iudicium hoc, tantopere vrgentes, ad possessionem quod attinet, animum despondere, & interim ad detentionis remedium, ceu ancoram sacram confugere. Ad quod conniuendum non esse, puto.

55 Nec obstat, quod attamen Masuerius, velit, detentionem hic non sufficere: *Masuer. in sua pract. tit. 10. n. 28.*

Nam Masuerium notat *Couarruuius, in loco proximè designato.*

56 Et præterea Masuerius, sectatorem habet neminem. Vndè vna hirundo, ver facere non potest. *Vt dicit Kinch. in tr. de sublim. territ. iur. c. 3. n. 83.*

57 QVINTÒ: expendamus quoque, quale illud sit, quòd in hoc iudicio, summarissimo, non præualeat possessio antiquior, sed nouior, atque recentior. *Vti ex Chassan. Marian. Socin. Cephal. Neuiz. & Ploto, in individuo scriptum reliquit Cothm. d. conf. 20. n. 11.*

58 Dummodò recentior illa possessio, illa adhuc die, qua lis primum cœpta est, perduraret. *Vti rursus ex Castr. Couarr. & Cephal. docet. Cothm. d. conf. 20. n. 10.*

Nam hoc cum ita sit, oppidani verò, ratione, & intuitu possessionis antiquioris, aduersarios facilè antecedant: è re eorum fore non existimo, si omnia concesserint, quæ petit ab eis, pars aduersa.

59 SEXTÒ: cogitandum quoque est, quòd in hoc iudicio, ad producendum testes, & ad totam probationem perficiendam, non nisi vnica dilatio, impetrari possit. *tradente Couarr. pract. quæst. c. 17. n. 4. vers. octauò. Valasc. d. consult. Regn. Lusit. 79. n. 15. lib. 1.*

Sin itaque, nullam aliam haberemus causam, processum hunc dissuadendi, vel hæc sola sufficeret. Omnes enim norunt, quam facilè effluat, probatione nondum adhuc impleta, dilatio vnica. Et deinde haud immeritò audimus, non deficit tibi ius, sed probatio. *Vt ait Iurisconsultus in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut.* 60

SEPTIMÒ: vnicum etiam testem, cæteris paribus, ad victoriam, in hoc processu obtinendam, sufficere volunt. *Petr. Benint. decis. 62. per tot. Fr. Hercul. in tr. de attentat. c. 4. n. 2. Menoch. in tr. de remed. poss. ret. remed. vlt. n. 34. vbi alios complurimos, idem volentes allegat. Virgin. de Boccat in tr. de manuten. d. c. 21. n. 14. in fin.* 61

Quæ res rursus, ob subornationes, quæ hac in parte, committi facilè possent, negligenda, non est.

Et denique, etsi non sim nescius, quòd etiam in hoc possessorio summarissimo, ille succumbat, quem vi, clam, vel precariò, iure de quo controuersia est, vsum esse, vel quasi possedisse, probatum fuerit. *Vtrex Anton. Gomez. & Beroio autor est Valasc. d. decis. 79. n. 19. lib. 1. & rursus Ploto. Achill. person. Rebuff. & Castr. adducti, decidit Milanens. in decis. Regn. Sicil. decis. 3. n. 197. lib. 1.* 62

Non dubitem item, quòd ex parte oppidanorum, contradictio, & per pigerationes, & per alios similes modos: facilè edoceri possit: vndè non nisi clandestinè, hoc ius, partem aduersam vsurpasse, certò constet: cùm sciente, & volente eo, ad quem ea res perrinebat, possessionem nacta non sit. *l. clam possidere. ff. de acquir. poss. Frider. in tr. de mater. poss. c. 6. n. 8. Borcholt. in tr. de acquir. poss. c. 2. diuis. 1. n. 4. & c. 6. n. 31.* 63

Nihilo tamen magis propterea, oppidanis, iudicium hoc, vtile fore, arbitrarer.

Hic enim, in consideriationem venit illud quòd pignerationes, & reliqui modi, quibus possessionem aduersarij clandestinam esse, ostenditur, si paulò altiorem indaginem requisierit, in hoc iudicio reijciantur, & ad possessorium ordinarium, vel plenarium reseruentur. *Vti in individuo, scriptum reliquit Cothm. d. conf. 20. n. 36.* 64

Quam ab hoc iudicio, abstinendum esse, oppidanos, admonitum volo. Quod si tantopere litem hanc abbreuiari concupierint, videant, vt illud probare, quod in interdicto vti possidetis, ad victoriam reportandam docere, solitum, atque consuetum est, vtrique parti, integrum remaneat.

Poterunt interim processum, à probatione, & pœnitus omni libelli oblatione, & litis contestatione omissa exordiri: poterunt itè, terminum probatorium, ad secundam, vel ad summum, ad terttam vsque dilationem coangustare: poterunt præterea appellationi, & omni vlteriori instantiæ, qualiscunque illa fuerit, renunciare, & denique stipulari, ab in-

ab inuicem poterunt, quò is, qui exactè pacta conuenta omnia, non custodierit, tota causa confestim cadat, iusque omne suum, perdat atque amittat.

Atque sic, de duabus hisce quæstionibus sentio F. P. D.

Intermittebatur tandem, iudicium possessorium summarijssimum: & vt lis, nihilominus citiùs finiretur, certa quædam procedendi formula, ad instar compromissi, parti vtrique dictabatur.

CONSILIVM XXIV.

SVMMARIVM.

1. *Defensor, vti potest exceptionibus sibi, non autem illi, quem defendit, competentibus.*
2. *Actor illam eligere viam, non tenetur, qua actio eius, vel euerteretur tota, vel retardaretur ad minimum.*
3. *Defensor necessarius tantùm, vtitur exceptionibus propriis, non autem voluntarius.*
4. *Defensor necessarius quis.*
5. *Defensor voluntarius quis.*
6. *Defensor non potest exigi, vltrà quàm facere potest, si condemnatus fuerit.*
7. *Beneficium, vt quis non teneatur, nisi in quantum facere potest, quale sit.*
8. *Defensor legitimus is non erit, cui restitutio in integrum competit.*
9. *Defensor ex parte rei, actore inuito, nunquam potest interuenire, si interueniat animo nouandi, & reum pœnitus liberandi: nec distinguitur, an primi conuenti persona, sit legalior, & melius rei veritatem sciuerit, nec ne.*
10. *Defensoris munus, hic rectè non subit, qui præter id, quod sui copiam, in iudicio facit, nihil agit, sed verbis tantùm ostendit, paratum se esse, qui iudicium suscipiat.*
11. *Defensor rei, ab actore inuito repellitur, etiamsi cautionem de iudicato soluendo, præstitisset.*
12. *Defensor, etiamsi persona valdè coniuncta sit, non auditur attamen, nisi prius de iudicatum soluendo, satisfecerit.*
13. *Possidens immobilia, tutus est, ab exceptione satisdationum.*
14. *Defensor, satisdat de iudicatum soluendo, quantumuis plura immobilia possideret.*
15. *Defensor toties repelli potest, quoties id fieri, actoris interest.*
16. *Inter procuratorem in rem suam, & defensorem, discrimen ingens est.*
Procurator in rem suam, in quem res ante iudicium cœptum transferebatur, ab actore, exceptione hac: quòd reus sit legalior, & rei veritatē, rectius nouit, repellitur. ibid.
17. *Procurator in rem suam, quis.*
18. *Soluens creditori putatiuo, bona fide, plenam consequitur liberationem.*
Etiamsi soluerit, nulla Iudicis autoritate accedente. n. 19.
20. *Liberatio oritur, etiam ex solutione, falsò planè creditori facta, dummodò iusta fuerit, in soluente credulitas.*
21. *Soluens creditori falsò, vel putatiuo, audiendus est, si actiones, aduersus eum, cui solueratur, creditori cedere voluerit.*
22. *Falsitas conclusionis exoritur statim, ac de præsuppositorum falsitate liquere incœperit.*
23. *Defensor non vtitur, fortè declinatoria exceptione, si hæc reo principali, non competierit.*
24. *Defensor propterea, quòd vtatur exceptionibus, sibi solùm, & non reo principali competentibus, non potest repelli.*
Defensores lex hoc beneficio donat, quòd possint propriis exceptionibus vti. ibid.
In defensorum commodum introductum, in dispendiū eorundem, trahi non debet. ibid.
25. *Defensor, non nisi ob certas, ab, lege diffinitas causas, repelli potest.*
26. *Defensor, qui ideò defendit, quod possessor sit rerum in iudicium deductarum, difficilius longè remouetur, quàm alterius generis defensores.*
27. *Argumentum à maiori ad minus, affirmatiuè non procedit.*
28. *Consequentia non valet: defensores possunt repelli, si vti voluerint exceptione, sibi iurè peculiari, & ex propria persona competente: Ergò, hoc nomine repelli etiam poterunt vt defensores, qui defendunt propterea, quòd possident rem, de qua controuertitur.*
Cum maior in his, quàm in illis ratio.
29. *Fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta quib. inest euertit.*
30. *Defensor quatenus habeat beneficium, quod vltra quam facere possit, non teneatur.*
31. *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, validum in iure est.*
32. *Quoties defectus, qui defensori inest, conditionem eius, aduersus quem defensio suscipitur non aggrauat, toties hic quoq; defectus, nullam repulsa defensoris tantam præstat.*

33. *Con-*

33. Consequentia non valet : est minor : ergò restituitur.
34. Consequentia non valet . est minor : Ergò lasus.
35. Lasione cessante , cessat in integrum restitutio.
36. Defensoris partes, quatenus ob restitutionem in integrum, minor rectè non tuetur.
37. Minor suscipiens defensionem necessariam, non gaudet, restitutione in integrum.
38. Restitutio in integrum , semper cessat , si ad actum qui geritur , principis autoritas accesserit.
39. Defensorem , qui animo nouandi , & reum totaliter liberandi, ex parte rei interuenit, actore inito, non admitti, quatenus verū.
40. Exceptio , in casibus exceptis , regulam vitiat.
41. Cautio iudicatum solui , quid proprie dicatur :
42. Ad satisdationem iudicatum solui , post libelli oblationem , & citationem , demum peruenimus.
43. Satisdationibus superfluis , quis onerari non debet.
44. Defensorem non admitti, quando actoris interest, ipsum principalem litigare, quomodo verum.
45. Interesse, ab allegante probandum.
46. Ob defensoris personam, conditio aduersarij, nunquam deterior fit.
47. Defensor excluditur ab omnibus , à quibus excluderetur principalis.
48. Defensor in omnibus causis ciuilibus , regulariter interuenire potest.
49. Defensor paritur executionem sententiæ, contra se promulgatæ.
50. Interesse dubij, ratio nulla habetur.
51. Et defensor , & procurator in rem suam , vtero, ad commodum, & vtilitatem proprian, agit.
52. Defensor qui propterea interuenit, quòd rei litigiosa possessor est , non agit ob cessionem actionis vtilis , vel mandatum exercitium directarum actionum, sicuti reliqui defensores, vel in rem suam procuratores.
53. Solutio vt iure facta , dijudicari possit, oportet nos recurrere, ad causam debendi, eandemq; inspicere.
54. De facto aliquo , vt recta instituatur dijudicatio, causam ex qua factum illud fiebat, considerare oportet.
55. Debitor obligatur ex scripto, siue literis.
56. Creditor is dici nequit , cui nec reali , nec personali actione debetur.
57. Debitor, is dici non potest, à quo inuito exigi quid nequit.
58. Creditorem se dicens, creditorem quoq; se esse probabit.
59. Talem se esse edocebit, qui quid vt talis, consequi vult.
60. Instrumentum crediti, penes creditorem esse debet.
61. Debitor debitoris mei, meus debitor non est.
62. Debitores patris filio rectè non soluunt.
63. Personæ coniunctæ rectè non soluitur .
64. Vigilantibus iura scripta sunt.
65. Creditor anterior , qui specialem , & generalem hypothecam , simul habet , non potest omissa hypotheca speciali , posteriorem creditorem, qui hypothecam generalem, vel specialem habet, impetere.
66. Pignus constituitur conuentione, qua res, non solùm obligata esse creditori, iubetur : verumetiam eidem simul traditur.
67. Creditor hereditatis, rem alibi legatam, debiti sui nomine , consequi nequit.
68. Legatarius habet causam lucrativam. Legatarij & creditoris , eadem ratio non est. ibid.
69. Instrumentum debiti , pro se habens , intentionem fundatam habet.
70. Bona fides præsumitur , in possessore instrumenti.
71. Actor legitimam personam standi in iudicio non habet , quantumuis mihi , instrumenta exhibuerit.
Et qua sit eius rei ratio. n. 72.
73. Actor, qui se legitimè constitutum non ostenderit, confestim repellitur, nec ad vlteriora, progredi potest.
74. Cessio non edocetur, per exhibitionem instrumentorum.
75. Cessionarius siue cessione, est veluti miles, sine clypeo , scholarus sine libro , lyra sine chorda, ignis sine calore, & campana sine malleo, vel rhopalo, & comes palatinus, sine palatinatu.
76. Creditorem se esse dicens , creditorem se esse probabit.
77. Ex traditione literarum obligationis , nihil præterea probatur , quam quòd is, cui literæ traditæ sunt mandatum acceperit , de exigendo debito, nomine eius, qui eas tradiderat.
78. Instrumentum de debito, nondum dissoluto, penes aliquem, nescio vel inusto creditore, reperiri, plenum malignitatis est.
97. Malignitas sua, nemini prodesse debet.
80. Creditor verus, in tempore vigilat, nec tacet, vsq; eò , donec pecunia ei debita , alij dissoluatur.
81. Creditor non creditur in bona fide versari , si tempore iusto , instrumentum , per quod , causa exitum sortiretur , producere negligit.
82. Debitori debitoris inhibitio facienda, ne tertio, solutionem fieri petenti soluat : aliàs non est, in quo solutio eius, tertio facta , incusetur. n. 83.
84. Debitor debitoris, cui denunciatur, ne tertio soluat.

soluat, quando istiusmodi denunciationi, morem gerere teneatur & n. 85.

16. *Creditor, qui vult impedire, ne solutio per debitorem suum, tertio fiat, adeat Iudicem, aq, eo impetret, vt inhibitionem interponat.*

17. *Inhibitionem Iudicis, nemo vnquam impunè spernere potest.*
Fallit n. 88.

19. *Creditori creditoris mei, cui bona eius omnia, obligata sunt, rectè soluo, etiam meo creditore inuito.*

90. *Creditor potest, non solùm rem sibi obligatam, apprehendere, & retinere: verumetiam omnem aliam rem creditoris, etiam hypothecæ nexu, sibi non obligatam, iure retinet, donec sibi satisfiat & n. 91.*

92. *Creditor, cui debitorum nomina, hypothecata sunt, habet vtiles actiones, aduersus debitores debitoris, vsq, omnia exigere potest, quæ debitori suo immediato, dissoluenda erant.*

93. *Creditoribus ijs, primò satisfaciendum, qui primò egerunt.*

94. *Qui prior appellat, prior agat.*

95. *Creditor, cui primò satisfactum est, potior est.*
Extenditur n. 96.

97. *Possidentis conditio, in pari causa, melior semper est.*

98. *Creditoribus hypothecarijs pluribus concurrentibus, is est potior, qui tempore est prior.*

99. *Creditor qui inmittur in instrumento publico, præferetur illi, qui debitum suum, priuata tantùm scriptura probat, etiamsi publicum instrumentum, tempore fuerit posterius.*

100. *Feuda absq, domini consensu, hypotheca dari nequeunt.*
Allodialia, etiam non adhibito magistratu consensu, rectè obligantur ibid.
Consensu Domini in allodialibus, nullam habet efficaciam, ibid.

101. *Consensus Domini, qui superior simul est, in allodialibus etiam valebit, saltem, vt instrumentum publicum, vndè qui talem in allodialibus consensum habet, gaudebit ad minimum, beneficio l. scripturas. C. qui pot. in pign. n. 102.*

103. *In Marchia Brandenburgensi, is qui consensum principis Electoris habet, etiam in allodialibus, reliquis potior est.*

104. *Creditor, qui assensum superioris impetrarat, præfertur omnibus, siue æqualem, siue etiam anteriorem hypothecam habuerint, dummodò similis, superioris assensu, destituantur.*

105. *Creditor, debitum suum, per acta iudicialia probans, indubitatò illi præfertur, qui per acta iudicialia, de suo debito, fidem non facit.*

106. *Exceptio: tu non es, ex nominatis in instrumento, impedit litis ingressum.*

107. *Exceptio repellit eum, quem de euictione, tenet actio.*

108. *Creditor anterior, condicit pecuniam, posteriori creditori solutam, si debitor vtriq, creditori satisfacere nequit.*

109. *Exceptio, quem de euictione tenet actio &c. litis finitæ est.*

110. *Creditor anterior, pecuniam posteriori solutam, non condicit, si is posterior creditor, pecuniam sibi solutam, bona fide, consumserat.*

111. *Pecunia seruando seruari nequit.*

112. *Lex quæ non requirit, nos requirere non decet.*

113. *Debitorem debitoris mei, quomodo rectè exigam.*

114. *Fallacia non causæ vt causa, euertit argumenta, quibus nititur.*

115. *Literæ obligationis, in contractu mutui præsertim, causa debitoris non sunt.*

116. *Mutuum re contrahitur.*

117. *Literæ obligationum de mutuo, probationis tantùm causa, conficiuntur.*

118. *Debitoris mei debitorem rectè exigo, etiamsi ad manus, obligationum literas non habuerim, dummodo de credito meo, per sententiã, vel alio quocunq, modo, edocuerim.*

119. *Instrumento debiti amisso, non propterea amittitur debitum.*

120. *Instrumento debiti amisso, cogere possum debitorem, vt illud, iterum conficiat.*

121. *Ob instrumentum debiti, irritum pronunciatum, ipsum quoq, debitum, irritum statim, pronunciatum esse, non creditur.*

122. *Instrumento renuncians, non videtur renunciasse ipsi debito, in instrumento comprehenso.*

123. *Causa debendi, quatenus inspicienda.*

124. *Ius totum vno verbo euerti, minimè addecet.*

125. *Consequentia non valet: debitor ex scripto obligatur: ergò alio modo, quàm scriptura, obligari nequit.*

126. *Obligari quis potest, re, consensu, verbis & literis.*

127. *Creditor anterior, potest à creditore posteriori vindicare, atq, condicere, obligationum literas, atq, instrumenta, quæ mala fide, pœnes se detinet.*

128. *Actio iudicati, & Iudicis officium dantur illi, qui sententiam, pro se obtinuit.*

129. *Præsupposito amoto, corruit decisio.*

130. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

131. *Hypothecaria actione, aduersus illum agens, qui nullum, à debitore habet titulum, nihil amplius probare cogitur, quàm rem, quam petit, in bonis debitoris, tempore initæ obligationis, vel posse fuisse.*

132. *Sententia semper præsupponit dominium eius, cui rem adiudicat.*

133. *Interdictum salutianum non requirit probationem*

tionem dominij, vel quasi dominij, siue is, qui eo conuenitur, causam à domino, vel quasi domino habuerit, nec ne. Sed satis est, si probem, debitorem qui mihi bona sua oppignerauerat, hanc rem possedisse.

134. *Interdictum saluianum, datur quibuscunq; creditoribus.*

135. *Interdictum saluianum, datur contra tertios possessores.*

136. *Saluianum interdictum non competit ratione instrumentorum, in quibus debitorum nomina continentur.*
Quod declaratur n. 137.

138. *In generali obligatione bonorum, non veniunt nomina debitorum.*

139. *In hypothecatione bonorum, nomina debitorum veniunt, si id expressè dictum fuerit.*

140. *Ratione decisionis cessante, ipsa quoq; cessat decisio.*

141. *Relatiuorum vno posito, alterius quoq; positionem consequi necesse est.*

142. *Effectum impediri si omnes adsunt causæ, ad ipsum effectum producendum necessariæ, per rerum naturam impossibile est.*

143. *Cessionarium se esse dicens, cessionarium quoq; se esse probabit.*

144. *Allegans turpitudinem propriam, audiendus non est.*

145. *Argumentum, in quo plus in conclusione, quàm in præmissis est, non valet.*

146. *Consequentia non valet, pœnes creditorem, debiti instrumentum esse debet: Ergo creditori, qui literis obligationum destituitur, nulla quoq; exactio competit.*

147. *Ob fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta consistere nequeunt.*

148. *Debitorem debitoris mei, meum debitorem non esse, quatenus verum & n. 149.*

150. *Clodius non accusat mœchos, non Catilina Cethegos.*

151. *Quod quisq; iuris in alium statuerit, eo ipse vtatur.*

152. *Creditor, creditoris mei, non potest mihi dici extraneus, ratione, & intuitu eius, quod mei creditori debeo, maximè si obligata ei nomina debitorum expressè fuerint.*

153. *Filius & coniuncta persona, ratione, & intuitu, administrationis bonorum patris, vel coniuncti, iudicantur ad instar extraneorũ. Filius quoties, nomine, & iussu patris contraxerat, toties eidem quoq;, pro patre, rectè soluitur. ibid.*

154. *Coniunctæ personæ, quæ administrator bonorum simul est, rectè soluitur.*

155. *Vigilare nihil est aliud, quàm debitum suum, tempore opportuno, & dum salua adhuc fuerint omnia, petere, atq; adeò exigere.*

156. *Iura vigilantibus scripta esse, quatenus verum & n. 157. & 158.*

159. *Literæ obligationum expetuntur, propter pecuniam creditam, non è diuerso.*
Propter quod, vnumquodq; tale est, illud magis tale est. ibid.

160. *Præsupposita, quando verificari nequeunt, argumentum quoq; concludere, non potest.*

161. *Creditorem specialem hypothecam habentem, molestari non posse ab eo, qui generalem, & specialem simul habet, quatenus verum & n. 162.*

162. *Bona in specie hypothecæ data, semper creditori, ad suum consequendum sufficere, stat præsumtio.*
Declaratur n. 163.

164. *Argumentum à venditione, & alienatione, ad pignoris constitutionem, regulariter valet.*

165. *Pignus in re aliena, frustrà constituitur.*

166. *Legatario non esse auferenda, bona illi in specie hypothecæ data, quomodo verum & n. 167.*

168. *Plus cautionis est, ipsi rei, quàm obligationum literis, vel personæ incumbere.*

169. *Per productionem instrumenti debiti, intentionem alicuius fundari, quatenus verum.*

170. *Præsumtio, quæ pro instrumento stat, non extenditur, vltra verba eiusdem dispositiua.*

171. *Propositum in proposito: idem operatur quod oppositum in opposito.*

172. *Possessor bonæ fidei, quatenus is præsumatur, qui obligationum literas, pœnes se habet.*

THEMA.

Ià S; is qui posteà in M. miserè perit, mutuò acceperat, à matrona nobilissima M. S; Ioachimicorum septem millia: eidemq; fideiussores, sponsoresq; hoc nomine, & quidem in solidum obligatos dederat, tùm H. à B; tum alios.

Et cum H. à B; fideiubere priùs noluisset, nisi de indemnitate fideiussor, ei vicissim datus esset: I. à S. à fratre suo, I. A à S; impetrauit, quo H. à B de indemnitate caueret, obligatis in id, omnibus nominibus debitorum suorum, omnibus bonis suis allodialibus, nec non feudis quoq;, cum assensu Domini feudi.

Sed & aliâs, hic I. A. à S; præterquam, quòd de indemnitate H. a B. cauisset, confideiussor quoq; eiusdem erat, pro quantitate illa, 7000. Ioachimicorum, quam M. S. numerauerat.

Accidit autem, postquam peregrè iam profectus, mortuusq; esset, I. a S; nec fidem datam, M. S. soluisset: quod filij M. S; ex pluribus illis fideiussoribus, vnum H. à B. eligerent, à quo, omne id, quod eis debebatur, exigerent: proin-

proindeq; ad extremum, heredes H. à B; vi rei iudicatæ, quindecim & amplius millia, M. S. filijs, dissoluere, compulsi fuerunt.

Iam verò I. A. à S; lis erat cum patruo suo C. à S; & sub exitum litis, talis ferebatur sententia, qua Ioachimicorum millia aliquot, I. A. à S. adiudicata fuere, quorum solutionem emtor feudi B; faceret.

Et quandoquidem nemo erat, qui se huius debiti ratione, quod I. A. à S; apud C. à S. erat, heredibus H. à B. præferret: (illi enim id temporis, reliquos omnes creditores I. A. à S; in sententia inter hosce lata, anteibant) demùm H. à B. heredes, postquam cum assensu Domini feudi, satisdedissent: emtoris heredes, huius solutionis ratione, per se indemnes conseruatum iri, id quod fideiussori suo indemnitatis, I. A. à S. debebatur, receperunt: quieteq; per quinquennium, & amplius eo, usi hactenus fuerunt.

In præsentia verò, M. à G. & Consortes, progrediuntur, pœnes se obligationum literas extare, ideoq; sese, H. à B. heredibus, omninò præferendos esse, iactitant; aq; emtoris F. à G. heredibus, iteratò solutionem fieri petunt. Nec enim sibi quicquam, cum B. negocij esse, contendunt.

Porrò aduersus has impetitiones, M. à G; & consortum, defendunt sese hisce exceptionibus, heredes F. à G. eorundemq; tutores: quod scilicet, in præsentem usq; diem, in bona fide versati sint, & etiamnum versentur: quod item bona fide, solutionem H. à B. heredibus, maximè, dum conspicati fuerint, neminem esse, qui hos, inter I. A. à S. heredes, antecedat, fecerint.

Sed & valdè indecens esse, quod M. à G; & Consortes, stacuerint hactenùs, ingq; sui præiudicium alijs, solutionem fieri passi sint.

Aiunt itaq;, se ob id, in portu nauigaturos, & non nisi, cum H. à B. heredibus, M. à G. & Consortes, manum in iudicio conferere posse: proindeq; per se facilè licere, si aduersus H. à B. heredes obtinuerint.

Ex parte verò heredum, H. à B. excipitur, se omninò, veluti satisdedissent, F. à G. heredes defensuros: se item tales esse, qui officio defensoris, in iudicio, rectè defungi queant.

Sed & illud, se edocturos asserunt, M. à G; & Consortes, nunc primùm conspiratione cum vidua I. A. à S. factâ, licet illaipsa vidua, antea ad H. à B. heredes scripsisset, se sanctè, quod vbi nam terrarum, hoc debiti instrumentum, repositum esset, nesciret, deieraturam, in sui perniciem, obligationum literas, à C. à S; I. A. à S. datas, adeptas: & præterea vehementer negant, M. à G. & Consortes, vnquam in gratiam I. A. à S; vel teruncium, exoluisse.

Quod si exposuissent aliquid illos attamen debitum suum, non comprobasse, eo tempore, cum hanc ob rem, processus institueretur, cum item omnes I. A. à S. creditores, in id fuissent euocati: & præterea in ipsa sententia, nomina eorum, expressa non legi.

Et denig; carere eos, cessione I. A. à S. omnii. Ideoq; eos, ceu malæ fidei possessores, repellendos, nec ad exactionem, debitoru debitoris sui, vllo modo admittendos.

Quærebatur itaq; ex me, censeremne, M. à G. & Consortes, iure adigi posse, vt cum H. à B. heredibus, defensorio nomine, pro F. à G. heredibus, interuenientibus, litigent?

Deindè, existimaremne, eos in negocio principaliori, H. à B. heredes, vincere posse?

I. QVÆSTIO RATIONES DVBITANDI.

EGo verò, circa priorem quæstionem animaduertebam, sequentia, aduersus H. à B. heredes, quominùs, vt Defensores interuenientes, audirentur, afferri posse:

Veluti PRIMÒ: quod iuris sit apertissimi, receptissimaq; adhæc, inter Iuris Interpretes doctrina: quod interuenientes, vt defensor possit vti exceptionibus, personæ defensi, non competentibus: sed quos defensor iure proprio habebat. Vti in indiuiduo tradidit *Br. ad l. idemq; §. generaliter n. 2. per ill. text. ff. mandat. Br. in l. procurator. l. a. 2. §. 1. n. 1. per ill. text. ff. rem. rat. hab. Br. ad l. 1. n. 6. C. vbi in rem actio. Br. in l. minor. §. quoniam. ff. de procurat. Ant. de Butr. ad c. quoniam. §. quod si super. n. 6. ext. vt lit. non contest. Lanfr. in tr. de arbitr. q. 47. n. 94. Marc. Anton. Blanc. in tr. de compromiss. q. 3. vers. assumens iudicium. n. 99. Modestin. Pistor. conf. 17. n. 17. vol. 2. Hieron. Gabr. conf. 34. n. 1. volum. 2.*

Iustè itaque M. à G; & Consortes, interuentioni, quam moliuntur H. à B. heredes, obuiam eunt.

Nemo enim actor, illam tenetur eligere viam, quæ actionem eius remoraretur, aut planè etiam euerteret. *per l. si miles ff. de testam. milit. cum simil.*

3 Nec obstat, quod attamen hæc iuris regula, quam modò extruximus, in defensore tantùm necessario, non autem voluntario, locum reperiat: vti tradunt *Br. Ant. de But. Lanfr. Blanc. Vsfor. & Gab. in loc. paulò ante designatis.*

Cum enim illi à B; necessarijs, & non voluntarijs defensoribus accensendi sint (quippè cum omnis is, ad quem commodum, vel incommodum controuersiæ spectat, necessarius defensor, rectè diffiniatur, *diffiniente Br. ad d. l. generaliter, §. item ij, n. 2. ff. mandat. Modestin. Vsf. cons. 17. n. 16. p. 2.*

5 Et é diuerso, is demum, defensor voluntarius rectè dicatur, qui cum potest, iudicium non declinat. *Bl. ad l. 2. n. 6. & ibi Sichard. n. 2. C. de pact.*)

Consequitur distinctione hac, G. & consortibus, haudquaquam consultum fore.

6 SECVNDÒ: certissimi quoq; iuris est: quod defensor condemnatus, iure vtatur beneficio illo, quo non potest exigi, nisi in quantum facere potest. *l. verum. & ibi Br. n. 4. Gabr. Mud. in vers. sed si hic fideiussor in pr. & DD. communiter. ff. pro soc. Iaf. in l. si cum procuratore in pr. per ill. text. ff. de re iudic. Petr. de Vbald. in tr. de duob. fratrib. p. vlt. n. 3. & 4. Steph. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 413.*

Patet itaq; per se, quòd per interuentum Defensorum, conditio Actorum fiat deterior. Cum ipsi Rei, tali beneficio non vtantur.

7 Etenim hoc beneficium, non nisi certis personis, veluti patronis, parentibus, liberis, libertis, marito & vxori, certis item causis, veluti societatis & donationis, iure quo vtimur, concessum, atq; datum est. *Gabr. Mud. in d. verum in pr. n. 2. ff. pro soc.*

8 TERTIÒ: iuris est expressi, quod is legitimam personam defensoris non habeat, cui restitutio in integrum competere potest. *textus ad literam in l. minor. & ibi Br. n. 5. & DD. ff. de procuratorib.*

Atenim hic, alter ex B. heredibus, pupillus est: proindeq; restitutione in integrum fruitur, & vi consequentis, defensoris partes, rectè tueri nequit.

9 QVARTÒ: certò quoq; illud constat: quod defensor ex parte rei, inuito actore, interuenire nunquam possit, si animo nouandi, & conuentum pœnitus liberandi, comparuerit. Nec distinguitur, an persona primi conuenti sit legalior, an item meliùs rei veritatem, præ defensore, sciat, nec ne. *Br. ad l. liberto in fin. & ibi Castr. n. 5. qui communem ducit. ff. de negoc. gest. Br. ad l. solutionem. n. 6. ff. de solut. Br. in l. sed etsi lege. § item si rem. n. 4. ff. de petit. hered. Marant. in l. si actor. n. 50. vbi hanc veriorem, & communem opinionem esse attestatur. ff. de procurat. Schrad. in tr feud. p. 10. sect. 18. n. 49. vbi alios complurimos idem volentes allegat. Cephal. cons. 165. n. 23.*

Fieri itaq; nequit, vt H. à B. heredes, defensorio nomine, inuitis Actoribus admittamus. Cum præsertim F. à G. heredes, & legales magis esse, & rei veritatem, rectiùs callere, in confesso sit.

QVINTÒ: notissimam quoque, Iuris Interpretum traditionem, habemus, quæ vult: quod is non dicatur defendere, qui præter id, quod sui copiam in iudicio facit, nihil agit, sed se paratum esse, iudicium suscipere, verbis tantùm ostendit. Veluti in specie decidit *Roman. cons. 169. n. 4.* 10

Fac itaq; aliàs nihil in medio relinqui, quod H. à B. heredibus, impedimentum, præstaret, cum attamen magis sit, vt dicamus, defensorem rei, ab actore inuito repelli, quantumuis de iudicatum soluendo cautionem præstitisset: quoties animo nouandi, conuentumq; liberandi, ad defensionem accesserit: *Bl. in addit. ad speculator. tit. de defens. Fulgos. cons. 185. Schrad. d. sect. 18. n. 51.* 11

Non sufficeret attamen, ad defensoris munus rectè subeundum, verbalis hæc oblatio, nisi præterea accesserit, cautio de iudicatum soluendo, sufficiens. Nemo enim defensor, etiamsi is, persona valde coniuncta esset; *text. in l. filiusfamilias & ibi Iaf. & DD. ff. qui satisd. cogant.* 12

Auditur, nisi ante omnia, cautionem de iudicatum soluendo, sufficientem, interposuisset. *Specul. in tit. de defens. ante n. 1. vers. item potest contra eum. el. 2. Iaf. ad l. exigendi. n. 2. C. de procurat. Francisc. Marc. decis. Delphinat. 164. n. 8. p. 1. Lanfr. Balb. decis. 288. Ludouic. Roman. cons. 100. n. 3. Modestin. Vsfor. d. cons. 16. n. 61. Volum. 2.*

Nec obstat, quod feuda amplissima possideant H. à B. heredes:

Nam ne sic quidem rectè inferri poterit: possidentem immobilia, tutum esse, ab onere satisdationum: *l. fciendum. & ibi Iaf. in pr. & DD. communiter. ff. qui satisd. cogant. Marant. in tr. de ord. iudic. in 2. p. 6. p. 9. membr. 8. n. 3.* 13 *

Cum palàm sit omnibus: quod hæc regula, in defensore, locum non inueniat. Etenim defensor, etiamsi multa immobilia possederit, de iudicatum tamen soluendo, nihilòminus satisdare obligatus est. *Iaf. in l. filiusfamilias in pr. amplist. 2. ff. qui satisd. cogant. Br. in d. l. fciendum. § tutores. ff. eod. tit.* 14

SEXTÒ & vltimò: hoc iure quotidiè vtimur, quo toties defensor repellitur, reusque principalis, litem suscipere, ipsemet cogitur: quantumuis legalior, aut magis instructus etiam, quàm defensor non sit: quoties id fieri, actoris interest. recitande in specie *Raphaele Fulgos. ad l. si actor. n. 11. ff. de procurat. quem sequitur Schrad. in tr feud. p. 10. sect. 18. n. 53. per l. etiam. § item si quis dolo. ff. de petit. hered. l. 2. §. defendi. ff. quib. ex caus. maior.* 15

Iam verò hic, M. a G; & consortum maximè refert, non cum Defensoribus, sed cum ipsis Reis litigare.

Conclu-

Concludendum itaq; videbatur, iudicem oblatæ defensioni, locum dare non posse.

I. QVÆSTIO

RATIONES DECIDENDI.

VErum enimverò, hæc missa faciamus, & iuris præcepta, ceu Ariadnes filum, secuti, è diuerso statuamus: Defensorum petitioni omninò concedendum esse.

16 Nam & iuris indubitati, & communis Interpretum assertio est: quod inter procuratorem in rem suam, & eum, qui defensioni, ideò sese offert, quod res, de qua in præsentia est controuersia, in eum translata est, antequam lis inchoaretur, ingens sit diferimen: quodq; hic, rei controuersæ possessor, actore etiam inuito, & quantumuis animo nouandi, & reum conuentum liberandi, comparuisset, sit admittendus, nec posit à defensione remoueri, etiamsi interponatur exceptio: reum conuentum legaliorem esse, & rei veritatem pœnitiùs nosse. *gl. ad l. fi alter. & ibi Br. n. 1. in pr. Bl. n. 3. ad fin. fere, Raph. Fulgos. n. 11. Marant. n. 70. & DD. ff. de procurat. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 18. n. 67. per l. nec vllam. §. penult. ff. de pent. hered l. de illo cum. 2. ll. §. qq. ff. de vsucap. act.*

Iam verò minimè, ceu procuratores in rem suam, H. à B. heredes, admitti cupiunt (quis enim eos, in hac classe recenseret? Cum
17 procurator in rem suam is sit, cui vel vtilis actio cessa, vel exercitium directarum actionum, demandatum est, vel cui & cessa est actio vtilis, & demandatum exercitium directarum simul, quiq; ob id, in iudicio experitur, commodi proprij, vtilitatisúe causa. *gl. in c. 1. §. licet autem in v. in rem suam. & ibi Archid. Iob. And. Petr. de Anch Domin. de S. Gemin. & Phil. Franc. de procurat lib. 6. gl. Br. Bl. ad l. 1. C. de act. & oblig. Iaf. ad l. qui stipendia. n. 2. C. de procurat. Mar. ad d. l. fi actor. n. 13. & 14. ff. eod. tit. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. p. 1. §. 28. c. 4. n. 6. Schrad in tr. feud. d. p. 10. sect. 18. n. 4.*)

Verùm ideò se, defensorio nomine, admitti petunt, quod non solùm possederint, verumetiam iam consumserint, pecuniam, de qua res est. Quam & bona fide, eos recepisse, eo tempore, cum omnes, literas obligationum amissas esse, crederent, inter omnes constat.

Cessat itaq; ista exceptio, qua aliàs, aduersus defensores, vti solemus: quæ est de legalitate ipsorum, qui primò conueniebantur: vel quod illijpsi, rei gestæ veritatem, rectiùs sciant.

SECVNDÒ, vel ideò, defensio H. à B heredibus, denegari non poterit: quod aduersus illos tantùm, non autem heredes emptoris F. à G, actio competat.

Est enim prouisi iuris: quod is etiam, qui 18
creditori putatiuo, iusta credendi causa commotus, soluit: plenam liberationem consequatur. Vti in specie decidit *Br. ad l. fi vrbana. n. 3. & ibi Alber. de Rosat. ff. de condict. indeb. Tiraq. de Retract. gl. 8. n. 148. Rum. cons. 171. n. 4. volum. 4. per l. 1. §. fi rem à seruo. ff. depos.*

Etiamsi nulla huic solutioni interuenerit, 19
iudicis autoritas. Ita in indiuiduo decidente *Rum. d. cons. 171. n. 4. vol. 4.*

Quinimò, si creditori planè falso soluerim, dummodò iusta credulitate seductus fuerim, liberatio adhuc competit. *l. vlt. ff. de transact. & l. fugitiuus. ff. de solut.* 20

Vtrumq; hic, ex parte F. à G. heredum adest: soluerunt enim istiusmodi creditoribus, qui veri creditores erant, & etiamnum sunt: quiq; ob assensum principis, quem veteriorem habent, reliquis quoque potiores sunt:

Sed & ex causa credendi iustissima soluerunt: viderant etenim cautionem de indemnitate, I. A. à S; illos in manibus habere: viderant item, assensum principis, ipsis opitulari: viderant, quid disponeret sententia, inter I. A à S. creditores, de prioritate lata: animaduertebant, neminem præterea vnquam extitisse, qui de debiti huius dissolutione facienda, illos interpellaret: credebant ipsi, & plærosq; secum credere sciebant, obligationum literas, esse deperditas, eò, quòd hereditas I. A. à S; per multos annos, fuisset iacens, & curatore destituta: quod item plæraq; alia, instrumenta literaria, hereditate iacente, perijssent, quorum tamen exactio non minùs fuisset, consecuta: & deniq;, ignari non erant, M. a G; & consortum nomina, in sententia non legi, proindeq; eos, inter creditores veros, referri non posse:

Quid ni igitur, liberationem plenam, fuissent consecuti?

TERTIÒ, perualgetissimi quoq; iuris, illud est: quod in omnibus casibus, in quibus securitatem plenam, is qui aut putatiuo, aut falso creditori soluerat, non consequitur: audiendus tamen is ipse sit, si actiones, sibi, contra eum, cui soluerat, competentes, vero creditori, crederè vult, vti est textus ad literam, *in l. cum quis. §. 1. & ibi Br. & DD. ff. de solut. & in l. si is cui in fin. ff. eod. tit.* 21

Non itaq; molestandi ampliùs, erunt F. à G. heredes, si quidam actiones, aduersus H. à B heredes, cesserint: tantùm abest, vt H. à B. heredes, admittendi non sint, si quidem heredes F. à G; defendere, vltrò voluerint.

RESOLVTIO

CONTRARIORVM.

QVÆSTIONIS I.

ATq; his in contrarium adducta, reuera, multum negocij non exhibent.

Nam ad PRIMAM obiectionem, quod attinet, M. à G; & Consortes, edocere non poterunt, exceptione aliqua frui, H. à B. heredes, quæ communis quoq; non esset, F. à G. heredibus.

Caret itaq;, præsuppositis suis, proindeq; 22 iners planè est. Cum præsuppositorum falsitate data: detur quoq; simul conclusionis eius, quæ hinc astruebatur falsitas. Vti in specie decidit *Crau.cons.486.n.4.*

23 Nam vt fori declinatoriam, in specie attingamus, res in eo est: & quod certa extet iuris prouisio: quod defensor, coram iudice, rei principalis, litem prosequi teneatur, nec forum declinare possit. *l.venditor in pr. & ibi Br. ante n.1. Bl. Ang. & DD. ff. de iudic. Ang. ad §. actionum. n.19. Inst. de act. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 39. vers. stem adde, quod talis venditor. Sebrad. in tr. feud. p.10. sect. 5. n.169. Modest. Pistor. d. cons. 17. n. 30. volum. 2.*

Et quod, idem tribunal sortiantur F. à G; & H. à B. heredes.

24 At sit ita, alijs exceptionibus H. à B. heredes, quàm heredes F. à G; vti posse, ponamus: non tamen propterea confestim consequetur: quod ob id statim defensor repelli possit, quod alijs exceptionibus, ex propria persona competentibus, vtatur, quibus vti is, quem defendit, nequiuisset. Quinimò hoc ipso priuilegio, lex defensores dotauit. Quare in dispendium, incommodumq; eorum, id ipsum trahi non potest: tantoq; minùs ob id repelli, remoueriq; poterunt. *arg. l. legata inutiliter ff. de adim. legat. l. cum tale. §. vlt. ff. de condit. & demonst. fac. trad. Tiraq. in tr. de vt. retr. p.1. §. 32. gl. vnic. n.7. & p.2. ad fin. tit. n. 167. Tiraq. de ll. connub. gl. 8 n. 86.*

25 Sed & certas, diffinitasq; causas, lex expressit, quæ ad defensorum repulsam, validæ, & efficaces sunt: veluti, si principaliter conuentus, sit legalior, aut magis de negocij veritate instructus, & si quæ sunt aliæ. Inter has verò non exprimitur quid tale, quod ob exceptiones quoq;, defensori iuri proprio competentes, repulsam patiantur. Quod itaq; lex non dicit, nec nobis quoq; dicendum erit. *§. consideremus, auth. de trient. & semiss. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. Euer. in top. in loc. à leg. cess. n.1.*

26 Non dicam nunc, quod etsi, ob exceptiones, ex persona propria competentes, reliqui defensores reijci possent, hos tamen defensores, qui ideò defensioni sese offerunt, quod possessores sunt, rerum in iudicium deductarum, hanc ob causam, minimè reiectum iri. Cum enim aduersus hos, nihil efficiant, illæ etiam exceptiones, quibus aliàs defensores repelli solent: veluti, quod principalis conuentus sit legalior, aut instructior *vti ex decisiua ratione prima, apparet.*

Hæc multòminus exceptio, aduersum defensores, prætendebit.

Frigidiuscula itaq; est, obiectio hæc. 27

Quandoquidem in ea, à maiori, ad minus, affirmatiuè concluditur. Cuiusmodi argumentationes, vitiosæ sunt. *Euer. in top. in loc. à maior. n.1. Tiraq. in tr. le mort. p.2 declarat. 10. n.25. Odd. in tr. de resc. in integr. q. 1. n. 67. Sebrad. in tr. feud. in 1. p. 9. p. 2. c. 4. n. 3. in fine.*

Nec enim sequitur: possunt repelli defen- 28
sores, interposita exceptione hac, quod iudicium mutant, ob exceptiones, sibi peculiariter, & non ob personam eius, quem defendunt, competentes:

Ergo, hi etiam defensores, qui propterea, quod res controuersa, in illos translata fuit, defensorio nomine, in iudicio comparent, hac exceptione remouebuntur.

Etenim longè maior ratio, in his, quàm in illis, militat.

SECVNDÆ deindè obiectioni, fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, inhæret: consequenterq; vitiosa fit connexio.

Etenim constare nequeunt, argumenta, 29
quibus à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, fallacia inest. *Euer. in præamb. topic. n.24. vers. quando autem fit mutatio, à talis secundum quid. Toming. dec. 256. n.33. Hartm. pist. q. 38. n.38. lib. 2. Molin. ad l. 1. §. si quæ simpliciter. n.67. ff. de verbor. oblig. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. 2. num. 4.*

Quod enim dicitur, defensori esse benefi- 30
cium hoc, vt non teneatur, nisi in quantum facere potest: simpliciter verum non est, sed secundum quid tantùm, & quando eius persona, qui defenditur, talis sit, cui hoc beneficium, iura indulserant. *text. in d. l. verum. & ibi Br. n.4. Gabr. Mud. in vers. fed si hic fideiussor. in pr. ff. pro soc. Iaf. ad d. l. si cum procuratore. in pr. per ill. text. ff. de re iudic.*

Iam verò, hoc beneficij, F. à G. heredibus, tutoribusue eorundem, non competit, nec enim sunt patroni, parentes, liberti, liberi, milites, maritus, aut vxor, nec item, ex causa donationis, vel societatis conueniuntur.

Deducto itaq; argumento, à sufficienti 31
partium enumeratione, quod in iure validum, & frequens est. *Euer. ard. in top. in loc. à part. enum. n.1. Garl. in tr. de experis. c.4. n.49. Syluan. in tr. feud. q.1. n.44. Mynsing. obs. 43. cent. 3. Riminald. ad l.1. n.391. C. qui adm.*

Consequitur, hoc beneficij, ad F. à G. heredes, eorundemq; tutores, non pertinere.

Momenti itaq; alicuius, SECVNDA quoq; hæc obiectio, non erit.

Porrò TERTIÆ dehinc obiectioni, quæ habet: minorem defensorem legitimum non esse, eò quod beneficio, in integrum restitutionis fruatur, satisfieri pluribus potest.

Et pri-

Et primò quidem, per id, quod allegatio hæc, in præsentia, in considerationem non veniat, eò, quod omnes quoq;, F. à G. heredes, vel pupilli, vel minoris sint, proindeq; ipsi quoq;, restitutione in integrum, rectè vtantur.

Fieri itaq; nequit, quod ob hoc solum obstaculum, defensores repellamus. Quoties
32 enim per defectum, qui defensori inest, conditio eius, aduersus quem, defensio suscipitur, non fit grauior: toties hic defectus, causam repulsæ defensoris, non præstat. *arg. l. vbi pact. iun. ibi gl. magna. C. de transact. l. vlt. C. de rei vin.*
33 Secundò: inspiciendum quoq; illud erit, quod consequentia mala sit: minor est: ergò, restitui debet. *l. nam & posteà. § si minor. ff. de iureiur. l. verum. § restituitur. ff. de minor. Br. ad l. vlt. n. 3. C. de in int. rest. Gud. Pap. q. 141. Abb. cons. 77. vol. 3. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 16. n. 7. vol. 1.*
34 Sicuti nec illa consequentia bona est: minor est: ergò lœsus est. vti rursus in spetie decidit, *idem Tiber. Dec. cons. 39. n. 149. vol. 2.*

Non est itaq;, quod de restitutione, minoris illius à B; soliciti simus. De quo enim, quod lœsus sit, conqueratur, non habet. Etenim illa pecunia, cuius gratia, defensionem subit, recta, proba, tutoribus eius, numerata, inq; eius rem, & dissolutionem æris alieni, conuersa est.

Haud itaq; iniuria, eos quoq; defendit, qui ei pecuniam suam numerauerant, atque concrediderant: nec causam habet, ob quam,
35 in integrum, restitui postulet. Cessante enim lœsione, cessat quoq; in integrum restitutionis postulatio. *d. l. verum. § restituitur. ff. de minor. d. l. nam & posteà § si minor. ff. de iureiur. Cald. in l. si curatorem in v. sua facultate. n. 1. C. de rest. in integr. Odd. in tr. de rest. in integr. quæst. 4. in pr.*
36 Tertiò, latet quoq;, in obiectione hac, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: quod enim dicitur, minorem, personam defensoris legitimi, non habere, ob priuilegium restitutionis in integrum, secundum quid tantum, & in minore defensore voluntario, non autem in minore defensore necessario obtinet. veluti apparet, *ex Br. ad l. minor. n. 2. & n. 5. ff. de procurat. Speculat. in tit. de defensor. n. 2. verf. sed pone fideiussor.*
37 Quinimò si minor, in rem suam fideiusserit, quodq; consequens est, ob fideiusionem hanc, in rem suam, defensionem necessariam, post deindè subierit, restitutione in integrū, omninò carebit. Lœsus enim non est. *Cald. in d. l. si curat. d. v. sua facultate. n. 3. C. de rest. in integ.*

Concidit itaq; rursus, ex hoc capite, illa ipsa obiectio.

Postremò, etiamsi turò, illi distinctioni, inter defensorem voluntarium, & defensorem necessarium, inhærere, non possemus: nihilominus artamen, remota maneret, in integrum restitutio.

Cum iuris sit clarissimi: quod semper, & 38
vbiq;, vbi interuenit, in actu aliquo, principis autoritas: ibi desinat, in integrum restitutionis beneficium. *Archid. & Ioh. Andr. ad c. 1. de pact. lib. 6. Alex. cons. 240. in fin. volum. 6. Tiber. Dec. cons. 2. n. 115. & cons. 18. n. 250. volum. 1.*

Quod cum ita sit, aspirare iam, ad restitutionem in integrū, minor ille à B non poterit.

Etenim hîc, principis autoritas interuenit.

Assensit namq; princeps, vt omnia H. à B. heredum, feuda, & bona allodialia, F. à G. heredibus, hypothecæ essent, siquidem pecuniam I. A. à S; ob feudum B; quod emerant, debitam, numerassent.

Sequitur iam, QVARTA obiectio quæ vult: imuito actore, non admittendum defensorem rei, qui animo nouandi, & reum conuentum, totaliter liberandi, interuenit:

Verùm hanc, regulariter veram esse, fate- 39
mur: at interim non minùs attamen, eatenus astringi contendimus, vt in illo genere defensorum, qui, quia rei controuersiæ possessores sunt, defensionem in se suscipiunt, locum non inueniat. Hi enim, etsi nouandi, & reum conuentum liberandi animo, ad defensionem accesserint, renitente etiam actore, nihilominùs admittuntur. vel vti *ex fundamento, loco prima decadendi rationis adducto, luculentissimè apparet.*

Quamobrem, cum iuris sit euidentissimi: 40
in casibus exceptis, regulam, per exceptionem à regula vitiari. *Euer. in top. in loc. ab except. ad regul. n. 1. Del Rio, in l. transigere. n. 115. C. de transact. Vasq. ill. controuers. c. 51. n. 75. Capsserr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 29.*

Restat, vt sic ratiocinemur, non in præsentia regulam, sed exceptionem à regula, vincere. Propterea, quod posterioris illius generis defensores, præ manibus hîc habeamus.

Ad QVINTAM posteæ obiectionem, hæc 41
adaptatur resolutio: quod quidem verum sit: omni defensori cautionis de iudicatum soluendo, præstationem incumbere: vel vt lingua vernacula loquimur: das einem jeden/der sich einen andern gerichtlich zuuertreten anmasset/ obligt / einen zumgsamen verstand / das er das jenige/darem Beklager verthelt / für jhn zahlen vnd außrichten wolle / zubestellen / Id namq; proprie, cautionem de iudicatum soluendo, dicimus, *teste Modest. Pist. d. cons 17. n. 60. vol. 2.*

Sed interim cogitemus, quod post citatio- 42
nem, libelliq; oblationem demùm, ad satisdationem perueniamus. *veluti ex Marant in tr. de ord. iudicin 2. p. 6. p. 2. memb. 1. n. 1. & per tot. & aliis passim videre est.*

Quare, in quo incusemus adhuc, defensores nostrates, non habemus. Nondum enim libellus oblatus est, tantoq; minus, vlla vnquam emanauit, citatio.

Et insuper, cautionem idoneam satis, præstiterunt iam, H. à B. heredes, heredibus

F. à G; quam illi viciſsim, ſi Iudici, ita videatur, M. à G; & Conſortibus, cedere non renuunt. Vt itaq; , noua præterea cautione, onerari poſsint, equidem non perſpicio.

43 Nouimus enim omnes, commune illud, iuris principium: quod cautionibus, ſatisdationibusq; ſuperſtitiosis, onerandus, quiſquam non ſit, vti in ſpecie decidunt *Aret. ad l. 2. n. 13. ff. ſol. matrim. Menoch. in tr. de arbitrar. iudic. quæſt. caſ. 140. n. 1.*

44 Reſtat nunc SEXTA, eademq; poſtrema obiectio: quoties ſcilicet, intereſt actoris, defenſorem non admitti: ſi d reum principaliter conuentum litigare totics defendere volenti, locum dandum non eſſe.

Verum & hæc, fundamentum in quo innitatur, non habet.

Negamus enim, M. à G. & Conſortes, tale intereſſe, quod legi cognitum, atq; acceptum ſit, allegare poſſe.

45 Qua in re, ſuccurrit nobis primò, communis illa iuris theorica: quod intereſſe ſemper, ab allegante probandum ſit. *l. ſi patrem. §. qui fideicommiſſarium circa finem. & ibi Alex. notab. 3. ff. ad S. C. Trebell. Tiraq de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 35. Maſcard in tr. de probat. concl. 929. n. 3.*

46 Et præterea illud quoq; theorema: quod per deſenſoris perſonam, nunquam deterior fiat, conditio aduerſarij. *l. 2. §. defendi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. ſed & §. defendere. ff. de procurat. Modeſtin. Piſtor. d. conſ. 17. n. 3 2. volum. 2.*

47 Et quod non niſi defenſor ab omnibus excludatur, à quibus excluditur principalis eius. *c. vlt. in fin. vt lit. pend. lib. 6. Corn. conſ. 79. col. penult. volum. 4.*

48 Quodq; ob id, in omnibus ciuilibus actionibus, regulariter vnus pro alio, defenſorio nomine interuenire poſsit. *Franc. Mart. deciſ. Delphinat. 264. n. 8. p. 1. Carol. Ruin. conſ. 118. n. 4. vol. 5. vbi hanc omnium opinionem eſſe, teſtis eſt.*

* Sic quoq; iura proſpexerunt: ipſum defenſorem pati, executionem ſententiæ contra ſe promulgatæ. *Speculat. in tit. de execut. ſentent. §. quartò vers. quid ſit ſententia, & in tit. de procurat. §. 1. vers. ſed nunquid defenſor. Caſ. ad l. ſi ſe non obtulit. n. 6. per ill. text. ff. de re iud. Stephan. Auſtret. in addit. ad Cepoll. Tholoſ. q. 413. poſt princip. Crau. conſ. 919. n. 9. per l. plantius, & ibi Br. & DD. ff. de procurator.*

49 Quale itaq; intereſſe, ob defenſoris interuentionem, hîc allegari poſſet?

50 Quid? quod iuris ſit expreſsi, quod intereſſe dubij, nulla ratio habenda ſit. *l. vnic. verſ. in alijs. C. de ſent. qua pro eo, quod int. proferr. Iob. Bapt. Aſin. in tr. de execut. §. 7. 5. 218. n. 4.*

Quare, contra eum ſemper potiùs, qui intereſſe allegat, quàm pro eodem ſententiam feremus.

At fac, intereſſe probabile, quodq; legibus ratum acceptumq; eſt, intereſſe, M. à G. & conſortes, allegare poſſe (id quod diffitemur) nihilo tamen magis, propterea proficient. Nam ij Doctores, qui diſcrimen, inter actorem, intereſſe habentem, & non habentem, primùm tradiderunt, de procuratore in rem ſuam ſimplici, locuti ſunt. vel nti videre eſt, *ex ipſimet Doctoribus, quos ſub ſexta hac obiectione adduximus.*

Quare doctrina hæc, à noſtro caſu, aliena prorſus eſt. Non enim hîc res eſt, de defenſoribus, in rem ſuam procuratoribus, ſed de defenſoribus, hîc agimus, qui ideò, quod rei, vel quantitatis controuerſæ, poſſeſſores ſunt, vel quod in eos res, vel quantitas controuerſa, ante litem cœptam, tranſlata iam erat, defendunt.

Nam etſi verum ſit, quod vtrunq; hoc de- 51
fenſorum genus, in rem ſuam, ſeu vtilitatem, & commodum proprium, defendat, & quod conſequens eſt, nulla hac in parte, ſit differentia.

Dicere attamen vllo modo, rectè non 52
poſſumus. quod hi poſteriores, vel ob ceſsionem actionis veilis, vel mandatum exercitium directarium, agant.

Cum itaq; idipſum ſit, quod hæc duo defenſorum genera, ſeparat, atq; diuidit, & vndè ceu ex proprio ſuo, procuratores in rem ſuam, verè agnoſcantur. *veluti ſuperius enteimus, traditq; , præter antea in id nominatos laſ. ad d. l. ſi ſe non obtulit. n. 8. & ibi Ripa. n. 8. & DD. ff. de re iudic.*

Concludo, à procuratoribus in rem ſuam, ad defenſores, qui ideò, quod rei, de qua litigatur, poſſeſſores, bona fide, facti ſunt, defendunt, non procedere, proindeq; nihil planè reſtare, quòd H. à B. heredes, à defenſione, ad quam ſe offerunt, arceat, aut temoueat.

QVÆSTIO II.

RATIONES DVBITANDI.

POrrò, nunc de ipſo negotio principali videamus.

Ceterum, & hac in parte, M. à G. & Conſortes, H. à B. heredes, vincere poſſe, primo intuitu, dicendum videbatur.

PRIMÒ namq; , iuris incogniti non eſt: in 53
ſolutionibus rectè dijudicandis, & num iure, num iniuria factæ ſint, æſtimandis, ad cauſam debendi, reſpiciendum eſſe. vti eſt text. adliteram *in l. tutor. circa med. & ibi Br. ſub n. 1. & DD. ff. de fideiuſſ. Sim. de Proët. conſ. 35. n. 28. vol. 1.*

Quod & in omnibus alijs factis, verum 54
eſt, atq; obtinet. *arg. l. verum. ff. de furt. c. vlt. ext. de tranſact. c. etſi Chriſtus. §. quadam. iun. gl. in v. ex cauſa. cl. 2. ext. de iureiur. Aymo Crau. conſ. 319. n. 7. Simon. de Proët. d. conſ. 35. n. 28. vol. 1.*

Conſequatur itaq; oportet, ſolutionem, H. à B. heredibus, factam iuſtam, non eſſe.

Cauſa

Causa enim, ob quam soluebatur, instrumentum hoc obligationis fuit, quod pœnes M.à G;& consortes est,quoq; H. à B.heredes, in præsentem vsq; diem, destituuntur.

55 Secvndò,& iure decisum extat,& à Doctoribus traditum reperitur: quod ex scripto,obligetur debitor. *l.generaliter.C.de non numer.pecc l.cum de indebito.ff.de probat.l.publica.§.vlt. ff.depos.Zwesenb.cons.7 2.n. 1.*

Concludamus itaq;, hunc quoq;, qui literis obligationum caret,ad exactionem eius, quod debitori suo debebatur, aspirare non posse.

Iniusta itaq; rursus est,solutio,H.à B; heredibus facta.

56 Tertiò, sanciunt quoq; iura: quod is creditor, dici non potest, cui, nec reali, nec personali actione, debetur. *Iaf.ad l. 1.n.43. & 46.& ibi Iohann.de Prat.veter.n.7.Iacob.de Nigr. n.83.& DD.ff.si cer.pet.Ludouic. Bologn.in rubr. n.8.& n.11.ff.si cer.pet.Coler.in tr.de proces.execut. c.62.n.5.Franc.Marc.decis.Delphin.340.n.3.p.1. Tiber.Decian.cons.37.n.34.volum.2.*

57 Sicuti è diuerso, debitoris appellatione non compræhenditur is, à quo inuito, exigi quid,non potest. *l.debitor. ff. de verb. significat. l. fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideiuss. Br.ad l.1.n. 22. ff. si cer.pet.Gail.obs.137.n.7.lib.2.Ioh.Bapt.Asin.d. tr. de execut.c. 2.n. 12. Mozz.in tr.de contract. Rubr. stipulatio pura.n.20. Medic. in tr.de compensat. c.8. n.1.p.1.*

Iam verò,nec H.à B. heredes, creditores: nec F.à G. heredes, debitores, nuncupare, rectè possumus. Nulla enim B; aduersus G; eò, quòd in manibus, literas obligationum non haberent,competierat actio,nec G.inuiti, ad solutionem faciendam, iure compelli poterant.

Reliquum itaq; illud fit, indebitè H. à B. heredibus,solutum esse.

58 Qvartò, præstò quoq; est, alia iuris dispositio, volens: quod asserenti se creditorem, nisi creditorem, le esse ostenderit, atq; edocuerit, fides nulla adhibenda sit. *Cacher. decis.172.n.4.Socin.cons.92.col.penult.vol.3. per l.1. C.credit.iuuict.pign.non deber.*

Quare H. à B. heredibus qui simul literas obligationũ exhibuissent, fides quoq; nulla, adhibenda fuisset,tantoq; minùs,solui eis de-
59 buisset. Etenim generaliter verum est, ei, qui quid vt talis vult consequi, incumbere, vt priùs,se talem esse ostendat. *l.non ignorat.C. de accusat.Dec.cons.321.n.2.cons.376.n.10. Rol.à valle cons.10. nu.24. volum.3. Natta cons.513. n.13.in fin.*

60 Sic quoque Qvinto loco, sancitum est: quod instrumentum crediti, pœnes creditorem esse debeat. *Iprætor in pr. ponderando verba, rationes quæ ad te pertinent. ff. de edend. Iohan. Bapt. Asin.in tr.de execut.c.68.n.23.*

Patet itaq; conclusio per se: eum scilicet, qui cautionem, non habet,creditorem quoque,censeri non posse,& vi consequentis, ne H.à B. heredes quidem, vtpotè qui vnquam C.à S. cautionem,ne viderant quidem, loco creditorum haberi non debebant,nec ijsdem quicquam dissolui.

Indubitati quoq; iuris, Sextò, illud est: 61
quod debitor, debitoris mei,meus debitor non sit. *l.non aduersus.C.si cert.pet.Affl.in c.1. notab.12.n.52.C.de prohib.feud. al per Frider.Schrad. in tr.feud.p.7.c.7.n.47. Rol.à valle cons.1.n.5.vol. 2.Natta cons.487.n.8. Ioh. Petr. Surd. cons.4.n.2. volum.1.*

Quid igitur prohibeat, quo minùs rectè inferamus, quantumuis I. A. à S. debitor H. à B.heredum fuerit, eius tamen vicissim debitores,debitores H.à B.non fuisse,nõ video?

Septimò: incerti iuris non est: quod de- 62
bitores patris, filio soluere non possint, aut debeant. *Isilius pacisc endo. C. de pact. Tiraq.de vt. retr.p.1.§.1.gl.10.n.101.& gl.13.n.34.& 35.*

Quod & tantò magis, in reliquis personis 63
coniunctis,verum est,atq; obtinet. *l.qui in aliena.§.quanquam.ff.de neg.gest.l.3.ff. sol. matrim. gl. in l.vero procuratori in v. administratio ff. de solut. Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & prob. §.2.gl. vnic.n.1034.*

Quantò minùs itaq;, rectè soluebatur illis, qui extranei planè erant, nec cautionem exhibere poterant.

Octavò: in ore omnium illud est: Vi- 64
gilantibus iura scripta esse. *l.pupillus in fin.ff. quæ in fraud. credit. Pyrrh. Englib. in consuet. Autrel. tit.de distrah.vend.c.42.Gail.obs.108.n.5.lib.1.Ascan. Clement.in tr.de pat.por.ff.4.n.20. Aldobr.in Rubr. proœm.Inst.n.40.Alc.parerg.lib.1 2.c.6.Neuzan. in sylual.nupt.lib.4.n.155.*

Rectè itaq; rursus colligimus, M.à G. & Consortes,vtpotè, qui vigilantiores fuerant, quò literas illas obligationum adipiscerentur,assiduitatis quoq; fuæ,fructum maiorem, quàm H.àB.heredes,percepturos.

Nonò: iuris quotidiani est: quod is cre- 65
ditor,qui generalem, & specialem hypothecam simul habet, & anterior est: non possit omissa speciali sua hypotheca, molestia afficere, posteriorem creditorem, generalem, vel specialem hypothecam habentem. *l.2. C.de pignor.Neguz.ant.in tr.de pignor.in 4.memb.2. p.p.n.83.& in 2.memb.5.p.p.n. 28.& 51. Cacher. decis.159.per tot.Mynsing.obs.94.cent.6.Rimm. ad l. precibus.n.419.C.de impub.& al.subst.Conman. commentar.aur.lib.4.c.17.n.6.Ioh.Bapt.Asin.in tr.de execut.§.7.c.5.n.1.Dan.Mull. ad const. Saxonic.p.1. const.28.nu.67. Cardin. Paris. cons.103.per tot. volum.3.*

Atenim hîc, H. à B.heredes, primum hypothecam specialem,in feudo S. constitutam habent: & post deindè hypotheca generali, omnium I.A. à S.bonorum, fruuntur.

Non

Non itaq; hoc, quod extabat, apud C. à S. debitum, vindicare sibi poterant. Quandoquidem, hypotheca eorum specialis, sufficere eis videbatur.

DECIMÒ: rationis quoq; erat, dicere: M. à G. & Consortes, non solùm hypothecam, verumetiam pignus, respectu debiti huius, quod à C. à S. exigendum erat, dum nanciscerentur cautionem, fuisse assecutos.

66 Cum enim conuenit, vt non solùm res, pro debito obligata sit, verumetiam res, creditori simul traditur: tunc non solùm hypotheca, verumetiam pignus, constitutum est. *§. item seruiana vers. inter pignus. Inst. de act. l. plebs. §. pignus. ff. de verb. significat. Neguz. in tr. de pignor. 1 p. p. n. 1. Borcholt. in tr. de pact. c. 2 pact. diuis. 2. n. 34. Conuan. commentar. iur. lib. 4. c. 13. n. 1.*

Vt igitur fieret, H. à B. heredes, ceu creditores tantùm, hereditatis I. A. à S. hypothecarios, hisce cautionis possessoribus, præfer-
67 ri? In simili enim deciditur: creditorem hereditatis, non posse rem, alij specialiter tantùm legatam, sui debiti nomine consequi, veluti in specie decidit *Gerhard. Max. oll. cons. 34. nu. 25. volum. 1. per l. pater filium in pr. ff. de legat. 2.*

68 Id quod hîc, multòmagis obtinebit. Eò, quod legatario sit causa lucratiua, ideoque eius, & creditoris, par non sit conditio. *Inst. de legat. in pr. Surd. in tr. de alim. tit. 1 q. 42. n. 143. & tit. 2 q. 3. n. 9. & tit. 5 q. 3. n. 4.*

Hîc verò, pars vtraq; , causam onerosam, veluti debitum prætendat.

69 VNDECIMÒ: Controuersia omni caret illud: quod eius intentio fundata sit, qui pro se habet, debiti instrumentum. Vti tradit in specie *Rr. ad l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hasta. fisc. lib. 10. Bl. ad c. 1. §. amplius de pace constant. Ign. in l. necessarios. § non aliàs. p. n. 187. ff. de S. C. Sylan. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 4. c. 1. n. 107. arg. l. generaliter. C. de non numer. pecun.*

Oportet itaque, intentionem (loquamur enim more practicorum vulgari) M. à G. & consortum, fundatam esse, intentionem verò heredum H. à B; deficere, proindeq; obtinere non posse.

Nec enim DVODECIMÒ obstat: quod attamen adhuc, M. à G. & Consortes, nusquam edocuerint, se bonæ fidei possessores, dum hasce obligationum literas, consequerentur, fuisse effectos.

70 Stat enim à partibus eorum, iuris præsumtio, quæ habet: quod in possessore instrumenti, præsumatur bona fides. *l. non ex eo. C. de euict. l. super seruis. C. qui mulit. poss. vel non. lib. 10. l. vertus. ff. de probat. fac. trad. Felin. in v si diligentinu. 4. ext. de præscript. Carol. Molin. conf. 20. n. 1. 2. & 3. vol. 1. Rebuff. in tr. de lit. obl. art. 1. gl. 9. n. 34. vbi Boer. in id allegat.*

RATIONES DECIDENDI.

QVÆSTIONIS II.

ATh æc leuiuscula sunt, Quare his insuper habitis, verior erit conclusio: M. à G; & consortes, etiamsi in manibus C. à S. cautionem habeant, ne actionem quidem, cum effectu instituturos: tantùm abest, vt cogere possint H. à B. heredes, quò restituant eis, quod semel numeratum acceperant.

Nam PRIMÒ, quis tàm est, iuris prorsus 71
ignarus, qui nesciat: quod instrumenti exhibitio, etiam in iudicio facta, personam actoris, haudquaquam legitimam efficiat. *c. coràm dilecto, & ibi gl. & Bl. n. 2. ext. de off. deleg. Innoc. ad c. cum causam. n. 2. ext. qui fil. sint. legit. Ioh. de Imol. ad l. Mœuia. n. 3. ff. fol. matr. Rebuff. ad ordinat. Regn. Gall. tom. 2. in tr. nominat. q. 14. n. 181. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 2. c. 2. n. 53. & 54.*

Potuit namq; , exhibens, ea, vel furto, cre- 72
ditori subtrahere, vel à tertio quopiam non domino, quemq; is, non dominum esse sciebat, nanciscì: vel deniq; poterant ea illi, solùm vt custoditet, & commendata haberet, tradita esse. Veluti, in indiuiduo decidit *Imol. in d. c. coram. n. 8. ext. de off. deleg. Coler. d. p. 2. c. 2. n. 54. fac. trad. Bl. ad l. Mœuia. n. 1. ff. fol. matrim. Rom. conf. 446. n. 10. & seqq.*

Cum itaq; , per exhibitionem literarum obligationis, M. à G. & consortes, ne legitimam quidem personam, standi in iudicio consequantur: heri quoq; nullo modo poterit, vt propterea, H. à B. heredibus, superiores euadant. Maximè, cum H. à B. heredes, edocere, paratos se esse, ostendant, quòd M. à G; & consortes, longè post perfectam iam solutionem primùm, obligationum literas, à vidua I. A. à S; & sic à non Domino, vitium autoris sui scientes, acceperint.

Reliquum itaq; illud tantum fit, M. à G; & consortibus, ad vlteriora processum non patere. Nisi enim ante omnia actor, personam 73
suam legitimarit, ad vlteriora non fit progressus, sed actor repellitur. *Br. ad l. non ignorat arg. ll. text. C. de his qui accus. poss. vel non. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 1. n. 9. Franc. Hercul. in tr. quo ten. prob. negat. n. 86. Schrad. an tr. feud. p. 10. fcl. 18. n. 160.*

SECVNDÒ: apertissimi iuris est: quòd ne 74
cessionem quidem, instrumenti exhibitio, atq; productio, doceat, atq; ostendat. *Alex. de Imol. ad l. possideri. n. 12. ff. de acquir. poss. And. Barbat. ad d. c. coram. n. 9. ext. de off. deleg. Bl. ad l. non solùm. § qui alieno. n. 3. ff. de procur. Roder. Suarez. ad l. post rem iudicatam in explicat. l. Regni. §. quia superius visum est. n. 23. ff. de re iud. Coler. an tr. de proceff. execut. d. p. 2. c. 2. n. 60.*

Succumbere itaq; rursus, M. à G. & Consortes, necesse est.

Aliter

75 Aliter enim, quàm cessionarij, & procuratores, in rem suam, agere non possunt. Cessionarius, & procurator in rem suam autem, sine cessione, est veluti miles sine clypeo, scholaris sine libro, lyra sine chorda, ignis sine calore, & campana sine malleo, vel rhopalo. per trad. *Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 18. n. 4. & n. 157. cum seqq.*

Nec iuuat eos; etiamsi dixerint: se hoc debitum, ceu creditores, creditoris repetere, ideoq; cessione vlla non indigere:

Nam præterquam, quod nemo sit, qui eos, pro creditoribus I. A. à S. agnoscat: nec etiam agnoscere eos, pro talibus cogatur. Cum
76 quis creditorem se dicens, creditorem quoq; se esse, probare teneatur: *per trad. Masc. in tr. de probat. concl. 1247. n. 1. & per tot.*

Desunt quoq; requisita ea, quibus indigemus, vt creditor ad exactionem debitoris, sui debitoris, posit peruenire. *Veluti paulò post, Latius videbimus.*

Tertiò esto: ipsum I. A. à S; literas obligationum, M. à G; & Consortibus tradidisse, fingamus: non tamen, ne hac quidem via, res succesura est. Nam ex traditione istiusmodi, præter id, consecuti nihil sunt, quàm quòd nomine I. A. à S; non verò nomine proprio, debitorem C. à S; exigere possent.

Quod cum ita sit, fas, integrumq; foret, H. à B. heredibus, ceu creditoribus I. A. à S; cum hypotheca vetustioribus, quiq; præterea, in assensu principis innituntur, & primum nunc, in sententia, locum obtinent, id, quod, M. à G. & Consortes, ceu mandatarij, creditoris sui, I. A. à S exegerant, ab ijsdem condicere, sibiq; retinere.
77 Etenim, etsi literarum obligationis traditio, probata fuerit, hinc tamen nihil præterea constabit, quàm quod is, cui hæ traditæ fuerant, mandatum acceperit, debitum nomine tradentis exigendi. *And. de Barbat. ad d. s. coram. n. 1. & 9. & ibi Felin. n. 9. ext. de off. deleg. Roman. sing. 696. & cons. 446. n. 10. & 11. Br. ad l. 3. §. causæ. n. 2. ff. de carbon. edict. Bl. ad l. Mœuia. n. 1. & ibi Ang. n. 1. ff. solut. matrim. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 2. c. 2. n. 55. 57. & 63. Boër. decif. 28 1. n. 7.*

Sed & illud constat, creditorem, tempore priorem, auferre id posse, quod solutum est, creditori posteriori. *Vt paulò pòst videbimus.*

Quartò magis itaq; eam pecuniam, sibi vindicare poterit, quæ nomine debitoris sui, exacta fuerat.
78 Quartò: iuris est euidentissimi: quod plenum malignitatis sit, si debiti non dissoluti, literæ, pœnes aliquem, nescio, vel inuito etiam creditore, reperiantur. *auth. vt hi, qui se oblig. hab. perhib. in pr.*

Iam verò longè est certissimum, M. à G; & consortes, hasce obligationum literas, scientè, volenteq; I. A. à S. non fuisse consecutos.

Non proderit itaq; eis, has literas vbiquam 79
acquisiuisse. Nec enim commune malignitates, prodesse cuiquam debent. *l. ne quis. ff. de dol. l. itaq. fullo. ff. de furt. Surd. in tr. de alim. t. 7. q. 16. n. 96. Becius cons. 97. n. 17.*

Quinto: hæc quoq; malignitatis suspi- 80
cio, adaugetur per id: quod quilibet creditor, in tempore vigilare, nec vsq; eò tacere soleat, donec pecunia, quam sibi deberi asserit, alij persoluatur. Veluti in indiuiduo tradunt *Alex. cons. 183. col. vlt. vers. & hanc partem lib. 6. & cons. 115. col. 2. vol. 7. Corn. cons. 277. col. 3. in pr. vol. 4. Castr. cons. 58. col. vlt. vers. item resultat tertia præsumtio. vol. 2. Dec. cons. 596. col. vlt. Calcan. cons. 23. col. 2. Sim. de Preet. cons. 68. n. 2. cũ seq. vol. 1.*

Sicuti, & is quoq; creditor, qui pœnes se 81
habet instrumentum, quod si produceretur, causa iam exitum sortiretur: illudq; producere intermittit, haudquaquam in bona fide, versari creditur. *l. vlt. C. de fid. instrument. Dec. cons. 36. col. 1. vers. quintò ad hoc Stephan. Bertr. cons. 23. n. 7. vol. 1. Tiber. Dec. cons. 24. n. 39. & 52. vol. 1.*

Nam hinc, patet conclusio per se: M. à G. scilicet, & consortes, veros creditores nõ illi mandos non esse, nec ad eos, obligationum literas, bona fide peruenisse.

Etenim si alterutrum horum esset, M. à G; & Consortes, citiùs e somno euigilassent, & suum exegissent. Nam venditio feudi B; exeunte paschatis festo, anni 94. palàm, & in loco iudicij fiebat, & anno 95. & 96. Precium huius feudi B; inter creditores distribuebatur: anno 1600. verò demum, nescio quam condictionem instituere, M. à G; & consortes, moliuntur.

Huc quoq; Sextò, referendum est illud: 82
debitori, debitoris nostri denunciandum esse, ne tertio, qui solutionem petit, quicquam exoluat. *per trad. Guid. Pap. decif. 346. n. 3. Rebuff. in tr. de lit. obligat. art. 6. gl. 3. n. 64.*

Alioquì nihil relinquitur, quod debito- 83
rem debitoris prohibeat, quo minus huic tertio, quem sui creditoris, creditorem vere esse scit, solutionem faciat. Cum omnia bona fide, peragantur, atq; admittì debeant: *vt post Bl. & Petr. de Ancharan. in specie decidunt Dec. cons. 554. n. 2. Decian. cons. 13. n. 75. vol. 1.*

Etenim nunquam firmiter, M. à G; & Consortes, demonstrare poterunt: denunciasse se, emtoris heredibus, ne solutionem H. à B. heredibus, quoniam cautionem, vndè actionem suam depromerent, non haberent: facerent.

Quinetiam, iura id quoq; Septimò con- 84
stituêre: quòd debitor, cui istiusmodi denunciatio fit, non sit confestim obstrictus, illi denunciationi morem gerere. Quinimò illa insuper habita, nihilominùs illi, cui priùs, solutionem facere destinauerat, soluere poterit. *vti in specie decidit Br. in l. non solùm. §. morte. n. 34. & ibi Iaf. n. 44. v. secundò & DD. ff. de no. op. nunc. Surd. cons. 22. n. 12. vol. 1.* Nisi

85 Nisi denuncians, vel simul, literas obligationis, in originali prælegerit, vel copiam earundem, vnà cum denunciatione miserit. *Br.in d.l.non solùm.§.morte.n. 35. & ibi tas. n. 28. vers. quarta conclusio. ff. de no. op. nunc. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 10. n. 102. Garsan tr. de expens. c. 23. n. 14. Laurent. Temm. in tr. Cautelar. caut. 43. n. 2. Nicol. Carbo in prax. pract. lib. 3 c. 8. n. 75. Surdus d. cons. 22. n. 13. volum. 1.*

Iam verò, M. à G; & Consortes, edocere nunquam possunt, quod vel heredibus H. à B; vel heredibus F. à G; cautionem quam se habere, se iactitant, prælegerint, vel exemplum eius, ad eos miserint.

Impunè itaq; , sperni potuit, denunciatio eorum, si facta vnquam fuisset.

At fac O C T A V O, denunciationem hîc, vti ex legum præscripto, decebat, factam esse: non attamen adhuc, in tranquillo sistentur per id, M. à G; & consortum negocia. Nam si negligi, denunciationem suam animaduertissent: recurrere ad superiorem, veluti nunc, causa iam vulnerata, vel perdita planè faciunt: àq; eo, vt inhiberet, ne H. à B. heredibus, solueretur, impetrare debuissent.

86 Pro vt hoc, quod vera practica arrestandi sit, si creditor à iudice petierit, vt debitori debitoris, inhibitionem faciat, ne sine permissu Iudicis peculiari, alij quàm inhibitionem impetranti soluat, docet *Coler. in tr. de proceff. executor. p. 2. c. 3. n. 468.*

Hoc etenim, si factum fuisset, tam F. à G; quàm H. à B. heredibus, incubuisset, inhibitioni superioris parere, donec inhibitio hæc
87 fuisset reuocata. Nec enim, inhibitionem Iudicis vnquam, impunè spernere possumus. *Br. ad l. vlt. n. 1. per ill. text. ff. de leg. commiss. Bl. ad c. vlt. ad fin. ext. de f. queftrat. poss. & fruct. Alex. de Imol. ad l. de pupillo. §. qui procuratorio. col. 1. ff. de no. op. nunc. Iaf. ad d. l. non solùm §. morte. n. 29. ff. de no. op. nunc. Affl. decif. § 28. Prael. Papian form. declin. iurisd. in v. prot. stans. n. 13. & ibi Masuer. in addit.*

88 Nisi ad minimum, de indemnitate cautio, interposita ferit. *Vt tradunt perplures à Temm. adducti d. caut. 43. in fin.*

Quare non est quod alijs, M. à G; & Consortes, acceptum ferant, damnum, si quod indè sensifiet. Vti enim ipsimet, illis remedijs, quæ lex porrigebat, noluerunt.

* NONÒ: ambigui iuris non est, & præterea,
89 recepta inter Interpretes doctrina: quòd ei creditori, cui mei creditoris bona omnia, obligata sunt, polsim rectè soluere, inuito etiam creditore illo immediato, *Br. in l. solutum. §. solutam. n. 2 ff. de pign. act. Ioh de Mont. Sperell. conf. 200. n. 2. vol 1. Cardin. Paris. conf. 107. n. 128. vol. 3. per l. vtrum. ff. de conflit pecun.*

Sin itaq; , solui potuit, H. à B. heredibus, inuito etiam ipso I. A. à S; à quo, ius suum deriuant. M. à G; & Consortes:

Consequatur oportet, solui multòmagis his potuisse, quantumuis displiceret idipsum, M. à G; & consortibus: nec fas ill isipsis esse, semel peractam solutionem, retractare.

DECIMÒ: Controuersi iuris non est: quod 90
non solùm illam rem, creditor, quæ ei, vt hypothecæ loco esset, obligabatur, possit appræhendere, & sibi retinere. *gl. ad l. vlt. C. vn. vi Alex. in l. 1. sub n. 2. C. de repud. hered. Laurent. Syluan. conf. 3. n. 88. vol. 1. Burfat. conf. 8. n. 15. vol. 1. vbi hanc esse communem opinionem attestatur.* *

Verumetiam: quod omnem aliam rem de- 91
bitoris, quæ sibi, nullo hypothecæ vinculo obnoxia erat, ad se peruenientem, donec sibi satisfiat, iure retineat. tradentibus *gl. in l. si non fortem. § si centum per ill. text. ff. de condict. indeb. Bl. in l. fundus notab. 4. C. de rese. vendit. Coler. in tr. de proceff. executor. p. 1. c. 2. n. 212. Dec. conf. 449. n. 21.*

Iam verò extra controuersiam positum est, quod I. A. à S; creditoribus suis, etiam nomina debitorum suorum, & consequenter, id etiam nomen, quod ei, apud C. à S. erat, hypothecæ esse iussit. Vt apparet, ex ipsis obligationum literis, quas à V V. creditoribus suis, H. à B heredes, solutione sunt assecuti: nec non ex cautione indemnitatis I. A. à S; & ex vtroq; Domini feudi assensu, quem, tùm V V. creditores, tùm ipsi H. à B. heredes, impetrarant.

Iniusti itaq; nihil, egerunt H. à B. heredes, quod illud appræhenderunt, quod eis semel, hypothecæ datum erat: tantum abest, compelli eos, iure posse, vt restituant, quod semel solutum eis fuerat.

Nam &, quod in hypotheca sua, non compræhendebatur, appræhendere, & donec eis, plenè satisfactum esset, retinere potuissent.

Præterea VNDECIMÒ: Constituti quoq; 92
iuris est: quod creditor, cui nomina debitorum, obligata & hypothecata fuerunt, non denegentur, aduersus debitores debitoris, & hypothecaria, & reliquæ actiones vtiles. Quibus adiutus, illud, à debitore debitoris sui, exigere potest, quod debitori suo immediato, soluendum erat. *Br. in l. nomen. n. 4. & 6. C. quæ res pign. obl. poss. Castr. in l. si conuenerit. la. 2. in pr. n. 2. per ill. text. ff. de pigner. act. Br. in l. solutum. §. solutam. n. 2. ff. sod. tit. Capyc. decif. 78. n. 3.*

Restat itaq; , vt sic efformemus ratiocinationem: iure hîc, H. à B. heredibus, solutionem factam esse. Nam si facta hæc, eis non fuisset, ipsi actione hypothecaria, similibusq; remedijs freti, etiamnum hodiè, eam meritò consequerentur.

DVODECIMÒ: incogniti iuris non est: 93
quod ijs creditoribus, qui primò egerunt, antè reliquos quoq; , satisfaciendum sit. Vti in specie decidit *Tiber. Decian. conf. 109. n. 12. & n. 93. volum. 2. per l. 1. & 2. C. de alluuion. l. pupillus in fin. ff. quæ in fraud. credit.*

Etenim, qui prior appellat, prior quoq; 94
agat. *l. qui prior. ff. de iudic.*

Atenim

Atenim hic, heredes B; non solùm primi fuerunt: verumetiam soli, qui hoc debitum exigerunt.

Qui itaq; M. à G; & consortes culpare possent, quod his quoq; solutio obtigerit? Cum id, lege non refragante, factum sit.

95 DECIMOTERTIÒ: controuersia omni, caret illud: quod is creditor, potior sit, cui primò satisfactum est. Nec distinguemus hoc casu, inter creditores plures, quibus tantùm actiones personales, competierant: *l. si non expederit. 9. fi pupillus ff. de bon. aut. iud. possid. l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. Affl. decis. 190 per tot. Grammat. q. 1. quæ extat post decis. eiusdem 105. Gail. obs. 25. n. 12. lib. 2. Cephal. cons. 448. n. 29. & cons. 554. n. 3.*

96 Et inter hypothecarios plures, quorum par omninò erat conditio, & ratione temporis, & constitutæ hypothecæ. Nam & inter hos, eius causa potior est, cui primò soluitur. *l. si debitor ff. de pignor. Ioh. Bapt. Asin. in tr. de execut. §. 7. c. 22. n. 1.*

97 Etenim generaliter verum est, in pari causa, possidentis conditionem, meliorem esse *cum pari de reg. iur. lib. 6. In pari causa ff. eod. tit. Neguz. in tr. de pignor. in 3. memb. 5. p. p. n. 18. Tiraq. de vt. retr. p 1. §. 11. gl. 7. n. 1. Hartm. Pistor. q. 39. n. 38. lib. 2. Seraph de Seraph. in tr. de iurium. priu. 71. n. 41.*

Ponito itaq;, ius H. à B. heredum, & M. à G; & consortum, vndiq; adæquatum esse: nec hypothecam vnius, alterius hypotheca, esse tempore priorem: non minùs attamen, præferendi adhuc erunt B; eò, quòd ipsi illam quantitatem, de qua lis est, possidean tiam.

Qui igitur Iudex hos adigeret, vt vel obulum, aduersarijs restituerent?

98 DECIMOQVARTÒ: ambigendum non est: quod concurrentibus hypothecarijs pluribus, is sit potior, qui tempore prior est. *l. potior. ff. qui pot. in pign. hab. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 11. n. 30. Montic. in tr. de inuent. bered. c. 9. n. 196. Stracch. in tr. de Mercat. Rubr. de decoct. in 3. p. vlt. p. n. 11. & 13. Moz. z. in tr. de contract. Rubr. de natural. pignor. n. 21. cum seqq. Mynsing. obs. 59. cent. 1. Gail. obs. 15. n. 2. lib. 2. Hartm. Pistor. q. 47. n. 43. lib. 2. Cacher. decis. 133. n. 1.*

Fac itaq; rursus, emtores feudi B; pecuniam de qua res est, nondum cuiquam numeraſſe: potiores attamen denuò erunt, H. à B. heredes, Hypotheca enim eorum, tempore est prior, atq; antiquior.

Quod cum ita sit, iuris ratio non patitur, vt hos, M. à G. & consortes, numerata iam illis pecunia, antecedant.

99 DECIMOQVINTÒ: notissimi est iuris: quod creditor, qui innititur, instrumento publico, præferatur illi, qui debitum suum, priuata tantum scriptura probat. Etiamsi hic, tempore fuerit prior. *l. scripturæ. C. qui pot. in pign. hab. Ripa in l. priuilegia. n. 24. ff. de priu. credit. Practi. Pap. in form. lib. in act. hyp. in r. & sub eadem n. 11. Conart. pract. Quæst. c. 22. n. 5. Anton. Gab. Roman. in tr. regul. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. & 10. Tiraq. de vt. retr. p. 2. §. 1. gl. 7. n. 43. Fruder. in tr. de prob. extrah. lib. 2. c. 66. n. vlt. & c. 69. ex n. 8. Ioh. Bapt. Asin. in tr. de execut. §. 7. c. 23. n. 1. Crauc. cons. 939. n. 5. Decian. cons. 22. n. 7. volum. 3.*

Atenim H. à B. heredes, duplici, Domini feudi assensu, gaudent: vno quem illis à VV. creditoribus, indulserat: altero, quem ipsi ſmet, concesserat.

Quare, etiamsi dixerimus, rem adhuc integram, & nondum cuiquam pecuniam, de qua controuersia est, solutam esse: obtinebunt attamen nihilominùs B. Non enim G. à B; & consortes, vllum, principis assensum, allegare possunt.

Nec obstat, etiamsi mihi reposueris istud: quòd attamen in allodialibus, ex assensu Domini feudi, potius ius, non consequamur: sed quod illud ius, quod assensus Domini feudi tribuit, ad feuda tantùm, astringatur. (Feuda enim tantùm, sine consensu Domini 100 feudi, hypothecæ dari nequeunt, non verè allodialia. Vndè & in illis tantùm, non verè in his, consensus Domini, suam habebit efficaciam. *Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 1. n. 25. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 10. n. 43. Rosenth. in synops. feud. c. 9. memb. 1. concluſ. 14. n. 3. Cephal. cons. 133. n. 100. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 18. n. 1. vol. 1. Burſat. cons. 171. n. 30. vol. 2. Rol. à valle cons. 97. n. 9. vol. 1.*)

Etenim distinguendum est, inter illum, 101 qui Dominus feudi tantum est, nec non inter illum, qui feudi Dominus, & superior, simul est. Huius enim consensus, operationes suas, vsq; ad allodialia, si in literis obligationis exprimantur, extendet, si non in vim consensus, saltem in vim, instrumenti publici *per trad. Innoc. ad c. 1. n. 2. ext. de fid. instrum. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 82. Asin. in tr. de execut. in pr. c. 6. n. 3.*

Vndè & is, qui huiusmodi consensus lite- 102 ris adiuuatur, meritò quoq;, priuilegij l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. commodum, sentiet, atq; percipiet.

Cum itaq; hîc, innitamur, in illius assensu, qui non solùm feudi Dominus, verumetiam superior simul est:

Consequatur necesse est: eiusmodi consensum, ad allodialia quoq; attingere, inq; his, ceu instrumentum publicum, sigillo principis communitum, prælationem quandam, & potiùs ius largiri.

Veluti hoc, præter præiudicia, quæ in Ca- 103 mera Electorali Brandeburgica, extant, dissertis verbis docent *Cæs. de Vrſil. in addit. ad Affl. decis. 186. Affl. ad conſtit. Regn lib. 3. Rubric. 5. n. 45. cum ſeq. Burſat. conſ. 44. in fin. vol. 1. & conſ. 171. n. 53. volum. 2.*

In illis namq; locis omnibus, hi Docto- 104 * res, vno ore, omnes docent: creditorem, qui

assensum superioris impetrarat, præferendum illi, qui vel æqualem, vel etiam temporis ratione, anteriorem hypothecam habebat. Ceterum superioris assensa destituebatur: *Et ex his Burſat.in poſteriori loco n.33. atteſtatur, ſe idipſum ſenatu Mantuano indicente, obtemuiſſe.*

105 DECIMOSEXTÒ: vulgò etiam cognita eſt, illa iuris maxima: quod is creditor, qui debitum ſuum, per acta iudicialia probat, longè præferendus ſit illi, qui nihil tale, pro ſe habet. *gl.in auth.generaliter in v.conſeribat. C. de epiſc.& cleric. Franc.Curt. ad l.tale pactum. §. qui pignocaurt.n. 25. & 27. ff. de pact. Alex.in l.eum pro quæ n.3.ff.de in ius voc. Anton.de Butr.ad c.p.& G. n. 3.ext.de off. deleg. Anton.de Butr. in c. ad reprimendum.n. 12.ext.de offic.ordin. Panorm.ad c.ſi quando. n.3.ibi Felin.n.3.& 4.ext.de off.deleg.Aſſi.deciſ.387. n.1.Coler.in tr.de proceſſ.executp.3.c.2.n. 20.*

Sin itaque res adhuc eſſet integra, ſolutioq; nunquam facta: dubitare tamen non cõuenit, quin potius ius H à B heredes, foueant.

Tuetur enim eos, ſententia, & res iudicata. Eadem verò, è diametro obſiſtit, conatibus M. à G; & conſortum, maximè, cum & illos, cauſa cadere ſententia edicat, qui quidem, ſe creditores I. A. à S. eſſe, profeſsi fuerant, at interim debitum ſuum, intra terminum à Iudice præfixum, non comprobarant.

Etenim ne nomen quidem, M. à G. & Conſortum, inter creditores, I. A. à S; receptum vnquam fuit.

106 DECIMOSEPTIMÒ: de illo dubitare non conuenit: quod exceptio tu non es, ex nominatis, in ſententia, frangat (vt practici loquuntur) intentionem actoris, vtpotè quæ litis ingreſſum impediat. *Bl. ad c. coram. n.2.ibi Innoc.n.8.Barbat.n.8 & 9.ext. de off. deleg.* * *& eſt communis opinio vt atteſtatur Coler.m tr. de proceſſ.executp.2.c.2.n.38.*

Atenim exceptione hac, aduerſus aſſultus M. à G; & Conſortum, rectè vtuntur, H à B. heredes. Cum ne ſyllaba quidem, M. à G; & conſortum, in ſententia mentio fiat.

Reliquum itaq; illud tantùm ſit, incaſſum M. à G; & conſortes laborare. Potiſsimum verò, cum inter hodiernos I. A. à S; creditores, primum obtineant locum, H à B. heredes.

107 DECIMOOCTAVÒ, perualgatiſsimi iuris illud eſt: quod eum, quem de euictione tenet actio, eundem agentem, repellat exceptio. *l.vendicantem.ff.de euict. Neguz.ant.in tr.de pignor.1.membr.5.p p.n. 53. Menoch.in tr.de remed. poſſ.adip.remed.4.n.610. Caball.in tr.de euict.§ 5 n. 2.Gail.obſ.139.n.12 lib.2. Hartm.Piſtor.q.9.n.6.lib. 2. Montic.in tr.de iuuent.her.c.9 n.92.Tib. Dec.conſ. 38.n.16.vol.4.conſ.32.& 45.et conſ.77.n.31.vol.5.*

Cum itaq; H à B. heredes, hanc 1967. Ioachimicorum ſummam euincere etiam, à M. à G; & conſortibus poſſent: propterea: 108 quod iuris expreſsi ſit: quod creditori, hypothecam veteriorem habenti, non ſit denegatum, ſiquidem debitor, vtriq; credito ſatisfacere nequit, pecuniam creditori poſteriori, in ſui præiudicium ſolutam, in ſubſidium euincere, Condicere, ſibiq; retinere. *l. ſi non expedierit.§.1.ibi Br.n.1.ff. de bon. autor. iud. poſſid. Br.in l.pupillus.n.1.ff.quæ in fraud.credit.Capyc.deciſ. 78 n.5.& 6. Phanuct.in tr.de inuent.p.5.nu.148. Aſſi.deciſ.190.n.4.Gail.obſ.25.n. 13.lib.2. Cephal. conſ.86.n.8.Menoch.conſ.25 n. 10.vol.1. Surd.conſ. 4.n.13.vol.1.& conſ.436.n.10.vol.3.*

Retundi eos, multomagis nunc, exceptione euictionis poſſe, verum erit.

Maximè verò, cum exceptio hæc, quem 109 de euictione tenet actio, ſit litis finitæ, & proceſſum, ad vlteriora, impediat. *Br. in l.miſi inſtrumenta n.5.per ill.text.& ibi Bl.Angel.Iob.de Plat. & DD.C.de fid.inſtrum.& inſt.Baſſi.deciſ.lib. 10. Socinſen.conſ.38.n.22.vol.1.Gratt.conſ.91.n.7.vol.1. Iob. Bapt.Aſſian ſua praxi.§.13.c.9.n. 2.*

Quod ſi DECIMONONÒ, poſsibile vllo 110 modo eſſet, M. à G; & conſortes heredes H. à B. excludere: non tamen, ne ſic quidem, cauſæ victoriam reportarent.

Nam & iure prouiſum extat, & Doctores * concordi conſenſu, docent: pecuniam poſteriori creditori ſolutam, dummodò ab eo, bona fide conſumta ſit, ne ab anteriore quidem creditore, repeti, condiciq; poſſe. Veluti in indiuiduo tradunt *Raph.Cuman.in d.l.pupillus ſub n.5.ff.quæ in fraud.cred. Raph Fulgoſ.in l pecuniam.C. de priuil.fiſc. Fulgoſ. in l. cum fundus. §. ferunt tuum imprudens Col.penult.verſ. in eadem gl. ibi, conſumta eſt.ff.ſi cert.pet. Matth.de Aſſi.deciſ.190.n. 4. Thom. Grammat.q.1.n.5.& 6.Gail.d.obſ.25.verſ. altero caſu lib.2.Phanuct.in tr.de in lit.iur.p.5.n. 147. Ceph. conſ.555.n.8.Men.d.conſ.25.n.15.Surd.conſ.4.n.15*

Quare, cum hic, anno Domini 96. ſolueretur: anno 1600. autem primùm, res ad Iudicem deferretur: conſumtum, iam dudum, & quidem bona fide, hanc pecuniam, quam H. à B. heredes, receperât eſſe, omninò oportet.

Maximè, cum hactenus inhibitum illis non 111 fuiſſet, ne pecunia hac vtetentur. Etenim pecunia res eſt, quæ ſeruando, ſeruari nequit. *Iaſ. ad l.1.§.ſunt quæſtum.n.29.ff. ad S. C. Trebell. Gail. obſ.11.n.3.lib.2. Cald.ad l. ſi curatorem in v. contractum feciſti n.10. verſ. pecunia. C. de reſt.in integr. Pece. in tr.de teſtam. coniug.lib.5.c.30.n.3. ad fin. Cacher. deciſ.135.n.11. Coraſ.ad l.qui liberos.p.i. n. 206. ff.de rit.nupt. Rayn.Budel.in tr. de re num.lib. 1.c.1.n.45.*

Vltimò, atq; ſic VICESIMÒ: haud immeri- 112 tò, opitulatur H. à B. illud: quod ea, quæ lex non dicit, vel requirit, nec nos quoq; requirere debeamus. *§.cæterùm ſideremus auth.de trient.et ſem. Lup.ad c.per veſtras not.ab. 2.§.1.n.21.ext.de donat. int.vir.& vxor. Ronchegall.ad l.rem in pr.n. 21.ff. de duob.reu,cum ſimilib.*

Conſequitur itaque rurſus, non obeſſe B; quod cautione caruerint. Cum nihil tale, in id, vt debitoris, debitoris mei exactio, ritè, recteq; peragatur, iura exigant, aut deſiderent.

Quini-

113 Quinimò illaipſa proſpexerint, & Interpretes eius tradiderint, quod is, iure optimo, aduerſus debitorem, debitoris ſui vtatur, qui tria hæc, edocere potuerit, nempè eum, quem exigit fateri, debitorem ſe, debitoris eſſe, illius, qui ſolutionem petit:

Sed & hunc debitorem exigentis: exigenti, iam condemnatum eſſe: Et deniq; alia bona non eſſe, vndè ſolutionem ſuam recipiat. Ita in indiuiduo docent *Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 1177. Benedict. de Plumb. in tr. de diſcuſſ. bonor. in pr. nu. 10. Roman. conſ. 292. n. 1. verſ. primum ipſum debitoris & conſ. 224. n. 7. verſ. vltimò ponderandum. Surd. d. conſ. 4. n. 2. & ſeqq. vol. 1.*

* Quinimò multi reperiuntur, qui ceu communem, amplécti malunt eam ſententiam, qua ne hoc poſtremum requiſitum quidem, in exactione debitoris, debitoris mei, neceſſarium eſſe, concludituir veluti innumeris ferè, in id adductis, autor eſt, *Laurent. Tennin. Rodulph. in tr. cautel. cautel. 62. n. 17. nec non Surd. d. conſ. 4. n. 3 2. vol 1.*

Nihil itaq;, iam deerit, H. à B. heredibus, ob quod, ad exactionem debitoris, debitoris ſui, peruenire non poterint.

Nam, tùm ex venditionum literis quæ conficiebantur, coràm Deputatis Illuſtriſſimi, apparet, tùm ex ipſorum F. & G. heredum, confeſſione conſtat: quod ipſi fuerint debitores I. A. à S. (emerant enim feudum B; ei obligatum.)

Deinde, ſententia inter Creditores I. A. à S. promulgata, ipſa palàm facit omnibus, H. à B. heredes, creditores eſſe, I. A. à S.

Et deniq; omnes ſcimus, I. A. à S; nihil reliquum eſſe, quam feudum S; quod dotalitij iure, ſibi vendicat, vidua eius: & deinceps hanc quantitatem, quàm ei C. à S. debebat: quòd item etſi vtrunq; in ſolutum detur B; plenè tamen eis, ſatisfieri non poſsit.

* Vt taceam, ex communi placito Doctorum, tertio hoc requiſito, opus adhuc, vt rectè fiat, debitoris debitoris ſui exactio, non eſſe.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM
QVÆSTIONIS II.

CEterum his ea, quæ ceu contraria adducebamus, ſi rem pœnitiùs introſpexerimus, reuera non obſtant.

114 Nam ad primum contrarium: cauſam debendi, inſpiciendum eſſe, illud reſpondetur: quòd laboret, vitio fallaciæ non cauſæ, vt cauſæ: quòdq; indè argumentum elumbe planè, & ineficax fiat. *per trad. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. verſ. & ſic.*

115 Certum enim eſt: quod literæ obligationis, ad contractum mutui, quod attinet, minimè ſint cauſa debitionis. Etenim mutuum re, & non literis contrahitur. *Inſt. quib. mod. re contrab. obl. in pr. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de ſubſtant. mut. n. 1.* 116

Literæ autem de mutuo, ob probationem tantummodò, contractus celebrati, conficiuntur. *l. contrahitur. & ibi Br. ante n. 1. ff. de pignor. Iaſ. ad l. cum te transegiſſe. nu. 13. per ill. text. C. de tranſath. Neguz. aut. in tr. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. num. 4.* 117

Vndè fit, vt debitorem quoq;, mei debitoris rectè exigam, etiamſi literas obligationum, in promtu non habeam: ſed aliis modis, veluti per ſententiam, me creditorem eſſe probem, vt luculenter ex 20. deciſionis ratione apparet. Traditq; præterea *Iaſ. ad l. à Diuo Pio, §. ſic quoq;, n. 1. & ibi DD. communiter. ff. de re iudic.* 118 *

Sic inſtrumento, vel literis obligationum amiſsis: confeſtim debitum ipſum, amiſſum non eſt. *Caſtr. ad l. 1. ff. de his, quæ in teſt. del. Caſtr. ad l. ad noſtram. n. 5. C. de teſtam. Felin. ad c. ſicut. n. 4. ext. de re iudic. Coler. in tr. de proceſſ. executi. p. 3. c. 1. num. 22.* 119

Quinimò, compellitur potiùs debitor, vt inſtrumentum obligatorium, denuò conficiat. *gl. ad l. ne caſa. & ibi Br. n. 2. per ill. text. & Ioh. de Plat. C. de diſcuſſ. lib. 10. Franc. Marc. deciſ. Delph. 370. n. 4. p. 1.* 120

Sed &, ſi irritum, pronunciatum fuerit, inſtrumentum debiti, propterea irritum quoq; confeſtim, debitum ipſum non fiet: ſed creditor idipſum, probationibus alijs vſus, conſequitur. *DD. magis communiter ad l. ſeruum filij, §. eum qui chyrographum. & ibi Iaſ. n. 5. & ſeqq. ff. de legat. 1. Tib. Dec. conſ. 29. n. 1. vol. 2.* 121 * *

Et deniq;, inſtrumento valedicens, non propterea ipſi debito, in inſtrumento comprehenſo, renunciaſſe: ſed tantùm probationibus ex inſtrumento oriundis creditur *Bl. ad l. habeo. §. 1. verſ. quod ſi quis, ff. de pact. Iaſ. d. §. eum qui chyrographum. n. 6. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 2. gl. 1. n. 2. Ioh. Bapt. Aſin. in tr. de execut. in pr. c. 10. n. 8. Dec. conſ. 17. col. vlt. Roland. à valle conſ. 43. n. 18. cum ſeq. vol. 3.* 122

Vt cuiuis facilè appareat, cauſam debiti, ex mutuo, vel alterius contractus, literas obligationis, vel inſtrumentum, minimè eſſe. Et ob id, in præſenti primo contrario, non cauſæ, vt cauſæ, fallaciam committi.

Secundò, diluamus quoq; illud, per conceſsionem. Ponamus enim, inſtrumenti debitum, cauſam debitionis eſſe: non tamen propterea vllo modo conſequitur id, quod ſub prima hac obiectione, aſtruebatur: ſed id tantùm: quod cauſa quidem debiti inſpicienda, ideoq; in obtutu, debiti inſtrumentum habendum ſit: ſed eatenùs tantùm, vt ſciamus, an debeatur ex mutuo, an verò ex depoſito, donatione, vel remuneratione: vti ſeipſũ declarat *Sim. de Proët. d. conſ. 35. n. 28. vol. 1.* 123

Non verò, vt confestim illi, quem malæ fidei possessorem esse scimus: qui de debito, fidem nullam facit, quiq; sententiæ verbis excluditur: victoriam adiudicemus, propterea, quòd solummodo obligationum literas detinet: ptæ illo, quem tempore priorem, ob consensum Principis, aliaq; documenta publica potiorem esse, nemo inficias ire potest: de cuius deniq; debito, per sententiam præterea constat.

124 Inepta itaq; est, istiusmodi ratiocinatio. Non enim vno verbo, & quia trāditur, causam debendi inspiciendam esse: totum ius, tot vigilijs excogitatum, euerti debet. *arg. l. si quando in pr. vers. neq; enim. C. de inoff. test. fac. trad. Abb. ad c. cum esses. n. 8. ext. de testam. Harm. Visor. q. 19. n. 4. 9. lib. 2. Capsetr. in tr. de num: test. p. 2. c. 3. n. 47. & c. 9. n. 32.*

Eiusdem deindè farinæ, SECVNDA quoq; obiectio est. Laborat etenim & ea, fallacia

125 consequentis. Quis enim nescit, consequentiam hanc: debitor ex scripto obligatur: Ergò præter scripturam, nullo alio modo obligatur, falsam esse: consistereq; non posse?

126 Cùm præter obligationem literarum, quis etiam re, verbis, & consensu, nec non malefaciendo quoq;, vel quasi possit obligari. *§. penult. & vlt. Inst. de obligat. Hennic. Bocer. ad l. contractus. c. 1. n. 7. ff. de reg. iur. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quæ ven. appellat. rei. n. 1.*

Sed & mutuum, re contrahi, manifestum iam fecimus.

127 Præterea quoque per conceſsionem; SECVNDA hæc obiectio resolui potest. Concedamus enim, non nisi scripto, debitorem obligari: non tamen propterea quicquam, in medio relinquitur, quod H. à B. heredibus, obsit. Cum tot habeant debitoris sui I. A. à S; obligationum literas, veluti sæpiùs commonstratum est.

Nec audieris, etiamsi regeſseris mihi, destitui tamen illos, obligatione illa, vnde debitum illud 1967. thalerorum, immediatè proficiscitur: etenim, vt sub 20. decidendi ratione vidimus, nihil tale, ad exigendum debitorem debitoris, requiritur. Vt taceam B; etiamnum fas esse, ipſas literas obligationis, quas M. à G; & Consortes, detinent, ab ijs, ceu malæ fidei possessoribus, & creditoribus posterioribus, nullo item priuilegio, vel præeminentia, innitentibus, hypothecaria actione, auocare. *per trad. Br. ad l. nomen. n. 4. & 6. C. quæ res pig. obl. poss. Castr. in l. si conuenerit [a. 2. in pr. n. 2; per ill. text ff. de pigner. act. Br. in l. solutum, §. solutam. n. 2. ff. eod. tit. Capyc. decis. 78. n. 3.*

AD TERTIAM deinde obiectionem: creditorem illum tantùm dici, cui quid, vel personali, vel reali actione, deberur: & quod nihil tale, in B. reperiatur: item creditorem se dicentem, probare idipſum oportere &c. quod attinet: astruitur hæc, super præsuppositis talibus, quorum demonstratio nulla est. Quandoquidem, sub vndecima decisionis ratione, iam euicerimus, H. à B; heredibus, non solùm hypothecariam actionem, & alias actiones vtiles, superesse:

Verumetiam porrigi illisipſis, ob sententiā 128
inter I. A. à S. creditores latam, iudicati actionem, & officij Iudicis, implorationem. *l. Diuo Pio. §. in venditione. & in §. sic quoq; ff. de re iud. iunc. trad. Alex. ad l. subere. n. 18. ff. de usurp. om. iud. Pract. pap. in form. execut. sentent. diffinit. in pr. n. 3.*

Leuiusc̃ula itaq; est, obiectio hæc. Etenim 129
amoto præsuppositō, corruit decisio. *gl. ad l. mancipia in v. auocandum. C. de ser. fugit. Roman. sing. 490. Socin. conf. 275. n. 12. lib. 2. Dec. conf. 233. n. 7. Cephal. conf. 832. n. 27.*

Quinimò per Inuersionem quoq;, obiectionem hanc, rectè refutabimus.

Non enim M. à G; & Consortes, edocuerunt vnquam, quod aliquid, I. A à S; vel mutuo dederint, vel pro eo, fideiussorio nomine, alijs dissoluerint. Constat item, eos bonæ fidei possessores, nunquam factos: Constat item eos, per sententiam exclusos, & deniq; constat, vinci, atq; superari eos, per heredes H à B; ceu creditores I. A. à S; tempore priores, & insuper ob assensum Principis priuilegiatos: proindeq; nec actionem personalem, nec realem, illis qua agant, aut experiantur, superesse.

Quare, ob inuersionem, seu retortionem 130
hanc, optimo illo, contrariorum dissoluendorum modo *Euer. in præamb. topic. n. 18. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundo:* obiectio hæc, H. à B. heredibus, molestiam vllam, non solùm non creat, verumetiam, partes eorundem tutatur.

Atq; id, confirmari quoq; potest eo, quòd M. à G; & Consortes, nihil amplius, quo se defendant habeant, quàm solam obligationem C. à S. E diuerso verò destituti sint, omni cessione I. A. à S. debitoris sui.

Cum itaq;, iuris sit haud incogniti: quod 131
hypothecaria agens, contra illum, qui nullum habet, à debitore titulum, amplius nihil, probare habeat necesse, quàm quod res, de qua controuersia est, in bonis debitoris, tempore obligationis initæ, vel post fuerit. Vti in indiuiduo decidit *Affl. decis. 383. n. 7. vbi ita sæpius iudicatum fuisse, & ab hac sententia recedendum non esse, attestatur Ang. Aret. int. conf. Alex. conf. 138. post n. 1. vers. aut agitur. vol. 2.*

Consequatur oportet, actione hypothecaria proposita, H. à B. heredes, obligationum literas, à M. à G; & Consortibus rectè condicere posse.

Nam illa sententia, quæ inter C. à S. creditores ferebatur: hanc 1967. thalerorum summam, expresse I. A. à S; eiusque heredibus & creditoribus addicit: proindeq; eos, veros, huius quantitatis dominos esse, declarat.

Etenim

132 Etenim sententia semper, dominium eius, cui rem adiudicat, præsupponit. *Vti in individuo docet Asin in tr. de execut. §. 4. 5. 42. n. 7. & 8.*

Quod si ex Saluiano interdicto, agere perrexerint B; hoc adhuc facilius longè, effectum dabunt.

133 Etenim in Saluiano interdicto, nunquam dominij, vel quasi, probatio requiritur: nec distinguitur, an tertius possessor, causam à domino, vel quasi habuerit, nec ne: sed perpetuò sufficit, probare hanc rem, à debitore illo, qui rem, de qua lis est, oppignerauerat, vel hypothecæ esse, iusserat, possessam fuisse. *Br. ad l. 1. n. 3. ff. de Saluian interd. Br. ad l. 1. n. 2. ff. eod. tit. Castr. ad l. rem alienam in fin. ff. de pigner. act. Ang. Aret. ad §. item seruiana. n. 9. & ibi Ias. n. 98. Gomes. f. n. 35. Zas. n. 31. Inst. de act. Capoll. cant. 81. Pract. p. 4. p. in form. lib. pro act. hypoth. in v. sub eodem. n. 8. Rip. ad Rubr. n. 19. ff. de pignor. Neguzant. in tr. de pignor. p. 8 memb. 1. n. 6. Affl. decis. 383. n. 2. Menoch. in tr. de remed. possidip. remed. 3. n. 15. & n. 16. cum seq. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quæ act. det. de pign. n. 53. Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 1404. Rol. à valle conf. 14. v. 6. lib. 1. Craw. conf. 845. n. 8.*

134 Sed & certum est, hoc interdicti genus, quibuscunq; creditoribus: *Br. ad l. 1. n. 2. ff. de Saluian interd. Br. in l. 1. q. 1. C. eod. tit. Ang. Aret. in §. item seruiana. n. 9. Inst. de act. Alex. conf. 185. n. 4. lib. 6. Neguz. ant. in tr. de pignor. p. 8. membro 1. n. 6. Rip. ad rubr. n. 10. ff. de pignor. Mozz. in d. tr. de contr. d. rubr. quæ act. det. ex pign. n. 21.*

135 Etiam contra tertios possessores, dari. *gl. & DD. in l. 1. ff. de Saluian. interdict. & l. 1. C. de precar. & Saluian. interd. Neguz. ant. in tr. de pignor. p. 2. membr. 4. num. 133. Balduin. in §. interdictum autem. Inst. de interdict. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 4. dist. 7. n. 11. Francisc. Sarmient. in tr. de redit. Eccl. p. 3. c. 2. n. 19. vers. Saluianum interdictum. Menoch. in tr. de remed. possadip. remed. 3. n. 55. vbi*

★ *hanc communem, & veram esse opinionem attestatur Signor. de Homod. conf. 4. n. 7.*

136 Nec obstat, quòd tamen recepta inter Interpretes, opinio habeat; hoc interdictum ratione instrumentorum, quibus continentur, nomina debitorum, non competere veluti opinionem hanc, communem esse, atte-

★ statur *Menoch. d. remed. 3. n. 142.*

137 Etenim hæc opinio, vera tantùm est, respectu locatoris, contra conductorem, resq; ab eo, inuectas, & illatas, in anterdictumq; saluianum directum, instituentis: non autem procedit, in reliquis creditorum generibus, possessionem rerum debitoris sui, per interdictum saluianum vtile, sibi vindicantes. Et ratio diuersitatis hæc est. quod nomina debitorum, non censentur ea ratione, inuecta, vel illata, in domum, vel prædium conductum, vt ibi sint, & contineantur, sed tantùm in domo reposita esse iudicantur, quousque nomen debitoris exigatur. *l. debitor. ff. de pignor. l. si fundus ff. de legat. 3.*

Meritò itaq; in generali bonorum obligatione, pro pensione domus, vel prædij non includuntur: quodq; consequens est, saluianum interdictum, haud iniuria cessat. *per trad. Menoch. d. remed. 3. n. 142.* 138

At, cum nomina debitorum veniant si ea debitor, hypothecæ esse, expressim iusserit. Vti in specie decidit *Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 10. n. 140.* 139

Quodq; consequens est, ratio, ob quam decidit ur; interdicto saluiano, in nominibus debitorum, locum non esse, cessat: ipsam quoq; decisionem cessare, omninò necesse est. *l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. Euer. in loc. à sess. tat. n. 2. Turaq. in tr. sess. cauf. p. 1. n. 130. Cach. decis. 14. n. 3. Seba. ff. Sap. in l. 1. n. 35. C. qui admit.* 140

Ni plurimum itaq; fallor, facilis iam erit dijudicatio, vtra pars, creditoribus accensenda sit, an ne H. à B. heredes, an verò M. à G; & Consortes.

Neq; verò obstat id, quod præterea hîc adducebatur: F. à G scilicet heredes, debitores B; non fuisse. Cum debitor, is demum sit, à quo inuito, exigi quicquam potest. 141

Nam, cum dilucidissimè, iam comprobauerimus: creditoribus veris, I A. à S; H. à B. heredes connumerandos, dubitare adhuc rationis non est: an F. à G. heredes, veros quoq; eorundem debitores esse, existimemus. Hæc enim perpetua, relatiuorum natura est, quòd vno posito, sequatur & alterius quoq; ilicò positio. *Euer. in top. in loc. à correlat. n. 2. Boer. in consuet. Bitur. tit. de consuet. matr. §. 2. gl. 2. Marant. ad l. si actor. n. 32. ff. de procurat. Lancil. Polit. in tr. vulgar. subst. n. 53. vers. 21. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 9. gl. 1. n. 3. & 4. Cald. in l. si curatorem in v. contractum fecisti. n. 22. vers. sed an prædicta. C. de rest. in integr.*

Sed & sub 20. decisionis ratione, ostendimus iam: quod omnia hîc affuerint requisita, per quæ ad exactionem debitoris, debitoris sui creditor rectè perueniat.

Quare rursus concludenter satis, inferemus: veros, genuinosq; debitores B; fuisse F. à G. heredes.

Etenim impossibile est, per naturam, impediri effectum, si omnes adsint causæ, ad hunc effectum producendum, necessariæ. *per trad. Euer. in top. in loc. ab effect. quæ sim. ad esse requir. n. 1. Valent. Franc. in tr. de fideiuss. c. 4. n. 3. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 44. & 45. & c. 21. num. 4.* 142

Non dicam nunc, Inuersionem quoq; nobis hîc suppetias ferre. Vtpotè, cum aduersarijs omnia, sub decisionis rationibus adducta, obsistant, atq; prohibeant, quominùs ab inuitis, extorquere quicquam possint.

Sub QVARTA postea obiectione, profe rebamus illud: omnem, se talem esse dicentem, talem quoq; se esse, probare oportere.

Verùm, nè hoc quidem, pondus aliquod habet. Cùm per Conceſsionem refutare illud poſsimus. Etenim præſtare hac in parte, H. à B heredes, id facilè poſſunt, quod ipſis facere incumbebat. In promtu enim habent, obligationum I. A. à S. literas, præſtò illis ſunt, principis aſſenſus: in manibus habent, ſententiam, & rem iudicatam.

E contrario autem, M. à G; & conſortes, quòd præſtare debebant, præſtare neutiquam poſſunt. Nam ne creditores quidem, ſe eſſe, condoceſacere potuerunt vnquam, tantum abeſt, quod de ceſsione debiti ſibi facta,
143 quicquam oſtendere poſsint. Licet iuris ſit euidentiſsimi: quod Ceſsionarium ſe dicens, ceſsionarium quoq; ſe eſſe, ante omnia probabit. vti in indiuiduo tradidit *Iaſ. ad l. admonendus. n. 244. ff. de iureur. Maſcard. in tr. de probat. concl. 1247. n. 21.*

Sic quoq; QVINTA obiectio: pœnes creditorem, crediti inſtrumentum eſſe debere: per conceſsionem reſoluitur.

Nam obligationum literæ, de quibus agimus, vt nunc experimur, etiam poſt ſolutam iam pecuniam, in hereditate I. A. à S. adhuc, erant, donec eæ, à vidua I. A à S. M. à G; & conſortibus, per colluſionem quandam (vt B. ſe demonſtrare poſſe, ferunt) ſunt traditæ.
144 Allegare itaque axioma hoc, à M. à G; & conſortibus non oportuit. Allegant enim turpitudinem propriam, quam nemo allegans, audiendus eſt. *l. tranſactione. & ibi DD. C. de tranſact. Panorm. ad c. cum ſuper quæſtione. n. 9. ext. de conceſſ. præb. Panor. ad c. noſti. n. 5. ext. de cleri. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 15. & gl. 18. n. 20. Felin. ad c. tertio loco. n. 6. & ſeqq. ext. de præſumt.*

Deindè, diluetur quoq; obiectio hæc, reſtè per retortionem. Nam, cum proximè oſtenderimus, veros debitores I. à S; H. à B. heredes, non autem M. à G; & Conſortes eſſe.

Concluſio iam patet per ſe, ſcilicet pœnes heredes H. à B; non autem M. à G. & Conſortes, cautionem eſſe debere: & ad id aſſequendum, hypothecariam actionem, ſaluianum interdictum, & remedia alia, illis competere.
145 Tertiò, quintum quoq; hoc argumentum, ideò plauſibile non eſt: quòd plus in concluſione, quàm in præmiſsis habeat. Cuiuſcemodi argumenta vitioſa ſunt. vti tùm ex logicorum traditis, tùm ex *Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 35. & 76. & c. 10. n. 51. ſuccalenter conſtat.*
146 Non enim bona eſt conſequentia, pœnes creditorem, inſtrumentum debiti eſſe debet: Ergò creditori, qui deſtituitur, literis obligationum, nulla quoq; competet exactio. Cum aliud ſit contractus, aliud inſtrumentum, cum item amiſſo debiti inſtrumento, confeſtim non amittatur debitum: cum alia adhuc probationum genera ſuperſint: veluti edocuimus, ſub primæ dubitandi rationis, reſolutione.

Quod cum ita ſit, quicquid in hac obiectione, exædificatum fuerit, neceſſariò corruet.

Vlteriùs, in SEXTA obiectione continetur illud: debitorem debitoris mei, meum debitorem non eſſe: at enim, fallacia illud, à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter laborat. Quare momenti quoq; alicuius, obiectio hæc, non eſt.

Etenim vbi adeſt, à dicto ſecundum quid, 147
ad dictum ſimpliciter fallacia, viribus deſtituitur, iſtiuſmodi argumentatio. *Molin. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. n. 67. ff. de verb. obligat. & ad l. 2. in pr. n. 13. ff. eod. tit. Coraſ. miſcell. lib. 3. c. 19. n. 8. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priu. 107. n. 43.*

Nam, quod dicimus: debitorem debito- 148
ris, meum debitorem non eſſe, ſimplicitet verum non eſt, ſed ſecundum quid tantùm, & quatenùs, perſonalem tantùm actionem habuerit. Quod ſimili; nomina debitorum oppignerata fuerint, mei debitoris debitor, mihi quoq;, omninò debebit. *Vti in indiuiduo docet Bl. ad d. l. non aduerſus in ſummar. per ill. Iext. C. ſi cert. pet.*

Deindè aſtringitur quoq; hæc regula, hoc 149
modo: vt non procedat, etiam ad creditorem perſonalem actionem habentem, quod attinet. ſi alia, iam non ſuperſunt bona debitoris primi. Tunc enim nihil vetat, quominùs nomen debitoris debitoris ſui, creditor exigat. *veluti rurſus in indiuiduo ſcripſit Surd. d. conſ. 4. n. 4. per l. non priùs. C. quand. fiſc. vel priuat.*

Iam verò heredes H. à B; vel realem, vel ad minimum perſonalem in rem ſcriptam actionem, aduerſus I. A. à S. debitorem ſuum, habent: & præterea non ſuperſunt bona alia, ex quibus ſuum conſequantur.

Apage itaq; ſis, cum regula hac: debitorem debitoris mei, meũ debitorem non eſſe.

Accedit adhæc, vulgatum illud: non Clo- 150
dius accuſet Mœchos, non Catilina Cethegos. *l. ſi duo ibi gl. ff. de dol. mal. Mar. in tr. de ord. iud. in 2. p. 6. p. p. act. 2. n. 21. Tiraq. de vt. retr. p. 1. ad fin. n. 46. Roncheg. ad Leſmdem. §. 1. n. 16. ff. de duob. reis. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 74. n. 156.*

Suppetit itaq; rurſus, obiectionis huius, in aduerſarios ipſosmet retortio. Nam F. à G; heredes quoq;, reſpectu M. à G; & conſortum, debitores debitoris tantùm fuerunt. Vndè reliquum illud quoq; tantùm ſit. Quod 151
ipſi quoq; neceſſariò vtantur illo iure, quod in alios ſtatuerint. *tot. rubr. & nigr. ff. quod quiſq; tur. Alber. Cent. ul. in tr. de legat. lib. 2. c. 21. Borcholt. in tr. feud. c. 10. n. 39. Martin. Vaſ. q. 24. n. 5. lib. 2.*

Quinimò cum iuris ſit indubitati: quod in pari delicto, vel cauſa, poſsidentis conditio melior ſit: indubitatum item ſit; H. à B. heredes,

heredes,illam pecuniam de qua res est, iam possidere: rectè sic efformabimus conclusionem: potiorem adhuc esse, heredum à B. conditionem.

SEPTIMA dehinc obiectio: filio pro patre, aut coniunctæ personæ, pro coniuncto, solui non posse: Ergò multòminus extraneo alio: præsuppositis, in quibus fulciatur de- 152 fituitur. Iuridicum enim non est, dicete: creditorem,mei creditoris,ratione eius quod debeo, mihi extraneum esse, præsertim si ei, nomina quoq; debitorum, à meo creditore immediato, expressè obligata fuerant. *veluti ex his,quæ sub decisionis rationibus introduximus,indubitatò conspicuum est.*

E diuerso verò filius, nec non coniuncta persona, ad administrationem bonorum patris,aut coniuncti,quod attinet, ipsimet,ad instar extraneorum iudicantur: meritò itaq; ijs, rectè quoq; non soluitur, donec administratione bonorum per patrem, aut coniunctum ipsis demandata, extranei, hoc respectu, esse desierint. Etenim quoties nomine, & iussu patris,filius contraxerit, eidem quoque, solutio rectè fit. veluti in indiuiduo docent *Br. ad l. filius pacisc endo. & ibi Ias. n. 6. vers. ipsum textum & præsita & ibi Ale. n. 4. & DD. C. de pact. Affl. decis. 335. n. 21. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natur. mand. n. 17. per l. quod seruus ff. depos. l. quod seruus ibi Br. n. 1. ff. de solut.*

154 Quod & in coniuncta persona,quæ administrator bonorum coniuncti simul est: verum est,atq; obtinet. *vti autore Ang. in specie decidit Ias. ad l. filius pacisc endo. n. 7. C. de pact. per l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

OCTAVÆ verò obiectioni,responderi pluribus modis potest.

Nam primò, falsa sunt præsuppositæ eius. Cum verè dici nequeat, M. à G; & consor- 155 tes, vnquam vigilasse. Vigilare enim, nihil est aliud,quàm debitum suum, tempore opportuno, & dum omnia integra, & salua adhuc sunt,petere, atq; adeò exigere. *d. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. fac. trad. Br. in l. quod Neruа. ff. depos. Bocer in l. contractus c. 3. n. 4. & ibi Del. Rio. c. 1. vers. culpa. ff. de reg. iur.*

Id quod de se, M. à G; & Consortes affirmare,nunquam poterunt.Interpellare enim F. à G. heredes, priusquam, heredibus à B; pecunia numerata esset, nunquam exorsi sunt: & persoluta iam pecunia, per quadriennium integrum tacuerunt. Sin itaq; hoc vigilare est, quid vnquam ius suum negligere, posthac vocabimus.

Deinde hæc quoq; responsio, obiectioni huic,parata est: quod lateat in ea, à dicto secundum quid,ad dictum simpliciter fallacia.

156 Primò etenim, hæc iuris regula: vigilantibus iura scripta esse, locum solummodo habet: in creditoribus pluribus chyrographarijs, & non in hypothecarijs, aut ijs, qui priuilegio aliquo, à iure donati sunt. In his enim vigilasse nil iuuat, sed prior tempore, aut magis priuilegiatus,auocat id,per hypothecariam, aut saluianum interdictum,quod posteriori, vel minus priuilegiato, solutum erat. *Ita in specie limitat Raph. Cum. ad d. l. pupil. n. 3. in fin. & n. 6. vers. si quæramus. ff. quæ in fraud. cred.*

Quamobrem hic adaptari nequit, Hypothecarij enim,nec non ob principis assensum, priuilegiati quoq; sunt creditores, illi à B.

Deinde, cessat quoq; hæc regula: quoties 157 is,qui vigilasse dicitur,non secundum legum præscriptum processerit: sed, in necem creditoris sui,collusetit,& fraudem,dolumq; ad consequendum suum adhibuerit. *vti rursus interpretatur,atq,declarat Raph. Cum. ad d. l. pupil. n. 3. vers. sed videtur,per ill. text. ff. quæ in fraud. cred.*

Etenim tunc demùm, rectè vigilat credi- 158 tor, cum abest dolus ipsius creditoris proprius: cum abest item dolus ipsius debitoris,omniaq;,bona fide transacta sunt. *l. ait prætor. §. 1. & l. si quis cum haberet. ff. quæ in fraud. credit. Stracch in tr. de decoct. p. 3. n. 34.*

Atenim hîc, nobis non constat M. à G. & Consortes,bona fide fuisse versatos,quinimò contrarium eius, quodq; per nescio quam collusionem, obligationum literas, à vidua I.A. à S. receperint,asseritur.

Postremò, regula quoq;: vigilantibus iura scripta esse: eò astringitur, vt is, qui vigilarat, exceptione posit repelli ab eo, qui vigilantior adhuc fuerat. *per l. proxmus. & l. proxumi, & l. in vulgari. ff. de verb signif. fac. trad. Decian. consil. 10. n. 19. volum. 3.*

Iam verò negare quin vigilantiores,quàm 159 M. à G; & Consortes,fuerint illi à B; rationis non est. Etenim hi, in id fuerunt attenti, vt ipsam pecuniam consequerentur: illi verò literis obligationum tantùm, inhiarunt. Cum tamen literæ obligationum,propter pecuniam,non è diuerso, pecunia propter literas, appetantur, atq; sic meritò, id, propter quod vnumquodq; tale est,magis adhuc tale sit. *auth. multomagis. C. de sacros. Eccles. lib. in tr. de compensat. q. 3. n. 22. Zoanett. ad l. 2. n. 117. C. de pact. int. emt. & vend. Reuber. in tr. de testib. p. 2. n. 24. Hartman. Pistor. q. 31. n. 4. lib. 2. Rain. Budel. in tr. de re numm. lib. 1. c. 13. n. 21.*

Consequatur itaq;, necesse est, M. à G; & consortes, per exceptionem maioris vigilantiæ, ceu minus vigilantes, à B; in omnem casum,reijci posse.

NONA dehinc obiectio, resoluitur per id: primò: quod præsupposita conclusionis huius, vera non sint. Nam pernegamus, huius quantitatis nomine, M. à G; & consortibus, hypothecam vnquam constitutam esse. deinde negamus quoq; id,quod illi à B. specialem & generalem hypothecam simul habuerint. Aliud enim,disertis verbis,loquitur cautionis instrumentũ,quod pœnes H. à B. heredes est.

160 Restat itaq; vt dicamus, præsupposita verificari non posse: ideoq; argumentum totum concidere. *gl. in l. mancipia. C. de ser. fugit. gl. in Clement. plerumq. de elect. Iaſ. ad l. 1. n. 2. verſ. tertiò adde ff. de iuſt. & iur. Dec. ad l. 1. n. 15. C. de edend. Dec. conſ. 201. n. 2. Tiber. Decian. conſ. 52. n. 16. volum. 3.*

At hac, obtinere hæc non posse: sed ex obligationum literis, iam apparere, specialem, & generalem hypothecam, illis à B; esse constitutam: non tamen ob id, ad exitum, quod vis, perduces.

Nam cogitandum est, axioma, quod de speciali, & generali hypotheca adducebamus, generaliter verum non esse, sed quandoq;, seu secundum quid tantùm.

161 Nam primò, regulæ huic locus non est: re non amplius integra, & postquam iam, ex bonis generaliter obligatis, primo creditori, specialem, & generalem hypothecam, simul habenti, fuerit satisfactum. *arg. d.l. 2. ponderando verba: interim tibi non auferri, præſes pronuncia iubebit. C. de pignor.*

Etenim de ijs, quæ à creditore primo, non solùm percepta, verumetiam bona fide consumta sunt, frustra conqueritur is alter creditor, specialem tantùm hypothecam habens. *per ea, quæ ſub 19. deciſionis ratione, tradita ſunt.*

Atenim hîc, res amplius integra non est: sed numeratio, sex iam, & amplius anni sunt facta est: & præterea ij creditores, quibus pecunia hæc numerabatur, illam bona fide, iam dudum absumserunt.

Conticescit deindè, hæc legum sanctio, in illo casu: cum ex hypotheca speciali, creditori, specialem, & generalem hypothecam, simul habenti, satisfieri nequit. *text. in d. l. 2. & ibi Br. verſ. & ideò, & ibi Stehard. n. 4. & DD.* * *communiter. C. de pignor Ioh. Bapt. Aſin. in tr. de execut. §. 7. c. 5. n. 3. Dan. Mull. ad conſtit. ſaxonic. p. 1. conſtit. 28. n. 67.*

Enimverò hîc, longè est certissimum, nec quantitatem de qua res est, nec omnia ea, quæ I. A. à S; & in specie, & in genere H. à B. heredibus, hypothecæ dederat, sufficere, vt ijs plenè ex his, satisfieri possit. Sciens, prudensq; prætereo nunc, viduam I. A. à S; omnia sibi, hac quantitate excepta, vendicare, dotalitijq; nomine, asserere. Vndè in præsentia, non sine difficultate summa, quicquam ex generali sua hypotheca, illi à B; consequi possent, etiamsi id, maximè expeterent, atq; vellent.

162 Nec obstat: quod attamen bona, in specie hypothecæ data, creditori, vt consequatur id, quod ei debebatur, regulariter suffiscere, stet præsumtio. *gl. ad l. 2. in v. redigere. & ibi Salyc. oppoſ. 1. C. de pignor. Iaſ. ad l. creditor. Ls. 2. n. 2. ff. ſi cert. pet. Neguz. ant. in tr. de pign. in 3. memb. 8. p. p. n. 27. Iaſ. Inſt. de act. in pr. n. 94. Ripa ad l. priuilegia. n. 21. ff. de priuil. credit. Couarr. var. reſol. lib. 3. c. 18. n. 1. Ioh. Baptiſt. Aſin. in d. tr. de execut. §. 7. c. 5. n. 3. & eſt communis opinio. teſte Ioh. Bapt. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 12. n. 13.*

Etenim hîc, vbi ipsa facti euidentia, contrarium attestatur, præsumtio ista iuris, veritati, & facti notorietati, cedat, oportet. *l. neq; profeſſio. C. de teſtam. Bertaz. ol. in tr. clauſul. in prooem. n. 2. Surd. in tr. de alim. tit. 4. q. 9. n. 30. cum ſimil. vulgar.* 163

Porrò, Decimæ quoq; obiectioni, acquiescendum non erit.

Nam & hæc, fundamento suo caret. Cum nullam hîc pignoris constitutionem, neque ratione personæ dantis, neq; ratione rei, in pignus datæ, imaginari nobis queamus.

Etenim quò ad personam dantis, nullam hîc interuenisse pignoris dationem, longè est manifestissimum. Habent enim, M. à G; & Consortes, à vidua debitoris I. A. à S; has obligationum literas. Cui in ijs, ius nullum, alienandi præsertim, competijt.

Iam verò certissimi iuris est: quòd argumentum à venditione, & alienatione, ad constitutionem pignoris, regulariter valeat: quodq; is, qui vendere, vel alienare rem nequit, illamipsam quoq;, vt pignori sit, nemini dari possit. *text. in l. 1. ff. quæ res pign. obl. poſſ. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de perſon. quæ pign. poſſ. n. 2.* 164

Consequatur itaq;, pignoris quoq; constitutionem, respectu harum obligationum, viduæ I. A. à S; nullo modo competijsse.

Sic quoq; rursus, iuris est constituti: pignoris constitutionem, in re planè aliena, nullam esse. *l. 1. & per tot. C. ſi al. res pign. dat. ſit. l. qui filios. C. quæ res pign. obl. poſſ. Ripa ad l. conuentio. n. 14. ff. de pignor. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 4. memb. 5. p. p. n. 6. Sichard. ad rubr. n. 2. C. quæ res pign. obl. poſſ. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de reb. quæ pign. dar. poſſ. n. 2.* 165

Atenim hîc, hæ obligationum literæ, respectu viduæ I. A. à S; vtpotè, quæ dotalitium habere, semel elegerat, res aliena planè fuerunt.

Deindè respondeamus obiectioni huic, per concessionem. Nam etsi vnquam, M. à G. & Consortes, in hac quantitate, pignus vllum, fuissent consecuti: non tamen propterea denegatum esset, creditori anteriori, siquidem nulla alia debitoris bona supererssent, hanc quoq; rem pigneratam, appeteret. *Veluti ſub deciſionis rationibus comprobauimus iam.*

Nec obstat, quod attamen legatario, auferenda non sit res, ei in specie legata: nam & idipsum quoq;, eodem modo, intelligi oportet: si, & quatenus nimirum, alia adhuc bona reliqua sint, vndè creditori satisfieri possit. Etenim his cessantibus, creditor, rem legatam, omninò auferet. *vti in diuiduo tradunt Iaſ. ad l. Marcell. §. res quæ. n. 18. ff. ad S. C.* 166

ad S.C.Trebell.Grammat.decis.93.n.7. Marc.Anton. Peregrin.in tr.de fideicomm.art.40.n.28. Castr.cons. 247.n.4.vol.1.Socin.sen.cons.75.n.11.vol.1. Cephal. cons.320.n.27. cons. 634. n. 4. Gerh.Maz.de Liaz. cons.34.n.25.per l. pater filium in pr.ff.de legat.2.

167 Tertiò obiectio hæc, ita demùm vera erit, si excipiatur de iure pignoris, re adhuc integra,& antequam res,quæ pignori erat, auferatur. Aliâs enim,re iam in solutum data, & bona fide consumta,frustrà conquerentur,& legatarius, & creditor, quibus res in pignus concessa, vel legata fuerat. *per trad. sub ratione decidendi 19.*

Et deniq; etsi pignoris ius, in quantitate, de qua controuersia est, M.à G;& Consortes, vnquam fuissent consecuti: præferrentur attamen adhuc, illi à B. Nam illi, ipsam pecuniam receperunt iam: & quòd consequens est,veluti in literis obligationum, M. à G; & Consortes, pignus sunt assecuti: ita illis à B; in pecunia ipsa, pignus iam constitutum est.

168 Plus autem cautionis, maioris item efficaciæ est, ipsi rei, quàm obligationum literis, aut personæ tantùm, incumbere. *l.plus cautionis.ff. de reg.iur.Br.in l. 1.n.2.ff qui satisd. cogant. Fichard. caut.23.Tiraq.de vt.retr.p.1. §.1.gl.18.n.33.Men. in tr.de remed.poss.adip.remed.5.n.74.*

Cum item vigilantior, vigilantem minus, excludat, atq; remoueat. *vti superius est commonstratum.*

Cum deniq;, inter pares quoq;,melior sit conditio possidentis.

169 Proxima nunc est, obiectio VNDECIMA: quod eius intentio fundata sit, qui debiti instrumentum pro se habet: sed & illa semper, & vbiq; non obtinet,sed quandoq;, & secundum quid tantùm. Quatenus scilicet, aliquid probabile, & rationi consentaneum, contra instrumentum illud, in continenti, adductum non fuerit. *l. cum precibus. C. de probat.l.cum propria. ibi gl. C.si quis alt. vel sib.Menoch. in tr.de præsumt.lib.2.præsumt.44.n.3.Masc.in tr.de probat.q.6.n.24.Roman.cons.509.n. 25. Alex.cons. 116.in fin.vol. 3. Socin. sen. cons.61. n.2.& 3 lib.4. Crau.cons.56.n.7.in fin.Paris.cons.28.n.9.lib.2.*

Atenim hîc,in promtu habemus,exceptiones, aduersus cautionem hanc,varias.

Deindè expendamus quoq; illud, quod 170
iuris sit clarissimi: præsumtionem illam,quæ ab instrumento stat,non extendi,vltra verba, instrumenti dispositiua *Ias. ad l.iurisgentium.§. quod ferè.n.3.ff.de pact.Petr.Gerh.de Petras.sing.39. Menoch.de præsumt.lib.2.d.præsumt.44.n.5.*

Cum attamen,M.à G; & Consortes, nunquam ostendere poterunt, sui mentionem, etiam syllaba tantum,in hisce obligationum literis fieri.

Nec obstat, quod attamen, vti communiter fieri solet,de bonæ fidei quoq; possessoribus,literæ hæ obligatoriæ, dubio procul disponant:

Nam hos Consortes, etiam inter bonæ fidei possessores, recensere adhuc, non possumus. *vt paulò pòst sequetur.*

Et deniq; retortione etiam, hanc obiectionem VNDECIMAM, in ipsos aduersarios,retorqueamus.

Nam cum tot documenta, rem manifestissimè ostendentia,in manibus illorum à B. sint: per Inuersionem,seu retortionem, rectè sic ratiocinabimur: non M. à G; & Consortum intentionem: sed illorum à B;fundatam esse. Vt idem propositum in proposito,quod 171
oppositum, in opposito,operetur. *l.vlt.§. vlt. ff.de legat.3.Exea in tr.de pact.n. 406. Neuiz. in syluul.nupt.lib. 1.n.212.Hartm.Pistor.q.14.n. 25. vol. 1.Tiraq.in tr.de pœn.caus.44.n. 58.*

Vltimò, DVODECIMA quoq; obiectio: bonæ fidei possessorem, quemlibet præsumi, qui literas obligationum, pœnes se habet: fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter contaminata est. Non enim ob- 172
tinet hæc regula,nisi quatenus edocuerimus: quòd literæ obligationum possidenti, à domino,vel quasi,earundem sint traditæ. Veluti in indiuiduo docet *Coler.in tr.de process.execut.p. 2.c. 2.n. 68. Boër.decis. 281.n.6. Guid. Pap.decis. 13.n. 3.*

Id quod requisitum, nos hîc planè deficit.

Concludo itaq;, iuri conuenire, atq; consentaneum esse,si defensionem heredum F. à G; illis à B;inuitis etiam M. à G; & Consortibus, concesserimus:

Sed & M. à G. & Consortes,obtinere aduersus heredes H.à B; non posse:etiam in ijs, quæ ad rei summam pertinent. Interim tamen vnicuiq; saluum sit,aliud sentire, dummodò rationes meliores attulerit. F. P. D.

Comparere hactenus,Actores, prouocati etiam à Reis, in iudicio noluerunt. Vnde causæ eos diffidere,colligere promtum erit.

CONSI-

CONSILIVM XXV.

SVMMARIVM.

1. *Assessore Cameræ Imperialis decedente, Iudex Cameræ, illi, cuius est præsentatio, id significabit, & apud eum instabit, vt intra menses sex, duos, vel tres alios, sine fraude, & ambitu nominet.*
Extenditur: vt Iudex Cameræ, in id tabellarium proprium mittere, necesse habeat. n. 2.
3. *Menses sex, intra quos, alius nominari debet Cameræ Assessor, in locum defuncti Assessoris, quando currere incipiant.*
4. *Monitio vnica Iudicis Cameræ, cum lapsu sex mensium non sufficit, in id, vt quis, pro ea vice, iure nominandi priuetur: sed priusquam nominandi ius, ad Cameram deuoluatur, adhuc semel, iterumq́, Cameræ Iudex, Principem, vel alium Imperij statum, admonebit, ne diutius nominationem procrastinet. Idq́ obseruat vsus.*
5. *Præiudicium Cameræ, quo Elector Saxoniæ Mauritius, pro illa vice, iure nominandi Assessorem priuatus fuit.*

Non censeo opus esse, vt N. exploret, quo in statu res sint, cum nominatione, in locum demortui N; Assessoris quondam Cameræ, facienda.

1 Perspexi enim, prouisum hac de re, esse taliter: si quis assessorum decesserit, Iudex Cameræ ei, ad quem tùm, nominatio pertinebit, denunciato: is intra sextum mensem, duos, vel tres alios (nec enim nominatio vnius, sufficit. Tradente in indiuiduo, *incerto Autore, in resolut. dubior. Cam. in v. Adsessores, vbi is propterea Electorum Saxonis, & Brandeburgici nominationes, reiectas esse, testis est.*) citra fraudem, vel ambitum nominato. Vti hoc rursus totidem verbis, scriptum extat, *in ordinat. Cam. p. 1. tit. 4. §.* wo auch also. *Petr. Denays in iur. Camer. in §. Assessorum nominatio. n. 4. Casp. Vuilh. Scip. in Compend. iur. Camer. tit. Adsessor. nominat. vers. si quis Adsessorum.*

Sed & certum est, quod requisitio hæc, per tabellarium, peculiatim in id destinatum (bey eigner botschafft) ad illos Imperij status, pœnes quos, ius nominandi est, mitti: Cameræq́; Iudex, instare debeat, quò sibi, ad requisitionem hanc, respondeatur. Vti prouisum extat, inuisitationabscheid/des 57. Jares. *Denays, d. tit. Adsess. nomin. n. 6. Scip. in d. compend. iur. Camer. d. tit. Assess. nominat. v. denunciationes.* 2

Præterea, illud quoq; controuersia caret, quòd illi, de quibus diximus, sex menses, à die demùm, quo literæ, per Cameræ Iudicem perscriptæ, exhibentur: non autem ab illa die, quo illæ consignabantur, currere incipiant. *tradente in indiuiduo Iulian. Magenh. in addit. ad ordinat. Cam. d. p. 1. tit. 4. in pr.* 3

Et deniq;, illud quoq; constat: vsu iam ferè introductum esse, vt ob lapsum sex mensium, non confestim quis, iure nominandi priuetur: sed quòd magis sit, vt adhuc semel, iterumúe, Cameræ Iudex principem, cuius in præsentia nominatio est, quò duas, tresúe, approbatas personas, Cameræ nominet, interpellet. Vt attestatur rursus *Magenhorst in addit. ad ordinat. Camer. d. p. 1. tit. 4. in pr.* 4

Quodq́; tum demùm, si admonitiones hæ omnes, frustra fuerint, ius nominandi, ad collegium Adsessorum deuoluatur. *d. ordinat. Camer. p. 1. tit. 4. §.* vnd wo vber solchs *& ibi Magenhorst in addit. Recess. Ratisponens. anni 1557. §.* dieweil sich auch.

Atque sic Magenhorst, in adducto loco, commemorat, hoc ita obseruatum, cum tempore Electoris Mauritij, D. Hund, sese Adsessoris officio abdicasset, & sæpiùs, ad Electorem Mauritium, nominationis faciendæ causa, perscriptum esset. 5

Quare non est, quod huius rei causa, ad N. scribatur. F. P. D.



CONSI-

CONSILIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1. *Vxor ob sæuitiam, à marito suo rectè diuertit.*
2. *Vxor, à marito, ob sæuitiam eius aufugiens, redire ad eum, nisi præstita cautione, non tenetur.*
3. *Cautionis, quam maritus sæuitiæ causa præstat, formula.*
4. *Maritus in vxorem sæuiens, tenetur eidem præstare cautionem, etiam ex ordinatione Consistoriali Brandeburgica.*
5. *Morbus contagiosus, vt elephantiasis, contractum semel matrimonium, non dirimit, ex sententia Theologorum.*
6. *In morbo Gallico, aliud esse ostenditur.*
7. *Adulterium, iusta diuortij causa est.*
   Etiam ex ordinatione Consistorialis Brandeburgica.
8. *Vxor, qua culpa mariti, seiunctum ab eo habitabat, non propterea perdit, portionem, sibi ex bonis mariti, eo mortuo, debitam.*
9. *Constitutio Marchica præcipit, ne bona immobilia, alterutro coniugum mortuo, ad heredes coniugis demortui, coniuge superstite inuito, perueniant: sed vt loco eorum, heredibus, vel successoribus pecunia detur.*
   Extenditur: vt locum habeat, quamuis coniunx defunctus, nulla procreata sobole, decessisset: item etiamsi coniuges inter se, vltumam aliquam condidissent voluntatem nu. 11.
10. *Liberis conseruare eas ædes, in quibus parentes eorum habitarunt, ipsi crenerunt, legum humanitati conuenit.*
11. *Argumentum à minus fauorabili, ad magis fauorabile, affirmatiuè rectè procedit.*
12. *Liberis in bonis immobilibus, parentis sui primum dimidia pars, & rursus altera pars, alterius dimidia, debetur, ex constitutione Marchica.*
13. *Absurdum est, hunc, qui tantùm partem quartam, in re aliqua habet, eum, cuius tres sunt partes, cogere posse, vt rem aliquam immobilem, quam habere concupierat, sibi relinquat.*
   Absurda, quæ secum trahunt, dicere, vel facere, non debemus. ibid.
14. *Vxor, vt est domina rerum dotalium: ita domina quoq; censetur esse eorum, quæ maritus, matrimonio constante, fuerat adeptus.*
15. *Præsupposito amoto, corruit assertio.*
16. *Vxor, ratione acquisitorum constante matrimonio, etsi non censetur domina, vt tamen interim, dominum eius, quo ad bona materna: nec non quo ad tacitam hypothecam, quam in bonis parentis habent, liberis priorum matrimonij, nil noceat.*
17. *Res empta pecunia dotali, fit dotalis.*
18. *Vxor, etiam in re pecuniis dotalibus empta, idcirco priuilegium, quod in ipsa dote habet.*
   Fallit, quantum ad liberos, prioris matrimonij attinet. n. 21.
19. *Res pecunia dotali empta, fit dotalis in subsidium tantùm, & aliis bonis non existentibus.*
20. *Vxor in bonis mariti habet optionem, qua potest eligere, quid velit sibi retinere, pro dote.*
   Declaratur n. 24. & 25.
21. *Vxor prima, consequenter & liberi matrimonij primi, multò magis habebunt optionem, qua possunt eligere, quid sibi velint pro dote matris, vel bonis maternis assignari, quàm vxor, posterioris matrimonij.*
22. *Immobilia bona coniugis defuncti, rectè obueniunt coniugi superstiti, si id liberi defuncti, vel alij eius heredes voluerint,* ex constitutione Marchica.

Etsi diù, multumq;, vir honestissime, de ea quæstione, quam mihi nuper proposueras, cogitarim, nihil tamen mihi, hactenus in mentem venit, ob quod, sententiam, quam me mente concepisse, tibi coràm ostendi, immutarem.

Quare etiamnum statuo, causam liberorum prioris matrimonij, potiorem esse, in retinenda domo, quam pater eorum habitarat præ filiæ tuæ, nouercæ ipsorum.

Id quod, non ex ea ratione, qua tutores prioris matrimonij liberorum mouebantur, quod scilicet vxor, ante annos aliquot, à viro iam diuertisset, concludo, sed ad id intelligendum, rationibus, quæ deinceps recensentur, impellor.

Nam, ad illam tutorum rationem, quod attinet, momenti eam alicuius, in præsentia non esse, perspicio.

Propterea, quod maritus quondam filiæ tuæ, eam à tempore, initi primùm matrimonij, durissimè non solùm tractarit: verumetiam fugisse, è domo expulsam, ad te ablegarit.

Quare illa quoq; regredi, reuertiq; ad illum, vltrò, necesse non habuit.

Cogitandum enim est, iura expressè velle: quod vxor, ob sæuitiam mariti, iure ab eodem discedat. Br. ad l. cum satis. n. 7. C. de agric. & cens. lib. 11. Abb. ad c. 1. n. 4. ext. de diuort. Lup. ad c. per vestras not. b. 3. n. 6. ext. de donat. int. vir. & vxor. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 4. §. 6. gl. vlt. n. 15. Gom. 2.

Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 51. vers. ex quo infertur. & lib. 3. c. 6. n. 16. vers. adhuc. Menoch. in tr. de arbitrar. iudic. quæst. casu. 139. n. 5. Beust. in tr. de matrim. c. 9. arg. c. literas. ext. de rest. spoliat.

2 Quo iure, eatenùs quoq; vtimur, vt ad virum, nisi prætitâ prius cautione, se posthac sæuitiæ, modum impositurum, redire non compellatur. *per trad. Abb. ad c. literas. n. 7. per ill. text. ext. de rest. spoliat. Schenck. & Tautenb. ad c. 1. §. quamuis. n. 7. de inuest. de re al. fact. Coras. misc. ll. lib. 3. c. 2. n. 20. Cephal. conf. 38. n. 70. vol. 3.*

3 Sed & cautionis huius formulam, docet *Beust. in d. tr. de matrim. c. 10.*

4 Nec dubitandum est, quin id ius, apud nos quoq; obtineat. Cum ordinatio Consistorialis Brandeburgica, idipsum quoq; disponat. *tit. 69.* von den Eheleuten / so die Eheschei dung suchen wegen der Tyranney.

Mamenti alicuius itaq;, non est, à tutoribus priuignorum, allata ratio. Sed &, dilui ipsa, per id potest: quod constans circumferatur fama, maritum, tempore processus, inter illum, & vxorem, ipso Accusatore, exorti, promiscuos concubitus adamasse, Gallicum (seu vt rectius nominari putarim, Hispanicum) indè morbum sibi attraxisse: aq; eodem consumtum esse.

Stat itaq; rursus conclusio: vxorem iure, ab eo diuertisse.

5 Nam etsi non sim nescius, quòd ex sententia eorum, qui inter Theologos, meritò pro Coryphæis habentur: elephantiasis, aut alius quiuis morbus, etiam contagiosus, & insanabilis, matrimonium semel contractum, non dirimat. *Beza in tr. de repud. & diuort. mihi fol. 275. & seqq. in editione, quæ Genevæ anno 73. excudebatur. Zanc. de oper. 6. dier. mihi fol. 1016. & fol. 1026. in editione Hanouiana anni 97. & Domini Philippi Melanchthonis, & Hemmingij auctoritates, in id adducit Beust. d. tr. de matrim. c. 9. vers. quare desertio.*

6 In considerationem attamen illud venit: Quod hi Domini Theologi omnes, de elephantiasi, & alijs eius generis morbis loquantur, qui sine culpa vlla, alicui obueniunt, atq; obtingunt. *vt ex ipsorum met scriptis, omnibus palam fit:*

At hîc, ipse maritus, morbum sibi conscierat, dum sese scortis publicis, & impuris commiscuit, quæ sedulò vitare, & è diuerso continentiam seruare, debuerat. Non itaq;, à traditione istorum Theologorum, ad nostrum casum, apti quicquam concludetur.

7 Accedat adhæc, quod morbus Gallicus in præsentia, adulterium secum traxerit, coniunctumq; habuerit. Quòd solùm ex sententia Theologorum, Canonistarum, & iuris Ciuilis interpretum, iustam diuortio, tantoque magis, vt vxor, ad virum, a quo, iam ante discesserat, redire non cogatur, causam præbet. *Zanc. d. tr. de oper. 6. dier. mihi fol. 1048. Beza in tr. de diuort. & repud. mihi fol. 178. Petr. Mart. loc. comm. class. 2. c. 10. n. 54. Rudolph. Gualter. in homil. ad quatuor Euang. homil. in Matth. 72. & 230. Beust. in tr. de matrim. c. 16. Flamin. de Rub. in tr. de adult. c. 16. pœna adulterij. 32. vbi alios complurimos, in id adducit.*

Quodipsum quoq;, *ordinatio Consistorialis* 8
Marchica, tit. 63. von Ehescheidung wegen Ehebruchs *sancit.*

Non itaq; remoueri hoc pacto, vxor, per tutores, ab eo, quod petit, poterit. Nam & in indiuiduo iuris Interpretes, scriptum reliquerunt: quòd mulier, quæ culpa mariti, seorsim ab eo habitabat, nihilominùs, partem sibi, soluto matrimonio debitam, habere debeat: *Didac. Segur. ad l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. n. 27. ff. de legat. 2. per l. filia. ff. de diuort. & alia ibidem allegata.* 9

Sed ideò filiam tuam, id quod petit, obti- 10
nere non posse, censeo: Quod constitutio Marchica, quæ nobis, in Marchia viuentibus, pro iure Ciuili est, expressim disponat: quod etiam ex reciprocis dispositionibus coniugum, eorum etiam, qui liberos non habent, neuter consequi debeat, inuitis heredibus, successoribus suę, ipsa bona immobilia, quæ ei defuncto coniunx, vel donauerat, vel alio modo, reliquerat. *Constit. Brandeburg. Rubr.* Erbfälle zwischen Eheleuten/ *in fine.*

Sin itaq; hoc iuris est, tunc etiam, cum adsunt expressæ coniugum dispositiones: nulli item superstant liberi: qui fieret, vt hasce ædes, quas maritus inhabitarat, liberis remotis, atq; exclusis, nouercæ adiudicaremus?

An non iuris est euidentissimi: quod libe- 12
ris conseruare illas ædes, in quibus parentes eorum habitarunt, & in quibus ipsi creuerunt, legum humanitati, conueniat? *vt elicit text. ad literam in l. lex quæ tutores. §. mihi verò. C. de adm. tut. Boër. in consuet. Bitur. tit. de rett. §. 1. gl. 2. Hart. Pistor. q. 9. n. 32. lib. 2. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 21.*

Quod item argumentum, à minus fauo- 13
rabili, veluti ab heredibus Collateralibus, ad magis fauorabile, veluti ad descendentes, affirmatiuè deductum, rectè concludat? *tradente Iaf. ad l. stipulatio ista habere lucre. §. vlt. n. 4. ff. de verb. obligat.*

Accedit adhæc, quòd dimidia pars ædi- 14
um, iam ad prioris matrimonij liberos, ratione successionis maternæ, pertineat: altera quoq; pars, alterius dimidiæ, eorundem rursus sit, ob successionem paternam, eis, per Constitutionem Brandeburgicam debitam. Landesconstitution. *d. Rubr.* Erbfälle zwischen Eheleuten.

Absurdum itaq;, & summè inconueniens 15
esset, eum, qui tres partes, in re immobili habet, ab eo, cuius, quarta tantùm pars esset, cogi posse, vt remipsam alteri concedat: ipse verò, nescio quo rei precio, contentus sit. Id autem,

autem, vndè absurdum, scandalum vel inhumanitas, sequi posset, dicere, vel facere, non debemus. *Everard. in topic in loc. ab alis n. 2. Capyc. decis. 168. n. 6. Cacher. decis. 64. n. 8. decis. 107. nu. 3.*

16 Nec obstat, quod attamen mulier, sicut est domina rerum dotalium, ita quoque domina esse censeatur, ratione eorum, quæ maritus eius, matrimonio constante acquisiuerat: *tradente in indiuiduo Didac. Segur. in tr. de suc. mar. & vxor. n. 44. vers. nam ad hoc possumus.*

17 Nam primò nego: hæ ædes, constante matrimonio posteriori, fuisse acquisitos. Amoto itaque præsupposito, labefactatur, quæ desuper extructa erat, assertio. *Crau. cons. 486. n. 4.*

18 Sed &, ita domina erit, vxor secunda, ratione & intuitu acquisitorum, vt attamen dominium eius, nil noceat liberis prioris matrimonij, respectu bonorum maternorum, & ei, quam propterea, in bonis parentis habent, hypothecæ tacitæ. *l. assiduis. §. exceptis. C. de his, qui pot. in pign. hab. Br. in l. si constante. n. 62. ff. sol. matrim. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. memb. 5. p. p. n. 12.*

Non pertinet itaque huc, istiusmodi allegatio.

19 Sic quoque, negocium vllum, non facessit illud: quod res fiat dotalis, propterea, quòd pecunia dotali, emebatur. *Lita constante ff. de iur. dot. l. cum dotem. §. vlt. & ibi Br. n. 1. ff. sol. matrim.*

20 Quo iure eatenus etiam vtimur, vt non minus, in hac ipsa re, ex pecunia dotali emta, quàm in dote, priuilegium, mulier consequatur. *tradente in indiuiduo Campeg. in tr. de dot. p. 4. quæst. 8. n. 1. per l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuil. credit.*

Nam & obiectioni huic, parata est responsio: Primo etenim pernegamus, hanc domum, ex pecunia dotali, fuisse coëmtam. Cum diu ante, eam emerit, & possederit maritus, quàm ad secunda vota transiret. Licet aliquam deindè, pecuniæ fortè dotalis partem, ædium harum venditori, precij nomine dissoluerit. Sed & dos minor erat, quàm vt ex ea, ædes huiusmodi comparari possent.

21 Tertio, etsi priuilegium, fortè consecuta esset vxor secunda, etiam in hisce ædibus: fortius tamen longè est, hoc nouercæ priuilegio, priuilegium illud, quod priuigni, maternorum bonorum, ratione habent. *d. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pign. hab.*

Et deniq;, in subsidium demùm, & alijs 22
rebus non existentibus, res pecunia dotali emta, dotalis efficitur. *Tradente in indiuiduo Bl. Nouell. in tr. de dot. p. 7. priuil. 15. n. 1.*

Atenim hîc, alias quoq; res, reliquit maritus, quib. vxori, dotis nomine satisfieri potest.

Eodem quoq; modo, leuiusculum etiam 23
illud est: quod attamen mulier, in mariti bonis, optionem habeat, qua potest eligere, quæ sibi, ex mariti rebus, pro dote, retinere velit: *Neguz. ant. in tr. de pignor. in 1. memb. 5. p. p. n. 33. Bl. Nouell. d. tr. de priuil. dot. p. 7. priuil. 47. in fin. Rauchbar. q. 33. n. 31. Albert. Brun. cons. 89. n. 10.*

Nam & id, secundum quid tantùm verum 24
est, & respectu creditorum posteriorum, non verò respectu creditorum anteriorum, quales sunt liberi prioris matrimonij *d. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pign. hab. Bl. Nouell. d. priuil. 47. in fin.*

Et præterea creditori posteriori, denega- 25
tum non est, per ius offerendi, rem, quam mulier pro dote optarat, ab illa ipsa auocare, & eidem dotem, quam marito attulerat, in pecunia numerata, offerre. *Bl. Nouell. d. priuil. 47. in fin.*

Sed & per inuersionem, huic argumento, 26
respondere possumus. Nam si vxor secunda, in bonis mariti, optionem habet; illamipsam multòmagis, vxor prima: & per consequens, liberi quoq; primi matrimonij, vtpotè, qui omne ius, quod mater eorum habebat, post obitum matris nanciscuntur, habebunt. *d. l. assiduis. & ibi Br. n. 2. & 4. C. qui pot. in pign. hab.*

Suaderem itaq;, ne quam litem, harum ædium nomine, alicui moueas: sed vt in id sedulò enitaris, quo assensum Tutorum, impetres: poteris hos, quibuscunq; modis demulcere.

Enimuerò dubium non est, quin horum, 27
loco minorum suorum, consensu accedente, prohibita ampliùs, ipsarum ædium, alienatio non sit. Cum eam, disertis quoq; verbis, constitutio nostra Marchica, hoc casu, admittat. *Const. March. d. Rubr.* Erbfälle zwischen Eheleuten *in fine.*

Videbis item, an ère tua sit, si cum liberis prioris matrimonij, pactus fueris, vt ipsis volentibus emere, ædes hæ olim, alij nemini, præterquàm ipsos, diuendantur.

Hæc te scire volui. F. P. D.

CONSILIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1. *Vasallum esse, aliud est, & aliud rursus esse subditum.*
   Subiectio oritur ex domicilio. ibid.
   Superioritas originem trahit ex subiectione. ibid.
   Vasallagij ius, ortum ex feudo, quo quis investitur, ducit. ibid.
2. *Vasallus, qui domicilium simul, sub domino feudi non habet, subditus non est.*
3. *Superioritas particularium locorum, censetur eius esse, cuius tribi est territorium, suis limitibus circumscriptum.*
4. *Superioritas medij loci, eius esse censetur, qui superioritatem habet, in locis circumiacentibus.*
5. *Subinfeudans, non potest preterea quicquam, in subinfeudatum transferre, quàm ipse habuit.*
6. *Superioritas non includitur in concessione feudi generali, vel etiam generalissima & num. 7.*
8. *Iuramentum assecurationis, aut fidelitatis, quando censeatur iuratum.*
9. *Iuramentum vasallè, quo iurat, se neminem alium, quàm feudi Dominum, ratione illius feudi, iudicem agnoscturum, quid operetur. & nu. 10.*
11. *Prouincia, ita alteri prouincie vnita, vt nihilominus per se, Ducatus, Principatus, Comitatus, Baronia, remaneat, ad iura eius prouincia, cui ita vnebatur, non alligatur.*
12. *A titulo primordio, euentus posterior, formandus est.*
13. *Superioritas, in preiudicium Imperij vsurpata, prescribi nequit.*
14. *Clausula: saluo iure tertij, ineße intelligitur, omnibus inuestitionum literis.*
15. *Inuestitio nulla est, si omittatur in ea, clausula: saluo iure tertij.*
16. *Superioritas eoipso in aliquem transfertur, quod illi conceditur feudum aliquod dignitatis.*
17. *Barones in tota Germania, comitibus adequati sunt, eodemq; cum illis iure, vtuntur.*
18. *Superioritas intelligitur, ex feudi concessione, simul translata, si id suadent, concedentis, & eius cui fit concessio, dignitas.*
19. *Qualitas disponentium, vbiq; in toto iure, in causa est, vt à regulis communibus, recedamus.*
20. *Superioritatis possessio, vel quasi probatur, per instrumentum liberationis, à fidelitate.*
21. *Pertinentiarum verbo, etiam regalia, & in specie superioritas, veniunt.*
22. *Superioritas coharet territorio, cuj pertinens est.*
23. *Superioritatem includunt, verba illa geminata, omnia, & quecunq; item illa: nullo planè iure excepto.*
24. *Clausula omnia & singula, vis, & efficacia.*
25. *Immunitas, ab omnibus, & singulis oneribus, comprehendit etiam onera, belli, pestilis causa, indicta.*
    Fallit. n. 26.
27. *Absurdum, in omni interpretatione, sedulò cautandum.*
28. *Principem vnum, in territorio alterius, superioritatem exercere, absurdum est.*
29. *Absurdum est, si promiscuis actionibus, rerum turbentur officia.*
30. *Princeps Electus Imperij, prefecto pretorio adequatus est, vel etiam eundem, antecellit.*
31. *Superioritatem, in eum exercere, qui dignitate maior est, valdè indecens est.*
32. *Superiorem meum, rectè hunc putarim, qui ius habet, me ad arma euocare.*
33. *Vasallus obstrictus est, vi se Comitem prebeat, domino euntí ad bellum.*
34. *Vasallus, qui subditus simul non est, non obligatur quoq; ad aperitionem portarum, & arcium suarum.*
35. *Collectatio rectè arguit superioritatem. Extenditur n. 36.*
37. *Seruitia omnia quis prestat, vel ve vasallus, vel ve subditus.*
38. *Seruitia, que quis non prestat, vt vasallus, prestare eundem, vt subditum, oportet.*
39. *Argumentum à sufficiente partium enumeratione, validum in iure est.*
40. *Superioritatem ostendit sequela.*
41. *Interpretatio omnium optima est, que ex obseruatione subsecuta elicitur.*
42. *Obseruatione quod planum est, de eo dubitationem instituere velle incivile est.*
43. *Collectæ, vulgò Brandschatzen dictæ, superioritatis signum sunt.*
44. *Appellatio, omnes pronunciati effectus, extinguit atq; delet.*
45. *Exceptio de iure tertij, pondus nullum habet.*
46. *Dominus feudi non cognoscit, nisi quando controuersia, de feudo est.*
47. *Subditum se fatetur, qui requirit feudi dominum in causa, à feudo planè separata. Actus frustratorios fieri, iura nolunt. ibid.*
48. *Erroris allegatio, in facto geminato, locum nullum habet.*
49. *Actus iteratus, nihil ferè, cum effectu opponitur.*
50. *Erroris præsumtio, vel allegatio, in facto grauiori, & arduo planè excluditur.*
51. *Igno-*

51. *Ignorantia aut error, in personis illustribus non præsumitur.*
Comes est persona illustris. ibid.
Argumentum à re, ad personam, valet. ibid.
52. *Relatiuum, puta subditum, correlatiuum suum, puta superiorem, nescire, inconueniens est.*
53. *Iudex, qui declaratus est, semel incompetens, ad instar deindè, priuati censetur.*
54. *Dispositiones omnes, secundum materiam subiectam, interpretandæ.*
55. *Pactum inter dominum, & vasallum, quod domini non sit cognitio, etiam in controuersia, vel lite feudali, cuius sit efficaciæ.*
56. *Pactum, quod nemo alius, quàm feudi Dominus, cognoscat, de vasalli litibus, cuius momenti sit.*
57. *Iurisdictio, seu quod alicui, in causis suis, ius dicere possumus, subditum propriè efficit.*
58. *Argumentum, ab oppositis valet.*
59. *In feudalibus controuersiis, mores regionis, diligenter obseruandi.*
60. *Superioritas, vt omittatur.*
61. *Interpretationi non est locus, vbi verba sunt clara.*
62. *Quæstio: an nix sit alba, an sol luceat, an lignum, lignum sit? non est hominis sani.*
63. *Subditum non facit origo, non domicilium, non contractus, non delictum, sed sola iurisdictio.*
64. *Consequentia mala est: is habet domicilium, in illo, vel illo loco: Ergò est subditus.*
Clerici, in plerisq; oppidis, sua habent domicilia, & tamen propterea, subditi non sunt. ibid.
65. *Interpretatio ad Gailium de pigner. c. 15. n. 10.*
66. *Interpretatio ad Affl. ad c. 1. n. 1. qual. Vas. iur. deb fidel.*
67. *Domicilia plura, quis habere potest.*
Et quomodo. n. 68.
68. *Domicilium pro libitu transferri potest.*
69. *Asscripti glebæ, domicilium suum transferre vetantur.*
70. *Consequentia mala est: per aliquot annos, continuè quis, in hoc, vel illo loco commoratus est: Ergo constituit ibi, domicilium.*
Domicilium, requirit animum ibid.
71. *Feudi datione, quando simul transeat superioritas.*
73. *Ocularis inspectio, est fortissima omnium probationum.*
74. *Præsuppositis sublatis, argumentum corruit.*
75. *Iurisdictionem medij loci, esse eius, qui iurisdictionem, in locis circumiacentibus habet, quomodo verum.*
76. *Principis assertione, in tertij præiudicium, non statur.*
Maximè si is tertius, non est subditus, num. 77.
78. *Superioritas eodem modo, in secunda inuestitione, concessa censetur, qua concedebatur, in prima, si personæ, in casu vtroq;, fuerint in dignitate constitutæ.*
Retortio optimus, contrariorum dissoluendorum modus. ibid.
79. *In possessorio retinendæ, vnico, si probauero me possedisse, ante turbationem, & etiamnum possidere.*
80. *Iuramentum fidelitatis, potest conuerti, in iuramentum subiectionis, accedente eius consensu, qui illud iurare debet.*
Pacta derogant, naturæ feudorum. ibid.
81. *Argumentum à toto, ad partem valet.*
82. *Voluntatis declaratio, quæ facto fit, fortior est illa, quæ verbis tantùm fiebat.*
83. *Vasallus, nisi subiectus simul fuerit, non iurat, se in omni causa, & casu, feudi dominum, pro Iudice habiturum.*
84. *Interpretatio ad Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 2. n. 41.*
85. *Opinio, quæ in praxi obseruatur, præ reliquis, primas partes, obtinet.*
Restringitur n. 86.
87. *Non entis nullæ qualitates.*
88. *Domini feudi immediati cognitio est, de controuersia feudali.*
89. *Dominus feudi iudicabit, secundum mores, in suo consistorio receptos, non autem secundum ea, quæ alibi obseruantur.*
90. *Comitatus Tholosanus florentissima, & populosissima, Galliæ regni prouincia est.*
91. *Prouincia quid. & n. 92.*
93. *Subditum facit iurisdictio, non iuramentum assecurationis.*
94. *Consequentia non valet: non iurauit iuramentum assecurationis: Ergò non est subditus.*
95. *Probatio debet, necessariò concludere.*
96. *Exceptio sua non interest: impedit litis ingressum.*
97. *Tempus immemoriale, diffinitur centum annis.*
98. *Præscriptione immemoriali, præscribitur supremæ, Imperatoris etiam ipsius, potestati.*
99. *Præscriptione immemoriali, etiam regalia, acquiruntur.*
100. *Tutor datur personæ, & non rebus.*
101. *Tutor simpliciter datus, quò ad totum patrimonium, etiam extra dantis territorium situm, datus censetur.*
102. *Dominus feudi, qui superior, simul est, dat tutorem, etiam ratione allodialium bonorum.*
103. *Litis euentus dubius est.*
104. *Consequentia mala est: Mœuius petit se absolui, à superioritate sempronij. Ergo, Iudex ita pronunciet.*
105. *Præsumtio, pro viris, in illustri dignitate constitutis stat, quod iustam causam foueant.*
106. *Denominatio à potiori facienda.*
107. *Minima non curat prætor.*
108. *Possessio rei, in qua antichrisis constituta est, in eũ, cui antichrisis constituebatur, transfertur.*
109. *Mater, quo ad tutelam liberorum reliquis*

omnibus potior, solo excepto tutore testamentario, siue is, ab initio vtiliter datus fuerit, vel inutiliter datus, à Iudice confirmabatur.

Etiamsi ageretur, de tutela Comitis 110.

Item etiamsi administratio tutelæ, bona etiam feudalia, in sese complecteretur. n. 111.

112. *Matri tutela, iure saxonico non defertur.*

113. *Tutor rebus certæ villæ, inutiliter planè datur.*

114. *Differentia inter agnatos, & cognatos constitutione Nouella, etiam quò ad tutelas abrogata.*

Secus est, de iure saxonico n 115.

116. *Dominus feudi, quando rectè subeat, vasalli sui tutelam.*

117. *Dominus feudi immediatus, mediato, etiam in administranda tutela, præfertur.*

118. *Tutela, vel tutoris datio, ad eum spectare nequit, qui nec testamento datus, nec mater, vel auia, aut proauia, nec agnatus, vel cognatus, nec dominus feudi, vel Iudex ordinarius est.*

Argumentum à sufficienti partium enumeratione, valet. ibid.

119. *Ob specierum omnium, sub genere contentorum remotionem, remouetur, etiam genus.*

120. *Vasallus quando plura feuda, à diuersis feudi dominis, recognoscit, quilibet Dominorum, ratione sui feudi, vel ipse tutor est, vel vasallo tutorem dat. n. 121. & 129.*

122. *Vasallus, qui de duobus feudis, à diuersis inuestitur, duplex persona censetur, ac ideò de eo, idem iudicatur, quod de duobus diuersa feuda possidentibus, iudicari solet.*

123. *Debitor, vel creditor, iure quo hodie vtimur, tutores esse nequeunt.*

124. *Dominus feudi, tutor non est vasalli, respectu bonorum allodialium.*

Tutores bonorum allodialium vasalli sunt ij, qui vasallo, olim sunt successuri ibid.

125. *Fundamento sublato, corruit, quicquid desuper exædificabatur.*

126. *Actus poni non potest, vbi cessat potentia, actum producens.*

127. *Interpretatio ad §. datus Inst. de excus. tutor.*

128. *Tutor pupillo, qui Perusij natus est, & Florentiæ habitat, Venetijs verò bona habet, rectè datur, à Iudice Perusino, Florentino, & Veneto.*

130. *Generi per speciem derogatur.*

131. *Tutorem vasallo impuberi, non Iudex domicilij, sed Dominus feudi dat, si ipse tutelam suscipere noluerit.*

132. *Qualitas, quæ est fundamentum intentionis, probabitur ab eo, qui eam allegat.*

133. *Fallacia, à dicto secundum quid, euertit argumenta, quibus inest.*

134. *Dominum feudi, qui superior simul est, qualiter det tutorem, vasallo impuberi.*

135. *Præuentio habet locum, inter Iudices plures, ad quos tutorum datio pertinet.*

136. *De futuris cõtingentibus, Ecclesia non iudicat.*

137. *Nil innouandum lite pendente.*

138. *Subditus in dubio, nemini, nisi Imperatori, cen totius mundi domino, præsumitur.*

139. *Res quælibet præsumitur potius allodialis, quam feudalis.*

140. *Pro libertate, in dubio iudicandum, etiamsi vtriusq; probationes, pares fuerint.*

141. *Pro principe, in iudicio, vel vt actor, vel vt reus comparente, non præsumitur.*

142. *Principis appellatione, venit etiam Comes.*

143. *Denominationem à potiori fieri, quomodo verum.*

144. *Minima non curare prætorem, semper & vbiq; verum non est.*

145. *Bis mille florenorum, re, & effectu, magna est.*

146. *Dos constans, quinquaginta millibus æris, maxima est.*

147. *Quinquaginta millia æris, conficiunt 5000. coronatorum.*

148. *Superlatiuus omnis, suum comparatiuum, & positiuum præsupponit.*

149. *Antichrisis est species pigneris.*

150. *Pignus, & dominium concurrere nequeunt.*

151. *Alienatio. ex pigneris constitutione, vel hypothecæ datione, rectè non infertur.*

152. *Interpretatio ad l. per retentionẽ & l. pignor. C. de vsur.*

153 *Tutor legitimus, vel datiuus, ex tempore dari nequit.*

154. *Matris tutela, est spontanea, & libera.*

155. *Mater non excluditur à tutela, nisi per masculum, qui in eodem propinquitatis gradu, pupillum attingit, quo mater.*

Aut stat in secundo gradu, lineæ ascendentis. ibid.

156. *Mater in tutela filij, potior est, quàm auus.*

157. *Mater, si ad tutelam filij aspirare vult, renunciare prius debet, secundis nuptijs.*

158. *Mater repellitur à tutela, statim ac consilium, de iterum nubendo, suscipit.*

159. *Exceptio iuris tertij, non procedit.*

Maximè si id ius, à tertij voluntate pependerit. n. 160.

161. *Villa quid.*

162. *Tutor rectè dari potest, alicui certarum rerum vniuersitati, veluti Syriacarum, Africanarum, Italicarum, prouincialium.*

163. *Tutorem, personæ, non rebus dari, quomodo verum.*

164. *Agnati præferuntur cognatis, in tutela, etiam saxonico iure.*

165. *Lex correctoria, non extenditur ad casus, quos verba eius non denotant.*

Idem est in iuris saxon. dispositionib. n. 166.

167. *Dominus feudi, est tutor feudalium, & cognati allodialium bonorum, etiam secundum ius saxonicum.*

168. *Pupilli diuitiæ, non debent omnibus patere, sicuti nec vilitas paupertatis eiusdem.*

169. *Tutela destructa, corruit quoq;, inuentarij tutoris confectio.*

170. *Protutor, vel quasi tutor quis.*

171. *Protutor eandem diligentiam præstare obligatus est, quam verus tutor.*

172. *Tutor, tenetur conficere inuentarium.*

173. *Inter-*

173. *Interpretatio ad tit. ff. & C. de eo, qui pro tut. vel curat. neg. gest.*
Protutor tenetur cedere, si antequam administrationem auspicetur, præstò sit, legitimus contradictor, ad eum tutelam non pertinere, ostendens. ibid.

174. *Absurdum, in omni interpretatione, sedulò euitandum.*

175. *Debitor pupilli, ne quasi quidem tutor, esse potest.*
Argumentum à tutore, ad quasi tutorem valet.
Argumentum à contractu, ad quasi contractum valet.

176. *Tutori cuiuscunq; generis, per Iudicem administrationem decerni oportet.*

177. *Dominus feudi, non rectè subit, administrationem rerum pupilli, nî decernatur ei administratio à Iudice.*

178. *Tutores omnium ordinum iurant, se pupillos defensuros, vtilia item facturos, & curaturos, & inutilia intermissuros: atq; hoc, antequam, administrare inceperint.*
Extenditur, etiamsi tutor, fuerit Rex, Dux, Princeps. 179.

180. *Tutor satisdat, rem pupilli saluam fore.*
Extenditur, quod idem iuris sit, etiam in tutoribus, personarum illustrium. 181.

182. *Tutor ante decretam sibi administrationem, item antequam iurauerat, & satisdederat, nihil iure agit, nec conueniri, vel conuenire, quenquam rectè potest.*

183. *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

184. *Prædicata talia sunt, qualia à prædicatis esse permittuntur.*

185. *Tutor certæ rerum vniuersitati datus, veluti rebus syriacis, non potest se alijs rebus immiscere, nec de alijs, inuentarium conscribere.*

186. *Inuestitionum literæ, in illo feudo, debent asseruari, & custodiri, de quo loquuntur.*

187. *Inuestitionum literæ, non debent exportari, extra territorium Domini feudi.*
Vasallus iurat, se id quod facile est, domino difficile, non effecturum. ibid.

188. *Domini feudi res, difficilior fit, si vasallus literas, de ipsius feudo loquentes, in terras alienas asportarit.*
Locorum distantia, multa parit incommoda. ibid.

189. *Delictum in nemine est præsumendum, maximè verò non, in persona, in dignitate illustri constituta.*

190. *Iura & actiones, in nullo loco circumscribuntur. Quamuis verum sit, membranam, vel papyrum, ius, vel actiones illas, continentem, in certo loco reseruari. n. 191.*

192. *Instrumenta animata quoq;, non creduntur in loco esse, in quo reperiuntur, sed in illo loco, cui destinabantur.*
Boues ex vno feudo, in alterum reuertentes, eius fundi censentur esse, in quo opus faciunt, non autem eius, in quo existunt. ibid.

193. *Tutor rerum syriacarum, rectè prosequitur res syriacas, quantumuis in Africa existentes, dummodò pertinuerint, ad res syriacas.*

194. *Tutelæ syriacæ verbum, est nomen collectiuũ.*
Collectiua verba quæ. ibid.

195. *Collectiua verba, apta sunt includere, res quoque infinitas.*

196. *Culpa non caret, qui sese, rei alienæ immiscet.*

197. *Otium alicui, à tutela sua, tantum esse non potest, vt ea curet, quæ ad se, nihil pertinent.*

198. *Inuestitionum literæ, rebus allodialibus accenseri nequeunt.*

199. *Allodium quid.*

200. *Diffinitio cui non competit, nec diffinitum.*

201. *Bona vt dijudicentur, an sint feudalia, an allodialia, inspici oportet id, cuius sint, inter successores.*

202. *Literæ inuestitionum manent feudi successoribus, non verò hæredibus.*

203. *Vasallus obstrictus est, omnia feudi instrumenta renouare, & reparare, vt ea, vnà cum feudo, Domino, olim restituat.*

204. *Boues, equi, oues, & reliqui greges, & armenta, nec non res mobiles omnes, in feudo, tempore primæ inuestitionis repertæ, & eius vsui perpetuò destinatæ, simul in feudum datæ, creduntur.*

205. *Vasallus domino iubente, titulum suæ possessionis, tenetur ostendere & . 208.*

206. *Vasallus, omni, interesse alleganti, inuentarium quod conscripserat exhibere & vt describatur, permittere, obligatus est.*

207. *Causam intactam conseruare, quàm eidem vulneratæ, remedium quærere, satiùs est.*

209. *Vasallus, qui per triginta annos, feudum iam possedit, cogi ampliùs non potest, titulum possessionis suæ, ostendere.*
Extenditur, vt id multò magis verum sit, in vasallo, qui innititur, in præscriptione centenaria ibid. n. 210.

211. *Inuentarium totum edi non debet, sed tantùm ea pars, de qua res est.*

De tribus proximè quærebatur, veluti primò, an Ius superioritatis, exercere N, in bonis N; quæ ad N. ceu feuda, indubitanter pertinent, possit?

Deindè an tutela, quam is, propterea quod superior sit, in illo loco, vbi pupillus domicilium habet, suscipit, extendatur quoq; ad bona N; quæ ab N; in feudum recognoscuntur?

Et tertiò, an N. de suis quenquam, N. Deputatis, inuentarium tutoris conscribentibus, vbi archiua quoq; pupilli, ingressuri, & omnia, perrimaturi sunt, ob interesse, quod ratione documentorum, ad feuda sua pertinentium? ibi

habet, quæq; faciat, si nemo ex N. administris, præsens fuerit, interuerti possent, iure adiungat, qui toti inuentario conscriptioni interfint, & ne N detrimentum capiat, auertant?

Videamus itaq; quid ad propositas hasce quæstiones, de iure respondeamus.

RATIONES DVBITANDI

QVÆSTIONIS I.

ETsanè quantum ego perspicio, irrationabile ab initio, esse non videbatur, dicere: N. Superioritatis iura, etiam in bonis N; ad N; ceu feuda eius spectantia, recte exercere.

1 Clari namq; PRIMÒ: indubitati iuris est: quod aliud sit esse vasallum, aliud item esse subditum: quod item subiectio, vndè trahit originem Superioritas (die Landfürstliche Obrigkeit) oriatur ex domicilio sicuti ex feudo, quo quis donatur vel inuestitur, ortum habet, ius vasallagij, siue die Lehensschafft oder Lehensgerechtigkeit. Vti hoc expresim & in specie decidit *Menoch. cons. 99. n. 9. quem refert, & sequitur Wesenb. cons. 1. n. 57. vers. ita q. Matth. de Affl in c. 1. n. 1. qual. vasall. iur. deb. fidel. Lup. in c. per vestras. notab. 2. §. 1. n. 18. ext. de donat. int. vir. & vxor. Clement. 1. §. eidem. de for. comp.*

Nam hoc cum ita sit, consequentiam iam per se, omnibus patere arbitror: N; Superioritatis exercitium, in locis, siue bonis N; neutiquam esse denegandum.

2 Etenim N; domicilium suum, in ditionibus N; habent, atq; constituerunt.

Atq; ita in specie, quod vasallus, qui simul sub domino feudi, domicilium constituerit non habet, subditus non sit, quodq; feudum, nullum imperium, Domino, in vasallum tribuat, totidem verbis scripturæ reliquit *And. Gail. de pignorat. c. 15. n. 3. vbi complurimos idem tenentes allegat. Sigism. de Neap. cons. 5. n. 41. in fin. vers. & pro hu. Crau. cons. 912. n. 15.*

3 Deinde, atq; sic SECVNDO loco, controuersia quoq; caret illud: quod ad eum, qui certum territorium, suis limitibus circumscriptum habet, censeatur pertinere iurisdictio, siue superioritas omnium particularium locorum, intra illos terminos, seu limites positorum. *Vt Iohan. Fab. autore in individuo decidit Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 9. §. 4. gl. 1. n. 6.*

4 Sicuti eius quoq; censetur esse iurisdictio, siue superioritas loci, in medio siti, cuius est iurisdictio circumiacentium locorum. *Hieron. à Mont. in tr. de finib. c. 83. m. pr. Mascard. in tr. de probat. concl. 964. n. 26. Crau. cons. 615. n. 1.*

Iam verò nemo est, qui inficias ire possit, ditionem N. suos certos, diffinitosq; limites habere, item bona N. limitibus illis interclusæ, in N. posita esse.

Patet itaq; rursus, N. quoq;, iura superioritatis in ijs, haud iniuria vsurpasse.

TERTIÒ, ex iis, quæ mihi proponebantur, certior fieri non potui. N. ipsos, ceu primos, & immediatos feudi dominos, vnquam sibi ius superioritatis in bonis N. asseruisse.

N. itaq; ceu subfeudatarium, hoc iure non vsurum, haud perperam concludemus.

Quis enim est, qui neſciat: quod subinfeudatione nihil amplius, in subinfeudatum transferri possit, quàm subinfeudans ipse habuerit? *c. vnico. §. profecto de l. Conr. gl. in c. vnic. §. proterea de capit. Conr. Iul. Clar. receptar. sentent. §. feudum. q. 32. n. 4. Molin. in consuet. Paris. n. 18. Mynsing. obs. 82. cent. 1. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 50. vers. tertiò.* 5

Vidi quoq; QVARTÒ: hæc bona quidem, N. conferri, iure proprij, & non degenerantis, feudi masculi:

At interim nihil planè inibi legitur, quod saltem è longinquo, ad ius superioritatis accedat.

Cum tamen longè sit certissimum: quod 6 in concessione feudi generali: *Seraph. de Seraph. in tr. de iur. am. priu. 7. n. 46. & priud. 106. n. 7. Molin. in l. 2. in pr. n. 54. ff. de verb. oblig. Capyc. decis. 118. n. 1. & decis. 130. n. 44. Cacher. decis. 29. n. 5. Vallas. in Limperum. n. 50. de iurisd. om. iud. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iure fisc. lib. 1. tit. 2. n. 75. Arnold. Reyer disput. 3. Coroll. 2.*

Quinimò ne generalissima quidem, supe- 7 rioritas, ceu quid ad regalia pertinens, includatur. *Rol. à Valle autore conf. 1. n. 103. vol. 2.*

QVINTÒ certò quoq; illud conflat, quod 8 optima superioritatis testera, atq; iudicium sit, iuramentum illud, quod iurat is, qui subditus esse dicitur.

Nam si id iusiurandum, sub hac verborum formula conceptum fuerit: Iuro me omnia facturum, & præstaturum, ad quæ subditus fidelis, domino, & superiori suo obstrictus est, dubium non est, quin secundum ius, quo vtimur, iuramentum assecurationis iuratum: is q; qui hoc genus iuramenti iurauerat, subditus dicendus sit.

Sin verò iuramenti formula, ita tantum habeat: iuro, me omnia facturum, quæ vasallus fidelis, Domino suo feudi, facere tenetur, rursus ambigendum non est, quin tunc fidelitatis tantùm iuramentum præstitum sit, quod item eum, qui taliter se obstrinxerat, vasallum tantum rectè dicamus. Vti in indiuiduo scriptum reliquerunt *Ferr. Mont. in tr. de iur. feudor. lib. 6. c. 1. vers. quod iusiurandum. Intrigl. in tr. feud. q. 56. n. 190. Knich. ad priud. Saxon. de non appell. ad verba: Ducum Saxon. c. 5. ad fin. vers. demq;.*

Enimverò posteriori formulæ accedit illud iuramentum, quo se N; Domino suo, deuouerunt: Reliquum itaq; illud tantum fit, nos in terminis iurarenti fidelitatis, tantum versa-

versari: proindeq; N. taliter iurantem, vasallum, & non subditum esse.

Nec obstat, quod attamen N; simul iurarint, se nullum alium iudicem, quàm N; feudi Dominum, horum bonorum intuitu, aditurũ.

9 Etenim eiusmodi pactum, haud quaquà ad subiectionem vsque inferendam, vires suas extendit.

Cum nec illud efficere possit, vt præter expressas in iuribus feudalibus causas, cognitio ad feudi Dominum, vel curiæ pares, pertineat. *Vti in indiuiduo de effectu eius iurisiurandi, quod Principu Electoris Brandeburgici &c. vasalli iurant, hoc ipsum tradit Schrad. in tr. feud. p. 10 sect. 3 n. 41. vbi hanc opinionem veriorem esse attestatur.*

10 Et hoc iure eatenus quidem vtimur, vt locum habeat, etiamsi is, qui feudum, sub tali verborum conceptione, dat, nec non is, qui de feudis, hoc pacto addito, inuestitur, Princeps sit, siue iura Principis habeat. *Schrader. d. p. 10 sect. 3 n. 43.*

Et præterea expendamus quoq; illud: bona N. subfeuda esse, & à G. primùm in feuda recognosci.

Fac itaq; alios, ita iurantes, in ditionibus N; subditos simul fieri: diuerso tamen iure, hìc possessores bonorum N; censebimus. Illos enim non secundum ius, quod in ditionibus subinfeudantis colitur, sed secundum iura N; ceu primi feudi Domini, dijudicabimus.

11 Propterea, quod Iuris sit haud incerti, quod quando Ducatus, Comitatus, aut Baronia, alteri Ducatui, Comitatui, aut Baroniæ, eatenus iungitur, vt per se nihilominùs consistat, & Ducatus, Comitatus, vel Baronia, vti prius maneat, quod tunc non secundum iura vel consuetudines eius prouinciæ, cui iungebatur, sed secundum peculiaria sua iura, & mores iudicetur. *Brl. si conuenerit. l. 2. §. si nuda. n. 2. ff. de pignor. act. Pyrrh. Engleb. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 47. Igneum in l. necessarios. §. non aliàs. p. 1 n. 443. ff. de S.C. Syllan. Hieron. de Mont. in tr. de finib. c. 3 n. 5. Cacher. decis. 22. n. 1.*

12 Sextò, omnes quoq; cognitam habemus communem illam Iuris regulam: quod à titulo primordio posterior euentus formandus sit. *l. vnic. C. de impon. lucrat. defer. lib. 10. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 1. n. 202. And. ab Exea in tr. de pall. n. 76. Affl. decis. 376 n. 5. Hart. Pist. q. 13 n. 57 lib. 2.*

Cum itaq; N; ad bona N; ante sesquicentum, vel circiter, annos, primùm aspirarit:

Nocere non potuit N; vtpote in cuius territorio bona hæc omnia sita sunt, quiq; ius antiquius habet.

RATIONES DECIDENDI

QVÆSTIONIS I.

VErum omnia hæc, pondus aliquod, si ponitius introspiciantur, non habent. Sed hisce omnibus, & si qua præterea adduci possent, spretis, concludendum omninò erit: superioritatem nullam, in bona N; competere N; posse.

Nam ille Dominus feudi, qui bona hæc rursus subinfeudat, hæc à nemine, nisi ab imperio recognoscit (vt omnes norunt.)

Superioritatem itaq; nemo in his habebit, 13
nisi is, cui id iuris, vel Imperium ipsum, vel is, cui id per eum, qui superioritatem ab Imperio adipiscebatur, concesserant. Etenim cum superioritatis vsurpatio, in istiusmodi feudis à tertio, præter infeudatos, vel subinfeudatos, præsumta, in ipsius Imperij detrimentum vergat, præscriptione hanc acquiri non posse, constat. *Bl. in c. 1 n. 3. & ibi Borch. n. 20. qua sint regalia. Ias. in l. imperium. n. 20 ff. de iurisd. om. iud. Costa. in memor. v. exemtus. el. 1. Gail. obs. 21 n. 16. lib. 1. Gud. Papa decis. 416 n. 1. Schenck à Tautenb. c. 1. n. 11. de feud. March. Couarr. pract. quæst. c. 4. n. 1.*

Atenim N; edocere nunquam potest, 14
quod inuestitione tali, vel ab Imperatore, vel ab ijs, quibus bona N; ab Imperio, in feudum data fuerant, donatus fuerit.

Et siquidem eiusmodi quid, ab Impe- 14
ratore impetrasset: intelligi attamen hoc omne oporteret: vt inuiolatim interim tertij ius omne, remaneret. Cum extra controuersiam positum sit: clausulam saluo iure tertij, omnibus omninò inuestitionum literis inesse. *Paul. de Castr. cons. 72. n. 2. vol. 2. Dec. cons. 468 n. 26. Socin. Iun. cons. 110 n. 25. & cons. 112. n. 3. vol. 2. Zwesenb. cons. 4. n. 32. cons. 15. n. 31. cons. 21. n. 53. cons. 34. n. 39. & cons. 41. n. 64.*

Quod vsq; adeò verum est, vt ob omissio- 15
nem huius clausulæ, totæ inuestiturarum euertantur literæ. *Zwesenb. d. cons. 41 n. 66. Iob. Gallic. int. cons. feud. var. cons. 2. n. 116.*

Fieri itaq; non potest, vt vsurpationem superioritatis, in bonis N; quam N. præsumserat, iure factam esse dicamus.

* Secvndò: prouisi quoq; Iuris est: quod 16
in feudis dignitatum, puta, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, illud semper pro regula obseruandum sit, quod confestim ac istiusmodi feudum conceditur, simul quoque concessa intelligatur iurisdictio, seu Superioritas. *vti autore Cbopp. ad ll. And. in indiuiduo docet Kmich. ad pruil. Saxon. de non appell. ad verba: Ducum Saxon. s. 4. post med. vers. illud tamen solum obtinet.*

Atenim hìc, de feudo dignitatis sit inuestitio, & Domini N. Defuncti, Dominos esse in N. scripserunt: ab imperio, item N; de feudo hoc inuestiebantur, qui illud rursus subfeudi titulo, N. concesserunt.

Translatam itaque simul esse superioritatem, haud abs re, dicimus.

Nec obstat, quod Doctores modò adduc- 17
ti, de comitatu loquantur: nam de consuetudine totius Germaniæ generali, barones,

comitibus æquiparantur,& de comitibus disposítum,in baronibus quoq; locum sibi vendicat. *Zasius tr.feud.p.5.n.29. Baro Sebenk.c.1. quia dec.Dux.Com.vel March.Schradan tr.feud.p.10. sect.1.n.23.& seqq.*

18 Concludunt deinde TARTIO, Iuris Interpretes: quod toties,simul cum feudi concessione,derur, atq; concedatur Iurisdictio, siue superioritas: quoties id dicere suadet, & concedentis,& eius,cui conceditur,dignitas. *Ita in specie Bl.in c.1.§.in generali.n.4.si de feud. fuer.controu.sint.Dom.& agnat.vasall.*

19 In toto enim iure, qualitas, & dispositium, & in quos confertur dispositio, efficit, vt à Iuris communis regulis recedamus *l.plenum.§.equitij.ff.de vsu & habit.Mantic.in tr.de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.11.n.1.cum sinib.*

Translatam itaq; rursus, per inuestitionem,superioritatem, accommodè satis affirmabimus. Inuestientes enim Imperator & Imperium erant: inuestiti verò Principum iure censebantur.

QVARTÒ,de eo quoq;certò constat,quod primi inuestiti, ius superioritatis exercuerint.

Remiserunt enim vasallis suis, iusiurandum illud,quo eis obstricti erant,iusseruntq; vt posthac N; sequerentur.

20 Nam hoc cum ita sit, illa succedit Iuris theorica, quæ vult: exercitium Iurisdictionis, siue superioritatis, probari per instrumenta liberationis à fidelitate. *Oldrad. cons. 296.ad fin.Socin.Sen.cons.187.n.12.vol.2.Masc. in tr.de probat.concl.946.n.20.*

QVINTÒ: subinfeudationis quoq; literæ, quæ N. habet, concessa esse bona N; cum omnibus & singulis pertinentijs,omnibus palàm faciunt.

21 Rectè itaq; rursus asserimus, Superioritatem, hîc concessam esse. Certum namq; est, quod sub verbo pertinentiarum (der zubehörung) compræhendantur quoq;, absq; alia specificatione, regalia, quodq; consequens est Superioritas *arg.c.ex literis.tun.ibi gl.v. excepto ext.de iur.patron.c. cum venerabilis ext. de relig. domib.tun l.verbum illud.ff. de verb signif.*

22 Caret enim omni controuersia, quod superioritas territorio cohæreat, quodq; consequens est,territorij sit pertinens *Bart.in l.1.n. 15 ibi Tas.n.12.& DD. ff.de iurisd. om. iud. Pyrrh in consuet. Aurel.tit.de feud.c.6.6.Blan tubr.n.2.qua sint regal.Bl.in c.1.n.4.de allod.Felin. in c. Rudolphus.n. 15.ext.de refer.Hartm.Pistor.q.15.n.32.lib.1.*

23 SANCTÒ, explorati quoq; Iuris est, hæc verba: omnia, & singula: item illam verborum conceptionem: nullo planè excluso, verba geminata esse,& regalia compræhendere solita. *arg.l.si stipulatus.ff.de vsur.fac.trad.Rol.à valle cons.5.n.21.vol.1.cons.100.n.63.& 65.vol.4. Tiber. Decian.cons.1.n.204.vol.1.*

24 Habet enim illa verborum formula: omnia & singula alle vnd iede: eam vim, vt comprædendat sub se omnia, non minus ac si nominetenus, in dispositione, de qua clausula illa loquitur, essent expressa, atq; recensita *Curt.iun.in tr.feud.2.p.3.p.n.39.Rol.à Valle cons. 1.n.71.vol.3. qui alios perquamplurimos in id adducit. Card.Paris.cons.1.n.104.& 132. vol.3. Decian. cons.32.n.102.vol.2.*

Sic videmus, immunitatem ab omnibus & singulis oneribus, illa etiam onera includere: quæ ob causam belli,pestisue,indicuntur. *Cacher.decis.39.n.21.Plot in tr.de in lit.inr.§. 1.n.17.Vin.com.opin.lib.1.opin.149.Alex.cons.30. n.14.vol.3.Card.Paris.cons.25.n.113.cons.38.n.17. & 29.vol.1.Burgat.cons.16.n.52.vol.1.cons.142. n.9.vol.2.Rol.à Valle cons.5.n.51.vol.1.* 25

Quamuis aliàs immunitas,simpliciter, & absq; adiectione hac,largita, idipsum haudquaquam operetur Ioh.de Imola. *l.sicx toto in pr.n.2.ibi Raph.Cumanlect.1.n.2.Ias.n.7.& n.12. Ripa.n.12.per ill.text.ff.de legat.1.Cap.caut.6.n.2. Bossius in tr.de Principe.n.140.Rub.in l.non soluit.§. morte.n.88.ff.de nou.op.nunc.Eman.Soar.com.opin. lit.I.n.6.* 26

Cum itaq; illaipsa verborum formula, in literis inuestitionum N; expressis verbis legatur: dubitare vlterius,N.ius superioritatis competere,rationis non est.

SAPTIMÒ: apertissimi iuris est: quod in omni omnino Interpretatione id sedulo præstandum sit,ne quid ex interpretatione data, absurdi consequatur. *l.vlt.C.de autor.præst.l.vlt. C.per quas pers.nob.acquir.Paris.cons.48.n.40.cons. 70.n.18.cons.111.n.33.vol.1.Zwesenb.cons.4.n.44. cons.6.n.145.cons.26.n.32.& cons.41.n.155.* 27

Non itaque, hanc capere interpretationem,hîc possumus, ex qua inferatur, N. ius Superioritatis esse.

Cum verum sit,hoc concesso,eum superiorem fore N; qui dignitate illum antecellit, sed & ius exercendæ Superioritatis,in feudis Imperij habere. Id quod absonum esse,iure quo vtimur,ambigendum non est. Cum humanitas legum haudquaquam ferat, si in vnius Principis territorio, alius Superioritatem,siue Iurisdictionem vsurparit. *Ian prouincijs.C.de supernumer.lib.12.6.cum ad verum.definct. 96.Sebast.Vant.in tr.de null.Rubr.de null.ex def.Iurisd.ordin.n.44.* 28

Sed absurdum sit,promiscuis actibus,rerum turbari officia, & si alij creditur, alius subtrahat. *l.consulta.diualia.C.de testam.l.fin. C.de de asses.l.quisquis.§.vlt.C.de post.Abb.in Rubr.ad fin. ext.ne cler.vel mon.Chass.in cat.glor.mund.in præfat. vers.quapropter ad finem & p.1.consid.38.concl.44. vers.uem non potest.* 29

Non dicam nunc,indecens valdè esse,si N. ob bona hæc,N.Superiorem suum, agnoscere cogatur.

N. etenim propter dignitatem Electoralem qua prætecto prætorio exæquatur, vel etiam 30

etiam Præfectum prætorio antecellit. *Vtex Knich.ad priuil.Saxon.de non appell.ad v.ius. c. 3. §. verum hac ratio luculenter apparet.*

31 N. multis passibus anteit. Dignitate autem inferiorem; in dignitate maiorem,& excellentiorem,Superioritatem exercere, valde indigens est. *Ioannis in pr.C.de off.Rect. prou. l.1.ad fin.C.de off.Præf. vrb. c. est ordo naturalis. 33. q.3.Alc.parad.lib.2.c.21.n.7.Gare.in tr.de vlt.fin. iur.n.260.*

32 OCTAVÒ inris est expediti: quod is, cui, me ad bellum & arma euocare, ius est, iure pro Superiori meo, & non pro feudi Domino, solùm censeatur. *Ita in individuo Knich.ad prin.Saxon.de non app.ad verba: Duc.Sax.c.5.in fine.*

Iam verò N;ratione bonorum N;ab initio sese obligarunt, se quoties per N. admoniti fuerint,illi, posterisq; eius, suppetias laturos, tantis copijs, quantas vnquam conscribere possint.

Dubium itaq; non est, non solùm Ius Vasallagij,verùm etiam Superioritatem ipsam, N; in bonis N; competere.

Nec obstat,quod isthæc obligatio de seruitijs,quæ vasallus Domino feudi præstat,rectè quoq; intelligi possit.

33 Quis enim nescius est, vasallum obstrictùs esse,vt comitetur Dominum, in bellum euntem? *Borch.in tr.feud.c.2.n.15.Frider.in tr.de proceff.extrah.lib.2.c.4.2.n.3.& alij passim.*

Intellectus enim hic bonus non est.

Cum determinata sint N; quæ præstent, vt vasalli, seruitia, cum quibus copiæ hæ auxiliares,de quibus præsens obligatio loquitur, nihil commune habet.

NONÒ, prosperexerunt quoq; N. & maiores eius,vt fibi,quoties ita vellent, arces, oppidaq; N. aperirentur.

34 Arguitur itaq; hinc rursus, Superioritas. Cum ad id,is qui vasallus solum est, minimè teneatur. *arg.c.1.de fur.fidel.& c.1.de nou.for.fidel.*

35 DECIMÒ, ambigui Iuris non est, quod subiectio,vel e diuerso,ius Superioritatis,potissimum probetur ex lure collectandi. *Bl.in l.3.n.4.per ill.text.C.de nat.lib.Bl.in l.data opera. n. 28. vers. item bona ratio est.* C. *de his qui accus. non poss.Fel.in c.cum Bertholdus.n.28.vers.& adde ext.de re iud. Hipp. de Marsan Rubr.nu. 276.* C. *de probat. Nell.in tr.de testib.n.138.Masc.in tr.de probat. concl. 946.n.1.Rum.conf.2.n.2.vol.4. Natta conf.672.n. 1.& seq.Mandell.conf.62.n.3.Bruuius int. conf feud. diuers.conf.34.n.16.Craw.conf.662.n.10.*

36 Quod vlq; adeò quidem procedit,vt locum sibi vendicet,etiamsi vnica tantùm vice,collectæ impositæ fuerint. Nam hoc vnico actu probatur Superioritas vniuersalis. *Mascan concl.946.n.6.Mandell.conf.34.n.2.*

Iam verò Ius collectandi, incolarum bonorum N; item causæ cognitio, de collectis eorum, N. competit, & paucis retrò annis, & Dominum, & subditos, collectarum causa, coram N. comparuisse vidimus. Apparet itaque rursus, de superioritate, N. competente.

VNDECIMÒ: Scimus quoq; ad N. perscriptum esse,vt filios N. in N. abeuntes,comitaretur: Scimus item N; non hac ratione,quod in id obligatus non esset, sese excusasse: sed alias excusationis causas prætexuisse.

Liquere itaq; rursus Iudicibus, quod Superioritas, in bonis N; N. sit,arbitror.

Nam quatenus vasallus est N; sua certa haberet,quæ præstet seruitia,inter quæ,vt ipsemet N; peregrè proficiscentem, sequatur, non enumeratur.

Sequela itaq; hæc, aliunde, quam ex subiectione, oriri nequit. Quia omne quod præstatur seruitium, vel à vasallis,vel a subditis præstatur. *Quod vlteriorè deductione non indiget.* 37

Sed N. personalia seruitia, tanquam vasalli 38 non præstant.

Præstant itaq; vt subditi. Idq; per argu- 39 mentum à sufficienti enumeratione, quod in iure validum, & frequens est. *Fuer.in top. in loc.à part.enum.n.1.Syluan.in tr.de feud.recognit. q.1.n.44.Rimun.in l.1.n.391.C.qui admit. Tomasg. decis.20.n.23.Garf.in tr.de expens.s.4.n.49.*

Atq; sic in specie sequelam arguere Super- 40 rioritatem,decidit *Knichan tr.de jubilm.terr.imr. c.3.nu.245.*

DVODECIMÒ: expendamus quoq; illud: 41 quod omnium optima, omnium dispositionum interpretatio illa sit,quæ ex obseruatione subsecuta,elicitur, atq; expromitur. *testib. Mandell.conf.62.n.40.Craw.conf.701.n.37.*

Quod eatenus etiam obtinet, vt inciuile 42 plane existimetur, si vlla eius ratione, quod planum, expeditumq; iam fecerat, obseruatio, dubitatio instituatur. *Cardm.Paris.conf. 16.n.11.conf.25.n.5.conf.36.n.8.vol.1.conf.56. n.35.vol.2.Craw.conf.459.n.21.conf.727.nu.20. conf.847.n.4.conf.934.n.21.& conf.942.nu.35. Tiber.Dec.conf.49.n.9.vol.2. Gerard. Mazoll. conf. 122.n.1.lib.1.Sim.de Prost.conf.21.n.6.vol.1.*

Cum itaq;,si qui casus hic occurrissent, superioritatem respicientes, bonorum N. possessores, N. pro superiori suo agnouerunt.

Nam præter illud iudicium, quod de col- 43 lectis Domini,& subditi simul, coram tribunali N. susceperant, cum attamen collectæ potissimum, Imperij & Superioritatis signũ sint. *Cardin.Albau.conf.62.n.3.*

Iudicem quoq; bonorum N. possessores, N.agnouerunt, in causa antichriseos, quæ nihil plane cum feudo, vel domino feudi eiusque tribunali,commune habet.

Nec obstat, quod in hoc iudicio, pro reis, facultate iuridica, quæ N. est,sententiam concipiente, ferebatur sententia.

Nam ab eadem rursus sententia prouocabatur. Quare pondus aliquod sententia hæc non ha-

44 non habet. Cum minimè Iuris controuersi sit, appellationem omnes pronunciati effectus, pœnitùs extinguere, atq; delere. *Arnold. Reyt. disp. 10 thes. 22. vbi alios idem volentes adducit.*

Quod si Iudex Superior, primi Iudicis, sententiam confirmasset: nihilominùs attamen appareret hinc, quod bonorum N. possessores, ipsimet se pro subiectis N; gesserint, Ideoq; rursus, sententiam hanc, allegari meritam non esse. Frustrà enim de tertij iure, factoue, interponitur exceptio. *Ripa ad Rubr. n. 29. ff. fol. matr. Cran. cons. 774. n. 3.*

45

Quid? quod bonorum N. possessores, cum post deinde hoc diffidij, inter ipsos, & N. exorti, per Iudices delegatos componi posse, spem concepissent: & ipsi N; delegari causæ cognitionem, à superiori peterent, rem tamen ad superiorem prius deferre, ausi non fuerint, quàm prius de eo, quod conarentur, N. certiorem fecissent: ipseq; votis eorundem annuisset.

46 Quæ omnia iterum ex alio, quàm subiectionis fonte, prosluere non potuerunt. Nec enim Domini feudi cognitio est, quando non de feudo ipso, neq; respectu feudi, agitur, sed de re alia à feudo separata. *Innoc. in c. ceterum tibi Panorm. c. 13. Fel. n. 8. Dec. n. 10. ext. de iudic. Felin. c. cum ordinem. n. 6. ext. de rescr. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 90.*

47 Vndè qui tali casu Dominum feudi requirit, non se Vasallum solùm, sed subditum simul esse fatetur. Quorsum enim aliàs istiusmodi requisitio fieret? Cum iura actus vt vocant iudificatorios fieri, nolint. *l. hac stipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. seu fideicom. nomin. cau. Roncheg. in l. nemo. n. 7. ff. de duob. reis. Aldobr. in præam. Inst. n. 4. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 14.*

48 Cessat quoq; in tali facto iterato, omnis erroris, ignorantiæq; allegatio. Nec enim in facto duplicato, atq; geminato, erroris allegatio locum habet. *Mascard. de probat. concluf. 637. n. 27. Dec. conf. 185. n. 13.*

49 Sicuti & aliàs quoq;, haudquaquam facto geminato cum effectu quicquam opponitur. *Vti ex Bl. refert, & sequitur Euerard. in top. in loc. à vi gemin. sub. n. 1.*

50 Et quemadmodum nunquam in re grauiori, & arduo, erroris, & ignorantiæ præsumtio interuenire poterit. *Mascard. concl. 637. per c. illorum ext. de sent. excom.*

51 Ita quoq; in personam grauem & præstantem, tantoq; magis illustrem (Comites autem & Barones, personas illustres esse, dubitatione caret. *Bl. c. 1. in pr. n. 6. de feud. March. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 1. n. 30.*) nulla ignorantiæ, vel erroris præsumtio cadet, Idque argumento à re, ad personam ducto, quod in iure validum, & frequens est. *Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 29. gl. 1. n. 3. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. n. 157. Blarer. an tr. de comprom. q. 4. in pr. n. 28. vers. præterea Coler. in tr. de proceff. exec. p. 1. c. 6. n. 63.*

Vt scientes, prudentesq; taceamus, valdè 52
indecens esse, si relativum, puta subditus, suum correlativum, puta superiorem nescierit. *arg. l. Iata culpa. ff. de verb. signif.*

Accedit adhæc, quod ipse superior, antequam delegationem concederet, ad N. scripserit, aq; eo, qui causæ status esset, percontatus fuerit.

Quæ rursus omnia frustrà interuenissent, nisi ipse superior, ad N. Superioritatis Ius, pertinere, & sententiam prius latam reformatione indigere, censuisset. Quorsum enim aliàs eius, qui incompetens iam declaratus fuerat, opus habuisset consensu? Cum eiusce- 53
modi Iudex ad instar priuati planè censeatur. *arg. c. cum Episcopus. iun. ibi gl. v. non exemto de offic. ord. lib. 6.*

Nec obstat, quod huic rescripto superioris, post deinde N. respondérit: se ad delegationem facilè, vtpote, quæ ius vasallagij (die gebührende Lehenßgerechtigkeit) non imminueret, assentire.

Non enim hinc aptè concluditur, propterea, quod N. solum Vasallagij ius sibi reseruarit, Superioritatis ius omissum esse.

Nam vera illius verbi, Lehenßgerechtigkeit. 54
siue Iuris vasallagij Interpretatio, ex subiecta materia petenda est. Eò, quod subiecta materia, optima omnium dispositionum Interpres est. *Bl. in l. 1. n. 17. C. de his qui accus. non poss. Bl. in l. liberti. n. 2. C. de libert. & ear. lib. Bl. in l. precib. sub n. 50. C. de impub. & al. subst. Menoch. de arb. iud. quæst. c. 199. n. 2 Simon de Prect. in tr. de vlt. volunt. interpr. lib. 1. interp. 2. dubt. 2 folut. 6. n. 2.*

Iam verò subiecta materia, hìc, feudum dignitatis est. Cuius natura hæc est, quod simul cum inuestitione, transeat subiectio. Item vtraq; persona, & inuestiens, & inuestita, sunt illustrissimæ: quarum qualitas, & conditio suadet, vt in illos, simul ac de feudo aliquo inuestiuntur, Superioritatem transire, rectè dicamus.

Ius itaq; vasallagij, subiectionem, & è diuerso superioritatem, in præsentia quoq; includere, ex genuino huius verbi sensu, elicitur.

Decimotertiò, tradunt quoq; con- 55
cordi consensu, Iuris Interpretes omnes: *
quod pactum, quo conuenit inter inuestientem, & inuestitum, vt de controuersia, inter pacisscentes orta, inuestiens non cognoscat: eius sit efficaciæ, vt tunc in illis quoq; casibus, in quibus aliàs, domini feudi, secundum iura feudorum, cognitio esse solet, dominus feudi ius dicere non possit, sed litis exortæ determinatio, ad alios pertineat, vti in indiuiduo scriptum reliquit *Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 2. n. 44. per iura & autoritates ibidem adductas.*

Ita è diuerso illud pactum: quo iuratò promittit vasallus: für niemands anders / als dem Lehenherrn / seine Lehen zuuerrechten / hoc efficiet, vt

ciet, vt domini feudi sit, lites dirimere, in omni omninò casu, etiamsi ad eius tribunal, nisi hoc adesset pactum, trahendæ non essent. Quodq; consequens est, vi huius pacti, vasallus simul efficietur subditus. Cum propriè subditus nobis quis fiat ratione iurisdictionis, seu quod illi in omnibus casibus ius dicere possumus. *(vt infernus in prima contrariorum resolutione luculentius demonstrabitur.)*

57 Idq; per argumentum ab oppositis deductо. Cum generale sit, quod propositum idem operari debeat, in proposito, quod oppositum in opposito. *l. vlt. §. vlt. ff. de legat. 3. Cap. caut. 22 §. nu. 3. Tiraq. de pœn. caus. 44. n. 58. Hartm. Pisl. q. 14 n. 25. vol. 1. Montic. in tr de inucht. hered. c. 6. n. 15. Cather. decis. 25. n. 16.*

Enimverò hic, possessores bonorum N; iurant, se solum N. Iudicem aditurum, si qua, horum bonorum causa, controuersia exorta esset.

Subditos itaq; eos esse, rectè dicimus.

59 * Decimoqvartò communis quoq; Interpretum doctrina est, quæ illud habet: quod si dubij quicquam circa feuda occurrerit: eius Interpretationem, secundum regionis morem faciendam esse. *Oldrad. cons. 159. n. 9. Alb. Brun. int. cons. feud. diuers. cons. 81. n. 6. Cardin. Paris. cons. 13. nu. 30. cons. 21. n. 48. vol. 1. Crau. cons. 926. n. 10.*

Rursus itaq; iure subditorum, possessores bonorum N. habebimus. Cum nemo omnium vasallorum N. sit, qui non subditus quoque, simul erit.

Decimoqvintò, etiamsi vnquam Superioritatis Ius, N. adepti fuissent, amisissent tamen illud vicissim, iam dudùm, ad possessionem quod attinet.

60 * Certi enim Iuris est, & prætered recepta inter Interpretes sententia: quod vsus superioritatis amittatur, si me sciente, & patiente, alius | ille præsertim; cui certus fundus cum pertinentijs suis, in feudum concedebatur, his vsus fuerit. Vti in spec. *Marc. Ant. Peregr. docuit, in tr. de iur. fisc lib. 1. tit. 2. n. 99.*

Iam verò N. nescij esse non poterant, quod possessores bonorum N; coram N. iudicium cœpissent, ob diuturnitatem litis, & alias circumstantias. Quinimò administri N; in proximo conuentu, sibi plurimum de aduersa sententia, quam possessores bonorum N. reportarant, gratulati sunt. Nunquam verò hisce omnibus, ex parte N; obuiam itum est.

Vsus itaq;, cum scientia, & patientia aduersariorum, Iuris Superioritatis, possessionem, N. tribuit.

61 Decimosextò, & vltimò: Iuris est notissimi; quod ibi, vlli interpretationi locus non sit, vbi verba clara, atq; aperta sunt. *Capyc. decis. 17. n. 8. Crau. ad Rubr. n. 135. ff. de leg. 1. Tiraq. in tr. de præscr. gl. 7. versic. at dic. Toming. decis. 13. n. 28. decis. 20. n. 8. cum seqq. decis. 26. n. 10. Pistor. q. 3. n. 36. q. 15. n. 18. q. 19. n. 75 lib. 2. Rol. à Valle cons. 79. n. 85. vol. 3.*

Perindè enim est, ac si quæreretur, an nix 62
alba sit, an sol luceat, an lignum, lignum sit. Cuius generis quæstiones hominis sani non sunt. *Knich. ad priuil. Saxon. ad v. Bucum Saxon. c. 3. in pr.*

Superfluum itaq; est, de eo pluribus agere, an Superioritas bonorum N; ad N. pertineat.

In omnibus enim; possessorum bonorum N; literis Reuerſalibus exprimitur: eos non solùm fidelitatis, verumetiam assecurationis, iuramentum præstitisse.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM
QVÆSTIONIS
I.

ATq; his non occurrunt ea, si pœnitebùs introspiciantur, quæ superiùs ceu contraria afferebantur.

Nam ad Primvm quod attinet contrarium: domicilio nempe subditum diffiniri: negatur consequentia. Cum veriùs longè sit: quod subditum nec origo, nec domicilium, nec contractus, nec delictum, faciant: sed sola iurisdictio, vi magistratus, & Superioritatis competens. *Vt hoc manifestissimè demonstrat Frider. in tr. de process. extrah. lib. 2. s. 46. n. 4.* 63

Nec enim sequitur, is domicilium in illo 64
vel illo loco habet; Ergo subditus est.

Cum videamus clericos, & eius generis alios, vbiq; in vrbibus, & oppidis sua domicilia constituere: & nihilomagis illius Vniuersitatis, vel ciuitatis subditos esse. *Frid. d. n. 4.*

Sed & Gail, in illo loco, quem in contrarium adduximus, *de pignor. nempè c. 15. n. 10.* addit: tùm denùm quem subditum fieri, si principaliter iure municipali, & tanquam subditus, homoue iurisdictionalis eius loci, domicilium constituat. 65

Sic quoq; *Matth. de Affl. d. c. 1. n. 1. qual. vasſur.* 66
deb. fidei præter domicilij requirit, vt ratione domicilij, subeantur onera realia, personalia, & mixta; æquè ac si diceret, iurisdictione præterea opus esse.

Nec alicuius momenti *textus in d. clem. 1. §. eisdem de for. comp. est:* nec id, ad quod allegatur loquitur.

Consequentia itaq; mala est, Titius in Geldria habitat, Ergò Ducis Geldriæ subditus est. Sed è diuerso hæc ratiocinatio rectè concludit: Titius iurauit N. assecurationis iuramentum, &c. Ergò est subditus.

Vt taceam, nouum hoc non esse; quod 67
quis simul plura domicilia habere possit. *Tiraq. in tr. de nobil. c. 37. nu. 131. Mascard. in tr. de probat. concl. 534. n. 25. text. ad literam in l assumtio. §. iurisprudentibus ff. ad municip.*

Et qui-

68 Et quidem eum rectè duo domicilia habere, dicimus, qui in duobus locis, se ita instruxit, vt non ideò minùs apud alios se collocasse videatur. *d.l.assumtio. §. Iurisprudentibus. ff.ad municip.*

Hac itaq; argumentum à domicilio, ad superioritatem, vel è diuerso generaliter procedere, non tamen hîc aptè ex habitatione cõlligere, quod vis, poteris.

Cum N. non minùs D. quàm B. domicilium suum habuerint, & ita quidem habuerint, vt veluti conscriptum ostendit inuentarium, non minùs hic, quàm isthic se collocasse, meritò censeri possint.

69 Cogitemus deindè quoq;, quale illud sit, quod N. quoties collibitum fuisset, domicilium suum D. in ... transferre potuerint (domicilium enim pro lubitu transferre possumus. *l.domicilium.ff ad municip.cum simil.*

70 Et solis glebæ ascriptis id facere vetitum est. *l.cum satis.C.de agric.& cens.lib.11.*)

Quodq; propterea solum D. substiterint, quod B. oppignoratum erat.

71 Nam hoc cum ita sit, minus iam concludere certum est: N. per annos aliquot D. commorati fuêre: Ergò domicilium suum inibi constituerunt. Cum ad domicilium omninò requiratur animus: nec satis sit, me per mille annos in vno loco habitasse, nisi simul constituendi ibidem domicilium, animus affuerit. *Br.in l.quæsitum in pr.n. 2. ff. de legat.3. Felin.in c.dilectus.el. 2.n.12.verf. secundò limita ext.de refer.Sebast.Sap.in l.heres absens. §. proindè n.10.ff.de iudic.& alij, quos allegat Masc.in tr. de probat.concl.534.n.13.Peccan.tr. de testam. comug. lib.4.c.35.n.5.*

72 Deindè id quoq; quod dicitur: feudi dationem, siue de feudo inuestitionem, nullam iurisdictionem, nullumue imperium, in vasallos, feudi Domino tribuere, simpliciter verum non est, sed secundum quid tantùm, & quatenus de feudis, notæ inferioris res est: secus autem est, in feudis regalibus, atq; dignitatum. Consestim enim ac istiusmodi feuda conceduntur: simul quoq; imperium, & superioritas respectu vasallorum confertur. *Choppin ll.Andium lib.1.c.48.n.3. circa med. Knich. ad primil. Saxon. ad v. Ducum Sax. c.4. post med. verf. illud tamen non obtinet.*

Fallit itaq; regula ista hîc, vtpote, cum de feudo dignitatis, in præsentia tractetur.

Sed & qualitas inuestientis, & inuestiti, vt diuersum hic sentiamus, efficit. *Veluti sub decisionis rationibus, iam commonstrauimus.*

Constare itaq; nequit, PRIMVM hoc contrarium.

Idem quoq; robur obtinet SECVNDA obiectio, volens: eius medij loci iurisdictionem esse, cui circumiacentium locorum, iurisdictio competit.

Caret enim suis præsuppositis. Cum maximè eamus inficias, quod bona N, intra fines N. iaceant. Quinimò omnibus palàm sit, alios habere terminos, finesq;, ditionem N. & alios rursus, bona N.

Qua in re ad facti euidentiam, oculareque aspectum prouoco. Quæ sunt fortissima probationum genera. 73 *Ias.in l.1.in pr.n.10. ff. de nou. op.nunc. Cabal.in tr.de euict. §.3.n.85. Cald.in l.si curatorem.v. minoribus.n. 18. C.de rest. in integr. Rayn. Budel.in tr.de re nummlib.1.c.13.n. 27. Lancil. Conr.in tr.de off.præt. Rubr.de probat.n.6.*

Quare vt diximus destituitur argumentum hoc, quibus innitatur præsuppositis: 74

His autem sublatis argumentum corruere necesse est. *Ceph.cons.328.n.67.per tota, & autoritates DD.ibidem adductas.*

Cetersùm fac, bona N; in districtu N. posita esse, reperiri: non tamen succedet argumentatio hæc.

Illud enim quod dicitur, ad eum medij 75 loci Iurisdictionem spectare, cuius est Iurisdictio, vicinorum locorum, tantisper verum est, donec aliud doceatur. *Hieron. de Monte. in d.tr.de finib.c.83.n pr.Masc.d.concl.946.n. 27.*

Atenim per adducta, sub decisionis rationibus, aliud iam euicimus.

Sic quoq; facilè, refelli potest TERTIVM argumentum, superioritatem scilicet, ne ad primum quidem inuestitorem, spectare potuisse.

Nam etsi hoc negauerit, in literis suis, N; 76 adipsum attamen parui momenti est. Ad tertij præiudicium enim, quod attinet, Principis assertio insuper habenda est. *Fel.c.cum à nobis.col.1.& 2.ext.de testib. Alex.cons.112.n.1.vol. 7. Ruin.cons.3.n.1.9.& 14.vol.5. Craw.cons.135.n. 42.cons.171.n.11.Vol.1.& alij per Masc. adducti, in tr.de probat.concl.1411.n.1.*

Quod tunc potissimum procedit, quando 77 is, qui assertione hac, læditur, Principi subditus, veluti in præsentia primus inuestiens, non est. *Masc.d.tr.concl.1227.n.81.vbi Abb. Castr. & Craw.huius opinionis sectatores laudat.*

Et deindè contrarium assertionis huius, ex ipsa feudi natura, & qualitate, eius qui inuestit, nec non eius, qui inuestiebatur, elucet. *Veluti sæpius hactenus admonuimus.*

Quid? quod ipsi N; primo Inuestitori iuramenti loco promiserint, se coràm primis inuestientibus solis, iudicium de feudis hisce suscepturos: Cuius generis pacta sola, ad superioritatem eliciendam, sufficiunt.

Retortione itaq; ad refutandum obiectionem hanc TERTIAM, vtamur.

Nam si certum est: quod altera inuestitio, 78 isdem pactis, & conditionibus, quibus prior, celebratur censeatur:

Prior autem ita celebrata sit, vt simul cum feudo, eiusdem Superioritas, sit translata. Consequatur oportet, superioritatem nihilomi-

dominus, in altera quoq; feudi concessione, simul transijsse.

Retorquutio autem, optimus contrariorum diluendorum modus est. *c. in omni negotio ext. de test. c. qui sincera. dist. 45. Euerard. in praamb. topic. n. 18.*

QVARTA dehinc obiectio habet: specificam in inuestitione N. Superioritatis mentionem factam non esse. Ceterum hanc, sub verbis generalibus, & generalissimis quoq; non comprehendi. Sed & illa, paruo negocio diluitur.

Nam præter id, quod aliud ostendant, ipsæ inuestiturarum literæ, considerandum etiam illud erit; verfari nos adhuc in iudicio possessorio: ideoq; titulū edocere opus nō dum esse.

79 Nam in iudicio possessorio retinendæ, victoriam reporto, si probauēre, me ante turbationem factam possedisse, & etiamnum possidere. *Menoch. in tr. de remed. poss. rec. remed. 3. n. 156. Virgin. de Boccat. in tr. de manuten. c. 14 n. 28.*

QVINTA posita obiectio, resoluitur per id: quod quidem fateamur, aliud esse iuramentum fidelitatis, aliud item iuramentum assecurationis: quod item differentia, inter vtrumq; sacramentum, potissimum in illis verbis, consistat, quæ in contrarium superius inducebantur: interim verò planè pernegatur, hinc effici, vt subditi, & vasalli simul non sint, bonorum N. possessores. Propterea, quod ipsorummet adsit declaratio, & obligatio, quibus manifestum faciunt, se idipsum iuramentum præstitisse, & ratione subiectionis, & ratione vasallagij, von ſehens vnd vnterthenigkeit wegen (vti habent vltimi defuncti possessoris verba) vel se iuramentum fidelitatis, & assecurationis iurasse, die huldigung vnd leyhenpflicht gethan (vt testantur reliqui possessores, in literis suis reuerſalibus, quas præter sacramentum præstitum, singulis vicibus N. exhibuerunt.)

80 Iam verò dubium esse nequit, quin accedente consensu ipsius, qui iurat, effici possit pacto, vt iuramentum, quod sui natura, solummodo fidelitatem denotaret, simul etiam subiectionem, sub se comprehendat. Cui enim dubium est, cum pactis, inuestitioni adiectis, in vniuersum derogari posse, feudi naturæ, & feudalibus consuetudinibus: *c. 1. §. vlt. de feud. succeſſ. c. 1. §. præterea quid sit inueſt. c. 1 de duob. fratri. n. Capit. inueſt. Boer. in conſuet. Eitut. tit. de feud. recognit. §. 7 gl. 2. col. 3. Syluan. in tr. de feud. recognit. q. 78. Boeſenb. in tr. ſcud. c. 8. n. 18. Schenck. c. 1. de feud. cogn. Dauth. in tr. de teſtam. n. 84. Modeſt. Piſtor. in ſuo conſ. quod extat poſt. q. Hart. Piſt. 20 lib. 2. n. 6. Conſil. Ingolſtad. poſt. queſt. Hartm. 41 lib. 2. n. 28. cum ſimil.*

81 Posse quoq; alterari naturam iurisiurandi fidelitatis, eamq; adaugeri, vt subiectionem etiam complectatur. Deducto nimirum argumento à toto ad partem, quod in iure validum, & frequens est. *Euer. in top. in l. à toto ad partem. Vaig. ill. contr. c. 22. n. 8. l. quæ de tota. & ibi DD. ff. de reg. vendic. cum ſimil.*

Accedit adhæc, quod tot vicibus, veluti sti- 82
perius, latius comme morabamus, possessores bonorum N. ipso facto ostenderint, quale iuramentum suum esse, ipsi censuerint, subiectionis scilicet, & assecurationis. Etenim certum est: firmiùs adhuc voluntatem factis, quàm nudis verbis declarari. *Crau. conſ. 408. n. 5. conſ. 415. n. 14. conſ. 624. n. 15. & conſ. 638. n. 7.*

Negamus quoq; deinceps, illam Iurisiurandi formulam, quam bonorū N. possessores iurant, nudo fidelitatis iuramento, si modò ipsius verba, recte intuitus fueris, conuenire.

Cum certum sit, quod in iuramento fideli- 83
tatis, vasallus haudquaquam iuratò promittit: se in omni causa, & casu, feudi dominum pro Iudice competente habiturum, *d. c. 1 de form. fidel. & d. c. 1. de noua form. fid. c. ceterum. ext. de iudic. cum ſimil.*

Atenim hic sub sacramenti vinculo, bonorum N. possessores, iurant, quàntum in se situm fuerit, neminem, nisi solum N; controuersiarum bonorum horum gratia exortarum, Iudicem competentem fore.

Non itaq; à Superioritatis nexu, extricare se poterunt.

Neq; verò his quicquam, Schraderi auto- 84
ritas officit: pactum nempè ejusce modi, quo nempè pacisci vasallus, cum domino, se in omni casu, & causa, eius cognitionem subiturum, haudquaquam illum producere effectum, vt in illis quoq; casibus, vasallus, in quibus, secundum feudorum consuetudinem, cognitio Domini feudi non erat, ad Domini tribunal, se sistere cogatur.

Nam vir iste præstantissimus, ipsemet difiteri nequit, hæc scrupulo, controuersiaq; nō carere. Ita in indiuiduo *Schr. d. p. 10. sect. 2. n. 41.*

Et præterea ipsemet in casu conuerso, veluti cum inter dominum, & vasallum conuenit, ne in vllo casu, etiamsi si iure communi feudorum vtendum esset, cognitio ad Dominum indubitatè pertineret, ius diceret, contrarium è diametro docuit: Sed & leuiores sunt rationes pro hac sententia defendenda adductæ, quàm vt tutò ijs inherere possimus.

Non dicam nunc, ex obseruantia solùm, idipsum iam introductum esse, quod omnes vasalli N; eò, quod in omnibus causis, etiam non feudalibus, sistere se se, coram tribunali N; cogantur, subditi quoq; simul esse censeantur.

Quare opus neutiquam est, hac de re plu- 85
ra verba facere, cum iuris sit apertissimi: quod in iudicando primas teneat illa opinio, cui suffragia sua dant, obseruatio, & vsus. *Ias. in l. poſt. dotem n. 100 ff. ſol. matr. Alex. in tr. de præſumt. præſumt. 30 n. 3. Oldr. Semonc. in tr. de decret. tit. 1. n. 68. Eman. Soar. com. opin. lit. O. n. 17. Hartm. Piſtor.*

q.19.nu.90. & seqq.lib. 2.Anton.Maria.Corat. in tr. de comm. opin. tit.9. n.97. Abb. conf.26.nu.5.lib.2. Alex.conf.19.n.13.vol.7.Tiber.Decian.conf.44.n.9. conf.46.n.120. & 133. & conf.52.n.1.vol.2.

86 Nec obstat, quod attamen hic de subfeudo controuersia sit: quod ó; subfeuda eo iure non vtantur, quo reliquorum immediatorum feudorum incolæ censentur. Etenim certum est, quod opinio, quæ secum habet vsum, & obseruantiam, vires suas non exerat, nisi in locis, vbi vsus, & obseruantia illa, vigent. *Corat.d.tr.de comm.opin.tit.9.n.99.*

87 Nam primò negamus, primum dominum feudi, hac in parte, alio iure, in territorio suo vti. Non entis itaq; nullæ qualitates sunt. *l.eius qui in Prouincia.ff.si cert.petat.Gomez.Mar.resol. lib.1.c.1.n.9.Bocer.in l.contradlus c.5.n.3.ff. de reg. Iur.Reuber.in tr.de testib.p.3.n.82. Zoan.l.2.n.57. C.de pact. int. emt. & vendit. Carocc in tr. de locat. Rubr.de fimil.locat.n.8.*

Quinimò primum feudi Dominum, eodem iure vti, apparet ex eo, quod ipse N. obligat sese, huic mediato bonorum N. Domino: se nemini, nisi huic primo inuestienti, feudorum horum ratione, pariturum.

At esto aliud Ius, in ditionibus, mediato horum bonorum Domino subiectis, coli, ponamus; non tamen eò, quo vis, pertendes. Certum enim est: quod cognitio, cuiuscunq; litis, ratione, & intuitu horum bonorum, exortæ, N. comperat.

88 Eò quod N. Dominus bonorum N. immediatus sit; controuersiæ autem feudalis cognitio, & diffinitio, ad feudi Dominum immediatum non verò mediatum pertineat. *Bl.ceterum n.12.ext.de iudic. Abb.in c.ex transmissa notab.4.ext.de for. comp. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum.n.69.declar.8.ext.de constitut. Cagn.in l.consilij. §.socij.n.3.ff.de reg.Iur.Schrad.in tr.feud.p.10.sect. 2.n.45.Natt.conf.98.n.30.lib.1.*

Cum itaq; hoc ipsum certius sit, quàm vt negari possit: Consequatur oportet, eandem subfeudatariorum, & reliquorum vasallorum sortem esse.

89 Quilibet namq; Ius dicens, secundum mores proprios, & apud suum tribunal receptos: non verò ad exoticorum, & peregrinorum morum præscriptum indicare tenetur: maximè verò, cum ibidem inuestitio celebrari, iuramentum item fidelitatis præstari so-
* leat. *per trad. Communis Scholæ Interpp. in l. 1. ibi Br.n.15.Iaf.n.22.C.de sum Trinit.& fid. cath. Cacher.decis.141.n.1.Mynf.decis.82.cent.4. Medic. in tr.de ll.p.4.q.1.n.2.Blanc.in tr.de comprom. q.3.n. 32.n.45.& 46.Roch.de Curt. c.vlt.sect.9.n.37.& n.42 & seqq.ext.de consuet.*

Nec retragantur his, *ex Bartolo*, de prouincia vnita *in l.si conuenerit.l.d.2.§.si nuda.n.2.ff.de pigner.act.* adducta.

90 Nam primò, de Prouincia loquuntur, & de comitatu Tholosano, Galliarum regno vnito, quem populosissimum, & florentissimum esse constat. vt ex *Munster. in Cosmogr. lib. 2.fol.91.& aliis historiographis, passim videre est*, exemplum dant.

Bona N. autem, prouinciam quis nominarit? Cum Prouincia sit, quæ decem, vel vndecim ciuitates, totidem Potestates, & vnum Regem habet: nec non vnum metropolitanum, aliosq; suffraganeos decem, vel vndecim Episcopos. *c.sintote.6.q.3. Alc. ad l. notionem. §.continentes.n.3.ff.de verb.signif.* 91

Vel Prouincia est ciuitas magna, quæ merum, mistumq; Imperium habet, & sibi proprios magistratus constituere potest. *l.cum in longi & ibi gl.Br.& reliqui DD.C. de præscript.long. temp.10.vel 20.annor. Alc.d.§.continentes.n.3.* 92

Quorum neutrū bonis N. adaptari potest.

Deindè tractant illi de Prouincia vnita. Ceterùm vnionem, & subinteudationem, diuersa esse, nemo est, qui nesciat. Mala autem ex diuersis astruitur illatio. *per vulg.*

Verùm enimverò, fingamus rursus iuramentum, quod possessores bonorum N. iurarunt hactenus, à iuramento assecurationis alienum, & diuersum esse (id quod verè dici nequit) non tamen hinc rectè concludere poterimus: Possessores bonorum N; subditos non esse.

Certum enim est, quod non iuramentum assecurationis, sed iurisdictio subditum faciat. *Qua de re ante hac ex Fridero fides facta est.* 93

Plausibilis itaque ratiocinatio isthæc non est: non iurauit iuramentum assecurationis. Ergò subditus non est. Cum Iurisdictio, non verò iuramentum subditum constituant. 94

Et præter assecurationis iuramentum plurimæ adhuc sunt Superioritatis notæ, inter quas haud infima illa est, quæ ex collectandi iure depromitur. *Vti antea ex Cardinale, Albano, in duobus locis demonstratum est.*

Labascit itaq; rursus, quinta hæc obiectio. Collectandi enim ius bonorum N. possessores, dudum iam N. concesserant. Non itaque hoc probat esse, quod huic contingit abesse. 95
l.non hoc.C.vn legit. Roiz.decis. Lituan.1.n.16. Bard. in tr.de temp.vt.& contin.c.16.n.3.Stracch. in tr. de decoct.2.p.vlt.p.p.n.3. Capif. in tr. de num. test.p.1. c.9.nu.10.

Vltimò non obstant quoq; ea, quæ in contrario Sexto proferebantur.

Nam etsi concesserim, N. ius, sesquicentum annis antiquius non esse; & ideo iuri aduersarij sui antiquiori præiudicare non posse: pondus attamen aliquod, etiam illud non habet.

Versamur etenim (vt antea quoq; indicabamus) adhuc in iudicio possessorio.

Quorsum itaq;, titulum probasse opus est? Quod si probasse titulum, opus omnino foret, N. tamen quod vult, obtinere non posset.

Remo-

96 Remoretur enim conatus eius, exceptio illa: tua non interest, quò ad te liberas ædes habeo. Cuius generis exceptiones ex ijs sunt, quæ litis ingressum impediunt. *Marc. Anton. Blanc. in tr. de comprom. sub q. 4. vbi inserunt tractatum de exceptionibus lit. ingr. imped. s. 4. eius tr. n. 10. per iur. & autorit. ibidem adductas.*

Non edoceri N. nunquam potuit, sibi aut antecessoribus suis, vnquam ius superioritatis in bonis N. competisse.

Et qui competeret, cum exploratum etiam habeamus, possessores bonorum N; ne reliquorum quidem bonorum suorum ratione, Dominum N. pro Superiori, vel etiam feudi domino tantùm recognoscere, sed adhuc sub Iudice, litem, super hac re susceptam, esse?

Et præterea, etiam ante ista tempora, quibus maiores N; hæc bona primùm acquisiuerunt, Superioritatem, ad N. non pertinuisse, pluribus modis euincitur.

Et primò quidem ex eo: quod N. primo Inuestitori, siue feudi Domino, etiam tum temporis promittebant: se neminis iurisdictioni, se subiecturos, bonorum horum ratione, quàm solius primi huius Inuestientis.

Deindè ex eo: quod primi Inuestitores, etiam eius temporis, possessoribus bonorum N; fidelitatis iuramentum remiserint, & vt postea N. sequerentur iusserint. Quam fidelitatis remissionem, Superioritatis notam esse, anteà deducebamus.

Tertiò ex eo, quod olim, licet errore quodam seductus, cum primus inuestiens, bona illa rursus, in Principem quendam Germaniæ, transferre voluisset, nullus ab ijs, qui hodiè Superioritatis Ius, sibi vendicant, consensus fuerit petitus.

Quæ omnia fortissima sunt obstacula, ad N. Superioritatis ius, nunquam spectasse, firmiter demonstrantia.

At fac, hæc omnia, partes N; non propugnare: non tamen deficeret Ius. Cum adhuc præscriptio adsit, qua nos tueri possumus,

Etenim, ab eo tempore, quo N. primum hæc bona acquisiuerunt, centum quinquaginta quatuor, numerantur anni.

97 Succedit itaq; illud: quod præscriptione eius temporis, cuius in contrarium non extat
* memoria, quod ex receptaDoctorum sententia, annis, plùs minùs, centum, diffiniri solet. *Vide ex Men. de arbitr. iud. quæst. casu. 3. n. 7. & ibid. adducta autoritatib. reliqua, manifestissimè cernere licet.*

98 Contra Supremam etiam, ipsius Imperatoris iurisdictionē, adeò quidem, vt præscribens in posterum eius iurisdictioni, amplius suppositus non sit, præscribatur: *Br. nil. hostes. n. 16. ff. de capt. & postl. reuers. Bl. l. acta. §. ampliando. n. 1. ff. de re iud. Caccialup. in l. imperium. n. 37. & 38. vbi communem dicit Sapia. n. 29. Vall. n. 125. ff. de iurisdict. omn. iud. Cran. in tr. de antiq. temp. p. 4. §. materia ista. n. 73. Conarr. in c. possessor. p. 2. §. 8. n. 4. Vasq. ill. contr. c. 78. nu. 4. & c. 82. per tot. cum similib.*

Nec non huius temporis præscriptione, 99
regalia, omnia & minora & maiora, seu soli Principi, in signum Supremæ potestatis reseruata, *Vasq. ill. contr. c. 22. n. 19. Hartm. Pistor. q. 46. n. 22. lib. 2. & sexcenti alij per Galv. Rom. congesti in tr. reg. lib. 5. tit. de præscr. concl. n. 3.*

Acquirantur. *Bl. in l. cunctos populos. n. 50. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. cum mero & mixto imperio. n. 14. Claud. de Seys. in spec. feud. rubr. qui feud. dare poss. §. 2. vers. possent tamen aliqua. Boss. in tr. de regal. n. 21. Nicol. Mal. in suo repert. v. consuetudo exigendi. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10. ex n. 124. Burs. cons. 142. n. 19.*

Atq; hæc de prima quæstione, animi mei est sententia.

II. QVÆSTIO
RATIONES DVBITANDI.

DESECVNDA deindè quæstione, an scilicet N. tutela, extendat sese, etiam ad bona vsq;, quæ possessores bonorum N; ab N. in feudum recognoscunt? dicendum videbatur: extendi eam, vsq; eò.

Nam PRIMÒ iuris est perspicui: quod tu- 100
tor detur personæ, & non rebus. *§. ad certum. ibi Borch. Inst. qui tut. dar. possunt. l. quia persona. ff. de test. tut. Christ. Porc. n. 4. Inst. de Curat. Cacher. decis. 89. n. 3. & seqq. Peck. in tr. de testam. coniug. lib. 2. c. 17. n. 1. Ant. Pisag. in tr. de tut. & curat. q. vlt. nu. 41. Paul. Mortan. in tr. de iur. tutel. & curat. s. 29. n. 33.*

Atenim locus originis pupilli, N. qui nunc tutelam concupit, & non N. subest,

Sed & illa huc pertinere videbatur Iuris 101
regula: quod tutor simpliciter datus, datus censeatur in id, vt totum pupilli patrimonium, etiam extra dantis territorium positum, administret. *§. datus autem. Inst. de excus. tut. Iaf. ad l. 1 lect. n. 46. & lect. 2. n. 49. C. de sum. Trin. & fid. cathol. Alex. cons. 148. sub n. 4. vol. 1.*

Tutelam itaq; N; solus N; administrabit.

SECVNDÒ, notissimi quoq; iuris illud est: 102
quod eo casu, cum Princeps aliquis, sirpul Dominus feudi, & superior est; tunc ad eum pertineat, tutoris datio, non solum feudalium, verùm etiam allodialium bonorum. Vti hoc disertis verbis tradit, atq; confirmat *Schr. in tr. feud. p. 10. sect. 19. n. 90.*

Concludendum itaq; videbatur, hìc datio-nem tutoris, ad solum N. pertinere. Eò, quod is, vt in prima quæstione vidimus, non solùm Dominum feudi, verùm etiam superiorem pupilli, sese iactitet.

Nec obstat, litem de Superioritate determinatam attamen adhuc non esse.

Nam aduersus illud regeritur: quod litis 103
euentus sit dubius. *l. quod debetur. ff. de pecul. Cæs. de Contard. ad Rub. n. 18. C. si de mom. poss. fuer. appell.*

Quod item non sequatur, possessores bo- 104

norum N;petunt se declarari liberos,à N.superioritate, & vasallagio.Ergò Iudex ita pronunciabit. *Iac.de S. Georg.in l.sciens.§ si fundum.n. 1.ff.qui iatud.cog.Cas.de Contard.ad d.Rubr.d.n.3.*

105 Sed & pro N. præsumtio stat veritatis, & iusticiæ. Eò, quod iura velint,semper & vbique,pro viris in illustri dignitate constitutis, quodq; hi iustam causam foueant,præsumendum esse. *Bl.ad l.n.6.ff.de constit.Princip. Menoch. in tr.de præsunt.præsumt.9.n.4.*

106 TERTIÒ prospexerunt quoq; iura: quod à potiori facienda sit denominatio. *Chassan.in catal.glor.mund.p.1.consid.17.Cacher.decis.105.n. 10.Rimin.ad Rubr.n.33. C. qui adm.Coler.in tr. de proceff.execut.p.1.c.5.n.41. Paul.de Orian l.1.n.33. ff.de off.eius cui mand.est iurisd. Alc.l.1.§.eandem autem.n.42.ff.de verb.obligat.*

107 Sed & minima quæq; Prætor curare non solet *l.scio ff.de restit.in integr. Butig.in l.vinum.n.20. ff.si cer.pet. Rebuff.in tr. de priu.scholar.priu.120. Tiraq.in l.si vnquam. v. omnia. C. de reuoc.donat. Gail. obs.151.n.13.lib.1.obs.29.n.8.obs.88.n.10. & obs. 102.n.2.lib.2. Montic.ad l.vlt.n.175.C.de iur. delib.*

Iam verò negari nequit,bona N;longè minimam esse bonorum pupilli partem siquidem cum reliquis bonis conferantur.

Præferri itaq; N. quoq;, ceu Dominum,& Superiorem eorũ oportet,in tutoris datione.

QVARTÒ,consideremus quoq; illud,quod illi à B; per antichrisin, possessionem bonorum N; consecuti fuerint: quodq; antichrisi hanc assensum præstiterit N;qui nunc tutorem dare vult. Consequatur itaq; oportet, ipsos B. non autem primos illos inuestitos,pro possessoribus bonorum N. habendos esse. Cer-
108 tum enim est,quod per contractum antichrisis,transferatur possessio rei, super qua antichrisis constituta est, in eum, cui antichrisis constituebatur. *arg.l.per retentionem & l.pignoribus. C.de vsur.*

Et vi consequentis, cum B. adhuc in viuis sint, tantominùs, ad tutorum dationem, N. aspirare poterit.

109 QVINTÒ,iuris est haud incerti: quod non existentibus tutoribus testamento datis, siue hi vtiliter,siue minus vtiliter dati,confirmati attamen à iudice,fuerint:matris pupilli, præ ceteris omnibus, ad tutelam quod attinet, potior sit conditio. *auth.matri & auæ & ibi DD.*
* *comm.C.quand.mul.tut.off fung.poss.§. ex his. & ibi Br. & DD. Auth. de hered.ab int. ven.Br.in l.si quis sub conditione n.4. vers. tertiò ff.de test.tut.Pract.Pap. in for.lib.quo agit. ad redd.rat. tut.v.suo vltimo, n.2. Joh.Dedeck an tr.de art.test.tit.7.caut.1.n.1.& 2. Asc. Clem.in tr.de put.pot. c.4.n. 27. Cauale.in tr. de tut. & cur.n.24. Affl.dec.ij.72.n.5. Cald.in l.si curatorem. vsque curatore.n.106.v.ex quib.C de rest.in int. Tiraq.in tr.sess.cauſ.limit.12.n.1.9.& 10. Montan.in tr. de iur.tut.& cur.at.c.15.n.36.*

Matrem itaq; possessorum bonorum N;excludere N;& si feudi dominus,& superior esset,dicendum videbatur.

Nec obstat, quod pupillus in præsentia 110
persona, in dignitate constituta sit. Nam & mater personarum illustrium,omnibus agnatis,& multo magis à Iudice datis,in tutela filij sui impuberis.præfertur. *Schrad. in tr.feud.p. 10.sect.19.n.28.Rol. à Valle conf.18.n.53.& 54. lib.2.Burs.conf.147.n.3 lib.2.*

Sic quoq; non facesit negocium,quod hic 111
de tutela tali, in qua bona feudalia,simul administranda sint,agatur.Nam mater sua prærogatiua fruitur, respectu quoque bonorum feudal. Vti in indiuiduo docuit *Schrader.in tr. feud.d.p.10.sect.19.n.25.*

Sic quoq; non iuuat,etsi dixeris,hoc pacto, 112
alterum quoq; N;à tutela excluſum iri. Nam in dictionibus alterius illius N; viuunt iure Saxonico.SecundumSaxonum ius autem certum est,quod quæ de tutela matris,iure communi Romano,scripta reperiuntur, in terris iure Saxonum viuentibus,sint exposa.*gl.German.art.11. Landr. lib.1.& Zobell.in addit. art.23. inc.nota ex hoc textu Landr. lib.1.*

Nec obstat,quod Schrad.hanc glossæ Iuris Saxonici traditionem ex Zobelio falsam esse iudicet Schrad.d.sect.19.n.30.

Nam nihil tale apud Zobelium reperire potui,& præterea memini,opinione glossæ Iuris Saxonici,paucis retrò annis,in contradictorio iudicio, iudicatum fuisse. Amplectamur itaq; & nos,opinionem hanc,vtpote, quæ obseruantiam comitem habet.

SEXTÒ concludunt quoq; Iuris Interpre- 113
tes: quod tutor rebus certæ villæ inutiliter planè detur. *Br.in l.certarum.n.2.ff.de test.tut. Ias. in addit.ad Porc.Inst.qui testam.tut.dar. poss.in pr.in addit.sub lit.D.Ang.Aret.in §.certæ.n.2.v.& dicit.Iac. Inst.cod.sit.Montan.in tr.de iur.tutel.c.10.n.43.*

Non itaq; N. pupillo, possessori bonorum N;tutorem rectè dare poterit.Cum hunc dare non possit, nisi ratione certorum bonorum,veluti bonorum N.

Nec obstat alteri illi N; etiamsi dixeris; 114
quod iure nouissimo Authenticorum differentia inter cognatos & agnatos,etiam tutelarum respectu, & intuitu abolita sit. *text. ad literam in Auth.sicut.C.de legit.tut.*

Nam ne sic quidem alterum illum N;à tutela remouere poteris. Nam etsi pupillo auus adhuc maternus sit: habeat item ille cognatos dignitate illustres: non tamen hi,in tutelæ administratione, altero illo N. potiores erunt. Cogitandum enim est in loco originis, & domicilij pupilli,homines, iure Saxonum, vti diximus, regi. Iam verò, Iuris Saxonici 115
sanctiones expresse habent:quod illud discrimen,quod olim inter agnatos,& cognatos,in decernenda tutela legitima obseruabatur,etiamnum obseruandum sit.*d. art.23. Landr.lib. 1.& in Weichb.art.49.autor differ.sur.cus. & Sax. lib.1.differ.15.& lib.2.diff.43.*

Non obstat itaq; obiectio hæc.

RATIO-

RATIONES DECIDENDI QVÆSTIONIS II.

VErùm ista hæc omnia, missa iam faciamus. Si enim veritatem adamauerimus, statuendum omninò erit, tutelam alterius illius N; ad illa vsq; bona, quæ N, sunt, extendi non posse. Idq; propterea:

116 Nam PRIMÒ: iuris est peruulgati: quod vbi non adest tutor testamento datus: nec adsunt mater, & auia, tutelæ onus subire paratæ: prætò item non sunt agnati, ius succedendi in feudum habentes: ibi tutor legitimus vasalli impuberis, sit dominus feudi *Ioh.Fab.Inst.de legit.patron. tut.n. 1. Mariu.Frecc. in tr.de subfeud. lib. 2. §. Tricesima nona autoritas est. fol.294.n.1.Schrad.in tr.feud.p.10.sect.19.n.68.*

Atenim hîc nulli adsunt tutores, testamento dati, nulla adest mater, vel auia, pupilli tutelam suscipere volens; nulli adsunt agnati: certum item est, ad N. solùm, ratione bonorum N; ius vasallagij, & Superioritatis pertinere.

Quem itaq; alium tutorem, bonorum N. intuitu, quàm hunc N. feudi dominum, & superiorem, pupillo huic assignabimus?

117 Nec obstant, quod attamen bona N; subfeudum sint: In administratione tutelæ enim, Dominus feudi immediatus, domino feudi mediato, omninò præfertur, eumq; excludit. *Frecc.d. §.tricesima nona autoritas.n. 2. & 3.Schrader.in tr.feud.p.10.sect.2.n. 56. & sect. 19. n.71.vers.si tamen vasallus.*

118 SECVNDÒ: apertissimi quoq; Iuris est: quod ad eum, qui nec tutor testamento datus: nec mater, nec auia, nec proauia: nec item agnatus, vel cognatus, nec dominus feudi, vel iudex ordinarius pupilli est; nunquam vel ipsius tutelæ administratio, vel tutoris datio spectare queat.

Idq; per argumentum à sufficienti partium enumeratione, quod in iure validum & frequens est. *Euer.in top.an loc.a part.enum. nu.1. cum similib.antehac m id addutis.*

Sed hæc omnia, de altero illo N. dici nequeunt. Non enim pupilli dominus feudi, nec superior est. Cum de hisce omnibus, adhuc inter eos lis sit:

119 Consequatur itaq; oportet, alterum illum N; ipsummet tutelam suscipere, aut alium tutorem dare non posse. Ob remotionem enim omnium specierum, sub genere comprehensarum, remouetur quoq; genus. *fac. trad.Euer.in loc. à genere ad species.n.2.*

120 At esto TERTIÒ, dicamus, extra controuersiam positum esse, quod tàm ius vasallagij, quàm superioritatis, ad alterum illum N. spectet: non tamen hinc euincetur, eum propterea respectu bonorum N. de quibus lis est, vel ipsum tutorem esse, vel alium tutorem dare posse. Sed etiam hoc casu, alter ille N; tutor esset, respectu bonorum, ditioni suæ subiectorum, N. verò ratione eorum bonorum, quæ pupillus ab ipso in feudum recognoscit. Propterea quod iuris constituti sit, quod vasalli, plura feuda, à diuersis dominis habentis, quilibet dominorum, ratione sui feudi, tutor sit. Vti in indiuiduo tradidit *Schrad.in d.tr.feud.p. 10.sect.19.nu.71. vers. & per hæc per l.3.§.si duo.ff.de legit. tutor. l. pupillo. ff.de tut.& curat.dat.ab his l.Iuriperitos. §. cumo sinundus.ff.de excusat.tut.Roman.cons. 250.n.2.*

Vel quilibet ratione eius feudi, quod à se 121
tenet vasallus, illi tutorem constituit. *Schrad. d.sect.19.n.91.*

Etenim vasallus, qui de duobus feudis, per 122
duos feudi dominos inuestitur, perinde ac duplex persona habetur: inq; eo est, vt de illo, ceu de duobus, diuersa feuda possidentibus, iudicetur. *Vt in specie decidunt Euer in top. in loc.à tanquam.n.29. vers.trigesimo quarto Schenck c.1.n.5.quot test.sint necess.*

QVARTÒ: at fac iterum, hæc omnia, alteri illi N; obstaculum nullum præbere: nihilò tamen magis ad tutelam hanc, recte accedere poterit. Cum vltra centies mille pupillo debeat.

Cum item iuris sit apertissimi: quod de- 123
bitor, vel creditor sui creditoris, vel debitoris tutor, iure quo hodiè vtimur, esse nequeat. *gl.in l.pater.ff. de procurator. auth. minores debitor.& ibi Br.nu.1. & DD. C. qui dat.aut. vel curat. poss.Sylu.Aldobr. §. item propter.nu.13.Inst. de excus. tut.Tiraq.in tr.de iud.in reb.exig.vers. 33. el.1. Aut. Piag.in tr.de tut.& curat q.2.n.13. Affl.decis.13.n. 15.Boer.in consuet. Biturr. tit.de statu pers. §. 6.gl.2. ad fin.Cottan.in memor. v. fideiussor el.3. Cald.in l.si curatorem.§.fine curatore.n.105.vers.in quam. C. de rest.in integ.Paul.Mont.in tr.de tut.tutel. & curat. c. 4. nu. 37.*

QVINTÒ: certò quoq; illud constat: quod 124
eo casu, cum vasallus impubes, duplicis generis bona, feudalia nempè, & allodialia possideat: dominus feudi tutor quidem sit, sed non totorum bonorum, sed feudalium tantùm. Nam allodialium bonorum administratio, hoc casu eorum erit, qui vasallo impuberi, sanguine iuncti sunt, & ad quos successionis emolumentum pertinet: nec distinguitur, an cognati, an verò agnati, hi fuerint. *Schrader. in indiuiduo tr.feud.p. 10.sect.19.n.7. per iura & autoritates ibidem ab eo adductas.*

Allodialium itaq; bonorum administratio, matris, aui materni, vel aliorum pupilli cognatorum, non autem alterius illius N. ad summum erit.

RESOLVTIO
CONTRARIORVM
QVÆSTIONIS II.

PORrò ea, quæ in contrarium adducebantur, refelli facile possunt.

PRIMVM enim contrarium, præsuppositis, ex quibus extruebatur caret, atque destituitur.

Negamus etenim, ipsum locum originis pupilli, ad alterum illum N; pertinere: Cum adhuc hac de re litigent.

125 Sublato itaq; fundamento, quicquid desuper extructum est, corruit. *Tomm.g decis. 20. n. 46. decis. 24. n. 14. Harm. Pistor. q. 2 n. 21. in fin. & q. 3 n. 45. lib. 2. Rimin. in l. postumo. n. 538. C. de bon. possess. cont. tab.*

Quod si hæc quoq; controuersia, sopita esset: non tamen in deferenda tutela vasalli, inspiciendum foret, cuius esset locus originis, sed cuius esset feudum. Cuius namque feudum est, eius quoq; erit, tutela vasalli impuberis. *Per ea, quæ sub decisionis ratione prima, & tertia deducebamus.*

Sic quoq; illud, quod prætereà sub hac prima obiectione afferebatur: tutorem nempè simpliciter datum, vniuersum pupilli patrimonium administrare, leuiusculum est.

Negamus N. ius dandi tutorem, alteri illi N; vnquam competisse. Tanto minus itaq; is, qui ab eo dabatur, totum pupilli patrimo-
126 nium administrabit. Quî enim poneretur actus, vbi cessat actum producens potentia? *Cr. au. conf. 78 6. n. 8. vers. consequens.*

127 Non dicam nunc, in textu §. datus Inst. de excus. tutor. de tutore testamentario, non verò datiuo agi. *Vti ex gl. & reliquis Doctoribus ibidem videre est.*

Quare is ipse textus, à nostro casu, alienus plane est.

Nam de tutore datiuo prospiciunt iura: quod pupillo Perusij orto, Florentiæ habitanti, & in Venetiarum ditione bona possidenti, rectè detur tutor à iudice Perusino, Flo-
128 rentino, & Veneto. Idq; ratione diuersorum bonorum, quæ in diuersis territorijs possidet. *Bart. in l. pupillo. nu. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Practi. Pap. in for. lib. quo ag. ad redd. rat. tut. v. eidem Iacobo. n. 2. & 3. & ibi Masuer. in addit. Cauale. in tr. de tut. & cur. n. 281. Cr. au. conf. 30. sub n. 1. v. quarto.*

Taceam item, Doctores, quorum autoritas, ceu nostræ decisioni aduersa, allegabatur non agere, de tutela feudi ratione subeunda.

Quare eorum quoq; doctrina ad feuda vsq; extendenda non erit.

129 Nam cum feudorum ratione, peculiarem iuris prouisionem habeamus: quemlibet nempè feudi Dominum, ratione sui feudi, vel ipsorum et tutorem esse: vel tutorem dare. *Vti hoc positum multis in id adductis comprobat Schr. d. tr. feud. d. p. 19. n. 63.*

Consequatur oportet, per specialem hanc 130 iuris dispositionem, generica illi, Doctorum traditioni derogari. In toto enim iure generi per speciem derogatur. *c. generi de R. I. lib. 6. l. in toto. ff. eod. tit. cum similibus.*

Sed & in specie, quod Dominus feudi, non 131 verò ille iudex, sub quo domicilium habet vasallus impubes, vel ipse tutor sit, vel alium in locum sui tutorem, ad feuda quod attinet, det, decidit *Schrad. in d. tr. feud. d. p. 10. sect. 19. n. 85.*

Ad SECVNDVM deinde aduersariorum 132 argumentum respondetur: nondum adhuc constare, alterum illum N; pupilli vel superiorem, vel dominum feudi esse. Incumbere itaq; alteri illi N; vt, quod asseuerat, ante omnia probet. Qualitatem enim, quæ fundamentum suæ intentionis est, quemq; probare oportet. *l. penult. §. docere. ff. ne quis eum. qui. l. si quæramus. ff. de testam. l. quidam referunt. ff. de iur. codic. l. ait Prætor. § docere. ff. pi lon. rapt. l. non ignoret. C. qui accus. non poss. Alex. conf. 3. col. 2. vers. est etiam alius lib. 2. Dec. conf. 356. n. 4. Natta cons. 436. n. 6. Ant. Gal. Maln. conf. 91. n. 10. & 68. vol. 1.*

Et quamuis de qualitate hac, ambigendum vlterius non esset, liberum tamen argumentum hoc, à fallacia, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter non esset.

Eiusmodi argumentationes autem, vi- 133
tiosæ sunt. *Euer. in præamb. top. n. 24. ad fin. ferè. Caras. mistell. lib. 3. c. 19. n. 8. Pece. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 25. n. 4. vers. porrò. Tomng. decis. 26. n. 33. Molm. in l. 1. §. si quis simpliciter. n. 67. ff. de verb. oblig. & l. 2 in pr. n. 13. ff. eod. tit. Cacher. decis. 170. n. 1.*

Illud enim axioma, quòd vult: feudi do- 134
minum, qui simul superioritatem in vasallum habet, tutorem vel esse, vel dare, non solùm feudalium, verumetiam allodialium bonorum respectu, eatenus tantum verum est, quatenus nimirum ab isto domino feudi solo, & prætereà à nemine, feuda aliqua vasallus recognoscit. Quod si à pluribus diuersis dominis feuda recognouerit, aliud dicendum erit, quemq; nempè dominorum, sui feudi ratione, vel tutorem esse, vel tutorem dare. *Quæ de re superius iam fides facta est.*

Deinde astringitur quoq; axioma hoc respectu bonorum allodialium. In allodialibus enim, potiores sunt illi, qui pupillo sanguine iuncti sunt. Horû enim in allodialibus tutela erit. *Quæ de re supra tertia decisionis ratio videatur.*

Et etiamsi traditio hæc, indiscriminatim vera esset, non tamen N. quicquam officeret:

Nam vt paulò post fides fiet, alter ille N. autoritate propria, & antequâ illi tutela per iudicem decerneretur, pupilli tutelam subijt.

Iam verò iuris est notissimi: quod locum 135
habeat præuentio, inter plures iudices, quibus tutorem dare competit. *Ita post Dyn. Cynus ad l. 1. n. 1. vers. sed iuxtà. & DD. C. vbi pet. tut. Practi. Pap. in for. libell. quo agit. ad redd. rat. tut. v. & eidem Iacobo. n. 2.*

Putarim

Putarim itaq; alterum illum N; præueniri poſſe, ſi N; implorante eius opem, matre pupilli, tutelam ſibi per Iudicem deferri petijſſet, & reliqua tutoribus incumbentia præſtitiſſet, priùs quàm, ad illa alter ille N; animaduerteret. Ceterum momenti quoq; alicuius, illud non eſt: quod de dubio litis euentu afferebatur. Nam illud, ex parte pupilli, facilè quoq; concedendum erit.

136 Indè enim fiet, vt, quemadmodum falſum eſt: pupillus petit, vt pronuncietur á Superioritate N. liber. Ergò ita pronunciabitur: ita quoq; falſum ſit: N. petit ſe declarari ſuperiorem: Ergo ſuperior declarabitur. Sed in eo conſiſtit res tota, quod de futuris contingentibus, prius non iudicet Eccleſia, quàm euenianr. *Lin lege, & l. Rutilia Polla. ff. de contr. emt. Decian. conſ. 123. n. 4. vol. 3. Surd. in tr. de alim. tit. 8. princ. 1 n. 7. Iaſon l. Stych. qui meus. n. 2. ff. de legat. 1.*

137 Quod item, lite pendente, nil innouari debeat *tot. tit. ext. vt lit. pendent. nec non in lib. 6 decret. & in Clement. & Herod. in tr. de attent. 1. 2 n. 9. c. 3. n. 1. & alibi paſſim. Robert. Lanid. in tr. de attent. c. 4. n. 295. & ſeqq. Arn. de Reyer. diſp. 12. th. ſ. 3.*

138 Id quod, multò magis procedit hic, propterea; quod pupillus, intentionem vt vocat fundatam iam habeat. Quilibet enim liber, & haudquaquam alterius, præter Imperatoris, qui quo ad Iurisdictionem totius mundi Dominus (*l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcr. cum ſimilib.*) ſubditus naſcitur. *arg. c. præterea. Al. 2. ext. de tranſactionib.*

139 Sed & quælibet res, allodialis potiùs, quàm feudalis præſumitur. Vt vel ſexcenti, à *Maſc. comportati in tr. de probat. concl 79. n. 5. concordia ſuffragio concludunt Maſc. turſus d. tr. concl. 766. n. 2. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 3. præſumt. 91. n. 1.*

140 Præterea in dubio, etiamſi probationes vtrinq; pares fuerint, pro libertate ſcitentia ferenda eſt. *c. ex literis, ext. de probat. l. antepen. ff. de manum l. inter pares. ff. de re iud. l. liber. ff. de reg. iud.*

141 Non officit quoq; iſtud, quod pro principe præſumendum ſit. Nam præſumtio hæc ſuis limitibus includenda erit. Ideoq; eam, de Principe, ex certa ſcientia reſcribente, non autem in iudicio comparente, intelligemus. Quippè in iudicialibus illa hæc præſumtio ceſſat. Ibi namq; ſecundum acta, & probata pronunciandum, & perſonarum acceptio habenda non eſt. *c. in iudiciis de reg. Iur. lib. 6. Aldobr. Inſt. de iuſt. & iur. in pr. n. 4.*

142 Accedat adhæc, quod ipſe quoq; pupillus, eadem præſumtione, ſeſe meritò tueatur.

Eſt enim perſona, in illuſtri dignitate conſtituta. Principis autem appellatione, etiam Comites, & reliquæ perſonæ, in dignitate illuſtri poſitæ, comprehenduntur. *arg. gl. Clement. 1. v. Regum. de baptiſm. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. Princeps Pedemontium Boſſ. in tr. de Principe n. 1. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 174. n. 2. fac. trad. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 1. nu. 28. Cardm. Pariſ. conſ. 141. n. 29. lib. 4.*

Tertio loco, illud ceu contrarium proferebatur: quod bona N; minima eſſent portio, ſi ad reliqua pupilli bona reſpexeris? quod itaq; N; á tutela huius pupilli, excluderetur. Cum á potiori denominatio facienda ſit: minima item, in conſideratione haberi non ſoleant.

Verùm ad id reſpondetur, quod regula 143
hæc, á potiori denominationem faciendam eſſe, á noſtro caſu aliena planè ſit. Etenim illa regula, eſt regula mixtorum, & compoſitorum: & tunc ſolummodò locum ſibi vendicat, cum plures res ita commiſcentur, atque vniuntur, vt iam vnùm corpus eſſe, apparеant. Ibi enim á potiori, plures hæ res commiſtæ atq; vnitæ, nomen fortiuntur. *Ita Iaſ. in l. imperium. n. 3. per ill. text. ibi Vallas. ex n. 4. Longoual. n. 60. & DD. ff. de iuriſd. om. iudic.*

Enimuero hîc bona, ab inuicem, ſeparata, & diuerſa planè ſunt.

Sic quoque altera illa regula: minima in 144
conſideratione non haberi, vniuerſaliter vera non eſt: ſed ſunt multi, varijq; caſus, in quibus etiam minima in conſideratione veniunt. *Quorum 57. congeſſit Tiraq. in tr. de iud. in reb. exig.*

Quid itaq;, ſuper hanc regulam extruxeris? Et præterea negatur, bona N; minimam eſſe, bonorum pupilli partem. Ad minimum enim hæc bona, N millia valent. Huius autem valoris res, minimæ haudquaquam dici poſſunt.

Exemplo eius quod de dote mille floreno- 145
rum ſcribitur, eam re, & effectu magnam eſſe. *Boer. in conſuet. Biturg. tit. de conſuet. matrim. §. 5. gl. vnic. col. 2. in fin Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 4. n. 27. & rubr. 7. §. 12. gl. 6 n. 8. Burſat. conſ. 223. n. 18. Ceph. conſ. 668. n. 25. vol. 5.*

Et alibi habetur, maximam eſſe dotem, 146
quæ quinquaginta millibus æris conſtat. *Valer. Maxim lib. 4. c. 4. Alex. de Alex. genial. dier. lib. 4. c. 4. circa med.*

Quæ tamen, ſummam 5000. millium Co- 147
ronatorum tantum exæquat, ex *Cosman ſupputatione comment. ſur lib. 8. c. 8. n. 3.*

Non dicam nunc, opus non eſſe, vt hæc bo- 148
na, cum reliquo pupilli patrimonio conferantur. Separata enim hæc ſunt, alterius Domini feuda. Quî itaq; hæc bona, pro re minima recenſebimus, cum ea ſeparatim conſiderare oporteat? Cum item omnis ſuperlatiuus præſupponat ſuum comparatiuum, & poſitiuum. *arg. eor. quæ trad. Euer. in top. in loc. à vi compar. n. 1. Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 1. n. 233. Ad finem ferè. Tiraq. in tr. le mort. p. 1. declar 7. n. 2.*

Sed & collatio, niſi inter plura, inſtitui non 149
poteſt. *Salyc. in l. matrem. n. 11. C. ad l. Corn. de ſ. l. Euer. in d. loc. à vi compar. n. 5.*

Quod deinde Quarto loco de antichriſi adducebatur, reſoluitur per id: quod antichriſis ſit ſpecies pigneris. *Cuiac. obſ. lib. 3. c. 35. Bonch. in tr. de vſur. c. 6. n. 2.*

Quod cum ita sit, rectè iam inferemus, illos à B. in considerationem non venire.

Non enim Domini, non possessores, bonorum N; sed nudi tantùm detentatores, eorundem, per antichrisin effecti sunt.

150 Etenim pignus, & Dominium concurrere nequeunt. *l. neq; pignus. ff. de reg. Iur. Mozz. in tr. de contr. Rubr. de reb. quæ pign. dar. poss. n. 32.*

151 Quinimò per pignoris, vel hypothecæ constitutionem, nulla celebrata creditur alienatio. *Mozz. d. tr. de contr. Rubr. de accidental. pignor. n. 21.*

152 Atq; his non refragantur, duo illi, in contrarium adducti textus. *veluti l. per retentionem, & l pignoribus. C. de vsur.*

Loquuntur enim solùm de rerentione pigneris vel antichriseos. Inter rerentionem vel detentionem autem, & possessionem, ingens est discrimen, *l. Celsus in pr. in v. nam si à nullo possidentur ff. ad exhib. Iafan l. idem possidere. §. qui ad mundinas. n 71. ff. de acquir. poss.*

Sed & anni, antichrisi dicti, citiùs longè finiuntur, quàm in sui tutelam perueniat pupillus.

Impediuntur itaq;, etiam hac ratione B; quo minus ad tutelæ administrationem accedant.

153 Ex tempore enim tutor legitimus, vel datiuus dari nequit. *l. actus legitimi. ff. de Reg. Iur. gl. §. ad certum. ibi Iob. Fab. Ioh. de Plat. Ang. Aret. Porc. Sylvest. Aldobrand. n. 18. Inst. qui test. tut. dar. poss.*

Dehinc facile quoque refutantur eæ, quæ QVINTO loco de matre pupilli adducebantur.

154 Nam etsi matrem, secundum iuris Cæsarei præscriptum, datiuo, & legitimo tutori præferri, longe sit certissimum: Cogitandum tamen illud erit: quod matris tutela sit spontanea, & libera, quam suscipere, vel recusare, matri integrum est. *Auth. matri, & auiæ ponderando verb. permittimus. C. quand. mul. tut. off. sung. poss. Schrad. in tr. feud. p. 10 sect. 19. n. 27. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 15. n. 8. Dec. cons. 16. n. 2. 3. 4. & 5.*

Iam verò hic, mater nunquam adhuc sese declarauit, se filij pupilli, tutelam subituram.

Quinimò matrem hoc nolle, vel ex eo apparet, quod auus maternus, se tutelam suscepturum, ad N; præscripserit.

Nam auo hæc materno, si mater ipsa tutelam ambiret, competere non potuisset.

155 Non enim mater excluditur, à tutela filij sui, nisi à masculo, qui æquè proximus pupillo est, ac ipsa mater: quodq; consequens est auo, vtpote in secundo gradu, lineæ ascendentis constituto, *§. secundo gradu Inst. de grad. cognat. I. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradib. affin.*

156 Omninò præfertur. *Br. d. Auth. matri & auiæ. n. 6. & seqq. & ibi Salyc. n. 4. & 5. C. quand. mul. tut. off. sung. poss. Br. in l. si quis sub conditione. n. 8. & 9. ff. de testam. tut. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæst. c. 150. n. 38. & seqq.*

Accedit adhæc quod quælibet mater opus habeat, renunciare secundis nuptijs, priusquam ad tutelam impuberis filij admittatur. *Br. in d. Auth. matri & auiæ. nu. 11. C. quand. mul. tut. off. sung. poss. Boër. dec. if. 124. nu. 9. & 10. Molin. in consuet. Paris. §. 56. gl. 1. n. 30. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. s. 13. n. 52. Alex. cons. 103. nu. 13. volum. 2.* 157

Quapropter multòminus tutelam in se 158
suscepturam, matrem hic pupilli, verosimile est. Est enim iuuencula, & quæ vix per biennium, cum patre pupilli, in coniugio vixerat. Consilium autem de nubendo, matrem à tutela repellit, etiamsi adhuc bigamia secuta non fuerit. *tradente in iuduuduo Br. in d. Auth. matri & auiæ. n. 11.*

Sed & exceptione hac vtens, alter ille N; 159
aduersus N; audiendus non foret.

Excipit enim hac ratione de iure tertij. Tertij autem Ius opponi nequit. *l. his consequenter. §. 1. ff. fam. herciscæ. Crau. cons. 774. n. 7. vers. æquè de iure.*

Maximè cum idipsum Ius, à tertij volun- 160
tate plane dependet; ttarq;, caditq;. *l. 2. nunc. ibi gl. ff. si ag. vect. vel Emphyt. per l. 2. ibi Iaf. notab. 5. C. de iur. Emphyt. Crau. cons. 748. n. 21.*

Deniq; leuiusculum quoq; illud est, quod 161
SEXTO opponebatur. Nam etsi non inficiemur, tutelam N; vltra bona N; porrigi non posse: non tamen propterea consequitur, de hac tutela, & illa qua quis tutor, ad res certæ villæ datur, idem esse iudicium. Villa enim locus est sine muris, & sine vallo. *gl. & Br. in l. si heres. §. vicis ff. de legat. 1.*

Hic autem certa bonorum vniuersitas est.

Quare hunc quoq; tutorem, illi assimula- 162
binus, qui certæ alicui rerum vniuersitati præficitur. Certum autem est, quod valeat tutoris datio, qua tutor, datur vniuersitati alicui, puta rebus Syriacis, Africanis, Italicis, prouincialibus. *text. ad literam in l. si tamen. ff. de testam. tut.*

Nec obstat, quod personæ non rebus detur 163
tutor; quod item ad certam rem tutor dari nequeat. *§. ad certum Inst. qui test. tut. dar. poss. cum similib.*

Hoc enim, si iuris subtilitates curamus, verum est: sed alio iure vtimur: nimirum quo licet certæ rerum vniuersitati, certum tutorem præficere. *Vlp. in d. l. si tamen: ponderando verba: & hoc ire vtimur. ff. de test. tut. Br. in l. certarum. n. 1. & 2. ff. eod. tut. Montan. in tr. de iur. tut. & curat. c. 10. n. 40. vers. si tamen & seqq. Sylu. Aldobr. d. §. ad certum. n. 28. Inst. qui test. tut. dar. poss.*

Id quod in feudis multomagis verum est. Prosperarent enim iura feudalia, quod quilibet Dominus feudi ratione sui feudi, atq; sic rei certæ vel tutor ipse fit, vel tutorem, si ipse noluerit, dare possit. *Quod sapiùs iam comprobatum est.*

Nec

164 Nec obstat id, quod præterea in confirmationem huius, sub sexta hac obiectione adducebatur, vigere nempè etiamnum iure Saxonico, inter agnatos & cognatos differentiam.

Nam id equidem fatendum est, sed secundum quid tantùm, & quatenus contentio fuerit, inter agnatos, & cognatos, & quis eorum in suscipienda tutela, præferri debeat. *Vti hoc satis superq, ipsa textuum iuris Saxonici verba demonstrant.*

Minimè autem, vllam eius casus, cum nulli reliqui sint agnati, sed soli cognati, & Dominus feudi, mentionem faciunt. Quare san-
165 ctiones iuris communis correctoriæ, non extendentur, ad eos casus, quos eorum verba non denotant. *l. quod vero. ff. de ll. c. quæ à iure de R. I. lib. 6. Rol. à Valle conf. 55 n. 13 lib. 1.*

166 Atq; ita in specie de iure Saxonico in scripta locutus est *Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 7. n. 50.*

167 Et consequenter secundum Saxonum quoque iura obtinebit, quod superius, inter rationes decidendi traditum est, quod nimirum eo casu, vbi Dominus feudi adest: adsunt item cognati pupilli: ibi tutela bonorum feudalium, pertineat ad feudi dominum: tutela verò allodialium ad cognatos pupilli spectet.

III. QVÆSTIO.

AD Tertiam Quæstionem sic respondeo: cum non solùm superioritati alterius illius N; verumetiam iuri vasallagij eiusdem, contradicatur: is item pernagnam quantitatem pupillo persoluere teneatur, præter impedimenta reliqua, de quibus hucusq; egimus illum nullo modo ad inuentarij conscriptionem, accedere posse, aut debere.

168 Non enim omnium inuidiæ, patere debent diuitiæ pupilli, vel paupertatis è diuerso vilitas, cuiuis palàm fieri. *l. 2. C. quando & quib. quart. pars lib. 10. gl. 8. item Seruiana Inst. de act. Iaf. in l. item quia. n. 14 ff. de pact. Iaf. in l. si fideiussor. 8. si fatidatum. nu. 28. ff. qui fatid. cog. Cæs. Cont. in l. diffamari. c. 2. nu. 135. C. de ing. manum.*

169 Et destructo antecedente, quod est tutorium, destructur consequens, quod est inuentarij confectio. *Euer. in top. in l. à destr. anteced. ad destruct. consequ. in pr. Pistor. q. 38. n. 59 lib. 2. Cacher. decis. 35. nu. 2.*

170 Nec obstat, quod attamen alter ille N; si non vt tutor, ad minimum attamen pro tutore, inuentarij conscriptionem aggredi possit. Quasi tutor enim vel pro tutore omnis is est, qui munere tutoris fungitur, in re impuberis, siue se putet tutorem: siue scit non esse, fingit tamen esse. *l. 1. 8. pro tutore. ff. de eo, qui pro tut. vel curat. neg. gest. Paul. Mohtan. in tr. de tut. sqtel. & curat. c. 39. n. 25.*

Quasi tutor item, eandem fidem, & dili- 171
gentiam præstare tenetur, quam verè tutor. *l. qui pro tutore. ff. cod. & l. 1. C. eod. Monitan. d. c. 39. num. 24.*

Verum autem tutorem ad inuentarij con- 172
fectionem teneri, incogniti Iuris non est. *l. tutor qui repertorium. & ibi Interpp. communiter. ff. de admin. tut. cum simil.* *

Nam hoc, resolutione hac, diluemus, quod 173
totus titulus in Digestis, & Codice, de eo, qui pro tutore, vel curatore negocia gessit, illud solummodò doceant; qua nempe actione, aduersus hunc fictum, fucatumq; tutorem, qui iam gesserat hoc nomine, negocia pupilli, cum effectu experiatur pupillus. Deciditurq; pro tutelæ actione experiundum esse. Ratio decisionis illa est: quia eandem fidem, & diligentiam, quam verus tutor præstare obstrictus est. Interim, nihil ibi habetur, de illo subiecto, cum aduersus eum, qui tutorem se simulat, antequam administrare incipiat, comparuerit legitimus contradictor, & ostenderit, ad illum, tutelam neutiquam pertinere posse. Quin enim tunc cedere cogatur is, qui pro quasi tutore se gerere inceperat, dubium non est. Ita ex prima quoq; illorum titulorum inspectione, quantumuis superficiali, cuiq; constare posse arbitramur. Cum primis verò si ponderetur in id v. gesit: quod est temporis præteriti. Alioqui enim latissima aperiretur fenestra omnibus, in res pupillares grassandi. Quod dicere perquam absurdum est.

In omni autem omninò interpretatione, 174
id maximè cauendum est, ne hinc absurdi quid consequatur. *Euer. in top. m l. ab absurdo. n. 1. cum simil. antea in id adducta.*

Et insuper alter ille N; debitor quoq; pupilli est.

Non itaq; id, quod de quasi tutore, in iure 175
prouisum extat, ad quasi tutorem, qui debitor pupilli simul est, transferamus. Sed potius dicere conuenit; quod debitor, nec quasi tutor quidem pupilli esse possit. Idq; per argumentum à tutore, ad quasi tutorem, seu eum, qui pro tutore se gessit, deducitur: quod in iure validum, & frequens est. Ad exemplum eius, quod à contractibus, ad quasi contractus argumenta ducta, valida, atq; frequentia esse, traditur. *Euer. in top. in loc. à contr. ad q. contr. n. 1. Cacheran. decis. 62 n. 15.*

Quid verò de solennitatibus, quæ in id, vt 176
recte, riteq; tutelam subeamus, necessariæ sunt, quarumq; nulla ex parte, alterius illius N. apparet, dicemus?

Nam Primò desiderant quoq; iura quod 177
nullus tutor, siue is testamento datus fuerit, siue lege eidem deferatur tutela, siue deniq; à iudice datus sit, propria autoritate, administrationem rerum pupillarium subire possit, nisi illi, idipsum petenti, à Iudice prius decreta;

decreta, atq; commissa fuerit. Vt patet ex innumeris illis, quos in id congessit *Schrad. in tr. feud. p. 1. o. sect. 20. n. 92.*

177 Et hoc vsq; adeò verum est, vt etiam feudi dominus, administrationem sibi à Superiori suo decerni, petere habeat necesse: quodq; dominus feudi, absq; iudicis decreto, res pupillares administrans, nihil planè agat. tradente *eod. Schrad. d. sect. 20. n. 96.*

178 SED VNDÒ eadem requirunt; quod omnes omnium ordinum tutores, antè iuratò promittere debent, defensum à se iri pupillos, seq; vtilia facturum & curaturum, inutilia verò sedulò euitare velle. Vti hanc receptissimam esse sententiam, rursus ex *Schrad.* * *& infinitis ab eo coacervatis autoritatibus apparet. in d. tr. feud. p. 1. o. sect. 20. n. 233. & n. 253.*

179 Sed nec ab hac promissione, & quidem iurata, rex, dux, vel Princeps immunis est. *Ruin. cons. 29. n. 10. lib. 5. Curt. Sen. cons. 66. nu. 16. Schrad. d. sect. 20. n. 236.*

180 TERTIÒ, oportet quoq;, vt satisdet, rem pupilli saluam fore. *per trad. Schrad. in d. tr. feud. p. 1. o. sect. 20 n. 288.*

181 Cui rursus satisdationi, tutores, & curatores, illustrium personarum quoq; subiacent. *l. 1. vers. ceterum. C. de tut. & curat. illust. person. Schrad. d. p. 1. o. sect. 20. n. 295.*

182 Quod cum ita sit, reliquum illud tantùm fit, alterum illum N; ob defectum harum solennitatum, ab inuentarij conscriptione, arcendum esse. Tutor enim, non nisi superius enumeratis peractis, se pro tutore gerere: sed nec administrare quicquam: sed nec conuenire, vel conueniri, vt tutor potest. *Boguin. Canalc. in tr. de tut. & curat. n. 23. Laur. Temnin. in tr. cautel. caut. 127. n. 1.*

Atq; ita in specie, quod ante omnia interuenire debeat, iudicis decretum, priusquam quicquam administret tutor, quodq; consequens est, inuentarium conscribat, quo administratio eidem decernatur, ostendit. *text. in l. vlt. C. de magistr. conuen. decidunt. q. Canalc. in tr. de tut. & curat. d. n. 23. Riag. in tr. de tut. & curat. q. 7. n. 1. & 2. Paul. Montan. in tr. de iur. tut. & cur. c. 32. reg. 1. n. 1. Steph. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 63.*

Videamus itaq; nunc, an, & quantum Inuentarij conscriptio, ad N. pertinere possit.

Sed & hîc, ab initio, dicendum videbatur, N. non nisi ratione bonorum N; inuentationem rectè aggressurum.

Obstat enim N. quoq;, illa regula, quæ habet: diuitias pupilli, inuidiæ omnium, patere non debere: licuti nec paupertatis vilitas omnibus detegi debet.

183 Et præterea, non nisi certo, limitatoque modo, tutela ad N. spectare potest: limitata itaq; quoq; eius inuentatio erit: Limitata enim causa limitatum producit effectum. *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 19. gl. 2. n. 19. & §. 32. gl. vnic. n. 49. Pinel. l. 1. p. 3. n. 50. C. de bon. matern. lab. de Arnon. caut. 88. Turz. an. com. opin. 2. ad fin. ferè.*

Et talia sunt prædicta, qualia à subiectis 184 esse permittuntur. *l. legatorum. §. quæ plures, & l. vlt. §. 1. ff. de legat. 2 Rayn. de Forlu. ad l. vnic. n. 23. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof.*

Sed nec tutor, ad certam rerum vniuersi- 185 tatem datus, veluti Syriacis, Africanis, Prouincialibus, Italicis &c. aliis rebus se immiscere, aut, super his inuentarium conscribere potest. *mg. d. l. si tamen. ff. de testam. tut.*

Sed & sæpius iam inculcauimus: quod vbi duplicis genetis bona, feudalia nempe, & allodialia pupillo sunt: ibi feudalium tantummodò administratio ad dominum feudi: allodialium verò, ad sanguine pupillo iunctos, pertineat.

Cum attamen hîc, res plærasq; in inuentario describendæ, ad allodialia pertineant.

Sed licet hæc, pondus aliquod habere videantur: pœnitiùs tamen consideranti mihi, etiam ista hæc, ne flocci quidem pendenda: sed e diuerso omnino decidendum esse, visum est: quod totius Inuentarij confectioni, N. interesse debeat.

Nam hoc longè est certissimum: quod plæraque instrumenta literaria, ad bona N. pertinentia N. fuerint translata, eo tempore, cum iuxta antichristicos contractum, bona N. à B. occupata fuerant: quod item translatio hæc à parente pupilli, non eo animo fuerit facta, quod hæc instrumenta literaria, perpetuò inibi remanerent, sed vt finitis antichristis annis, in bona N. reportarentur rursus.

Ita enim secundum Ius fieri decebat. 186

Cum vt inuestiturarum literæ, in illo feudo asseruentur, ad quod pertinent, longe sit conuenientissimum, *arg. §. quibus. C. de nou. Cod. fac. & l. 2. §. igitur prima. C. de vet. iur. enucl.*

Minimè verò extra domini feudi territo- 187 rium, exportandæ sunt, vt ibi maneant. Iurat enim vasallus, per se non futurum esse, quo minus id, quod facile est, domino difficilius fiat. *c. 1. de for. fidel. Sonsb. in tr. feud. p. 9. n. 21. Ign. in l. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 20. ff. de S. C. Syll. Schrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 121.*

Quis autem non videt: difficilius Domi- 188 num, ius suum consecuturum, inuestitionum literis, in peregrinas terras deportatis; quàm si in proprio territorio remansissent? Etenim locorum distantiam multa parere incommoda, inter omnes constat. *c. secundò requiris. §. tertiò de appellat. c. cum longè dist. 63. gl. in c. iuxta per ll. text. 93. dist. Tib. Decian. cons. 109. n. 34. volum. 2.*

Ergò secus egissent, ac iubet iuramentum fidelitatis, possessores bonorum N; si ea mente inuestituras, & alia instrumenta bonorum N; in B. reposuissent, vt ibidem perpetuò manerent.

Quod

189 Quod dicere rationis non est. Cum delictum in nemine, tantoq; minus in persona, in illustri dignitate constituta, sit præsumendum. *l. meritò. ff. pro soc. Tas. in l. admonendi. lect. 1. n. 5. ff. de iureur. Turr. an. com. opin. 101. circa med. & opin. 134. Ceph. cons. 76. n. 23. vol. 1.*

Quod cum ita sit, rectè quoq;, apteq; inseremus, loci hic considerationem parui momenti esse: multoq; minus N; vt toti bonorum descriptioni interfit, præpediri posse.

190 Iura enim, & actiones, in nullo loco circumscriptiuè sunt. *l. Gaius. ff. de legat. 2. l. si fidei commissum. § tractatum. ff. de iudic. Tas. § item Seruiana. nu. 42. Inst. de action. Tas. in l. à Diuo Pio. § in vendnione. n. 6. ff. de re iudic. Alc. in l. vlt. n. 80. C. de pact. Tiraq. ad l. si vnquam. v. bona. nu. 9. C. de reuoc. donat.*

191 Nec obstat, quod tamen tabulæ ipsæ inuestitionum, in N. sint. Non enim hic de papyro, vel membrana, sed de iure, hac papyro, vel membrana consignata, agitur. *arg. l. 2. ff. de pact. l. 1. & 3. ff. de lib. leg. at. l. mortui causa capimus. § Titia ff. de mort caus. donat.*

192 Sic quoque videmus, nec ad instrumenta animata quod attinet, locum, in quo reperiuntur, considerari. Si enim quis duos fundos iunctos habet, & ex altero, opere facto, boues in alterum reuerterentur: nihilominus boues ad eum fundum pertinere, in quo opus faciunt, non vbi manent, creduntur. *text. ad literam. in l. cum quidam. & ibi DD. ff. de fund. instr. vel instrum leg.*

193 Neq; verò dubium est, quin tutor secundum dispositionem l. si tamen. ff. de testam. tut. rebus Syriacis datus, his sese immiscere possit, etiamsi in Africa casu aliquo fuerint, dummodò ad vniuersas res Syriacas pertinuerint: quodque consequens est: tutor bonorum N; recte inuentarium conscribit, de rebus in B. repertis, dummodò ex bonorum N. rebus, fuerint.

Nec enim hac in parte locus, vbi res mobilis reperitur, in considerationem venit, sed locus is, ad quem destinata est. *l. debitor. ff. de pignor. l. si chorus. § 1. l. si mihi Mœuia in fin. l. si fundus. l. vxorem. § legauerat. l. cui Romæ. ff. de legat. 3. l. quæsitum. § Papinianus. el. 2. ff. de fund. instr. Crau. cons. 934. nu. 14.*

His autem non obsistunt ea, quæ in contrarium adducebantur. Non enim res pupillares, quatenus ad bona N; non pertinuerint, N. curat: nec secretiora pupilli, perscrutari cupit.

Et ad hæc ex cuiuscunq; instrumenti inscriptione, vel ex eiusdem præfatione, facilè patefiet, an ad bona N. pertineant, nec ne.

Frustra itaq; timemus, ne non N; ea de pupilli rebus reuelentur, quæ eum rescire non oportebat.

Sic quoque nihil est dicere, quod limitata causa, limitatos habeat effectus, & quod subiecta talia sint, qualia esse, à subiectis suis permittuntur.

Cum præsuppositis, quibus hæc regula innitatur, destituamur.

Nam etsi ad inuentationem bonorum pupilli, in B. congregatorum, N. admittatur: non tamen tutelam suam vltra limites suos propterea extendet: non item vltra prædicata sua, eam ob rem subiecta dilatentur.

Ipsum enim nomen, veluti cum dico, tu- 194
tela bonorum N; collectiuum est.

Cum omnia verba, quæ sunt singularia 195
voce, & pluralia intellectu, veluti populus, multitudo, turba, officium, collegium, gens, vniuersitas, agnatio, cognatio, &c. & collectiua. *Bl. in l. vlt. nu. 1. C. de impub. & al. subst. Felin. in c. tapitulum. n. 1. ext. de reser. Tiber. Decian. cons. 17. n. 21. vol. 1.*

Et infinitas res, sub illa collectione com- 196
prehensas includere apta sint. *Tiber. Decianus cons. 17. n. 21. vol. 1.*

Porrò ad id, quod tutor, certæ rerum vniuersitati datus, alijs rebus sese non possit immiscere, nec eas in inuentarium redigere. (Id enim culpa non caret. *c. non est sine culpa. de R. I. lib. 6. l. culpa est. ff. eod. tit. Cacher. decis. 101. nu. 29.*

Nec tantum abs tutela sua, alicui ocium 197
esse potest, alienam vt curet, eamq;, quæ ad se nihil pertineat. *Vt illud Terent. in Heaut. act. 1. scen. 1. huc referamus.)* respondemus per concessionem.

Sed interim pernegamus locum facere, quo minùs bona N; quæ hinc etiam: si vellent possessiones, auelli nequeunt, etiamsi in præsentia B transfata sint, adhuc bona N. manent. Quandoquidem locus hac in parte in considerationem non veniat, *vt ex superius adductis apparet.*

Eadem quoq; ratione concedimus, quod bonorum allodialium tutela, ad sanguine iunctos pupillo spectet: feudalium verò tantummodò Domini feudi sit.

Sed rursus negamus literas inuestitionum, 198
& similia documenta, iura feudalia continentia, rebus allodialibus accenseri posse.

Allodium enim proprium cuiusq; patri- 199
monium est, quod quis à nemine nisi à Deo tenet, atq; recognoscit. *Bl. in c. vn. n. 1. de allod. Bl. c. vnic. § inter filiam. n. 1. & ibi Affl. n. 6. si de feud. fuer. controu. int. Dom. & agnat. Vas. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § . 46. n. 1. Borch. in tr. feud. c. 2. n. 13. Schr. in tr. feud p. 2. c. 2. n. 61.*

Quæ diffinitio, cum literis inuestiturarum, 200
reliquisq; iura feudalia continentibus instrumentis, non conueniat: diffinitum quoq; illis conuenire impossibile ferè erit. *Euer. in top. in loc. à diffin. nu. 1. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 3. nu. 85. Muscorn. in tr. de iurud. n. 28. vers. postremò. Borch. in tr. de feud. c. 1. n. 11.*

Deindè

201 Deindè certò quoque illud conſtat: quod de bonis, & an feudalia, an verò allodialia ſint, potiſsimùm ex eo iudicium faciendum ſit, cui nimirum in ſucceſsione obueniant. Ex effectu enim cognoſcitur eius cauſa. *Euer. in top. in loc. ab eff. n. 2.*

202 Iam verò certum eſt, & experientia quotidiana, teſtem huius rei ſe præbet: quod literæ inueſtiturarum, & alia ad feudum facientia documenta, maneant apud feudi ſucceſſores, non verò ſequantur heredes reliquos.

Conſtat ergò, iſta hæc feudalia, & non allodialia eſſe.

203 Sed & omnia reliqua feudi inſtrumenta, renouare, & reparare vaſallus obſtrictus eſt. Vt ſimul ea cum feudo, domino reſtituat olim. *Schrader. in tr. feud. 2. p. 9. p. ſect. 5. n. 32.*

Multò magis itaque iſta hæc inueſtiturarum, vtpote digniora, & ex quorum tenore, de toto feudo, fit dijudicatio, ſarta tecta tuebuntur, & ob feloniam commiſſam, vel quia ſine maſcula prole deceſſerit Vaſallus, domino reſtituenda, quodq; conſequens eſt, feudalia ſunt.

204 Sic boues, equi, oues, reliquorumque animalium greges, & armenta, nec non ceteræ res mobiles, in fundo, in feudum dato, repertæ, & eius perpetuo vſui deſtinatæ, ſimul in feudum datæ creduntur. *Matth. de Affl. c. 1. § feuendum. nu. 27. de feud. cogn. Andr. de Iſern. c. 1. v. plauſtrorum. nu. 5 8. & ibi Affl. nu. 23. quæ ſint reg. al. Sebrad. in tr. feud. p. 3. c. 4. n. 10. Dec. conſ. 655. nu. 4.*

Amplius itaq; dubitandum non erit, quin inueſtituræ quoq; , in claſſem rerum feudalium referri debeant.

Ceterum non obſtat quoq; obiectio hæc; quod N; etiamſi conſcriptioni Inuentarij non interſit, alterum illum N; iure deindè cogat, ſiquidem pupilli tutelam ſubijiſſet, ad inuentarij editionem faciendam. Ideoque N; nullum hac in parte, iuri cognitum intereſſe, allegare poſſe.

205 Cum minimè controuerſi Inris ſit, quin à domino feudi, cogi vaſallus, ad titulum poſſeſsionis ſuæ, oſtendendum, poſsit. Vt eſt
* communis opinio, de qua atteſtatur *Hartm. Piſtor. q. 46. n. 2. lib. 2. Borch. in tr. feud. c. 8. nu. 117. Sebrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 110. c. 7. n. 18. & 1. p. 9. p. 2. c. 6. n. 21.*

206 Sed & tutor intereſſe aliquod alleganti, inuentarium quod conſcripſerat exhibere, & vt deſcribatur permittere, obſtrictus eſt. *Ang. Aret. § actionum. n. 50. Inſt. de action. Fr. Hercul. in tr. de prob. neg. nu. 88. verſ. ex hac limitatione. Fr. Marc. deciſ. 131. p. 1. & deciſ. 592. p. 2. Borg. Cauali. in tr. de tut. & curat. n. 34.*

Nam ne ſic quidem intereſſe, quod N. haber, planè tollitur.

Si enim excluſus fuerit, ab inuentarij confectione, excluditur quoque ſimul à tutela. Hac autem ſoli illi alteri N. permiſſa, iam ius Superioritatis, quod is prætendit, mirum in modum corroboraretur.

Quis enim non videt, ſatius eſſe, ſi N. ipſemet inuentarium conſcripſerit, quàm ſi ab alio deindè, eius editionem flagitet?

Scimus enim omnes, ipſos ſegumlatores, 207
autores nobis eſſe; vt potius cauſam intactam conſeruemus, quàm eidem iam vulneratæ remedium adhibeamus. *l. vlt. C. in quib. cauſ. reſt. in int. non eſt nec. Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 3. n. 8. Simoncell. tr. de decret. tit. 5. n. 3. verſ. ſpe tamen. Cald. in l. ſi curatorem. v. ſua facilitate. n. 35. verſ. ſed hæc. C. de reſt. in int. Pecc. in tr. de teſtam. coniug. lib. 2. c. 12. n. 3. Steph. Forcat. dial. 96. n. 11.*

Sed & alia illa regula: vaſallum cogi poſ- 208
ſe, ad oſtendendum titulum poſſeſsionis ſuæ, ita aſtringitur, vt ſufficiat, ſi vaſallus primam, & antiquiſsimam inueſtituram, domino, id poſtulanti exhibuerit, nec aſtringitur ad omnia inueſtiturarum Inſtrumenta, à prima ad vltimam vſque, producere. *Bl. c. 1. § vaſallus n. 9. & ibi prapos. n. 3. Affl. n. 35. ſi de feud. defun. ſont. Bld. inſtrumenta. n. 7. C. de fide iu. El. l. 2. n. 7. C. quom. & quand. iud. Aluar. c. 1. in pr. n. 9. ibi Affl. n. 86. de contr. inueſt. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. diſtig, vaſalli. el. 2. n. 19. Schrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 111. & c. 7. n. 18.*

Ideò hac via res non ſuccedet:

Quin etiam communis Interpp. traditio, 209
illud habet: quod is vaſallus, cuius autores, *
vltra triginta annos, feudù iam poſſederant: compelli amplius non poſsit, vt inueſtiturarum literas producat, dominoq; oſtendar. *Prapos. diſ. vaſallus. n. 3. Matth. de Affl. c. 1. n. 30. de contr. ant. maſc. & fem. Andr. de Iſern. c. 1. § illud. nn. 65. & ibi Affl. nu. 33. de prob. feud. alien. per Frid. Hartm. Piſtor. q. 46. n. 14. lib. 2. Sebrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 111. verſ. ſecundò.*

Multominùs verò ad id cogi poteſt, is va- 210
ſallus, qui centenaria, vel circiter, poſſeſsione, munitus, atq; vallatus eſt. *Hartm. Piſtor. d. q. 46. n. 22 lib. 2.*

Atenim hìc per centum, & amplius annos, bona N; ab ijſdem poſſeſſoribus, poſſeſſa fuêre.

Et denique non officit quoque deciſioni 211
noſtræ, illud, quod de editione Inuentarij, per tutorem facienda afferebatur. Nam nec totum inuentarium exhibet tutor, aut totius inuentarij copiam facit: ſed certam tantummodò particulam excerpit, quæ ad petentem pertinere videtur, eiuſque deſcribendi facultatem concedit. *Br. in l. tutor, qui repertorium. nu. 24. ff. de adm. tutor. Pract. Pap. in for. lib. quo agit. ad redd. rat. tut. verſ. in ſuo vltimo. n. 18. Br. in l.*

Br. in l. 2. n. 3. C. de alim. pupill. præst. Iaf. in l. instrumentorum. n. 5. C. de precib. Imp. offer. Ioh. de Arnon. caut. 87. Piag. in tr. de tut. & curat. q. 15. n. 13. Cauale. in tr. de tut. & cur. n. 63.

Quare ne hoc quidem pacto, eò, quò volumus pernenire poterimus. Quis enim dubitet, quin alter ille N; illa tantum editurus sit, quæ N; resciuisse non magni refert? F. P. D.

CONSILIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1. *Consensus, vbicunq; pro forma & solennitate actus requiritur: oportet eum ante actum, vel contractum celebratum interuenisse.*
2. *Consensus, quando pro forma requirendus sit.*
3. *Diuisio venit, appellatione alienationis. Diuisio similis est, emtioni, & venditioni ibid.*
4. *Feudo sine consensu Domini alienato, vasallus feudo priuatur.*
5. *Pacta sunt, consensum domini feudi non adhibere, & adhibere, sed tempore minus legitimo.*
6. *Inuestitura, intra annum & diem, à Domini morte computandum non petita, feudum caducum fit.*
7. *Inuestitionis petitio, reuerentiæ signum est, quam vasallus Domino, exhibere tenetur. Vasallus quodammodò ingratus censetur, si inuestituræ renouationem non petierit. ibid.*
8. *Vasallus, non petens opportuno tempore inuestituram, subtraxisse censetur se, à nexu iuramenti fidelitatis Iuramentum fidelitatis, non extenditur ad heredes Domini. ibid.*
9. *Vasallus, non petens inuestituram renouari, censetur etiam subtrahere velle ipsam rem, quam in feudum tenet. Inuestitura non petita, domini ius, deterius fit, & pœnitus, temporis longinquitate accedente, in diſcrimen vocatur. ibid.*
10. *Vasallus deserens Dominum, in conflictu, priuatur feudo, etiamsi ob fugam vasalli, detrimenti nihil Dominus acceperit.*
11. *Vasallus, qui intra annum & diem, inuestituram renouari non petyt, moram purgare non potest. Contrarium n. 12.*
13. *Celer satisfactio quid. Longum tempus dicitur decennium. ibid.*
14. *Heres Domini feudi, auocat feudum, ob non petitam inuestituram.*
15. *Dispositum in Domino feudi, locum sibi vendicat in vasallo, & econtra.*
16. *Dominus feudi priuatur proprietate sua, si vt inuestituram faceret requisitus, inuestire sine causa, vasallum recusat.*
17. *Vnbericht / sive preces falsæ puniri debent, vt mendacium.*
18. *Vnbericht / semper dolum coniunctum habet.*
19. *Mendacium est doli parens.*
20. *Vasallus obstrictus est, ad honesti præstationem.*
21. *Mendacium, est contra honestum, sive honestatem.*
22. *Vasallus, qui quid iuramento aduersum præsumit, sit periurus, & propterea feudo priuatur.*
23. *Geminatio est consensus, atq; propositi firmi argumentum.*
24. *Feudi alienatio, absq; consensu Domini facta, tunc rata est, cum feudum in agnatum proximum, alienatur.*
25. *Diuisio de feudo, etiam non accedente Domini consensu, rectè peragitur. Extenditur, etiamsi alter dividentium feudum, alter verò bona allodialia, per diuisionem consequatur n. 26. Item, etiamsi ita dividatur, vt primò, & secundò, cedat feudum, tertio verò pecunia satisfiat. n. 27.*
28. *Consensus Domini feudi, tàm ante, quàm posit actum celebratum interuenire potest.*
29. *Vasallus is duci nequit, qui feudum non habet.*
30. *Inuestituram petere, aut iuramentum fidelitatis præstare, nemo ratione allodialium, necesse habet.*
31. *Allodium, vndè dictum & n. 32.*
33. *Ius publicum, patis priuatorum non mutatur.*
34. *Feudum in pecunia, rectè non constituitur: sed in rebus soli, tantum consistit.*
35. *Feudorum omnium, hoc proprium est, feudi proprietatem apud dantem remanere: item vsu, id non consumi.*
36. *Pecunia proprietas, in accipientem transfertur.*
37. *Pecuniæ vsus, in abusu solo consistit.*
38. *Pactum inter agnatos, vel fratres, vt pecunia ex feudo redacta, feudum sit, irritum est, etiamsi ei iuramentum, accesserit.*
39. *Annui reditus, in feudum rectè dantur.*
40. *Annui reditus inter immobilia recensentur.*

41. *Nomine quæ differunt, etiam reipsa differunt.*
42. *Annui reditus, quo casu, in feudum rectè non dentur.*
43. *Annui reditus, ortum suum, ex obligatione personali deducentes, ne inter immobilia quidem, recensentur.*
44. *Ex diuisione oritur obligatio, & actio personalis: item ex mutuo n. 45.*
46. *Annui reditus, tùm demùm in feudum rectè dantur, si perpetui sunt.*
47. *In annuo reditu redimibili, feudum rectè non constituitur.*
48. *Annui reditus redimibiles, naturam immobilium, non sortiuntur.*
49. *Feudum, in debito pecuniario, frustrà constituitur.*
50. *Zasij laus.*
51. *Precium succedit loco rei, in feudis.*
Communis est in contrarium n. 52.
53. *Pecunia, ex re feudali redacta, feudum non est.*
54. *Pactum, quo placebat paciscentibus, vt pecunia, ex feudo redacta, feudalis sit, moribus, quibus nunc vtimur valet, & actionem ad interesse, producit.*
55. *Destinatum nunquam pro re, ad quam destinabatur, habetur.*
56. *Pecunia destinata, ad emenda feuda, etsi ex feudo redacta fuerat, nunquam tamen eodem iure, quo feudum censetur.*
Vuesenbecij laus. ibid.
57. *Dolus requiritur, in omni feudi priuatione.*
58. *Contumacia opus est, si quis ob non petitam, tempore opportuno, inuestituram, feudo priuari debet.*
59. *A dolo excusat, qualibet etiam frigidissima causa.*
60. *Ignorantia iuris, iustam præbet excusationem, quo minus quis, ob inuestituræ renouationem non petitam, feudo priuetur.*
61. *Vasallus absque sententia declaratoria, feudo priuari non debet, eò, quod inuestituræ renouationem, intra annum & diem non petiisset.*
62. *Iura feudalia, vasallum, ob non petitam inuestituram, priuari debere feudo sancientia, loquuntur per verba futuri temporis.*
63. *Verba futuri temporis, non sunt latæ, sed ferendæ sententiæ.*
64. *Heres vasalli, ob non petitam inuestituram, feudo priuari nequit.*
65. *Heres vasalli, nunquam tenetur de felonia, per autorem suum commissa, nisi feudum ipso iure amittatur.*
66. *Dominus feudi solus, & præterea nemo alius, auditur, excipiens: vasallum intra annum, & diem, inuestiri se, non petiisse.*
67. *Vasallus ita demùm, quod inuestituræ renouationem non petierat, feudum amittit: si Dominus, id se velle, ostenderit.*
68. *Dominus vasallum, ob non petitam inuestituram, feudo non priuans, rem facit laude dignam, nisi fortè contumacia non petentis, affuerit.*
Vasallus nullus, in Regnis Siciliæ, ob non petitam inuestituram feudo cadit. ibid.
69. *Isernia laus.*
70. *Principem nil magis decet, quàm clementissima subditorum dilectio, qua commoda subditorum, inuestigat, qua item, damna eorum anteuertit. n. 71. & 72.*
73. *Reipublicæ interest, abundare subditos, opibus, & pecunia.*
74. *Consensus Domini feudi, in feudi alienationibus, pro forma actus, non requiritur.*
75. *Argumentum à superioris consensu, ad autoritatem, ab aliquo, in actu interponendam, quomodo procedat.*
76. *Abundantia, scripturas non vitiant.*
77. *Solennitatis non necessariæ adhibitio, actum non vitiat, etiamsi hæc solennitas, ritè minùs interponeretur.*
78. *Diuisio quomodo species alienationis dicatur.*
79. *Ratione legis cessante, ipsa cessat lex.*
80. *Coniecturis in claris opus non est.*
81. *Futura, an, & quando, ob oculos ponenda sint.*
82. *Vasallus, quando ob desertionem Domini, feudo priuetur.*
83. *Neptunus solus, aduersus ceteros omnes deos, rectè contendere poterit.*
84. *Vasallus ideò, ob solam fugam priuatur feudo, quod fuga hæc vasalli, res pessimi exempli sit, vndè totius exercitus effusa fuga, oriri facilè posset.*
85. *Fuga vasalli etiam ea, quæ Domino innocua est, plus exemplo, quàm peccato nocet.*
86. *Celeriter satisfieri Domino, dicitur, ob non petitam inuestituram, dummodo vasallus purget moram priùs, quàm in iudicio conueniatur.*
87. *Moræ purgatio, de iure Canonico, toties locum habet, quoties partis non interest, moram commissam esse.*
Extenditur. n. 88.
89. *Ius Canonicum, in causarum feudalium decisionibus, præ ciuili sectamur.*
90. *Opinio magis communis, in consulendo, iudicandoq; sequenda.*
91. *Mendacium, vndè mendax emolumenti nihil consequitur, in consideratione, non habetur.*
92. *Mendacium, quod mendaci commodi nihil affert, dolo carere dicitur.*
Et nugis æquiparatur n. 93.
Nec pœnam aliquam extimescit n. 94.

95. *Inue-*

95. *Inuestitura præcedit iuramentum fidelitatis, non è diuerso.*
96. *Inuestituræ formula.*
97. *Peierasse, is dici nequit, qui nunquam adhuc iurauerat.*
98. *Geminatio ex diuersis, malè colligitur.*

THEMA.

I. & C. fratres patrueles à K. cum A. à K. agnato item suo, duo feuda L. & S. diuiserunt, & ita quidem diuiserunt, vt ipsis feudum, A. à K. verò pecunia, cederet.

Et posteà inter se pacti sunt, quod 4000. illa, quæ pro feudis dederant, feudum esset, quod item ius inuestituræ simultaneæ, pro duobus illis I. & C. à K. impetraretur: quod item A. à K. fas non esset, summam hanc quater millium, à debitoribus illis auocare, ni eam in cœmtionem feudorum, in prouincia N. sitorum conuerteret.

Et vt tantò magis contractus, & pactio hæc, stabiliretur, contrahentes à superiore, & deindè à vidua eiusdem impetrarunt, vt ambo hi principes, rata esse, quæ conuenerant, iuberent.

Rerum verò, vbi N. potitus esset, A. à K. inuestri se, de quater hisce millibus, nunquam curauit: Sed cum per decennium integrum, vsuris, de hac pecunia, sibi per I. & C. à K. persolutis, fructus esset, & filios tres H. B. & C. procreasset, in fata concessit. Filijs autem tutor I. à K. ceu agnatus eorum proximus, datus est.

Hic videns, ob non petitam inuestituram, A. à K. à feudo cecidisse, seq., & fratrem simul, simultaneæ inuestituræ ius, amisisse, ad illum officialem, qui consignationi inuestiturarum præpositus est, clanculum accedit, & ceu nunc primùm, diuisio hæc, contractusq, celebrati essent, eius ope, nouas inuestituras literas, rursus adeptus est.

Quæritur itaq, num momenti aliquius sit, istiusmodi inuestitio, per machinationes I. à K. à principe impetrata: num verò satius sit, vt quatuor horum millium pecuniam, ad fiscū principis nunc pertinere dicamus?

RATIONES DVBITANDI.

ET primò quidem videamus, ne non forsitan, rationabile magis sit, si dixerimus illos à K. iam quatuor illa millia, & quia feudum diuiserant, & quia domini consensum, in id, non impetrarant, perdidisse.

PRIMÒ enim Iuris est expressi, & ad hæc Interpretum traditio communis: quod, vbicunq; consensus, pro forma, & solennitate actus requiritur, atq; desideratur, tunc opus sit, consensum hunc prius intercessisse, quàm actus, vel contractus celebraretur. *Vt in specie decidunt Bl. in l. 1. nu. 6. C. qui admit. Alex. in l. 6. fuis quæsitum. nu. 9. ff. ad S. C. Trebell. Iaf. in l. si quis mihi bona. §. iussum. n. 44. ff. de acquir. hered. Panor. q. 5. n. 4. post medium versic. sed posito. Tiraq. de ll. connubial. gl. 6. n. 7. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 6. n. 1. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de consensu. n. 18. Oldau. Simoncell. in tr. de decret. in præfat. n. 52. vbi hanc esse communem omnium sententiam testatur est. text. in c. auditis. ext. de elect.* 1

Iam verò haud abs re erit dicere, quod in feudorum diuisionibus, Domini consensum adhibuisse, pro forma, solennitateq; actus substantiali, requiratur.

Certi namq;, & indubitati Iuris est, quod tunc pro forma, & solennitate actus, consensus requiri dicatur, quando is ipse, non ab eo, cuius præiudicium agitur, sed à Superiore deposcitur. Quippè cuius consensus autoritatis instar obtinet. *Innoc. in c. dudum. n. 3. de reb. Eccl. alien. vel non. lib. 6. Felin. in c. edoceri. n. 8. ext. de reser. Bell. de ll. connub. gl. 6. n. 5. Oldau. Simoncell. in d. præfat. n. 55. vers. aut igitur.* 2

Consensum itaq; hic legitimè interpositum esse, quis affirmare aulit? Diuiserant enim primùm feudum, post deindè verò demum, à domino consensum petierunt: quodque consequens est, regula illa quotidiana: ob alienationem (cuius appellatione, diuisio quoq; venit, vtpote, quæ emtioni, & venditioni similis est. *l. 1. ibi Cyn. n. 1. Br. Br. Salyc. Sichar. n. 1. & DD. C. comm. vt indic. Præt. Pap. in for. lib. pro hered. vel resing. duid. in v. communiter. n. 36. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 54. Fab. de Mont. S. Sabin. 22. q. 4. q. princip. n. 16. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 4. §. 6. n. 4. Tiraq. de vi. retr. p. 1. §. 1. gl. 1. n. 77. Ambros. de opiz. one. in l. filiusfam. §. Diui. n. 108. ff. de legat. 1. Crau. cons. 377. n. 6. Ceph. cons. 595. n. 3.*) 3

Domini consensu non adhibito factam, vasallum feudo priuari. *c. 1. ibi DD. feudiste communiter. de proh. feud. alien. per Lothar. c. 1. in pr. Ibi Aud. de Isern. Bl. Prapos. n. 1. Aluarott. & DD. de proh. feud. alien. per Frid. Boër. in consuet. Bitur. tit. de feud. §. 2. gl. 1. col. 1. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 2. col. 1. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 81. Zas. in tr. feud. p. 10. n. 1. Duar. in tr. feud. c. 14. n. 3. Wesenb. in tr. feud. c. 11. n. 1. & 2. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 31. n. 1. Borch. in tr. feud. al. c. 8. n. 28. Ferrar. Mont. in tr. feud. lib. 4. c. 1. v. 17. Guil. à Perno notab. 1. n. 52. Alex. de Imol. cons. 30. n. 14. vol. 1. Dec. cons. 185. n. 11. Alb. Brun. cons. 42. n. 2. Franc. de Aluarot. int. cons. Bruni cons. 121. n. 41.* 4

Locum quoq; sibi, in præsentia vindicabit: Paria enim sunt, consensum Domini adhibitum non esse, & adhibitum quidem esse, sed minùs legitimè, eoq; tempore, quo non decuerat. *l. nulla. ff. de aut. tutor. l. quamuis. §. si conue-* 5

nente ibi Bar. ff. ad S. C. Velleian. l. non putauit. & non quæuis ff. de bonor. poss. cont. tab. lis. aut nullum. ibi Bl. C. de l. git. heredib. Asa. in l. quoties. n. 3. ff. qui satisd. cogant. Aldobr. and. in §. quorum. n. 7. in proœm. Inst. Tiber. Dec. cons. 21. n. 5. Mant. cons. 46. n. 5. vol. 2. & cons. 38. n. 7 1. vol. 3. Zas. int. cons. diuers. cons. 10. n. 14. Vol. 1. Marian. Socin. int. cons. quorum. cons. 16. n. 12. vol. 3. Rol. à Valle. cons. 88. n. 42. vol. 4. Ceph. cons. 160. n. 11. cons. 670. n. 28. & cons. 684. n. 24. Simon. de Procr. cons. 1 27. n. 22.

6 SECVNDÒ extra controuersiam quoq; positum est illud, quod vasallus, qui intra annum, & diem, à morte Domini computandum, inuestitionem feudi non petierit, feudi priuationi fiat obnoxius. c. 1. in pr. tit. Bl. in pr. & reliqui feud. quo temp. mil. s. i. §. præterea. cl. 1. de prob. feud. alien. per Frid. Capoll. cant. 94. in pr. Curt. in tr. feud. p. 4. q. 45. Sonsb. in tr. feud. p. 11. n. 9. & p. 12. n. 3. Iul. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 49. n. 1. Zwesenb. in tr. feud. c. 15. n. 7. Ferrar. Mont. lib. 3. c. 6. Rimin. in l. iuris ignorantiam. n. 22. C. qui admit. Myns. obs. 9. n. 1. centur. 5. Borch. in tr. feud. s. 7. p. 1. n. 30. & 6. 8. n. 4. Iob. Thom. de Marin. in tr. de gener. & qual. feud. tit. 2. §. constitutio regni n. 40. & seqq. Marinus Fiecc. in tr. de subfeud. lib. 2. Rubr. de autorit. & potest. baron. §. tertia autoritas. n. 7. Hart. Pist. q. 12. n. 20. lib. 2. Affl. decis. 265. n. 89. vers. decimonono. Guido Papæ decis. 164. n. 1 Iac. de S. Georg. in tr. feud. v. qui quidem inuestiti. n. 33. Ang. cons. 371. n. 1. Dec. cons. 144. n. 2. Alb. Brun. cons. 42. n. 1. Paul. de Castr. cons. 84. n. 2. vol. 2. Card. Par. cons. 101. n. 1 27. vol. 1. Rol. à Valle cons. 40. n. 5. & seqq. vol. 3. Consil. Lips. quod extat post. quæst. Pistor. 27. lib. 2. n. 10.

7 Enimuerò petitio inuestitionis, reuerentiæ signum est, quam domino suo, vasallus ex nibere tenetur. Quapropter ingratus, ad quendam modum censetur vasallus, qui hanc cultus significationem, de sese non præbet. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 45. Guido Papæ d. decis. 164. n. 2. Clar. d. q. 49. n. 1. Borch. d. c. 7. p. 1. n. 30.

8 Sed & subtrahere sese, à iuramenti fidelitatis nexu, vasallus inuestituram, tempore opportuno non petens, censetur. Nam iuramentum fidelitatis, domino defuncto præstitum, in hil ad personam heredis eiusdem attinet: sed personale est, & cum persona eius, cui iuratum fuerat, finitur. Vnde rursus ingratus fit, delictiq; nota aspergitur. Clar. d. q. 49. n. 1. Sylu. in tr. de feud. recog. q. 12. n. 7. arg. 5. mandat. ext. de præs.

9 Sed & non ie solùm, à fidelitate, subtrahere videtur vasallus: verùm etiam ipsam rem, quam ei dominus in feudum dederat, atq; concesserat. Etenim inuestitura non petita, domini ius deterius fit, obscuratur, & deniq; in discrimen pœnitus vocatur, temporis longinquitate. Sylu. an. d. q. 12. n. 1. Borch. d. c. 7. p. 1. n. 3. arg. 1. longinquit. ate. & c. fapè. 12. q. 2. l. quicunq;. C. de apoch. publ. lib. 10.

Iam verò ab eo tempore, quo in fata concedebat Princeps I; à K; renouationem inuestituræ, nunquam petijt.

A misisse itaq; eum feudũ, quis inficiabitur?

Nec iuuat, quod attamen feudi dominus, detrimenti nihil, ob hanc non petitam inuestituram ceperit. Nam satis detrimenti, per id, percepisse dicitur, quod olim dominium eius directum, hac ratione fuisset interuersum: & præterea hic intueri euentum non oportet, sed ipsum factum. Sic enim in simili traditum est, etiamsi dominus nihil detrimenti ceperit, ob vasalli, qui eum in acie dimicantem deseruerat, abitionem, hunc tamen vasallum, feudo nihilominus carere debere. Vti in specie decidunt Bl. in c. 1. in pr. n. 7. ibi Alua rotis n. 7. quib. mod. feud. amitt. Sousb. in tr. feud. p. 11. n. 32. Tirag. de vtr. retr. p. 1. §. 15. gl. 2. n. 14. Duar. in tr. feud. c. 14. n. 6. 10

Ea ratione, quod textus in præsenti argumento loquens, non dicit, si in prælio, à vasallo desertus, dominus pericrit: sed si saltem dimiserit, nudè, & simpliciter ait. d. c. 1. in pr. quib. mod. feud. amitt.

Pariter quoq; illud, leuiusculum est, quod attamen A. à K. heredes, illo mortuo inuestituram petierint: consequenter q; moram purgarint.

Nam & id, resolui facilè potest: cum iuris 11
sit euidentissimi: quod vasallus, qui intra annum, & diem inuestituram non petierat, moram purgare non possit. Bl. in c. 1. in pr. n. 2. ibi Alua rotis n. 7. quæ fuit prima causa. And. de Isern. in c. 1. in pr. n. 9. ibi Matth. de Affl. n. 7. quo temp. mil. Sonsb. in tr. feud. d. p. 11. n. 9. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. qui quidem inuestiti. n. 37.

Et licet non desint, quibus hæc opinio, 12
tanquam rigida nimis displiceat, proindeq; statuant, locum fore moræ purgationi. Vti autore Iacob. de Ardiz. tradunt Guido Papæ decis. 166. n. 1 ibi Steph. Ranch. in addit. 1. qui hanc aquiorem esse testis est. Curt. in tr. feud. q. 4. n. 50. Syluan. in tr. feud. q. 26. n. 27. vbi multum in vtramq; partem adductis hanc tandem amplectitur. Iul. Clar. d. q. 49. n. 9. vbi & in hanc æquiorem esse attestatur.

Tamen hi omnes, ad ceterem satisfactionem (vt verbis eorum vtar) quæ dicunt, restringunt.

Quare fit, vt illorum sententiæ in præsenti 13
argumento locus esse non possit.

Nam cum integrum in casu nostro decennium, prius sit lapsum, quàm inuestitura peteretur: dici non potest, celeri hic satisfactioni culpæ succursum esse. Quia enim decennium satisfactio celeri dici potest? cum potius decennium, longum tempus esse iure statutum atq; ordinatum sit. gl. in l. cum de in rem verso v. longo ff. de vsur. Ign. in l. necessarios. § non alias p. 4. n. 8. ff. de S. C. Syllan. Ludou. Bologn. in l. Iulianus. § fi. finita. n. 2. ff. de dam. inf. Tib. Dec. cons. 1 1. n. 11 9. vol. 1. Rol. à Valle cons. 9. n. 16. vol. 3. Acad. Francofurt. int. cons. diuers. cons. 32. n. 7 5. vol. 1. ibi Domin. Ludolph. Schrad. cons. 34. n. 45. per rubr. & l. super longi. C. de præscr. long. temp. 1 0. vol. 20. annor.

Sic quo-

Sic quoq; negocium illud non faceſsit: quod attamen feudi Dominus quamdiu in viuis eſſet, nunquam ſeſe declararit, quod feudo priuatus, vaſallus, ob non petitam inueſtituram eſſe deberet:

14 Nam Dominus feudi non ſolum ab ipſo vaſallo, qui inueſtituram non petierat, verumetiam illo ipſo in fata concedente, ab herede ipſius, feudum auocare, vindicareque poteſt. Vti in ſpecie decidit *Thom. de Marin. in tr. de gener. & qual. feud. tit. 2. §. conſtitutio regni. n. 68. ibi And. de Iſern. & Barbat. in id allegat.*

15 TERTIÒ: notiſsimi Iuris illud eſt: quod in omnibus ferè diſpoſitum in Domino feudi, locum ſibi vendicet, in vaſallo, & econtra: *Vt in Rubr. & Nigr. qual. dom. propt. feud priuet. Zaſ. in tr. feud. p. 7. n. 56. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 25. nu. 11. Curt. in tr. feud. 1. p. 3. p. n. 16. Syluan. in tr. feud. q. 30. n. 2. Zoeſenb. in tr. feudal. c. 8. n. 25. Sonsb. in tr. feud. p. 10. n. 2. p. 13. n. 70. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 133. cum ſeqq. Capyc. deciſ. 69. n. 34. & deciſ. 162. nu. 2. Mólin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. n. 11. Cuiac. in c. 1. poſt med. de no. form. fidelit. Crott. in l. filius familiás. §. Diui. n. 28. ff. de leg. 1.*

16 Iam verò conſtituti Iuris eſt: quod Dominus feudi requiſitus, vt inueſtituram faceret, ſi id facere per animum, abſq; legitima cauſa recuſaret, feudi proprietate priuaretur. *Andr. de Iſern. in c. 1. nu. 10. verſ. attendendum, quo tempor. mil. Bl. in c. 1. §. nulla. n. 6. ibi Aluaret. n. 5. per quos fiat inueſt. Syluan. in tr. feud. q. 30. n. 5. vbi plures in id allegat. Guido Papa deciſ. 188. n. 1. & 2. Ferrar. Montan. in tr. feud. lib. 3. c. 6. verſic. tum quia.*

Rectè igitur concludemus, vel hac duntaxat ratione, ob non petitam intra annum & diem inueſtitionem, vaſallum feudo priuatum iri.

Nam ſicuti feudi Dominus, proprietatem feudi amiſiſſet, ſi à K. vti inueſtituram faceret, ritè, rectèq; fuiſſet interpellatus, ipſe verò id facere cauſa nulla ſubſiſtente recuſaſſet: ita quoq; K. viciſsim vtile feudi dominium amiſit, propterea, quod de inueſtitura renouatione facienda, tempore, legibus in id diſſinito, apud Dominum non inſtitiſſet.

QVARTÒ & vltimò: confirmari hæc ſententia videbatur per id, quod illi à K. horum quatuor millium nomine, non ſolùm inueſtituram vllam, tempore debito non impetrarint: verum etiam deinceps varios Domino inſidias ſtruxerint, donec tandem actu ſingulari, renouationem inueſtituræ, conſequerentur.

17 Nam hinc duplex priuandi eos feudo ſuo, oriri videbatur cauſa. Dubitari enim nequit, das ein ſolcher vnbereicht / vel falſæ ſuggeſtiones, tanquam mendacium puniendæ ſint. *per trad. Iaſan. l. queſtionem. n. 3. & ſeqq. C. de fideicomm. Berengar. Fernand. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 91. ff. de acquir. poſſ.*

18 Cum dolum ſemper coniunctum habeant. *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dol. Auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign. hab. Crau. in tr. de antiq. temp. p. 1. §. vidimus. n. 16. Maſc. in tr. de probat. concl. 531. n. 19. Paul. de Caſtr. conſ. 136. n. 7. vol. 1. Alex. conſ. 41. n. 7. vol. 3. Crau. conſ. 387. n. 25.*

Quinimò mendacium doli parens ſit. Vti 19 in ſpecie decidit *Crau. conſ. 391. n. 31.*

Quinetiam, ſi rem pœnitiùs introſpexerimus, contra inramentum ſuum, quo Domino obſtricti tenebantur, eoipſo venerunt, & vi conſequentis cauſam iuſtiſsimam, priuandi ſe feudo, commiſerunt.

Nam iuramento fidelitatis, ad honeſti 20 quoq; præſtationem, vaſallus obſtrictus eſt. *c. 1. de form. fidelit. Sonsb. in tr. feud. p. 9. n. 21. Ignem in l. neceſſarios. p. 4. n. 20. ff. de S. C. Syllan.*

Iam verò omne mendacium pugnat cum 21 honeſto, ſeu honeſtate. *arg. l. probrum. ff. de verb. ſignif. iun. c. nec artificioſo. 23. q. 2.*

Adnerſum itaq; erit, iuramento quoque fidelitatis.

Hinc autem ſe rurſus prodit illud: cum 22 vaſallus, qui quicquam contra iuramentum fidelitatis, quod præſtiterat, præſumſerit, perjurus fiat, feudoq; ob id priuandus ſit. *c. 1. quib. mod. feud. amit. c. 1. pondérando verba: ſi beneficio vult dignus videri de form. fidel. Bl. de pac. Conſtan. in v. credentias. n. 1. Sylu. in tr. de feud. recognit. q. 109. n. 57. Zoeſenb. in tr. feud. c. 8. n. 29. Matth. de Affl. deciſ. 265. n. 47.*

Vel hanc ſolummodò cauſam, ſufficientem eſſe poſſe, ob quam poſthac K. feudo ſuo careant.

Deniq; corroborantur hæc plurimum per id, quòd hîc nôn ſolùm tempus petendæ inueſtituræ, dictum, eſſluxerit; ſed quod etiam ad id ſuggeſtio illa falſa, acceſſerit.

Nam hinc tantò magis, introduci videba- 23 tur, feudi priuatio. Geminationem enim actus, propoſiti, conſenſus, atq; voluntatis firmi argumentum eſſe, & ius à ſimplici actu diuerſum producere, incogniti iuris non eſt. *l. quingenta. ff. de probat. l. baliſta. ff. ad S. C. Trebell. l. ſi mulier. la. 2. & auth. ſiue à me C. ad Velleian. l. cum ſcimus. C. de agric & cenſit. lib. 11. c. cum te. ext. de reſtr. Euerard. in top. in loc. à vi geminat. n. 1. Toming. deciſ. 13. n. 14. Hartm. Piſt. q. 3. n. 61. lib. 2. Seraph. in tr. de iuram. priu. 106. n. 15. Tiber. Decian. conſ. 1. n. 42. vol. 3. Cel. Hugo. conſ. 10. n. 6. conſ. 26. nu. 36. & conſ. 120. n. 39. Gerard. Mazolli conſ. 33. nu. 25. conſ. 35. n. 14. conſ. 67. n. 8. conſ. 79. n. 49. conſ. 89. n. 42. conſ. 105. n. 54. & conſ. 114. n. 14.*

RATIONES DECISIONIS.

HÆc ferè ſunt, quæ perplexum aliquem tenere, in caſu præſenti poſſunt. Verùm re pœnitius perſpecta, apparebit illicò falſa hæc eſſe, & ideò nullam ſubeſſe cauſam, ob quam à feudo ſuo eijciendi ſint K.

24 Nam ad Domini consensum quod attinet,
* ambigui Iuris non est, sed & hoc vno ore, omnes ferè docent Interpretes: quod alienatio feudi, absq; Domini consensu rata sit, cum in agnatum proximum feudum transfertur. *c. 1. ibi Bl. in pr. & n. 1. Aluarot. n. 5. & DD. de alienat. feud. patern. c. 1. §. & si cluentulus. ibi Bl. n. 11. de alienat. feud. Bl. in c. 1. in pr. n. 8. de prob. feud. alien. per Frider. Iacobin. de S. Georg. in tr. feud. in v. & cum pacto de non alienando. n. 17. Laur. Syluan. in tr. de feud. recogn. q. 90. n. 1. Prast. Pap. in for. lib. quo agit. ad reuocat. feud. in v. nec superstitibus ex eo liberis. n. 22. Boer. in consuet. Bitur. Rubr. de feud. §. 2. gl. vnic. col. 3. vbi permittitur. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 146. Sonsb. in tr. feud. p. 12. n. 94. Tiraq. in tr. retr. p. 1 in præfat. n. 52. qui vsiuritos in id congessit. Iul. Clar. recept. sent. §. feud. q. 42. n. 4. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 74. vbi & is nonnullos alios prater iam recensitos in id adducit. Hartm. Pistor. q. 6. n. 19. vol. 2. Oldrad. cons. 270. nu. 1. Roman. cons. 190. n. 9. in fin. Rol. à Valle cons. 60. n. 17. vol 1.*

Enimverò hic in agnatum proximum, non autem extraneum, feuda L. & S. diuisione alienabantur.

Non nocet itaque Domini consensum, omissum esse.

25 Secvndò: notisimi quoq; iuris est; quod ad diuisionem feudi inter vasallos, ritè, reteq; celebrandam, Domini consensu opus non sit. *Br. in l. & ideò n. 4. ff. de condict. furtiu. Bl. in l. si familiæ. n. 6. C. famul. hæresis. Bl. c. 1. §. omnes. n. 3. per vll. text. si de feud. defunct. fuer. contr. Aluarott. in c. 1. §. item si fuerint. n. 3. quib. mod. feud. amitt. Zas. in tr. feud. p. 9. n. 40. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. n. 56. Clar. in d. §. feudum. q. 44. n. 1. Roseenb. in tr. feud. c. 11. n. 8. Matth. de Affl. in c. 1. §. præterea ducatus vers. tertiò nota. n. 1. de prob. feud. alien. per Frider. Iob. Thom. de Marin. in tr. de generib. & qualit. feud. tit. 18. n. 13. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 3. §. 6. n. 22. Tiraq. in tr. de primogen. q. 4. n. 32. Ias. in vsib. feudor. nu. 125.*

26 Quo iure vtimur, non eo duntaxat casu, cum feudum ex æquis partibus, inter plures filios, aut heredes diuiditur: Verum tunc etiam cum hoc pacto, atq; ratione initur diuisio, vt huius fiat feudum: illius verò bona allodialia. *Audr. de Isern. in d. c. 1. §. præterea ducatus, n. 36. vers. & sic est intelligendum. ibi Matth. de Affl. vers. tertio nota. n. 12. de prob. feud. alien. per Frider.*

27 Sed & ad eum casum hoc ius porrectum est, cum ita celebratur diuisio, vt ad vnum, vel duos totum perueniat feudum: tertiò verò, loco partis hereditariæ, pecunia numerata detur. *Franc. à Sonsbeck in tr. feud. p. 11. n. 14. per text. c. 1. §. omnes filij si de feud. defunct. fuer. contron.*

Atenim hîc diuiserant, non autem aliud alienationis genus præsumserant, illi à K.

28 Tertio iure cautum, & à Doctoribus traditum est: quod in casibus, in quibus Domini consensus requiritur, nihil referat, an prius consentiat Dominus, quàm celebretur actus, cuius ratione consensus petitur: an verò post actus perfectionem demùm consensum suum interponat. Ita in specie decidit *Andr. de Isern. in §. 1. in pr. n. 14. ibi Aluarott. n. 15. vers. quæro an consensus & Matth. de Affl. in vers. 24. nu. 2. vers. tertiis opinio. & Frideric. Schenck à Tautenberg. nu. 3. de prob. feud. alien. per Frider. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 138. Roseenb. in tr. feud. c. 11. nu. 15. vbi hanc esse communem conclusionem, quamq; obseruet quotidiana consuetudo, testis est Marin. Frecc. in tr. de subfeud. lib. 2. vers. trigesimo quarto. n. 1. & 2. Frider. Schenck in c. 1. in pr. n. 4. de alien. feud. patern. Zas. in tr. feud. p. 9. n. 32. Mynsing. obs. 87. cent. 4. vbi hoc extra pugnam esse dicit Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 72. qui Mynsingero contestem se præbet. Ludou. Gozadin. cons. 26. n. 9. Crau. in cons. pro Genero 1. n. 197. Rol. à Valle cons. 2. n. 37. & n. 146. volum. 1. & cons. 22. nu. 45. volum. 3. Menoch. cons. 38. nu. 22.* *

Fac itaq; opus in hoc contractu diuisionis fuisse, domini consensum adhibuisse, sufficeret attamen, hunc accessisse, etiam contractu iam perfecto, & absoluto.

Diluitur itaque in totum illa culpa, qua, propterea quod domini consensum non impetrassent, arguere volebant, illos à K.

Quantum verò ad non petitam inuestituram spectat, res in eo est: primò: quod is vasallus dici nequeat, cui ne villula quidem, 29
à Domino in feudum data est: Sent. (vt Thomæ Grammatic. verbis vtar) qui nihil terræ à Domino tenet. *Vti in specie decidit Thom. Grammat. consil. 147. n. 12. Tiber. Decian. cons. 23. nu. 5. volum. 1.*

Hîc nihil terræ A. à K. (vt cum Grammatico loquar) possedit.

Non itaq; cum quoq; iure vasallorum æstimabimus: & cum vasallus non fuerit, neutiquam quoq; necesse habuit, inuestituræ renouationem petere.

Nec enim ratione allodialium, inuestituram petitur, aut fidelitaris iuramentum præstatur. *Argm. c. 1. ponderando verba: si beneficio vult dignus videri. de form. fidel.*

Quod & Etymologia nominis satis indi- 31
cat. Dicitur quippe allodium quasi alaudium, eam ob causam, quod ratione bonorum, quæ iure eiuscemodi nostra sunt, neminem quem laudemus, aut laudare teneamur, Dominum agnoscamus. Vti autore Budæo scriptum reliquit *Molin. in consuet. Paris. §. 46. nu. 1.*

Seu, quæ Cuiacij est sententia, allodium 32
indè dicitur, quod hi, qui rem aliquam feudi titulo possident, eius qui rem in feudum dederat, Leudes, siue Leodes sint, id est, fideles, à Gallica voce les leaux ou loijaux; cum è diuerso hi, quibus feudum nullum est, Aleudes, siue Leodes, quasi absque fidelitate, quam nemini præstiterunt, rectè nuncupen-

cupentur. *Cuiac.de feud.lib.1.in pr. Borcholt.in tr. feud.c.2.nu.13.*

Porrò his non refragatur conuentio illa, qua, vt quatuor millium illorum pecunia feudum esset, placuerat.

33 Nam ne sic quidem, inuestitura opus habuimus. Cum fieri nequeat, quod ius publicum, priuatorum pactis immutetur. *l. ius publicum. ff. de pact. Petr. in consuet. Aurelianen. tit. de pasc. c. 11. Sonsbec. in tr. feud. p. 2. n. 33. Gail. obs. 40. n. 8. lib. 1. Capiferr. in tr. de num test. p. 1. c. 6. n. 4. c. 7. n. 8. Reub. in tr. de testib. p. 2. n. 42. Borch. in tr. de pact. c. 5. n. 1. & turr. n. 52. cum seqq.*

34 Iam verò expressè, in iure feudali decisum extat: quod feudum, in pecunia numerata consistere nequeat, cum in rebus soli tantum quæq; immobilia sunt, feudum rectè constituatur. *c. 1. §. fecundum. abi Bl. Alvarot. n. 1. Propos. n. 1. Isern. nu. 1. Matth. de Affl. n. 1. Frider. Schenck. nu. 1. & DD. de feud. cognit. Sonsbec. in tr. feud. p. 1. nu. 26. Thom. de Marin. in tr. de gener. & qualit. feudor. tit. 18. n. 11. Wesenb. in tr. feud. c. 7. n. 8. Borch. in tr. feud. c. 1. n. 12. in fin. & c. 6. n. 1.*

35 Etenim hæc natura feudorum est, vt proprietas feudi perpetuò, apud dantem resideat: Quodque vsu non consumatur. *Vt tradunt DD. communiter, in loco iam adducto.*

Quæ omnia pecuniæ naturæ repugnant.

36 Etenim proprietas eius in accipientem transfertur. *arg. l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. nun. l. 3. §. vltimo cum l. seq. ff. commod.*

37 Et pecuniæ vsus, propemodùm, in abusu solo consistit. *§. constituitur Inst. de vsufr. l. hoc Senatusconsultum. §. si pecuniæ. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. Iaf. in l. 1. §. sunt quæstiuncul. lect. 1. nu. 32. ff. ad S. C. Trebell. Coraf. in l. qui liberos. nu. 206. ff. de rit. nupt. Couarr. var. resolut. lib. 3. c. 1. nu. 5. vers. nam vt inquit Aristoteles. Conuan. comment. Iur. lib. 4. c. 4. n. 1. Roiz. decis. Lituan. 5. n. 43.*

38 Pacto itaque priuatorum, eorum pecunia, feudum fieri non potuit. Vti hoc, quod pactum, inter agnatos, vel fratres, conuentum, vt pecunia, ex feudo redacta, feudum sit, quantumuis sacramento corroboratum fuerit, nullius momenti sit. in specie decidunt *Andr. de Isern. in c. 1. n. 2. Propos. n. 2. Si de feud. vasall. fuer. interpell. Borcholt. in tr. feud. c. 6. nu. 14.*

39 Nec iuuat: annuos reditus rectè in feudum, dari posse. *Andr. de Isern. in c. 1. §. fecundum. nu. 3. ibi Alvarott. n. 4. Matth. de Affl. n. 6. Frider. Schenck. n. 1. de feud. cognit. Sonsbec. in tr. feud. p. 2. n. 24. Claud. de Seiffell. in tr. feud. Rubr. quæ res in feud. dar. poss. vers. fed non infistendo. Wesenbec. in tr. feud. c. 7. n. 6. Zasius tr. feud. p. 4. n. 9. Curt. in tr. feud. p. 1. q. 6. n. 10. Borch. in tr. feud. c. 6. n. 15. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 6. nu. 7. Mynsing. obs. 69. cent. 1.*

40 Etenim annui reditus, in classe immobilium, censum suum profitentur. *Clem. exiui. de Paradyso. §. cumq; annui reditus de V. S. Panormitan. in c. nulli. n. 10. ext. de reb. Eccl. alien. vel non. Tiraq. d. §. 1. gl. 6. n. 4. & 5. Gail. obs. 102. in pr. lib. 2. Anton. Gabr. Roman. in tr. Reg. lib. 6. tit. de verb. signif. concl. 7. n. 1. Mynsing. obs. 69. cent. 1. Francisc. a Cald. in l. si curatorem. in v. contractum fecisti. n. 3. C. de restit. in int. Card. Pariss. cons. 56. nu. 13. cons. 85. nu. 10. & cons. 86. n. 7. vol. 3. Nicol. Bellon. cons. 23. n. 9. Roland. à Valle cons. 66. n. 33. vol. 1.*

Nam etsi quotannis 240. de 4000. illis, A. à K. vsurarum nomine soluerentur: inde tamen summam ipsam capitalem, esse reditum annuum, malè elicitur.

Nam primò in confesso est, 240. illa vsurarum, & non annuæ præstationis nomine exolui.

Quod cum ita sit, aliena erunt, à 240. 41
istis, omnia, quæ de annuis reditibus disponebantur. Quæ enim nomine differunt, re ipsa differunt. *l. si idem C de codicillis. Tiraq. de ll. connubialib. gl. 7. n. 115. Bocr. in l. contractus. c. 1. n. 7. vers. postremo. ff. de Reg. Iur. Steph. Forcatul. Dialog. 14. nu. 6.*

Deindè aptè id quoq; responderi potest: 42
quod non aliter, in annuis reditibus feudum consistere queat, quàm si hi reditus, reales fuerint, seu ratione rei pendantur. Si etenim personalis fuerit obligatio, cuius ratione hi reditus quotannis soluuntur, constitutio in his feudi, fieri non poterit. ita in specie decidit. *Bl. d. c. 1. §. fecundum. n. 4. de feud. sequit. Zasi. in tr. feud. p. 4. n. 10.*

Quippè, cum hoc casu ne inter immobi- 43
lia quidem computentur. Vti in specie decidit. *Anton. Gabr. Roman. d. concl. 7. n. 4. vbi Barbat. Aretin. & Rnin. in id allegat.*

Iam verò 240 illa, non ex obligatione reali, sed personali tantùm veniunt. Siue etenim 44
ratione diuisionis præstentur, obligatio & actio personalis erit. *arg. l. 1. C. comm. vtriq; iud. iun. l. 1. C. de actionib. emt.*

Siue ob mutuum dentur, actio & obliga- 45
tio nihilomagis realis erit. *arg. l. 2. vers. & neq; C. de consist. pecun.*

Præstationem itaq; hanc, ad immobilia referre non possumus: & quod consequens est, feudum, in illis constitui non potest.

Deniq; diluitur obiectio hæc per id: quod 46
tum demùm, annui reditus in feudum dari possint, cum perpetui sunt. Ita in specie decidit. *Matth. de Affl. in d. c. 1. §. fecundùm. n. 6. de feud. cog.*

Vnde in annuo reditu redimibili, quoni- 47
am is perpetuò duraturus non est, feudum constitui non potest. Vti in specie decidit *Carol. Molin. in consuetudinibus Paris. §. 18. nu. 13. vers. cum igitur.*

Nec enim hoc casu, quicquam, cum im- 48
mobilibus commune habent. Vti rursus in specie decidit, *Anton. Gabr. Roman. d. concl. 7. n. 2. vbi Bl. Dominic. de S. Gemin. Aug. Alex. Card. Pariss. Ruin. & Socin. adducit. Menoch. in tr. de arbitr. iud. quæst. cas. 233. n. 2.*

Prodit itaq; rursus impedimentum nouum feudum in hisce præstationibus constituí, verans.

Cessent namq; & finiuntur præstationes hæ annuæ, quam primum A. à K. debitoribus denunciauerit, vt id quod debent, dissoluant. Se enim id, in emtionem bonorum feudalium conuersurum.

49 Et ita ne per emendicata eamus suffragia, quod in debito pecuniario, facta feudi constitutio, nulla sit, in specie decidit *Zas. summi nominis iureconsultus, vti eum vocat Damhouder in sua praxi criminali Rubr. de adult. n. 27.*

50 Et quem præter Iuris scientiam, omnium bonarum artium peritissimum dicit *Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 21. C. de reuoc. donat.*

Zasius inquam *in tr. feud. p. 4. n. 10.*

Posthæc refelli quoq; facilè poterit hoc contrarium: quod tamen 4000. illa, ex feudo sint redacta, & ideò iure precij rei feudalis, meritò censeantur.

51 Ideoq; consequens esse, vt disposita de feudo, locum quoq; in istiusmodi pecunia inueniant. Eò quod in feudis precium loco rei succedat. Inde enim scriptum extat: si mihi donatum fuerit prædium, egoq; illud ipsum vendidero, mille ducatis, me ratione illorum mille ducatorum, ad ea ipsa seruitia præstanda, astrictum fore, ad quæ obligatus eram, cum feudum ipsum adhuc possiderem. *Vti in specie decidit Iohan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud in Rubr. ad fin.*

52 Nam rursus in promtu est responsio: quod * scilicet hæc Iohannis Andreæ, & sequacium sententia, communi DD. calculo explosa sit. *Bl. in c. 1. n. 6. Si de feud. vasall. ab aliq. interpell. fuer. Iason. Isaul. si cum seruum. nu. 6. ff. si cert. petat. Tiraq. de ut. retr. p. 1. §. 32. gl. 1. n. 20. Wesenb. in tr. feud. c. 7. n. 9. Borch. in tr. feud. c. 6. n. 14. Consil. Lipsens. quod extat post quæst. Hartm. Pistor. 27 lib. 2. n. 9.*

53 Nec enim pecunia, ex re feudali redacta feudum est. *Bl. in c. 1. n. 6. de feud. non habent. propr. feud. natur. Wesenbec. & Borchol. in locis proximè allegatis.*

At ais: conuenerat attamen inter K; vt pecunia hac, feuda noua compararentur: sed nec illud obstat:

54 Nam etsi eiusmodi pactum, moribus, quibus hodie vtimur, validum sit, illudque efficiat, vt vasallo prius decedente, quam precium hoc, in feudi emtionem conuerteret, agnatis, aut feudi successoribus, ad interesse detur actio: qua filias, aut alios bonorum allodialium heredes, ad quos pecunia, seu precium istud, morte vasalli, qui ita pepigerat, deuolutum erat, compellunt, vt tantundem pecuniæ, qua feuda deinde emantur, restituant. Ne feudo, & precio simul, in bonis feudalibus succedentes, contra quàm conuenerat, carere cogantur. *Vti ad literam decidunt, rursus Wesenb. & Borchol. in locis, in quibus paulò ante allegabamus.*

Incerim tamen hic veluti alias in toto iure, destinatum ad certam rem non habebitur, pro re ad quam destinatur. *Jason l. cetera. 6. sed si paruerit n. 1. per ill. text. ff. de legat. 1. Felin. in c. cum adeò n. 2. ext. de reser. Tiraq. de ut. retr. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 110. Coras. in l. qui liberos. n. 34. ff. de ritu nuptiar. Alexat. cons. 181. n. 2. & 4. lib. 6.* 55

Sed nec pecuniam ad emtionem feudorum destinatam, quantumuis ex feudo redacta fuerat, pro re perfecta & destinata, id est, pro ipso feudo habebimus. Vti ad literam scriptum reliquit, vir clarissimus, & eruditissimus (ita namq; hunc nominat *Pistor. q. 21. nu. 27. & q. 22. n. 3. lib. 2.*) *Wesenb. in d. tr. feud. c. 7. nu. 9.* 56

At esto, ponamus, 4000. hæc, naturam feudi proprij, iam sortita esse: non tamen propterea A. à K. hisce foret priuandus.

Ordinanter enim SECVNDO iura: quod dolus, *vt est textus ad literam in c. 1. §. final. ibi Bl. in pr. Andr. de Isern. n. 2. Prapos. n. 1. Alvarott. nu. 1. Matth. de Afflict. nu. 3. Frider. Scheuck. in pr. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in 9. qui quidem inuestitus n. 32. Laur. Syluan. in tr. de feud. recogn. q. 64. n. 4. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 23.* 57

Et contumacia requiratur in feudi priuatione, ea, quæ ob non petitam intra annum & diem inuestituram, fit. *c. sæpissimus. ibi gl. v. damnetur. Isern. n. 5. quo temp. mil.* 58

Cum itaque certum sit; quod quælibet, etiam leuissima, iniusta, fatua, insulsa, inepta, & vt loquuntur, bestialis, causa, à dolo, quodque consequens est, contumacia excusationem præbeat. *Iason l. si quis minor n. 3. C. de transact. Ias. in l. si ita quis promiserit. §. Seia. nu. 20. ff. de verb. oblig. Tiraq. de pœn. caus. 43. n. 1. & 2. vbi testimonios fere in id coacruat Iul. Clar. in pr. crimin. §. fin. q. 60. n. 22. Ant. Gabr. Roman. in tr. Regul. lib. 7. tit. de malefic. concl. 8. n. 1. & seqq. Roch. de Curt. in c. fin. in pr. n. 33. ext. de consuet. Lancellot. in tr. de off. prætor. Rubr. de Falsar. n. 6. Plot. in tr. de in tut. sur. §. 10. n. 10. Zoanet. in l. vt vim. p. 2. n. 81. ff. de iust. & iur. Coras. miscell. lib. 2. c. 8. n. 8. & lib. 4. c. 2. n. 10. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 14. Cacher. decis. 71. n. 17. Wesenb. in tr. feud. c. 15. n. 8. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 132. n. 54. Borch. in tr. de pact. c. 6. n. 14. Alb. Brun. cons. 23. n. 3. Hipp. de Marsil. cons. 62. n. 3. Cardin. Paris. cons. 171. n. 20. vol. 4. Zas. cons. 23. n. 9. lib. 1.* 59

Quod vsq; adeò verum est, vt hoc in loco Iuris quoq; ignorantia fauore digna, sed & à noxa priuationis quem tueatur. Vti in specie decidit *Laur. Syluan. in tr. de feud. recognit. d. q. 64. n. 3. & seqq.* 60

Consequatur oportet ab amissione feudi omni, nostrum A. à K. tutum iam esse. Excusaret etenim eum, vel hæc cogitatio, quod putasset iura feudalia inuestituræ renouationem petendam esse, præcipientia de feudis

dis veris, & proprijs, & in rebus immobilibus consistentibus, loqui.

61 TERTIÒ: vulgatissimi Iuris est: quod semper & vbiq;, cum ideò è feudo eijcitur vasallus, quod inuestituram, intra annum & diem non petierat, sententia opus sit. *gl. in c. 1. v. iure feudi. quib. mod. feud. amitt. Host. in summ. tit. de feud. §. quib. mod. seu caus. feud. amitt. in fin. vers. postit autem queri. Guido Papæ decis. 164. Felin. in c. Rodulphus n. 36. ext. de reser. Capoll. caut. 94. Alvarott. in c. sanctimus. n. 1. quo temp. mil. Iacobin. de S. Georg. in tr. feud. in v. qui quidem inuestiti. n. 42. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 155. Zas. in tr. feud. p. 10. n. 72. Ferrar. Montan. in tr. feud. lib. 4. c. 3. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 30. n. 23. Pract. Pap. in form. libelli quo agit. ad revoc. feud. v. nec superstitibus ex eo liberis. n. 26. Thom. de Marin. in tr. de gener. & qual. feud. tit. 2. §. constitutio. n. 62. Sylvan. de feud. recog. q. 22. per tot. Iul. Clar. recept. sentent. §. fendum. q. 49. n. 6. & q. 62. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 3. n. 10. Thom. Gram. decis. 105. n. 13. & n. 55. Soresenb. in tr. feudal. c. 15. n. 7. Aug. conf. 371. Castr. conf. 84. n. 3. vol. 2. Alex. conf. 124. n. 1. vol. 1.*

62 Etenim (vt alias rationes, quibus hæc communis, & vera sententia fulcitur, videntes,
* prudentesq; taceamus) certum est, quod iuris feudalis textus, hanc disceptationem dirimentes, verbo futuri temporis vtantur. *d. c. 1. ponderando verbum: damnetur. quo temp. mil.*

63 Quæ verba ferendæ, non autem latæ sententiæ notæ sunt, atq; indicia *gl. in l. iubemus nulli in v. priuetur. ibi Br. n. 12. C. de sacrof. Eccl. gl. in l. in criminali. in v. habeatur. ibi Br. n. 5. C. de iurisd. omn. iudic. Roman. sing. 2. Sälycet. in l. cum posteaquam. n. 1. C. de pact. Franc. Crewens. sing. 7. Matthesilan. sing. 115. Iaf. in l. rem quæ nobis. n. 35. ff. de acquir. poss. Castell. Castr. in memorabili. in v. geminatio. el. 3. Tiraq. in l. si vnquam in v. reuertantur n. 39. C. de reuocand. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 3. n. 67. et 70. Sfort. Oddus in tr. de rest. in integ. q. 78. n. 39.*

Atenim hîc nulla vnquam sententia aduersus A. à K. enim 4000. sua perdidisse, lata fuit.

Reliquum itaque illud tantum fit, 4000. hæc, ad fiscum domini feudi, nequaquam adhuc spectare.

64 QVARTÒ certò quoq; illud constat, & ab
* Interpretibus omnibus receptum est: quod nunquam heredes vasalli, qui intra annum & diem inuestituram non petierant, ob id feudo priuari possint. ita in specie decidit *Sylvan. in tr. de feud. recogn. q. 28. & 29. n. 9. lib. 1. Heron. Gratt. conf. 49. n. 2. vol. 1.*

65 Quibus sese coniungunt omnes, qui volunt, quod in casibus tantùm, in quibus feudù ipso iure, & absq; vlla declaratione amittitur: felonia, culpaq; autoris, heredes, successoresque eiusdem, oneret. Nam cum ex eo genere, casus, de quibus præsens instituta est tractatio, non sit (Quippe sententia hîc opus esse, in præcedenti fundamento euicimus) consequens est, hos omnes sensisse, ob non petitâ, ab autore suo inuestituram, tempore iure feudorum præfinito, heredem non ejici, feudiq; possessione non spoliari. Hi autem sunt. *Bl. in c. 1. §. insuper. n. 7. Alvarott. n. 4. vers. sed tu aduerte. Affl. n. 15. de prob. feud. alien. per Frider. Iaf. in l. quod autem. §. si quis iniquum. n. 5. ff. quod quisq; iur. Iacobin. de S. Georg. in tr. feud. in v. dictiq; vasalli. el. 1. n. 52. & 53. Curt. in tr. feud p. 4. n. 157. Iul. Clar. q. 65.* * *vbi hanc opinionem omnes amplecti post. Iacob. de S. Georg. is testis est. Soresenb. in tr. feud. c. 15. n. 10. Mynsing. obs. 97. cent. 3. Borch. in tr. feud. c. 8. n. 155. Barthel. de Staramp. int. conf. Brun. conf. 108. n. 33. Rol. à Valle. cons. 78. n. 11. volum. 4.*

Iam verò hic, si, vt volunt aduersarij, res succederet, non is, qui desesperatus tempus petendæ inuestituræ præfixum, frustra effluere siuerat, sed heredes eius insontes plecterentur:

Id itaq; dicere, rationis non est.

QVINTÒ certum est: quod nemo, præter- 66
quam Dominus, in cuius contemptum redundare videtur, audiatur, vasallo obijcere volens, quod inuestituram, debito, legitimoq; modo & tempore non petierat. Vti in specie decidit *Sylvan. in d. tr. de feud. recog. q. 24.*

Nec enim aliter vasallus amittit feudum, 67
quàm si Dominus, idipsum se velle ostenderit. *Specul. in tit. de feud. §. quoniam. n. 49. Bl. in c. quæ in Ecclesiarum. n. 36. ext. de Constit. Bl in c. 1. in pr. n. 3. de caput. Conrad. Bl in l. 1. n. 1. & in l. final. n. 5. C. de revoc. donat. Iaf. in l. 2. n. 23. C. de iure Emphyt. Dec. in Rubr. n. 8. vers. & hoc confirmatur. C. de fecund. nupt. Tiraq. in l. si vnquam. v. reuertatur. n. 11. C. de revoc. don. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 30. n. 106. Alex. de Imol. conf. 79. n. 11. cons. 103. n. 16. vers. præterea. vol. 1. conf. 173. n. 7. vol. 2. conf. 27. n. 4. & conf. 92. n. 23. vol. 6. Dec. conf. 144. n. 6. v. præterea etiam si ipso iure. conf. 185. n. 11. cons. 206. n. 8. & conf. 341. n. 16.*

Iam verò, ni multum fallor, in præsentia, non feudi Dominus, ad feudi priuationem, aduersus A. à K. agit, sed tertij quidam sunt, qui se hisce 4000. à Principe postea donatum iri confidunt, idcoque fabulam totam perturbant.

Quod cum ita sit, rectè sic ratiocinabimur: etiamsi omnia adessent, quæ ad feudi amissionem, hac in parte desiderantur, non tamen pecunia sua carituros, A. à K. heredes. Cum tertij tantùm sint, qui illis, de feudi amissione obijciant, non autem ipse feudi Dominus.

SEXTÒ: notatu quoq; dignum illud est, 68
quod ab Andrea de Isernia traditur: laude dignum esse, si Princeps, ob non petitam inuestituram, intra annum & diem, vasallum de feudo non deiecerit, siue is miles, siue non miles fuerit, nisi forsitan, ex contemtu quodam Domini, inuestitionem petere, (sciens prudensq; neglexerit. Ita in specie decidit *And. de Isern. in c. 1. §. sanctimus. n. 1. quo temp. mil. vbi in Regno Siciliæ iustam amissionis feudi causam non esse, non petisse inuestituram, intra annum & diem. is testis est. Quæ sententia meritò, ob oculos, habere debet.*

Maxima

69 Maxima enim Iſernæ in caſuum feudalium deciſionibus eſt autoritas.

Hunc enim celebratiſsimum Feudiſtam dicit Arr. *Pinell.in l.1.p.3.n.87.C.de bon.matern.*

De eo item ſcriptum reliquit Maranta, eſſe eum Legum Euangeliſtam, cuiuſq; autoritas, Lucæ de Penna autoritatem ſuperet. *Marant.diſput.2.n.13.*

Cuius rurſus ſententiam, pro ceterorum ſententijs, ſequendam eſſe, autor eſt *Affl. deciſ. 398.n.9.*

Vt taceam, hunc Feudiſtarum aurigam, & Principem nominari *à Gail.obſ. 150.n.4.lib.2.*

Quid? quod hunc in feudalibus veri enunciatorem, *Sigiſm.de Neap.conſ.1.n.98.*

Magnum item feudiſtarum aurigam enunciet *Piſtor.q.15.n.46.verſ.denig, lib.2.*

70 Et præterea longè eſt certiſsi num: quod Principem, nil magis, quàm ſubditorum clementiſsima dilectio deceat. *Andr. de Iſern. de prob.feud.alien.per Lothar.*

71 Qua commoda ſubditorum inueſtigat. *l.1.§.vlt.C. de caduc.toll. §.cogitatio.Auth. vt iudic. ſine quog. ſuffrag.*

72 Damnaq; eorundem præcidit. *d.l.1.in pr.C. de caduc.toll.*

73 Cum Reipub.interſit, abundare ſubditos, opibus, & pecunia. *§.conſiderandum auth.vt indic.ſine quoquo ſuffrag. Panorm.c.licet.n.13.ext. de probat.Roxz.deciſ.5.n.344.Tiraq.in l.ſi vnquam.v. bona.n.6.circa med.C. de reuoc. donat. Aldobrand. §. fin.n.6.Inſt.de inſt.& iur. Couarr.var.reſol lib.3.c.5. n.5.verſ.tertiò.Seraph.in tr.de iuram.priuil.7 5.n.31.*

Nam hinc haud ineptè extruemus illud: Dominum feudi, ceu Principem, omni virtutum genere, decoratiſsimum, non malè factarum, ſi culpam, (poſito, quod qua ſubeſſet, quod tamen pernegamus) vaſallis impuberibus condonaret, & illis, 4000. ſua relinqueret.

Maximè cum verendum ſit, ne, 4000. hiſce, ſiſco applicatis, vndè viuant, non habeant.

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

POrrò his aduerſa non ſunt, quæ dubitationis loco adducebantur.

74 Nam ad PRIMAM quod attinet, negamus, Domini conſenſum, pro forma ſolennitateq; actus requiri: & ſè diuerſo aſſerimus, quod tantùm, vt remoueatur, tertij, Domini nimirùm feudi præiudicium, illo ipſo opus ſit. Ita in ſpecie decidit *Andr. de Iſern. in c.1. in pr.n.14.ibi Aluarott.n.15.Matth. de Affl. verſ. vigeſimoquarto.n.2.verſ.tertia opinio.de prob.feud. alien. per Frideric. Curt.in tr.feud.p.4.n.138. Et tradunt reliqui omnes ferè, quos ſuperius, vt probaremus, nil quicquam referre, ſi Domini conſenſus, contractum ſequeretur, adduximus.*

Nec nocet, quod itidem oſtendimus, conſenſum inſtar autoritatis obtinere, quoties à ſuperiore requiritur: quodque conſequens eſt, hoc caſu actum, vel contractum præcedere debere:

Hoc namq; verum eſt, quoties ſuperioris 75
conſenſus deſideratur, ex alio, quàm quod actus, vel contractus, qui ſit, in eius præiudicium redundet, capite: Ita ſeipſum declarat *Simoncell.in tr.de decret.minor.in præfat.n.54.verſ. aut igitur.*

Iam verò in præſentia, ex hoc duntaxat capite, quod Domini feudi interſit, rem feudalem, abſq; eius conſenſu non alienari, Domini ſeu Superioris conſenſus requiritur. *Vti iam euicimus.*

Flocci itaq; pendendum erit, an hic conſenſus actum, vel contractum præceſſerit, an verò ſecutus fuerit.

Deindè diluitur quoq; obiectio hæc, per id: quod hîc de diuiſione res ſit, quam abſq; Domini conſenſu conſiſtere, planum eſt.

Quare cum hîc totaliter conſenſus Domini omitti potuiſſet, non oberit quoq; diuiſioni, ſiue is, eam præceſſerit, ſiue ſecutus fuerit. Non enim ſolent, quæ abundant, vitiare ſcri- 76
pturas. *I.non ſolent.ff. de Reg. Iur. Bocr. in conſuet. Biturig.tit.de ſtat.perſon.§.4.gl.5.Gail.obſ.144.n.3. lib.1.obſeru.1.nu.2.lib.2.Specul.tit.de poſitione.§. ſeptimo.n.8.Alcyat.Paradox.lib.1.c.7.n.2.Montic.in tr.de inuent.hered.c.5.n.47.*

Et quoties neceſſaria non eſt, aliqua ali- 77
cuius ſolennitatis adhibitio, tunc actus nihilominus firmius, validusq; erit, etiamſi inepte iſthæc ſolennitas adhibita fuiſſet. *Felin. in c.cum ordinem.n.2.verſ.ſed aduerte ext. de reſcr. Cacheran.deciſ.101.n.32.*

Sed nec hoc quoq; in loco, quicquam fa- 78
ceſsit negocij, quod diuiſio alienationis ſpecies ſit: Nam etſi hoc verum ſit, talis tamen alienatio eſt, qua vaſalli res familiaris, non imminuitur: aut quicquam extraneæ familiæ acquiritur: Sed vti res prius vaſalli erat; ita in poſterum eius quoq; permanet.

Vndè omne ceſſat Domini præiudicium cuius ratione, conſenſus eiuſdem requirebatur. Ita in ſpecie reſoluit *Dominus Zoeſenbec.in tr.feud.c.11.n.8.*

Et præterea conſiderandum eſt illud: quod diuiſione hac, feudum in agnatum proximum deuenerit. In quem omnis generis alienatione, Domini conſenſu non accedente, feudum transferri poteſt.

Rurſus itaq; quæ abundant, contractus, actusq; non vitiabunt: nec ſolennitatis non neceſſariæ inepta adhibitio, euertet, quod agitur: & conſequenter, locum non reperit PRIMA hæc obiectio.

Ad alterum deindè, quod nos ſubſiſtere cogebat fundamentum, quodq; de inueſtitura non petita, depromtum erat, ſatis iam ſub de-

sub decisionis rationibus respondimus. Quare otiosa repetitione eorum, qua ibi dicebantur, nemini hic molestus esse volo.

Animaduertatur autem ad eam, cumprimis responsionem, quod pecunia hæc feudum nunquam fuerit. Cum ne pacto iurato quidem, effici possit, vt pecunia ex feudo redacta, feudum sit, *vti in specie decidunt Isern. Alnarott. & Borch in locis in quibus antea citauimus.*

Nam hoc cum ita sit, quæ de feudis disposita sunt, ad pecuniã hanc extendi nõ oportet.

Accedat ad hæc, quod A. à K. defuncto, liberi eius inuestituram petierint, atq; etiam impetrarint.

Collabitur itaq; rursus omne id, quod inferre ex non petita, legitimo tempore, inuestitura, Aduersarij conabantur.

73 Nouum enim non est, ratione legis cessante, ipsam quoq; dispositionem cessare. *l. adigere. §. quamuis ff. de iur. patron. Euer. in top. in loc. à cess. ratio. n. 2. ibi Parisulph. Prat. in addit. Tiraq. in tr. cess. cauf. p. 1. n. 130. Cacheran. decis. 14. n. 3.*

79 Sicuti nunc, illud quoq; in considerationem non venit, an aliquis horum casuum contingere potuerit, in quo ex inuestitura non petita, feudi amissio producitur: Sumus enim iam in casu certo, vbi id fieri non posse, iam apparet.

Quare coniecturis quoq; locus nullus reliquus est. *l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obligat. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 87. ff. de verb. oblig. Ruminald. in l. 1. n. 243. C. qui adm. Oddus in tr. de rest. in int. q. 23. n. 23. & seqq. Molin. in l. 1. §. sed si mihi. n. 10. ff. de verb. oblig. Cald. in l. si curatorem. in v. vel aduersarij dolo. n. 20. ad fin. C. de rest. in integ.*

81 Vt taceam futura, quæq; euenire possunt, in consideratione habeti non solere, nisi status rei præsens ostenderit, hæc necessariò lecutura. Vt ex communiter recepta doctrina *Br. in l. inter stipulantem. §. sacram. n. 7. ff. de verb. obligat.* videre est.

82 Non nocet quoq; K. simile illud, de feudo, ob abitionem vasalli, qua Dominum diminicantem deseruerat, amittendo, etiamsi isthæc abitio, Domino nil nocuerit.

Nam & idipsum resoluitur, primò per id, quod non desint, qui contrarium statuant, nempe: tùm demùm ob istiusmodi desertionem vasalli, feudum in commissum incidere, si hinc damnum, detrimentumq; Domini emerserit. *Ita namq; in specie decidit Zasius tr. feud. p. 10. n. 18.*

83 Quamuis in hac resolutione, nos tutò acquiescere non posse, ingenuc fateat. Zasius enim solus est, qui hoc docet. Locum itaq; inuenit, commune illud dictcrium: quod solus Neptunus, aduersus ceteros omnes Deos, rectè contendere non possit. *Vt inquit Tiraq in l. si vnquam. in v. reuertatur. n. 137. C. de rev. donat.*

84 Quare secundò obiectioni huic, hanc applicamus responsionem, quod istud in abitione, desertioneq; vasalli, quantumuis ea, nullum Domino damnum datum sit, peculiari ratione constitutum sit, ob rem nimirum pessimi exempli, qua fieri potest, vt totius exercitus, effusa fuga fiat, Vti in specie annotatum, post alios reliquit *Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 14.*

Vbi & hoc addit, abitionem vasalli, etiam 85
innocuam, plus nocere exemplo, quàm peccato. *Cur. lib. 3. de ll. Tiraq de pœn. cauf. 44. n. 53.*

Atenim hæc ratio, in inuestitura non petita, cessat:

Cessabit itaq; dispositio quoq;.

Vlterius ne illud quidem, pondus aliquod habet: quod vasallus qui inuestituram non petierat, moram purgare non possit.

In contrarium enim (vt ostendimus superiùs) magis communiter discessum est. **

Nec repugnat, quod attamen Doctores omnes, de celeri satisfactione loquantur. Nam illiipsi hanc loquendi formulam interpretantur, vt celer satisfactio dicatur omne 86
id, quod fit, priusquam vasallus, in, vel extra iudicium, ob non petitam inuestituram, à Domino interpellatur. Ita namq; in specie decidit *Hostiens. in summa ext. de locat. n. 12. vers. duco enim celerem. & Guid. Papæ decis. 166. ibi Stephan. Ranchin. in addit.*

Quamobrem excusabuntur quoq; nostri K; moramq; purgare poterunt, cum nunquã adhuc à feudi Domino, vt inuestituram peterent, sint acciti; nunquam item coram curiæ paribus, ad feudi priuationem aduerlus eos, actio instituta fuerit.

Præterea, ex æquitate Iuris Canonici, de 87
eo certi sumus, quod moræ purgationi semper locus sit, quoties partis, moram commissam non esse, non interest. Vti rursus in specie decidit *Hostiens in summa. ext. de arbitr. n. 8. v. conuentionalu. Anton. de Butrio in c. dilecti col. antepenult. vers. quandoq, est conuentionalis ext. de arbitr. Bl. in l. si pacto quo pœnam. n. 8. C. de pact. arg. gl. in c. beatus in v. maioribus. 22. q. 2. gl. in c. apud miscr. ordem. in v. reuertitur. 22. q. 5. Thom. Gram. decis 95. n. 6. Seraph. de seraph. in tr. de iuram. priud. 48. n. 8. Ludouic. Goz. adin. conf. 66. n. 13.*

Quod vsq; adeò verum est, vt in vtroq; fo. 88
ro, tam contentioso, quàm pœnitentiali procedat. *Vt autor est Seraph. d. priu. 48. n. 8. vbi Rain. & Anton. Gabr. Roman. in id allegat.*

Cum itaq; Iuris sit euidentissimi: quod in 89
causarum feudalium decisionibus potius ad ius Canonicum quàm Iuris ciuilis sanctiones recurrendum sit. *Bl. in c. 1. §. final. n. 10. de proh. feud. alien. per Frider. Felin. in c. in causis. n. 1. vers. nota secundò ext. de iudic. Roch. de Curt. in c. final. fol. 9. n. 50. ext. de consuet. Curt. in tr. feud. p. 1. q. 12. 1. p. Marantan tr. de ord. iudic. p. 3. n. 85. Cott. in memorial. in v. feudi. el. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priud. 66. n. 1. Alex. cons. 5. n. 10. Vol. 5. & ibi Natta in addit.*

Non

Non∫ minus quoq; certum illud ſit, quod hîc intereſſe nullum, ob non petitam inueſtituram, Dominus allegare poſsit.

Reliquum illud tantum ſit, moræ purgationem hîc omninò concedendum eſſe.

Deniq; non prædudicat quoq; Deciſioni noſtræ illud: quod nempè feudum, non ſolùm ab ipſo vaſallo, qui inueſtituram non petierat: verùm etiam ab herede eiuſdem, per Dominum auocari poſsit. Vti hoc placet *Thomæ de Marinis, in loco ſuperiùs adducto. vbi Andr. de Iſern. & Barbat. ſuæ opinionis autores laudat.*

90 Nam vt palam ſit, ex Deciſionis ratione
** quarta, opinio hæc, à maiore feudiſtarum parte, reiecta atq; exploſa eſt: Quamobrem, non hanc Marini, Iſerniæ, & Barbatiæ opinionem, ſed contrariam poſthac ſectabimur. Non enim in iudicando, & conſulendo, minus communem, ſed potius magis communem Interpretum ſententiam ſequi decet. *Iaſ. in auth. nouiſſima. n. 22. C. de inoff. teſt. am. Neuiz. in ſylua. nupt. lib. 5. n. 1. Toming. deciſ. 23. n. 15. Lancillot. Conrad. m tr. de offic. Prætor. Rubr. de ſentent. n. 21. cum ſeqq. Hartm. Poſtor. q: 5. n. 13. lib. 2. Capiferr. in tr de num. teſt. p. 1. c. 16. vu. 50. & infinitos in id congeſit Anton. Mar. Corat. in tr. de comm. opin. tit. 8. nu. 16.*

Tertiò, aduerſus K; allegabatur illud: inre cautum eſſe, quod Dominus, vaſallusq; in amiſsione dominij, directi, vel vtilis, pari iure verentur: ideoq; cum vlterius proſpexerint iura, quod Dominus proprietate feudi, carere debeat, ſi vaſallo, tempore, locoq; congruo, inueſtituram petenti, inueſtituram facere recuſauerit: fieri non poſſe, quin vicißim inueſtituram, tempore, locoq; opportuno, vaſallus non petens, feudo propterea careat.

Nam hoc refellitur per id: quod K. nemi-nem, ratione 4000. illorum, Dominum habuerit, cum (vt latißimè ſub prima decidendi ratione comprobauimus) in pecunia qualicunq; feudum conſiſtere nequeat.

Quamobrem hîc argumentum, à paritate inter dominum, & vaſallum, iure conſtitutum, deductum, neutiquam concludit.

Quarto adducebatur illud: I. à K; tutorem liberorum A. à K; per obreptionem deindè, inueſtituram impetraſſe. Ideoq; mendacium eius, feudi priuatione coërcendum eſſe. Cum ſit contra honeſtum, quod Domino ſuo, à ſe exhibitum iri, vaſallus in fidelitatis iuramento deierat.

Sed & hoc leuiuſculum eſt, ſi cogitauerimus I. à K. opus non habuiſſe, inueſtituram vllam impetrare.

Quod cum ita ſit, pœna quoq; nulla plectendus venit, quantumuis officiali, inueſtituris regiſtrandis præpoſito impoſuiſſet.
91 Mendacij enim rationem haberi non oportet, etiamſi reuera mendacium fuerit, vnde commodi, emolumentiq; quicquam, mendax conſecutus non eſt. *Ita in ſpecie decidit Crau. conſ. 936. nu. 31. per iura & autoritates DD. quas allegat.*

Vndè & dolo carere dicitur. *Crau. conſ. 947.* 92
n. 18. & conſ. 969. n. 30. Simon de Prætis conſ. 191. nu. 16.

Et nugis æquiparari ſolet. *Salyc. in auth.* 93
contra qui propriam. n. 4. C. de non num. pecun.

Nec vlla in eius coërtionem, pœna ſtatuta 94
eſt. *Salyc. in l. qui ſtndum. n. 3. per ill. text. ff. de eutic. Bl. in l. final. per ill. text. ff. quod falſ. tut. aut. Crau. conſ. 365. n. 36.*

At eſto, dicamus: I. à K; ob impoſturas commiſſas puniendum eſſe: non tamen propterea punietur, amiſsione tutorum illorum quatuor millium.

Nam deficit præſuppoſitum, cui concluſionem hanc, ſuperimponebamus: periurum ſcilicet, cum factum, cum contra honeſtum, quod Domino, in Sacramento fidelitatis iurauerat, fecerit.

Etenim quantumuis K; tum temporis, iu- 95
re vaſallorum cenſendi fuiſſent: non tamen adhuc vnquam fidelitatis iuramentum iurauerant, quoniam inueſtiti de pecunia hac, non erant. Et non fidelitatis præſtatio inueſtituram; ſed inueſtitura fidelitatis Sacramentum, præcedit, iurat deindè fidelitatem. vaſallus Domino. Vt eſt text. ad literam *in Rubr. & nigr. Quid præced. deb. an inueſt. vel fidel. vbi Bl. in pr. Aluarot. & DD. feudiſtæ reliqui. Sebenic. in c. 1. in pr. n. 11. Si de inueſt. feud. contr. fuerit. Soſubec. in tr. feud. p. 11. nu. 1. & ſeqq. Feuſ. in tr. feud. c. 8. n. 11. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 1. n. 37.*

Vndè formula inſtrumenti inueſtituræ, 96
talis traditur: Talis comes conceſsit Titio tale caſtrum in feudum, & ipſum per enſem nudum quem tenebat in manu inueſtiuit, qui Titius poſtea fidelitatem iurauit, ſecundum veterem, & nouam formam. Vt trad. *Bl. in d. ut quid præced. deb. inueſt. an verò fidel. in pr. Boër. in conſuet. Bitur. tit. de feud. §. 3. gl. vnic. col. 2.*

Quod cum ita ſit, periurij quoq; eos, reos, 97
nunquam ſiſtemus. Qui enim peierasſe is dici poteſt, qui nunquam iurauerat? Cum non entis nullæ ſint qualitates. *l. eius qui in Prouincia ff ſi cert. pet. Ant. Rub. in tr. de ineff. teſtam. c. 16. n. 4. Garz. in tr. de vlt. ſin. tur. n. 52. Zoanett. in l. vt vim. p. 3. n. 96. ff. de iuſt. & iur. Zoanett. in l. 2. n. 57. C. de pact. int. emt. & vendit. Bocer. in l. contract. 6. §. nu. 3. ff. de reg. Iur. Iuſt. Reub. in tr. de teſtib. p. 3. nu. 82.*

Vltimo loco adducebatur illud, geminatò hîc peccaſſe K; & quod inueſtituram, tempore in id, legibus diffinito, non petierant: & quod deindè eam iniuſto tempore, & quidem falſa veris miſcentes, impetraſſent.

Aggrauari itaq; feloniam eorum, eosque dignos eſſe, qui feudo careant.

Sed

Sed aduersus hæc, resolutiones superiores repetimus: non adesse hîc feudum: non itaq; opus quoq; fuisse, vt pro impetranda inuestitura, K. instarent: non item illis profuisse, veris falsa commiscuisse, cum ab inuestituræ petitione, toti abstinere potuerint.

Quod si omninò inuestituram petere, opus habuissent, geminatio tamen, ex hisce duobus actibus, malè colligeretur.

98 Diuersa enim planè, separataq; sunt, inuestituram non petere: & iterum per obreptionem, & technas inuestituram impetrare. Geminatio itaq; hinc perperam astruitur. Ex diuersis enim aliquam geminationem colligere, haudquaquam decet. *Vt in specie decidit Iaf. in §. in personam. nu. 30. Inst. de action.*

Vt itaq; denuò dicam, quid sentiam, nec ab A. à K; nec à reliquis K. quicquam commissum esse censeo, ob quod iure, 4000 illis priuari possint.

Quod si aliquid feudi priuatione dignum commisissent: eos tamen propterea pecunia hac non carituros, quod nulla A. à K. viuente, aduersus eos, declaratoria sententia promulgata sit, qua eos feudum amisisse pronunciabatur: quod item ab herede, ob factum defuncti, inuestituram non petentis, feudum auferri non debeat. Id quod iuri, æquitatiq; consentaneum esse putarim. F. P. D.

Erant certi homines, qui consilium inierant, quatuor hæc millia à feudi Domino, siquidem à fisco eius occupata essent, donatiui titulo impetrandi: qui quoq; Fiscum instigabant, vt hæc sibi vendicaret: sed illi postea causæ diffitentes, incœptum vrgere destiterunt. Quapropter K; id quod illorum hactenus fuerat, etiam posthac retinuerunt.

CONSILIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. competit omni, qui vltra iusti dimidium, læsum se esse conqueritur.*
2. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. extenditur ad omnes bonæ fidei contractus.*
3. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. pessundat omnem omninò dispositionem, quamuis hanc alias fauore multo, iura prosequantur.*
4. *Diuisio inter heredes plures, sicuti & inter socios plures, contractus bonæ fidei est.*
5. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. in diuisionibus quoq;, locum sibi vendicat. Etiam de iure saxonico n. 6. (n. 7. Item, etsi diuisio, stipulatione vallata fuerit. Stipulatio accedens, ad bonæ fidei contractum, remedio l. 2. C. de resc. vend. aditum non præcludit, ibid.*
6. *Appellare à sorte iudicio, licitum non est.*
9. *Sors, cum aliquem lædit, læsionis huius causa, fortuna (vt vulgariter loquar) est. (ibid. Fortuna superiorem in mundo non habet.*
10. *Appellare fratres, qui hereditatem sorte diuiserant, non possunt.*
11. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. etiam in diuisione per sortes facta, locum habet.*
12. *Remedium l. 2. non excluditur, etiam in diuisione bonorum feudalium.*
13. *In remedio l. 2. C. de resc. vend. dolus ex proposito, in consideratione non venit, sed eum reipsa interuenire satis est. Remedium d. l. 2. etiam aduersus minorem datur ibid.*
14. *Minor in omni dispositione generali includitur, nisi ostendatur eum hac in parte priuilegio peculiari frui.*
15. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. non tollitur etiamsi exceptioni doli, expresse fuerit renunciatum: nec item ob clausulam, ex certa scientia sed & ex appositione clausularũ istiusmodi, dolus adhuc, conspicatior fit.*
16. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. non tollitur, etiam per iuramentum: non per lapsum quadriennij, & denij, per nullã planè clausulã.*
17. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. locus est, etiamsi læsio, in vno tantum nummo, iusti dimidium egrediatur.*
18. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. apud Lusitanos quindecim, apud Gallos duodecim, apud Hispanos, quatuor tantum annos durat.*
19. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. secundum præscriptum iuris communis, non nisi longissimi temporis præscriptione perimitur.*
20. *Læsus in diuisione, etiam intra iusti dimidium, experitur adhuc retrò, ad læsionis emenda-*

tionem familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo actione.

21. *Læso in diuisione, etiam infra iusti dimidium, Iudex implorato eius officio succurrit.*

22. *Formam actus certam habemus, toties, quoties prius & posterius adest.*

23. *Gesta contra ordinem, à principe præscriptũ, gesta dicuntur contra formam.*

24. *Gesta contra formam, nulla sunt ipso iure.*

25. *Nullitatis actio, durat annos triginta.*

26. *Læso infra dimidium iusti, opitulabitur Iudex, etiam per id, quod aduersarium interrogat: an vir bonus sit? Nam si virum bonum esse se, responderit, obstrictus etiam iam erit, ad læso satisfaciendum.*

27. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. locus non est, nisi læsum se dicens: læsum se esse, clarè, manifestè, & euidentissimè probet, atq; edoceat. & n. 28. & 29.*

30. *Aduersus remedium l. 2. C. de resc. vend. toties intentio aduersarij, fundata iam est, quoties de læsione, vltra iusti dimidium, non apparet.*

31. *Iuramentum suppletorium, in remedio l. 2. C. de resc. vend. non defertur.*

32. *Ad remedium l. 2. C. de resc. vend. stabiliendum, non qualibet læsio satis est: sed illa tantùm, quæ vltra iusti dimidium est.*
Et præterea oportet, læsionem hanc, tempore contractus interfuisse, non autem posteà secutam esse. n 33.

34. *In læsione vltra iusti dimidium, rectè dijudicanda, etiam ipsum momentum, quo contractus fiebat inspiciendum.*

35. *Læsio enormis non est, quæ iusti precij dimidium, non egreditur, nec in tali fundatur l. 2. C. de resc. vend.*

36. *Venditor non dicitur læsus, vltrà dimidium iusti, nisi rem valentem mille, minus quingentis distraxerit.*

37. *Venditor qui rem emit Ioachimicis mille, & rursus diuendidit, Ioachimicis quingentis, lædi adhuc vltra iusti dimidium, nõ dicitur.*

38. *In læsione rectè æstimanda, non solùm precium, quod dabatur, verumetiam reliquæ omnes, contractus qualitates, diligentissimè considerandæ sunt.*

39. *Onus annexum, rei valorem imminuit.*

40. *Litigiosa res, minus valet, quàm res, cuius possessione, pacificè frui possumus.*

41. *Consequentia bona non est: anno 1602. feudum F; tanti, vel tanti, vendi potest: Ergò etiam tanti vendi potuit, anno 1587.*

42. *Precia rerum ampliantur, diligenti cultura, et accedentib. extrinsecis, rei meliorationib.*

43. *Læsus enormiter, ille rectè dicitur, qui in sexta parte læsus est. Declaratur n. 44.*

45. *Remedio l. 2. C de resc. vend. non fruitur homo sagax, diligens, & astutus, ex receptiori.*

46. *Hirundo vna non facit ver.*

47. *Opinionem plurium & non vnius, in consulendo, iudicandoq; sequi tenemur.*

48. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. nunquam illi datur, qui sciuerat rei precium verum, & nihilominùs talem init contractum, vnde posteà se vltra iusti dimidium læsum, conqueritur.*
Extenditur, vt hac in parte, præsumta etiam scientia sufficiat. n. 49.

50. *Libri redituum, siue* Erbregister/ *à multis præsertim annis, collecti, & vniformes apparentes: si item rustici, ijs non contradicant, plenè probant.*

51. *Ad diuisionem animo deliberato, & non perfunctoriè, is accessisse censetur, qui prius redituum libros, perlustrarat.*

52. *Peneli ad l. 2. p. 1 c. 2. n. 10. C. de resc. vendit. opinio, reijcitur.*

53. *Præiudicia, quibus remedij l. 2. C. de resc. ven. vsus, denegatus illis fuit, qui scientes rerum valorem, attamen tam stolidè contraxerãt.*

54. *Fratres, valorem rei verum scientes, frustrà quiritant de deceptione, vltrà iusti dimidiũ, quam perpessi sint, familiam diuidentes, si absconditum illis non fuerat, iustum rei precium.*

55. *Remedium l. 2. C. de resc vend. locum non inuenit, ob meliorationes in fundo latitantes, quas tamen post contractum perfectum primum fundi possessor producere cepit.*
Remedium l. 2. C. de resc. vend ob thesaurũ postea in fundo repertum, non datur.

56. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. cessat, si res contractu iam absoluto tantopere adaugeatur, etiam sine possessoris industria, vt, si rei præsentem statum inspexeris, precium conuentum, adhuc ad dimidium iusti precij, non accedat.*

57. *Remedium l. 2. C de resc. vend. cessat, quoties interuenit decretum, atq; autoritas Commissariorum, à principe vel Consistorio eius renunciatorum.*

58. *Remedium l. 2. ob decretum interueniens non desinere, multi sunt, qui opinantur.*
Et quomodo opinio horum, procedere possit, n. 59. 60. & 61.

62. *Remedium l. 2 C. de resc. vend. conticescit ilico, ac ad contractum accedit, superioris confirmatio.*

63. *Læsio frustrà allegatur, frustra item in integrũ restitutio, semper petitur, si interuenerit principis factum.*

64. *Confirmatio, vt iusta sit, quæ requirantur.*

65. *Super confirmatione, antequam perficiatur, quale decretum, in Cam. Imper. dari soleat.*

66. *In confirmatione per superiorem administrata, omnia solenniter acta esse, stat præsumtio.*

67. *Instrumento, sigillo principis communito, in ijs præsertim, quæ ad principis officium, spectant, standum est.*

68. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. inefficax est, aduersus contractum, in præsentia propinquorum, & amicorum, celebratum.*

Maxi-

Maximè si ij amici, atq; propinqui conditionem illorum bonorum, de quibus res est, optimè exploratam habeant. n. 69.

70. *Interpretatio ad panthal Crem. ad l. 2. n. 108. C. de resc. vend.*

71. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. fragile est, si post contractum semel celebratum, ex interuallo, ratihabitio contractus, nouè accesserit. Sicuti & ob consensum geminatum, tollitur. n. 72. Contrarium n. 73. quod reijcitur n. 74.*

75. *Interpretatio ad Ludouicum Morotium, cons. 28. n. 22. lib. 1.*

76. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. haud desinit, ob consensum geminatum, si primus consensus interuenisset, tempore ætatis minoris, alter verò in ætate maiori.*

77. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. potest renunciari.*

78. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. renunciatum censetur per id, quod quis promittit se contractum fideliter obseruaturum, nec ei, ratione aliqua contrauenturum*

79. *Promissio nobilium, qua sub fide sua nobili, promittunt se contractu staturos, & nihil aduersus eundem præsumturos: & iuramentum, procedunt à pari.*

80. *Promissio per verbum veritatis, & iuramentum, pari iure censentur.*

81. *Remedium l. 2. C. de resc. vend, repellitur ob iuramentum præstitum.*

82. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. excluditur, si emtor, rem, quam prius emerat, venditori suo, pro eodem precio offert, ille verò emere recusat.*

Implementum primum, atq; vnicum sufficit, ad liberationem ab obligationis nexu, inducendam. ibid.

83. *Restitui quis in integrum, pluries non potest.*

84. *Venditoribus pluribus, rei vnius existentibus, vnus ex his solus, remedio l. 2. C. de resc. vend. non agit.*

85. *Facultas faciendi, vel faciendi & dandi simul quid, collata, in duos, pluresue, per vnum non potest adimpleri: sicuti nec ab vno tantum adimplementum eius peti.*

86. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. agens, in dubio casu, succumbere debet.*

87. *Fallacia non causæ, vt causæ, argumenta quibus inest, euertit.*

88. *Ob fallaciam, à dicto secundum quid, ad dictũ simpliciter, labascunt argumenta.*

89. *Læso, qui homo simplex est, semper faciliùs longè succurritur, quam ei, qui callidus, atq; versutus est.*

90. *Remedium l. 2. C. de resc. vend difficiliùs longè porrigitur, si venditor homo circumspectus est, emens verò minor adhuc, & rerum forensium, planè expers.*

91. *Opinio magis communis; in consulendo, iudicandoq; sequenda.*

92. *Argumentum à renunciatione simplici, ad renunciatam iuratam non procedit*

93. *Iuramentum, remedio l. 2. C. de resc. vend. præualet, eo excepto casu, si læsio, longè, multumq; iusti precij dimidium excesserit.*

94. *Præsupposita priùs verificanda sunt, quàm vlla conclusioni, quæ indè eliciebatur, sit firmitas.*

95. *Consequentia mala est: læsio maior est vno nummo iusti precij dimidio: Ergo succedit iam l. 2. C. de resc. vendit. remedium, plura enim alia necessaria sunt.*

96. *Fallacia consequentis efficit, quominùs rectè, argumenta concludant.*

97. *Copulata plura, pro vno habentur.*

98. *Impedimenta plura, plures quoq; amotiones desiderant.*

99. *Læsus, vltra dimidium iusti etiam, qui diu tacuit, non præsumitur fraude vacare.*

100. *Requisita, vt læso infra iusti precij dimidium, familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo actione succurratur. & n. 103.*

101. *Dolus in actu, per Iudicem palam, & consentientibus post deliberationem maturam, ipsis partibus fit, non præsumitur.*

102. *Minorem doli coarguere rationis non est. Cum ipse potius deceptionibus, obnoxius censeatur.*

104. *Læsus dum diuideret, vel familiam herciscceret, autoritate Iudicis prouocare ad superiorem debet, & impedire, quominùs partitio, vim rei iudicatæ consequatur: multòminus autem diuisioni, consensum expressum, accommodare debet. Posthac enim non audietur, etiamsi decuplo læsus esset.*

105. *Diuisioni, confirmatione superioris accedente, rata illa manet, nec rescinditur, etiamsi postea, aduersus eam, familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo actiones, instituantur.*

106. *Aduersus diuisionem per sortem facta, actio communi diuidundo, vel familiæ herciscundæ frustra proponitur.*

107. *Restitutio in integrum, aduersus diuisionem sorte factam, minori denegatur.*

108. *Requisita in id, vt læso officio suo, Iudex suppetias ferat.*

109. *Officium Iudicis, læso non datur ex veriori.*

100. *Officio Iudicis, si succurreretur læso, læsione etiam intra dimidium iusti, consistente, frustra proditum esset, l. 2. C de resc. vend. remedium.*

Lex frustrà lata esse non debet. ibid.

111. *Læso infra dimidium iusti si opem ferret, officij iudicis imploratio, latissima iam, iurgijs, & litibus, pateret fenestra & nemo, de rei suæ dominio certus iam esset. sed perpetuo metu, rei suæ amittendæ, excruciaretur. & n. 112.*

113. *Instrumentum publicum de contentis in eo, fidem plenam facit.*

114. *Instrumento publico, statur tandiu, donec contrarium probatum fuerit.*

115. *Princeps ipse alio iure, alio item Consistorium eius, censetur.*

116. *Forma priuata tantùm vtilitatis gratia introducta, partes tam expressè, quàm tacitè renunciare possunt.*

117. *Interrogatio per Iudicem facta, an quis vir bonus sit, in nullo planè, adiuuare potest læsum. Contra Ananiam. et n. 119. 120. & 121.*

118. *Turpitudinem propriam detegere, nemo obligatus est.*

THEMA.

Viri Nobilissimi fratres ab R. quorum tum temporis, sex adhuc in viuis erant, patre, patruoq; eorum in fata concedentibus, postquam illis, fratrumq; minorum tutoribus, bona sua, pro indiuiso, diutius possidere, è re non fore visum esset: ad diuisionem faciendam mentem appulerunt. Adierunt itaq; concordi consensu Iudicem, illumq; vt diuidere liceret, implorarunt. Iudex verò, re cognita, diuisionem faciendam esse, decreuit, certos item Commissarios, qui diuisioni huic interessent, delegit.

Et vt rectiùs administrarentur omnia, læsioni item omni aditus omnis intercluderetur, iussit prætereà Iudex, vt antequam res iudicio sortis committeretur, ipsi fratres à R. minorumq; fratrum tutores, vnà cum Deputatis in id à Superiore, conuenirent, & bonis omnibus coràm perlustratis, tota bona deindè in sex partes æquales, distribuerent. Vtq; distributio hæc, scripto comprahensa, fratribus, minorumq; fratrum tutoribus, traderetur, quo illi deliberandi spacium haberent, an distributioni factæ acquiescere vellent, an verò, quæ aduersus eã exciperent, haberent: & tandem mense octobri, anni 1587. fratres à R; posteaquam prius omnes sese declarassent, placere sibi eam, quæ facta esset, bonorum, per Deputatos, partitio, sortis iactu, familiam diuiserunt, & quisq; eorum, quæ illi sors dederat, sine obmurmuratione vlla, ad se recepit.

Adijcitur deindè Transactioni illi, quæ de diuisione hac, conficiebatur, tale pactum, quo fratres, à R. tutoresq; minorum fratrum, manu stipulata, & sub fide sua nobili, & verbo veritatis, spoponderunt; per se nunquam staturum, quin indissolubilis, irreuocabilisq;, in perpetuũ maneret diuisio hæc.

Sed & superiorem adhæc adeunt, aq; eo, quæ facta erant, confirmari petunt, atq; adeò impetrant.

Et licet hactenus ab omnibus pariter, huic familiæ diuisioni paritum sit: sed & secundum hanc, duorum ex his fratrum, deindè demortuorum hereditates sint diuisæ: Nunc attamen, vnus fratrum, S. nomine, se vltra dimidium iusti læsum, si ad eam partem, quam M. à R. sors dederat, respexeris, conqueritur.

Ait enim, in feudo V; quod M. à R. cesserat, plures meliorationes, impensis minimis, fieri potuisse, quæ deindè reditus feudi V. annuos, mirum in modum ampliarunt: Cum tamen in illis feudis, quæ S. à R. obuenerant, nihil tale fieri potuerit.

Quæritur itaq; ex me, censeam ne fratrem S. à R. iure agere posse, maximè cum & illud edoceri possit, M. à R; tempore diuisionis, minorem fuisse, eundemq; feuda sua omnia, postquã maior factus esset, fratrib. rursus, ea diuendere voluisse, eodem precio, quod illis à Deputatis dictũ fuerat. Fratres verò ea emere recusasse?

RATIONES DVBITANDI.

EQuidem rem pœnitiùs non consideranti, remedium l. 2. C. de resc. vend. vel aliud fortè remedium, ad contractus rescissionem, dandum esse videri poterat.

Nam PRIMÒ Iuris est notissimi: quod omnis, qui se deceptum esse conqueritur, vltra iusti precij dimidium, agere possit, ex remedio l. 2. C. de resc. vend. vt vel ipse contractus rescindatur, vel id, quod iusto precio deest, suppleatur. *Br. in d. l. 2. n. 16. vers. conclusio. & ibi Bl. n. 6. Cagn. n. 116. Panthal. Cremens. n. 192. & 199. Pinel. p. 3. c. 3. n. 12. Iacob. Gourr. mihi fol. 152. in edit. parua. C. de resc. vend. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 42. Gail. obs. 62. n. 10. lib. 1. Mynsf. obs. 42. n. 4. cent. 2. obs. 73. n. 1. cent. 4. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 83. n. 58.* 1

Concedamus itaque hoc remedij S. à R. quoq;. Lœsum enim se, vltra iusti precij dimidium esse, fidem facere vult.

Nec obstat SECVNDÒ: quod attamen, l. 2. C. de resc. vendit. in contractu tantummodò emtionis & venditionis loquatur: nobis verò de diuisione res sit. 2

Respondetur enim, quod non solùm in emtionibus, & venditionibus: verum etiam in omnibus omninò bonæ fidei contractibus remedium hoc locum sibi vendicet. *Br. in d. l. 2. n. 4. ibi Bl. n. 20. Pinel. p. 2. c. 3. n. 1. vbi hanc omnes sequi is testis est. Gourr. mihi fol. 116. C. de resc. vend. Matth. de Affl. in c. 1. in pr. n. 48. de feud. dat. in vic. legat. commiss. Euer. in top. in loc. à rat. leg. larg. ad extens. ips. leg. sub n. 78. Moz. in tr. de contract. Rubr. quom. anull. emt. & vend. n. 18. Anton. Galeat. Maluas. cons. 126. n. 8. vol. 1. Guid. Pancirol. cons. 8. n. 23. vol. 1.* *

Qui in-

5 Quinimò pessundat remedium hoc, omnem omninò dispositionem, quamuis hæc aliàs multo fauore digna sit. Vt tradunt in indiuiduo *Dec. cons. 39. n. 6. Tiber. Decian. cons. 78. n. 51. vol. 5.*

4 Porrò de eo dubitare, rationis non est: quod diuisio inter plures coheredes, vel etiam socios, contractus sit bonæ fidei. *§. actionum. & ibi Syluest. Aldobrand. in addit. Inst. de actionib. Iob. Crisp. de Montib. in tr. de termin. art. rubr. 133. & 134. per l. non est ambiguum. C. famil. herciscund. & l. 4. §. hoc iudicium. ff. comm. diuid.*

5 Atq; sic in specie (nec enim per emendicata suffragia ire libet) quod remedium l. 2. C. de rescind. vend. etiam in diuisionibus locum sibi vendicet, decidunt. *Cagn. ad dd. 2. n. 59. & ibi Pinel. p. 2. c. 1. nu. 1. & seqq. C. de rescind. vend. Dan. Mull. ad const. Saxon. p. 3. const. 15. n. 8. Zoannett. in lib. rer. quotidianar. c. 59. n. 1. Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 239. n. 5. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 25. Eman. Soar. com. opin. lib. D. n. 96. Ludou. Goz. adm. cons. 44. n. 17. Simon de Proët. cons. 3. n. 32. vol. 1. per l. 3. & ibi DD. communiter. C. com. vt. iudic.*

6 Id quod etiam in ijs locis, vbi Ius Saxonicum viget, verum est, atq; obtinet. *Dan. Mull. in semestrib. p. 2. c. 28. n. 1.*

7 Nec obstat, quod attamen hîc, ad diuisionem stipulatio, quæ strictí Iuris est, accesserit: nam ne per stipulationem quidem, ad diuisionem, vel alium bonæ fidei contractum, accedentem, locus, remedio huic l. 2. præripitur. *Br. in l. si quis cum aliter. nu. 4. & ibi Ias. n. 12. vers. iuxtà vbi communem dicit, ff. de verb. oblig. Hieron. Verius ad Rubr. n. 36. 1. ff. eod. tit. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 45. Pantbal. Cremens. ad l. 2. n. 30. & 31. & ibi Sichard. nu. 11. C. de resc. vendit. Capyc. decis. 183. n. 3.*

Sic quoq; TERTIÒ, conatus S. à K. infringi per id non possunt: quod attamen per sortem hîc, diuisio peracta fuerit:

8 Nam etsi non negemus: quod à iudicio sortis non appelletur, tradente in indiuiduo *Bl. ad l. vlt. in pr. C. com. de legat. Ias. ad l. huiusmodi, §. vlt. n. 16. ff. de legat. 1. Hipp. de Marsil. in l. 1. n. 140. C. de rapt. Virg. Catell. Cotta in memor. in v. fortis diuidicatio. Tiraq. de iure primogen. q. 17. opin. 1. n. 95. Dan. Mul. ad const. Saxon. d. p. 3. const. 15. n. 8. Cornel. Bredenrod. in tr. de appellat. p. 1. colum. 519 lit. C.*

9 Cum hac in parte, grauamen à fortuna inferatur; quæ superiorem in mundo non habet. *DD. modò adducti.*

10 Vndè appellare quoq; fratres, qui hereditatem, sortis iactu diuiserant, non poterunt. *Bl. in d. l. vlt. in pr. C. comm. de legat. Brédenrod. d. col. 519. lit. C.*

11 Hinc tamen apti quicquam, ad exclusionem remedij l. 2. C. de resc. vend. concludere, non licet: sed è contrario certum est: quod remedium l. 2. ob diuisionem per sortes factam, non excludatur. tradente rursus in indiuiduo *Bl. ad d. l. 3. n. 3. & ibi Castr. C. comm. vt. iud. Tiraq. in tr. de iur. primigen. d. q. 17. opin. 1. n. 97. vbi Ludouic. Roman. Philipp. Franc. Parid. de Put. Barb. Dec. Hipp. de Mars. Catell. Cottam & Cirier. idem voluisse, in testu est. Dan. Mull. ad const. Saxon. d. p. 3. const. 15. n. 9. Cornel. Bredenrod. d. col. 519 lit. C.*

QVARTÒ leuiusculum quoq; illud est: quod attamen hîc, feudalia, & non allodialia bona diuisa sint:

Nam & in feudi quoq; diuisione, remedium l. 2. C. de resc. vendit. locum sibi vendicat. tradente in indiuiduo *Franc. Pisil. cons. 78. n. 108. & 109. vol. 1.* 12

QVINTÒ pondus quoq; aliquod illud non habet: quod attamen M. à R; cum familia diuideretur, ex ætate minori, egressus nondum fuisset:

Nam cum hîc dolus ex proposito in consideratione non veniat, sed illum reipsa, per læsionem illam immodicam, & enormem interuenisse sufficiat: minor quoq; vel imbecillior ætas, in consideratione non habebitur, *per trad. Castr. ad d. l. 2 nu. 1. C. de resc. vendit.* 13

Et præterea generaliter verum est, minorem non minus maiori, in generali dispositione includi, nisi peculiari priuilegio, hac in parte iuris frui, dinoscatur. *l. sine herede. §. Lucius. ff. de adminis. tut. Riminald. Iun. Inst. quib. al. lic. vel non in pr. n. 82. & 83. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integ. q. 18. n. 81. Tiraq. de vt. retr. p. 1. gl. 13. n. 13. & ad fin. tit. n. 55.* 14

Inefficax quoque SEXTO loco illud est: quod attamen fratres spoponderint, & quidem sub fide sua nobili, & manu stipulata, se nunquam aduersus diuisionem hanc, quicquam præsumturos:

Nam remedium hoc non tollitur, etiamsi auxilio l. 2; item exceptioni de dolo, expressè fuerit renunciatum; item etiamsi apposita fuerit clausula: ex certa scientia. Quinimò ex appositione istiusmodi clausularum, læsio, dolusq; conspectiora adhuc fiunt. *Vt anteà itoribus Decio Cornco & Curt. Iun. in specie autor est Mandell. cons. 81. n. 53.* 15

Sic decisum quoq; extat: non iuramentum, non lapsum quadriennij, non clausulam vllam, potentem satis esse, ad id genus remedij excludendum. *Vti Cassad. Cagn. Couarr. Ias. & Socin. autor rursus est, Hier. Gabr. cons. 62. n. 22. & 23. vol. 2.* 16

SEPTIMÒ apertissimi Iuris est: quod in id, vt remedio l. 2. locus sit, sufficiat, quod deceptio, in vno tantùm nummo, iusti dimidium excedat. tradente in indiuiduo *Bl. ad d. l. 2. n. 38. & ibi Salyc. n. 2. Castr. n. 3. Pantbal. Cremens. n. 52. Cagnol. communem dicens. n. 138. & DD. C. de resc. vend. Abb. an c. cum causa. n. 3. per ill. text. de emt. & vend. Ant. Gabr. Rom. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vend. concl. 1. n. 6. Trib. Dec. cons. 35. n. 12. vol. 4.* 17

Vincere itaq; S. à R. posse, dubium non est.

18 Octavò, non facesit quoq; negocium illud: quod attamen quatuordecim anni iam effluxerint, ab eo tempore, quo primum diuidebatur.

Nam etsi verum sit, apud Lusitanos quindecim: apud Gallos duodecim: apud Hispanos, quatuor tántum annos, remedio huic præscriptos esse. *Vt ex Molin. & Gomez. refert Pinel. ad d.l. 2. p. 2. c. 1. n. 26. C. de resc. vendit. Cald. in l. si curatorem in v. intra legitimum tempus n. 10. vers. quamuis apud Gallos. C. de rest. in integr.*

19 Extra controuersiam tamen positum est, secundum Ius commune, quo viuimus, huic remedio, non nisi spacio triginta annorum præscribi. Vti hoc complurimis DD. autoritatibus confirmari potest. Sic namque in indiuiduo scriptum reliquit *El. ad d. l. 2. n. 18. ibi Br. n. 2. Pinel. p. 2. c. 1. n. 26. Iacob. Gourr. fol. 144. C. de resc. vendit. Abb. ad d. c. cum causam. n. 10. ext. de emt & vendit. Mar. in tr. de ord. iudic. 3. p. 6. p. p. act. 2. n. 8 2. Balb in tr. præscript. in 4. p. 4. p. p. q. 26. n. 1. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. d. concl. 1. n. 108. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 10. ad fin. vbi le hane magis receptam esse attestatur. Zoanett. ad l. 2. n. 38. C. de pact. int. emt. & vend. Borgn. Cauale in tr. de tut. & cur. n. 141. vbi hanc veram & receptam esse opinionem attestatur Hieron. Maril. decis. Sauonens. 38 n. 2. Eman. à Costa ad l. Gallus. §. & quid si tantum p. 2. n 84. ff. de lib. & post. Caldas in l. si curatorem in v. intra legitim. temp. n. 10. C. de rest. in integ. Hadrian. Gilm. in Symphoremat. Supplicat. tom. 2. p. 1. vot. 34. n. 7. Marcell. Cala in tr. de mod. artic. & prob. §. 2.*

** *gl. vnic. n. 740. qui hanc magis communem esse affatur. Rosenb. cons. 42. n. 105. vbi & le hanc communem esse opinionem attestatur Tiber. Decian. cons. 35. n. 9. vol. 4. Natta cons. 548. n. 29. vol. 3. Menoch. cons. 1. n. 363. vol. 1. cons. 197. n. 86. vol. 2. Franc. Pseil cons. 78. n. 112. vol. 1.*

* Nonò: at fac S. à R. ad remedium l. 2. C. de resc. vendit. vno aut altero obstaculo, præpeditum, aspirare non posse, non tamen propterea succumbet. Adsunt enim & alia quoque remedia, quibus suppleri id, quod iusto precio deest, rectè peti potest.

20 Certi namque iuris est: quod is, qui in diuisione hereditatis lœsus est, etiam familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo actionem habeat, quibus restarationem lœsionis perpessæ impetrare potest. Vti in indiuiduo docuerunt *Tiber. an de Benign in decis. Camer. Imp. Symagm. 2. dec. ad. 2. vot. 1. n. 4. Hadrian. Gilm. in Symphoremat. supplicat. tomo 1. p. 3. vot. 16. n. 4. Iacob. Gourr. ad l. 2. mihi fol. 108. C. de resc. vendit. per l. 1. C. famil. herciscund. l. si maior. C. comm. diuid. l. maioribus. C. com. vt iudic.*

21 Decimò: tradunt quoque Interpretes: quod etiam ei, qui in venditione, vel diuisione lœdebatur, ceterum non tali lœsione, quæ dimidium iusti excederet, siquidem officium Iudicis imploraſſet, ex æquitate succurrendum sit. Vt in indiuiduo docuit *Tiber. Decian. d. cons. 35. n. 8. vol. 4. per not. in l. 1. §. sunt quæstum ff. de separationib.*

Vndecimò, quod si nullum planè, S. à R. remedium superesset, quo impugnare diuisionem factam posset; posset attamen illam infringere ex eo, quod forma a Principe data, in peragenda ea, non fuisset obseruata, atq; custodita.

Nam decretum Superioris, Commissarijs ad diuisionem faciendam Deputatis, certam, quam sequerentur, præscribit normam; quæ talis est: vt nempè ante Maium mensem finitum conuenirent, & omnia accuratissimè coràm contemplarent: deindè consilium inirent, vt commodè tota bona, in partes sex æquales, diuidi possent.

Sed hanc normam Domini diuisores secuti non sunt. Etenim S. à R. probare vult, eos oculariem inspectionem, planè posthabuisse.

Dubitare itaq; non conuenit, quin minùs ritè, rectéq; hìc processum fuerit.

Primò etenim certum est, quod vbi est 22
prius, & posterius, ibi sit ordo: & consequenter iam actui forma certa data sit. *Bl. ad l. 1. n. 8. vers. ex dicto C. ne lic. tert. prouoc. Felin ad c. cum dilecta. n. 6. vers. sextum signum extr. de resc. Brun. in tr. de mater. & form. Rubr. quando aliq. cens. tradit. pro form. concl. 15. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingr. c. 3. n. 6.*

Id quod potissimùm in ijs, quæ ipse præ- 23
scripserat Princeps, obtinet, atq; verum est. Semper enim quod fit contra ordinem, quem Princeps dederat, contra formam geri creditur. *El. in l. prolatam. n. 12. vers. & nota. C. de sent. & interl. omn. iud. Blanc. d. c. 3. n. 6. in fin.*

Secundò, non minus quoq; certi, de illo 24
sumus, quod gesta contra formam omninò nulla sint. *Felin. in d. c. cum dilecta. n. 6. vers. gesta contra formam. ext. de resc. Tir. aq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 21. n. 9. cum seqq. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 9. n. 6. Caballin. in tr. de cuiff. §. 3. n. 29. Stracch. in tr. de mercat. sit. mandat. nn. 9. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priu. 130. n. 1. Rorch. in tr. de pact. c. 3. n. 62. & in tr. feud. c. 3. n. 9. Schiad. in tr. feud. p. 9. c. 7. n. 50.*

Quod item de nullitate, ad triginta vsq; 25
annos, in iudicio agi possit. *Vti speculat. Bl. Solyc. Cardin. Imol. Franc. Lanfranc. Alex. Dec. Crau. & Balb. in id adducta, in specie decidit Vant. in tr. de nullit. Rubr. quot. & int. quod temp. n. 8. vers. si verò nullitas.*

Dvodecimò & vltimò, traditum quoq; 26
apud Doctores extat: quod decepto etiam infra dimidium, succurratur, per id remedij, veluti si aduersarium in iudicio interrogari fecerit: an vir bonus sit? Nam si se esse responderit, tenebitur etiam illud, quod acceperat, restituere: sin verò, se virum bonum esse negauerit, statim quoq; à iudicij limine repelletur. *Vti ex Ioh. de Anan. dotet Iaf. ad l penulte. n. 5. in fin. C. de pact.*

Vide-

Videtur itaque, vel hanc viam ad extremum, S. à R. patere.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm etsi hæc ponduś aliquod habere, primo intuitu videantur: re tamen perspecta aliquantò accuratiùs, leuiora visa sunt, quàm vt in ijs, fundamentum certum iacere queamus.

Statuo itaq; nullum planè remedium S. à R. superesse, quo dissionem semel perfectam, hactenusq; obseruatam, collabi faciat.

27 Nam PRIMÒ iuris est perualgatissimi: quod ad hoc, vt remedi. l. 2. C. de resc. vendit. locus sit, oporteat ab allegante læsionem, & quidem clarè & manifestè. *Guido Papæ decis. Gratianop. 141. Craw. cons. 178. n 8. Dec. cons. 474. n. 12. & cons. 564. n. 18. Tiber. Decian. cons. 18. n. 241. vol. 1. Cephal cons. 651. n. 25. vol. 5.*

28 Et euidentissimè *Hadr. Gdm. in d. Symphoremat. supplicat. tom. 2. p. 2. voto 49. nu. 19. Tiletm. de Benig. decis. Camer. Syntagm. 4 dec. at. 3. vot 5. n. 19.*

29 Probari, atq; edoceri. *Alex. de Imol. cons. 92. n. 28. lib. 6. Dec. cons. 474. in fin. Ruin. cons. 129. n. 39. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 96. n. 67. vol. 1. Rol. à Valle cons. 28. n. 27. vol. 4. Gozad. cons. 44. n. 8. Ceph. cons. 314. n. 12. vol. 3.*

30 Quodq; è diuerso, vbi de læsione non appareat, aduersarij intentio, fundata iam sit. *Aug. cons. 312. in fin Ceph. d. cons. 314. n. 13. Sim. de Pinet. cons. 17. vol. 1. qui Craw. & Card. Paris. in id adducit. Vlamin. de Rubr. cons. 38. n. 82. vol. 1.*

31 Nec enim hic iuramento suppletorio locus est, tradente *Bl. ad l. 1. n. 4. C. si min. se maior. dixer. Gdm. au in d. Symphoremat. supplic. tom. 2. p. 2. voto 49. nu. 19. Tiletm. de Benign. decis. Camer. Syntagm. 4. decad. 3. voto. 5. n. 19. Arr. Pinell. ad l. 2. p. 3. c. vlt. n. 13. C. de resc. vendit. vbi Alex. Rip. & Cagn. in id adducit.*

32 SECVNDÒ: controuersi iuris non est: quod in id, vt rescindatur emtio, & venditio, semel ritè, rectèq; peracta, non cuiuslibet læsionis probatio sufficiat: sed ea tantùm, quæ iusti precium dimidium excedit: quodq; è diuerso illa læsio, quæ citra dimidium iusti precij est, in considerationem hoc casu non veniat. *Panthal. Cremens. ad d. l. 2. n. 93. C. de resc. vend. Iaf. cons. 9. n. 17. vol 1. Dec. cons. 216. n. 4. Ceph. cons. 207. nu. 14. cons. 210. n. 70. vol. 2. Anton. Galeat. Maluas. cons. 79. n. 39. vol. 1. Menoch. cons. 214. n. 62. vol. 3.*

33 Rursus, atq; sic TERTIÒ: ambigi non oportet; quod satis non sit, probasse læsionem, etiam talem, quæ vltra iusti precij dimidium sit: nisi simul quoq; edoceatur, fidesq; fiat, hanc læsionem tempore contractus affuisse, atq; interuen lle. *text. in l. si volente. in fine ibi Bl. & DD. communiter. C. de resc. vendit. Bl. ad l. 2. n. 59. & ibi DD. communiter. C. eod. tit. Anton. Gabr. Roman. in tr. reg. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. t. n. 47. vbi Bl. Rom. Sal. Castr. Imol. Socin. Tosced. Paris. Craw. Gratt. Ruin. & Bertrand. autoritates in id sic fert Mastard. in tr. de probat. concl. 962. n 4. Andr. Kohlan lib. exercitat. Exercit. 10. n. 23. Hadrian. Gilver. in symphor. supplicat. tom. 2. p. 1. voto. 34. n. 8. Andr. Fachin. controuers. Iur. lib. 8. c. 69 lit. D. el. 2. Antonin. Thesaur. decis. Pedemont. 239. n. 4. Vasq. ad l. pater puellæ. n. 1 in fin. C. de inoff. testam. Petr. Hug. q. 25. n. 72. Mynsh. obs. 73. n. 7. Cent. 4. Borgn. Cauadc. decis. Fiuz. an. 46. n. 25. & n. 169. Sichard. ad l. minorib. n. 2. C. de restit. in integr. Sichard. ad l. 1. n. 4. C. de pact. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. mod. annull. emt. n. 13. Sim. Pistor. cons. 9. n. 9. vol. 1. Craw. cons. 114. n. 16. cons. 151. n. 7. cons. 188. n. 4. cons. 593. nu. 1. cons. 598. n. 12. & cons. 894. n. 23. Rol. à Valle cons. 59. n. 35. vol. 1. Simon. de Prætt. cons. 1. n. 3. & cons. 74. n. 24. vol. 1. Ceph. al. cons. 403. n. 42. & cons. 563. n. 48. vol. 4. Alb. cons. lib. 8. cons. 12. n. 2. Menoch cons. 156. n. 11. 35. & 36. vol 2. Tiber. Decian. cons. 35. n. 11. Vol. 4. Ioh. Petr. Surd cons. 451. n. 33. Iohan. Vincent. Honded. cons. 34. n. 34. vol. 2.*

Quo iure eatenus etiam vtimur, vt in di- 34
iudicatione, de læsione vltra dimidium iusti precij, rectè instituenda, ad ipsum momentum, quo fiebat contractus, omninò recurrendum sit. *tradutte Cagn. ad d. l. 2. n. 213. & seq. & ibi Arr. Pinell. p 3. c. vlt. n. 15. C. de resc. vend. Rol. à Valle. d. cons. 59. n. 3. vol. 1. Ioh. Bapt. Laderch. cons. 129. n. 1. vol. 1. per ea cum dicit, ponderando verba: tunc valentem. exi. de emt. & vendit.*

Iam verò omnes facti circumstantiæ, apertissimè ostendunt, S. à R. aut læsum omninò non fuisse, aut si læsus sit, talem tamen eum læsionem non pertulisse, quæ enormis, vel enormioris nomine digna sit, præsertim verò si ad tempus diuisionis respiciamus.

Restat itaq; aliud nihil, quàm vt concludamus, M. à R. fundatam etiamnum habere intentionem.

Nam & hoc in loco, omnes scimus: quod 35
illa læsio, quæ dimidium iusti non egreditur, ne nomine quidem, enormis, siue maioris læsionis (qualem l. 2. C. de resc. vend. desiderat) nuncupanda sit. *Br. in l. si societatem §. arbitrorum. n. 25. ff. pro socio. Castr. ad l. 3. n. 2. C. ex quib. caus. maior. Menoch in tr. de arbitr. iudic. quæst lib. 2. casu. 73. in fin Dec cons. 181. n. 1. Iohan. Sichard. cons. matrim. 10. n. 46. Nicol. Anton. Graual. in addit. ad Vest. in sua pract. lib. 4. c. 4. n. 34. ad fin. Ant. Quetta cons. 88. n. 3. vol. 1.*

Accedit adhæc, quod venditor (cuius per- 36
sonam Actor S. à R. in præsentia repræsentat, atq; sustinet) vltra dimidium iusti, læsus dici non possit, nisi rem valentem mille thaleros, minori quàm quinquagintorum thalerorum precio, diuenditerit. *Fabian. de Monte S. Sabin. in tr. de emt. & vendit. 8. q. princip. n. 7. Gomez. var. resol lib. 2. c. 2. n. 22. Conarr. var. resol. lib 2. c. 3. n. 8. vbi in hoc omnes ferè iuris interpretes conuenire, 4
asseritur. Arr. Pinel ad l. 2. p. 1. c. 2. n. 4. vbi hoc in*

tota Hispania, Gallia, & vbiq; obseruari, atteſtatur. & ibi Lucas Gourr. multi fol. 104. C. de reſc. vend. Eman. Soar. comm. opin. lit. L. n. 1. Tennin. caut. 140 n. 1. ad fin. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. mod. annull. emt. n. 10. Natta conſ. 207. n. 4. vol. 1.

37 Sic traditur: venditorem eum, qui rem, quam pro mille emerat, pro quinquentis rurſus diſtraxerat, lœſum vltra dimidiam iuſti precij partem, non cenſeri: nec ex l. 2. C. de reſc. vend. ad contractus reſciſionem, cum effectu agere poſſe, tradente in indiuiduo *Mynſ. d. obſ. 73. nu. 4. cent. 4. vbi id Cameram Imperialem, præiudicijs ſuis confirmaſſe, in teſtem ſe præbet.*

Apparere itaq; iam omnibus arbitror, vt S. à R. in cauſa obtinere nequeat.

Probare enim neceſſe habet, feudum V; tempore factæ diuiſionis, vltra ſeptuaginta millia Ioachimicorum valuiſſe.

Quanti etiamnum, diſtrahi non poteſt.

Nam vt habent ipſæ literæ Tranſactionum, quilibet fratrum, pro parte ſua, vicies quatuor mille Ioachimicorum accepit: & prætereà M. à R. fratribus reliquis, millia vndecim diſſoluit. Tantò enim carius æſtimabatur feudum V.

Soluit itaq; pro feudo V. computata ſua parte, tricies quinq; millia Ioachimicorum.

Quare lœſio vltra dimidium iuſti, hic non edocebitur, niſi valorem verum, feudi V. tempore illo, cũ diuideretur familia, 70000. millia exceſſiſſe, oſtendatur.

38 Quin etiam proſpexerunt expreſsim iura: quod in lœſione, recte æſtimanda, non ſolùm precium, quod ſoluebatur, verùm etiam omnes reliquæ, contractus qualitates, diligentiſsimè conſiderandæ ſint, tradente in indiuiduo Ioh. Petr. Surd. conſ. 317. n. 32. vol. 2. vbi Br. Iaſ. Crau. Alc. & Couarr. in id adducit.

39 Quod cum ita ſit, ſumma adhuc 70000. Ioachimicorum ſatis non erit, ad lœſionem vltra iuſti dimidium condocefaciendam.

Nam vt rurſus loquitur Tranſactio, alimenta quoq; dare, fratri mente capto, per triennium integrum, M. à R. neceſſe habuit. Vndè rurſus conditio eius grauior effecta fuit, valor autem feudi V. imminutus.

Quis enim neſcit minus valere, rem onus aliquod annexum habentem: quàm res ab omni onere libera. *Bran l. 1. §. liberes. n. 3. & ibi Iaſ. n. 9. & Ripa. n. 126. ff. ad S. C. Trebell. Pinel. d. l. 2. p. 3. c. vlt. n. 19. C. de reſc. vendit. Cala in tr. de mod. actic & prob. §. 2. gl. viii. a. n. 740. in fin. text. in l. ſi quos. C. de reſc. vendit.*

Vt taceam M. à R; controuerſias quoque alias huius feudi V nomine, adhuc ſuſtinere.

40 Vndè rurſus precio valoriq; eius, nonnihil decreſcit. Minus enim valet res litigioſa, quàm ea, cuius poſſeſsio, tranquilla, atq; pacifica eſt. *Felin. in c. cum cauſam. col. 2. n. 1. verſ. item ſi eſſet. ext. de teſtib. Pinel. d. c. 4. n. 19. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 124.*

Nec obſtat: quod attamen feudum V. hodiè, pro tricies quinq; millibus, nullo modo diuendatur:

Nam conſequentia bona non eſt: anno 41
1602. feudum V. vltra 35000. Ioachimicorum æſtimatur: ergò anno 1587. tanti quoq; æſtimandum fuit. pro vt in indiuiduo atteſtatur *Ioh. Bapt. Laderch. d. conſ. 129. n. 1. vol. 1.*

Et quamuis hæc conſequentia aliàs rectè concluderet, hìc attamen eam fallere neceſſe eſt; cum palàm ſit omnibus, quod M. à R; feudum V. nouis bonis coëmtis, auxerit: quodq; in his noua prædia extruxerit, armentaq; bouum noua, diſpoſuerit, agrumq; nouum, ad ſementem proſciderit.

Mirandum itaq; non erit, tantoq; minus obſtupeſcendum, ſi feudum V. pluris nunc vendi poſsit.

Ecquis enim neſcius eſt, diligenti cultura, 42
melioratione bus præſertim extrinſecis accedentibus, precia rerum ampliari. *l. 3. §. Dui fratres. verſ. ſi ut enim. §. de iur. fiſc. glan. l. ad reſcindendum. in v. diſtractio. C. de reſcind. vend. Ign. in l. neceſſarios. §. non aliàs. n. 9. & ſeq. ff. de S. C. Syllan.*

Nec obſtat, quod attamen complurimi 43
reperiantur, qui velint, illum quoq; enormiter lœſum rectè dici, qui in ſexta parte tantùm lœſus eſt. *Br. in d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. n. 25. ff. pro ſocio. Alc. conſ. 24. n. 2. lib. 6. Dec. conſ. 39. n. 7. vbi hanc eſſe communem atteſtatur. Card. Paruſ conſ. 89. n. 55 lib. 1. Tiber. Decian. conſ. 78. n. 32. vol. 3. Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. c. 29. lit. C. Ludouic. Motorius conſ. 88 n. 22 lib. 1. Monald. conſ. 12. n. 6. volum. 1.* *

Nam hæc doctrina ad rem præſentem 44
non pertinet. Loquitur enim in lœſione, quam quis tertij, veluti arbitri facto incurrit, nec quicquam cum remedio l. 2. C. de reſc. vend. commune habet, teſte ipſomet *Br. ad d. §. arbitrorum. d. n. 25. Sfort. Odd. in tr. de reſt. in integ. q. 4. n. 119. ad fin. per gl. quam dicit ſingulariter in §. precium ad v. diffinierit in fin. Inſt. de emt. & vendit.*

QVARTÒ: at eſto ponamus, hæc omnia partes M. à R. non tueri non tamen adhuc eluctabitur S. à R. Omnes enim, qui norunt eum, ſciunt, quam diligens ſit paterfamiliàs: quod valeat ingenio: quod illud ſedulò præcauerit ſoleat, ne quod detrimentum capiat.

Nam hoc cum ita ſit, rectè indè infertur, 45
incapacem eum eſſe, remedij l. 2. C. de reſc. vend. Vt enim habet magis communis Doctorum ſententia remedij l. 2. C. de reſc. vend. ** incapax eſt, homo ſagax, diligens, & aſtutus. Pro vt hoc in indiuiduo ſcriptum reliquerunt *Panthal. Cremens. Ad d. l. 2. n. 124. & 160. C. de reſc. vendit. qui Anton. de Butr. Petr. de Ancoran. & Barbat. eandem ſententiam amplexatos fuiſſe teſtatur Marcus Mantua. lib. 1. locor. communi. c. 6. Franc.*

des

des Cald.ad l.si curatorem in v. læsis sub. n. 35. vers. iuncta quod tradit.C.de resc.in integ.

Nec obstat in contrariam sententiam iuisse. *Pinel.d.l.2.p.1.c.2.n. 19. C.de resc.vend.*

46 Vna hirundo enim ver non facit. *Tiraq.in tr.de pœn.caus.5 1.n. 139. And.Knuch.in tr.de sublim. territ.iur.c.3.n.83.*

47 Et in consulendo, iudicandoq;, non vnius, quamuis consummatissimi iureconsulti sed plurium sententiam sequi tenemur. *c. in canonicis.dist. 19. Ant. Maria. Corat.in tr. de comm. opin.tit.8.n.21.*

48 QVINTÒ Iuris prætereà est quotidiani: quod remedium l.2.C.de resc. vend. nunquà detur illi, qui quod esset iustum rei precium sciuerat: & nihilominùs circa eiusmodi contractum, ex quo nunc, vltra dimidium iusti, se læsum esse conqueritur, inierat. *Ias.in summ. col.1.C de resc.vendit.Br.in d.l.2.n.14.Bl.n.7. Salyc. n.11.Castr.n.7.Cagn. n. 124. Panibal. Cremens.n. 86.& DD. C. de resc. vendit. Anton.Gabr.Roman.in tr.regul.lib.3.tit.de emt.& vendit.concl.1.n. 93. qui præter iam enumeratos Alex. Barbat. Ang. Flor. Deo. Bertr. Card. Paris. & Crau. huius sententiæ asseclas fuisse,refert.Marcel.Cala.in tr.de mod. attic. & prob. d.9.2.gl. vnic. n. 739. Marc. Anton. de Amat. decis.*

* *Anconit. 46.n. 27. Couarr.communem dicens. var. resol.lib.2.c. 4. nu.2. Mozz.in tr. de contract. Rubr. quib.mod.annull.emt.& vend. nu. 16. Laur.Temm. Rud.alph.in tr. cautel. caut.46.nu.3.vers. nam & in simili. Hadrian.Gilm.in Symphor. suppl. tom. 2. p. 1. vot.35. n. 9. vbi & is hanc communem esse attestatur Vivius comm.opin.lib. 1.opin. 430.& 431. Eman. Soar.comm. opin.lit. L. n. 3. Dec.cons.283.n.1.vers. quo casu.Cardin.Paris.cons.128.n.36.vers. prout etiam.vol.1.Rol à Valle d.c.5.p.n.10.vol.1.Iacob.Mandell.cons.81.n.43.Crau. cons. 886.n. 12. Cephal.cons. 210.n.74.Menoch.cons.1.n.350.Decian.cons.56.n. 79. vol.4.*

49 Quod vsq; adeò verum est, quod etiam hac in parte, præsumta scientia, sufficiat. *tradente in induiduo Cothman.cons.30.n.289.vol.1.*

Atenim S.à R. iciuisse, aut scire potuisse, verum feudi V. valorem, facili negocio conuincitur.

Nam quod sciuerit, elucet ex eo, quod ipsi, menses tres, integros antè, quàm sorte finiretur diuisio, prima illa partitio Deputatorum, qua in partes sex, tota bona, dispertita fuerant, sit tradita, vt num acquiescere, num verò opponere sese, partitioni huic vellet, deliberare, & statuere secum posset.

Dubium itaq; non est, quin cuncta perrimatus sit, quæ hac in parte, perscrutari necesse erat.

Sed & in promtu erant, libri redituum, veluti indicant, ipsæ Tranfactionum literæ Vnde rursus semidici spacio, iustum feudi V. valorem addiscere potuit.

50 Etenim dubium non est, quod isti libri redituum. Erbregistr/præsertim si à multis annis collecti, & vniformes fuerint, rustici item ipsi, his non contradicant, plenè probent. *Vt præmunit collegio Tucinensis in specie autor est Knich. in tr.de sublim.territ.iur.c.3.n.229. Dan.Mull.in semestr.lib.4.c.37.n.2.vers. fatie.*

Quod item is, ad diuisionem, non perfunctorie, sed sciens, & præmeditatè acceserit, qui huiusmodi redituum libros, prius viderat, atque legerat per trad. *Cothm. d. cons. 30. nu. 287.* 51

Nec obstat, quod item, ab hoc quoq; communi Interpretum placito rursus discedant. Alber.de Rosat.d.l.2.n.12. & ibi Pinel.p.1.c. 2.n.10.C.de resc. vend. Franc. Sarmient. lib. select.interp.1.c.11.n.13. Fachin.controu.iur. lib.2.c.20.fol.245.lit.C. & D. 52

Nam primò tam præclaram turbam Interpretum, deserere, & paucis hisce adhærere, tutò non possumus. *per trad. super.*

Deindè rationes, atq; fundamenta horum, facilè refelli, atq; euerti posse, ipse attestatur. *Eman.Soar.in addit. ad Pinel.d.p.1.c.2.n.11.*

Et deniq; quia communem in praxi obseruari videmus. Sic namq; secundum communem, à Scabinis Lipsensibus, responsum esse, Domino Hermanno Comiti Lipsensi, nec non Martino Balden ciui Annæburgensi, attestatur *Dan. Mull.in semestr lib.2.c.28.in fin.* 53

Sic quoq; momenti alicuius illud non est, quod attamen hic non in emtionis, venditionisq; contractu, sed in contractu diuisionis versemur: nam eodem quoq; iure in diuisionis contractu vtimur. Etenim si valorem bonorum, sciuerant fratres, non restituuntur, etiamsi vltra dimidium iusti, in diuisione familiæ se deceptos, post deindè quiritent tradente in indiuiduo *Dan. Mull. in semest. p.2.d.c. 28.n. 2. Dan. Mull.ad Constit. Saxon. p.3. Consil.15.n.10.* 54

Et deniq; non iuuat S.à R. etiamsi prætenderit, se resciscere tum temporis non potuisse, quæ nam meliorationes, in feudo V. latitarent. Hinc verò, inæqualitatem hanc promanare. Suum enim feudum B; tantoperè fuisse excultum, vt excoli amplius non posset; precium verò feudi V; cultura, & industria possidentis, maiorem in modum ampliari potuisse.

Nam quicquid eius rei sit, cum meliorationes hæ, tempore diuisionis nondum exiterint, sed eas posteà, cura, & impensa hominum produci oportuit, non magis quoq; hæ, in consideratione, contra iudicium sortis præsertim, hîc veniunt, quàm thesaurus, qui terra absconditus, eo tempore, cum prædium diu tenderetur, latebat, & posteà eruebatur. Nam propter eum contractum non rescindi, constat. Ita in specie decidit *Francisc. Aretin. in l.si quis cum aliter.n.8.ff. de verb. oblig.at. Cagnol. ad l.2.n.171.& ibi Panibal. Cremens. n.62.& seqq.C. de resc. vend. Iaf.ad l.3.§. Neratius. n. 8 ff. de acquir.* 55

poss.

poss. Cardin. Paris. cons. 16. n. 84. vol. 2. Andr. Fachin. controu. iur. lib. 2. c. 20. fol. 244. lit. D. Anton. Gabr. Rom. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vend. concl. 1. nu. 111.

56 In cuius confirmationem, rectè adducitur quoq; illud: quod remedium l. 2. non competerat, si contractu iam perfecto, res valdè adaugeatur, etiam sine industria, assiduitateq; emptoris, ita vt precium conuentum, consideratio præsenti rei statu, ad iusti precij dimidium, nondum accedat: ita in indiuiduo docet gl. ad c. cum dilectis. in v. tunc valentem. ext. de emt. & vend. Panthal. Cremens. ad d. l. 2. n. 64. vers. & contra Romanum C. de resc. vend.

Vt taceam, etiam hisce melioration ibus connumeratis, non tamen tantam summam, quæ lœsionem vltra dimidium iusti secum habeat, extrui posse.

57 SEXTÒ incerti iuris non est, quod eo casu, cum interuenit decretum, atque autoritas, Commissariorum à Principe, vel Consistorio eius, renunciatorum, nullus l. 2. C. de resc. vend. eiusq; remedio locus sit. Br. ad l. 1. n. 4. per ill. text. C. de prad. decur. lib. 10. Anton. Gabr. Rom. d. cons. 1. n. 57. vbi Ang. Perus. Bl. Fr. Curt. Felin. Iaf. Ber. Dec. Socin. Castr. Brun. Mant. idem voluisse testus est Sichard. ad l. 2. n. 5. C. de resc. vend. Aopostill. ad Boer. in consuet. Bitur. tit. de retr. §. 3. gl. vnic. col. 2. Capoll. caut. 221. n. 11. Turr. in. com. opin. 152. in fin. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & prob. §. 2. gl. vnic. n. 737. Dec. cons. 124. n. 3. & cons. 341. n. 12. Simon de Proët. consil. 169. n. 17. vol. 1. Menoch. cons. 387. n. 56. vol. 3.

Enimverò hîc Commissarios certos delegerat Iudex, qui diuisioni huic præssent: Commissarij item certam conscripserunt formulam, quæ in diuisione facienda, sequêda esset. Vt ipsa in litera loquitur Transactio.

Denegatur itaq; rursus S. à R. remed. l. 2. C. de resc. vend. vsus.

58 Nec obstat: quod tamen multi reperiantur, qui per decretum Iudicis l. 2. C. de resc. vend. eiusq; remedium, non cessare, arbitrentur. Vt ex Ioban. de Imol. Alex. Claud. Panormi. Burgens. Ang. Aret. Cagn. Gourz. & Rebuff. docet, & sequitur Arr. Pinel. ad d. l. 2. p. 2. c. 2. n. 18. & ibi Iacob. Gourr. mihi fol. 126. in fin. C. de resc. vend. traditum, præterea Neguzant. in tr. de pignor. 1. membr. 6. p. p. n. 28. Rol. à Valle cons. 59. n. 34. vol. 1.

** Nam priorem illam magis communem esse censeo. Vnde sequi eam, in consulendo, iudicandoq; oportet. per trad. super.

59 Et deinde posteriorem hanc, de decreto, Iudicum nimirum, accipio. per trad. Bl. in l. tutores ante n. 1. ff. de confirm. tut. Azo in summ. C. de tutor. & cur. qui satisdare deber. Panthal. Cremens. ad l. 2. n. 105. C. de resc. vendit. post l. 1. ff. de off. præsid.

60 Tertiò posteriorem illam, in enormissima lœsione, quæ q; in triplo, vel quadruplo iustum rei valorem excedit, procedere posse statuo. Veluti, si res decem valens, pro tribus, vel duobus cum semisse, fuisset venundata. per trad. Cephal. cons. 636. n. 17. vol. 5. per l. 2. C. de offic. eiusd. iudic. c. in præsentia ext. de renunc.

Et demiq; expendendum est illud: quod 61
hic non solùm decretum Iudicis, ad diuisionem per tertium factam accesserit: sed quod ipsi Delegati Superioris, diuisionis factæ, autores fuerint. Quo casu meritò, ob legalitatem, & excellentiam delegatorum, prior opinio obtinebit, & à diuerso, omnis de lœsione, vltra dimidium iusti, querela illico conticiscet. Vti in specie decidunt Dec. Simon de Prœt & Menoch. in locis paulò ante designatis. 8

SEPTIMÒ communiter quoq; ab Inter- 62
pretibus traditum est: quod accedente Confirmatione Superioris, ad contractum factum, fileat prorsus l. 2. C. de resc. vend. remedium. Br. ad l. si quos §. ontaneos. n. 2. & ibi Iob. de Platea. C. de decur. lib. 10. Br. in l. si expressim. n. 17. ff. de appellat. Annoc. in c. confirmationibus ext. de confirm. vt. vel. inut. Bl. in l. nominationes in fin. C. de appellat. Iaf. in l. more maiorum. n. 41. ff. de iurisd. om. iud. Vrat. de Gamb. in tr. clausul. clausquaten. sit. & resc. proces. n. 12. Panthal. Cremens. ad l. 2. n. 121. C. de resc. vend. And. Gal. obs. 1. n. 9. lib. 2. *

Intercluta itaq; rursus S. à R. via est, qua ad remedium l. 2. C. de resc. vendit. patet aditus.

Nam per mensem, post perfectam iam diuisionem, de qua retractanda hic agitur, Princeps hanc, confirmatione sua, ratam esse iussit, addita clausula: quod hoc fecerit iure Superioritatis, sibi in hoc territorio competente, aus Landesfürstlicher Obrigkeit.

Quare ibi res desinet: quod frustra, & in- 63
casum allegetur lœsio, petatur item in integrum restitutio, vbi in actu, vel contractu, interuenit factum Principis. tradentibus in indiuiduo Alex. cons. 240. ad fin. lib. 3. Crau. cons. 2. n. 2. Cephal. cons. 634. n. 12. vol. 5.

Neq; verò repugnat hîc, quod attamen in 64
id, vt rectè procedat confirmatio, ambarum partium consensus, & citatio, & præsentia, in actu confirmationis sint necessaria. Gail. d. obs. 1. n. 11. lib. 2. Tdem de Benign. in pract. obs. pentecost. 4. obs. 36. n. 3. Res. hut. dub. Cam. Incerti autore, anno 1601. Francofurti ad Mœnum secundum ordinem Alphabeticum excusæ in v. confirmato. vers. requisita confirmationis.

Vndè ante confirmationem, tale, per Ca- 65
meræ Imperialis Iudices, interponi solet decretum: Ist auff beyderthell Gerichtliche bewilligung vnd bitt / vber den vorgebrachten Vertrag Gerichtlich decret, vnd autoritet interponirt, vnd die gebetene Vrkund ertandt. Tilem. de Benign. d. obs. 36. n. 1. Interd. ant. resolut. dub. Cam. d. v. Confirmatio. in pr.

Nam etli hinc inferre vellet S. à R; confirmationem hostram irritam esse, cum ipse, hanc indulgeri, nunquam petuerit: nec cum imper-

impertiretur eam Princeps, præsens fuerit: non audietur attamen.

66 Primò etenim omnes scimus: omnia præsumi solenniter acta, in confirmatione, per Superiorem administrata. *arg. c. bonæ memoriæ § porrò ext. de elect.*

Sed & ipsum Confirmationis Instrumentum, syllabatim exprimit, omnes à R. fratres, vt confirmare suo dyplomate, diuisionem hanc, non dedignaretur, apud principem instruisse.

67 Quare huic omninò fidem adhibebimus. Standum enim est instrumento, sigillo Principis communito, maximè in ijs, quæ ad officium Principis spectabant. *c. 2. ext. de fid. instrument. Incert. Aut. in d. resol. dub. Cauer. in v. instrumenta. verf. instrumentum publicum. Tilem. de Benign. consil. Testamento feud. 2. quod extat post Synt. gm. 5. decis. Cam. imp. n. 239.*

Obiavò: obstiterit quoq; S. à R. conatibus id: quod diuisio hæc, in præsentia multorum propinquorum, & amicorum peracta fuerit; quod item plæriq; Deputatorum, ipsi, S. à R. & fratribus sanguine iuncti fuerint.

68 Nam certi iuris est; quod aduersus contractum, qui in præsentia amicorum, & propinquorum confici batur, remedium l. 2. C. de rescind. vend. præualere nequeat. tradentibus in indiuiduo *Thom. Grammat. decis. 66. n. 6 5. Iacob. Mandell. conf. 11. n. 22. Ernest. Cothm. conf. 30. nu 285.*

69 Id quod tunc maximè procedit, atq; obtinet, si amici, & cognati, qui actui interfunt, conditionem illorum bonorum, de quibus agitur (veluti in præsentia res sese habet) optimè compertam habuerint. *Ernest. Cothm. d. conf. 30. n. 86.*

70 Nec obstat quod contrarium hac in parte senserit videatur *Panthal. Cremens. in d. l. 2. nu. 108. C. de resc. vend.*

Nam, vt vides, Panthaleon, nihil certi diffinit, sed rem, quasi in medio indecisam relinquit. Quare tutò confidere, præter id, quod solus est, eius autoritati non possumus.

71 * Nonò: communiter quoq; Iuris Interpretibus placuit: quod ob ratihabitionem contractus, ex interuallo factam, tradentibus in indiuiduo *Hier. Maril. decis. Sauon. 38. n. 4. Rol. à Valle. conf. 59. n. 30. vbi hanc magis receptam esse, in resto est. Dec. Socin. conf. 183. Crau. conf. 114. n. 8. & 18. & conf. 151. n. 13.*

72 Seu ob consensum, contractui iterato, vel geminato adhibitum, remedium l. 2. C. de resc. vend. prorsus exulet. *Couarruu. c. quamuis. p. 3. §. vlt. verf. octaua conclusio. de pact. lib. 6. Marc. Mant. locor. com. lib. 1. c. 6. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 7. § 12. n. 37. verf. aduerte. Anton. Gabr. Rom. d. concl. 1. n. 124. Paul. Castr. conf. 386. n. 3. vol. 2. Panormit. conf. 7. n. 8. vol. 1. Dec. conf. 181. n. 5. Rol. à Valle d. conf. 59. n. 3. Rub. Alexandrin. conf. 133. 139. & 167. Ernest. Cothm. conf. 30. n. 272. qui Iacob. Cagnacin. Iacob. Menoch. Hipp. Rimin. & Fridericum Scotum idem volentes allegat. Crau. conf. 886. nu. 11. Hier. Gabr. conf. 127. n. 29. vol. 1. Augustin. Beroius conf. 99. n. 24. & seq lib. 1. Cephal. conf. 467. nu. 57. vol. 4. Tobias Non. conf. 83. n. 3. Carol. de Grass. in tr. de stat. om. except. exclud. except. 14. n. 29. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & prob. § 2. gl. vnic. n. 726.*

Cessat itaq; itetum hic, l. 2. C. de resc. vend. remedium.

Primò enim S. à R; diuisioni huic, antequam adhuc iactus sortis fieret, assensum præstitit.

Deindè rursus assensit, cum sorte dirimeretur negocium.

Tertiò assensit, cum eam partem, quam ei sors attribuerat, spontè reciperet: cum item partem eam, quam M. à R. sorte nactus esset, vltrò illijpsi dimitteret.

Quartò assensit, cum fratres concordi consensu omnes, confirmationem a Principe suo impetrarent.

Quintò & Sextò assensit, cum secundum hanc primam diuisionem, si ratum demortuorum quoq; hereditates, herciscerentur.

Et deniq; diuisionem hanc, sat fortiter sum approbauit, cum M. à R; feudum V. fratribus rursus offerret, diuenditurus idipsum ijs, eodem precio, modo ipsi emere non recusassent.

Nec obstat; quod tamen multi sint, qui 73
ad remouendum remedium l. 2. C. de resc. vend. consensum geminatum, siue ratihabitionem, ex interuallo insecutam satis non esse, autument. Veluti faciunt *Socin. Sen. Dec. Roman. Corn. Boer. Cassanæum Fabian. de Mont. & Pinell. quos refert & sequitur Facbinens controu. Iur. lib. 2. c. 21 fol. 251. lit. D. Ludouic. Morot conf. 28. * * nu. 20. lib. 1. vbi hanc magis receptam asserere ausus est.*

Nam longè plures sunt, qui contrariam 74
sectantur sententiam. Vt tum ex modò adductis autoritatibus Doctorum constat: tum ipse atteslatur *Cothman. d. conf. 30. n. 272. vol. 1.*

Nec quenquam mouerat Morotij autori- 75
tas, hanc magis communem atteslantis: Cum videat Morotium ipsum, neminis præter Dec. Socin. Corn. & Cephal autoritates adducere potuisse: & præterea ipsummet admodum vacillasse.

Sic quoque non nocet illud; quod attamen hæc magis recepta sententia, astringatur vt non procedat, quando primus consensus, in ætate minori, posteriori verò tantum, in maiori ætate, præbebatur *Anton. Gabriel. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt & vend. concl. 1. nu. 124. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & prob. nd. § 2. gl. vnic. n. 736. Roman. conf. 54. n. 3. verf. contrarium puto verum. Crau. conf. 160. nu. 6. Ludouic. Morot. d. conf. 28. n. 22. lib. 1.*

Nam vterq; consensus, hic præstabatur, cum maior iam esset S. à R.

Dici-

77 DECIMÒ, concordi quoq; consensu, Do-
* ctores concluserunt, quod remedio huic Legis, renunciari possit. *Anton.Gabr.Roman.d.tit. de emt. & vend.concl.1.n.90.Laur.Tennin.Rudolph. in tr cautel.caut.140.n.4.Sigism.de Neap. cons.26. n.6.vers.& in propriis.Mant. cons.82. col.2.Carol. Rum.cons.16.n.4.Vol.4. Ant. Galeot. Maluas. cons. 79.n.1.vol.1.*

78 Quodq; sufficiat in id, si quis promiserit, se contractum fideliter obseruaturum, nec ei aliqua ratione, aut causa controuenturum. *Cardin.Paris.cons.20.n.40. vol.1. Crau. cons.290. col.3.vers.tertiò pro hac parte,& cons.626.n.6. Menoch.cons.1.n.358. vol.1.*

Cum itaq; fratres hîc omnes spopondерint, se nunquam aduersus contractum hunc diuisionis, quicquam attentaturos. Cessare rursus oportet remedium,de quo agimus.

VNDECIMÒ, perpendendum quoq; illud est,quod si hæc renunciatio, de qua in proximo fundamento vidimus, non sufficeret, quod attamen in instrumento Transactionis, caueatur adhæc, quod fratres pacto de non contraueniendo contractui adiecerint illud; quod fratres sibi ad inuicem hoc promittant, manu stipulata,& sub fide sua nobili, verboque veritatis.

Quare ambigi vlterius non oportet, quin remedio l.2. C. de resc. vend. hac verborum conceptione,decenter satis renunciatum sit.

79 Quandoquidem Iuris sit apertissimi: quod promissio, qua Nobiles, sub fide sua Nobili promittunt, se contractu staturos, & aduersus eum nihil vnquam præsumturos, & iuramentum, à pari procedant. Vti in indiuiduo hoc tradiderunt *gl. in c. penult. ext. de iureur. gl.in c.ad aures.ext.quod met.cauf.Iaf.ad l.3.§. iurari.n.3.ff.de iureiur.Laurent.Syluan.in tr. de feudi recogn.q.109.n.6.And.Gail.obs.59.n.1.lib.2. vbi*
* *hanc esse communem opinionem attestatur Mynsing. obs.17.n.5.cent.1.vbi hoc generali totius Germaniæ consuetudine receptum esse refert Matth.Coler.in tr. de process.execut.p.1.c.10.n.251. Valent. Franc. in tr.de fideiuss.c.5.n.375.*

80 Quo iure etiam tunc vtimur,cum per verbum veritatis fit promissio. *Alc.in l.si quis mator. n.55.C.de Transact.Mynsf.d.obs.17.n.5.cent.1.*

81 Quod item ob iuramentum, à maiore prætitum, remoueatur l.2. C. de resc. vend. remedium *gl.in l.2.& ibi Br.n.9.Bl.n.12. Sal.q. 10.Castr.n.10. Panthal.Cremens.n.112.Cagn.n.91.*
* *Stchard.n.12.communem docens.Pinel.p.3.c.1.n.1. & n.5. vbi & is, communem hanc esse attestatur, & plures idipsum docentes & sectantes adducit.C.de resc. vend.Anton.Gabr.Roman.d.concl.1.n.78. Mozz. in tr.de contract.Rubr.quib.mod.annull.emt.& vend.n. 24.Cachetan.decis.Pedemont.41.n.8.Cald.in l.si curatorem.in v.locis.n.1.vers.maior.C.de rest.in integr. Fordin.Vasq.ill.controu.c.2.n.17.vbi & is,hanc communiter approbatam attestatur.Ioseph.Ludouic. decis. Perus.97.n.2.p.2.Eman.Soar.com.opin.lit.L.n.4.& 150.Camill.Borell.in tr.de compromiss.§.1.gl.3 n.35. Laur.Tennin.Rodolph.in tr.cautel.caut.140.n.4.ad fin.Rol.à Valle cons.59.n.18. vol.1.qui plures idem volentes allegat. Menoch. cons.1.n.360. qui studem complurimos sententiæ huius sectatores nominat. Sim. de Proet.cons.137.n.6.3.vol.1. vbi & is de communi attestatur.*

DVODECIMÒ,putarim ideò quoq; S.à R. 82 remedium l.2. C.de resc. vend. amplius non competere: quod ante annos aliquot,M.à R; fratri suo S.à R;& reliquis fratribus, feudum V.rursus,eodem precio, quo id adeptus fuerat, diuendere,voluerit: quod item nemini eorum, hoc emere, tum temporis cordi fuerit.Nam hoc pacto extinctum planè l.2.C.de resc. vend. remedium esse, putarim, etiamsi hoc aliàs denegatum non fuisset.

Est namq; iuris non obscuri: quod ad liberationem ab obligationis nexu,eiusdemq; dissolutionem,implementum primum, atq; vnicum sufficiat. *l.dotis promissio.ff.de iur. dot.l. inter socerum.§.vlt.ff.de pact. dotal.l. matrimonij.ff. qui & à quib.l.cum pater.§.pater certum.ff.de leg.2. l.1.§.si cui.ff.vt legat.nom.caueat.l.vlt.ff.de bon. aut. iud.possid.& l.sciendum.ff.de verb.oblig.*

Quod item pluries quis restituí non de- 83
beat. *toto tit.C.si sæp.in integr. rest. post. Cald.in l.si curatorem.in v. implorandum. n. 33. C.de rest.in int. sfort,Odd.in tr.de rest.in int.q.16.n.3. vbi communem esse attestatur Mynf. obs.52.cent.1.Capyc. decis.* *
185.nn.2.

DECIMOTERTIÒ: notissimi quoq; iuris 84
est: quod pluribus venditoribus rei vnius existentibus,aut si plures fuerint fratres, qui familiam itter se diuiserant: vni ex his soli, remedium l.2. C. de resc. vend. non detur *per tr.Bran cons.195.n.1.& 2.vol.1 fac.text.l.quod si vno in pr. ff. de in diem addict.l.autor. §. curator. ff. de minor.*

Iam verò fratrum sex hereditatem hîc diuiserant:

Vni itaq; soli id remedij non dabitur.

Nam aut reliqui quatuor totidem millia acceperant,quot acceperat M. à R; & S. à R. aduersus M. à R. solum agere non poterit. Ab omnibus enim & non à solo M. à R. lœdebatur.

Aut reliqui fratres omnes, plura non sunt adepti, quàm nactus in diuisione S. à R. fuerat; & rursus S. à R. vni, hoc remedium non competit.Plures enim lœsi, atq; decepti sunt.

Et confirmatur hoc ipsum per id, quod 85
traditur:quando facultas faciendi,vel faciendi, & dandi simul quid, collata est, in duos pluresue, tunc vnum non posse facultatem, vel conditionem adimplere: sed nec ab vno vicissim, rectè conditionis, vel facultatis adimplementum peti. per l. si ita fuerit. in pr. & § quæstio.ff.de manumiss. testam. l. si plures.C. de condit. insert.

Vtra-

Vt taceam substantiale illud remedij huius requisitum, lœsionem illam, vltra dimidium hoc casu, ab actore nostro, præsertim verò contra reum, probari quoq; neutiquam posse. Ideoq; actori necessariò hic succumbendum esse. *per superius in id allata.*

86 DECIMO QVARTÒ, & vltimò, scriptum in iure extat: quod in dubio quoq; casu, potiùs contra instituentem remedium l. 2. C. de resc. vend. quàm pro eod. sententia ferenda sit. *Vti hoc in indubio detiderunt Crau. cons. 151. n. 3. vol. 1. Ernest. Cothm. d. cons. 30. n. 300. vol. 3.*

Hac itaq; nos adhuc, in casu dubio versari (id quod tamen vehementer negamus) pro M. à R. attamen, & non pro S. à R; sententiam ferri oporteret.

RESOLVTIONES
CONTRARIORVM.

POrrò diluere in contrarium adducta, res parui negocij est.

Nam ad PRIMVM: quod omnis, vltra iusti dimidium lœsus, possit agere, vt vel contractus rescindatur, vel id quod iusto precio deest, suppleatur.

Sicuti & ad SECVNDVM: quod in diuisionibus quoq; l. 2. C. de resc. vend. locus sit.

Nec non ad TERTIVM: quod diuisio remedio hoc rescindatur, quantumuis per fortem facta sit.

Et deniq; ad QVARTVM: quod etiam à diuisione feudalium, l. 2. C. de resc. vend. non sit exclusa: vnica responsio sufficit: quod in his omnibus lateant, & fallacia non causæ, vt causæ, & fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

Nam cum sub decisionis rationibus euicerimus iam, nullam hîc lœsionem, iusti dimidium excedentem, ostendi posse.

87 Patet iam consequentia per se, fallaciam hîc non causæ, vt causæ, alterui: & propterea nullum horum argumentorum, ob fallaciam non causæ, vt causæ, illis inhærentem, subsistere posse. *Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 25. & c. 10. n. 31. vers. & sic.*

Pariter quoq; non inficiamur, in diuisionibus etiam feudalium, & quidem per fortem factis, remedio huic locum esse. Verum id non semper, & vbiq;, sed secundum quid tantùm, quatenus scilicet casus, de quo agitur, inter casus, à regula exceptos, non reperitur. Et vi consequentis concident rursus, argumentationes hæ omnes. Cum similiter superius oltensum sit, casum nostrum, à regu-
88 la, ob quatuordecim etiam causas, exceptum esse: cum item verum sit, fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta, quibus inest labefactare, atq; ineficacia reddere. *Euer. in præamb. tapin. n. 24. ad fin. Coras. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8. Pesc. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 25. n. 4. vers. porrò & c. 30. n. 3. ad fin. Toming. dec. 56. n. 3. Harim. Pistor. q. 38. n. 38 lib. 2. Carol. Molin. ad l. 1. §. si quis simpliciter, n. 67. ff. de verb. obligat.*

Porrò in QVARTA deindè obiectione, etiam contra minorem, qui emerat, vel diuiserat, remedium hoc competere, alia latet non causæ, vt causæ fallacia.

Nam minorem suam ætatem nunquam adhuc, ad fratris actionem elidendam, allegauerat Reus M. à R.: sed alijs in id exceptionibus rectè vsus est.

Et si ea allegatione vsus esset inutiliter, attamen ea facta non fuisset.

Certum enim est: quod sicuti faciliùs lon- 89
gè succurritur lœso, qui homo simplex, minimeque naturosus est: si è diuerso aduersarius callidus atq; versutus fuerit, tradente in indiuiduo *Pinel. ad d. l. 2. p. 1. c. n. 30. C. de resc. vend. Tiber. Decian. cons. 35. n. 8 in fin. vol. 4. per l. cum de indebito. vers. si autem ff. de probat.*

Ita è diuerso, difficilius longè porrigatur 90
hoc genus remedij, si venditor homo circumspectus, atque prudens fuerit: existente ex contrario emtore, minori, vel aliàs rerum forensium planè experte. Vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito. *l. vlt. in fin. ff. de legat. 3. Euer. in top. in loc. à contrar. n. 8. Exea. in tr. de pact. n. 406. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 1. nu. 212. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 18. n. 63. Sebast. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 6. n. 15.*

SEXTÆ posteà obiectioni opponuntur ea, quæ sub decisionis ratione DECIMA adducebantur: & cum ex ijs colligere promtum sit: quod magis communis opinio illa sit: remedio huic renunciari posse:

Restat, vt concludamus: quod relicta mi- 91
nus recepta opinione, hanc sectari debeamus, quæ à pluribus approbata est. *Dominic. à S. Gemin. in c. 1. notab. 6. de iunm. Trinit. in 6. Negus. in tr. de pignor. in 1. memb. 2 p. p. n. 1. vers. tamen indubitanter. Ias. in auth. si qua mulier. n. 14. C. de sacrof. Eccles. & cum hac sententia, omnes pertransire Doctores, in indiuiduo testu cit Corat. in tr. de com. opin. tit. 9. n. 3.*

Non dicam nunc, argumentum hoc SEX- 92
TVM alia quoq; ratione, vitiosum fieri: quod scilicet in illo argumentum deducatur, à renunciatione simplici, ad renunciationem iuratam, (iuratam enim hîc adesse renunciationem, sub vndecima decisionis ratione, planum iam fecimus) atque sic à minori ad maius negatiuè. Cuiusfcemodi argumenta procedere nullo modo possunt. *Euer. in top. in loc. à minori in pr. Garf. in tr. de expens. c. 2. n. 7. Bender in tr. reuis. concl. 1. n. 14.*

Sic quoque refellitur, quod vlterius sub SEXTA hac obiectione, de iuramento, quodque ne iuramento quidem tolli hoc remedium possit, proferebatur.

Nam & huic argumentationi, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter fallacia inest.

93 Nam quod dicitur: iuramentum, remedium l. 2. non perimere, verum est, in ea tantùm lœsione, quæ longè, multumq;, dimidiam iusti precij partem excedit, atq; superat: verbi gratia: si res decem digna, duobus distracta fuerit. Eam autem, quæ dimidium iusti, tantum attingit, aut in modico excedit, iramentum omninò tollit. Prout hoc in indiuiduo, in scripta immittere, *Crau. cons. 7. n. 5. & cons. 192. n. 3. vbi* Corneum, *ante se, id voluisse, testis est. Crau. cons. 344. n. 3. Iacob. Mandell. cons. 81. n. 54. Ioh. Bapt. Laderch. cons. 129. n. 3. vol. 1. Cauale. decis. Flurz. 27. n. 42. p. 1. Borgn. Cauale. in tr. de tut. & tutat. n. 141. Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 165. n. 6. Turz. an. com. opin. 159. Nicol. Carb. in pract. pract. lib. 1. c. 4. n. 22.*

Nobis itaq; theorema hoc, in quo obiectio fundabatur, non multum negocij exhibet. Quantum enim ego video, certus planè sum, S. à R; non solùm enormissimam illam lœsionem, de qua Doctores, sub obiectione designari tractant, non probaturum: verùm etiam ne enormem quidem.

SEPTIMA dehinc obiectio: sufficere nempè si modo lœsio, in vno nummo, iusti precij dimidio maior sit: refutatur per concessionem.

Damus enim hoc facilè ex parte M. à R; sed id comprobare, hoc opus, hic labor erit.

94 At interim remanebit verum: præsupposita prius, verificari oportere, quàm vlla conclusioni, quæ indè eliciebatur sit firmitas. *gl. in l. mancipia. C. de fer. fugit. Roman. 595. Ioh. Petr. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 42. n. 65. Fr. Niconit. ad Rubr. n. 179. ff. fol. matr. Mouter. à Cueu. in decis. ciuitb. Regni Arrag. decis. 32. n. 21.*

95 Deindè infecta quoque est obiectio hæc, consequentis fallacia. Non enim sequitur: lœsio maior est vno nummo, vltra dimidium iusti: Ergo locum iam habet l. 2. C. de rescind. vend.

Nam plura adhuc adesse oportet, *veluti sub decisionum, rationibus latissimè disseruimus.*

96 Quod cum ita sit, obiectio hæc Septima rursus demolitur, atq; destruitur. Nam fallacia consequentis infecta argumenta, vitiosa sunt, atq; constare nesciunt. *Euer. in præamb. topic. n. 24. verf. quando autem sit mutatio, ex minus sufficit. Euer. in top. in loc. a part. enum. n. 3. in fin. Octau. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 6. nu. 93. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 3. num. 13.*

97 Et copulata, pro vno habentur. *l. 1. §. sin autem ex his. C. de caduc. toll. tas. ad l. 1. n. 2. ff. de iust. & iur. Surd. d. tr. de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 89.*

Et denique plura quoque impedimenta, plures quoque amotiones exigunt, nec vnum eorum remouere sufficit. *c. cum pro causa. & ibi Innoc. n. 2. ext. de sent. ex comm. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 105. nu. 15. Surd. d. q. 42. n. 84. Mont. à Cueu. decis. Arrag. cuul. 4 n. 25. Sigism. de Neap. cons. 12. nu. 24. & 25. Roman. cons. 326. nu. 3. & 7.* 91

In idem quoq; recidit obiectio OCTAVA: remedium scilicet l. 2. non nisi spacio temporis tricennalis præscribi: nam demus hoc verum esse, demus item M. à R; præscriptione non esse communitum: non tamen propterea, silent illicò, reliqua obstacula, ex hoc l. 2. remedio, hîc cum effectu agi, præpedientia omnia.

Et præterea ex diuturniori silentio, quo lœsus tantæ lœsione vtitur, illa attamen existit præsumtio, qua illum fraude omni vacuum non esse, statuitur, vti in indiuiduo docuit *Pinell. ad d. l. 2. p. 2. c. 1. num. 26. C. de resc. vend.* 99

Sic quoque fallacia consequentis laborat NONA obiectio. Nam etsi quandoque, lœso, etiam per familiæ herciscundæ vel communi diuidundo actionem succurri, non inficiemur: plura tamen rursus adesse oportet, vt ad actiones has ritè, rectèque perueniatur. 100

Nam primùm adesse oportet dolum ex proposito. *d. l. maioribus. & ibi DD. communiter. C. com. vt. iudic.* *

Quis autem hic dolum præsumeret, in actu, qui publicè, & palàm, ab ipso Iudice, partibus, post habitam deliberationem maturam, consentientibus fiebat? *Cardinal. Paris. cons. 52. n. 3. & 31. vol. 4. Socin. Iunior. cons. 67. n. 38. volum. 2.* 101

Quis item minorem (veluti tum temporis erat M. à R.) doli coargueret, in quo simplicitatem, quodq; ipse facilè machinationibus obnoxius sit, præsumendum esse, iura omnia clamitant? *Bl. in rubr. n. 4. C. de rer. permut. Dec. cons. 45. n. 2. Crau. cons. 729. n. 10.* 102

Deindè requiritur, vt familia siue hereditas, absque Iudice, eiusq; interuentu diuisa sit. *Br. in d. l. 1. per ill. text. & ibi Bl. n. 1. Cyn. ante n. 1. Salyc. n. 1. verf. certo Castr. n. 1. Sichard. n. 2. & DD. C. famil. hercisc. Sichard. ad l. maioribus. n. 3. C. com. vt. Iudic.* 103

Atenim hîc, à Iudicibus supremi in hoc territorio tribunalis, vt diuisio fieret iubebatur: bona item in partes æquales, per iudices in id peculiariter deputatos, distributa sunt. Cui distributioni fratres, non solùm non reclamarunt: verùm etiam illi expressim assenserunt.

Agi itaq; aduersus diuisionem hanc familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo, actione, non poterit.

Si enim

104 Si enim læsi per distributionem fratres fuissent, prouocare ad Superiorem debuissent, non autem sinere, vt partitio hæc, vim rei iudicatæ consequeretur: tantoq; minus, eidem, consensum expressum adhibere. Nam hoc cum factum sit, de quo iam conquerantur, non habent, etiamsi decuplo læsi essent. *trad.in indiuiduo Sichard. ad d.l. maioribus. n. 8. C. com.vt.iudic.per l.1.C.ſi ſap.in int.reſt poſtul.*

105 Rursus non obtinent ea, quæ in obiectione hac NONA adducebantur, si ad diuisionem, Superioris accesserit Confirmatio, vel diuisio etiam extraiudicialis, post deindè, iusta, & legitima esse, per Iudicem declarata fuerit. tradente rursus in specie *Sichard.ad d.l.1.in fin. C.famil. herciſc.*

Enimuerò, præsto hic est, Superioris Confirmatio.

106 Et deniq; fallit omninò, traditio hæc, siquidem diuisio sorte peracta, administrataq; fuisset. Aduersus diuisionem enim per sortem factam, nullum proditum est remedium, nisi illud, quod l.2.C. de resc.vend. porrigit. *Vt ex iis quæ ſub 3. ratione dubitandi afferebantur, luculentiſſimè apparet.*

107 Quod ipsum confirmatur ex eo, quod ne restitutio in integrum quidem minori, contra diuisionem, quæ sortis iudicio committebatur, indulgeatur, aut detur. *Bl. in l. ait Prætor. §. vlt. ff. de minor. Mar. in tr. de ord. iudic. in 2.p.6.p.n. 258. Tiraq in tr. de iur. prunigen. q. 17. opin. 1. n. 6. Anton. Gomez. var. reſol. lib. 2. c. 14. n. 4. in fin. Arr. Panel. ad l. 2. p. 2. C. 1. n. 6. C. de reſc. vend. Sfort. Odd. in tr. de in int. reſt. q. 66. n. 25. limit. 2. Natta conſ 631. n. 23. vol. 3. per l. verum. §. ſciendum. ff. de minorib.*

Enimuerò hic, res tota, sorti commissa, & per sortem administrata fuit.

Sileat itaque omnis familiæ herciscundæ, aut communi diuidundo nunc actio.

DECIMA obiectio hoc vult: quod læso, tali læsione, quæ infra iusti dimidium consistebat, cessante etiam omni actione, iudicis officio succurrendum sit.

Verum & hanc vel per fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter resoluenius: aut falsam omninò esse rectè affirmabimus.

108 Nam quod fallacia, qua diximus, obiectio hæc laboret, euincitur per id: quod ipsi Doctores, hanc sententiam amplectentes, atque fouentes, plura in id interuenire desiderent, veluti primò: quod venditor, vel is, qui personam venditoris sustinet, homo astutus, atque multa sagacitate præditus, emtor verò, vel emtoris personam repræsentans, homo simplex, & rerum omnium ignarus sit.

Deindè desiderant, vt læsio, proximè ad iusti dimidium accedat.

Tertiò non agunt de illo casu, in quo ad contractum, qui celebrabatur, decretum Iudicis: item Confirmatio Superioris accesserant.

Et deniq; multò minùs, quid de diuisione, per sortes facta, hoc casu sentiendum sit decidunt.

Reliquum itaque, illud tantùm fit, hanc doctrinam, à themate nostro alienam planè, atq; remotissimam esse.

Quinimò vt dixi, hanc totam erroneam 109
esse, haud abs re erit dicere. Nec enim Tiberius Decianus, cuius autoritate, pro stabilienda hac, vsi sumus, hanc veram esse, omninò asserere audet, & contrarium expressim tuetur *Barbat. in c. paſtoralu. col. 12. ext. de cauſ. poſſ. & propriet.*

Cui omnino accedendum esse putarim. 110
Frustrà enim aliàs l.2.C. de resc. vend. lata, sancitaq; esset. Id quod à iure alienum planè est. *l.2.in fin.C.com. de legat. Pract. Pap. in for. lib. an act. real. in v. ſummatiè. n.5. Aldobr. in §. penult. n.7. Inſt. de iur. nat gent. & ciuil. Pece. in tr. de teſtam. coniug. lib. 5. c. 15. n. 1. Moutic. ad l. vlt. n. 54. C. de iur. delib.*

Quod item hoc pacto, licibus, & iurgijs, 111
amplissima aperiretur seneſtra: nemo item ferè de dominio rei suæ, amplius certus foret. *l.1.ff. de vſucap. Tiraq. de vt. retr p.1.§.35 gl. 2. nu.5. Aldobrand. ad §. ius autem ciuile. n.2. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Vaiq all. controu. c.27. nu.13. & c.51. nu.9.*

Sed perpetuo metu rei suæ, quam tamen 112
iusto contractu acquisierat, amittendæ, discrutiaretur. *I. cum notiſſimo in pr. C. de præſc. 30. vel 40. annor. Bl. in repet. l. 1. col. 3. C. de emancip. lib. Az. o in ſumm. in pr. C. de vſucap. pro emt. Vaiq. d. c.51. nu.10.*

Proxima nunc est obiectio VNDECIMA, in qua concludebatur: hîc formam à Principe datam, non fuisse obseruatam, actum itaq; nullum esse.

Cetetum ad id respondetur Primò: deesse obiectioni huic præsupposita sua, quibus innitatur.

Constare itaq; nescit.

Nam aduersa est his, ipsa Transactionis formula, veluti, cum in illa disertis verbis expressum legatur: inspectionem oculare adhibitam in præsentia fuisse, etiam antequam vllam bonorum partitionem facere, Deputati aggrederentur.

Probata itaq; iam est ocularis inspectio, super cuius defectu extruebatur, VNDECIMA hæc obiectio.

Quin enim per Instrumentum publicum, 113
plena fides, atque probatio fiat, ambigendum non est. *Bran l. admonendi. n. 30. in fin. Inſ. lect. 1. n. 84. & ſeqq. & lect. 2. nu. 145. & ſeqq. Sibrader. n. 275. Ioh. Coraſ p. 2. n. 5. & ſeqq. ff. de*

iureturr. Kil. Kön in suo proceſſ.c.9 1.n.3.& 4.Turaq. de vr.retr.p.1.§.4.gl.1.n. 10. pet l.cum precibus.C. de probat.

114 Quod ſi hoc in Tranſactione non exprimeretur: aut contrarium edoceri poſſet S. à Rud quod ei facere licitum eſt: Cum tandiu tantùm ſtetur inſtrumento publico, donec contrarium probatum fuerit. *d.l.cum precibus. & ibi Br.& DD.communiter.C.de probat.Coraſius d. l.admoncndi.p.2.n.5.ff.de iureiur. Praſt. Pap. in for. product.inſtr.an v.exhibens,& producens. n.4. & ibi Curt.an addit.*

Non tamen ne idipſum quidem, ad nullitatem producendum, ſatis eſſet.

Conſideremus enim Primò illud: quod hæc forma, ſiue ordo procedendi, donec ad diuiſionem perueniretur, non à Principe ipſo, ſed tantùm à Conſiſtorio eius, partibus præſcriptus ſit.

115 Concidunt itaq; omnia, quæ ad longum, ex Baldo, & Blanco, de ordine à Principe dato, quodq; is ordinem actui aliquo præſcribens, actui formam dare cenſeatur, adducebantur. Alio enim iure cenſetur ipſe Princeps, alio item iure Conſiſtorium eius. *per trad.Capyc.deciſ. 47.n.7. Bl.in l.reſcripta.n.7. ibi Iaſ.n.3.C.de precib.Imp.offer. Matth.de Affl.ad c. 1. in pr.n.125.quæ ſint reg.d.Felin.ad c.nonnulli.n.27. ext.de reſcr.Gudelin.de Petr. in tr. de Principe.n. 35. Alex.de Imol.conſ.10 1.n.3.Vol. 1. Decian. conſ. 19. n.153.vol.3.*

116 Deindè animaduertere ad illud quoque oportet, quod iuris ſit conſtituti: quod formæ ob priuatam tantum vtilitatem introductæ, ipſe partes, tàm tacitè, quàm expreſſè renunciare poſſunt. *Dec. in l. pacta quæ contra. n.10.& 11.C.de pact. Alc.par.dox.lib 3.c.5.Petr.de Ancharan.in c.reſcriptum in fin.ext. de reſcr. Monter. à Cucua in deciſ Regn. Aragon.Cinul deciſ.12.n.43. Ruin.conſ.46 n.10.vol.3.Ruin. Iun. conſ. 207.n. 53 & ſq vol.2.Iob.Vinc.Hond.conſ.27 n. 34.lib. 1. vbi hanc eſſe communem ait ſtatur Tiber.Decian.conſ. 2.n 33.vol.5. per l.ſi lo pietro, & ibi Br. ff. de inoffic.ſupt. & ſrm.facit. l.ff.m.*

Nam hinc rurſus fit, quod argumentatio contraria procedere non poſsit.

Nam vt atteſtatur, Tranſactionis formula, S.à R. expreſſe enunciauit, ſibi non diſplicere, quæ de ſex partibus bonorum, Commiſſarijs placuiſſent: neutiquam autem aduerſus ea, cauſabatur, neglectam fuiſſe inſpectionem ocularem.

Quod cum ita ſit, nihil amplius impedit, quo minus rectè ratiocinemur, formæ cum præſcriptæ, tacitè ſaltem renunciaſſe.

Sed & certum eſt, formam hanc, priuata tantum R. fratrum vtilitati, inſeruiſſe.

Poſtremò leuiuſculum quoque illud eſt, quod ſub obiectione DVODECIMA, eademque vltima, de interrogationibus per Iudicem faciendis, ex Anania allegabatur.

Nam etſi non eamus inficias, Ananiam 117
idipſum docuiſſe; negari ramen, è diuerſo non poterit id: quod hæc Ananiæ traditio nullo vnquam tempore, obſeruata, aut in vſum recepta fuerit. Quinimò omnes fere Interpretes, qui huius doctrinæ recordati fuerant, tantum non ſibilo, illam ipſam exceperunt.

Sic in illoipſo caſu de quo Ananias reſpõdit, contrarium cenſuluit Barbatias, teſte ipſomet *Barbatia conſ.67 vol.3.verſ.go vidi.vol.4.*

Sic redarguit hanc doctrinam Felinus ex 118
eo capite: quod nemo turpitudinem propriam detegere obſtrictus ſit. *Felin. in c.vlt.n.13. ext. de præſumt.*

Sic puerilem, hanc traditionem, eſſe ca- 119
ptionem teſtis eſt, *Pincl. ad d.l. 2.p.2.c.2.n.34. C.de reſc.vend.*

Sic obſiſtunt ei *Burgenſ.ad c.cum dilecti.n. 15.* 120
ext.de emt.& vend Dec.in l. penult. n.11.C. de pact. Dec.in l.ſemper in contractibus.n.7.ff.de reg iur.Guilhelm.de Petraſſing.22.Ferrat cant.4.n.4.Cagnol ad l.2.n.11.C. de reſc.vend.Meno.b. in tr. præſumt.lib. 5.præſumt.1.n.25.

Et deniq; ex nouiſſimis Iuris Interpreti- 121
bus, eam nec collaudare, nec item damnare (papiſtica ni fallor perſuaſione deceptus) auſus eſt, *Laurent. Tennin. Rodulph.in tr. cautel. caut.140.n.10.& 11.*

Quid itaque firmi, ſuper Sabuloſum hoc fundamentum, extrueremus?

Atq; his tutatum me ſatis eſſe, Deciſionem, quam fecimus, à captiunculis; quæ illi obſtruebantur, confido. F. P. D.

Deferebatur res tandem ad Iudicem, & quoniam Actor, aliud non volebat, vt res, ordinaria via Iuris, expediretur, Iudex præcipiebat.

CONSI-

CONSILIVM XXX.

SVMMARIVM.

1. Gesta suos teneant autores.
2. Vniuersitas, ob factum priuati alicuius, aggrauari non debet.
3. Vniuersitas, ad onera singulorum ferenda, obstricta non est.
4. Lis singulorum, lis vniuersitatis dici nequit.
5. Vniuersitati quod debetur, singulis non debetur, nec econtrà.
6. Sumtus, quos nostri causa, principaliter facimus, ne deducimus quidem, tantùm abest, vt petere eos, ab aliquo possimus.
7. Heres, non deducit impensas, quas fecerat litigando cum eo, qui se quoq; heredem esse dixerat.
8. Impensis eius, actus instaurari debet, cuius facto fiebat, quominùs ab initio, rité, rectèq; administrarentur omnia.
9. Obligatus ad faciendum aliquid, tenetur id facere, propriis sumtibus, siquidem operis huius causa, in compensationem aliquid accepisset.
10. Officialis nomen, generale admodum.
11. Officialis appellatione, comprahenduntur etiam, datiorum exactores.
12. Officialis, & tutor, æquiparata sunt.
13. Tutor reficire tenetur, expensas omnes, quas pupillus fecerat, in exigendis debitis, qua tutor, exigere neglexerat.
14. Tutor in lite succumbens, omnes pupillo, expensas, refundit.
15. Officialem, deligentem oportet esse. Officialis tenetur de dolo, lata, leui, & leuissima culpa, nec non de casu fortuito quoque, si culpa casum præcessisset. & n. 16.
17. Officialis ipse, pecuniam publicam, mutuò non accipiat.
18. Officiales duo, si fuerint, alter tamen alteri, pecuniam publicam, mutuam dare non potest.
19. Officialis, qui aliy pecuniam publicam mutuò dat, capitis pœna plectitur. Exceditur vt procedat, etiam in Regnis Siciliæ, & Galliarum. n. 20.
21. Pecuniam ciuitatis, mutuam dans, vel accipiens, tenetur in duplum.
22. Officialis, qui negligens est, in exigendo Reipub. debitores, de proprio, Reipub. damnum resarcit.
23. Officialis, non prouidens iis, quibus prouidere, ratione officij tenebatur, facit litem suam, & parti, quam negligendo aggrauarat, tenetur ad interesse.
24. Officiales non debent parere, potestati iubenti aliquid, quod iustum non est.
25. Officiales conuenientes, ad factum potestatis iniustum, pœna digni sunt.
26. Impensæ, in quas quis, culpa sua incidit, à nemine repetere potest.
27. Impensæ litis, ne illi quidem suppediandæ sunt, qui aliunde non habet, nisi apparuerit, cum, bonam iustamq; causam fouere.
28. Impensa et, qui alieno nomine agit, ita demum restituuntur, si litis victoriam, reportarit.
29. Expensæ litis, non reficiuntur, nisi in fine litis.
30. Impensas, nomine alieno faciens, repetere eos, negociorum gestorum tantùm actione potest.
31. Actio negociorum gestorum, non datur pro impensis, nisi vel necessariò, vel vtiliter, impensæ hæ factæ sint.
32. Actio negociorum gestorum, impensarum ratione cessat, nisi edoceatur, quod eius, quem nunc repetendarum expensarum causa, conuenio, negocium gestum, usq; inde loci-pletior effectus sit.
33. Actio negociorum gestorum excluditur, quoties negocium, nec vtiliter incipiebat, nec vtiliter finiebat.
34. Negocium is, inutiliter gessit, qui in lite succubuit.
35. Euentus litis dubius.
Multi peyarunt sub iustissimo clypeo, ibid.
36. Actio negociorum gestorum non competit, si quis, principaliter, suapsius contemplatione, impensas fecerit, licet ea, in consequentiam, aliy quoq; profuit.
37. Actio negociorum gestorum, semper excluditur, si præstatur officium necessarium, & non voluntarium.
38. Negocia, qui semel gerere incapit, prosequi ea, ad finem vsq; obligatus est.
39. Expensæ spectant, ad rei Dominum.
40. Impensa, quæ fructibus colligendis necessariò fiunt, ad eum spectant, cui fructus cedunt.
41. Impensas actus, ille fert, qui instat, vt eiusmodi actus fieret.
42. Expensis propriis, militare nemo tenetur.
43. Impensis propriis, curia inseruire nemo tenetur.
44. Heres, sumtus quos impenderat, cum conscriberetur inuentarium, ex hereditate deducit.
45. Impensæ præstantur prælato, ex prælaturæ reditibus, quando de beneficio litigat, licet litem sui potissimum causa susceperit. Etsi amen lis esset, inter prælatum, & ecclesiam ipsam. n. 46.
47. Sumtus litis, perfert monasterium, quando monachus, cum abbate litigat, dummodò lis cedat, in monasterij vtilitatem.
Idq; verum est, tam respectu sumtuum, qui lite pendente fiunt, quam etiam eorum, qui in executione impenduntur, n. 48.

49. *Patronus Ecclesiæ, defendit eam, sed non sumtibus proprijs.*

50. *Procurator defendit dominum, sed domini expensis.*

51. *Vniuersitas, restituit priuato litis expensas, qui non temerario ausu, sed ex causa probabili, ad vtilitatem publicam egit.*

52. *Culpa nulla contrahitur, si fiat id, quod fieri solitum est.*

53. *Pecuniam, mutuam dare possunt, omnes, cuiuscunq; generis administratores, tàm publici, quàm priuati & n. 54.*

55. *Officialis, publicam pecuniam, concedere potest ijs, qui soluendo sunt, etiam sine cautione vlla.*

56. *Vir bonus quilibet præsumitur, & quod nolit, contrahentem secum, decipere.*

57. *Nobilis quisq;, fidei, quam dederat, creditur obseruantissimus.*

58. *Officiosa modestia, venia digna est.*

59. *Officialis alter, alterius officio, immiscere sese, non debet.*

60. *Officialem diligentiam eam præstitisse, quam potuit, satis est.*

61. *Negligentia simplex, culpæ leuissimæ accensetur.*

62. *Officialis, ob culpam leuissimam, non obligatur.*

63. *Officialis publicus, difficilius adhuc constituitur, in culpa, quam priuatus alius.*

64. *Officialis non punitur, ob omnis generis negligentiam, sed ob eam tantùm, quæ dolo proxima est.*

65. *Culpa, ab eo, obijci non potest, qui culpæ causam præbuit.*

66. *Circuitus euitandi sunt.*

67. *Procurator etiam generalis, repetit expensas, quas fecerat, exigens principalis sui pecuniam.*

68. *Negociorum gestor, repetit expensas.*
Etiamsi modicæ, hæ fuerint. n. 69.

70. *Administratores, & curatores, expensas, quas fecerant, sibi conseruant.*

71. *Vsuræ in bonæ fidei iudicijs tàm directis, quàm contrarijs, veniunt ob moram & n. 72.*

73. *Vsuræ veniunt ob moram, etiam in contraria negociorum gestorum actione.*

74. *Ecclesia, & fiscus, restituunt expensas, nomine eorum factas.*

75. *Futurorum contingentium, nulla est determinata veritas.*

76. *Officialis solius dicto, fides adhibenda est, de ijs, quæ ad officium eius pertinent.*

77. *In officiali, culpa non præsumitur.*

78. *Officialem publicum, officium suum, diligenter, & fideliter exercuisse, præsumitur.*

79. *Officialem iustum esse præsumitur.*

80. *Præsumitur, neminem in officio suo, fraudatorem agere.*

81. *Procuratori cum mandato, expensæ restituendæ sunt, etiamsi in lite succubuerit.*

82. *Vniuersitas congregata, sciens præfectum suum, fines mandati excedere, & non contradicens, consentire videtur, & obligatur.*

83. *Vniuersitati tribuitur actus, tractum successiuum habens, etiam per singulos, ex vniuersitate factus: si actui illi, sese non opposuerit vniuersitas.*
Etiam in criminalibus. n. 84.

85. *Vniuersitas, sciens, & patiens, publico nomine aliquid agi, censetur mandasse, vt id fieret, etiamsi de expresso mandato, non constet: quando actus talis, tractum temporis successiuum habet, & vniuersitatis fauorem cõcernit, agitur item, per officialem publicum.*

86. *Vniuersitas soluens expensas, litis ratione factas, censetur approbare, & rata habere omnia, quæ hactenus gesta sunt, licet agens nunquam, in syndicum fuerit electus.*

87. *Expensas soluere tenetur, cuius gratia actus celebratur.*

88. *Inuersio optimus, contrariorum dissoluendorum modus.*

89. *Negocium, quod nostrum non est, ratihabitione, ad nos pertinere incipit.*

90. *Vniuersitas tandiu, ex facto priuati non obligatur, quandiu illud, ratum non habet.*

91. *Vniuersitas tenetur, si aliqui ex ciuibus eius, arcem alicuius inuasissent, atq; occupassent: prædamq; inde abegissent, priuato consilio ducti: si vniuersitas post deindè, prædam recepisset, aut arci occupatæ præsidium imposuisset.*

92. *A separatis, mala fit illatio.*

93. *Præsupposito cessante, cessat conclusio, quæ indè exædificabatur.*

94. *Singuli non sunt onerandi eo, quod vniuersitatem ferre oportet.*

95. *Statutum, disponens singulos ferre debere, quod vniuersitas debet, validum non est.*

96. *Negocium, eius nomine geritur, cuius nomine se gerere, exprimit gerens.*

97. *Ratum quis habere potest, etiam suo nomine non gestum, valentq; in contractibus omnia, in præiudicium eius, qui ratum habet.*

98. *Debitum pecunia publica, nomine item publico contractum, singulorum debitum, dici non potest.*

99. *Heres deducit expensas, quas fecerat litigando cum eo qui se quoq; heredem esse diuulgaret ex communiori.*

100. *Impensis eius, actum instaurari, cuius facto fiebat, quominùs ab initio, rectè administraretur, non pertinet ad officiales publicos, quorum fides, nota, atq; probata est, & in quorum facto, culpa, aut error, inesse non ostenditur.*

101. *Præsuppositum, vbi non ostenditur verum, ibi quoq; id, quod indè eliciebatur, locum non inuenit.*

102. *Opus facere artifex, qui compensationem acceperat, impensis proprijs tenetur, non autem alterius impensis.*

103. *Opus*

103. *Opus faciens ex curialitate (vt loquuntur) recuperat impensas: non autem is, qui opus facit, ex necessitate.*

104. *Opus, si quis facere receperat, si deinde controuertatur, cuius sumtibus id faciendum sit, recurrendum ad consuetudinem potissimum erit.*

105. *Tutor impensas, quas facit pupillus, in exigendis debitis ijs, quæ tutor exigere neglexerat, restituere non tenetur.*

106. *De futuro, statuere, ex præsenti, prudentis non est.*

107. *Præsumitur litem instituens potius victoriam reportaturus, quam in lite succubiturus.*
De futuris iudicium, in meliorem partem, semper fieri debet. ibid.

108. *Tutor in lite succumbens, quatenus impensas refundat.*

109. *Fallacia a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, nocet argumentis, quibus inest.*

110. *Calumniosè, is facere non videtur, qui quid facit, ad mandatum Iudicis.*

111. *Officialem teneri de leuissima culpa, item de casu fortuito, an verum sit & n seqq.*

112. *Vnus vir, nullus vir.*

113. *Tutor, de leuissima culpa, non tenetur.*

114. *Æquiparatorum eadem est virtus, eadem qualitas, eadem natura.*

115. *Officialis tunc tenetur de culpa leuissima, cum se ingessit, & officium affectauit.*

116. *Actu approbato, omnes quoq; qualitates eius approbantur siue bonæ, siue vitiosæ illæ fuerint.*

117. *Pecuniam Principis, seu fisci Imperatoris, officialis à collega sua, mutuam accipere non potest, sed hoc faciens, pœnis legis subiacebit.*
Fallit si mutuum hoc, ratum habuerit princeps. n. 120.

118. *Fiscus principis, plærunq; alio iure censetur, alio item, bursa ciuitatum reliquarum, communis.*

119. *Opposita, temerè non sunt confundenda.*

121. *Interpretatio ad §. ciuitatũ auth. de collatorib.*

122. *Pecuniam, ex fisco Imperatoris, quæ aquæductibus, salarijs, & alijs publicis operibus destinata erat in vsus suos conuertens, Reipub. in duplum obligatus est.*
Consequentia mala est: officialis tenetur Reipub. in duplum, si pecuniam publicam, in vsus suos conuerterit: Ergo officialis obligatus quoq; est, ad debitores Reipublicæ, proprij patrimonij sumtibus exigendos. ibi.
Fallacia consequentis, corrumpit argumenta, ea infecta ibid.

123. *Syllogismus, quatuor terminos habens, deprauatus est.*

124. *Officialis; quatenus teneatur de ijs, quæ exigere neglexerat.*
Officium exactorum aliud est, ab officio, officialium reliquorum ibid.

125. *Exactor debitorum publicorum, quatenus de suo, Rempub. indemnem conseruare obstrictus sit.*

126. *Quæstor, minimè tenetur eum, qui toti rei summæ præest, etiamsi Reipub. aliquid debeat, exigere, sed ipsa respub. hunc exiget.*

127. *Administratori, non obest culpa, vel negligentia, extra officium.*

128. *Officialis quatenus puniatur, si obœdierit potestati, iubenti. vt iniusti aliquid fiat.*

129. *Officialis potestati præcipienti, vt decurionem torqueret, obtemperare non debet.*
Decurio torqueri non debet. ibid.

130. *Officialis in casu dubio, potestati morem gerat, & excusabitur, potestas verò ipse, tenebitur.*

131. *In impensas, culpa propria incidens, repetit eas, si dominus, cuius nomine actus gerebatur, ratum eum habuit.*

132. *Fallacia amphibologiæ, in efficacia reddit argumenta, quibus inest.*

133. *Expensas litis etiam aliundè non habenti, non dari, quatenus verum.*

134. *Expensas repetit, qui in lite succumbit, si mandatum ad agendum habuerit.*

135. *Ratihabitio mandato æquiparatur.*
Etiam in ijs, quæ speciale mandatum requirunt. n. 136. Sicuti & in delictis n. 137.

138. *De futuris, optima quæq; speranda.*

139. *De expensarum litis adiudicatione, in fine litis, tantùm videndum, quomodo verum.*

140. *In expensas condemnatio fieri potest, tam in principio, quàm in medio, & fine litis.*

141. *Ad expensas obligatus, tenetur eas indies præstare, pro vt eos habere, necesse fuerit.*

142. *Consequentia mala est: non competit ei negociorum gestorum actio. Ergo expensas repetere nequit.*

143. *Expensæ peti possunt, actione, exceptione, & officij Iudicis imploratione.*

144. *Actione mandati, expensæ quandoq; repetuntur.*
Etiamsi ab initio, mandatum non interuenisset: sed ratihabitio, pòst deinde accessisset. n. 145.

146. *Argumenta ab insufficienti partium enumeratione deducta, valida non sunt.*

147. *Fallacia consequentis committitur, cum partes omnes non enumerantur.*

148. *Fallacia non causæ, vt causæ, luxantur argumenta.*

159. *Actio negociorum gestorum, datur aduersus eum, ad quem ipso gestu negocium pertinet.*

150. *Negocium, huius vel illius contemplatione, gestum esse, quomodo constet.*

151. *Negocium ab initio, vtiliter gestũ esse, sufficit.*
Litem ab initio, vtiliter cœptam esse, satis est. ibid.

152. *Negocium vtiliter gestũ esse quomodo probetur.*

153. *Actio negociorum gestorum, quando illi detur, qui principaliter, suijpsius contemplatione aliquid facit, & in consequentiam tantùm, alterius causa.*

154. Expensas gerens negocium alienum, nomine proprio, condictione indebiti repetit.
155. Interpretatio ad l. officio. C. de negoc. gest.
156. Argumentum à liberto, quæ, is facit patroni causa, ad officialem publicum, & quæ is facit causa Reipub. non procedit.
157. Tutor, qui rationes reddiderat, & instrumenta restituerat, cogi non potest, vt litem, quam pupilli nomine instituerat, persiciat.
158. Officialis, qui rationes reddiderat, & instrumenta restituerat, ad litem cœptam persiciendam, cogi non potest.
159. Syndicus tenetur litem semel susceptam persequi, nisi iam restituisset, causæ superuentia instrumenta.
160. Procurator, an, & quando cogi possit, ad lites cœptas, siniendas.
161. Limitata causa, effectum limitatum producit.
162. Inspiciendum semper est, quo nomine, quo respectu, & cuius contemplatione, aliquid fiebat.
163. Officialis publicus, quicunq; gerit, censetur gerere, officij nomine, consequenterq; publicu expensas.

THEMA.

CErta quadam Prouincia est, quæ quoniam multo æris alieni onere, laborat, certo vtitur præfecto ærario, certo item quæstore.

Et quidem præfecti officium in eo versatur, vt soluat ijs, quibus soluendum erat; vtq; mutuam pecuniam accipiat, exigente id ipsum necessitate publica: vt item propecunia mutuò data, sponsorem se præstet, donec Creditoribus, per ipsos Prouinciæ statibus, caueatur. Quæstoris verò seu scribæ officium est, numerare ijs pecuniam, quibus præfectus, cui parere necesse habet, iusserat: & pecuniam ab alijs mutuò acceptam, in ea loca transportare, vbi Creditores Prouinciæ illius habitant, vbiq; illis solutio facienda est: Sed & de acceptis, expensisq; omnibus, rationes conscribere, atq; confícere tenetur, quas deindè vterq; & Præfectus, & Quæstor, consilio, Prouinciæ generali quotannis exhibet, quò si placuerint rationes, ab eius anni administratione liberentur, sin minus, vterq; respondere, & satisfacere statibus de contentis in rationibus, astrictus est.

Sed & denegatum his hactenus non fuit, quò minus si qua pecunia in ærario superesset, hanc ad tempus certum, locupletoribus, etiam solo chyrographo eorum fidem habentes, mutuam darent.

Paucis verò retrò annis, quidam eius loci, nobilitatis primariæ, ærario præficitur: adiungitur item illi, Quæstor quidam, qui vitæ, moribusq; hucusq; integer, ab omnibus reputatur; & quo antehac, multis annis, ipse præfectus, primùm pædagogo, posit deindè verò Scribæ vsus fuerat. Qui etiam tum temporis adhuc, cum iam Quæstoris officio defungeretur, non minus priuatas Præfecti rationes, administrabat.

Iubet itaque Præfectus, vt Quæstor certam pecuniæ summam, ex illa, quæ ad statûs pertinebat, in priuatos suos vsus, diuersis quidem temporibus, conuerteret: vtiq; id, in priuatas Præfecti rationes, referret: Se enim recta, proba statibus redditurum omnia.

Quæstor perpendens secum, quod fortunam suam omnem, Præfecto huic meritò acceptam ferret; quodq; is, sibi iratus pessundare se, facili negocio rursus posset, quod vir esset Præfectus, nobilitatis primariæ, quiq; diuitijs abundaret; scit item, alijs, id genus officij denegatum hactenus non fuisse: meminit, qui ante se fuerant Quæstores, præfecto huic sæpiùs, pecuniam statuum, concredidisse; nec in dissolutione moram fuisse vllam: cogitat deniq;, Præfecto huic rei totius summam, concessam esse: obtemperat itaq, iussui Præfecti, & aliquot millia, pro Præfecto expendit. Quibus si vsuras computaueris, haud mediocris efficietur summa.

Interea Præfectus ille, senio, curiúq; confectus, maxima ex parte rationis vsu destituitur, tandemq; re infecta, & pecunia nondum dissoluta, moritur.

Quantumuis ei diu antè, quàm supremum clauderet diem, Quæstor designationes, quantum Prouinciæ statibus deberet, exhibuisset.

Quæstor, quoniam aliud non potest, à filijs præfecti solutionem flagitat: illi ab initio, & quanditu primogenitus fratrum viueret, non omninò solutionem facere abnuunt, conueniunt aliquoties inter se, & rursus quoniam aliquæ erant quotæ, quibus filij præfecti contradicebant, re infecta discedunt; donec & tandem primogenitus (qui patri in officio præfecturæ successerat) vitam cum morte commutaret.

Ibi namque reliqui præfecti filij, se fidem, solis Quæstoris rationibus, habere non posse, sed ita demum se soluturos, si id Iudex, sententia in id lata, iusserit, expressè ediciunt.

Defer-

Defertur itaq; res ad Iudicem, Iudex causa cognita, vt res, via Iuris ordinaria, determinaretur, præcipit: cui præcepto partes morem gerentes, antè sexennium iam, Iuris processum exorsi sunt.

Et Quæstor interim, litis sumtus, de pecunia statuum, vtpote cuius, victoria litis commodo, cederet, fecit: Cui etiam Status hactenus non contradixerunt: etiamsi in rationibus annuis, Statibus exhibitis harum mentio semper fieret.

Hoc anno verò demùm, Status, se hisce impensis opponunt, Quæstoriq; testatum faciunt, se non passuros posthac, sumtus hosce, de pecunia sua fieri, videret ipse, vt de suo causam hanc ad exitum produceret.

Quæritur itaque num Quæstor, iure adigi possit, ad litem hanc, sumtibus proprijs persequendam?

RATIONES DVBITANDI.

EQuidem ab inirio, incœpta Statuum, iure improbari non posse, ob ea quæ sequuntur, dicendum videbatur.

1 Nam PRIMÒ petulantissimum illud est: quod gesta suos debeant tenere autores. *l. sanctimus. C. de pœnis. quæ sunt ext. de his quæ fiunt à maior. part. Cap. Alex. ad l. sapè. n. 9. ff. de re iudic. Vincent. Carocc. decis. 136 n. 4.*

Cum itaq; præsentis litis autorem, neminem alium, nisi Quæstorem, qui improuidè satis, Præfecto, pecuniam Statuum, mutuam dederat, constituere possimus:

Consequentia patet per se, impensas quoque totius rei ad illum solum spectare posse.

2 SECVNDÒ omnibus quoq; nota est, tritissima illa Iuris regula; quod Vniuersitas aggrauari non debeat, ob factum alicuius hominis particularis. *gl. in l. fi. ut. §. 1. ff. quod cuiusq; Vniuers. nom. gl. in l. si ex dolo. §. sed an municipes in v. posit. ff. de dol. gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. Iur. gl. in l. metum. § animaduertendum ad v. collegium ff. quod met. caus. Paul. de Castr. cons. 104. n. 1. vers. dicunt enim vol. 2. Rotin. cons. 107. n. 4. volum. 5.*

Quomodo itaq; fieret, quod ob pecuniæ publicæ, à Quæstore inconsultò factam dationem, sumtus litis perferrent Status?

3 TERTIÒ huc quoq; referendum est illud: quod Vniuersitas ad onera singulorum ferenda, minimè sit obstricta, sed quod magis sit, vt dicamus quemlibet priuatorum, suam sarcinam, proprijs baiulare humeris teneri. *Vt ex consensu Ang. l. Innoc. Speculat. & Gamin. scriptum reliquit Nuol. Balbus. int. cons. feud. diuers. cons. 42. n. 4. text. in l. 2. §. 1. vers. æquissimum & seq. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Nulla itaq; hîc subest æquitas, ob quam, Statibus iniungi posset, vt sumtus hos ex publico ærario erogarent. Liti enim huic, Quæstor, temeritate sua improuida, ansa præbuit.

QVARTÒ constituti quoq, Iuris est: quod 4
lis singulorum, haudquaquam rectè dici possit, lis Vniuersitaris. *Ioh. Petr. Surd. in tr. de alim. tit. 7. q. 32. n. 23. Corn. cons. 293. n. 11. vol. 3. Cephal. cons. 568 n. 25. vol. 4.*

Quod item id, quod singulis debetur, non 5
debeatur Vniuersitati, nec contrà. *l. sient. §. si quid Vniuersitati. ff. quod cuiusq; Vniuers. nom. Cagn. in l. aliud. §. refertur. n. 14. ff. de reg. Iur. Coler. in tr. de proceff. exec. p. 2. c. 3. n. 356. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. q. 134. n. 20. p. 4. Petr. Gilk. n. ad §. Vniuersitatis. n. 14. Inst. de rer. diuis. Rol. à Valle cons. 53. n. 6. cum seq. vol. 4. Cephal. cons. 515. n. 33. & seq. vol. 4. Ioh. Vincent. Honded. cons. 86. n. 11. vol. 1.*

Iam verò præsens lis, inter Quæstorem, & filios Præfecti est; & ex mutuò, quod Quæstor cum Præfecto se contraxisse ait, totum deriuatur.

Qui itaque fieret, vt litem hanc, pro lite Vniuersitatis censeremus & vi consequentis, quomodo statibus iniungi posset, vt ipsi primi, sumtus litis huius erogarent?

QVINTÒ facti circumstantiæ omnes, apertè demonstrant, à Quæstore, ideò principaliter litem hanc fuisse susceptam, vt rationes suas tueri posset, & ne ipse in iudicium à statibus, ob neglecta, vocaretur.

Consequitur itaq; minus, cum à Statibus, 6
litis impensas, frustrà petere. Iuris enim quotidiani est: quod sumtus, quos nostri causa principaliter facimus, ne deducamus quidem: tantum abesi, vt petere eos, ab aliquo possimus.

Exemplo eius, quod de herede scriptum 7
extat: eum impensas, quas fecerat, cum eo litigando, qui se quoq; heredem esse, iactitarat: quoniam principaliter suipsius causa fecerat, non deducturum. *tradentes in individuo Bl. in l. vlt. §. in computatione. n. 3. per ill. text. & ibi Montic. n. 136. C. de iur. delib.*

Sic quoq; SEXTÒ prospexerunt iura: quod 8
eius expensis actus instaurari debeat, cuius facto fiebat, quominus ab initio actus, ritè, rectèq; administraretur. *vti in specie docuit Br. ad l. 1. n. 5. ff. si quis ius dic. non obtemp. Bl. ad l. 1. n. 8. vers. ego dico. C. de Procurat. Natta cons. 5. n. 7. Cran. cons. 916. n. 4.*

Ferat itaq; ipse Quæstor, impensas litis huius. Cum lite hac superstederi omninò potuisset, si Quæstor pecuniam hanc, aut omninò, mutuo non dedisset: aut saltem in eo fuisset, quo Præfectus pecuniam hanc, sibi mutuò datam esse, confiteretur.

SEPTIMÒ: Iuris quoq; obscuri non est: 9
quod vbi quis, ad aliquid faciendum tenetur: tenetur id facere, expensis proprijs, siquidem pro tali obligatione, compensationem ali-

nem aliquam habuerit. *Vti docuit Roman.conf. 346.n.15.verſ.quoad ſeptimum. Alc.conf.60.n.5.lib. 5.per l.ſuo vitio.ff. de op.libert.*

Iam verò illud controuerſia caret, quod Quæſtor obligatus ſit, ad exigenda ea quæ culpa eius Reipub. debentur: quod item eam ob cauſam Quæſtor ſit conſtituturus, & propterea Quæſtoris ſalarium percipiat.

Tenebitur itaq; id facere ſumtib⁹ proprijs.

10 Octavò Iuris antiqui eſt regula; quod officialis nomen admodum generale ſit. *atteſtante idipſum in induiduo Ioh. Bapt. Aſin. in ſua praxi.p. 2.§.4.c.8.n.1.*

11 Quod item inter reliqua, exactores quoq; datiorum, ſub ſe compræhendat. *Vti ex Ancharan. & Bero. in induiduo ſcriptum reliquit Aſin. d.§.4.c.12.n.12.*

Dubium itaq; non eſt, quin hunc Quæſtorem, officialibus, recte connumerabimus.

12 Hoc autem cum ita ſit, ſequitur rurſus: cum certum ſit, quod officialis, & tutor, ſint æquiparata. *l.præfectus.ff.de rit.nupt. Bl.in l.quod fortuito.n.45.C.de pigner.act. Tiber. Decian.conf.47. n.3.vol.4.*

Quæſtorem hunc, nullo iure petere, ſumtus hos ſibi á ſtatibus ſuppeditari.

13 De tutore namq; cautum eſt, eum aſtrictum eſſe, ad reſarciendum expenſas omnes, quas adultus in exigendis ſibi debitis, quæ tutor exigere neglexerat, fecit. *tradente in induiduo Decian.conf.85.n.31.volum.2.*

14 Et quamuis vltimum hoc verum non eſſet; adeſt tamen Nonò, alia iuris traditio, volens: quod tutor pupillo expenſas refundat, ſiquidem in lite ſuccubuiſſet. *Br. in l.ſi ſe non obtulit.n.1.ff.de re iudic. Iaſ.in l. omnibus.§. ſi procurator.n.21.ff. ſi quis ius dic.non obtemp. Cap. Tholoſ. deciſ.40.& ibi Steph. Auffer.in addit. Petr. Duen.reg. 275.n.8.v.executio.limit.8. Mar.an tr.de ord. iudic.in 3.p.d.p.p.act.3.n.38. & ſeq. Borg. Cauale.in tr.de tut.& curat.n.49. Carol. Rum.conſ.1.n.25.*

Expectemus itaq; exitum litis, priuſquam Quæſtori, exactionem vllam ſumtuum, aduerſus ſtatus adiudicemus. Fieri enim poteſt hoc in cauſa ſuccumbente, vt ipſe, ſumtus, quos hactenus pro eo Status fecerant, ipſis reſundat.

15 Decimò iuris eſt apertiſsimi: quod officiali incumbat, vt in officio diligens ſit: alioqui enim Communitati, cuius ſtipendia meretur, obligatus remaneat, non ſolùm ratione doli, & culpæ latæ, & leuis: *l. magiſtratus. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. Br. ad l.2. in fin. C. de nauic. lib.11. Pariſ.de Put.in tr.de Syndicat. §. negligentia.n.24. Nicol. Carb.in præt. præt. lib. 1. c. 1. n. 67. verſ. & quoad caput. vnd. Tiber. Decian. conf. 47. n.3 vel.4. Menoch. conſ.246.n.61.vol.3.*

16 Verùm etiam leuiſsimæ, ſed & caſus ratione, dummodò culpa caſum præceſſerit. *Vti ex Bl. & Sal. decidit Menoch. d. conſ. 246. n. 63. vol. 3.*

Cum itaque certum ſit, mutuum, quod Quæſtor celebrarat, ad minimum culpam leuem ſecum trahere.

Reliquum illud tantum fit, eum culpæ huius leuis nomine, obligarum eſſe. Vndè ipſe, ſumtus liti neceſſarios, feret.

Scire enim debuit, quod officialis pecuniam publicam mutuò accipere non debeat. 17
vt eſt textus ad literam in l. ſciant. & ibi Ioh. de Plat. n.3. & DD. C. de his, qui ex pub. rat. lib. 10. & in l. vlt. C. de his, quæ ex publ. collat. illat. ſunt. non vſurp. lib. 10. & veſenb. conſ. 53, n. 9.

Quo iure eatenus etiam vtimur, vt etiamſi 18
duo fuerint officiales, alter tamen alteri, publicam pecuniam, mutuam adhuc dare non poſsit. *Vt ex Ioh. de Plat. & Rebuffo decidit, communemq; atteſtatur idem Veſenb. d. conſ. 53. n. 10.*

Vndecimò incerti Iuris non eſt: quod 19
officialis qui alij pecuniam publicam mutuo dat, capitis pœna ſit afficiendus: is verò qui accipit, ſit deportandus. *Vti eſt textus ad literam in d.l. ſciant. ibi Luc. de Penna. in ſummar. C. de his, quæ ex publ. ratiocin. lib. 10.*

Id quod non ſolum in terris Imperio Ro- 20
mano ſubiectis, verum etiam in Regnis Siciliæ, & Galliarum verum eſt, atq; obtinet. *Vti ex Matth. de Afflict. refert & ſequitur Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 2. §. 1. caſu. 57.*

Acquieſcat itaq; benevolentiæ ſtatuum, Quæſtor, veluti, qui cum poſſunt, capitis eum non accerſunt, ſed contentos ſe fore, oſtendunt, ſi pecuniam, quam per imprudentiam penè perdiderat, ſumtibus ſuis recuperarit.

Præterea Duodecimò quoq; cautum 21
eſt: quod dans, vel accipiens de pecunia ciuitatis, vel Reipublicæ eidem obligetur in dupluin. *§. ciuitatum auth. de collat. collat. 9. veſenb. d. conſ. 53. n. 16.*

Iniquum itaq; eſſet, ſumtuum præſtatione, Status aggrauari.

Tertiodecimò, iuris eſt quotidiani: 22
quod officialis, qui negligit exigere debitores Reipublicæ, teneatur de proprio, Rempub. indemnem conſeruare. *Amod. an tr. de Syndic. Rubr. an & quand. offic. ten. de neglig. n. 72. Alc. in l. præſes. n. 13. C. de tranſact. text. in l. 2. C. de admin. Reipub. l. 1. C. de locat. prad. ciuil. lib. 11.*

Conſeruabit itaq;, Quæſtor quoq; noſter, Status Prouinciæ indemnes. Eius enim culpa factum eſt, quod moreretur Præfectus, antequam exigeretur.

Decimoquartò pertinet huc illud: 23
quod officialis, non prouidens ijs, quibus officij ratione prouidere tenebatur, faciat litem ſuam: proindeq; parti, quam negligendo aggrauarat, ratione intereſſe obligatus remaneat. *Vti ex Alex. Socin. Barbat. & Parid. de Put. an induiduo conſuluit Franc. Burſ. conſ. 193. n. 11.*

Atenim hic, Quæſtor non prouideratit ijs, quibus prouidere aſtringebatur. Nec enim exegit Præfectum, non item, vt ſe debitorem Reipub. eſſe, confiteretur, efficit.

Aliud

Aliud itaq; dicere, Iam non poterimus, quàm quod Quæstor ipsemet debiti huius nomine, Reipub. obligatus sit; proindeq; is, iniuria, molestiam Statibus, sumtuum suppeditandorum causa, crearit.

24 Nec enim DECIMOQVINTÒ excusationem ei præstat id, quod attramen præfecto suo, cui parere necesse habebat, pecuniam hanc mutuò dederit, cum iuris sit euidentissimi: quod officiales non debeant parere. Potestati, aliquid iniuste iubenti. *l. quoniam. C. de appellat. l. omnes. C. de Decur. lib. 10. Franc. Br. in tr. de iudic. & tort. p. 2. q. 7. n. 5.*

25 Quinimò si conniueant ad factum Potestatis, quod iniustum est, pœna digni sunt. *Cæstr. an l. iudicibus. n. 3. per ill. sext. C. de appellat.*

26 DECIMOSEXTÒ certò illud constat: quod impensæ, in quas quis sua culpa incidit, non restituantur, aut refundantur: tantum abest, vt ab aliquo iure peti possint. *l. sine hereditaria. ff. de negoc. gest. Gilken. in tr. de impens. p. 2. c. 10. n. 3.*

Atenim hîc in Labyrinthum hunc, Quæstor, culpa sua propria inciderat.

27 Quorsum DECIMOSEPTIMO quoq; loco, trahendum est illud; quod ne illi quidem, qui aliundè non habet, litis sumtus suppeditandi sint, nisi iam appareat, eum bonam, iustamq; causam fouere. *Paris. de Put. in tr. de Syndic. in v. expensæ. n. 1. & in v. an carceratus. n. 2. Boer. decis. 303 n. 3. & 4. Alc. in tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 9. n. 9. Couarr. pract. quæst. c. 6. n. 5. vers. idem ego profiteor. Coler. in tr. de proc. ff. execut. p. 1. c. 2. n. 96. Affl. decis. 11. & ibi Hieron. de Martin. in addit. Guid. Pancirol. cons. 114. in fin. vol. 1. sext in l. si instituta. § de inofficioso. ff. de inoff. testam.*

Sileat itaq; rursus Quæstor, nec negocium Statibus, sumtuum causa faceßat.

Et quia, litem hanc, proprijs sumtibus, rectè prosequi potest, sat locuples enim est: & quia adhuc non liquet, num iure aduersus Præfecti filios, induerit arma.

28 Accedat adhæc DECIMOOCTAVÒ: quod is, qui nomine alieno agit, ita demum expensas rectè repetat, si litis victoriam reportarit. *l. ex parte. vers. respondi si ædarco. & ibi Br. n. 1 ff. famil. herciſc. & Isam tamen. § in hac el. 2. ff. iudic. solu.*

Fac itaq; sumtuum exhibitionem, Statibus aliquo modo incumbere posse: non tamen incumbet prius, quàm tunc, cum litis victoria, pœnes Quæstorem steterit,

29 Sic quoq; DECIMONONÒ verum est: expensas reficiendas non esse, nisi in fine litis. *tradeute Bl. in l. sanctimus. n. 4. C. de Iudic. per l. properandum. § fin autem alteratur. C. eod. tit.*

Ponamus itaque rursus, impensarum præstationem Statuum esse; non tamen, nisi lite iam per sententiam finita, Quæstori actio in id competet.

30 VICESIMÒ retunditur quoq; Quæstor, non competentis actionis exceptione.

PRIMÒ namq; certum est; quod is, qui nomine alieno, quid impenderat, repetere id, per actionem negociorum gestorum vtilem, debeat, non possit. *§ igitur Inſt. de oblig. quæ ex q. contract. naſc. l. 2. in fin. & ibi Br. n. 1. & DD. ff. de negoc. geſt. Ioh. Criſp. de Montib. in tr. de term. act. rubr. 27. in pr.*

Iam verò hîc actio hæc, pluribus modis, quò minus cum effectu instituatur, præpeditur.

Locum itaq; exceptio: tibi non competit actio inuenit.

Primò namq; cessat hæc actio, remota ne- 31
cessitate, & vtilitate. *tradente in induiduo Crau. cons. 684. n. 14. per d. 1. 2. in fin. l. sed an vltrò. § 1. l. qui aliena. § vlt. & l. quæ vtiliter in pr. ff. de neg. gest.*

Hîc verò sumrus facere Status, necessitas nulla cogit; nulla item hinc in eos redundat vtilitas. Siue enim is, qui pecuniam hanc primum mutuam dederat, eam repararit, sine non, integrum adhuc erit Statibus, aduersus Quæstorem actionem instituere, aq; eo suum requirere.

Consequentia ita patet per se, hîc nempe negociorum gestorum actionem, omninò delinere.

Secundò cessat quoq; de negocijs gestis 32
actio, quoties hæc duo coniunctim non probantur: & quod Domini, quem nunc ratione impensarum conuenio, negocium sit gestum, quodq; is, indè locupletior effectus fuerit. *ita in induiduo Br. in l. si pupilli. § item quæritur. n. 7. ff. de negoc. geſt. Capyc. deciſ. Neap. 180. n. 4. per d. l. si pupilli in § sed & si ego vers. eodem loco.*

Cessat itaq; rursus hæc actio.

Cum ipsa facti euidentia ostendat, Quæstorem non ad commodum publicum, tum temporis, cum statuum pecuniam, in vsus Præfecti conuerteret, resposisse, sed id tantùm quæsiuisse, ne malam, illud facere recusans, apud Præfectum iniret gratiam.

Sicuti quoq; dicere non conuenit, hoc facto Quæstoris, Status locupletiores effectos.

Tertiò non competit hæc actio, quoties 33
negocium, nec vtiliter incipiebatur, nec vtiliter finiebatur. *l. sed an vltrò. § autem. ff. de negoc. gest. Br. in l. ita tamen. § in hac el. 2. n. 1 ff. iudic. solu. Menoch. cons. 145. n. 2. volum. 2. Ioh. de Monte Sperell. cons. 293. n. 3. vol. 1.*

Et in indiuiduo, quod is inutiliter gesserit, 34
qui in lite succubuit, *tradunt gl. vlt. ad c. cum pro causa. ext. de procur. Ioh. Petr. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 121. nu. 18. per d. l. ita tamen. § in hac el. 2. ff. iud. solu.*

Rursus itaq; via, negociorum gestorum actioni, interiecta est.

Nam etsi ad mutuum faciendum Quæstor rectè accessisset, rectè tamen hanc mutui dationem, propterea non administrauit, quod nullam à Debitore cautionem acceperat.

Sed &

Sed & nemo est, qui nesciat tàm facile Quæstorem vinci, quàm vincere posse. Etenim ignari non sumus, litis euentum esse dubium; & multos sub iustissimo clypeo perire. *l.quod debetur. ff. de pecul. Cæs. de Contard. ad Rubr.n.13.C.fi de moment. poss. fuer. appell. Ang. cons. 245.n.5.*

35

Quartò repellitur, actio negociorum gestorum, co casu, quando quis impensam fecit, principaliter suijpsius contemplatione: licet ea in consequentiam alij prosit. *l. Creditor.5.ad cum.ff.mandat. Angel.d.cons.245.n.5.vers. aut non fuit electus. Cran.d.cons.654.n.15. vbi Host. Calderin.& Signorol.in id adducit.*

36

Iam verò aliud dicere, rationis non est, quàm quod Quæstor litem hanc, aduersus Præfecti heredes susceperit, commodi proprij causa, vtq; se ab imperitione Statuum, liberaret: quamuis non negem, eatenus litem hanc, Statibus emolumento fore, vt suum recipiant, siquidem vicerit Quæstor.

Competere itaq; ei, sumtuum suppeditandorum nomine, actio nulla potest.

37 Deniq; actio negociorum gestorum excluditur; quando præstatur officium non voluntarium sed necessarium. *Vt in individuo docuit Richard. ad l. officio. nu. 2. per illum text. C. de negoc. gest.*

Verùm hic non suapte sponte, sed officij, quod gerebat ratione, Quæstor actionem instituerat.

VICESIMOPRIMÒ & vltimò, non audietur quoq; Quæstor, si litem sicubi sibi, in posterum sumtus litis denegarentur, deserere voluerit:

38 Etenim obsistunt conatibus eius, iura, vosentia: quod is qui semel negocia gerenda susceperat, deserere ea amplius non possit. Sed inchoata iam, ad finem perducere sit obligatus. *l.nam & Seruius.5.si vuo.& vbi DD. communiter. ff. de neg. gest. Tomin. decis. 13.n.56. Ioh. Petr. Surd. cons. 57.n.3. vol. 1.*

RATIONES DECISIONIS.

VErùm enimuerò hæc omnia, tanti facienda non sunt, vt in eorum gratiam, contrariam sententiam, qua Statuum Prouinciæ, & neminis præter ipsos, secundum ea, quæ proponuntur, esse, litis sumtus ferre, concluditur: aliqua ex parte deseramus.

Moueor ad id Statuendum sequentibus:

39 Nam PRIMÒ Iuris est quotidiani: quod expensæ spectent ad rei dominium. *l. vlt. C. de alim. pupill. præst. Corn. cons. 80.n.10. vol. 4. Menoch. cons. 122.n.41. vol. 2.*

Iam verò huius pecuniæ, quæ mutuo dabatur, Status Prouinciæ, Domini fuerunt: & etiamnum sunt: quorum etiam lucro tota victoria litis cedit: cum è diuerso, nullum hinc in Quæstorem commodum redundet: quinetiam ipse multis curis, animi, corporisque ægritudinibus, litis huius causa, exerceatur, atq; diuexetur.

Statuum itaq; erit, sumtus litis Quæstori subministrare.

Confirmatur idipsum SECVNDÒ per id: quod impensa, quæ necessariò fructibus quærendis impenditur, ad eum, generaliter spectet, cuius sunt fructus. *Castr.in l.domos.n.5. ff. de leg.at. Boër. decis. 44.n.13. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. casu 215.n.1. Castr. cons. 270. n. 3. vers. tertiò principaliter lib. 2. Ioh. Petr. Surd. cons. 83. n. 11. vol. 1.* 40

Atenim fructus litis, Statuũ Prouinciæ est:

Perferent itaq; ipsi quoq;, quæcunq; perserenda erunt, vt fructus hosce nanciscamur.

Huc pertinet quoq; TERTIÒ: quod is, ad 41 soluendum actus impensas, astrictus sit, qui vt ille actus fiat, petit, atq; postulat. *Specul. in tit. de assess. §. salarium. vers. quid si alter litigatorum. Ioh. Petr. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 63. n. 3. vbi alias quamplurimas Interpretum autoritates in id affert.*

Cum itaq; per Quæstorem liceat, totius debiti remissionem, Præfecti filijs facere, si id Statibus Prouinciæ, collibitum fuerit: & Quæstor, quantum in ipso situm fuit, nunquam litem exorsus fuisset: nisi vt id faceret, Status Prouinciæ, apud eum instituissent: qui etiamnum litis prosecutionem quoque vrgent:

Consequatur oportet, ad eos quoque, expensas, ad litis prosecutionem pertinentes, spectare.

QVARTÒ iuris est euidentissimi; quod 42 nemo teneatur expensis proprijs militare. *l. nauiculariorum. C. de nauic. lib. 11. c. cum ex officij ext. de præscr. fac. l. fuo victu. in fin ff. de op. libert. Cæs. Lambertin. in tr. de iur. patron. lib. 3. q. princ. 2. art. 11. in pr.*

Nemo item teneatur, sumtibus proprijs 43 Curiæ inseruire. *Vti in individuo scriptum reliquit Nicol. Carb. in præct. præct. lib. 3. c. 1. n. 81.*

Quomodo itaq;, vltra tot itinerum difficultates, vltra tot animi solicitudines, vltra tot rei familiaris intertrimenta, dum peregrè abest, Quæstorem iure compelleremus, ad militandum, & litis victoriam obtinendum, sumtibus proprijs?

Sic quoq; QVINTÒ extra controuersiam 44 positum est; quod heres, qui conficit Inuentarium, etiamsi id sui causa, principaliter faciat: id tamen non proprijs sumtibus, sed sumtibus hereditatis, conscribat. *Iaf. ad l. vlt. §. in computatione. n. 3. & vbi DD. communiter. C. de iur. delib. Franc. Portellin. in tr. de confect. inuent. c. 4. nu. 6. Montic. in tr. de Inuent. hered. c. 9. n. 9. Cephal. cons. 762. n. 36. vol. 5. vbi omnes ita tenere testis est.* *

Sic quoq; pra lato, quando de beneficio li- 45 tigat, licet principaliter sui causa, litem instituerit, litis tamen sumtus exhibentur, ex beneficij

neficij, siue prælaturæ reditibus. *c. vt prælatæ & ibi D D. communiter. ext. d. elect. Iac. d. §. in computatione d. n. 3.*

46 Quod verum est, etiamsi lis esset inter Prælatum, & ipsam Ecclesiam. *Socin. cons. 29. n. 2. vol. 1. Guid. Pancirol. cons. 114. n. 26. vers. prælato quoq;.*

47 Sic quoq; Monacho, etiam cum ipso Abbate, litigante, dummodò id, in vtilitatem Monasterij cedat, monasterium sumtus sustert. *gl. ad L. vlt. ad v. lituis sumtus. C. de ordin. cogn. gl. in c. cum pastoris. 2. q. 7. Specul. in tit. de stat. monach. §. primò. vers. 26. Steph. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 88. Iob. Bapt. Asin. in sua praxi §. 32. c. 2. ampl. 27. n. 1. Milanens. in decis. Regni Sicil. decis. 16. n. 46. lib. 1. Guid. Pancirol. d. cons. 114. n. 26. vers. sic etiam, Abbas. text. in c. ex parte. & ibi Abb. & Felin. ext. de accusat.*

48 Quo iure eatenus rursus vtimur, vt tàm ratione sumtuum, ad litem prosequendam necessariorum, quàm ratione sumtuum, qui ad executionem sunt necessarij, verum sit, atq; obtineat. *Lup. m c. per vestras. §. 39. ampliat. 18. n. 2. ext. de donat. int. vir. & vxor. Iohan. Pet. Surd. in tr. de alim tit. 1. q. 121. n. 2.*

49 Sic Patronus Ecclesiam, defendere quidem obligatus est: sed neutiquam propriis sumtibus, sed sumtibus Ecclesiæ, veluti tutor defendit pupillum, tradente in indiuiduo *Abb. in c. cum quibusdam. n. 1. vers. m gl. 1. ext. de pan. Cas. Lambert. in tr. de iur. Patron. lib. 3. q. princip. 2. art. 11. n. 1. vbi Paul. de Cittad. in ad allegat. per L. in tutoribus ff. de admin. tutor.*

50 Sic deniq; Procurator, non nisi expensis Domini, Dominum defendit. *L. qui proprio. §. litis impendia. ff. de procurator. c. cum pro causa. ext. eod. tit. Abb. d. c. quibusdam n. 1. vers. in gl. 1. ext. de pæn. Cas. Lambertin. d. art. 11. n. 1.*

Facitaq; Quæstorem, commodi proprij causa, litem hanc suscepisse, non tamèn eo magis iure adigi poterit, ad sumtuum onera perferenda, cum emolumentum ex litis victoria prouinciæ sit. Atq; sic in specie (nec enim per emendicata suffragia ire libet) quod priuatus, qui ex causa probabili, non temeraria, ad vtilitatem publicam, actionem instituit, ab Vniuersitate, cuius est vtilitas litis, litis expensas consequatur, decidunt, *Matthias Coler. in tr. proces. execut. p. 1. c. 2. n. 96. vers. idemq; & Martin. Coler. in tr. de alimen. lib. 1. 6. 14. n. 15.*

51 Nec obstat, quod totum hoc litigium, euitari potuisset, si hanc pecuniam Quæstor inscijs statibus, in vsus Præfecti ærario, non conuertisset: non enim hinc, culpam latam, leuem, vel leuissimam, colligere licet.

52 Sextò enim prosperexerant iura: quod nullius generis culpa, contrahatur, si fiebat id, quod heri solitum erat. *Vti ex Galeott. Socin. & Gratio in specie decis Burset. cons. 193. n. 53. vol. 2.*

Nam hoc cum ita sit, iam omni culpa vacat Quæstor. Vetitum enim hactenus Quæstoribus non fuerat, de pecunia publica, viris bonis, quiq; soluendo erant, mutuum dare. Quinimò illi Quæstores, qui hunc Quæstorem anteceserant, etiam ipsi præfecto, aliquoties pecuniam mutuò dederunt. Cuius aliquam partem, præsenti Quæstori primum restituit.

Septimò incerti iuris non est: quod non 53
solum, omnes cuiuscunq; generis administratores, rei alienæ: tàm publici, quàm priuati, veluti procuratores, tutores, curatores, *tradente in indiuiduo VVesenb. cons. 53. n. 33. vbi Cyn. Bl. Salyc. & Panormitan. id allegat.*

Verùm etiam in specie, administratores 54
rerum ciuitatis, & quod perinde est, rerum prouinciæ alicuius certæ, pecuniam publicam mutuò dare posse. *Vti antecessoribus Rebuff. & Iob. de Plat. in indiuiduo scriptum reliquit VVesenb. d. cons. 53. n. 33.*

Fac itaq; vsitatum antehac, hisce Quæstoribus non fuisse, de pecunia publica quicquam alicui mutuò dare: licuisset attamen idipsum eis, ob naturam officij quod gerebant.

At ais, desunt quoq; Quæstori, cautionis literæ. De quibus ad minimum prouidere debuisset:

Verum ne sic quidem effugies.

Octavò enim, Iuris est apertissimi: 55
quod officiales, pœnitus etiã priuatis, dummodò soluendo sint, sine cautione vlla, pecuniam publicam concredere possint. *Vti tursus in indiuiduo docuit VVesenb. cons. 53. n. 63. vers. cum etiam per l. vlt. C. quo quisq; ord. conuen. lib. 10. 1. vbi gl. & 1. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. 1. 6. sed essi. ff. de magistr. conuen. l. qui sub conditione ff. de condit. & demonst.*

Quis itaque incusabit Quæstorem, quod verbis Præfecti, fidem habuit? Cum totius rei summam, ipsi concreditam, per ipsos status fuisse, conspicimur: cum item timor nullus subesset, ne non soluendo reperiretur:

Præsertim cum insuper Nono loco in iu- 58
re scriptum extet: virum bonum quemlibet præsumi, & quod contrahentem secum decipere nolit. *gl. in l. vl. ff. quod met. caus. Al in tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 2. Menoch. cons. 267. n. 16. vol. 3.*

Item, quod nobilis quisque obseruantissi- 59
mus fidei, quam dederat, præsumatur? *Vti antecitore Ang. in l. a bonæ fidei. ff. de rei vend. in indiuiduo docuit Menoch. in tr. præsumt. lib. 6. præsumt. 59. n. 2.*

Cuius itaq; delicti reum faciemus Quæstorem, qui viro ob senectutem venerando, ob sanguinis nobilitatem primariam, & antiquissimam consp icuo, & adhæc ditissimo, in quo spem, & fiduciam, ipsi positam habebant Status, aliquam pecuniæ summam, sine chyrographo, concrediderat?

DECIMÒ at fac, hæc omnia, ac si in præsentia non subessent, prætereamus, non attamen succumbet Quæstor. Excusatur enim, quod ab hoc Nobili altus, atq; educatus sit: quod hoc patrono, ad hoc officium sit euectus: quod item præpositus, rationibus huius priuatis, etiam tunc, cum iam Quæstoris officio defungeretur, fuerit.

58 Nam hoc cum ita sit, rectè huc referemus illud: quod officiosa modestia, & tolerantia, venia digna sit. *tradente in induiduo Decian. cons. 21. n. 7 & vol. 1 per l. si seruus communis. § . quod verò. ff. de furt. & l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. testamen. aper.*

59 VNDECIMÒ accedat ad hoc: quod iuris ratio non patiatur, officiales diuersorum officiorum, intromittere sese in officium alterius. *L. in prouincijs. C. de numer. & alt. lib. 12. & l. quicunq; C. de execut. & exact. eod. lib. & ad l. 1. n. 1 per ill. text. C. de compens. Abb. ad Rubr. in fin. ext. ne Cler. vel mon. Chassan. in catal. glor. mund. in præfat. verf. quapropter ad fin. & p. 1. confid. 38. conclus. 44. verf. item non potest.*

Consequitur itaq; rursus immunem esse ab omni culpa Quæstorem. Non enim illius erat, Præfecto, modum, quo in distribuenda pecunia publica vteretur, præscribere: Verum eius erat, pecuniam publicam, vti iusserat Præfectus, expendere: & de acceptis, expensisq;, rationes conscribere.

60 Disponunt quoq; DVODECIMÒ Iura: quod sufficiat, officialem eam diligentiam præstitisse, quam potuit. *Vt est text. in Clement. 1. § . porrò & ibi. Cardin. de haret.*

Iam verò fecerat, quæcunq; poterat Quæstor. Quotannis rationes iustas consilio statuum exhibuit: & inter reliqua hanc quoq; summam, quam præfectus debebat, recensuit. Vt status rem facilè, modò ipsi voluissent, totam deprehendere potuissent.

Excusatum itaq; illum habebimus.

Eccur enim status, hisce rationibus solis, acquieuerunt? eccur non delegerunt certos quospiam, qui reliqua illa, in rationibus posita, in sui præsentia numerari curarent? Hoc enim cum facere status Prouinciæ neglexerint, aut forsitan etiam, Præfecti viuentis, autoritatem reueriti fuerint, iniquè quoque comparatum esset: si iam negligentiæ huius pœnas Quæstor lueret.

DECIMOTERTIÒ, etiamsi ex parte Quæstoris, excusatio omnis deficeret, contra quam eurcimus hactenus: non tamen hinc aliud quicquã consuere possemus, quàm negligentiam simplicem, in omittendo consistentem (nam secundum ea, quæ proponebantur, mutuam dare pecuniam publicam, & quidem opulentioribus, sine satisdatione vlla, Quæstoribus hisce, tas fuit)

61 Cum itaq; iuris sit quotidiani: quod negligentia simplex, culpa sit leuissima. Vti totidem verbis scripsit *Alc. ad l. magna negligentia. n. 1. ff. de verb. signif.*

Reliquum illud tantum sit, eo nomine 62
Quæstorem non teneri. Non enim leuissimæ culpæ nomine, reus est officialis. *Curt. Iun. cons. 19. n. 6. Hieron. Gratt. cons. 100. n. 12. vol. 2. Franc. Bursat. d. cons. 193. n. 35. volum. 2. Aegid. Bosi. in pract. crimin. tit. de off. corr. pecun. n. 26.*

Atq; id confirmatur DECIMOQVARTÒ ex eo: quod adhuc difficilius, in culpa constituatur, officialis publicus, quàm priuatus alius. *tradente in induiduo Bl. ad l. 2. n. 2. v. item nota quod interdum per ill. text. C. de his qui accus. non poss. Parisi. de Put. in tr. Syndicat. v. culpa officialis. n. 3. Menoch. in tr. præsumt. lib. 2. præsumt. 85. v. 2.* 63

Cum attamen vti sese res hîc dant, etiam priuatus excusandus omnino foret.

DECIMOQVINTÒ pertinet quoq; 64
huc illud: quod non de omni negligentia puniatur officialis: sed de ea tantum, quæ dolo est proxima. *Vti in induiduo tradidit Paul. de Castr. in l. quamuis. n. 3. per ill. text. ff. de condit. & demonstrat. Aegid. Bosi. in pract. Crim. tit. de offic. corrupt. pecun. n. 26 vbi ita de consuetudine teneri, idipsumq; omnes attestari is testis est.*

Plecti itaque hîc, Quæstor noster non debet. Non enim hac mutui datione, id egit, vt damni quicquam sentiret Prouincia: & vi consequentis, cum plecteretur is ipse omninò, siquidem proprijs sumtibus litem prosequi deberet: parcendum erit illi, etiam quoad sumtuum erogationem, quod attinet.

DECIMOSEXTÒ, hoc quoq; iure quoti- 65
diè vtimur: quod culpa ab eo rectè obijci non possit, qui causam rei præbuit, in qua admissa culpa dicitur. *l. cum mandato. ff. de negges. l. cum mulier. in fin ff. fol. matr. l. 1. § . si omnes. in fin. ff. de ventr. inspic. gl. vlt. in l. 2. ff. quand. act. de peculest ann. al. Craue. cons. 83. n. 2. cons. 919. n. 10. vbi Signor. de Homod. idem volentem allegat. & cons. 960. n. 7.*

Esto itaq;, culpæ reum, Quæstorem in præsentia esse, dicamus: non tamen idipsum, à statibus, ipsi vitio dari potetit. Conspicatior enim adhuc, culpa statuum est, vtpote qui Præfectum hunc elegerant: qui item quo in statu, reliqua essent, gnauiter magis perscrutati non fuerant.

DECIMOSEPTIMÒ vulgatissimum quo- 66
que illud est: quod circuitus euitandi sint. *Ias. in l. dominus. n. 3. per ill. text. ff. de condict. indeb. Iasan l. si quis mihi in pr. n. 3. ff. de acquir. hered. Cacher. decis. Pedemont. 34. n. 10. & decis. 129. n. 16. Seraph. de Seraphan. tr. de iuram. privil. 7. n. 74.*

Atenimi hic circuitus non euiteremus, siquidem Quæstor, sumtus perferre litis adigeretur.

Nam siue eum mandatarijs, vel procura- 67
toribus accersebimus: non minus attamen obtinet illud: Procuratorem etiam generalem,

valem, expensas, quas in exigenda pecunia domini fecerat, omnino repetiturum. *tradente Bl.in l.procuratorem C. mand. Br. in l. idemque §. idem Labeo.ff.mand. Mozz. in tr.de contr.tit.de stat. mand.n.20.& seqq.Martin.Coler.in tr.de alimen.lib. 1.c.13.n.56 Alex.cons.52.n.1.vol.6. Cardin.Paris. cons.90.n.38.vol.1.*

68 Siue illum inter negociorum gestores, habebimus: & rursus iuris est clarissimi: quod & negociorum quoq; gestor expensas repetit. *l.2.& ibi Br.Bl.& D D. communiter ff. de neg.gest.l.si quis & ibi Bl.ff eod tit.*

69 Quodq; id in quibuslibet, quamtumuis modicis impensis verum sit. Nam & has repetit. *Vt est text.ad literam in l.omninò & ibi Br.in summar.& n.1.ff.de impens.in reb.dotal.fact.*

70 Siue deniq; administratorem, vel curatorem rerum, & pecuniarũ publicarum, cum esse, constituerimus: & iterum succedit illud: administratores, & curatores, quoslibet, expensas, quas fecerant, sibi consernare. *Vt ex Garsi.in tr.de expens.c.20.per tot.videre est.fac.trad. Montan.in tr.de tut.tutel. & cur.t.32.reg.9.n.157. per l.1.§.item sumtus & Iofficio.ff. vbi pup.educ. tun. l.praefectus.ff.de rebus nupt.*

Quæstoris itaq; esse sumtus litis facere dicere non poterimus.

Quinimò sumtus, illum non solùm non facturum, rectè affirmamus: verùm etiam interesse, eum rectè petiturum, siquidem quos sumtus fecisset verum est.

71 Eò quod iuris sit haud incerti: quod ob moram, in bonæ fidei iudicijs, tam directis, quàm contrarijs. *l.& in contrariis.ff.de vsur. Ioh. Oest. in tr.de mor.c.3.n.46.*

72 Vsuræ veniant, atq; præstandæ sint. *l.1.& l.mora.ff.de vsur.l.2.C.de posf.l.praefes.C. de locat. & cond. Barth.in tr. de vsur.c.§ 3.n. 13. Oest. d.tr.de mor.d.c.3.n.46. Aemil. Ferrett.in tr.de mor.n.42.*

73 Quod & in specie, in negociorum gestorum actione contraria, obtinet, atq; verum est. *Vt est textus ad literam in d.l. & in contraria ff. de vsur.*

74 Nec est, quod vereamur, ne alio, diuersoque, à singulorum, hac in parte, iure vtatur Vniuersitas, vel prouincia: Certa enim hunc scrupulum nobis adimens, præstò est doctrina Interpretum: etiam Ecclesiam, & fiscum, expensas sui nomine factas restituere, habens. *Vti in indiuiduo scriptum reliquit Ioh. Bapt. Asin.in sua praxi p.1.§.32.c.2.ampl.51.n.1.Fr. Purp.ad l.edita.n.251.vers.& an ampliari possit. C. de dend.*

Neque verò obstat, quod attamen Quæstor, in præsentem vsque diem, nihil de ijs omnibus, quæ ad victoriam obtinendam conducunt, edocuerit: quodque proindè eodem negocio succumbere, quo vincere potest.

75 Primò enim in causa, ad terminum vsq; probatorium, partes hactenus progressæ non fuerunt. Non est itaque æquum, nos prius de probationibus iudicare, quàm peruentũ eò fuerit. Futurorum enim contingentium, nulla est determinata veritas. *Vt loquitur Ilamim.de Rub.Speculatorem & Socinum in id referens. cons 2.n.89.vol.1.*

Deinde tuetur quoq; partes Quæstoris illud: quod soli officialis dicto fides habenda sit, de ijs, quæ ad officium eius pertinent. *c.ad audientiam ext.de præscript.l.si quis Decurio. & ibi Cyn.oppositi.4.C.ad l.Corn.de falf.Alc.ad l.1.§. eadem.n.35.ff.de verb.obligat. Mascard.in tr. de probat. concl.1133.n.1. Mantic.in tr.de coniect.vlim.vol.lib. 2.tit.12.n.19.Prosp.Farinac.in praxi crimin.q.30.n. 180.Aluar.Valasc.in consult.Regni Lusitan.cons.73. n.2.tom.1.Martin. Beuckendorff. ad l.1.p.p.4.memb. 4.num.1.n.158.ff.de reg. Iur. Vincent. Caroc.decis. 122.n.3.Rutn.cons.56.n.5.vol.1. Burgat.cons.387. n.3.volum.4.Cephal.cons 150.n.6.vol.1. Iohan.Vincent.Honded.cons.18.n.56.vol.1.*

Item in officiali minimum culpæ præsumi: *Mascard.tr.de probat.d.concluf.1132.n.5.* 77

Item officialem publicum, diligenter & fideliter officium suum exercuisse. *Tiber. Decian.cons.2.n.213.vol.1.* 78

Et iustum esse præsumi. *Alc. in tr.præsumt. reg.3.præsumt.15.n.1.* 79

Et deniq; stat præsumtio, neminem in officio suo, fraudatorem agere. *decidente in indiuiduo Zas. cons.160.n.3.vol.1.* 80

Insuper cautum quoq; in Iure est: quod Procuratori cum mandato, restituendæ sint expensæ, etiamsi in lite succubuerit. *decidente in indiuiduo Br. in l. ita tamen.§ in hac.el.2.n.2.ff. iudic.fol.Capyc decis.150.n.4.vers. facit etiam.* 81

Cum attamen ex hactenus recensitis, luculentissimè appareat, Quæstorem hunc, Procuratorem cum mandato, necessariò dicendum esse.

DECIMO OCTAVÒ, iuris est constituti, quod Vniuersitas congregata, sciens Præfectum suum, fines mandati excedere, & non contradicens, consentire videatur & obligetur. *Vti in indiuiduo decidit Rol.a Valle.cons 70. n.32.vol.1.* 82

Et rursus DECIMO NONÒ prospexerunt iura: quod Vniuersitati tribuatur actus, tractum succesiuum habens, etiam per singulos, ex Vniuersitate factus, si itidem illi actui, non contradixerit Vniuersitas: Nam per hanc non contradictionem, introducta iam est, Vniuersitatis, vel communitatis ratihabitio. *Vti in indiuiduo vno consensu docuerunt Innocan c. gratum.extr. de sent. excom. Anan.in c. dilectus filius: el.2.n.12.vers. sed si delictum. ext.de Simon.Felin.ad c.cum omnes.n.31.ext. de Conslit.Affl.decis.376.n.2.Ant.Capyc. decis.Neapol.130.n.10. Menoch.in tr. de remed. poss. recup. remed. 9.n.126.& seq. Petr.de Anchar. cons.158.*

Col. 5. n. 12. vers. ad hoc duo. Iohan. Petr. Surd. 28. n. 40. vol.

84 Id quod non solùm in ciuilibus, verum etiam in criminalibus, & vsq; eò, vt Vniuersitas tota, ob ratihabitionem hanc, pœna plecti possit, verum est, atq; procedit. D. D. *modò adducti.*

Quod cum ita sit, rectè hinc inferemus: quandoquidem Status prouinciæ, omnium, quæ gerebantur, præsertim verò litis ceptæ, ignari non erant: hisce autem omnibus sese non opposuerant, etiamsi iam lis, per sex, & amplius annos durarit.

Ratum iam habuisse omnia, quæ gesta erant hactenus, Status prouinciæ: proindeque iam eorum fore, litis persecutioni, sumtus subministrare.

85 Id quod confirmatur VICESIMO per id: quod rursus primæ notæ Interpretibus placuerit: quod Vniuersitas sciens, & patiens, aliquid nomine publico agi, censeatur, vt id fieret, mandasse, etiamsi de mandato expresse non constet: quando talis actus tractum temporis successiuum habet: agitur item per officialem ipsius Vniuersitatis: & deniq; Vniuersitatis fauorem, coniunctum habet. *tradente imindiuiduo Bl. in l. sicut. lect. 1. §. 1. in fin. ff. quod cuiusq; Vniuers. nom. Cardin. Par. conf. 20. n. 30. 31. 32. 33. & 34. vol. 4. Purp. conf. 140. n. 3. Socin. conf. 66 in causa communitatis. vers. quinta conclusio. & vers. penult. vol. 2. Tiber. Decian. consil. 65. n. 30. 55. vol. 5.*

Atenim hic requisita hæc omnia adsunt: Nam non suo, sed ordinum Prouinciæ nomine, actionem instituerat Quæstor: huius actionis quoque institutio, ordines non latuit: pars ex præfectis eorum iudicio assedit, cum causa hæc ob pleniorem cognitionem, ad processum iuris ordinarium remitteretur: ad quæ omnia ordines non solùm tacuerunt: verùm etiam sumtus, quos huius litis causa, facere opus erat, de pecunia publica fieri, æquo animo, septimus agitur iam annus, pertulerunt, & rationibus Quæstoris in quibus hoc relatum extabat, acquieuerunt: & neminis, nisi Ordinum bono, victoria litis cedit:

Quid itaq; veteret, quo minus sic rectè efformemus ratiocinationem, quod etiam in posterum, sumtus litis facere, ad Ordines pertineat, non perspicio.

Etenim mandatarius defendit Dominum litis, expensis ipsius Domini proprijs. Cuius rei superius, fides facta est.

86 VICESIMO PRIMÒ & vltimò poterit decisio, controuersiæ huius vera, vel ex eo peti, quod iuris incerti non sit: quod vniuersitas, vel Communitas, soluens expensas, ratione litis factas censeatur approbare, & rata habere omnia, quæ hactenus gesta sunt, licet agens, legitimè in Syndicũ non fuerit electus, atq; constitutus. *Specul. in tit. de Syndic. vers. fed pone quod Vniuersitas. Decian. in l. semper qui non prohibet. n. 8. & ibi Cagn. n. 17. ff. de regul. Iur. Tir. aq. in tr. de iur. Consit. p. 3. limit. 30. n. 12. Masc. in tr. de probat. concl. 1255. n. 58. Vincent. Caroc. decis. 52. n. 8. Alex. consil. 127. col. 1. & cons. 175. in fin. vol. 5. Decian. cons. 53. n. 14. & consil. 297. n. 3. Nicol. Bellon. cons. 26. n. 13. Crau. cons. 55. num. 5. Natta cons. 45. num. 10. cons. 142. num. 22. & cons. 341. n. 3. Fr. Becc. cons. 109. n. 21. Modest. Pistor. cons. 69. n. 1. vol. 1. Iohan. Petr. Surd. cons. 28. n. 20. vol. 1.*

Cum itaq; hic, litis expensas, Ordines, non pro vna tantùm, sed etiam pro septima vice dissoluerint: & Quæstorem, qui hoc illis, dum rationes redderer, exposuerat, nihilominus liberarint:

Consequatur necesse est: placuisse Ordinibus omnia, quæcunq; Quæstor hactenus fecerat: ideoq; litem iam eorum esse propriam: nec non sumtuum quoque suppeditationem ad eos solos spectare.

Est quippe cogniti iuris: quod expensas 87
soluere tenetur is, cuius gratia actus celebratur. *tradente in induiduo Bl. ad l. sed etsi. §. quibus autem n. 1. per ill. tex. ff. ad exhib. text. in l. sum sepe. C. de erog. mil. ann. lib. 12.*

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

REstat nunc, vt videamus, vt contraria rectè refelli possint.

Inter hæc autem, PRIMÒ, prodit illud, quod gesta suos tenere debeant autores:

Verùm ad id quod attinet, refellamus il- 88
lud, per optimum illum contrariorum dissoluendorum modum, qui est Inuersio, seu vt aliàs dici solet Retortio. *Euer. in præamb. topic. n. 18. Martin. Coler. in tr. de alimen. lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundo.*

Nam cum Status prouinciæ, de qua quæ- 89
ritur, autores illorum gesterum, de quibus res est, ob ratihabitionem, quam illis adhibuerunt, iam facti sint: Etenim ratihabitione accedente, negocium, quod aliàs nostrũ non erat, nostrum fieri, & ad nos pertinere incipit. *gl. in l. si pupilli. §. quid ergò ad. v. ipso gestu & ibi Bar. n. 4. ff. de negot. gest. Bar. in l. mandastin. n. 1. ff. eod. tit. Castr. ad l. si pecuniam n. 2. per ill. text. C. eod. tit. Ias. in §. actionum. n. 72. Iust. de action. Ioh. de Monte Sperell. cons. 43. n. 8. vol. 1.*

Meritò & hæc gesta, illos, ceu autores eorum tenebunt.

Quare obiectio hæc, decisioni nostræ, aduersa non est.

In SECVNDA posteà obiectione, Doctores, quos pro confirmanda ea adduximus, longe alium, quàm noster est, tractant casum.

Primò

Primò enim agunt de facto hominis pœnitùs priuati: nobis verò, de facto officialis publici res est.

Secundò illud tantum docent, vt ex delicto priuati, obligetur Vniuersitas:

90 Et tertiò in casu, de quo Doctores, in contrarium adducti agunt, nulla adhuc ratihabitio Vniuersitatis accesserat.

Nam hæc si interuenisset, etiam in criminalibus, nec non in pœnalibus simul, vniuersitas obligabitur. *Vti ex Innoc. Anan. Felin. Affl. Capyc. Cacher. Menoch. Anchar. & Surd. superius eius rei fides facta est.*

91 Quorsum pertinet, quod traditur: Vniuersitatem obligatam esse, si aliqui ex ciuibus eius, etiam priuato consilio ducti, arcem alicuius inuasissent; prædamque inde abegissent: Vniuersitas verò prædam recepisset, aut arci custodiam appositisset. *Vti ex Petr. de Anchar. & Card. autor est, in individuo. Felin. ad c. cum omnes. n. 31. ext. de constitut.*

92 Quæ omnia, cum ita sese habeant, restat quoque aliud nihil, quàm quod à separatis mala fiat illatio. *l. vlt. & ibi Bt. ff. de calumniat. Iaf. ad l. admonendi in repet. n. 10. ff. de iureiur. Pract. Pap. in for. app. ab interl. in v. fuisse & esse nullam. Afcan. Clement. in tr. de pat. pot. c. 5. n. 55. Mandell. cons. 2. n. 13.*

Ad TERTIAM verò obiectionem, quæ habet: quod Respub. non sit obstricta ad onera singulorum ferenda, respondetur primò: quod desint præsuppositæ, quibus obiectio hæc innitatur.

Nam cum metas officij sui, mutuam dando pecuniam, Quæstor non transilierit vt superius cuicimus: & præterea ante sex iam annos, statuum ratihabitio accesserit:

93 Dici quoq; vere hæc lis, onus singulorum non poterit: & per consequentiam collabitur obiectio. Cum præsuppositio cessante locus dispositioni, quæ ex illo præsuppositio astruebatur, esse non possit. *Vti in individuo tradidit Crau. cons. 690. n. 15. cons. 709. n. 8. & cons. 900. n. 36.*

94 Deinde diluamus quoq; illam, Inuersione. Nam cum hæc lis, si non ex alio capite, veluti præfecti ipsius constitutione, vel ex eo, quod vt reliqua sese haberent, diligentius ordines, non inuestigarint, ad minimum attamen ob ratihabitionem, sumtuumque subministrationem, hucusq; factam, ordinum propria iam effecta sit: ideoq; illa Iuris regula succedat: quod singuli non sint onerandi eo, quod vniuersitatem ferre oportet. *gl. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. Br. in l. quod maior. n. 1. vers. item ad id oppone. ff. ad muncip. Panorm. in c. cum omnes. n. 6. ext. de constit.*

95 Quod verum est, vsq; adeò, vt ne statutum quidem, idipsum disponens, valeat. *Vti ex Alex. de Imol. attestatur Nicol. Balb. d. cons. 42. n. 5. ant. cons. secund. varior.*

Reliquum illud tantum fit, onere Vniuersitatis, solum Quæstorem onerandum non esse.

Atq; eadem quoque ratione QVARTA obiectio, quæ vult: quod lis singulorum, non dicatur lis vniuersitatis: quod item singulis debitum, vniuersitatis debitum, rectè dici nequeat: refutatur.

Nam & hic deest præmissarum veritas.

Nam cum Quæstor, suo nomine, non egerit: neque sibi quicquam adiudicari petijt: ideoq; ordinum solummodò negocium gesserit:

Qui conuenit litem hanc, litem singulo- 96
rum dicere: Eius enim nomine, negotium geritur, cuius nomine, se gerens facere, in ipso actu gestionis exprimit. Vti ipsissimis verbis scriptum reliquit *Salyc. ad l. non idcò minus. n. 34. C. de accusat. Cacheran. decis. 138. n. 18. Dec. cons. 437. n. 2. per l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi arm. & l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de negot. gest.*

Quin etiam, tametsi Quæstor, sub hac 97
verborum formula, actionem non proposuisset: quin tamen ob superuenientem ratihabitionem, hæc lis, vniuersitatis rectè dicatur, extra controuersiam positum est. Cum ratificare quis, etiam posit id, quod eius nomine non gerebatur: valeatq; iltiusmodi ratihabitio in contractibus omnino, in præiudicium, taliter ratum habentis. *Cagn. in l. semper qui non prohibet. n. 22. ff. de reg. iur. Thom. Grammat. decis. 103. n. 12. vers. sed quo ad præiudicium. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 245. Purpur. ad l. si eum seruum. n. 11. ff. si cert pet. arg. l. si fundum §. 1. ff. de pignor.*

Sed & alias quoq;, debitum ipsum con- 98
uenienter satis, debitum singulorum nominari nequit. Vt enim debitum, quod pecunia publica, nomine item publico contrahebatur, debitum singulorum dicere possumus? Contra quam scripserat *Coler. in tr. de proces. executi. p. 2. c. 3. n. 357.*

Quare, vt diximus, præmissis suis destituitur, hæc obiectio:

Deinde per inuersionem quoq; obiectio hæc, similiter redarguitur. Nam cum iam liqueat satis, hanc litem, hoc item debitum, non singulorum esse, sed vniuersitatis, consequentia quoq; iam patet per se, hanc non sumtibus singulorum, sed expensis vniuersitatis exercendam fore, quousq; impetrata fuerit, sententiæ, in hac lite, executio,

Nec enim tenetur quis sumtibus proprijs militare: nec item sumtibus proprijs curiæ inseruire.

Porrò in præsuppositis quoq;, de quibus fides nunquam fiet, fundata est obiectio QVINTA: quod scilicet sumtus, quos nostri

causa, principaliter facimus, deducere, tantoq; minus petere queamus.

Nam cum non habeamus, in quo culpæ accusemus Quæstorem (vt patet ex quinta & sequentibus Decisionis rationibus) & accesserit præterea Ordinum Prouinciæ ratihabitio: rectè non dicimus, Quæstorem suiipsius causa, litem hanc vel instituisse, vel persequi.

Neq; verò quicquam valet simile de herede, cum nempe expensas, quas se aduersus eum, qui se quoq; heredem esse contendebat, defendendo fecerat: non deducturum, eò quod sui causa potissimum illas fecisset.

99 Nam recepta magis opinio habet: he-
** redi etiam, hoc casu, deductionem concedendam esse. *Ang. d. l. vlt. §. in computatione & ibi Castr. Alex. de Imol. Iaf. n. 2. Suchard. n. 5. & D. D. C. de iur. delib. Cephal. cons. 76 n. 29. vol. 5.*

In hac classe, recensebimus quoq; obiectionem SEXTAM: eius scilicet impensis actum instaurari, cuius facto fiebat, quo minus ab initio, actus ritè, rectéq; administraretur: Nam & hæc præsuppositis suis caret.

Nec enim rectè dicitur: quandoquidem administratoribus pecuniæ ciuitatis, vel prouinciæ alicuius, concessum pecuniam publicam mutuam dare, & quidem opulentioribus, etiam sine cautione: id quod vsu etiam harum prouinciarum approbatum fuit: Quæstorem hic aliquid commisisse, quod iure non defendi possit.

100 Vt taceam nunc, illam ipsam regulam, in qua exædificata erat obiectio hæc, astringi præterea, vt non procedat, si fides, probitasq; electorum officialium publicorum, nota atq; perspecta est: neq; error, aut culpa aliqua, facto illorum ineste, ostenditur. *Vt ipse declarat Crau. d. cons. 916. n. 4.*

Sicuti quoq; de illo casu minimè loquitur, vbi ad actum minus vtiliter gestum, accedit ratihabitio eius, cuius nomine, quamuis inutiliter, actus gerebatur.

Hoc enim casu, sumtibus ratum habentis, non autem eius, qui actum ab initio inutiliter gerebat, actum instaurari summè est æquum.

Pariter, pondus aliquod non habet SEPTIMA obiectio, quæ hoc vult: eum, qui ad aliquid faciendum tenetur, teneri id facere sumtibus proprijs, siquidem compensationem aliquam, huius facti nomine, iam ante acceperit.

Iterum enim desunt præmissæ, siue præsupposita.

Nam præmittitur primò, Quæstorem officij sui ratione, ad deb.ti huius exactionem, obligatum esse. Id quod reuera non est. Non enim conducebatur, vt Ordinum lites persequeretur: sed vt de acceptis, expensisq; Ordinum nomine, rationes ijsdem redderet.

Deinde præmittitur, quasi litium harum causa, compensationem aliquam iam accepisset. Id quod rursus falsum est.

Nam etsi stipendia hactenus meritus sit Ordinum, hæc tamen minora sunt, quàm vt eum litis huius expensis conferri possint: sed & cum lite hac nihil commune habent.

Cum itaque iuris sit notissimi: quod vbi 101
præsuppositum verum esse non ostenditur: ibi quoq; dispositio locum non inueniat. *Felin. ad. c. nonnulli n. 34. vers. vbi verba ext. de reser. Ludou. Gomez. ad reg. Cancellar. tit. de iur. quæsit. non toll. reg. 4. vers. circa primum in fine.*

Obiectio hæc, constare neutiquà poterit.

Accedit adhæc, quod tum Romanus, tum 102
Alciatus ipsi (horum enim amborum autoritate, septima hæc obiectio fulciebatur) de tali tantum themate agant, vbi quis artifex, se opus facturum spoponderat, idq; si compensationem pro opere faciendo, recepisset, eum impendijs proprijs facturum, decidunt *Roman. d. cons. 346. n. 15. vers. quo ad septimum. Alc. cons. 60. n. 5.*

Qui itaq; decisio horum, ad nostrum casum accommodari posset?

Sciens prætereo nunc, ipsum Romanum 103
distinguere: inter promissionem de opere faciendo, quæ fit ex curialitate (vt loquitur Romanus) & illam, quæ fit ex necessitate. Illumq: qui ex curialitate, opus facit, impensas, à stipulante opus fieri, recepturum decidere. *Roman. d. vers. quo ad septimum. per l. in rebus §. possunt. ff. commodati fac. trad. Martin. Coler. in tr. de vlim. lib. 1. c. 13. n. 90 limit. 1.*

Nam hoc eum ita, conticescet tantomagis obiectio hæc.

Non enim, quod in id obligatus esset, sed vt fidem suam Ordinibus probaret magis, hanc litis telam exorsus est.

Et vt tandem hunc locum finiamus, in eo 104
res est, quod ipse Alciatus attestetur: quod in eo, an is, qui pro opere faciendo, compensationem acceperat, opus suo sumtu perficere debeat, nec ne, vt plurimum ad consuetudinem recurrendum sit. *Alc. d. cons. 60. n. 7. lib. 5. d. per 2. §. apud Labeonem ff. de aq. pluu. arc.*

Quis autem edocebit nos, Quæstores priores, suis sumtibus, pecuniam, quam mutuò acceperant, ærario præfecti, vnquam exegille?

Quid verò de illo dicemus, quod Status, omnia per Quæstorem gesta, hic rata habuerint. quodq: septimus iam fit annus ex quo sumtus litis, Quæstori suppeditare, inceperant?

OCTAVAE postea obiectioni, respondetur p concessionem. Facile enim concedimus: quod appellatione officialis, etiam nostrum veniat Quæstor: quod item officialis, & tutor sint æquiparata:

At interim veram esse, quæ hinc astruebatur

batur collectio, quod officialis obstrictus sit, ad resarciendum expensas, quas Respub. fecerat, in exigendis illis debitis, quæ officialis exigere neglexerat, omninò negamus.

Nam cum verum sit, quod tutor, & officialis, sint æquiparata.

105 De tutore autem scriptum extet: quod ad præstandum expensas pupillo, ad exigendum debita sua, quæ tutor neglexerat, necessarios, non sit obligatus. *tradente in indubio Decian. d. cons. 85. n. 3. vol. 2. qui perperam ceu sentiens contrarium, adducebatur.*

Iam patet concluſio per ſe: etiam officialem, ad id faciendum, minimè obſtrictū eſſe.

Porrò Nona quoq; obiectio, ex æquiparatione officialium, & tutorum deducebatur, nempè, quod tutor, de ſuo, reſiciat pupillo expenſas, ſiquidem litem temerè eius nomine mouiſſet:

106 Verum ad id reſpondetur, litem adhuc ſub Iudice eſſe. Arq; ita non eſſe operæ precium, ſi pluribus de expenſarum refuſione egerimus. Etenim ſtatuere ex præſenti, de eo quod futurum eſt, prudentis non eſt. *Vtiex Anchar. Alex. & Dec. docuit Surd. in tr. de alim. tit. 8. priu. 1. n. 7.*

107 Quinimò Iuris præſumtionibus conſentaneum magis erit, ſi dixerimus: quod is, qui litem inſtituit, potiùs victoriam litis, ad minimum ex parte aliqua, reportaturus ſit, quàm quod in cauſa, totaliter ſit ſuccubiturus. Etenim de futuris iudicium ſemper debet fieri in meliorem partem. *Alc. in tr. præſum. reg. 2. præſ. 27. n. 3. Surd. in d. tr. de alim. tit. 7. q. 9. n. 14. per l. inter ſtipulatorem. §. facram. ff. de verb. oblig.*

108 Deinde laborat quoq; Nona hæc obiectio, fallaciæ à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, vitio Quod enim dicitur: tutorem, qui in lite ſuccubuerat, pupillo impenſas refundere, ſecundum quid tantum verum eſt, & quatenus tutor, litem ſcienter calumnioſe mouerit, & propterea non ſolum victus ex lite diſceſſerit, verum etiam ſimul, vt expenſas victori reficeret, condemnatus fuerit. *Vt eſt textus ad litteram in l. nouerit ignotum. & ibi DD. C. de admin. tut. Br. in l. qui ſolidum. §. etiam n. 3. ff. de leg. 2. Abb. in c. 1. ſub n. 39. ext. vt lit. non conteſt. Aut. Piag. in tr. de tut. & cur. q. 15. n. 15. & tradunt DD. omnes, quotquot ſuperius in contrarium adducebamus.*

109 Conſiſtere itaq; neſcit obiectio hæc. Fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter enim argumentatum, quibus ineſt euertit. *Euer. in præamb. topic. n. 24. verſ. quando autem fit mutatio a tali ſecundum quid. Coraſ. miſcell. lib. 3. c. 19. n. 8. Peck. in tr. de teſtam. coniug lib. 5. c. 25. n. 4. verſ. porrò. & c. 30. n. 3. ad fin. Carol. Molin. ad l. 1. §. ſi qua ſimpliciter. n. 67. ff. de verb. oblig. Angel. Matth. in tr. de fideic. comm. lib. 3. c. 3. n. 12.*

110 Nam præſto hic eſt Iudicis decretum, quo iubebatur, vt litem hanc, via iuris ordinaria, proſequerentur partes. Excuſatus itaque erit, à lite calumnioſè mota, Quæſtor noſter. Cum is calumnia facere non videatur, qui quid ad mandatum iuſ dicentis fecerit, cum parere neceſſe habeat. *l. non videntur. §. quod iuſſa. ff. de reg. Iur. c. quod qua mandato eod. tit. lib. 6. Tiraq. in tr. de pœn. ſauſ 34. n. 1. & ſeqq. Coler. in tr. de alimen. lib. 1. c. 17. n. 14. Mynſ. conſ. 23. n. 27.*

In Decima obiectione, non imus inficias: quod officialis teneatur de dolo, lata, & leui culpa: Sed cum nihil horum de Quæſtore probetur, ſed omnia, quæ adducta ſunt, ad ſummū, ſub culpa leniſſima comprehendantur: ineffica quoq; erit argumentatio hæc.

Nec repugnat, quod attamen ex ſententia Br. Baldi, Salyceti, & Menoch. etiam de leuiſſima culpa, ſed & de caſu fortuito, ſi culpa caſum præceſſerit, teneatur officialis. 111

Nam etſi verum ſit, quod Menochius in dicto conſilio 246. n. 63. vol. 3. Bartolum, Bl. & Salyc. in hoc alleget: interim tamen non minus quoq; certum eſt, quod nihil tale, neque apud Br. neq, apud Bl. aut Salyc. reperiatur.

Quapropter res eò redigitur, ſubſiſtente ſolius Menochij autoritate: quod vnus vir ſit nullus vir. *l. iuriſiurandi C. de teſtib. Syluan. in tr. feud. q. 1. n. 13. Capiſerr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 1. n. 34. Inſt. Reub. in tr. de teſtib. p. 3. n. 147.* 112

Id quod procedit maximè, eam ob cauſam: quod iam ſub ratione deciſionis 13. ex Curt. Iun. Hier. Gratto. Franc. Burſat. & Aegi. Boſs. euicerimus: quod magis communis, quodq; de leuiſſima culpa, non teneatur officialis, ſit in contrarium. **

Veluti etiam, ex æquiparatione, tutoris & officialis liquet. Cum enim in tutore, receptiſſimi iuris ſit: quod tutor de leuiſsima culpa non teneatur. *l. tutori & ibi Br. & D. D. C. de neg. geſt. l. quicquid. Carbur. tut. l. contractus. ff. de reg. iur. Piag. in tr. de tut. & curat. q. 7. n. 3. Br. in l. quod Nerua. n. 33 ff. depoſ. Cauall. in tr. de tut. & curat. n. 119. Hartm. Piſtor. q. 6. n. 11. vol. 1. Cald. in l. ſi curatore ff. in v. ſine curatore n. 5. C. de reſt. in int. Hentic. Bocer. in d. l. contractus. c. 4. n. 11. & ibi Marc. Ant. Del' Rio. c. 13 ff. de reg. iur. Gilbert. Reg. conſ. lib. 1. c. 19. Mar. in Col. in tr. de alimen. lib. 2. c. 5. n. 4. Paul. Montan. in tr. de iur. tut. & curat. c. 39. n. 32. vbi Dec. Alex. de Imol. Rum. & purpur. in id præterea adducit.* 113

Illudipſum quoq; in officiali, obtinere omninò oportet. Eo, quod omnis virtus, omnis qualitas, omnis natura rei, ad quam ſit adæquatio, imbuatur ei rei, cui adæquatur. *tradente Secin. & DD. ad l. 1. & ibi Croti. in repet. n. 8. Iac. de Nig. n. 17. aig. ill. tex ff. de leg. 1. Sebr. in tr. feud. p. 10. ſect. 19. n. 13. Ill. conſ. 355 n 6. lib. 1. per l. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraud. patr. l. illud. ff. de don. i. cauſ. mort. l. 1. in pr. C. de rei vxor. act.* 114

Præterea conſiderandum hoc quoque in 115

loco illud erit: quod doctrina Menochij, etiamsi cum illa, communis interpretum Schola faceret, non tamen in omni officiali, secundum quid tantum obtineret. Nam quod dicitur, ab aliquibus, etiam de leuissima culpa, teneri officialem, de illo tantùm officiali verum est, qui sese ingerit, & officium affectauit, sibique deferri, procurauit: non autem in eo, qui in magistratum, vel officialem, legitimè cooptabatur, atque eligebatur. *Vti in indiuiduo, ipse traditus Bl. ad d.l. quæ fortuitu n. 45. C. de pign. act.*

Quod cum ita sit, doctrina Menochij, aliena iam erit, à nostro proposito. Non enim ingesserat sese Quæstor, sed ad id munus obeundum, ab ordinibus prouinciæ vocabatur.

Et denique etiamsi adesset hîc culpa aliqua lata, vel etiam latior, innocua tamen illa iam esset, ob ratihabitionem statuum, ad gesta Quæstoris accedentem.

116 Etenim, dum actus approbatur: omnes quoque eius qualitates, & ádhærentia approbantur, siue bona illa fuerint, siue praua, & vitiosa. *tradent in indiuiduo Br. ad l. si negocia oppos. 3. ff. de neg. gest. Br. l. si quis negocia. ff. eod. stud. Tiraq. de vt. retr p. 2. ad fin. tit. n. 7. vers. & idem quoq.*

117 Faceſtat itaq; obiectio hæc.

Porrò sub obiectione VNDECIMA, mentio fiebat, l. sciant. C. de his, qui èx pub. ratioc. lib. 10. & l. vlt. C. de his, quæ ex publ. Collat. ill. sunt, non vsurp. eod. lib.

Sed vt hæ leges, casui nostro adoptatæ, peregrinæ admodum sunt. Loquuntur enim de pecunia principis tantùm, seu fisci Imperatoris, hancque officialem quempiam, vel proprio ausu, vel etiam á collega mutuam accipere posse, addita in id pœna, negant. *Vti in specie, posit Iohan. de plat. & Rebuff. quos adducit, interpretatur VVesenb. d. conf. 33. n. 35. vers. non obstat titulus.*

Nobis verò, de pecunia, certæ tantum prouinciæ res est. Quam mutuam dari posse sub decisionis rationibus, iam euicimus.

118 Sicuti & in plerisque alijs, alio iure, censetur fiscus principis, alio item bursa, aliarum ciuitatum communis. *Bl. ad Rubr. n. 3. & ibi Salyc. n. 2. C. de priuil. fisc. Br. ad rub. n. 4. C. de iur. fisc. lib. 10. Connan. comment. iur. lib. 4. c. 16. n. 1. Garf. in tr. de expens. c. 21. n. 21. peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. n 4. Schurff. conf. 83. n. 1. VVesenb. d. conf. 33. d. n. 35. vers. est enim magnum.*

119 Non itaque, ex textu illarum legum, ad nostrum thema, apti quicquam, inferre licet, propterea, quod diuersa, vel opposita non temerè, sint confundenda. *Vti scriptum reliquit Kohl. exerci. 18. n. 3. lib. 1.*

120 Sed & illum casum d. l. sciant, & d. l. vlt. non complectuntur, l. si princeps mutuum, de pecunia fisci celebratum, ratum habuerit, *argumen. d. l. sciant, ibi sine nostra auctoritate C. de his qui ex pub. ratiocin. lib. 10.*

Eadem quoque responsio accommodatur 5. ciuitatum auth. de collatoribus collat. 9. (inde enim derivabatur, obiectio DVODECIMA) nam & hic 5. ciuitatum, de pecunia fisci Imperatoris seu principis, totum loquitur. *Vt rectè eum rursus declarat Vuesenb. d. conf. 33. d. n. 35. vers. nihil etiam remotatur.* 121

Sed & de tali pecunia, illi 5 ciuitatum res est, quæ aquæ ductibus, & alijs id generis, operibus publicis, salarijs item, & solennitatibus publicis, erat destinata. 122

Et tertiò nihil agit, de mutuo, quod officialis palam & bona fide, de istiusmodi pecunijs, contraxerat.

Quartò omittit quoque, illum planè casum, si princeps, rata habuisset, quæ officialis, hac in parte egisset. Diuersa itaque, illius 5. ciuitatum, & nostri casus est ratio.

Vt taceam in illo ipso 5. ciuitatum, nihil quoque aliud, haberi: quàm quod is, qui aliquid, de istiusmodi pecunia, in vsus suos conuertit, in duplum Reipub. obligatus remaneat.

Committitur itaque, fallacia consequentis, si hinc inferre voluerimus, officialem quoque obligatum esse, ad debitorem Reipubl. proprij patrimonij sumtibus exigendum: proindeque ratiocinatio talis, viribus non subsistet. Ob fallaciam enim consequentis, corruunt argumentationes, quibus inest. *tradente Coler. in tr. de alimen. lib. 1. c. 3. n. 13.*

Nec enim connexio, bona est, officialis tenetur in duplum: Ergo sumtibus, ex locuplis proprijs depromtis, exiget debitorem.

Quippe taliter argumentando, extruemus syllogismum, habentem quatuor terminos, quiq; ob id vitiosus omnino est. *Coler. in tr. de alimen. lib. 1. c. 2. n. 35. & 76. & c. 10. n. 51.* 123

Sequitur iam obiectio DECIMATERTIA, officialem nempè, qui negligit exigere debitores Reipub. teneri de proprio Rempub. indemnem conseruare: verum illa laborat fallacia á dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

Non enim axioma hoc simpliciter, aut de omnibus officialibus, verum est, sed de illis tantum, qui vt exactorum officium, exercerent, erant conducti. Est quippe diuersum ab alijs, exactorum officium. *tote Rubr. & nigr. C. de exact. tribut. lib. 10. tot. tubr. & nig. C. de Iusceptor. & exact. lib. 12.* 124

Iam verò, ad exactoris officium Quæstor noster, conductus non est: sed in id tantum,

tùm, vt pecuniam publicam, quæ illi numerabatur, in vsus Ordinum, ex præscripto præfecti ærario conuerteret: & de acceptis, expensisque ordinibus, rationes redderet.

125 Non meretur itaque axioma hoc, huc referri: Maximè, cum id rursus, etiam quo ad exactores ipsos, sempèr, & vbique, locum non inueniat: sed ita demum, si debitores, quos non exegerant exactores, deinceps, vel aufugerint vel decoxerint. *Vti in indiuiduo ipse interpretatur Menoch. d. cons. 246. n. 66. volum. 3.*

Quo in statu, res præfecti ærario, si liorumque eius, neutiquam sunt, sed soluere hi possunt, soluere etiam volunt, si ita tulerit sententia.

Non dicam nunc, axiomati si huic locum esse non posse, ob ratihabitionem Ordinum, quæ hîc iuteruenerat.

DECIMA TERTIA posthæc obiectio, illud habet: quod officialis non prouidens ijs, quibus prouidere, officij ratione tenebatur, teneatur parti, quam negligendo aggrauarat, ad interesse: sed hæc leuiuscula est. Desunt enim præsuppositæ eius.

126 Nam vt sub decisionis rationibus, ad oculum demonstrauimus, Quæstoris officium, non fuit exigere Rectorem suum, vel illum, qui toti rei summæ erat præfectus: sed ipsis prouinciæ statibus, incumbebat, diligentius indagasse, quo in loco reliqua essent, quæ quotannis subducto calculo, distractisque rationibus illis restabant.

127 Quod cum ita sit, in nihili quoque obligatus remanet Quæstor. Nec enim, culpa, vel negligentia, extra officium, administratori obesse, vel nocere debet. *Par. de Put. in tr. Syndic. §. an si potestas n. 22. Burfat. d. consil. 193. n. 23.*

Vt nihil nunc, de ratihabitione eorum, quæ Quæstor egerat, per Dominos status Prouinciæ facta, in medium afferam.

128 Accedamus nunc, ad obiectionem DECIMAM QVARTAM, ita habentem: quod officialis non debeat parere, potestati, aliquid iniustè fieri præcipienti: quodque idipsum faciens, pœna meritò afficiatur.

Verùm huic, hæc parata est solutio: quod & illa, fundamento destituatur.

Satis enim, superius iam euicimus: quod administratores, pecuniæ ciuitatis, illam mutuam dare possint, non solùm Collegis suis, verùm etiam pœnitus priuatis & quidem opulentioribus, sine cautione vlla.

Fieri itaque nequit, vt rectè dicamus, præfectum ærario, siuè potestatem, hîc aliquid fieri, per Quæstorem mandasse, quod iuris æquitati, esset contrarium.

Deinde obiectio hæc, à fallacia quoque, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, vacua non est.

Nam quod dicimus: officialem puniri, si obœdierit potestati, aliquid iniustè præcipienti: procedit tantùm eatenus, quatenus id, quod præcipitur, legibus apertis, fuerit contrarium, atque aduersum. *Vti ipsum interpretatur atque declarat, Franciſc. Brun. in tr. de iudic. & tortur. p. 2. q. 7. n. 5.*

Veluti si potestas iusserit, vt decurio tor- 129
queretur, id facere officialis, non debet, quoniam legitimis sanctionibus, decurionem torquendum non esse, diametro repugnat. *l. omnes C. de decurio. lib. 10. & l. decuriones C. de quæstor. Tiraquell. de pœn. cau. 58. n. 4. Lancelott. Conrad. in tr. de decurion. n. 106. prosp. Farinac. in pract. crimin. q. 41. n. 57. cum seqq. vbi alios complurimos, idem volentes allegat.*

Quod si in dubio, versati fuerimus, & 130
an contra, legum præcepta, nec ne sit, quod potestas fieri vult, nesciuerimus, ibi officialis obœdire debet: & excusationem, ob iussum superioris meretur, sed ipse tenebitur potestas, vel Rector, talia fieri præcipiens, si post deinde, ea iniusta esse constiterit. *Brun. d. q. 7. n. 5. vers. tertio casu Thom Grammat. decis. 36. n. 82. Menoch. cons. 244. n. 48. volum. 3. Capoll. cant. 28. per l. iniuriarum §. 1. ff. de iniur.*

Quod cum ita sit, adaptari casui nostro, hoc theorema non potest. Nam non solùm quod fiebat, iure quo vtimur, prohibitum non erat: verùm etiam expressè permittebatur.

Vtsciens, prudenssque prætereamnunc, quod hæc omnia, multomagis nunc obtinean t, ob ratihabitionem ordinum accedentem.

Atque has resoluliones, rectè quoque ad obiectionem DECIMAM SEXTAM accommodamus.

Nam & huic, primùm, fundamentum suum deest. Cum ab omni culpa, Quæstorem antehac vindicauerimus.

Sed & fallaciæ, à dicto secundum quid, 131
ad di-

ad dictum simpliciter, similiter obnoxia sit, Cum eatenus tantum is, qui in impensas, culpa propria incidit, earum restitutionem frustra petat, quatenus ille, cuius nomine actus, qui culpam commissam habebat, gerebatur, quique reuera, ad eum quoque pertinebat. illum actum, tàm ratum non habuerit ob ratihabitionē enim meritò impensas quoque, restituet. *per trad. Castr. ad l. si pupilla. §. item queritur n. 2. per ill. text. ff. de neg. gest.*

Enimuerò hic, ordines, ob impensas litis, quas hactenus Quæstori suppeditarant, omnia ratificarunt, quæ à Quæstore, hac in parte facta erant.

Porrò in DECIMA SEPTIMA obiectione, fallacia amphibologiæ inest.

134 Inefficax itaque est. Nec enim aliquid volent argumenta, quæ amphibologiæ fallacia inuaserat *gl. ad l. quoties. in stipulationibus ff. de verb. oblig. gl. ad l. 2. ff. de off. proconf. & legat. Ener. in præamb. tepic. n. 24. vers. nam quando fit mutatio in oratione Alc. de verborum. signif. lib. 4. n. 17.*

133 Quod enim obiectio habet: ne illi quidem, qui aliunde non habet, litis sumtus suppeditari, nisi liqueat iam iustam eum fouere causam: Verum est in expensis, quas actor, reo pauperi, secum litiganti, subministrat: *& ita loquuntur textus, & Doctores in contrarium adducti.*

Verum autem non est, in expensis quas dat litis Dominus, Procuratori, Syndico & hisce similibus. His enim exhibentur quantumuis alias habeant, vndè eas faciant, etiamsi item an vincent, vel succumbent in lite, incertum sit. *per adducta sub decisionū rationibus.*

Fundari itaq; in regula hac, opinio decisioni nostræ contraria, minimè potest.

Sic quoq; obiectioni DECIMA OCTAVA rectè remedebimur, si inhærere ei, á dicto secundum quid ad dictum simpliciter fallaciam ostenderimus.

134 Id quod, hoc pacto fieri potest, si perpenderimus: quod id, quod dicitur, eum qui nomine alieno agit, ita demùm iure, expensas repetiturum, si in lite vicerit: de eo duntaxat intelligendum esse, qui sine mandato actionem instituerat, ideoque negociorum tantum gestorum actionem habet: de eo verò, qui mandatum experiundi in iudicio habet, accipi non posse. *l. etiamsi contra C. mandati. l. qui proprio. §. litis ff. de Procurat. gl. in d. l. tam tamen. §. in hac cl. 2. & ibi Br. ff. iudic. solu. Capyc. decis. Neapol. 180. n. 4. fac. trad. Garf. in tr. de expens. c. 7. n. 22. & c. 19 n. 7.*

135 Nam hoc cum ita sit, allegatio hæc à nostro themate, longè est remotissima.

Quæstor enim noster, ob consecutam à Statibus ratihabitionem, mandatum vnà de experiundo in iudicio, consecutus videtur. Quis enim nescit, ratihabitionem & mandatum, pari, vt practici loquuntur, passu, ambulare? *c. ratihabitio de reg. iur. lib. 6. l. semper qui non prohibet. §. 1. & l. hoc iure. §. deinceps. ff. eod. tit. Hippol. de Marsil. sing. 184. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 1. memb. 3. p. p. n. 31. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 5. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 10. n. 64.*

Quod etiam in iis, quæ speciale mandatum requirunt. *Prudentibus complurimis per Tiraq. adductis. n. 64. & per Sabrad. in tr. feud. p. 6. c. 3. n. 12.* 136

Nec non in delictis quoq; obtinet, atque verum est. *Franc. Hersulan. in tr. de Attent. c. 15. n. 6. Borcholt. in tr. feud. c. 7. n. 20. Gail. in tr. de pignor. obs. 5. n. 8. Mynsing. conf. 28. n. 8.* 137

Deindè obiectio quoq; hæc DECIMA OCTAVA: præsupposita, quibus fulciatur non habet. Non enim succubuit hactenus Quæstor, de futuris verò prosperè rum, optima quæq; de ijs speranda. *l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. Alc. in tr. præsum. reg. 2. præsumt. 27. n. 3. Surd. in tr. de aliment. tit. 7. q. 9. n. 14.* 138

Sed & Doctores, pro obiectione hac confirmanda adducti, de expensarum tantum repetitione agunt.

Quare rursus eorum traditio, nostro casui tota peregrina est.

Non enim hic, quicquam adhuc repetit Quæstor. Sed de illo quæritur, cuius sit, sumtus litis huius perferre: id quod ad ordines, & commune ærarium pertinere, iam decidimus.

Vlterius DECIMAE NONAE obiectioni fallacia quoq; amphibologiæ inest.

Tractat enim Baldus solùm de quatuor expensarum generibus: de expensis scilicet, quas consequitur victor litis, ratione victoriæ: aut quæ soluendæ sunt, ob retardatum processum: aut ratione citationis: aut denique ratione contumaciæ. *Bl. ind. l. sanctimus. n. 4. & 5. C. de iudic.* 139

De hisce expensarum generibus autem, nobis res non est.

Et præterea Baldus non dicit, oportere, vt harum expensarum nomine, condemnatio in fine tantum litis fiat: quinimo Baldus ibi expressè habet: quod tàm in principio, quàm in medio, & in fine litis, pro vt diuersa causa petendi expensas fuerit, condemnatio in expensas sequi possit. *Bl. in d. l. sanctimus. n. 5. C. de iudic. & ante eum idipsum quod docuit Innoc. ad c. finem litibus. n. 2. ext. de dol. & contumac.* 140

Rectè itaq; huc non trahebatur Baldi doctrina, sed nec illud vult, ad quod allegabatur.

Sinamus itaque illam, cum primis verò, cum iuris incogniti non sit: quod obligatus ad impensas, teneatur illas indies subministrare, pro vt eas fieri, atq; habere opus est. *tradente in indiudno Fran. Monald. conf. 9. n. 8. vol. 1. vbi Castr. & Cardm. pariss. autoritates in id affert.* 141

In V 1.

In VICESIMA obiectione opponebamus Quæstori exceptionem: tibi non competit actio: sed hæc resoluitur primò consequentis fallacia.

142 Nec enim bona est consequentia: non competit ei negotium gestorum actio: C. expensas repetere nequit.

143 Cum non solùm actione, verùm etiam exceptione, & officio iudicis, expensæ repeti possint. *gl. magna in v. edificauerit ad fin. in §. certe illud constat. & ibi DD. communiter. Inst. de rer. diuis.*

144 Cum item non solùm actio negotiorum gestorum, ob impensarum repetitionem: verùm etiam actio mandati. *l. si quis. § impendia. ff. mandati. & l. si quis. § vlt. ff. eod. tit. Gilken. in tr. de impens. p. 3. c. 1. n. 8.*

145 Etiamsi ab initio mandatum non interuenerit, sed ratihabitio demùm accesserit, detur. *l. semper § 1. ff. de reg. Iur. Castr. in l. si pecuniam. n. 2 C. de negot. gest.*

146 Plausibile itaque hoc argumentum non est: cum nemo inficias ire possit, quod consistere nequeant argumenta, ab insufficienti partium enumeratione deducta. *text. in l. filius familias. § filius familias miles. iunc. ibi gl. ff. de lib. & posthum. Euer. in top. in loc. a part. enum. n. 3. Oldr. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 6. n. 93.*

147 Sed quod tunc fallacia consequentis committatur, quæ totum argumentum eneruat, & collabi efficit. *Euer. d. n. 3 in fin.*

Deinde ideò quoque huc non pertinent sub obiectione adductæ theoricæ: quod in illis de expensarum repetitione agatur: nobis verò de eo res sit, à quo primùm erogatio earum fieri debeat.

Quæ sine dubio diuersa, atq; separata sunt.

At esto, ponamus: non nisi negotiorum gestorum actione vtili. Quæstorem has expensas consequi posse: non tamen propterea fundata erit, tibi non competit actio, exceptio.

148 Nam quod obiectio primùm habet, actionem negotiorum gestorum vtilem, ideò non dari Quæstori: quod ea cesset, cessante necessitate, & vtilitate: committitur in eo, non causæ vt causæ fallacia: consequenterque viciosa fit argumentatio. Cum & illa non causæ vt causæ fallacia, argumenta quibus inest, labefactet. *Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. vers. & sic.*

Nàm nec necessitas, nec vtilitas in præsentia cessat. Et quidem necessitas inde oritur, quod mutuum nomine statuum, vel totius prouinciæ, celebratum fuerat: quod item non sponte, sed iussu superioris, iudicem adierit Quæstor. Vtilitas porrò inde elucet, quod non sibi, sed Dominis statibus Prouinciæ, huius mutui nomine, filios Potestatis, siue præfecti condemnari, Quæstor petierat.

Sed & hæc non causæ vt causæ fallacia, secundo quoq; obstaculo, quod Quæstorem impedire, ne actione negotiorum gestorum vtili, vteretur, videbatur: actionem nempe negotiorum gestorum non dari, nisi hisce duobus, coniunctim comprobatis, & quod nomine Domini, negocium gestum sit, & quod is ex gestione locupletior effectus fuerit: ineſt.

Nam etiam hæc duo requisita, præstò iam sunt.

Non enim pecuniam, qua de agimus, Quæstor, ærario Præfecto, vt suam, sed vt Ordinum pecuniam numerauerat, atq; sic Domini negocium gesſit. Sed & vsuræ ob moram hactenus forti accesserunt, & etiam in posterum accessuræ sunt: locupletiores itaq; ex hoc contractu, ordines fieri, palam est.

Vt de eo nunc nihil dicam: quod etiam 149
aduersus eum, cuius nomine negocium gestum non est, actio negotiorum gestorum competat, si ipso gestu, negocium ad eum pertinuerit. *tradente m induiduo. Br. in l. si pupill. § item quæritur. n. 9. in fin. ff. de negoc. gest. Socin. an l. 4. § Cato. n. 27. in fin. vers. tertia ratio principalis. ff. de verb. oblig. at. Castr. in l. qua vtiliter. n. 3. ff. de neg. gest. Crau. conſ. 758. n. 5.*

Ceterum hîc, ipso gestu, ad ordines ne- 150
gocium hoc, pertinuit. Numeratat enim non suo, sed ordinum nomine. Ex eo verò quod gerens dicit, vel protestatur, se illius, aut illius nomine, negocium gerere, iam constat, & probatur, cuius contemplatione negocium gestum sit. *tradente m induiduo Br. ad l. si pupill. § item quæritur. n. 5. ff. de neg. gest.*

Tertiò asserebatur, per id vsum actionis 151
negotiorum gestorum vtilis, Quæstori eripi: quod negocium nec vtiliter cœperit, nec vtiliter finierit. Sed nec illud momenti alicuius est, cum contraria huic sententia, crebriori calculo, iamdudum sit recepta, nempè quod sufficiat, negocium ab initio vtiliter cœptum, aut litem pro alio, à principio vtiliter susceptam esse, etiamsi effectu post-deinde, quod gerebatur, caruerit. *tradentibus in induiduo. gl. quam dicunt singularem in l. ex parte. ff. famil. hercis. Raph. Cuman. in l. 1. n. fin. pr. & in l. 3. § sufficit. & ibi Nicol. de Neap. ff. de contr. & vtil. act. tut. Raph. Fulgos. in l. si pupilla. in pr. ff. de neg. gest. Capyc. decis. 180. n. 5. Menoch. d. conſ. 145. n. 37. vol. 2. Burſat. conſ. 151. n. 117. vol. 2.*

Iam verò hîc, ab initio lis vtiliter, & formiter: quinimò ad iudicis mandatum susciepiebatur.

Quod si axioma in contrarium adductum, maiori interpretum parti placuisset: non tamen proficeret quicquam.

Nam

Nam alterum præsuppositum illi deest. Cum
his nondum per sententiam finita sit, de fu-
turis item optima quæq; sperare, leges iu-
beant.

152 Sciens, videnséq; prætereo illud : quod negocium vtiliter gestum esse probetur per id, si iudicem edocuerim, negocium sic geri, profuisse illi, pro quo negocium suscipiebatur. *tradente Br. in l. sed an vtro. §. ii autem. n. 2. vers. puto t. men, quod si articulu. ff. de neget. gest. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 395.*

Eequo autem alio modo, suum consequerentur rursus Ordines : quàm eo, quo iustus etiam à Iudice, vsus est Quæstor?

Ad denegandam actionem vtilem negociorum gestorum Quæstori, QVARTO loco afferebatur quoq; illud : quod Quæstor, principaliter sui causa, in consequentiam tantum, in vtilitatem statuum, hanc litem instituerit: Sed hoc refellitur, si ei ineſſe, fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, ostenderimus.

153 Nam quod dicitur, ei negociorum gestorum actionem denegari, qui negocium alicuod, sui causa principaliter, & in consequentiam tantum alterius gratia, in se susceperat : simpliciter verum non est, sed eatenus tantùm, quatenus is, cuius gratia secundariò tantum, negocium gerebatur, fundamentum suum non posuerit, in id, quod ita secundario tantum, eum concernebat. Nam hoc si fit, rectè quoq; aduersus eum, ad expensarum restitutionem experimur, negociorum gestorum actione. *tradente in induuiduo Br. in l. ex facto n. 5. ff. de negoc. gest. per l. vlt. vers. quid enim : C. de bon. autor. iud. possid.*

Iam verò, si ipsi Ordines, aduersus præfectum ærario, aut filios eius egissent, non habuissent, in quo inniterentur, nisi in gestis à Quæstore suo.

154 Quid? quod intra de illo quoq; prospexerint, quod is, qui negocium alienum, planè nomine proprio gesserat, condictione indebiti fruatur, ad sumtus, expensásq; repetendas. *Vt est text. ad literam in l. qui exceptione. §. si pars. & ibi Br. n. 6. Ias. n. 1. & DD. communiter ff. de condict. indeb. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de fend. c. 5. Tiraq. de vt retr. p. 1. §. 15. gl. 1. n. 31.*

Cum attamen in præsentia Quæstorem, principaliter contemplatione suiipsius, actionem instituisse, rectè non dicamus.

Non enim suo nomine pecuniam mutuò dederat, nec opus habuit timere, ne non ob hanc mutui dationem, ab ordinibus conueniretur olim. Vt ex adductis sub decisionis rationibus cernere licet.

Postremò leuiuscula quoq; est QVINTA ratio, vsum negociorum gestorum actionis vtilis, impediens : quod ei scilicet non detur negociorum gestorum actio, qui præsti-
tit officium necessarium. Vitio enim fallaciæ Amphibologiæ infecta est. Cogitemus enim l. de officio. C. de negoc. gest. (hæc enim pro fundamento ponebatur, in quo deinde, quinta hæc ratio extrueretur) folummodo de tali officio necessario, quale libertus patrono eius, denique liberis, præstat, prouidere.

Mala autem sit illatio, à liberto, & ijs, quæ facit libertus, patrono, liberisq; eiusdem, ad officialem publicum, & ea, quæ is Reipub. cui operas suas ingenuas locauit, facere obstrictus est.

Non concludit itaq; argumentum hoc, maximè, cum, vt sæpius iam retigimus, officium Quæstoris huius, aliud fuerit, ab officio exactorum. Quare eum, hac in parte, officium necessarium præstitisse, frustra asseritur.

Quare vt tandem, resolutionem VICESIMAE huius obiectionis absoluamus : illud reliquum remanet : etiamsi hic de impensis repetendis res esset : etiamsi ita esset, repetitioni huic, remedium proditum non esset, quàm vtilis negociorum gestorum actio. Non cessare tamen ne illam quidem.

Restat nunc obiectio VLTIMAE : cum scilicet deferere amplius gestionem non posse, qui semel gerere inceperat : Sed & hæc ob vitium fallaciæ non causæ vt causæ ipsi inhærens, facilè euertitur.

Nam primò aliud est, Quæstorem agere, aliud est, negociorum gestorem esse.

Quare accommoda hæc allegatio, nostro casui non est. Idq; potissimum eam ob causam, quod præterea certi simus, Quæstorem hunc potiùs tutori, syndico, vel procuratori assimilandum.

Etenim in tutore prouisi iuris est : quod 157
tutor, qui rationes reddiderat, instrumenta restituerat, cogi non posit, vt litem cœptam perficiat. *Vt est text. ad literam in l. ita autem. §. vlt. & ibi Br. ff. de admin. tut. l. vnic. C. vt cauf. post pubert. adf. tut. Br. in l. negotiorum gestor. §. 1. ff. de appellat. Surd. cons. 57. n. 17. vol. 1.*

Iam verò officialis, & tutor in iure sunt æquiparata, per superius in id adducta.

Consequitur itaq; officialem, qui ratio- 158
nes reddiderat, & instrumenta ad causam pertinentia restituerat, ad litem cœptã perficiendam, iure non cogi : & vi consequentis, cum is Quæstor, de quo in præsentia res est, rationes distraxerit, instrumenta item, si quæ secum habet, quandocunq; libitum fuerit, Dominis statibus Prouinciæ illius, restituere paratus sit : nec ille quidem cogi potetit, ad litem cœptam prosequendam.

Sic quoq; de Syndico prospectum extat 159
iure : cum eatenus cogi posse, ad lites cœptas finiendas, quatenus & is, secum adhuc habuerit, causæ inseruientia instrumenta, ne

Vni-

Vniuersitas, instrumentis destituta, in defensa remaneat. *Br. in d l. ita autem. § vlt. n. 1. per all. text. ff. de admin. tut. Bir. in l. creditor. § vlt. n. 1. ff. de appell. Bl. in l. si alior in fin. ff. de appellat. Boer. in cons. 3 uet, Titurg. tit. de stat. person. § 8. gl. 2. col. 1. circa med. Surd. d cons. 57. n. 1 5. vol. 1.*

160 Sic quoq; Procurator inuitus, quantumuis id petierit, ipse aduersarius, vt litem cœptam, ad finem vsq; defendat, si generaliter, & absq; certæ diei præfinitione dabatur, cogi neutiquam potest. *Br. in l. 1. § vlt. n. 4. ff. de procurat. Speculat. in tit. de procurat. § 1. n. 13. Tiraq. de vt. retr. p. 2. § 1 gl. 2. n. 47. Castr. cons. 104. n. 2. vol. 1. Surd. d cons. 57. n. 16. vol. 1.*

Pondus itaq; aliquod, obiectio hæc VLTIMA non habet.

At esto, æquiparationem Quæstoris huius & negotiorum gestoris, recte procedere statuamus: habitur tamen rursus obiectio hæc, in fallaciæ à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, vitium.

Nam etiam Quæstor, litem hanc, semel in se suscepérit, non tamen id fecit, alio respectu, quam si sibi ordines, veluti hucusque per septennium integrum factum est, liris iumtus submiſtrarint.

Atq; hoc cum ita sit, ad litis quoq; prosecutionem, proprijs sumtibus faciendam cogi nunc non poterit. Et quia causa limitata, limitatum producit effectum. *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Iob. de Arnon. caut. 88. Pinel. ad l. 1. p. 3. n. 50. C. de bon. matern. Aldobr. ad § vlt. n. 16. Inst. de iur. pers. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 3. n. 69.* 161

Et quia semper inspiciendum est, quo nomine, quo respectu, & cuius contemplatione, aliquid fiat. *l. si quis domum § penult. in fin. ff. locat. I. debitor. § vlt. ff. ad Trebel. l. fideicommissa. § interpum ff. de legat. 3. cum similib. per Euerard. in topic. in loc. a tanquam n. 5. Adductis.* 162

Et quia officialis publicus, omnia, quæ facit, censetur fecisse, nomine officij, quod gerit, & per consequens, expensis quoq; publicis. *Br. in l. 2. in fin. ff. rempub. salu. ser. Bl. in l. nec es. § fatudatio. n. 9. ff. de adopt. Euer. d. loc. a tanquam. n. 13. Affl. decis. 135. n. 6. Crau. ad Rubr. n. 153. ff. de leg. 1 text. in l. cum post. § 1. ff. de admin. tut.* 163

Dicam itaq; iterum, quod sentio. Ordinum nempè fore, litis sumtus Quæstori suo suppeditare: aut Quæstorem iure deserere litem, si sumtus illi in posterum denegarentur. Dummodò quæ pœnes se habet, ad causam instruendam facientia, documenta, Ordinibus exhibuerit. Idq; iuri, æquitatiq; consentaneum esse, iudico, &c. F. P. D.

De eadem facti quæstione, sic responderunt, Domini Rostochienses Iureconsulti.

WF. D. J. Jr demnach erachten vnd sprechen wir/ Dechand/ Senior vnd andere Doctores der Juristen Facultet/ in der Vniversitet zu Rostock/ darauff vor Recht/ hat die Landschafft selbst den Einnehmer gesetzt vnd constituirt: Sie haben es auch gute wissenschafft gehabt/ das gedachter Einnemer dem fürnemen vom Adel/ so zum mit verordentem der Landschafft erkohren/ etliche summen Geldes vorgestrecket.

Es ist auch sonsten für/ vnd nach der zeit wol gewöhnlich gewesen/ von der Landschafft geldern/ guten ehrlichen begüterten leuten/ da es zuentrahten/ grosse vnd kleine Summen für zusetzen/ vñ es haben auch junior dieses Einnemers vorfahren/ dem verordenten der Landschafft seligen/ selbsten albereits vnterschiedliche Summen fürgestreckt gehabt/ vnd mehr gesagte Landschafft hat auch bisanhero/ nu ins siebende Jahr/ diese Rechtfertigung verleget/ vnd dem Einnemer/ in seiner Jahrrechnung/ als ein ausgabe/ der Landschafft zum besten auffzewande gestanden/ gelten vnd passiren lassen:

So kan nun mehr solche Rechtfertigung/ vnd daher enstandene vnkosten/ dem Einnemer/ nicht auffgedrungen werden. V. R. W.

CONSILIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1. *Ius representationis, quo fratrum sororumue liberi, in locum parentum demortuorum succedunt, si receptum, in locis, quæ iure saxonico reguntur fuerit, quo ad hereditates; receptum attamen, propterea non creditur, quo ad gerada.*
2. *Ius saxonicum populis, qui illo iure vtuntur, ius commune est.*
3. *Statutum, constitutio, consuetudo, & observantia omnis, iuri saxonico contraria, in terris saxonicis, strictissimè intelligenda est: nec de casu, ad casum, etiam ob rationis maioritatem extendenda & n. 4.*
5. *Consuetudo, ius representationis, in terris saxonicis introducens, iuris illius correctoria est. Ius representationis, secundum Saxonum iura, in linea collaterali, locum non habet ibid.*
6. *Ius representationis, secundum ius Magdeburgense, etiam in linea descendenti, excluditur.*

7. *Consuetudo, corrigens ius commune in vno, trahenda ad aliud non est.*

8. *Consuetudo iuri communi contraria, loquens de plaustro vini, porrigi non debet, ad plaustrum olei.*

9. *Ius Saxonicum & alia iura, locum non habent, nisi in casibus, in ijs expressis.*

10. *Geradæ ius, remotissimum longè est, à reliquis successionum iuribus.*

11. *Ius repræsentationis, in linea collaterali strictissimè est interpretandum, licet aliud & diuersum sit, intuitu lineæ descendentis.*

12. *Gerada differt à reliquis hereditatibus, origine, progressu, & resolutione.*

13. *Geradæ origo vndè.*

14. *Geradam nemo masculus relinquit.*

15. *Gerada nunquam, ex linea masculina descendēti, defertur, etiamsi is descendens femina fuerit.*
Astringitur, si aliud consuetudo introduxisset. n. 16.

17. *Gerada fisci erit, si nulla, ex linea feminea descendens, extiterit amplius femina, licet aliqua ex masculina linea procreata, superstes adhuc sit.*

18. *Geradæ appellatione, quæ veniant.*
Ad cognatam mulieris, geradæ nomine, deuolui possunt, tales res, quæ ad heredem mulieris, non pertinerent. ibid.

19. *De gerada cognatæ, non soluitur æs alienum defunctæ, quandiu aliquid, de rebus hereditarijs superest.*

20. *Gerada non adita, ad cognatam proximam, semper transmittitur.*

21. *Transmittuntur omnia etiam non adita, quæ alio, quam hereditario iure deferuntur atque obueniunt.*

22. *Geradæ petitioni, annuo spacio præscribitur.*

23. *Gerada, iure hereditario, non defertur.*

24. *Ex gerada pecunia redacta, naturam geradæ amittit & ad heredes omnes simul, pertinere incipit.*

25. *Mulier pualibet, ex iuris Saxonici præscripto publicia bona habet: bona scilicet geradæ, & bona hereditaria.*

26. *Consuetudo, quæ violauerat, ratione bonorum quæ secundum ius Saxonicum, ad hereditatem mulieris pertinebant, extendi nequit, ad bona eiusdem, geradam respicientia.*
Consuetudo, de specie, ad speciem non extenditur, ibid.

27. *Constitutio Carolina, quæ anno 1529. Spiræ ferebatur, in Lusatia inferiori quoque coli cœpta.*

28. *Constitutio Carolina, anni 1529. non disponit, de iure repræsentationis, sed quod fratrum sororumúe liberi, nullis fratribus, vel sororibus existentibus, in capita, & non in stirpes, succedere debeant.*
Veluti quoque illam ipsam interpretatur, constitutio Marchica n. 29.

30. *Constitutio Carolina, santiens, vt fratrum sororumq́ liberi, in capita succedant, & abrogans consuetudines omnes, ei contrarias, non extenditur ad illorum locorum consuetudines, quæ Romano Imperio non subsunt.*

31. *Ordinationis Imperij, anno 1500. Augustæ, latæ, sub Rubr.* von succession der Diechter oder Enckeln *interpretatio.*

32. *Interpretatio ad Rauchbarum q. 41. n. 16. & 18. vide rursus n. 37.*

33. *Geradam simul herciscere possunt, neptis ex sorore, & matertera, in successione, matris & auiæ.*

34. *Geradæ, quæ filia, debetur intra annū non præscribitur.*

35. *Gerada filiæ debita, alia est, à* Nifftelgerade.

36. *In gerada filiæ, longè plures res includuntur, quàm in gerada cognatæ.*

38. *Petitio principij, destruit argumenta, quibus inest.*

39. *Mulier qualibet, saxonico iure, hereditat in suos geradam.*
Et quomodo intelligendum n. 40.

41. *Hereditare verbum, quandoq́, in significatione latissima accipitur, & quomodo n. 42.*

43. *In gerada succedit soror vterina, vnà cum sorore vtrinq́ coniuncta.*
Quod declaratur n. 44.

45. *Ius diuersum constitui oportet, in habentibus rationem diuersam.*

46. *Actorem, non verò reum, primùm probare oportet.*

47. *Exceptiones à reo oppositæ, hanc semper habent conditionem, si actor prius, quæ asseuerat, probarit.*

48. *Possessor rei, probare necesse non habet, rem ad se pertinere.*
Actore de dominio non probante res apud possessorem relinquitur ibid.

49. *Consuetudinem allegans, necesse habet, eam probare.*

50. *Consuetudinem, in genere probari non sufficit, sed eam in specie probari, necesse est, & quidem, cum actuum, in quibus Consuetudo hæc, obseruata fuit, allegatione.*

51. *Consuetudinem in genere, probare non sufficit, nisi probatum simul fuerit, custodiri istiusmodi consuetudinem, in loco vbi casus successionis euenit.*

52. *Feminam, in feudo ligio, succedere, in genere probasse, satis non est nisi edoceatur simul, succedere etiam, in illo loco, vbi nunc feudum existit.*

53. *In consuetudine succedendi, rectè edocenda, oportet binos actus, & tempus longissimum probasse.*

54. *Negatiuam probat, qui in ea se fundat.*
Declaratur n. 55. & 57.

56. *Consuetudo odiosa, ne ex maioritate rationis quidem*

quidem, de casu, ad casum extenditur, sed in casu, vbi deficit consuetudo, seruatur ius commune.

57. Ius retortionis, locum habet, ex constitutione Marchica. Item ex constitutione Saxonica prouinciali n. 58.

59. Ius retortionis, locum habet, secundum ius Saxonicum prouinciale, tam in successionibus hereditatum, quàm etiam in geradis, & rebus expeditoriis, & in aliis quoq; casibus. & n. 60. Ius idem, magistratus semper ferè, aduersus alterius magistratus subditos, statuere solet, quo is ipse magistratus, aduersus statuentis subditos, vtebatur. ibid.

61. Ad ius retortionis requisita.

62. Domicilium mutasse is rectè censetur, qui ex loco aliquo, cum rebus suis migrat. Extenditur vt n. 63.

64. Domicilium nunquam, habitatio sola arguit, sed animum constituendi in loco, domicilium præterea adesse oportet.

65. Domicilia plura, quis simul habere potest. Etiam tria, vel quatuor n. 66.

67. Domicilia æstiua alia, alia hyberna, nobiles, plerung, habere solent.

68. Consequentis fallacia, fluctuare efficit, argumenta, quibus inest.

69. Domicilia plura habens, rectè vnius respectu, censetur hoc iure, & respectu alterius, alio iure.

70. Domicilia duo, vt quis habere censeatur, oportet eum commorari, in vtroq; aqualiter.

71. Interpretatio ad l. assumtio §. iurisprudentibus ff. ad municip.

72. Domicilia duo, potest quis habere vnum in quo plus temporis, alterum in quo minus, habitet.

73. Domicilium non constituitur per migrationem, animo redeundi susceptam, etiamsi quis in loco, ad quem migrarat, per mille annos subsistrrit.

74. Domicilij mutatio, tota, ex animo migrantis dependet: & ideò eius quoque assertione hac in re, standum erit.

75. Ad domicilium constituendum, non sufficiunt, quatuor anni, sed decem anni continui, requiruntur.

76. Ad domicilium constituendum, & corrigendum, tempus, Iudici arbitrarium est. Quod declaratur n. 77.

78. Consequentia mala est: Iudex potest arbitrari, ex maiori, quàm decenni tempore, domicilium constitutum esse: Ergò, ex quadriennij etiam cursu, domicilium mutatum esse, Iudex concludere potest. Iudex dum arbitratur, legum præscriptū sequi tenetur. ibid.

79. Domicilium, quis, in plurisq; locis, Germania, collocare compellitur. si vltra annum, commoratus inibi fuerit. Declaratur n. 80.

81. Domicilio addito, ob dignitatem superuenientem, prius non mutatur.

82. Præsupposito amoto, corruit assertio.

83. Domicilij mutatio ex translatione maioris partis bonorum, in dubio tantum, colligitur. Etsi præterea adsint alia, domicilium mutatum esse, ostendentia signa. n. 84.

85. Domicilij mutatis signum est, si quis immobilia sua omnia diuenderit, & postea, cum reliqua suppellectile tota, & familia, ad alia loca, migrarit.

86. Retortionis ius, quomodo secundum constitutionem Marchicam, & Saxonicam, locum sibi vendicet.

87. In Geradam successio, in Marchia Brandeburgica, nemini denegatur: sed relinquitur ea, non potest per se, eò quod iure communi, in Marchia Brandeburgica, viuamus.

88. Retortionis ius, respectu Gerade, nemini priuato competere potest, sed tantum magistratui, aut ad summum defunctæ filio, seu matris heredi.

89. Tertij ius, nemini ad agendum, vel excipiendum prodesse potest.

90. Exceptio: tua non interest, datur aduersus eum, qui tertij ius allegat.

91. Inuersio optimus, contrariorum dissoluendorum modus.

92. Ad geradæ, quæ cognatæ debetur, præscriptionem, interrumpendam, satis non est, si cognata illam, intra annum, & diem petierit, aut etiam rem ad Iudicem detulerit, nisi simul, citatione in id impetrata, aduersarium in ius vocari fecerit.

THEMA.

POstquam in fata, Nobilissima, Lectissimeq; femina N. vidua Nobilissimi N. concessisset: vendicarat sibi Geradam eius solus, vir Reuerendissimus & nobilissimus N. propterea, quod sororem defunctæ, matrimonio sibi iunctam, haberet.

Iam verò neptis ex sorore Defunctæ, illum vel in totum à Gerada excludere vel saltem dimidiam eius partem, illi auferre se posse, confidit.

Ait enim in illis locis, vbi degerat Defuncta, vbi item vitam cum morte commutarat, velut in Lusatia inferiori, ius repræsentationis, quo sororum prædefunctarum filiæ, vna cum sororibus in partem vocantur, iam dudum receptum est, atq; colitur.

Partem itaq; dimidiam Geradæ, materteræ meæ, iure mihi assero.

Aut edocebit, inquit, Neptis ex sorore hisce in locis, Ius repræsentationis, in hereditatum quidem capionibus, fuisse obseruatum. At ad Geradas vsque, non fuisse porrectum.

Quinimò dicere pergit, N. nullo modo Geradam hanc capere posse, eò, quod domicilium suum, in ea loca Electoratus Brandeburgici transtulerit, vbi Geradam planè nesciunt, tantoq; minus, Geradam vllam, habitantibus in Lusatia, vnquam dederunt. Nam hoc cum ita sit, inquit, iure retortionis, N. incapax quoq; erit Garadæ.

Videamus itaq; de tribus.

I. Et primò: num ius repræsentationis locum sibi in Geradis quoq; vendicet.

II. An N. incumbat probatio negatiuæ: quodq; ius repræsentationis, in Geradis non fuerit admissum, an verò neptis ex sorore, affirmatiuam, quodq; ad Geradam, soror, sororisq; filia, simul admissæ fuerint, probare necesse habeat.

III. Et deniq; an N. Ius retortionis hac in parte, quicquam noceat.

I.

1 Ad primum quod attinet, omninò censeo concludendum: etiamsi Ius repræsentationis, in hereditatum deuolutionibus, successionibusq;, in Lusatia inferiori, esset receptum, atq; obseruatum: hanc tamen obseruationem nullo modo, ad Geradas quoque cognatarum, dilatari posse.

Nec enim quæ sequuntu rrationibus satisfieri posse censeo.

2 Primò namq; certum est: quod Ius Saxonicum, illis populis, qui eo iure viuunt, sit ius commune. *Vti in indiuiduo scriptum reliquére Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 17. n. 26. & n. 35. Dan. Mull. ad constit. Saxon. p. 1 const. 27. n. 18. & 21. Modest. Pistor. cons. 11. n. 5. vol. 2.*

3 Consequitur itaq;, quod omnes statutum & constitutio. *l. quod verò. ff. de LL. c. quæ à Iure, & ibi Dyn. Ioh. Aud. & DD. de Regul. iur. lib. 6. Rauchbard. q. 32. n. 76. Rol. à Vall. cons. 55. n. 13. vol. 1. Schrad. & Muller. in locis iam adductis.*

4 Omnis item consuetudo, & obseruantia, huic iuri Saxonum, in terris Saxonicis contraria, non solum restrictè, verùm etiam restrictissimè sit accipienda: nec de casu ad casum extendenda, etiam ex maioritate rationis. *gl. in l. 1. C. quæ sit long. consuetud. And. de Isern. in c. 1. in fin. pr. de consuet. rect. feud. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. n. 21. vers. tum tertiò. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 17. n. 12. & 13. Ludon. Morot. cons. 26. n. 9. vol. 1.*

Et vi consequentis: cum consuetudo introducens in terris Saxonicis, Ius repræsentationis, illius Iuris sit correctoria (Etenim iure Saxonum, ius repræsentationis, in linea collaterali non admittitur. *artic. 3. artic. 5. & artic. 17. Landrecht lib. 1. artic. 20. Landr. lib. 2. Autor differ. Iur. ciuil. & Saxon. lib. 1. differ. Iur. ciuil. & Saxonic. differ. 25. Schneid. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de tertio ordin. succed. collat. scilicet n. 14. Hartman. Pistor. quæst. 31. n. 12. p. 1. Dan. Mull. ad constit. Saxon. 18. n. 2. p. 3. consultat. habitæ super constit. Saxon. Mogunt. excus. p. 2. quæst. 37. n. 1. VVesenbecc. cons. 13 n. 55. & cons. 82. n. 19. Franc. Pfeil. consil. 122. n. 6. vol. 2.* 5

Quinetiam secundum ius Magdeburgensium, ne in linea quidem descendenti locum inuenit. *attestante Modest. Pistor. cons. 8. n. 4. volum. 2.)* 6

Hanc minimè extendemus ab illo casu, quo per obseruantiam in hereditatibus, & successionibus, ius repræsentationis admissum fuit: ad illum casum, in quo de eo quæritur, an Gerada simul sorori, sororisq; filiæ obueniat.

Nam consuetudo corrigens ius commune in vno, trahenda ad aliud non est. *Vincent. de Franch. decis. Neapol. 71. n. 10. per l. præcipimus. C. de apell.* 7

Vnde consuetudo iuri communi contraria, de plaustro vini loquens, ne quidem ad plaustrum olei iure porrigitur. *d. gl. l. 1. C. quæ sit. long. consuetud. And. de Isern. ad d. c. 1. in fin. pr. de consuetud. recti feud. Vincent. de Franch. d. decis. 17. nu. 12.* 8

Facit, quod traditur: iura Saxonica, & alia prouincialia, seu statutaria iura, vltra casus in ijs expressos, non extendi. *Vti in indiuiduo ex Ias. Tiraquell. Grammat. Roman. Bertrand. & Mandos. docuit Muller. in semestrib. lib. 1. c. 3. nu. 1.* 9

Cum tamen Gerada, & reliquæ successiones, & hereditates, longè ab inuicem sint remotissima, & separatissima. vt paulò post lalissime trademus. 10

Quamobrem mouet me secundò id: quod iuris sit clarissimi, atque euidentissimi: quod ius repræsentationis, quantum ad lineam collateralem spectat, stricti sit Iuris ideoque restrictius quoque interpretandum: licet secus sit, in iure repræsentationis, ratione, & intuitu lineæ ascendentis introductæ. *Vti in indiuiduo docet Tiber. Dec. consil. 9. num. 2. in fin. volum. 2. & consil. 55. num. 38. & seqq. volum. 3.* 11

Iam verò, si ius repræsentationis in heredibus, successoribusque per obseruantiam

tiam introductum, ita ampliaremus, vt illos quoque, ad quos Gerada pertinet, compræhenderet, impingeremus iam in hanc, quam modo recenſebamus, theoricam.

Fieri itaque id, nullo modo poteſt, aut debet.

12 Differt namq; ius Geradæ, à reliquo hereditatum, & ſucceſsionum planè iure omni origine, progreſſu, & reſolutione.

13 Nam quantum ad originem Geradæ attinet, ſcimus eam ideò introductam: Vt fœminæ Saxonicæ: quæ olim à ſucceſsione immobilium repellebantur, licuerint aliquod, pro duritie hac, Iuris Saxonici, haberent: neuè contra vigorem ſexus maſculini, viri Saxones, hiſce rebus iudicris, ad mundum, ornatumq; muliebrem pertinentibus, immiſcerentur. *Vti totidem verbis ſcriptum reliquit Pet. Heig. pie defunctus. q. 8. n. 69.*

14 Sic quoq; in progreſſu, à reliquo iure ſucceſsorio Gerada differt. Nam primò eam nemo maſculus reliquit. *art. 27.* Landt. *lib. 1. Hartman. Piſtor. q. 33. n. 17 lib. 1. Schneid. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſs. int. vir. & vxor. n. 55. Dan. Mull. in ſemeſtrib. lib. 2. c. 6. n. 2.*

15 Nec è diuerſo, hæc vlli vnquam ex linea maſculina deſcendenti, etiamſi fœmina ſit, defertur. *d. art. 27.* Landt. *lib. 1. Hart. Piſtor. q. 32. n. 1. & d. q. 33. n. 18. lib. 1. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. q. 124. n. 27. p. 3. & q. 131. n. 221. p. 4. Franc. Pfeil. conſ. 119. n. 2. vol. 2.*

16 Niſi conſuetudine aliud introductum fuerit. atteſtante idipſum *Chriſtoph. Zopell. in addit. ad d. artic. 27. in addit. ſub lit. C.* Landt. *lib. 1. vbi hanc conſuetudinem Annebergæ invaluiſſe, u teſtiu eſt.*

17 Sed & fœmina nulla, ex linea feminea procreata extante, potior iam erit hiſci, quàm fœminæ, ex linea maſculina prodeuntis, conditio. Nam hiſcus Geradam ſibi iure hoc caſu vendicat. *art. 28.* Landt. *lib. 1. Schneid. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. fiſc. 20. n. 17. lib. 1. vbi hoc recepta pronunciandi conſuetudine obſeruari, atteſtatur.*

18 Sic quoq; ſecundò differt Gerada in eo: quod compræhendit ſub ſe omnes res, etiam eas, quæ vſus tantùm gratia, defunctæ concedebatur: etiamſi illi nunquam, iure proprietatis, fuiſſent acquiſitæ. *tradente in indiuiduo Hart. Piſtor. d. q. 44. n. 8. lib. 1.*

19 Licet eiuſcemodi res, ad heredem vxoris, neutiquam pertineat. *per trad. Sigiſmun. de Neapol. conſil. 42 per tot.*

20 Tertiò differt: nam de ea, æs alienum defunctæ non diſſoluitur, quandiu ex rebus hereditarijs aliquid ſupereſt, tradentibus in indiuiduo *Modeſt Piſtor. q. 32. n. 2. p. 1. & q. 131. n. 8 p. 4.*

20 Sic denique, differt quoque in ſui reſolutione. Nam & ea etiam non adita, ad cognatam proximam ſemper tranſmittitur. *tradente in indiuiduo Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. d. q. 131. n. 219 p. 4.*

Etenim in genere verum eſt, omnia illa, 21
quæ iure, ab hereditate ſeparato, deferuntur, ſine editione quoque vlla tranſmitti. *Vt rurſus ex Bl. Alex. de Imol. Natta & Rol. à Valle autor eſt Iacob. Schult. in d. addit. ad Modeſtin. Piſtor. d. q. 131. n. 208.*

Et denique petitioni eius, annuo ſpacio 22
præſcribitur. *art. 28. & ibi glo. noua ſub literam C. verſ. nota inſuper.* Landt. *lib. 1. Modeſt. Piſtor. q. 131. n. 9. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 260. qui Georgium à Roſchitz. idem volentem allegat. Reſolut. Scabin. Lipſen. quæ ext poſt conſultus ſuper Conſlit. Saxonic. Mogunt. excuſ. reſolut. 45. n. 6. Dan. Mull. in ſemeſtrib. lib. 2. c. 6. n. 5. & c. 11. in pr. Petr. Heig. q. 16. n. 35.*

Quis autem neſcit, hæc omnia ſecus ſeſe in herede habere?

Qui itaque conſuetudinem ius repræſentationis in hereditibus introducentem: ad ſucceſſores vſque in Gerada, extenderimus?

Atq; ita, ne per emendicata eamus ſuf- 23
fragia, in ſpecie deciſum extat: quod Gerada iure hereditario non deferatur: & quod vt filiæ, vel heredi nulli, ſed vt cognatæ tantùm obueniat. *Modeſtin. Piſtor. quæſt. 14. n. 2. & 6. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 9. Iacob. Schult. in addit. ad Modeſtin. Piſt. q. 131. n. 220. & 221. vbi Modeſt. & Hartm. Piſtorius, nec non Dan. Mull. idem volentes adducit. Dan. Mull. in ſemeſtrib. lib. 2. c. 6. n. 2. Dan. Mull. ad conſlit. Saxonic. p. 3. conſtitut. 11. num. 2. Petr. Heig. quæſt. 61. num. 55.*

Quinimò tunc demùm Gerada iure he- 24
reditario deuoluetur, & ad heredes pertinere incipiet, ſi naturam ſuam iam immutarit, atque amiſerit, veluti ſi res ad Geradam pertinentes, fuerint diuenditæ. Nam tunc precium inde redactum, non cognatæ, ſed heredum omnium ſimul erit. *tradente in indiuiduo. gl. Latin. ad artic. 24. lit. L.* Landt. *lib. 1. Dan Mull. in ſemeſtrib. lib. 2. c. 6. num. 1. Wesenbec. conſil. 79. n. 3. lib. 2. Franc. Pfeil. conſil. 90. num. 9. volum. 1.*

Tertiò ad hanc ſententiam amplectendam moueor illo: quod ex iure Saxonico: 25
mulier quælibet duplicia habeat bona: quorum hæc, bona hereditaria: illa verò bona Geradæ ſunt. *Vt eſt textus ad literam in art. 27.* Landt. *lib. 1.*

Conſequitur itaque rurſus, conſuetudi- 26
nem, quæ ratione vnius ſpeciei bonorum, inoleuerat, non continuo ad aliam quoque bonorum ſpeciem, pertingere poſſe. Nec enim conſuetudo, de ſpecie ad ſpeciem extenditur. *gl. in d. l. 1. C. quæ ſit long. conſil. Iſern. in c. 1. in fin. pr. de conſuetud. reſt. feud. Vincent. de Franc.*

decis. Neapol. 17. nu. 12. fac. trad. Crau. consil. 775. nu. 5.

27 Cæterum non refragatur his illud: quod ordinatio Carolina, quam in comitijs Spirensibus anno 1529. §. Item als bißher &c. Carolus Quintus promulgauit, in Lusatia inferiori coli cœpta sit: quodq; illa ipsa Imperij Ordinatio, omnes constitutiones, ordinationes, Statuta, consuetudines, vsus, & priuilegia, nouæ huic Imperij constitutioni repugnantia, abroget, atq; antiquet. *Veluti ex ipsius ordinationis verbis videre est.*

Nam ordinatio hæc Carolina, à nostro casu, tam est remota, vt quàm remotissima.

28 Cum de illo tantùm prouideat: quod fratrum sororumque filij, numeri inæqualis, nullis extantibus Patruis, amitis, auunculis, vel materteris, in capita, & non in stirpes succedere debeant: inque illo tantum casu consuetudines, statuta, constitutiones aduersas, irritas esse pronunciet.

29 Vt constat tum ex ipsis ordinationis verbis, tum ex constitutione nostra Marchica, in qua sub finem constitutio hæc Carolina, ad eundem effectum adducitur: *nec non ex Petr. Denaÿs in tur. Cameral. in v succession 3.*

30 Vt taceam Imperatorem Carolum, Imperijtantum constitutiones contrarias sublatas voluisse: non autem illis, quæ vigent in ditionibus, Regi Boëmorum subiectis, veluti sunt Lusatia, & Bescouia, quicquam derogasse. *Vt ipsemet interpretatus. d. Constit. Carol. d. §.* Item als bißher.

31 Sed nec illud adducere, operæ precium est, quod attamen alia adhuc sit, constitutio, neptes, nepotesq;, auis suis vna cum parentum defunctorum fratribus, sororibusue succedere, sanciens. *Receß. Augustan. anni 1500. Rud. succession.* der Diechter oder Enckeln.

Nam vt vides, de hereditatum tantum capionibus, & quidem lineæ ascendentis, loquitur.

Non itaque adaptari hic potest.

32 Sic quoque non obstat, id, de quo Rauchbarus quærit: neptæ & sorore, & matertera in Geradæ diuisione concurrente, optio, & diuisio, cuius esse debeat. *Rauch. quæst. 41. n. 16. & 18.*

33 Nam ne sic quidem inferre licitum erit ius repræsentationis, in collateralibus ad Geradam vsque protendi: Cum & ille casus, de quo Rauchbarus quærit, in successione, qua neptis ex sorore & matertera, matri succedunt, seu ex bonis matris Geradam hersciscuntur, atq; sic in linea ascendenti, euenire possit. *per trad. Mull. ad constitut. Saxon. p. 3. constit. 11. n. 11.*

34 Vt taceam, & alias quoque, huic, filiæ debitæ Geradæ, peculiares, præ reliquis Geradarum speciebus, esse proprietates. Veluti quod ei quantumuis intra annum & diem, & diutius etiam à parte petita non fuerit, non præscribatur. *tradente in indiuiduo Muller. in semestrib. lib. 2. c. 6. n. 5. vbi ita sæpissimè pronunciatum esse, recordari se attestatur.*

Cum tamen alias ius petendi Geradam, annuum tantum sit. *Veluti antea fidem fecimus.*

Sic quoq; ad differentiam huius Geradæ altera illa, quæ cognatæ debetur Nifftelgerade dicitur. *Dan. Muller. ad Constitut. Saxonic. p. 3. constit. 38. n. 12.* 35

Et longè plures res, filiæ, matris Geradam capienti, quàm cognatæ, cognatæ succedenti, cedunt. *Mull. d. constit. 38. n. 11.* 36

Sed & Rauchbari traditio, meritò ita accipitur, vt tunc de optione, & diuisione, à matertera, vel nepte ex sorore, in vtensilibus faciendis, rectè quæratur, si vspiam locorum, consuetudine iam receptum sit, neptem ex sorore & materteram, iure repræsentationis in vtensilibus cognatarum suarum, simul succedere. 37

Id quod cum de Lusatia inferiori, verè affirmari non possit, cum hoc, idipsum sit, de quo controuertimus: petitio principij obiectioni huic inerit.

Et vi consequentis, argumentum hoc in contrarium adductum, constare non poterit. Nullius enim momenti argumenta: quibus petitio principij inest, sunt. *tradente in indiuiduo Martin. Coler. pie defuncto in tr. de alument. lib. 1. c. 2. n. 43.* 38

Eodem quoque modo, non obstabit huic decisioni, *textus artic. 27. Landr. lib. 1.* vbi dicitur, mulierem post se relinquere, & in suos hereditare, geradam: Ein jeglich Weib vorerbe jhr Gerade/ auff jhre nechste Nifftel. 39

Nam ob id attamen, iure non infertur, inter res Geradæ, & res hereditarias discrimen nullum esse: proindeque, consuetudinem, quæ in rebus hereditarijs prouidet: ad res Geradæ quoq; haud iniuria porrigendam. 40

Sciendum namque est, quod verbum hereditare, vel Vorerben, quo d. artic. 27. Landr. lib. 1. vtitur. in iure Saxonico, sæpius in significatione latissima accipiatur, pro omnibus bonis, quæ quis moriens, post se relinquit: aut quæ quibuscunque successoribus, quocunq; modo, siue iure hereditario, siue priuilegio aliquo speciali obueniunt. *tradente in indiuiduo Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. q. 14. n. 10.* 41

Non facessit itaq; nobis, illud verbum negocium vllum. Cum & in hac significatione latissima, & impropria *in d. artic. 27. Landr. lib. 1. accipiatur teste eodem Schult. d. n. 10. per text. artic. 5. aun. ibi gl. ad verbum* Mit welchem gut *Landr. lib. 1.* 42

Deniq;

43 Deniq; leuiſculum illud quoque videtur, quod attamen ſoror vterina, vna cum ſorore vtrinq; coniuncta, in Gerada ſuccedat. *Pro vt hoc in individuo ſcriptum reliquit Hartman. Piſtor. q. 33. n. 16. & ſeqq. lib. 1.*

44 Nam id adhuc maximè controuerſum eſt, cum ipſe atteſtetur Dominus Hartman. Piſtor. collegium quoddam furidicum celeberrimum, non ſemel contra vterinam pronunciaſſe. *Hartm. Piſtor. d. quæſt. 33. n. 15. & nu. 28. lib. 1.*

Et deinde id, ea ratione amplectitur Piſtoris, quod in deuolutione Geradæ, illius vinculi, quod ex agnatione prodit, non haberi poſsit, aut debeat ratio: cum ſola cognatio, hîc in conſideratione veniat: proindeq; propterea nihil in ſorore vtrinque coniuncta, reperiatur, ob quod ſorori vterinæ tantum, hac in parte, præferenda ſit. *Hart. Piſtor. d. qu. 33. n. 21. lib. 1.*

45 Quare cum diſpar iam appareat inter ſororem, vtrinq; coniunctam, & ſororem vterinam: & rurſus inter materteram, & neptem ex ſorore, ratio: idem ius in vtroq; caſu non conſtituemus. *Euer. in top. an loc. à ſeparat. in pr. Tiraquell. de vtr. retr. p. 1. gl. 3. n. 3. & §. 2. gl. vnic. n. 63.*

I I.

Accedamus itaque iam ad reſolutionem quæſtionis ſecundæ.

Porrò quantum ad eam attinet, non video, vt dici poſsit, niſi omnia Iuris Principia deſtruere, euertereq; voluerimus Domino N. incumbere, vt condocefaciat Iudicem, ius repræſentationis, in geradis collateralium non obtinuiſſe.

Primò enim pœnes Dominum N. iam ſunt, aq; eo poſsidentur, res geradæ huius de qua controuerſia eſt. Vnde Rei, & non actoris partes, Domini N. erunt.

46 Iam verò iuris eſt longè certiſsimi: quod probationes, non Reus primum, ſed actor auſpicetur, atque inchoët. *text. in l. qui accuſare. C. de edend. l. 2. & l. actor. C. de probat. Cacher. deciſ. Pedemont. 144. n. 16. Maſcard. in tr. de probat. concl. 37. n. 2.*

47 Quodque exceptiones, per reum oppoſitæ, hanc ſemper conditionem annexam habeant, ſi actor prius quod aſſeuerat, probauerit. *gl. in l. non vtiq. ff. de except. gl. 1 an l. & ſiquidem. C. cod. tit. gl. in l. an ea in fin. ff. de probat. Maſc. in d. concluſ. 37. n. 4.*

Quomodo itaq; fieret, quod antequam fundamentum probationis ſuæ edocuiſſet Actor, iam ad probandum compelleretur Reus?

48 Secundò: non minus certum quoq; illud eſt: quod poſſeſſori, nulla probandi, quod res de qua litigatur, ad eum pertineat, neceſſitas incumbat. Niſi enim actor probarit de dominio, dominium apud poſſeſſorem relinquitur. *Vti Bl. Decian. adductis in ſpecie decidit Maſc. d. concl. 37. n. 3. vbi hanc eſſe communem atteſtatur.* *

Cum itaq;, vt antequam indicabamus, poſſeſsio rerum controuerſarum, pœnes Dominum N. ſit.

Conſequatur oportet, eum, vel ob id tantùm, quod poſſeſſor eſt, à probationis onere releuari.

Tertiò iuris eſt apertiſsimi, quod conſuetudinem allegans, probare eam neceſſe habeat. *Vt plurimum in id adductis in individuo docet Maſc. in tr. probat. conclu. 423. n. 20. & 26. Tileman. de de Benign. in Syntagm. ut. deciſ. Cam. Imper. Syntag. 2. deciſ. 1. vot. 1. n. 18. Petr. Salaz. in tr. de vſu & conſuet. c. 8. n. 14. Zaſ. conſ. 5. n. 109. vol 1. Iob. Vincent. Honded. conſ. 110. n. 21. vol. 1. Ludou. Morot. conſ. 90. n. 6. volum. 1. qui Br. Bl. Decian. Pariſ. Crau. in id adducit.* 49

Probabit itaq; Actrix, illam conſuetudinem, in qua ſe fundat, per ius ſcilicet repræſentationis, etiam in Luſatia inferiori, neprem ex ſorore, vnà cum ſorore ipſa, ad geradam admitti.

Quartò: communiter quoq; receptum, 50
eſt, quod non ſufficiat probare, conſuetudinem aliquam in genere, ſed quod oporteat comprobari illam in ſpecie, ſeu de illo ipſo caſu, qui in controuerſiam, venit, vnà cum allegatione actuum, in quibus taliter obſeruatum fuerat. *Vti in individuo Methoch. Aurel. Corbul. & Cranett. in id adductis, decidit Roſent. in ſynops. feud. al. c. 9. conclu. 28. n. 38. Iob. Vincent. Honded. conſ. 75. n. 22. vol. 2. qui in id Oldrad. Ancor. Crau. & Becc. autoritates affert. Ludou. Morot. d. conſ. 90. n. 7. lib. 1. qui alios itidem complurimos, idem volentes adducit.* *

Sicuti quoq; non minus verum eſt, quod 51
non ſufficiat, conſuetudinem in genere comprobari, niſi ſimul probatum quoq; fuerit, quod hæc vel illa conſuetudo in illo loco, vbi caſus ſucceſsionis euenit, ſit culta, atque obſeruata. *Vti rurſus aliis in id allatis, autor eſt Crau. conſ. 462. n. 9.*

Sic, quod propius ad rem accedit, ſatis nó 52
eſt, probare, feminam in feudo ligio, ex conſuetudine in aliquibus locis, ſuccedere: niſi oſtendatur, ſuccedere quoq; eam in illo loco, vbi res controuerſa exiſtebat. *Vt ex Alex. de Imol. probat Crau. d. conſ. 462. n. 9.*

Et denique in conſuetudine ſuccedendi 53
rectè edocenda, oportet actus binos, & non vnicum tantum, in quibus ſecundum conſuetudinem hanc, res moderata fuerat, & præterea tempus longiſsimum, Iudici oſtendere atque demonſtrare. *tradente rurſus Carol. Run. conſ. 34. n. 3. vol. 1. Guid. Pancirol. conſ. 145. n. 16. lib. 1.*

Quod cum ita ſit, haud perperam concludemus, non ſolùm conſuetudinis, quæ aſſerebatur probationem genericam: ſed ſpecificam, quodque ius repræſenta-

tionis, etiam in Geradis, & quidem non alibi: verùm etiam in Lusatia inferiori: & quidem non semel, sed bis ad minimum, & ante annos triginta obtinuerit, Astrici nostræ incumbere. prinsquam Domino Reo, onus probandi aliquid, etiã minimũ imponatur.

54 Nec obstat, quod omnis, qui in negatiua se fundat, probare quoq; eam necesse habeat. *Vti infinita ferè adducta docuit Franc. Herculan. in tr. quis ten. prob. negat. n. 2. Masc. in tr. de probat. conclus. 1091. n. 1.*

Quodq; Dominus N. in negatiua, quodque in Geradis collateralium, ius repræsentationis locum non habeat, fundamenta sua locarit.

55 Nam hoc obstaculi remouetur primò per id: quod negans, si habuerit, à partibus suis stantem, regulam aliquam iuris communis, aut probabile aliquod argumentum, à probationis onere exemtus sit. *tradente in indiuiduo Herculan. in tr. quis ten. prob. negat. n. 80. vbi Br. & Decian. aute se idipsum voluisse testiu est. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 1. tit. de probat. conclu. 6. n. 58.*

Iam verò perplures pro Domino N. militant Iuris regulæ:

Veluti, quod dispositum in hereditate, non habeat locum in gerada: cum alio iure deferatur hereditas, alio item gerada.

56 Item: quod consuetudo odiosa, veluti est ea, qua in collateralibus, ius repræsentationis, aduersus ius communeSaxonicum introducitur: ne ex maioritate rationis, quidem, de casu ad casum extendatur: sed quod in illo casu, in quo consuetudo deficit, ius commune Saxonicum seruetur. Vti præter eos, quos sub primæ quæstionis resolutione adduximus, in indiuiduo scriptum reliquêre *Rosenthal. in Synops. feud. d. c. 9. conclu 58. n. 31. vbi infinitam ferè idipsum sectantium multitudinem offendes. Ioh. Vincent. Honded. conf. 75. n. 46. volum. 2.*

Opus itaq; Dominus N. non habebit, negatiuæ probationem in se suscipere.

57 Deinde resoluitur etiam per id: quod negatiua à reo adducta, tum demùm probanda sit, si actor prius assertionis suæ, fidem fecerit. *Vti in indiuiduo, fretus autoritatibus Abb. Alex. Dec. Parisf. & Soto. decidit, communemq; esse attestatur. Herculan. in tr. qui teneat. probat. neg. n. 70 Anton. Gab Roman. d. conel 6. n. 63. per l. qui accusare C. de edend. c. vlt. ext. de testur. c. dilectos ext. de fid. instr. & c. 1. ext. de Eccles. benefic.*

Quod cum ita sic, nostræ verò Actrix, hucusq; nihil Planè probarit: qui fieret, vt probationis initium facere, Dominus N. compelleretur?

III.

Restat nunc, vt de iure Retortionis videamus.

De eo verò sic sentio, & illud quoq; per Neptem ex sorore Defunctæ, frustra, & inefficaciter, Domino N. opponi.

Nam etsi tam ex constitutione Marchica: *Constit. Marchic. sub Rubr.* Wie des verstorbenen Bruder/oder Schwester Kinder/von voller geburt/vngleicher zahl/ &c. Erbe nemen sollen. *§.* Dieweil aber hierinn. 58

Quam ex Saxonica constitutione, prouinciali, tam ex successionibus & hereditatibus. *constit. Augusti Elect. 3 8. p. 3.*

Quam etiam in geradis, & rebus expeditorijs. *d. constit. 38. & ibi Dan. Mull. in addit. n. 5.* 59

Nec non in alijs quoq; casibus ius retortionis locum habeat: & vnus magistratus semper fere, id ius statuere, contra alterum magistratum soleat, quo hic magistratus, contra priorem illum, subditosque eius, vti solebat. *teste Ernest. Cothm. in consil. 45. n. 98.* 60

Non putarim tamen, adesse ea, quæ vt vsus huius iuris competat, in iure desiderantur.

Primò enim opus est, vt quis in illo loco habitet, cuius magistratus, ab initio, hereditates, geradam, vel res expeditorias, illius loci incolis, vbi nunc hereditas, gerada, vel expeditoriæ res, extant, concedere noluit. *tradente Mull. ad d. constitut. Saxonic. 3 8. n. 5. p. 3.* 61

Cum itaq; Dominus N. in P. N. ditionis pago habitet, vnde res geradæ, in Lusatiam inferiorem, fæpius exportatæ sunt:

Non obstabunt quoq; ei, de retortione latæ constitutiones, vel obseruati hactenus mores.

Nec obstat, quod attamen nunc, per quadriennium ferè integrum, in N. fuerit cum familia commoratus. Vbi iura Saxonica, & consequenter geradæ quoq; omnes, cessant atq; exulant: quod q; per talem migrationem domicilium sui inibi constituerit. Cum iuris sit indubitati, quod ex eo, quod quis ex loco aliquo migrat, cum rebus suis, ad domicilij mutationem, rectè concludatur. *Br. in l. assumto. 6. iuris prudentibus. in fin. ff. ad municipal. Royz. decis. Lituan. 3. n. 147. Gail. obs. 35. in fin lib. 2. Marc. Cala. in tr. de mod. artic. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 932. Thom. Triuu. decis Venet. 23. n. 2. lib. 1. Masc. in tr. de prob. concl. 534. n. 20. Menoch. in tr. de præsum. lib. 5. præs. 42. n. 14. Ioh. Vin. Hond. conf. 5. n. 26. v. 1.* 62

Quod verum est, etiamsi tantum maiorem rei familiaris partem, quis in alium locum transtulerit. *And. de Barulo in l. cuues. n. 2. per ill. text. c. de incol lib. 10. Hamb. ad Rubr. n. 278. ff. sol. matr. Menoch. in tr. de arbit. iudic. quæst. casu 86. n. 12. Flamm. de Rubr. conf. 6. n. 41. vol. 1.* 63

Nam ad id respondetur, committi hîc, fallaciam consequentis. Cum nunquam sola habitatio, arguat domicilium: sed adesse præterea oportet, vel animi declarationem, quodq; quis, in illo loco domicilium, constituere velit, expressam, vel longi temporis cursum. *l. libertus. §. sola ratio. & §. sola domus. ff. ad muni-* 64

municip.l.cum neq;.C.de incol.lib.10.Menoch.d.casu. 86.n.14.Mascard.d.tract.de probat.concl. 534.n.6. Tiber. Decian. in tr. crimi.lib.4.c.16. n. 8. Cala d.n. 932.Augusl.Berous.cons. 60. n. 24.& cons.155.n. 28.vol.2. Mandell.cons.20.n. 2. Cephal.cons.205.n. 10.& 11.vol.2.Ernest.Cothm.cons.21.n.92.& seqq. vol.1.Ioh.Petr.Surd.cons.313.n.71.vol.3.VVesenbec. cons.13.n.107.

65 Sed nec nouum,aut inauditum est,quem quis plura simul domicilia habere. *l.2. §. ex hiu.Atteius.ff. de orig.Iur.l.labeo ff.ad municipal. c.ex parte de for.comp.c.cum quis in pr.de sepultur. lib. 6. Thom.Triuis.d.decis.Venet.23.n.2.lib.1.Masc in tr.de probat.d.concl.534.n.25. Tiber. Decian. d.tr.criminal.lib.4.c.16.n.10. Flamin.de Rub.d.cons.6.n.22. vol.1.Ioh.Petr.Surd.d.cons.313.n.72.vol.3.*

66 Non duo tantum, verùm etiam tria , vel quatuor. *Tir aq.in tr.de nobil.c.37.n.131.Vuesen. cons.1.n.42.*

67 Quinimò nobiles plærique; , alia domicilia æstiua, & alia hyberna habent. *Tir aq.d.c. 37.n.131.VVesenb.d. cons.1.n.42.text.in d.l.2.§.ex hiu Atteius.ff.de orig.Iur.*

68 Quæ omnia cum ita sint , consequatur oportet , obiectionem , quam adduximus, pondus aliquod non habere. Etenim labascunt argumenta,in quibus consequentis fallacia inest. *Euer.in top. in loc.a part. enum. n.3.in fin.Coler.in tr.de alim.lib.1.c.3.n.13.*

69 Et è diuerso rectè statuemus , eum , qui domicilia duo habitationis habet , respectu vnius,rectè censeri vno iure,& rectè respectu alterius domicilij,vti alio iure. *pro vt hoc in indiuiduo tradidit Tileman.de Benign.decis.relat. Cam. Imp.Syntagm.4.decis.1.voto 10.n.11.& in obseruat. pract.in supplic.mod. centur.2.obs.16.n.5.per c.ex ore sedentis.c.ex parte.& c.duorum ext. de priuil.& c. ex parte.ext.de for.comp.*

70 Nec obstat,quod attamen decisum extet: in id, vt quis duo domicilia habitationis habere,rectè censeatur,oportere , vt æqualiter in vtroq; loco commoretur. *Vti in indiuiduo tradidit Ioh.Vincent.Hond.d.cons.5.n.44.vol.1.per l. assumtio.§.Iuris prudentibus.ff.ad municipal.*

71 Nam textus *d.l.assumtio.§.Iurisprudentibus ff. ad muni.* id nō requirit: sed illud tantum vult: quod vterq; locus, ita instructus esse debeat, vt non ideò minus, apud alteros, se collocasse videatur.

Quare nobis non obstat hæc traditio, Dominum N. enim, in vtroq; domicilio satis instructum esse, scio.

72 Et rectè traditum putarim , quem posse duo habere domicilia , vnum in quo plus temporis, alterum in quo minus commoretur. *tradente in indiuiduo Ioh.Tilem.de Benign. decis. relat. Camer.imper.d.Syntagm.4.voto. 10.n. 16. vbi Bl.in id allegat.*

Sic quoq non iuuat Actricem , quod attamen Dominus N. ante quadriennium, vel circiter,iam in N.cum familia commigrarit.

Dilui etenim id ipsum potest variis modis.

Nam primò negat Dominus N. se illuc, migrasse,animo non redeundi in N.

Non nocet itaq; migratum esse.Cum iu- 73
ris sit euidentissimi: quod per migrationem, animo redeundi susceptam, domicilium non immutetur : nec nouum constituatur, etiamsi quis inibi, per mille etiam annos subsistiterit. *Nicol.Boer.in l.consentaneum. n.107.C.quom & quand.Iud.Menoch.in tr.de arbi.Iud.quæst.d.casu 86. n.7.Flamin.de Rubeis d.cons.6.n.34.vol.1.*

Quod item, cum domicilij mutatio,tota 74
ex animo migrantis dependeat, standum sit assertione eius , qui se aliò , ad habitandum, non abiuisse declarat. *tradente in indiuiduo Menoch.d.casu.86.n. 5. Masc. in tr. de probat. d. conclu. 534.n.18.*

Sed nec ad colligendum domicilium , 75
quatuor anni sufficiunt , sed decennio , eodemq; continuo , ad id opus est. Vti complurimis ad id adductis *decidit Masc. d. conclus. 534.n.6.& 7.Cala.d.n.932. Rol.à valle cons. 79.n. 53.vol.3.Flam.de Rub.d.cons.6.n.30.*

Nec obstat rursus , quod attamen tem- 76
pus constituendi , & inducendi domicilium, sit arbitrarium : quodque Iudex ex minori, quàm decennali tempore, domicilium rectè colligere possit. *Vti ex Bl.de Vbald. & Menoch. scriptum reliquit Masc.d.tract.de probat.d.concl.534. n.10.C.11.*

Nam ij omnes , in casu dubio tantum, 77
vbiq; ex vno loco , in alium recedentis , declarationem animi nullam habemus,loquūtur. *Vti scipsum interpretatur Menoch. d. casu 68. n.16.*

Et præterea etiamsi in dubio casu ver- 78
saremur : committeretur attamen consequentis fallacia. Cum non sequatur : Iudex potest,ex minori etiam,quàm decennij tempore, domicilium constitutum esse , arbitrari : Ergo ex quadriennij etiam cursu domicilium mutatum esse rectè colliger. Etenim Iudex etiam dum arbitratur, legum præscriptum , ceu Ariadnes filium sequi tenetur. *Bl.c.1.§.Iudices.n.5.de pac.iur.firman.Ias.in l.si sic legatum.n.22.ff.de legat.1.Capoll.in l.si fugitiui.n.33. C.de seru.fugit.Hippol. de Marsil. ad l. quæstionis modum.n.68.ff.de quæstionib.Menoch.d.tr.de arbit.Iud. quæst.lib.1.q.13.n.15.*

Hæ autem,annos decem,non autem quadriennium,domicilio acquirendo diffiniuerunt. *per adducta superius.*

Sic quoque impedimento, conclusioni 79
huic,illud non est : quod attamen in plærisque Germaniæ ciuitatibus, anno elapso,quis domicilium inibi certum collocare compellatur. *Gail.obs.36.n. 8.vers.in ciuitatibus lib 2.quem refert & sequitur Mascard. d.tr. de probat.d. conclu. 534.n.12.*

Nam

Nam id vi, statuti: & consuetudinis fit, *vt ipse loquitur Gail.d.verſ.in cuius rebus.*

Talem autem consuetudinem, vel statutum, nos in locis illis, vbi N. sita est, non habemus.

81 Et insuper cogitandum quoque de illo est, quod domicilio addito, ob dignitatem superuenientem, prius neutiquam mutetur *text in l.penult.& ibi Br.n.1. Bl.& DD. ff. de senat. l senatores.C. de incol.lib. 10. Iohan. Petr. Surd.in tr. de aliment.tit.1.8.q.n.11.*

Atenim hic, Dominus N. accessione nouæ dignitatis, quodq; ei tum temporis, bona l. nouè obuenissent, nouum quoq; domicilium adijciebatur.

Nulloi taq; modo, quæ ceu contraria adducebantur, Domino N. obstare poterunt.

Sic deniq; leuiusculum quoque illud est, quod de translatione, maioris partis bonorum, afferebatur:

82 Nam Primò negatur id factum esse. Amoto itaq; præsupposito, corruit assertio. *Gr.tu.consil.486.n.4.*

83 Et quamuis idipsum factum esse, concederemus: non tamen propterea colligere fas esset, domicilij mutationem. Nam & hoc domicilij mutati signum, in casu dubio tantum obtinet, & cum non constat, quo animo migratio facta sit. Vti in indiuiduo scriptum reliquit. *Menoch.d.cas. 86. n. 18. vbi complurimos in id adducit.*

Qui casus à nostro alienus est.

84 Deinde etiam ex sola transportatione bonorum, domicilij mutatio, statuenda non est, sed alia præterea eius rei signa, & indicia adesse oportet. *tradente in indiuiduo Masc. d.concl.534.n.24.*

85 Verbi gratia, quod quis immobilia sua omnia diuendiderit, & deinde cum reliqua suppellectile tota, & familia, ad alia loca habitatum iuerit. *per trad. Cal.d.n. 932. verſ. sed qualiter domicilium mutatum &c.*

Conticescat itaq; plane hæc, de domicilio mutato, allegatio.

Verùm enimuerò, fac, domicilium hîc mutatum, vnquam fuisse, nihilo tamen magis, ius retortionis, locum inueniet.

86 Nam SECVNDO ius retortionis ita demùm procedit, si gerada ab eius loci magistratu, quem incolit is, qui geradam habere vult: ante hac, incolis illius loci, in quo res geradæ extant, denegata fuerit. *Ita loquitur constitutio nostra Marchic. Item conſtit. Saxon. 38.p. 3.& ibi Dan.Mull.in addit.n.5.*

87 Iam verò magistratus noster, incolis Lusatiæ, res geradæ, nunquam denegauit: sed quia iure communi apud nos viuebatur, gerada nunquam relicta fuit.

Non itaque aduersum Nostrates, Lusati, iure retortionis recte vtuntur.

TERTIÒ: considerandum quoq; est illud: etiamsi hic omninò ad ius retortionis pateret aditus: quod attamen Neptis ex sorore, nihilominus de iure hoc retortionis frustra exciperet.

Nam ius retortionis nemini priuato 88
competere potest, sed tantum magistratui. *tradente in indiuiduo Mull.ad d. conſtit.Sax.38.n.7.*

Aut ad summum filio defunctæ, tanquam matris suæ heredi, daretur.

Quare cum iuris sit non incogniti: quod 89
ius tertij, nemini, neque ad agendum, neque ad excipiendum, prodesse possit. *Br. in l.2. ante n.1.ff. de except.rei iud. Negu.Zant.in tr. de pig. in 3.memb.2.p.p.n.68.Prael.Pap.in for.lib.in act. Negator. in v. ſpectat & pertinet. n. 3. cum ſeqq. & ibi Caſ. Putaeus in addit. Rauchbar.q.27.n.3.*

Haud infrugiferè, aduersus hoc ius retor- 90
tionis, Dominus N. replicabit: tua non interest, quantum enim ad te pertinet liberas ædes habeo l.loci corpus §. competit. ff. si seruit. vindicet.

QVARTÒ: dilui quoq;, hæc de iure 91
retortionis obiectio, per inuersionem, optimo illo contrariorum dissoluendorum modo, potest. *Euer.in præamb.topic.n.18. Coler.in tr. de aliment.lib.2.c.12.n.128.verſ.ſecundò.*

Nam cum Neptis ex sorore, in ditione B.viuat. Vnde cum ius repræsentationis, inibi receptum etiamnum planè non sit, nunquam nepti ex sorore, geradam in Lusatiam deferre concessum fuit.

Meritò ipsa, ob ius retortionis incapax bonorum, geradæ erit.

POSTREMÒ, videndum quoq; erit, ne non geradæ, aduersus neptem ex sorore præscriptum iam fuerit.

Nam, vt antea monebamus, ius petendi geradam cognatæ, annuum tantum est.

Non dubito itaq;, quin rectè dicamus huic iuri iam præscriptum esse, dummodò annus & dies, à die obitus N. computandus, effluxerit.

Quantumuis enim de gerada diuidenda, Dominum N. aliquoties interpellarit: non tamen propterea interrupta est præscriptio.

Nam vt sistatur cursus præscriptionis, 92
hac in parte satis non est, si cognata extra iudicium geradam petierit, aut etiam, siquidem is, à quo gerada petebatur, geradam dare, vel diuidere recusasset, rem ad iudicem detulerit: sed opus est, vt antequam effluat annus & dies, partem aduersam, per citationem, iudicialiter in ius vocet. Es iſt von nöten / das die Diffiel die Gerade / innerhalb Jahres vnd tages rechtlich fordere / vnd die ſache anhengig mache. *Sicuti haec omnia docet in indiuiduo Dan.Mull.in ſemeſtrib.lib.2.c.11.n.2.*

F. P. D.

CON-

CONSILIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1. *Hereditas non datur nisi testamento.*
2. *Pacta dotalia aliud sunt, aliud item testamentum.*
   Nominis diuersitas, arguit diuersitatem rei: ibid.
3. *Titulus de pactis dotalibus, remotissimus est, à materia vltimarum voluntatum. Vnde pacta dotalia ad vltimas voluntates non pertinent.*
   Loquentia de eadem re, in confinio posita esse debent. ibid.
4. *Diuersitas titulorum, arguit diuersitatem materiæ.*
5. Angefell / geding / gnadenlehn / *quid.*
   Inuestitura de caducitate successionis quid.
6. *Heredi certæ rei, amplius nihil debetur, quam res ea, in qua heres scriptus erat.*
7. *Geminatio verborum, firmum est argumentum consensus, atq; propositi firmi.*
   Disponens, qui coniungit verba Erb vnd angefell, *videtur verbum* Erbfall *moderari, secundum naturam verbi* Angefell. *ibid.*
8. *Declarantia dispositionem aliquam, debent intelligi secundum terminos dispositionis declaratæ.*
9. & 10. *Peculio quasi Castrensi, accensentur omnia, quæ quis acquirit, ratione officij publici quod gesserat, sicuti & ea quæ alicui ex liberalitate Principis obueniunt.*
11. *Peculium quasi Castrense, certo fruitur iure, nec regulis iuris communis subiacet.*
12. *In generali dispositione, nunquam includuntur ea, quæ regulantur certo eodemq; peculiari iure, nisi expressa & specifica, horum in dispositione fiat mentio.*
13. *Generaliter fieri satis non est, quod specialiter faciendum erat.*
14. *Lucra constante matrimonio, coniugibus obuenientia, maximè si ea, ad quasi castrensis peculij, conditionem accesserint, ita demum in illis locis, vbi bona, coniugi vtriq; communia sunt, inter maritum, & vxorem heredesq; eorum diuiduntur, si communibus expensis comparata fuerint.*
15. *Filius nihil debet filiæ, si cum patris pecunia patre viuente, negociatus fuerit, indeq; lucratus quicquam sit.*
16. *In litis decisoriis, sequimur mores, & consuetudinem eius loci, vbi domicilium habuit defunctus, & vbi fit solutio.*
17. *Hereditas paterna, quomodo dissoluatur.*
18. *Hereditatis appellatione, veniunt tam præsentia, quam futura bona, nec non nomina quoq; debitorum, maxime verò illa, quorum dies iam cesserat, atq; venerat. & n. 19. & 20.*
21. *Clausulæ: Omnia & singula, vis quæ.*
22. *Dispositio æqualitatem inter vtrumq; sexus liberos, introducès fauore omninò digna est.*
23. *Interpretatio nunquam valebit, tantum, vt melior sensu existat, vbi sensus verborum clarus est.*
24. Vorbehalten *idem est, quod reseruare.*
   Reseruans nihil noui dat, sed quod iam datum, à lege, vel ab homine fuerat, sartum tectum, tuetur modo, ibid.
25. *Hereditas parentum, pactio eorundem, liberis rectè dari, atq; acquiri potest.*
26. *Pacta dotalia, communita quinq; testium signaculis, vltimis voluntatibus rectè assimilantur.*
   Atq; tunc ijdem rectè inferi possunt fideicommissa. n. 27.
28. *Fideicommissis rectè dantur hereditates, saltem obliquè.*
29. Angefell *verbum varias significationes habet.*
30. *Vocabulorum potestas, ex vsu loquendi stat æque cadit.*
31. *Fauores sunt ampliandi, odia autem astringenda.*
32. *Mater rectè non dicitur inuestitura, de caducitate successionis.*
   Femina regulariter, successionis feudi, incapax est. ibid.
33. *Verba vbi sunt clara, ibi vlla voluntatis quæstio non admittitur.*
34. *Peculium ne quasi castrense quidem habent, nisi filius familiàs, & seruus.*
   Peculum filiifamilias statim finitur, ac sub iuris filius familiàs esse tus fuerit ibid.
35. *Patria potestas morte parentis soluitur.*
36. *Hereditatis appellatione peculium quoq; comprehenditur.*
37. *Peculium quasi castrense, in successione, iure peculiari non fruitur sed vtrumq; sexus liberis, pariter defertur.*
38. *In generali dispositione, etiam includitur persona priuilegiata, dummodo hoc in parte iuris, de qua dispositio loquitur, priuilegium nullum habeat.*
39. *Interpretatio ad Rodericum Suares in tr. de luc. mar. & vxor. c. 6. n. 18. & n. 22.*
   Adiute Romano viuentes, nihil iura Hispanorum attinent. ibid.
40. *Præmissa vbi corruunt assertio stare nequit.*
41. *A separatis malè infertur.*
42. *A tituli primordio, posterior euentus formandus.*
43. *Persona exigentis, obligationem non mutat.*
44. *Officium suum alicui damnosum esse non debet.*
45. *Actio negociorum gestorum contraria, vel familiæ herciscundæ, datur fratribus aduersus sorores, coheredes eorum si quid expendissent, hereditatis causa.*

46. *Pro-*

46. *Proportio nulla est expensarum, ad retentionem summæ totius debitæ, vel exactæ.*

47. *Interpretatio omnium, efficacissima, depromitur ex obseruantia.*

48. *Obseruatum quod antea fuerat, adhuc sequendum est.*

49. *Ignorantiam in facto proprio allegans, non est audiendus.*

50. *Ignorantia etiam ex temporis antiquitate, tolerabilis non est, in facto proprio, si illud factum tale sit, ex quo alij obligamur.*

51. *Patrimonij sui vires quemlibet scire Iuris stat præsumtio.*

52. *Parens, qui æris alieni plurimum conflarat, sciens se eo nomine obligatum esse, & tamen absq; mentione vlla, vt æs alienum prius de hæreditate deduceretur, disponens filios filiasq; simul succedere debere videtur velle, vt tota æris alieni dissolutio, filijs incumbat. Si enim hoc de filiabus quoq; sensisset, vtiq; expressisset.*

53. *Testator prohibere potest, ne detrahatur Falcidia, aut Trebellianica.*

54. *Falcidia, & Trebellianica boni publici causa, introducta fuêre.*

55. *Præceptum parentis, quo iubet, vt soli filij, ex bonis feudalibus æs alienum dissoluant, iniustum non est.*
Liberi pij, etiam imperfectæ voluntati parentis, obtemperant. ibid.

56. *Parens liberis suis optimè prospexisse creditur.*
Paternum consilium nullum vincit.

57. *Præceptum parentis, vt soli filij æs alienum dissoluant, turpitudinis, aut impossibilis quicquam, non continet.*
Quare adimplendum erit.

58. *Interpretatio, qua æqualitas inter liberos conseruatur, præ reliquis amplectenda.*

59. *Interpretatio, quam adiuuat ius commune, primas, inter reliquas tenet.*

60. *Vasalli debiti, ex feudi fructibus, atq; reditibus, solutio fieri debet.*

61. *Interpretatio, per quam dispositio illusoria fit, planè reijcitur.*

62. *Disponentium quilibet, dispositionem suam conformare voluisse, cum iuris communis sanctionibus, creditur.*

63. *In Marchia Brandeburgensi, quandiu extant allodialia, nec ex feudi fructibus, tantoq; minus, per ipsius feudi alienationem, æs alienum vasalli, exolui oportet.*

64. *Consuetudo, & mores regionis appellatione Iuris veniunt.*

65. *Consuetudo & mores, in loci, in quibus vigent, sunt ius commune.*

66. *Disponentes sese, non minus iuris municipali, & statutario, quam iuris communi scripto, conformare voluisse credantur.*

67. *Expressum in dispositione, censetur omne id, quod disponentes verisimiliter statuissent, si admoniti de eo fuissent.*

68. *Consuetudo sanciens, vt bona feudalia, eorumque reditus, in subsidium tantũ, æris alieni dissolutioni, sint obnoxia, conducit ad familiarum conseruationem.*

69. *Familia per solos masculos conseruatur.*

70. *Diuitiæ, familiarum dignitatem, sartam tectam tuentur.*
Familiæ absq; diuitijs sordescunt, atq; intereunt. ibid.

71. *Diuitiæ diuisionibus imminuuntur, atq; decrescunt.*

72. *Familiæ & stemmatis propagationem quilibet appetit.*

73 *Familias saluas remanere, publicè interest.*

74. *Interpretatio fauens, bono, & interesse publico, potior est.*

75. *Hereditas patris, est successio in vniuersum ius, quod deducto ære alieno patris superest.*

76. *Reseruatio nihil noui iuris tribuit.*

77. *Reseruatio omnis, secundum ius declaratur, atq; intelligitur.*

78. *Hereditas venit appellatione bonorum.*

79. *Bona cuiusq; sunt, quicquid ære alieno deducto reliquum est.*

80. *Reseruatio iuri aduersa, ponderis, valorisq; nullius est.*

81. *Antecedens qui vult, consequens quoq; velle, necesse habet.*

82. *Ius scriptum, siue non scriptum, nemo à dispositionibus suis, remouere potest.*

83. *Ius publicum pactis priuatorum non tollitur.*

84. *Feudi intuitu, omnis dispositio defuncti nulla est.*

85. *Vasallus de feudi sui fructibus rectè disponit.*
Quod declaratur n. 86. 87. 88. & 9[illegible].

89. *Feudum piæ causæ legari potest.*

91. *Consequentia bona non est: potest pater disponere, vt aliquot vini cadi, quotannis ex vinea, ad feudum pertinente, dissoluantur, vel inter pauperes distribuantur: Ergò disponere quoq; potest, vt aliquot millium æris alieni, quæ integros aliquot annorum feudi fructus, consumerent, rebus hereditarijs saluis, ex solis feudis solutio fiat.*
Argumentum à maiori constrictiuè duci, naturalis ratio non fert. ibid.

92. *Vasallus ex feudo, fructus annuos, legare alicui non potest.*

93. *Feudorum origo, ex consuetudine est.*

94. *In feudis accuratius adhuc, quam in alijs rebus, mores regionis inspiciendi sunt.*

95. *Expressum dicitur omne id, quod naturaliter verbis, eorumq; significatus inest, perindè ac si natura ipsa loqueretur, quod verbis omissum erat.*

96. *Omissum censeri, quod disponentes, cum attamen potuerant, non expresserant, verum est in ijs, quæ restrictioris naturæ sunt: in ijs verò quæ interpretatione adiuuari debent,*

bent, contraria succedit regula: pro expresso habendum omne id, quod disponentes expressissent, dummodò de eo cogitassent. & n. 97.

98. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

99. *Parens in pactis dotalibus non exprimens, filius immunes esse debere, ab eius aliens dissolutione, censetur id omisisse, atq; ita disponere noluisse.*

100. *Falcidia hodie vtilitatem publicam non concernit.*

101 *Ratio vbi dispar est, ibi disparem quoq; sequi Iuris dispositionem, necesse est.*

102. *Prohibitio testatoris vbi nulla adest, ibi quoq; de validitate eius, frustrà suscipitur disputatio omnis.*

103. *Interpretatio ad l. in testamento. ff. de fideicom. libert. & n. 106.*

104. *Priuatio vbi adest, subiecti, ibi qualitatis quoq; priuationem consequi necesse omnino est.*

105. *Libertatis fauore, multa sunt constituta, quæ in consequentiam trahi non debent.*

106. *Præceptum testatoris, mandans, vt filij soli, ex feudis, debita sua soluant, continet quid impossibile.*

107. *Non posse nos ea, recte dicimus, quæ aduersa sunt consuetudini, vel iuri scripto.*

108. *Connexio collabitur, si quidem tollus præsupposita eius.*

109. *Onus duplex nemini iniungendum. Maximè verò à parente testante, aut inter liberos disponente. n. 110.*

111. *Seruitus domino feudi, ob fructus feudi præstantur.*

112. *Consuetudo, in locis, in quibus viget, legem vincit: & per consequens etiam interpretationem, cum qua lex facit. n. 113. Vince si vincentem te, multo magis te vinco. ibid.*

114. *Fructus feudi, obnoxios esse, ære alieno vasalli dissoluendo, quomodo intelligendum.*

115. *In executionibus in subsidium demum, ad fructus feudi accedendum.*

116. *Hominem ad centum vsq; annos vitam protendere posse, præsumitur.*

117. *Casus tristis in considerationem non venit.*

THEMA.

VIr quidam primas inter suos nobilitatis, cum filiam Genero desponsaret, pactus cum illoipso est: Vt omnes successionum casus, siue eæ à patre, siue à matre, siue à fratre, siue alio quocunq; modo, filiæ obuenirent, eidem essent, reseruati, alle Erb vnd angefell/ solten der Tochter vorbehalten sein.

Iam verò nobili illi, millia aliquot, Princeps quidam quod bonam ei operã, quandiu administro eo vsus erat, nauasset, dono dederat, Quæ tamen post mortem Nobilis huius demũ, cum nullis sumtibus, nullis item laboribus, filij pepercissent, nec per amicos, apud Principem instare desyssent, exoluebantur.

Quæritur itaq; an propter verbum Angefell pars pecuniæ huius, filiabus quoq; cedat?

Deinde quoq; quæritur, an non, si partem pecuniæ huius filia capiat, ius filiæ tum demum incipiat, cum satisfactum prius Creditoribus paternis fuerit? an verò filiam, portio sua integra sequatur, æris verò alieni dissolutio, solis feudi successoribus, incumbat?

RATIONES DVBITANDI.

QVÆSTIONIS I.

PRorrò ad primam quod attinet Quæstionem, eam negatiuè resoluendam esse, ab initio videbatur.

Nam Primò incerti Iuris non est: quod hereditas non detur nisi testamento. *§. Codicillis. Inst. de codicill. l. si idem C. eod. tit. l. non codicillum. C. de testam. Rol. an tr. de testam. p. 1. Rubr. 11. n. 1. Dielect. in tr. de art. test. tit. de hered. inst. caut. 3. Lancil. Polit. in tr. de comp. subst. lit. n. 22. verf. prima. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 6. nu. 14. Dauth. in tr. de testam. n. 340.* 1

Iam verò hîc, in tali dispositione, quæ testamentum non est, si ad effectum respexerimus, filia heres scribitur.

Aliud enim sunt pacta dotalia, & aliud rursus sunt testamentum. Vti vel ex nominis diuersitate. *arg. d. l. si idem. C. de codicill. fac. Arad. Euer. in topic. in loc. ab Etym. n. 12.* 2

Nec non ex titulorum. ff. & C. de pactis dotalibus situ, vtpotè qui, quàm longissimè, ab vltimarum voluntatum tractatu, remoti sunt, apparet. Etenim quæ de eadem re loquuntur, in confinio posita esse oportet. *l. 2. §. igitur prima. C. de vet. iur. enucl.* 3

Et diuersitas titulorum, materiæ quoque diuersitatem coarguit. *Crauet. ad Rubr. n. 109. & 113. ff. de legat. 1.* 4

Inutilem itaq; istiusmodi dispositionem esse, meritò statuimus.

SECVNDÒ vtitur quoq; dispositio hæc, verbo Angefell.

Illa verò pecunia, de qua res est, inter angefell / siue casus successionum referri nequit. Angefell enim (practicis inuestituræ de caducitate successionum dicta. *Bl. in c. si quis ante. n. 1. verf. ad quarum de feud. dat. in vic. leg. comm. Matth. de Afflict. c. 1. n. 4. qui succeff. tenent*) sunt, 5

quando sub hac conditione, de feudo inuestitur quis, vt demum possessore feudi præsente, sine liberis masculis decedente, feudum ad nouè inuestitum, pertinere incipiat. *Hartm. Pistor. q. 25 in pr. lib. 2.*

Rectè itaq; ratiocinabimur, filiam cum pecunia hac nihil commune habere. Si enim similis est, hic filia, qui in re certa heres scriptus erat, propter verbum: Angefell.

6 Certum autem est, quod rei certæ heredi, præter id, in quo institutus erat, amplius nihil debeatur. *text. in l. ex facto. 2. ff. de hered. instit. l. quoties. C. de hered. instit.*

Nec obstat, quod tamen pater in dispositione sua, simul quoq; vsus sit, verbo Erbfall: quod latius est.

Etenim primò simpliciter, & absq; vllius alterius verbi coniunctione, parentem disponentem verbo Angefell vsum: post deindè verò verbum Erbfall, per illud ipsum verbum Angefell (dum dispositio habet: Erb vnd angefell) quasi illustratle videmus. Non dubium itaq; erit, quin ex natura der angefell dispo-
7 tionem suam, moderari voluerit. Etenim geminatio verborum, propositi, voluntatis, atq; consensus firmi, argumentum est. *Seraph. de Seraph. in tr. de turam. privil. 166. n. 15. Tomin. decis. 13. n. 54. Hartm. Pistor. q. 3. n. 61. lib. 1. cum similib.*

8 Sed & ea, quæ declarant dispositionem aliquam, secundum terminos dispositionis declaratæ, quodq; consequens est, in præsentia, ex natura der angefell intelligenda sunt. *Crau. cons. 422. n. 7. text. in l. nihil. ibi Bart. ff. de coniung. cum emancip. lib. & vlt. Auth. de fil. ant. dot. instit. nat.*

Tertiò, pecunia quoq; hæc, naturam quasi castrensis peculij, ferè redolet.

Ex seruitijs enim, & benè meritis, Principi præstitis, hæc largitio deriuatur.

9 Iam verò constituti iuris est: publici officij quod quis gesserat, ratione quæsita. *gl. communiter approbata in l. cum oportet. v. exceptis. C. de bon. quæ lib. Martin. Laudens. in tr. de offic. Domin. teg. 172. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. eff. 2. n. 6. Roder. Suar. in tr. de luc. const. matrim. c. 6. n. 19.*

10 Seu quæ alicui, ex principis liberalitate obuenium, ijs accensenda esse, quæ quasi castrensis peculij iure, dijudicantur. *l. cum multa. C. de bon. quæ lib. Coras. in pralud. l. frater à fratre. n. 103. ff. de condit. ind eb. Roder. Suar. in quæst. maiorica. n. 4. & d. c. 6. n. 21. Cald. in l. si curatorem. v. læsis. n. 93. C. de restit. in int. gr.*

11 Reliquum itaq; illud tantùm fit: quod pecunia hæc nullo modo ad filias pertineat. Certi namq;, minimeq; controuersi iuris est: quod peculia quasi castrensia, iure speciali fruantur, nec regulis iuris communis subiaceant. *Vti tum ex Ascan. Clemente. in d. tr. de pat. pot. eff. 2. ex n. 3. tum ex aliis passim videre est.*

12 Porrò in his, quæ peculiari iure gaudent, obtinet regula: quod nunquam in generali dispositione includantur, quodq; oporteat, specificam, & expressam eorum mentionem fieri. *l. obligatione generali. ff. de pignor. l. filiusfamilias. ff. de donat. c. in generali de reg. iur. lib. 6. c. si Episcopus. ext. de panit. & remiss. c. cum in generali de off. vicar. lib. 6 supa in l. si vnquam. n. 10. C. de revoc. donat. Lancil. in tr. de deiur. n. 75 in fine. Vallasc. in l. imperium. n. 45. ff. de iurisd. omn. iud.*

Nec enim generaliter fieri, satis est, quod 13
specialiter faciendum erat. *gl. Clement. 2. v. specialis. de off. ord. Natta auth. hoc inter liberos. n. 22. C. de testam. Seraph. in tr. de turam. privil. 70. n. 1. Cephal. cons. 524. n. 14.*

Quartò illud quoque constat: quod 14
opera, impensis, & industria filiorum, pecunia hæc exacta sit.

Nulla itaque videbatur subesse ratio, ob quam, filias quoq;, ad participationem pecuniæ huius admittamus.

Videmus enim, quod lucra constante matrimonio, coniugibus obuenientia, maxime si ea, ad quasi castrense peculium accesserint, in illis locis, vbi vigore consuetudinis, bona acquisita, communia fiunt, ita demùm inter virum, & vxorem, eorundemque heredes, diuidantur, si communibus expensis comparata fuerint. Vti hoc in individuo scriptum reliquit *Roder. Suar. in d. tr. de luc. Mar. & vxor. d. c. 6. n. 18. & 22.*

Sic quoq; videmus, quod filiæ nihil de- 15
beatur à filio, qui dum parens communis viueret, pecunia parentis negociationem exercens, industria propria, & absque vllis filiæ impensis, quicquam lucrifecerat. *Ascan. Clement. d. tr. de pat. pot. eff. 2. n. 15. Crau. cons. 156. per tot.*

Quintò, & vltimò, considerandum quoque illud est, quod in ijs locis, vbi pecunia hæc dissoluitur, moris atq; consuetudinis sit, quæ constitutione superioris in id lata, fulcitur: quod dimidia pars bonorum defuncti, deuolustur ad defuncti viduam, & quod alteram tantum hereditatis partem, liberi capiant.

Fac itaq; filiam hîc admittendam, non tamen lucrabitur, integræ pecuniæ partem virilem, sed partem tantùm de illo semisse capiet, qui liberorum est.

Ambigui enim iuris non est: quod in ijs, 16
quæ ad litis decisionem pertinent, sequamur mores, & consuetudinem eius loci, vbi domicilium habuit defunctus, vbique pariter fit solutio. *per trad. Zoesenbec. cons. 1. n. 41. fac. l. exigere. ff. de iudic. cum similib.*

RATIONES DECIDENDI.

QVÆSTIONIS I.

Verum

VErum missa hæc faciamus, verior enim, & æquior est sententia, qua filiam ob patris dispositionem de hac quoque pecunia, partem percepturam, statuitur.

Nam PRIMÒ, dispositio, quam sæpiùs adduximus, patris, expresse habet, excluſam non iri filiam, ab hereditate paterna.

17 Iam verò incerti Iuris non est, pecuniam hanc, hereditatem patris sequi. Eò quod iuris sit quotidiani: quod hereditas paterna, sit vniuersim ius, quod defuncto parenti, tempore obitus ipsius, debebatur. *l. nihil. ff. de verb. signif. l. hereditas. ff. de reg. Iur. gl. 5. neq, tamen. Inſt. de autor. tut. Roland. in tr. de teſtam. Rub. 10. n. 2. Montic. in tr. de Inuent. hered. c. 6. n. 8. Coraſ. in præludd. l. frater à fratre n. 85. ff. de condict. indeb. Borch. in tr. de pact. n. 85. & 59.*

Consequatur itaq; necesse est, partem pecuniæ huius, filiæ quoq; fore.

Neq; verò ad rem pertinet, quod attamen pecunia hæc, duodecimo tandem, à morte patris, anno, exolui cœperit.

Nam vtut hoc sit, non minus attamen interim verum remanet: Principem pecuniæ huius nomine, parenti fuisse obligatum, siue pecuniam hanc parenti fuisse debitam.

18 Quare cum iuris sit euidentissimi: quod appellatione hereditatis, tam futura, quam præsentia bona *tradêre Br. in l. vlt. n. 14. C. de pact.*

19 Nec non nomina quoq; debitorum veniant. *Tiber. Decian. conſ. 153. n. 4. volum. 3.*

20 Illa præsertim, quorũ dies iam esserat, & venerat. *arg. l. cedere diem. & ibi Alc. ff. de verb. ſignif.*

Restat, vt concludamus, pecuniam hanc, ad hereditatem patris, pertinuisse.

SECVNDÒ, cogitandum quoq; de illo est, quod in pactis dotalibus, omnes, & singulæ successiones, filiæ fuerint reseruatæ.

21 Quare etiamsi aliàs, dubium quod, hac de re, reliquum adhuc esset: hic attamen propter verba, omnia & singula, quin decisio hæc vera sit, ambigi, non oportet.

Etenim ea vis, atq; natura clausulæ: omnia, & singula, &c. est, vt omnia sub se comprehendat, non minus, ac si nomine expressa essent. *Curt. iun. in tr. feud. 2. p. 3. p. n. 39. Rol. à Valle conſ. 1. n. 71. vol. 3. Cardin. Pariſ. conſ. 1. n. 104. & 130. vol. 3. Tiber. Decian. conſ. 32. n. 102. vol. 2.*

22 Quod in præsentia maximè obtinet. Etenim præsens dispositio, vtpote, per quam, ad æqualitatem inter filios, filiasq;, reducimur fauore omnino digna, adeoq; extendenda, atq; amplificanda est. *arg. l. maximum vitium. C. de lib. præter. fac. ad. Schenck. c. 15. hoc autem. n. 2.. qui feud. dar. poſſ. Sonsb. in tr. feud. p. 9. n. 143. Caball. in l. ſi totæs. n. 8. C. de inoff. donat.*

23 Concludamus itaq; vlteriori amplius indagatione opus non esse. Cum enim sensus verborum disponentis, manifestissimus sit: interpretatio nunquam tantũ valebit, vt melior sensu existat. *l. 3. C. de lib. præter. Lancil. Pol. in tr. comp. ſubſtit. n. 22. verſic. attamen.*

RESOLVTIO
CONTRARIORVM
QVÆSTIONIS I.

ATq; his, si pœnitius introspexerimus, non obsistunt, quæ ceu contraria adducebantur.

Nam ad PRIMAM quod attinet obiectionem; hereditatem nempè non nisi testamento dari, pernegatur planè, hîc hereditatẽ aliquam datam esse. Id quod satis indicat, verbum reseruare, cui Germanicum vorbehalten æquipollet. Etenim qui reseruat, nihil dat; sed quod iam datum, vel à lege, vel ab homine fuerat, tartum tectum solum tueri, vult. *l. ſi quis legauerit, & ibi DD. communiter. ff. de legat. 1. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. l. omnes. C. de præſcript. 30. Annor. cum ſimil.* 24

Verum esto, nouam per dispositionem hanc, filiæ hereditatem, quæq; antehac non debebatur, datam esse ponamus: non attamen hoc rei præsenti (secundum ea, quæ proponuntur) quicquam officiet.

Quod enim dicitur, non nisi testamento hereditatem dari posse; verum non est, ad liberos quod attinet; his namq; pacto parentum, rectè datur, atq; acquiritur. *Br. in l. tale pactum. §. vlt. n. 3. per ill. text. et ibi Taſo. n. 10. ff. de pact. Alex. in l. licet. n. 6. C. cod. tit. Georg. Natan. in c. quamuis. n. 61. fall. 5. de pact. lib. 6. Alex. conſ. 168. n. 13. volum. 5. Ruyn. conſ. 155. n. 5. verſ. & quod ex dicta. vol. 2. Crau. conſ. 343. n. 13.* 25

Et præterea non simplex hîc, nudumque pactum habemus; sed pacta dotalia sunt, in quibus dispositio hæc continetur. Quare, res minorem adhuc, difficultatem habet.

Dubio enim prorsus caret, quod pacta dotalia, siquidem quinq; testium signis communita fuerint (præsentes autem tabulæ, vltra decem signa, appensa habent) vltimis voluntatibus alsimilentur. *Roſenb. in parat. n. 4. ff. de pact. dotal. vbi ſe meminiſſe ait, quod pro hac opinione, in contradictorio iudicio, ſententia lata ſit.* 26

Quodq; ijs, rectè fideicommissa inseranter. *Bl. ad Rubr. n. 9. C. de reuoc. his, qua in fraud. creditor. Berengar. Fern. in l. in quartam. n. 239. ff. ad l. Falcid. Graſſ. recept. ſent. §. Trebelliania. q. 3. n. 5. Marzar. in tr. de fideicomm. p. 2. n. 11. in fine dum ſe ad Bereng. Fern. remittit.* 27

Quibus fideicommissis, non minus ac testamentis, etsi non directè, obliquè saltem dari hereditates, explorati Iuris est. *d. §. codicillis. Inſt. de codicill. l. 2. §. vlt. ff. de iur. codicill. l. hereditatem. C. de codicill.* 28

Sequitur SECVNDA obiectio. Verum ea resoluitur per id: quod vocabulum Angefell (quo hîc pacisc entes vsi sunt) sit variæ significationis. Etsi enim vt plurimùm accipiatur von den gnadenleſynen (quæ alicui debentur, in fata concedente, hodierno posseſsore feudi 29

absq; liberis masculis, haud rarò tamen, latius etiam extenditur, vt idem quod hereditatis verbum denotet, atq; significet. Qua in re, vsum communem loquendi, testem appello. Petenda itaq; hinc erit, vera vocabuli
30 expositio. Cum omnis vocabulorum potestas, ftet, cadatq; ex vsu loquendi. *Lancil. Polit. in tr. de vulg. subst. n. 18. Coler. in tr. de proceff. execut. in præfat.*

Porrò cum dispositio præsens, æqualitatem inter liberos, vtrinsq; sexus inducat, eoq; pacto, nos, ad primæua iura reduces faciat: ideoq; fauorabilis admodum sit: nihil planè in medio relinquitur quod veter, quo minus, verbum Angefell, in posteriori significatu
31 accipiamus. Etenim odia restringenda, fauores verò amplificandos esse, non, aut incogniti iuris non est. c. odia de reg. Iur. lib. 6. cum similib.

Et præterea considerandum est illud: quod hîc verbum Angefell / solum positum non sit, sed cum adiectione hac: Väterlich/Mütterlich.

Quod cum ita sit, satis iam constat, quo in significatu dispónentes, vocula hac vti sint, quodq; hîc, de feudis caducitatis, explicari
32 nequeat. De matre enim dici nequit, quod inuestita sit, inuestitura de caducitate successionis. Cum femina regulariter successionis feudi, incapax sit. *Cacher. decis. 23. n. 1. decis. 26. n. 8. decis. 161. sub n. 1. Conarr. var. resol. lib. 3. c. 5. vers. quinto. Ign. in l. neceffarios. p. 1. n. 471. ff. de S.C. Syllan. Bodin. de Repub. lib. 2. c. 2. mihi fol. 251. n. 1. in paruis. Knich. ad priuil. Saxon. de non appel. mihi fol. 177. & seqq. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 3 n. 32. p. 7. c. 4. n. 1.*

Vt taceam, appositum præterea esse, verbum: Vaterund Muttererb.

Quod verbum, rem tam claram efficit, vt nulla amplius dispositioni ineste posit ambiguitas, vt item nulla posthac admittenda sit voluntatis quæstio.

33 Etenim vbi verba clara, atq; dilucida sunt, voluntatis quæstio nulla, admittenda est. *Capyc. decis. 17. n. 6. Cran. in Rubr. n. 135. ff. de leg. 1. Tiraq. in tr. de præscript. gl. 7. vers. at duet. Tomang. decis. 13. n. 28. Hartm. Pistor. q. 3. n. 52. et q. 15. n. 16. lib. 2.*

34 TERTIA obiectio, refutatur per id: quod innitatur præsuppositis falsis. Cum in hisce bonis, nulla peculij species, locum inuenire possit. Certum enim est, quod peculium, ne quasi castrense quidem habeant, nisi filiusfamiliàs, & seruus. Quodq; filijfamiliàs peculium, confestim finiatur, ac filiusfamiliàs sui iuris effectus fuerit. *l. vlt. & ibi Bart. n. 3. Inf. n. 8. & DD. communiter. C. de inoff. testam.*

35 Iam verò is, qui dispositionem hanc conscripserat, & cum dispositionem hanc condeceret: & cum supremum conderet, clauderet diem, sui iuris erat. Parens enim eius diu antè vita functus erat. Qua morte parentis, patriâ potestatem dissolui, minimè controuersum est. *§. hi verò. Inst. quib. mod. ius pat. pot. solu.*

Non itaq; peculium habere potuit.

Quid? quod quoq; pecunia hæc, etiamsi 36
ad peculium, etiam quasi castrense pertinuisset: nihilò tamen minùs includeretur, etiam in dispositione hac. Cum nomine hereditatis, peculium quoq; comprehendatur. *arg. l. nihil. ff. de verb. significat.*

Sed & opus non fuit, pecuniæ huius, men- 37
tionem expressam in dispositione fieri. Cum enim ad successionem filiæ, quod attinet, quasi castrense peculium, singulari iure non fruatur: sed filiæ, non minus, ac filio, portio quasi castrensis peculij debeatur: *arg. l. dissentientis. C. de repud. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. c. Obertus de feudi cognitione cum simil.*

Succedit iam tritissima illa Iuris regula, 38
quæ habet; in generali nimirum dispositione, rem, vel personam aliàs priuilegiatam includi, dummodo illi in re disposita, priuilegium nullum competat. *l. in fraudem. §. vlt. ff. de testam. milit. Rimin. in l. precibus. n. 83. C. de ingen. manum. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 27. Vasq. illust. contr. c. 45. n. 2. & n. 16.*

Sic quoq; non concludit Quarta obiectio. 39

Nam PRIMÒ innititur autoritate Roderici Suares. Is autem de iure quodam Hispanorum peculiari, loquitur, & ordinationem Henrici Quarti in Nieua allegat. Doctrina itaq; eius, cum nostro casu nihil commune habet. Quid enim ad nos, sub Imperio Romano viuentes, iura Hispanorum? *Suar. trad. Odd. in tr. de rest. in int. q. 4. n. 44. 45. 48. & 49. & rursus q. 15. n. 62. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 3. ex n. 139.*

Et deindè cessant quoq; præsuppositæ. Nec enim de lucro, ad quasi castrense peculium pertinente, diuidendo, hîc res est. *Vti ex superius tradita elucescit.*

Sublatis itaq; præmissis, corruere assertio- 40
nem hîc factam, omninò necesse est. *Seraph. in tr. de iuram. prin. 74. n. 27. Tomang. decis. 20. n. 46. Rimin. in l. postumo. n. 538. C. de bon. poss. cont. tab. Hartm. Pistor. q. 2. n. 21. in fin. lib. 2.*

Quem sensum, quoq; habent ea, quæ ex Clementino, & Cruetta adducebantur.

Nam & his, de collatione peculij profecti- 41
tij res est: cum attamen nobis, de peculio profectitio, res non sit. Male igitur à separatis infertur. *l. vlt. ff. de calumniat. Euerard. in top. in loc. à separat. n. 1. Tiraq. de vt. retr. p. 2. §. 1. gl. 3. n. 3. & §. 2. gl. vnic. n. 63.*

Nec ad rem pertinet, quod attamen filio- 42
rum cura, atq; industria, pecunia hæc exacta sit. Nam vtut sit, debitum nihilominus paternum erat, & consequenter ad filiam quoq; heredem patris is, pars eius pertinebat. Non enim à conditione exigentis, sed eius, qui primùm debitum hoc acquisierat, res æstimanda est. *arg. l. vnic. C. de imp. lucr. descr. lib. 10.*

lib. 10. fac. Stad. Negus. an in tr. de pignor. 2. memb. 5. p. p. n. 50. Ex ea in tr. de pact. n. 76. Cacher. decis. 72. n. 10. Lup. in Rubr. §. 6 2. n. 28. ext. de donat. int. vir. & vxor.

43 Nec persona exigentis, obligationem mutat. *arg. l. 2. §. ex his, & ibi DD. comm. ff. de verb. obligat.*

44 Nec audieris, etiamsi dixeris, indecens attamen admodum esse, si filij nullam operæ, laboris, industriæ suæ compensationem receperint. Eò quod officium suum nemini damnosum esse debeat. *l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadm. test. aper. c. sane dilectus. in fin. ibi gl. v. sustinere. ext. de renunc.*

45 Fatendum enim, idipsum rationi minimè consentaneum esse: sed vel negociorum gestorum actionem contrariam. *Zas. in §. actionum. n. 8. Inst. de actionib.*

Vel familiæ herciscundæ, ad expensas recuperandas, fratribus dandam esse. *arg. l. in hoc iudicium. §. impendia. ff. comm. diuid. l. si quis eum æstimaret. ff. eod. tit.*

46 At interim rationem nullam habet, pro industria, opera, & labore, totam pecuniam exactam, sibi appropriare velle. Nulla etenim est proportio expensarum, ad retentionem totius summæ debitæ atq; exactæ *fac. trad. Euer. in top. in loc. à proport. n. 1.*

Postremò non obstant quoq; ea, quæ de vidua superstite, quodq; ea, medietatem bonorum, secundum mores regionis, sibi capiat, sub QVINTA obiectione adducebantur. Cessant namq; ea, secundum mores regionis vicissim, siquidem viduæ dotalitium fuerit constitutum, illaq; dotalitium sibi constitutum habere elegerit. Hoc etenim casu, vidua, de hereditate mariti, nihil percipit, & è diuerso, hereditatis oneribus non subiacet, sed dotalitio suo contenta, viuit. Qua de re testem appello obseruantiam, practicamque communem.

47 Quod cum ita sit, QVINTA hæc obiectio nihil concludit, sed dispositio, de qua res est, secundum obseruantiam, omnimodo declaranda venit. Etenim ab obseruantia, omnium efficacissima depromitur interpretatio. *tradente idipsum Crau. cons. 592. n. 22.*

48 Et omninò sequendum est id, quod anteà obseruatum fuerat. *l. Titius ff. ad S. C. Trebell. l. filius emancipatus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Hartm. Pist. q. 15. n. 106. lib. 1.*

II. QVÆSTIO.

DVBITANDI RATIONES 5.

DE SECVNDA dehinc quæstione concludendum rursus ab initio videbatur: filiam necesse non habere, aliquid de ære alieno patris dissoluere.

PRIMÒ etenim certò scimus, quod disponens, idemq; parens, æs alienum quod contraxerat, non ignorarit.

Quotannis enim vsuras soluit: sed & recenter, paulò antequam obiret, non minimam, adhuc pecuniæ summã, mutuò accepit.

Locum itaq; inuenit, commune illud Iuris principium: quod hic nulla ignorantiæ præsumtioni, vrpote in facto proprio, locus esse possit. Quis enim nescit, non audiendum esse eum, qui facti proprij ignorationem allegat? *l. quanquam. ff. ad S. C. Vell. l. plurimum. g. de iur. & facti ignor. l. vll. in fin. ff. pro suo. Bl. in l. quicung, n. 2. C. de fer. fugit. Mar. in l. si potest. n. 227. ff. de acquir. hered. Ias. in l. si res obligata. n. 35. vers. in eadem gl. ad fin. ff. de legat. 1. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 23. n. 32.* 49

Quod víq; adeò verum est, vt ne temporis quidem antiquitate accedente, ignorantia facti proprij vlla præsumatur, si tale fuerit factum, ex quo alij obligamur. *Alex. in l. peregrè in pr. n. 2. ff. de acquir. post. Ias. in d. l. si res obligata. nu. 36. ff. de legat. 1. Ant. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 5. n. 8. Masicard. in tr. de probat. concl. 879. n. 43.* 50

Sed & quemlibet, quæ vires sui patrimonij sint, scire, stat præsumtio. *gl. Auth. sed cum testator. ibi Cyn. n. 1. vers. modò quæritur. C. ad l. Falcid. Cyn. in l. quiquis per illexct. C. de resc. vendit. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 23. n. 33. Seraph. de Seraph. in tr. de iur. um. prin. 3. n. 10.* 51

Verum etsi parenti, vt iam euicimus, quæ debebat, non essent absconditæ: filiam attamen ad hereditatem suam capiendam, admitti voluit, nulla interim eius mentione facta, quod creditoribus suis, illa ipsa filia, satisfaceret.

Concludendum itaq; haud iniuria videbatur, voluisse parentem, quod filia portionem suam hereditariam integram haberet: solis filijs verò æris alieni exolutio, incumberet. Etenim hoc si voluisset, vtiq; expressisset. *l. 1. ff. si mens. falsi. mod. dix. 1. vnic. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. c. ad audientiam. ext. de decim. Surd. in tr. de alim. tit. 7. q. 12. n. 13. Crau. cons. 363. n. 17. cons. 374. n. 1. & 2. cons. 379. n. 18.* 52

Etenim vel tantula carta opus fuerat, in qua tot literæ exarari potuissent. *Vt anteitore Ioh. And. loquitur Crau. d. cons. 363. n. 17. & d. cons. 379. n. 18.*

Porrò ambigui quoq; iuris non est: quod talem parens conscribere dispositionem potuerit. Etenim si quilibet extraneus testator, prohibere, atq; interdicere possit, ne detrahatur Falcidia, aut Trebellianica. *DD. communiter in l. nemo potest. ibi Ias. lect. 1. n. 23. & lect. 2. n. 37. ff. de legat. 1. Capiferr. in tr. de nunc. test. p. 3. c. 3. n. 51. Coras. miscel. lib. 6. c. 17. n. 5. Borchol. in tr. de pact. c. 5. n. 83. Molin. in l. 1. §. si quis ita. n. 80. ff. de verb. oblig. Dauth. in tr. de test am: sub. n. 97. & n. 481.* 53

54 Cum ramen vtraq;, boni publici ergò introducta sit. *Br.an l.nemo potest.n.4.ff. de legat. 1. per l.quod de bonis.§.1.ff ad l. Falcid.*

55 Multò magis valebit eiusmodi iussus, atq; præceptum parentis, quo iubet, vt fratres absq; sororibus ex faudis, æs alienum parentis, soli exoluant. Etenim pij liberi, etiam imperfectæ parentis voluntati, obsequi tenentur. *l.in testamento.ff. de fideicom. libert. Cæpserr.in tr.de num.testi.p.1.q.3.n.41. Toming.decis. 13.n.41.*

56 Cum optimè parens, liberis suis prospexisse censeatur. Etenim consilium nullum est, quod paternum vincat. *l. nec in ea. ff de adult. Tiraq.in præfat.l.si vnquam n.9.C. de revoc.donat.*

57 Sed nec adiectio ista, vt soli filij, æris alieni solutionem, absq; filiarum contributione, faciant, quicquam turpitudinis, aut impossibilis complectitur: meritò itaq; obseruanda, adimplendaq; erit. *arg.l. quoniam in prioribus. C.de inoff.testam.iun.l.filius.ff.de condit.instit.*

58 Secvndò, prouisi quoq; iuris, illud est: quod in dubio casu, ea semper amplectenda sit interpretatio, per quam inter liberos, æqualitas conseruatur, atq; retinetur. *arg.l. pater.§.pater pluribus.ff.de legat.2. Bl. in auth. ex testamento n.3.C.de collat. Bl.in l.vt liberis n.1. per ill. text. C.cod. Zuch.in l.1 n.17.C. de pact.*

Amplectemur itaq; sententiam illam, qua filiæ, ab æris alieni solutione, immunes conseruantur.

Nam si fructus feudorum, filijs solis manent, filiæ verò, vt creditoribus paternis satisfiat, contribuere necesse habeant, maxima iam inter vnius eiusdemq; parentis liberos, exoriretur inæqualitas.

59 Tertiò, communis quoq; Interpretum traditio illud vult: eam primas tenere interpretationem, à qua stant iuris communis sanctiones. *l.sed hoc ita.ff.de iur.dot.l.2.§.vlt. ff. de adm.tut.ad tutt.pertin. Cr.an.cons.345.n.3. cons. 370.n.11.*

60 Iam verò illi sententiæ, qua filia portionem suam, ab æris alieni dissolutione, liberam accipit, ius commune suffragatur. Cum longè sit certissimum, & ab omnibus Interpretibus receptum: quod debitum per Vasallum contractum, ex fructibus, reditibusq; feudi, dissoluendum sit. *Specul. in tit.de primo decreto.§.restat.n.8. Br.in l.si fundo.§.si de vectigalibus. n.5.ff.de dam.inf. Iason.in l.pro herede.§.si quid. n.17. ff de acquir.hered. Iason.in l.commodo ff de re iudic. Chri. Kön.in suo proceff. Rubr. von der pfänd auff lehen. quæ est sub c.103. Gail.obs.117.n.6 lib.1. Coler.in tr. de proceff.exec p.2.c.3.ex n.269. Reyer in suis disputat. disputat.8.thef.34.*

Hæc itaq; dispositionis huius interpretatio, principem præ reliquis obtinet locum.

61 Qvarto, absurdum quoq; iure quo vtimur est, si talem interpretationem, per quam dispositio sit illusoria, admittemus. *l.nec ea.§. eorum.ff.de adopt. l.si quis rem & l. ne in potestate. ff. de rec.arb. Cr.an.cons.118.n.24.cons.175.n.3. cons. 888.n.5.& in cons.pro Genero n.61. & n.77. Gerard.Mazoll.cons.119.n.23. vol.1.*

In illam itaq; sententiam, quæ filiæ fauet, pedibus eamus.

Etenim si contrariam secuti fuerimus sententiam, dispositio plane illusoria redditur. Absorbetur enim per æs alienum defuncti, atq; exhauritur, multò maxima ex parte, aut in totum etiam, paterna hereditas.

II. QVÆSTIO.

RATIONES DECIDENDI.

Verùm ne hæc quidem, si præsius aliquantò examinentur, pondus aliquod habent: quinimò statuendum sine hæsitatione vlla est, magis esse, vt dicamus, tum demum filiam admissum iri, cum prius parentis Creditoribus satisfactum fuerit.

Nam Primò quis nescit, iuris esse expressi: quod quilibet dispositionem aliquam conficiens, censeatur, dispositionem suam, conformare voluisse iuris sanctionibus. *Br. l.heredes.§.cum tea. n.4. ad S.C. Trebell. Affl.decis. 226.n.4. Oct.au. Stmouc. tr. de decret. tit.4.n.12. Seraph.in tr.de iuram. priuil.13.n.30. Budel.in tr. de re num. lib.2.c.14.n.3. Tiraq.in tr.l.mort.p.2. decl.9.n.9.* 62

Iam verò vsu iam dudum in regione illa, vbi viuebat is, qui dispositionem hanc confecerat, receptum est, vt creditoribus, ne ex feudi quidem fructibus, tantoq; minus de ipso feudo, satisfiat, quandiu bona allodialia supersunt. 63

Hunc itaq; regionis vsum, imitari, disponentem nostrum voluisse, haud perperam concluditur.

Nec obstat, si dixeris, hanc (vt ita loquar) conformitatem mentis testatoris, cum iuris dispositionibus, ad sanctiones, constitutionesq; iuris communis restringendum esse, nec ad mores, & consuetudines, singularium regionum extendendam.

Etenim Iuris appellatione, mores, & consuetudines etiam veniunt. *text.in l.præscriptione. & ibi Paul.de Castr col.4. Ias.n.14. C. si contr. ius vel vtil.publ. Ias.in l.de quib.n.82.ff.de ll. Schrad. in tr. feud.2.p.9.p.p.sect.3.n.113. vbi alios complures idem tenentes allegat.* 64

Quinimò consuetudo, & mores, in illis locis, vbi vigent, ius commune sunt, & sub nomine iuris communis complectuntur. *Bl. in tit.de pac.constant. vers. nos Romanorum.colum.9. Ias.in d.l.præscriptione.n.15.C.si contra ius vel vtil.publ. Schrad.d.sect.3.n.113.* 65

Sed & plærig; Doctores, huius axiomatis mentionem facientes, de iure municipali, per statutum introducto, quodq; ei, se conformes 66

formes facere disponentes voluerint, loquuntur. *Vt ex Br. d l. heredes. § cum ita. n. 4. ff. ad S.C. Trebell. & alijs antea in id adductis, videre est.*

Refte itaq; idipsum ad illud ius, quod in consuetudine innititur, portigemus. Cum vtrobiq; eadem sit ratio. *Vulgatiss. l. a Titio. ff. de verb. oblig.*

Leuiuscula itaq; est consideratio hæc.

67 Secvndò notissimi quoq; iuris: quod expressum in dispositione censeatur omne id, quod disponentes verisimiliter disposuissent, si de eo interrogati, atq; admoniti fuissent. *gl. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 6. n. 15. Zoannet. in l. 2. n. 139. C. de pact. int. emt. & vend. Romul. in l. vt vim. n. 188. ff. de inst. & iur. Pecc. in tr. de testam. conuig. lib. 4. c. 3. n. 1. Vasq. all. controu. c. 26. n. 1. & c. 76. n. 2.*

Iam verò dubitare non conuenit, quin noster disponens, si admonitus eius, eo tempore, cum pacta dotalia conscriberentur, fuisset, expressisset: quod vellet rem totam ex regionis moribus moderari.

Tum, quod quisq; se conformare velle, consuetudini censeatur. *Vti in præcedentibus ostensum est.*

68 Tum, quod per consuetudinem istiusmodi,
69 vtpote, quæ ad conseruationem feudorum conducit, familiæ quoq; conseruentur, quas masculi soli ab interitu vindicant. *Rol. à Valle cons. 56. n. 26. & cons. 58. n. 81. vol. 3.*

70 Diuitias enim familiarum dignitatem sartam tectam tueri, & è diuerso absq; diuitijs sordescere, atq; interire familias, inter omnes constat. *Tiber. Decian. cons. 1. n. 290. cons. 6. n. 69. cons. 17. n. 28. vol. 1. Card. mal. Paris. cons. 22. n. 54. cons. 30. n. 25. cons. 55. n. 33. vol. 2. per l. quæquid. C. ad l. Iul. maiest.*

71 Porrò diuisionibus diuitiæ imminuuntur atq; decrescunt. *Decian. cons. 7. n. 26. vol. 1. cons. 43. n. 30. vol. 2.*

72 Omnes autem, familiæ, & stemmatis sui propagationem, & incolumitatem appetunt. *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. cum anus. ff. de condit. & demonstrat.*

Hoc ipsum itaq; in dispositione hac, non minus subintelligemus, quàm si syllabatim expressum, in ea legeretur.

73 Tertiò familias saluas, atq; incolumes remanere, publicè interest. *Tiber. Decian. cons. 1. n. 290. & cons. 33. n. 2. vol. 1. cons. 66. n. 40. vol. 3. Craw. cons. 777. n. 1. cons. 856. n. 22. per l. 1. §. antepenult. ff. de vetr. inspic.*

Enimuerò familiarum conseruationi, mores regionis inseruiunt.

74 Præteramus itaq; interpretationem illam, cui mores regionis, suffragium suum dant. Etenim potior illa est interpretatio, quæ fauet, bono & interesse publico. *arg. l. si quis in grauit. § vtrum vers. Iulianus quoq;. ff. ad S.C. Syllan. l. habemus nullum. C. de sacros. Eccles. Craw. cons. 450. num. 10.*

Qvartò, iuuat interpretationem hanc, ipsa dispositio.

Habet enim, successionem in hereditatem paternam, filiæ reseruatam esse.

Iam verò hereditas patris, est successio in 75
vniuersum ius, quod deducto ære alieno patris, supereſt. *Vt disertis verbis testatur gl. in § neq; Inst. de autor. tut.*

Incipit itaq; ibi demùm, paterna hereditas, vbi desinit æs alienum patris: & quod consequens est, prius non admittetur filia, quàm si nihil de ære alieno paterno, quod dissoluatur reliquum fuerit.

Qvintò expendamus quoque illud: 76
quod nihil noui iuris, filiæ in dispositione hac, fuerit attributum, sed quod priſtinum tantùm ius, illi fuerit reseruatum.

Vtitur enim parens verbo vorbehalten / siue reseruare: reseruationem autem nihil noui iuris tribuere, sed id, quod ante competierat, tantummodò conseruare, extra controuersiam positum est. *Tiber. Decian. cons. 10. n. 26. volum. 1. cons. 12. nu. 26. & cons. 13. nu. 81. volum. 2.*

Iam verò si pacta dotalia nulla extarent, filia, ex consuetudine regionis pati iam cogeretur, vt prius fieret, æris alieni detractio, quàm illa, ad partem hereditatis capiendam admitteretur.

Eodem itaque iure, nunc quoq; vtimur. 77
Quandoquidem pacta dotalia, nihil præterea in se contineant, quàm priſtini iuris reseruationem. Reseruatio autem omnis secundum ius (cuius appellatione consuetudo quoq; comprehenditur, per superius in id adducta) declaretur, atq; intelligatur. *Ruin. cons. 59. n. 17. vol. 4. Tiber. Decian. cons. 10. n. 27. vol. 1. vbi alios idem volentes allegat.*

Sextò considerari quoq; illud, diligenter oportet: reseruationem hîc simpliciter factam non esse, sed cum adiectione hac, vt filia succederet, in omnibus casibus, in quibus secundum ius, & sas successio illi deberetur.

Nam hoc cum ita sit, certò iam constat, 78
potiores fore creditores paternos, præ filia, cuiusq; successione. Etenim hereditas bonorum appellatione venit. *Iac. gl. in l. princeps bona. ff. de verb. significat. iunct. §. incorporales. Inst. de reb. corpor. & incorp.*

Dona autem cuiusq; sunt, quicquid, ære 79
alieno deducto reliquum est. *l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. significat. Conarr. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 7. ad fin. Connan. comment. iur. lib. 3. c. 2. n. 9. Pract. Pap. in form. lib. quo vxor agit ad dot. v. dedit, & legauit. n. 4.*

Septimò cogitemus quoq; de illo: quod 80
etiamsi voluisset parens disponere, quod potior esse conditio filiæ, quàm creditorum deberet: quod attamen idipsum iuri esset aduersum

uersum, proindeq; constare non posset. Etenim reseruatio omnis quæ iuri aduersa est, nullius ponderis, aut valoris est. *Ioh. And. in addit. ad Specul. tit. de nat. ex lib. vent. addit. vlt. Petr. Gerh. de Petras. fing. 76. Ias. in anth. ingress. ad fin. C. de sacrof. Eccles. Oldrad. consil. 214. in fin. Decian. consil. 12. n 25. vol. 2.*

Mores enim regionis, hac in parte, bono publico, vtpote, cum familiarum conseruationi, & dignitati inseruiant, inniuntur.

81 Quicquid itaq; aduersus mores hoíce regionis disponitur, bono publico quoq; aduersum est. Et per consequens nullum, & inutile est. Nam qui vult antecedens, vult quoq; consequens. *l. 1. §. 1. ff. de vsufr. pet. l. resectionis. & ibi gl. ff. comm. præd. tor. Euerard. in top. in loc. à concess. antece. ad concess. conseq. n. 1. Affl. decis. 294. n. 1. Pece. in tr. de testam. coninq. lib. 1. c. 21. n. 4.*

82 Et nemo potest id efficere, ne ius siue scriptum siue non scriptum, in suis dispositionibus locum habeat. *l. nemo potest. & ibi DD.*

* *communiter. ff. de legat. 1.*

83 Etenim ius publicum priuatorum pactis immutari non potest. *l. ius publicum. ff. de pact. Tyrrh. in consuet. Autel. tit. de pasc. c. 11. Reub. in tr. de testibus p. 2. n. 42. Sonsb. in tr. feud. p. 2. n. 33. Del Rio in l. Cranfigere. n. 58. C. de transact. Budel. in tr. de rem. lib. 2. c. 3. n. 2.*

Quid? quod istiusmodi dispositioni obsisterent quoq;, iura communia feudalia.

Nam si hic sensus dispositionis huius est, quod filia portionem suam hereditariam integram habeat: debita verò paterna, ex feudi fructibus dissoluantur: iam dispositio hæc, ad feuda quoq; trahitur.

84 Iam verò testatum iura feudalia omnibus faciunt: quod nulla ordinatio defuncti, feudi respectu, valeat, atq; maneat. *c. 1. in pr. de feud. successe. 1. §. donare. qual. feud. ol. Affl. decis. 119. Cacheran. decis. 20. n. 7. Schenck. in c. 1. §. & quia. n. 3. de hiu. qui feud. dar. poss. Intrig. in tr. feud. q. 7. n. 76. Roman. consil. 494. n. 1. & ibi Horat. Mandos. in addit. Cardin. Paris. consil. 65. n. 45 lib. 3. Dec. consil. 46 8. n. 31.*

Labefactatur itaq; rursus, reseruatio hæc.

85 Nec refragatur, quod tamen aliqui Interpretum sint, qui doceant: quod dispositio vasalli de feudi fructibus valida sit, fuosq; effectus producat. *Bl. in c. 1. in pr. n. 8. ibi Aluar. n. 3. vers. quarto ab extra. Matth. de Afflict. n. 7. de success. feud. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. ita etiam quod ipsi vasalli. n. 16.*

86 Idipsum enim verum est, duntaxat, in fructibus feudi, viuente disponente, iam perceptis, atq; à feudo separatis. *Vt rectè interpretatur Schrader. in tr. feud. p. 7. c. 2. n. 25.*

87 Item verum est in illis fructibus, qui secundum distinctionem per c. 1. §. penult. hic finit lex, introductam, adhuc ad heredes vasalli, non verò feudi successorem pertinent. *Vt rursus declarat Schrad. in tr. feud. d. c. 2. n. 25. vers. idem est.*

Sed & DD. qui hoc axioma astruunt, illum casum tantummodò decidunt, cum videlicet parens disponit, vt certam vini partem, quotannis in vinea, quæ feudi pertinens erat, nati, inter pauperes distribuat, feudi successor, ob DEI (vti tum temporis opinabantur) amorem, & decedentis animæ salutem. *Ita namq; loquuntur, quotquot antea in id adduximus.* 88

Rectè itaq; dicere poterimus, ob fauorem piæ causæ id concedi. Cum nonnulli sint, qui etiam totum feudum, piæ causæ addici posse, iure Canonum asseuerent. *qua de re Tiraq. in tr. de priuil. pia causa priuil. 104.* 89

Vt taceam hanc Baldi, & astipulantium decisionem planè dubiam esse, *tradidisse Moz. in tr. feud. rubr. de nat. feud. n. 79. vers. ex quo reddit.* 90

Sed nec illa consequentia valet: potest pater disponere, vt aliquot vini cadi, quotannis, ex vinea, ad feudum pertinente, diffoluantur, vel pauperibus erogentur: Ergò disponere quoque potest, vt aliquot millium æris alieni, quæ integros aliquot annorum, feudi fructus, consumerent, rebus hereditarijs saluis, ex solis feudis solutio fiat. 91

Ducitur enim hoc pacto argumentum à maiori affirmatiue, seu constructiue, quod Dialecticorum regulæ, aut si mauis naturalis ratiocinatio, non ferunt. Euer. in top. in loc. à maior. n. 1.

In cuius confirmationem adduco id, quod alibi traditur non posse vasallum, à morte sua alicui annuos fructus, ex feudo percipiendos, assignare, vel legare. *id quod in individuo scriptum reliquit Iacob. de S. Georg. d. v. ita etiam quod ipsi n. 14.* 92

Pondus itaq; aliquod, Obiectio hæc non habet.

Octavo certo quoq; illud constat: quod in feudis, vtpote, quæ originem suam totam consuetudini accepto ferunt. *And. de Isern. in proœm. feud. q. 4. Aluar. in pralud. feud. q. 7. Aluar. in c. 1. in pr. n. 3. de contem. int. Dom. & vasal. Zas. in tr. feud. p. 1 an pr. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1 in pr. n. 1. & seqq. Marin. Frecc. in tr. de subfeud. lit. de orig. feud. in fine Moz. in tr. feud. Rubr. 1. n. 34.* 93

Magis adhuc attentè, quàm in reliquis, mos regionis, inspiciendus, considerandus, atq; obseruandus sit. *Oldrad. consil. 159. dub. 2. Brun. consil. 1. in fin. Cardin. Paris. consil. 13 n. 30. & seq. & consil. 21. n. 48. lib. 1.* 94

Quare & nos oportet, vt rem totam ex præscripto morum regionis, veluti in causa feudali, moderemur.

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

POtrò decisioni huic non refragantur, quæ antea ceu contraria adducebantur.

PRI-

PRIMÆ enim obiectioni, habenti: quod teſtator, vtiq; hoc, quod iam aſtruimus expreſsiſſet, ſi voluiſſet, &c. plurifariam modis ſatis fieri poteſt.

Veluti Primò: quod filiæ præter hereditatem paternam, reſeruatum nihil ſit. Quam attamen, ibi incipere conſtat, vbi primùm creditoribus hereditarijs ſatisfactum fuerit. Etenim hereditas intelligitur, quicquid ære alieno deducto, reſtat. Vt iantea commonſtratum eſt.

Sed & parentem expreſsiſſe hoc, ſatis conſtat ex eo, quod vſus fuerit verbo reſeruandi.

Cum reſeruatione nil noui naſcatur, ſed ea ius ſolummodò antea competens tueatur.

Ius autem prius competens, ex regionis more, tale fuerit, vt prius creditoribus paternis, ſatis faciendum ſit, quàm portio hereditaria, filiæ obuenire poſsit.

Et deniq; expreſſum id, abundè ſatis eſt, in verbo, pro vt de iure ſuccedere debet. Hinc enim luculentiſsimè apparet: filiam non ſucceſſuram niſi tunc, cum ſuum receperint, creditores hereditarij.

95 Non concludit itaq; hoc argumentum à non expreſsione facta, deductum. Cum expreſſum dicatur omne id, quod naturaliter verbis, eorumq; ſignificatui ineſt, perindè, ac ſi natura ipſa loqueretur, quod verbis omiſſum erat. *Crau. conſ. 589. n. 11. conſ. 659. n. 3. conſ. 811. n. 5. conſ. 916. n. 8. conſ. 965. n. 18.*

96 Secundò reſoluitur quoq; obiectio hæc per id: ſi reſponderimus, illam iuris maximam: omiſſum nempè cenſeri omne id, quod diſponentes, cum potuiſſent, non expreſſerunt: locum ſibi tantummodo vindicare in his, quæ ſtricti iuris ſunt. Vti hoc diſertis verbis teſtatur *Matth. de Affl. c. 1. in pr. n. 32. de ſucceſſ. feud.*

97 Ceterùm in his, quæ benigniùs interpretanda ſunt, contrariam ſuccedere regulam; nimirum pro expreſſo haberi omne id, quod diſponentes veriſimiliter expreſsiſſent, ſi de eo interrogati, edoctiq; fuiſſent. *arg. c. odia. d. reg. Iur. lib. 6.*

Et per conſequens, cum conſuetudo, de qua in præſentia res eſt, talis ſit, vt eam interpretatione adiuuare, condeceat, vtpote, quæ, dum familias conſeruat, dignitatiq; earundem conſulit, bonum publicum à ſuis partibus ſtantem habeat: in ea interpretanda non prior, ſed poſterior iuris regula obtinebit.

Concidit itaq; obiectio.

98 Tertiò, retortione quoque obiectionem, hanc, ſat efficaciter, diluimus (qui optimus contrariorum diſſoluendorum modus eſt. *c. in omni negocio. & ibi DD. Canoniſt. communiter ext. de teſtib. c. qui ſyncera. diſt. 45. Ener. in præamb. topic. n. 18.*)

Nam cum in pactis dotalibus expreſſum non legatur: quod filia debeat immunis eſſe, ab æris alieni diſſolutione. Iam rectè interetur: patrem hoc noluiſſe. Nam ſi voluiſſet, vtiq; hoc expreſsiſſet. *Quo genere retortionis pari fere modo vtitur Crau. conſ. 374. n. 9.* 99

Sic quoq; refutari poteſt facilè id: quod de prohibitione detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ proferebatur:

Etenim diſpar eſt ratio illius, & noſtri caſus. Nam iure, quo hodiè vtimur, Falcidia ampliùs publicam vtilitatem haudquaquam concernit. *Br. in l. nemo poteſt. n. 5. ff. de legat. 1. Br. in auth ſed cum teſtator. n. 1. C. ad L. Falerd. Br. in l. pactum inter heredes. n. 2. ff. de pact.* 100

Noſter verò caſus bonum publicum coniunctum habet. Cuius rei ſuperius demonſtratio facta eſt.

Diſpar itaq; vbi eſt ratio, ibi quoq; diſpar ſequatur iuris diſpoſitio, oportet. *vulg. l. à Titio. ff. de verb. oblig. cum ſimil.* 101

Vt taceam nullam hîc adeſſe prohibitionem, quare fruſtrà de eius valore, atq; operatione, indagatio inſtituitur. Cum non entis nullæ qualitates ſint. *l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 1. n. 9. Vinc. Carocc. in tr. de loc. tit. de ſimil. locat. n. 6. Garc. in tr. de vlt. fin. tur. n. 52. Bocer. in l. contractus. c. 5. n. 3. ff. de reg. iur. Syluan in tr. feud. q. 1. n. 60. & q. 49. n. 4.* 102

Quod poſtea *ad l. in teſtamento. ff. de fideicom. libert. attinet*, quam ideò allegabamus, vt oſtenderemus: quod à pijs liberis, etiam imperfecta voluntas parentis, ſanctè cuſtodiri debeat: innititur ea præſuppoſitis falſis. Neque enim hic imperfectam voluntatem parentis, ſed nullam planè, quæ tale quid dicat, vel requirat, vt ex aduerſo aſſeritur, habemus. Ergo vbi damus priuationem ſubiecti, ibi quoq; damus priuationem qualitatis. *Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 9. n. 45. Ad med. numeri & c. 10. n. 43.* 103 104

Sed & d. l. in teſtamento. ff. de fideicom. libert. ſpecialem caſum, fauorem nempè libertatis tractat. Vndè in conſequentiam haud facilè trahenda erit. Quis enim neſcius eſt, multa libertatis fauore peculiariter conſtituta eſſe. *Specul. in tit. de teſtam. §. inprimis. n. 10. Ioh. Hannib. in l. poſt contractum. n. 10. ff. de donat.* 105

Sed & præter fauorem libertatis generalem, aliud adhuc ibi interuenit, magis fauore dignum, dum nimirum de libertate valdè adamatæ perſonæ teſtatori, alumnæ ſcilicet ipſius, diſponitur. Quò minùs dubitandum, quin ius ſingulare. *text. d. l. in teſtamento. ff. de fideicomm. libert. contineat. atq; ita annotat ibid. gl.*

Denique demolitur quoq; facilè, allegatio iſta: quod præceptum parentis, vt filij ſolij, abſq; filiarum contributione vlla, æs alienum, ex feudi reditibus ſoluant, impoſsibile aut turpe non ſit.

Cum

Cum enim tale præceptum parentis, in præsentia non habeamus; solicitos nos esse, de efficacitate eius, quoq; non conuenit.

106 Vt taceam iſtiuſmodi præceptum, impoſſibile quoq; quid continere. Etenim aduerſum eſt conſuetudini, aduerſum item eſt, iuribus feudalibus. *Qua de re antea fides facta eſt. ſub ſeptima decidendi ratione.*

107 Iam verò incogniti inris non eſt, quod id non poſsimus (vt turpitudinem inſuper habeamus) cui vel conſuetudo: *l. filius. ff. de condit. inſtit. Tiber. Decian. conſ. 14. n. 100. vol. 3.*

Vel ius ſcriptum contrarium eſt. *c. faciat homo. ibi gl. 22. q. 2. Tiber. Decian. conſ. 37. n. 19. volum. 1.*

Videamus iam, de obiectione SECVNDA: illam nimirum interpretationem: quæ æqualitatem inter liberos tuetur, in dubio potiorem eſſe. Sed & illi præſuppoſita ſua deſunt. Negatur enim, nos in præſentia in dubio verſari. Etenim natura verbi, Erbes: item verbi vorbehalten: nec non verbi von Rechtswegen/rem totam, planam, claram, atq; manifeſtam faciunt, vt ambigui nihil amplius remaneat.

108 Et per conſequens vulgatum illud axioma, iam locum inuenit: quod ſublatis præſuppoſitis, ſimul quoque corruat, quæ indè ædificabatur connexio. *gl. in l. mancipia. v. adnecandum. C. de ſeruſugit. Dec. conſ. 201. n. 2. conſ. 233. n. 7. conſ. 317. n. 2. conſ. 591. n. 3. Cephal. conſ. 328. n. 67.*

Deniq; etiamſi in dubio adhuc verſaremur: non attamen, ſi priorem hanc ſectaremur ſententiam, æqualitatem, quam inter liberos ſtabiliremus, ſed ad inæqualitatem ſummam, illos reduceremus.

109 Nam cum iura expreſsè ſanxerint: nemini duplex onus, aut grauamen iniungendum. *l. nauig. §. cum autem. ff. ad l. Rhod. de iact. l. ſi cum dotem. §. ſi pater ff. ſol. matrim. c. mandatum. ext. de reſcr. c. duobus. in fin. eod. tit. lib. 6. Crau. conſ. 803. n. 3.*

110 Quod potiſsimum in patre teſtante, aut aliàs inter liberos diſponente obtinet. *l. Titia. §. qui inuita. ff. de legat. 2. Menoch. in tr. de præſumt. p. 2. lib. 4. præſumt. 193. n. 25.*

Triplici itaq; onere aggrauarentur hoc pacto filij.

111 Etenim primò dotes ſororibus conſtituere, easq; comtas, & ornatas, Sponſis ſuis adducere, nuptiarum item ſumtus perferre, cogerentur: Secundò, totam item hereditatem paternam, debita paterna, filijs auferrent: portione integra, hereditatis paternæ, filiabus interim remanente: & denique etiamſi plurium etiam annorum, bonorum feudalium fructus, in ſatisfactionem creditorum paternorum, eſſent conuertendi: non tamen eo minus, feruitia quoq; domino feudi præſtare, eſſent obſtricti (ob fructus enim feudi, præſtantur ſeruitia. *Bl. in l. ſolennibus. in fin. C. de rei vindicat. Curt. in tr. feud. 4. p. n. 53. Schr. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 33.*)

Obſecro itaque, quæ iſta hæc, eſt æqualitas?

TERTIA dehinc obiectio habet: interpretationem eam, cui aſtipulantur iuris communis ſanctiones, præferendam: verùm id facilè conceſſerim.

Superiùs enim enicimus iam: quod appellatione iuris communis, conſuetudo, in illis locis, vbi viget, potiſsimum veniat.

Sed & inibi palàm fecimus omnibus, idem quod nos decidimus, velle quoq;, regionis conſuetudinem.

Reliquum itaq; illud tantum fit, interpretationem, quam nos diſpoſitioni huic dedimus illam eſſe, quæ ius commune aſtipulans habeat.

Et quantumuis appellatione iuris com- 112
munis, conſuetudo nunquam veniret: axioma tamen, modo adductum, ſine reſtrictione hac, quatenus nimirum, contrariam interpretationem, non adiuuerit conſuetudo, & mos regionis: minimè procederet: ſi enim verum eſt, quod conſuetudo, in locis, vbi colitur, vincat legem. *Br. in l. de quibus. n 5. ff. de legib. Abb. conſ. 7. col. 5. in fin. & conſ. 26. col. 2. in fin. lib. 2. Crau. conſ. 518. n. 2.*

Conſequitur omninò; quod etiam inter- 113
pretationem eam, cum qua ius commune facit, vincat. Etenim ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te. *l. de acceſſionibus. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. Anton. Rub. in tr. de inoff. teſtam. c. 1. n. 6. Boer. in conſuet. Bitur. tit. de iuriſdict. §. 1 2. gl. 2. col. 5. Coraſ. in l. qui liberos p. 1. n. 237. ff. de vit. nupt. Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 7. n. 3. col. 4. ante med. Fr. Niconat. ad rubr. n. 255. ff. de nou. op. nunc.*

Et præterea certum quoq; eſt, quod inter- 114
pretationi huic, præter mores regionis, faueat ius commune ſcriptum. Etenim etſi verum ſit, iuris Interpretes decidere: æs alienum per vaſallum contractum, ex feudi fructibus, atq; reditibus, diſſolui: attamen idipſum de fructibus, viuente adhuc vaſallo, cuius debitum erat, in feudo natis ſolummodò accipiendum erit. *Vt patet ex Speculat. d. tit. de primo decreto. §. reſtat. n. 5. Gail. d. obſ. 117. n. 2. lib. 1. Coler. d. tr. de proceſſ. executiv. p. 1. c. 3. n. 280. & alijs paſſim.*

Momenti itaque alicuius, obiectio hæc non eſt.

Quid? quod & inuerſioni, hîc locus ſit. 115
Cum non minus certum illud ſit: quod vno ore concludant Interpretes omnes: tum demum ad fructus feudales accedendum eſſe, in executionibus rerum iudicatarum, ſi alia nulla ſuperſunt bona, ſiue in ſubſidium. *Raph. Cuman. in d. l. commodiſsi. Inſt. n. 3. ff. de re iudic. Gail. d. n. 2. Coler. d. c. 3. n. 278. Hartm. Piſtor. q. 15. n. 1. & per tot.*

per tot lib. 1. vbi alios complurimos, huius opinionis sectatores nominat.

Idem itaq; quod mores regionis, disponit quoq; hac in parte ius commune: & per consequens interpretatio illa, quæ fauet moribus regionis, rursus etiam ex hoc capite, alia quacunq; potior erit.

Vltimò negocium quoq; aliquod, non exhibet, obiectio QVARTA: illusoriam nempè fore dispositionem hanc, si posteriorem eius interpretationem secuti fuerimus.

Nam & hæc præsuppositis suis, destituitur. Etenim id, quod debebat, operatur quoque, atq; efficit, præsens dispositio.

Quid enim ampliùs vult, quàm vt filia, eo, quo debebat iuris ordine, patris heres fiat?

Ordo verò iuris hic est: vt hereditas ibi incipiat, vbi finitur æs alienum.

Quo in loco in considerationem quoq; illud venit: quod parens eo tempore, cum dispositionem hanc conscribebat, vir adhuc integræ ætatis erat. Quare se adhuc diutius superstitem fore, non immeritò sperabat.

Cum iuris præsumtiones, quibus quisq; homo, ad centum vsq; annos, vitam extendere posse præsumitur, sibi astipulantes habuerit. *l. vlt. ibi gl. v centum annorum. C. de sacrof. Eccles. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1 1. gl. 1. n. 1 1. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. c. vlt. n. 108. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n 667.* 1 16

Quid igitur noui dispositioni huic ineſt? Etenim spem certam conceperat apud se, posse se, ab omni æris alieni onere, tum per largitionem hanc Principis, de qua hactenus egimus, tum per alias eiusdem Principis sui donationes, quas comparare beneméritis suis, posthac quoq;, sibi poterat, emergere. Vndè haud perperam in dispositione sua, vllam æris alieni mentionem facere, supersedit. Quod autem deindè morte præuentus debita multa, post obitum suum dissoluenda reliquerit, id meritò, perpendendum non erit. Non enim casus tristis, veluti mors, & obitus alicuius in considerationem venire debet. *l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verb. obligat. cum tale in pr. ff. de condit. & demonstrat. Decian. cons. 4. n. 32. & cons. 56 n. 48 lib. 2.*

Quare vt rem summatim complectar, sic sentio: filiam pro ea parte, pro qua heres est, ream quoq; fore, ad dissolutionem debitorum paternorum faciendam. Id quod, iuri consentaneum esse crediderim. F. P. D.

Idem respondit, Facultas Iuridica Lipsensis, & Rostochiensis.

CONSILIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1. *Leuteratio iuri Romano incognita est.*
2. *In Marchia Brandeburgica iure Saxonum non viuimus.*
   In Marchia Brandeburgica Leuterationis beneficium nouum, atq; inauditum. ibid.
3. *Leuterationes etiam apud ipsos Saxones, potius ex moribus, quàm ex iure incrementum acceperunt.*
4. *A diffinitione omnis suscepta disputatio, exordiri debet.*
5. *Leuteratio quid.*
6. *Responsa iuris non sunt aculeata diffinitionum examinationes, sed sunt sententiæ, quibus, de iure nos interrogantes, certos à nobis dimittimus.*
7. *Leuterari non potest, vbi sententia ambigua, obscura, aut incerta non est.*
8. *Leuterationes friuolas, meritò reijcimus.*
   Licet contrarium ferè inualuerit, per stylum iudicatorum Saxonicorum. n. 9.
10. *Leuterans friuolè condemnatur in expensas litis retardatæ.*
11. *Leuterans debet exprimere quod leuteret, nec sufficit eum solicitasse Iudicem, vt leuterationi locum daret.*
12. *Leuteratio à nullo alio Iudice, etiam non à superiore peti potest, sed tantùm ab eo qui sententiam tulerat.*
13. *Leuteratio interponi debet intra decendium.*
    Quod incipit currere, a die sententiæ lata & non à die scientiæ. n. 14.
    Et à momento ad momentum. 15.
16. *Leuterare oportet, à sententia secunda Ianuarij, hora decima antemeridiana lata, ante horam decimam, 12. Ianuarij.*
17. *Decendium, leuterationi dictum, prorogari, nec à Iudice, nec à parte potest. Fallit. vt n. 18.*
19. *Leuterans ex Constitutione Prouinciali Saxonica, intra sex septimanas, & tres dies, citationem ad prosequendam leuterationem petere, atq; impetrare debet.*
20. *Constitutiones Electorij Augusti, non pertinent ad illos Saxones, qui Electori Saxoniæ, non subsunt.*
21. *Ad leuterationem prosequendam, quod attinet, sedulò insiciendum, quid velit, cuiusq; curia Stylus.*

22. *Leu-*

22. *Leuteratioui profequendæ, in curia Vinarienſi, vnus tantùm menſis conceditur.*
Et in curia Ienacenſi, inſtantia hæc, ſex ſeptimanarum ſpacio finenda eſt. n. 23.

24. *Leuterationis libello, aduocatus ſemper annectat petitionẽ, vt decernatur citatio, ad partem aduerſam, de profequenda Leuteratione.*

25. *In Leuterationibus explorandum ſeduló eſt, quid ferat iudicij conſuetudo, & an in ſcriptis, in Leuterationis inſtantia agatur, an verò ex ore dicentis excipiatur.*

26. *Leuteratio in foro Saxonico, plerosq; appellationis effectus habet.*

27. *Leuteratione ſemel interpoſita, & nondũ finita, ſententia executioni, mandari nequit.*

28. *Leuteratio operatur ſententiæ prius latæ, vel declaratiuam, vel reformationem, vel confirmationem.*
Vide n. 29.

30. *In Leuteratione non deducta deducere, nõ probata probare licet.*
Vide n. 31. & 32.

33. *Leuteratio ſit communis vtriq; partium, ſi ab altera interponatur.*

34. *Leuteratus quoq; ſententiæ declarationem petere poteſt.*
Vide n. 35.

36. *Leuterari poteſt à ſententia plura capitula habente, in quibuſdam tantùm.*

37. *Sententia plura capitula continens, in non leuteratis, vim rei iudicatæ obtinet.*

38. *Leuteratio ceſſat renunciatione leuterantis.*
Etiam in leuterati præiudicium. n. 39.

40. *Leuterationi aliter renunciari non poteſt, quàm re adhuc integra, ad leuterati præiudicium quod attinet. (n. 41.*
Res integra, quando hac in parte dicatur.

42. *Citationem ad proſequendam leuteratione, confeſtim ac leuteratio interpoſita fuerit, petere, conſultum ſemper non eſt, niſi certiſſima, renunciare nos, leuterationi nõ veſte.*

43. *Leuteratio finitur defertione, quæ inde exiſtit, quod leuterans intra terminum à Iudice præfixum, leuterationem non proſequitur.*

44. *Leuterans petens ſententiam executioni mandari, in partibus, in quibus non leuterauerat, per id, nec renunciaſſe leuterationi, nec illam ipſam deſeruiſſe cenſetur.*

THEMA.

Varebas proximè ex me, qualenam Leuterationis beneficiũ eſſet, quamq; vim haberet: vt eo rectè quis vti poſſet: & denig, vt illud perderetur? Nouum enim atq; inauditum tibi videbatur.

Ego verò, tibi, qui in terris, in quibus iure Saxonico viuunt, verſatus nunquam fueris, nouum id, inſolitumq; quid videri, non mirabar: Cum ſcirem non ſolùm iure Romano, leuterationem, omniaq;, quæ leuterationi ſunt affinia: verùm etiam apud nos, in Electoratu Brandenburgenſi, vtpotè apud quos ius Saxonicum, iam dudum in vſu eſſe deſijt: *Conſtit. Brandeb. ſub tit.* von Brandenb. Rechten *ibi*: vnd ſonſten in allen andern ſachen nach beſchriebenem Keyſerrecht/belehrung vnd Vrtheil geben vnd ſprechen. 1

Incognita planè eſſe. Quinetiam apud ipſos Saxones, potius ex moribus, quàm ex iure, leuterationes inualuiſſe, atq; receptas eſſe. *Vti in indiuiduo tradidit piæ memoriæ Dan. Mull. ad conſtit. Saxon. p. 1. conſt. 19. n. 2. & n. 25.* 2 3

Quare, vt petitionibus tuis morem geram, rectius me facturum arbitror, ſi rem totam quatuor quæſtionibus explicem, & ob oculos tibi ponam.

1. Videamus namq; PRIMÒ: quid ſit Leuteratio.
2. Quæ obſeruanda, vt ritè, rectéq; introducatur.
3. Qui eius effectus.
4. Et deniq; Vt ea rurſus ceſſet vel amittatur.

Hiſce enim rectè perceptis, non dubito, quin Leuterationis beneficij naturam, ipſamque eſſentiam, probè quis calleat.

I. QVÆSTIO.

Potrò aliquem eſſe, qui ignoret, commune illud Philoſophorum, & Iuriſprudentium præceptum: omnem ſuſceptam diſputationem, à diffinitione exordiri debere, non puto. *tradentib. Cic. lib. 1. de offic. Ariſtot. lib. 1. de cœlo. Bl. in pralud. feud. n. 8. Cagnol. in l. 1. in pr. n. 3. & ibi Martin. Benekendorff. in ſummar. 2. memb. n. 2. ff. de reg. Iur. Benincas. in tr. de priuil. paupert. in pr. ante num. 1. Petr. Loriott. in tr. de pact. axiomat. 1.* 4

Iurat itaq;, & hoc quoq; in loco, Leuterationis diffinitionem, in principio præſentis reſponſi, collocare.

Diffinitur itaq; Leuteratio, eſſe beneficium iuris, quo emendatio, vel declaratio ſententiæ ambiguæ, vel obſcuræ ab eo iudice, qui eam tulerat, petitur. *ita in indiuiduo docuerunt Dan. Mull. in ſemeſt. lib. 1. c. 7. n. 1. Dan. Mul. ad Conſt. Saxon. p. 1. conſt. 19. n. 1. Erneſt. Cothman. conſ. 39. n. 474. fac. tradita. Goldſteinſ. in ſuo proceſſ. Rubr.* von der leuterung. 5

Hanc diffinitionem Leuterationis ab Interpretibus Saxonici Iuris traditam eſſe reperio. Quam nunc preſsius examinare nolim. Cum id ab inſtituto noſtro, dum de iure reſpondemus, alienum ſit. Non enim ſum neſcius eius, quod reſponſa iuris, non aculeatæ diffinitionum examinationes eſſe debeant: ſed quod ſententiæ ſint, quibus ſe interrogantem, de iure, Reſpondentes, certum à ſe dimittunt. *§. reſponſa. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. fac. trad. Dec. in apolog. aduerſ. Alc. c. 2. n. 8. 9. & 10.* 6

II. QVÆ-

II. QVÆSTIO.

Ceterum proponenti Leuterationem, hæc obseruanda esse censeo.

7 Vt videat, num ambigua, obscura, aut incerta sit sententia. Nam horum nullum si erit, autor ei sum, vt à leuteratione abstineat. Cum hoc casu non nisi friuolè, & vitiosè interponatur. *tradente in indunduo Cothm. d. conf. 39. n. 469.*

8 Cum item verendum ei sit plurimum, ne hoc casu non admittatur. Etenim friuolæ Leuterationes non recipi æquius est. *Mull. ad Constit. Saxon. p. 1. const. 19. n. 27.*

9 Quamuis id malè obseruet, vsus, stylusq; iudiciorum. *teste eod. Mull. d. const. 19. d. n. 27.*

10 Aut si admittatur, quod tamen præmium nullum aliud, malitiæ suæ reportaturus sit, quàm condemnationem in expensas retardatæ litis. Siquidem id à parte aduersa petitum fuerit. *Dan. Mull. in semestrib. lib. 1. t. 8. n. 1. Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 1. Constit. 19. n. 14. Consultationes habite super constit. Saxonic. Moguntie excuse. p. 3. q. 33. Knich. ad priuil. Saxon. c. 4. paulò post pr. vers. postremò. mihi fol. 265.*

11 Obseruet deindè Leuterans, vt non solùm soliciter, pro impetranda leuteratione, verùm etiam vt exprimat, se leuterare. Das er nicht allein vmb leuterung anhalte / sondern auch hinzu thue: Ich leutere. Cum alioqui res dubio non careat, an etiam debita forma, contradictio aduersus sententiam prius latam, facta sit. *Vti in indunduo tradidit Modest. Pistor. q. 151. n. 1. 2. & 3. p. 4.*

12 Caueat tertiò ne leuterationem sententiæ, ab alio quocunq; Iudice, etiam superiore petat, quàm ab eo, qui sententiam promulgarat. *Goldast. in suo process. d. tit.* von leuterung. *Dan. Mull. ad d. const. 19. n. 2. Knich. d. c. 4. vers. differt Leuteratio.*

13 Oportet quartò, vt Leuteratio hæc, intra decem dies interponatur. *Chil. Goldast. d. rubr.* von leuterung. *Modest. Pistor. d. q. 151. in pr. p. 4. Dan. Mull. ad d. Constit. Saxon. p. 1. Constit. 19. n. 6. & n. 24.*

14 Et cum decendium hoc à die sententiæ latæ, & non à die scientiæ incipiat. *Mull. ad d. const. 19. n. 6.*

15 Et à momento in momentum currat. *Dan. Mull. d. const. 19. n. 6.*

16 Vndè à sententia, quæ secunda Ianuarij, hora decima antemeridiana ferebatur, ante horam decimam, 12. Ianuarij, leuterare oportet. *Mull. d. const. 19. n. 7.*

17 Nec enim decendium hoc, à parte, vel à Iudice prorogari potest. *Mull. d. constit. 19. n. 8.*

18 Dummodò leuterans tempore datæ sententiæ, vel procurator eius præsens fuerit. *Mull. ad d. constit. Saxon. 19. n. 10.*

Sedulò cauendum, ne in constitutionem hac in parte peccetur.

Necesse quoq; est, & pro forma leuteratio- 19
nis ex constitutione Augusti Electoris Saxoniæ requiritur, quintò: vt Leuterans intra sex septimanas, & tres dies citationem, ad prosequendam Leuterationem petat, atq; adeo imperret. *d. consult. 19. p. 1. & ibi Dan. Mull. n. 3.*

Sed cum hæc constitutio, ad illa loca, quæ 20
quidem iure Saxonico reguntur: at interim Electoratui Saxonico subiecti non sunt, non pertineat. *Vt patet ex proœmio illarum Constitutionum, per ipsum Electorem Augustum publicato, vbi subditos tantum alloquitur. fac. trad. Coler. in tr. de process. execut. p. 1. c. 3. nu. 227. Dan. Mull. ad Constit. Saxonic. p. 3. const. 20. n. 62.*

Non abs re erit, vt quid sibi hac in parte 21
velit cuiusq; iudicij stylus, diligenter attendatur. *per trad. Muller. ad d. constit. 19. n. 31.*

Sic in curia Vinariensi, vnus tantum men- 22
sis, ad leuterationem prosequendam datur. *Knich. ad priuil. Saxonic. d. c. 4. fol. 265.*

In curia verò Isenacensi, instantia hæc, spa- 23
cio sex septimanarum includitur. *Knich. d. loco.*

Et in omnem casum suaserim, vt Aduoca- 24
tus, vel procurator semper, dummodò Leuterationi, clientem suum posthac non renunciaturum, certus sit, superuacuæ disputationis vitandæ gratia, ipsi leuterationi, petitionem quoq; citationis, ad eandem prosequendam adiungat, *vt rectè monet Mull. ad d. constit. 19. n. 5. in fin.*

Et deniq; videndum omninò erit, quid 25
velit iudicij consuetudo: & an ferat, causam, in instantia quoque leuterationis, in scriptis agi, an verò, desideret, vt ex ore dicentis, excipiatur, quod è re, vnius, alteriusúe partis, fuerit. das aus dem munde in die Feder verfaßt werde.

Videbis itaq; num in vllam harum legum Aduersarius tuus peccarit. Nam hoc si sit, iam latus, ad istiusmodi leuterationes euertendas, patebit aditus.

III. QVÆSTIO.

Ad effectus deindè quod attinet, à plæ- 26
risq; traditur, vsu quoq; præterea receptum * est, Leuterationem in foro Saxonico, appellationi similem esse, & plærosque effectus appellationis producere. *Modest. Pistor. q. 22. n. 6. & ibi Iacob. Schult. in addit. n. 11. p. 1. & d. q. 151. n. 3. p. 4. Consult. super Constit. Saxon. habit. p. 3. q. 38. n. 2. Rauchh. q. 12. n. 6.*

Illud itaq; primò efficiet Leuteratio, quod 27
ea interposita, & nondum finita, sententia executioni mandari nequeat. *Modest. Pistor. d. q. 22. n. 1. & 6. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. d. q. 153. p. 4. Knich. ad priuil. Saxon. ad v. Ius. d. c. 4. vers. & primò quidem. fol. 263. Dan. Mull. ad Constit. Saxonic. d. Constit. 19. n. 24.*

Deindè operatur quoq; sententiæ prius 28
latæ declarationem, vel reformationem, vel confirmationem. testibus *Knich. ad d. priu. Saxon.*

in d.v.ius. c. 4. vers. tertiò sententia. fol. 263. Dan. Mull. ad Constit. Saxonic. d. constit. 19. n. 24. & Wesenb. in paratit. n. 10. ff. de re iud.

29 Quod attamen quoad reformationem, indistinctè non admittit *Cothm. in d. cons. 39. n. 478. & seqq. quem sequitur. Muller. d. const. 19. n. 25.*

30 Tertiò, hunc habet effectum, quod deducta non deducere, probata non probare, licitum atq; permissum sit. *Schneid. ad §. curare. n. 37. Inst. de action. Dan. Mull. ad d. const. Saxon. 19. n. 25. p. 1.*

31 Et quamuis contrarium tueatur *Goldstein in suo process. p. 3. d. tit.* von der leuterung: *nec nō Knich. ad d. v. ius. c. 4. fol. 264. vers. secundo in leuteratione.*

32 Hoc attamen vsu receptum est. *attestante Muller. d. n. 25. & 26.*

Vndè horum contradictiones non moror. Nisi contrarius vsus, eius iudicij, in quo hæc leuteratio instituta est, edoceatur.

33 Quartus deniq; effectus leuterationis est: quod leuteratio ab vna partium interposita, alteri quoq; communis fiat. *Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 1. Const. 19. n. 24. Knich. ad priuil. Saxon. in d. v. ius. c. 4. vers. secundò vti appellatio. fol. 263. Rauch. q. 12. n. 2. Consult. habitæ super Constit. Saxon. p. 3. q. 38. n. 2. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. q. 22. n. 11. p. 1.*

34 Vnde quoq; non leuterans solùm, verùm etiam leuteratus, sententiæ declarationem petere potest. *Knich ad d. v. ius. c. 4. d. vers. secundò vti appellatio.*

35 Hoc ita si in ijsdem capitulis, in quibus leuterans, aut quæ eis connexa sunt, leuteratus quoq; declarationem petierit. *Ernest. Coth. d. cons. 39. n. 490. Knich. ad d. v. ius. c. 4. d. vers. secundò all fin. fol. 263. Rauchb. d. q. 12. n. 13. & 17.*

36 Potest enim si sententia plura, diuersaque continebat capitula, à quibusdam tantum leuterari. *Knich. d. fol. 263. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. d. q. 22. n. 23. p. 1.*

37 Atq; tunc in reliquis non leuteratis articulis, sententia prius lata, rei iudicatæ vim, obtinebit. *Knich. Rauchb. & Schult. in loc. mod. design.*

Videbis itaq; & tu, num nam declaratione sententiæ, in illis punctis, in quib. aduersa pars leuterabat, vel quæ ijs connexa sunt, indigeas. Poteris namq; hac in parte, Leuteratione Aduersarij tui quoq; frui.

IV. QVÆSTIO.

Cessat porrò leuteratio, primò renunciatione, veluti si leuterans, beneficio illi, expressè renunciauerit. *Dan. Mull. ad Constit. Saxonic. 19. n. 22. p. 1. Rauchb. d. q. 12. n. 2.* 38

Etiam in præiudicium alterius partis. *Dan. Mull. d. constit. 19. n. 22.* 39

Hoc rursus ita, si re adhuc integra, renunciatio hæc facta sit. Alioqui enim in suijpsius, præiudicium, leuterans renunciare leuterationi potest: non autem Aduersarij. Sed poterit tunc aduersarius, leuterationem semel cœptam, etiam leuterante reluctante, prosequi. *Dan. Mull. ad d. Constit. 19. d. n. 22. Knich. ad d. priuil. Saxon. d. fol. 263.* 40

Dicitur autem hac in parte res integra, si leuteratio, per citationem, ad prosequendum, vel iustificandum leuterationem, emissam, introducta adhuc non fuerit. *Dan. Mull. d. Constit. 19. n. 22. Knich. d. fol. 263. Rauchb. d. q. 12. n. 5. vbi hoc verius, & receptius esse attestatur.* 41 **

Quare, nisi apud Leuterantem, planè steterit sententia, se nunquam leuterationem relicturum, consultum satis non erit, si citatio hæc, petita confestim eo tempore fuerit, cum primum leuteratio interponitur. Propterea quod leuterans tunc seipsum priuet, renunciationis beneficio. Quamuis, vt temerariæ disputationes euitentur, id suadeat Mull. ad d. constit. 19. n. 5. vers. rectius. 42

Secundò introducitur leuterationis remissio, tacita quadam renunciatione, quæ per desertionem fit. Nam eo ipso, quod leuterans, intra terminum à Iudice præfixum, leuterationem non prosequitur, illa ipsa deseritur, cessareq; incipit. *Dan. Mull. ad d. constit. 19. nu. 30. p. 1.* 43

Ceterùm per id, quod quis executionem sententiæ, in partibus, ab ijs, quarum gratia leuteratio interponebatur diuersis, petit: nec desertio, nec renunciatio leuterationis oritur. Sed leuteratio in suo statu nihilominus permanet. Vt complurimis, & me Iudice rectè docuit *Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. q. 22. n. 17. & seqq.* 44

Et ex his constare iam posse arbitror, quid sit leuteratio: quid in ea rectè proponenda, obseruandum: qui eius effectus, quoque pacto hæc cesset, caducaq; fiat.. Id quod te scire volui. F. P. D.

CONSI-

CONSILIVM XXXIV.

SVMMARIVM.

1. *Pater de hereditate sua, inter liberos, etiam inter vivos, veluti paciscendo vel diuidendo disponere potest.*
Extenditur. n. 2.
3. *Diuisio bonorum patris, inter liberos, si subsistere debet, oportet eidem liberos omnes subscripsisse.*
4. *Schedula qualibet, patris manu conscripta, etiam omni testium subscriptione carens, probat attamen voluntatem patris inter liberos, & ideo obseruanda est.*
5. *Testamentum paternum vt valeat, assensum liberorum non requirit.*
6. *Testamenti factio, libera omnibus esse debet, posthac enim aliud velle non possunt.*
7. *Schedula patris manu subscripta tantùm, inter liberos valet.*
Dummodo in subscriptione attestetur parens, hanc cartam, vltimam suam voluntatem esse. n. 8.
9. *Testamentum patris, non aliter obtinere, quàm si in eo, liberi æqualiter, heredes scripti fuerint, sunt qui velint. At contrarium receptius est. n. 11.*
10. *Liberis inæqualiter institutis, hi habiti fuisse, iure filiorum: illi iure primogenorum: illi iure legitimorum, hi bastardorum, videntur.*
12. *Legitima titulo institutionis, etiam in testamento inter liberos, relinquenda.*
13. *Institutionem, in testamento inter liberos, qualacunq; verba, important.*
14. *Codicillus nihil præterea desiderat, quàm vt quinq; testes: etiam non rogati, adhibeantur, eodem tempore.*
15. *Pater codicillum faciens, liberos heredes scribere, necesse non habet.*
16. *Donatio causa mortis, rectè constat, si donans, & donatarius, personæ habiles fuerint, adhibuerint item, ad actus huius celebrationem, testes quinq;.*
17. *In donatione causa mortis inter patrem, & liberos, duo vel tres testes, interuenisse satis est.*
18. *Donatarium, in donatione causa mortis, præsentem esse oportet.*
19. *Donatio causa mortis absenti facta in vim fideicommissi valet.*
20. *Fideicommissum rectè colligitur ex eo, quod dispositio, hunc sibi propositum habet finem, vt bona conseruentur in familia, & agnatione.*
21. *Fideicommissum introducunt ea verba, quibus desiderium suum exponit testator.*
22. *Testamentum patris, ratione voluntatis imperfectum, non valet, nec vt donatio causa mortis, nec vt fideicommissum, nec vt diuisio inter viuos, tantoq; minus vt testamentum inter liberos.*
23. *Testium adhibitio, subscriptio, & si quæ sunt alia, ad testes pertinentes, concernunt solennitatem testamenti extrinsecam, nihil autem commune habent, cum perfectione voluntatis testantis.*
24. *Testamentum, quando ratione voluntatis perfectum censeatur.*
25. *Testamentum ratione voluntatis, eo ipso censetur perfectum, quod asscriptam habet clausulam: actum in hoc vel illo loco, &c.*
26. *Pater disponere de bonis suis ad libitum potest.*
26. *Pater nisi idipsum fraudulenter egerit, omnia bona sua, alienare potest.*
27. *Pater potest bona sua omnia distrahere, & precium inde redactum, in mare, in filiorum præiudicium proijcere.*
28. *In feudum, bona sua allodialia, quilibet dare, & vicissim accipere potest, qui id facere expressè prohibitus non reperitur.*
29. *Pater in feudo nouo etiam filijs, tantoq; magis filiabus, præiudicare potest.*
30. *Feudum in pecunia consistere nequit.*
31. *Pecunia, quomodo in feudum dari possit.*
32. *Pactum, vt pecunia in emtionem feudorum conuertatur, valet, & actionem ad interesse, contra non adimplentes istiusmodi conuentionem producit.*
33. *Dispositio patris, vt certa pecuniæ quantitas, de nummis, quos reliquerat, in feudorum emtionem conuertantur, valet.*
Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valet. ibid.
34. *In Marchia Brandeburgensi hodie, pecunia in feudum, propterea quod ita præceperat testator, conuertitur.*
Idem sit in Electoratu Saxoniæ, & Misniæ. nu. 35.
36. *Inuestitionum literæ, vt concipi soleant, cum pecunia in feudum conuertitur.*
37. *Feudum constitui nequit, nisi accesserit inuestitio.*
Et quomodo id procedat. n. 38.
39. *Pecunia in feudum conuertenda, deponi debet, in curia Domini, donec inuestitio perficiatur. Secundum aliquos. Verum id necessarium non est, & aliter obseruat usus, in vtroq; Electoratu Brundeburgico, & Saxonico. n. 40. 41. & 42.*
43. *Legitima in testamento, etiam inter liberos, plenè, & integrè, liberis relinquenda est.*
44. *Legitima si liberis integra, asscripta in testamento non fuerit, liberi agunt ad supplementum legitimæ.*
Extenditur. n. 45.

46. *Alegitima deducendum omninò est, es alienum, & funeris impensa.*

47. *Dos vivo patre persoluta, in legitimam imputatur.*

48. *In legitimam imputantur, iocalia, & aliæ vestes, preciosiores.*

49. *In legitimam imputantur, sumtus studiorum, maximè si alias, reliqui liberi, debitum bonorum subsidium non consequerentur. & nu. 50.*

51. *In legitimam imputantur equi, arma, & similia, quæ filio, in bellum non eunti data sunt.*

52. *Legitima quota bonorum portio sit.*

53. *Ad legitimam, masculi, & feminæ pariter admittuntur.*

54. *Conditio ex lege, competit in id, vt legitima suppleatur.*

55. *Ad legitimæ supplementum rectè agitur, quantumuis parens instituisset, ne liberi, amplius quid, peterent.*

56. *Legitima fideicommisso grauari nequit.*

57. *Legitima quibuuis legatis potentior est.*

58. *Legitima deducitur, à donatione causa mortis.*

59. *Ad legitimam supplendam, non solùm heredes, verùm etiam legatarij, cogi possunt.*

60. *Legatum ita interpretari oportet, ne in frugiferum fiat.*

61. *Inuentarium intra triginta dies, post tabulas testamenti apertas, conscribendum est.*

62. *Legatum debet demum incipit, à die hereditatis adita.*

63. *Hereditas, per inuentarij confectionem primùm aditur.*
Aut quod verius, ne aditur quidem adhuc. n. 64.

65. *Legatum nunquam censetur iterabile, vel annuum, nisi verbis id exprimatur.*

66. *De legato diuidendo, ex regionis consuetudine, fieri debet.*

67. *In Marchia Brandeburgensi, dimidia pars hereditatis, cedit comitij superstiti.*

68. *Testamenti pars vna ex altera declaratur.*
Et quatenus id verum sit. n. 69.

70. *Scriptura præcedens certa, & determinata, declarat sequentem, generalem vel obscuram, non autem econtra.*

71. *Clausula præcedens, magis influit in primam, quàm è diuerso.*

72. *Testatorum verba, sepius vulgari more, accipienda, declarandaq; sunt.*

73. *Testator in institutione vxoris, ad euitandas controuersias, mentem suam, quàm fieri potest, dilucidissimè explicare debet.*

74. *Constitutio Marchica præcipit, vt rata sint omnia, de quibus in pactis dotalibus conuenerat.*
Et quomodo id intelligendum. n. 75.

76. *Testamentum imperfectum, ratione solennitatis, pondus aliquod, ad extraneos quod attinet, non habet.*
Fallit. vt n. 78.

77. *Extraneus, respectu testamenti imperfecti, dicitur omnis, qui non est ex liberis.*

78. *Mundus, ornatusq; muliebris, pertinet ad heredes mariti.*

79. *Lana, & Linum, reliquæq; eius generis res, deuoluuntur ad mariti heredes.*
Quamuis hæ, industria vxoris comparatæ fuerint.
Kisten vnd Kastengeräthe / *pertinet ad mariti heredes. ibid.*

80. *Constitutio Marchica, mundum, ornatumq; muliebrem, item lanam, & linum, seu præcipuum quid, vxoribus non tribuat.*

81. *Fructuum quid, ex eis pactis dotalibus, quæ impugnare amittebatur, consequi non debet.*

82. *Consuetudo valet, quæ vestes preciosiores, reliquaq; ornamenta muliebria, viduis, non autem mariti heredibus cedunt.*

83. *Vestes preciosiores, & ornamenta muliebria, quando mulieribus, viduis, per maritorum heredes, meritò non auferantur.*

84. *Consequens qui vult, hunc quoq; antecedens velle, necesse est.*
Testator disponens, vt filiæ post obitum matris, ornamenta, & vestes preciosiores eiusdem, inter se diuidant: eo ipso censetur voluisse, vt ornamenta hæc, & vestes matri relinquerentur atq; cederent. ibid.

85. *Voluntas testatoris legitima, dominatur reliquis omnibus. Etiamsi hæc tacita fuerit, dummodo colligatur ex coniecturis necessarijs, aut valdè probabilibus.*

86. *Voluntas testatoris, qua vxori suæ reliquit mundum muliebrem, omne ornamentum, & quicquid ei, vinus dedisset, donasset, eius causa comparasset, &c. legitima est.*

87. *In collatione veniunt illa tantùm bona, quæ ad illum, qui conferre debet, peruenerunt, ab eo, de cuius hereditate diuidenda, agitur.*

88. *Collatio omnis indè oritur, vt æqualitas inter liberos conseruetur.*

89. *Æqualitas vlla ibi esse nequit, vbi vna pars tum, onere dupli, aggrauatur.*

90. *Destinata ad aliquid faciendum, antequam reipsa destinentur, pro factis nondum habentur.*

91. *Traditione opus est, ad adipiscendum dominum.*

92. *Possessio rei non vacuæ, autoritate propria, occupari nequit.*

93. *Possessio vacua qua sit.*

94. *Dominium defuncti continuatur in heredem suum.*

95. *Filia in vita patris, etiam quodammodo, domina bonorum paternorum existit.*

96. *Filia*

96. *Filia nupta non est heres suus.*
Matrimonium nostratium moribus, introducit emancipationem quandam. ibid.
97. *Emancipata, non recensetur inter suos.*
98. *Possessio etsam in suos heredes, non continuatur. sed realis apprehensione, hic opus est.*
99. *Heres aditione, dominus rerum hereditariarum efficitur, absq; traditione alia.*
100. *Aditio hereditatis, non est suo heredi necessaria, ob continuationem domuy defuncti, in eundem.*
101. *Hereditas iacens esse potest, quatenuis existat suus heres ex receptori.*
102. *Heres adita hereditate Dominus rerum hereditariarum est, possessor non est.*
103. *Heres possessionem hereditariarum, recte apprehendit, contradictore non existente.*
104. *Actio expulsæ hereditatis, datur heredi, aduersus cohæredem.*
105. *Legitime nomine filius possessionem rei alicuius hereditariæ, recte non apprehendit.*
106. *Inuentario heredis, quæ res inferi debeant.*
107. *In inuentario heredis res alienæ describendæ non sunt.*
Et quæ res alienæ hac in parte dicantur. n. 108.
109. *In inuentarij conscriptione, apponere fas est, quatenus res ad testatorem pertinuerint, quatenus item ad alium quempiam spectabunt.*
110. *In collationem veniunt post mortem patris, omnia, quæ filiæ, occasione matrimonij obtinuerant.*
111. *Probari id, quod asserimus, facile posse, nostra uerè sit.*
112. *Probatio per scripturam, & tutor & faciliorest.*
113. *Legitimam sibi assignari per Iudicem, liberi recte petunt.*
114. *In communione, stare nemo cogitur.*
115. *Res communes plerunq; valde negliguntur.*
116. *Curator bonis absentis recte datur.*
117. *Absens causa studiorum, abest tantum ex causa probabili, & non necessaria.*
118. *Scholari absenti, curator recte datur.*
119. *Adeundæ hereditatis ius tantum triennali tempore præscribitur.*
Et quatenus id verum. n. 120.
121. *Hereditas adiri non potest per Curatorem. Fallit vt n. 123.*
122. *Argumentum à Procuratore, ad Curatorem, non valet.*
124. *Curatoris auctoritas, non sufficit, ad adeundam hereditatem.*
Et quomodo idipsum intelligendum. n. 125. & 126.
127. *Absens aduersus gesta per Curatorem, qui dabatur alijs petentibus, restituitur.*
Et quatenus id verum sit n. 128.
129. *Consequentia bona est, est minor & læsus sua facilitate: Ergò restituitur.*
130. *Scholaris qui studiorum causa abfuerat, domum reuersus, & patrimonium suum, imminutum reperiens, restituitur.*

THEMA.

VIr Nobilissime, atq; Strenuissime, de illis quæstionibus, de quibus nuper sententiam meam rogabas: posteaquam addidici, quid in se pacta dotalia, cum coniuge, nunc vidua inita, & dispositio ultima defuncti, complecterentur, sic sentio.

PRIMÒ, videndum esse, quæ dispositionis huius defuncti, vtpote, quæ à feudis nouis, filias excludit, & insuper vult, vt de pecunia numerata, quadraginta millia, in coëmtionem feudorum conuertantur, vires, atq; efficacitas sint. 1

Nam de eo, quod filiæ, dispositioni huic, non consenserant, nihil attinet dicere.

Et sanè bene vidi, dispositionem hanc, à nullo tabellione conscriptam fuisse: vidi item, quinque tantùm testes, adhibitos fuisse: animaduerti denig, nonnulla illi ipsi inesse, quæ peruersa, non dicam inepta planè sunt.

Præterea considerabam quoq, illam ipsam dispositionem, vt diuisionem inter liberos, inter viuos factam, constare non posse.

Nam etsi iuris sit indubitati: quod de hereditate sua, pater inter liberos quoq; inter viuos, veluti paciscendo, diuisionem faciendo, aut alio quocunque modo, contrahendo, disponere possit. tradente in indiuiduo *Br. in l. tale pactum. §. vlt. n. 3. vers. vel si esset. & ibi Ias. n. 10. per ill. text. ff. de pact. Ias. in l. Licet. n. 8. C. eod. tit. Georg. Natan. in tr. de pact. n. 61. vers. quintò fallit.* 1

Maximè vt tale pactum, vel diuisio, non vt testamentum, vel alia vltima voluntas, sed vt actus inter viuos, etiam ab intestato, parente decedente, sustineatur, atque custodiatur. *Vt ex Bl. & Castr. in specie autor est Natta ad l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 210. C. de testam.* 2

Video attamen hic, liberos omnes, non subscripsisse, id quod tamen fieri, vt diuisio constans esset, omninò oportebat. *per text. ad literam in auth. si modo. C. famil. herciscæ.* 3

Verùm etsi hoc ita sit, non tamen dubito, quin præsentem dispositionem, vt testamentum inter liberos, vel vt codicillum, vel vt donationem mortis causa, vel vt fideicommissum rectè tueamur.

Nemo enim eſt, qui inficias ire poſsit, quin parens defunctus, haſce tabulas manu propria ſubſcripſerit: nec non ſigno ſuo obſignarit.

4 Quid igitur obſtet, quo minus hanc, ceu diſpoſitionem inter liberos, valere ſtatuamus, equidem non perſpicio? Incogniti enim iuris non eſt: quod quælibet ſchedula manu patris conſcripta, etiamſi omni teſtium ſubſcriptione careat; probet attamen voluntatem patris inter liberos: ideoq; obſeruanda ſit. *tradente in individuo Iaſ. in auth. quod ſine ui pr. & ibi Natta. n. 1. Sichard. n. 2. Dauth. n. 28. qui hanc authenticam cum §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima* * *coniungit. & DD. communiter. C. de teſtam. Dilect. in tr. de art. teſt. tit. 2. caut. 2. n. 9. Tiraq. in tr. de priuil. pia cauſ. priuil. 4. Thoming. deciſ. 4. n. 1. And. Gail. obſ. 112. nu. 9. lib. 2. Hartm. Piſtor. communem dicens. q. 1. n. 4. lib. 1. Menoch. in tr. de præſumt. tom. 1. præſumt. 7. n. 5. Iul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamentum. q. 14. n. 1. Roderic. Aluar. in tr. de conuict. ment. def. lib. 3. c. 2. n. 11. Mich. Graſſ. recept. ſentent. §. teſtamentum. q. 16. n. 1. Speckhan. q. 48. n. 2. cent. 1. Eman. Soar. com. opin. lit. T. n. 47. Petr. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer. ext. rab. lib. 2. c. 68. n. 7.*

5 Quod cum ita ſit, ambigi quoque non oportet, quin hæc quoque diſpoſitio, ad ſui obſeruationem, filias quoque aſtringat, etiamſi conſenſus harum nunquam fuerit adhibitus.

Nuſquam enim in toto iure cautum eſt, in id, vt valeat teſtamentum paternum, liberos aſſenſiſſe, opus eſſe. Quare id temerè affirmare rationis non eſt. *per trad. Euer. in loc. à lege ceſſ. n. 1. & per tot.*

6 Quinimò iura expreſſè edixerunt, nihil magis deberi hominibus, quàm vt liber eorum ſit teſtandi, quoniam aliud poſthac, velle non poſſunt, Stylus. *text. ad literam in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Tiraq. in tr. le mort. p. 7. declarat. 5. n. 9. & 10. Toming. deciſ. 13. n. 41. Burch. in tr. de pact. c. 5. n. 67.*

Neque verò repugnat his, quod attamen parens diſpoſitionem hanc integram, manu propria non exararit; ſed tantum ſubſcripſerit, & obſignarit.

7 Nam & ſchedulam à patre tantùm ſubſcriptam eſſe, hac in parte ſufficit. *Iaſ. in d. auth. quod ſine n. 1. verſ. ſi autem talis. & ibi Natta* * *n. 44. communem dicens Sichard. n. 2. Dauth. d. n. 28. & DD. C. de teſtam. Hartm. Piſtor. d. q. 1. nu. 7. lib. 1. Clar. d. q. 14. n. 4. Graſſ. d. q. 16. n. 4. Guilhelm. Bened. in recpt. c. Raynutius in v. teſtamentum. el. 1. n. 87. ext. de teſtam. Menoch. d. præſ. 7. n. 6. Maſcard. in tr. de probat. concl. 1352. n. 64. & 65. Euerhard. Speckh. m. q. 48 n. 3. cent. 1. Frider. d c. 68. n. 7.*

8 Sic leuiuſculum quoque illud eſt: quod attamen pater, in hac ſua ſubſcriptione, atteſtari neceſſe habeat, hanc, quam ſubſcribit cartam, ſuam vltimam voluntatem & diſpoſitionem eſſe. *Clar. d. q. 14. n. 4. Hartm. Piſtor. d. q. 1. n. 8 lib. 1. Speckh. d q. 48. n. 4.*

Nam & id ſedulò cuſtodiuiſſe, Noſtrum Teſtatorem, animaduerto.

Sicuti nec id pondus aliquod habet, quod attamen in diſpoſitione hac, liberi inæqualiter admodum, inſtituti ſint.

Nam etſi multi ſint, qui non aliter patris 9
teſtamentum inter liberos, obtinere poſſe iudicent, quàm ſi ex æquis vncijs, liberos heredes ſcripſerit. Veluti faciunt *Speculatr. tit. de inſtr. edit. §. compendioſè. verſ. quod ſi pater habens tres filios. Pecc. in tr. de teſtam. conuig. lib. 1. cap. 31. n. 10. & lib. 3. c. 13. n. 2. Carol. Molin. in l. 1. §. ſi quis ita. n. 93. ff. de verbor. obligat. Knich. ad pruil. Saxon. ad v. Duc. Saxon. c. 3. mihi fol. 110. verſ. cenſuram. etenim & voluiſſe idipſum Roman. Bartol. Socin. Barbat. Dec. Hieron. Grati. Marian. Socin. Rub. Alexandrin. Crott. & Mandoſateſtiu eſt Hartm. Piſtor. d. q. 1. ſub n. 11 lib. 1.*

Etenim ex inæqualitate hac, vnum filio- 10
rum filij: alterum priuigni: vnum legitimi: alterum Baſtardi iure, cenſitum fuiſſe, apparere incipit. *Knich. d. c. 3. d. fol. 110. verſ. quapropter aqualiu.*

Magis recepta tamen opinio, ita habet, 11
valere, & firmitate ſua frui, paternum te- * *
ſtamentum, quantumuis non æqualiter ſed etiam valde inæqualiter, liberi in eo, heredes inſtituti ſint. *Pro vt hanc magis receptam, teſtem rurſus ſeſe præbet, si ipſe Dominus Hartman. Piſtor. d. q. 1. n. 11. lib. 1. vbi Bl. Salyc. Caſtr. Corn. Riminald. Alex. Dec. Nicol. Boër. Guilhelm. Bened. Marian. Socin. Nattam. Curt. Vasq. Clar. huic ſententiæ ſubſcripſiſſe atteſtatur.*

Vlterius negocium quoque illud non ex- 12
hibet: quod attamen legitima, etiam in teſtamento inter liberos, inſtitutionis titulo, relinquenda ſit: quodque aliàs teſtamentum inter liberos nullum ſit. *text. in §. aliud quoq;. Auth. vt cum de appellat cogn. Iaſan Auth. nouiſſima. n. 16. & ibi DD. commun. C. de inoff. teſtam.* * *Guilhem. Bened. in rep c. Raynutius. in v. teſtamentum. el. 1. n. 89. & ibi Covarr. §. 1. n. 2. & 3. ext. de teſtam. Ferdinand. Vasq. in tr. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. p. 4. n. 228. Iul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamentum. q. 8. n. 5. Gail. obſ. 112. n. 10 lib. 2. Simon de Procr. in tr. de vltim. volunt. interp. lib. 5. interp. 1. dubit. 3. n. 117. Hartm. Piſtor. d. q. 1. n. 12. lib. 1. Capiferr. in tr. de nunt. teſt. p. 1. c. 16. n. 60. Michael Graſſ. recept. ſentent. §. teſtamentum. q. 11. n. 10. Dauth. in l hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 19. & n. 33. C. de teſtament. Petr. Frider. in tr. de proceſſ. in Cam. extrab. lib. 2. c. 68. nu. 7. Zoeſenbec. conſ. 90. nu. 10. 11. & 12.*

Nam nullum hac quoq; in parte in diſpoſitione noſtra, defectum deprehendo.

Etenim primò hic, prouidit parens, vt feuda, ad filios ſolos pertinerent: & vt præterea 40000 in emtionem feudorum, de pecunia il-

nia illa, quæ allodialis, hactenus fuerat, conuerterentur: deinde iusſit, vt filij primi matrimonij, conſequerentur, quæ illis bonorum maternorum nomine debebantur: proſpexit præterea, vt & viduæ ſecundum mores regionis ſatisfieret: & deniq; voluit, vt hiſce omnibus deductis, mater liberique, quos in ſecundo matrimonio genuerat, pariter in reſiduo, ſecundum loci conſuetudinem ſuccederent.

Quare ad heredis inſtitutionem quod attinet, deſiderari hîc, nil poſſe cenſeo.

13 Hoc enim iure quotidiè vtimur: quo in teſtamento inter liberos, qualiacunq; verba, quo ad inſtitutionem, ſufficiant. *Boër. deciſ. 267.n.1.Couarr. d c. Raynutius. §.1.n.3.ext.de teſtam.Dauth.d.l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.n. 34. C. de teſtam.Zoeſenb. d. conſ. 90.n. 12. Erneſt. Cothm.conſ.3.n.15. vol.1.*

Quod ſi diſpoſitio hæc, ceu teſtamentum inter liberos factum, non valeret: valere attamen vt codicillus rectè poſſet. Subſignata enim eſt, à quinq; teſtibus, ſed & codicillaris clauſula, eidem expreſſè inſerta eſt.

14 Ad eſſe autem Codicilli, nihil præterea requiritur, quàm quinq; teſtes, etiam non rogatos, eodem tamen tempore adhiberi. *l.vlt. ad fin.& ibi Laſ.n.12.C.de codicill. Vasq.in tr.de ſucceſſ.progr.§.30.n.14.Ioh.de Imol. in l. codicillis.§. vlt.in fin. ff.de legat.2. Simon. de Proët.in tr.de vlt. vol.interp.lib.2.interpr.1.ſolut.11.n.2. Graſſ. recept. ſentent.§.Codicillus.n.4. Roland in.Paſſeg. in tr.de Codicill. Rubr.in quib.differ. & conuen. teſtam. & codicill.n.11.& 12. Didac. Spin. in ſpecul. teſtament. gl. 32.n.36. Nicol.Reuſn.in tr.de codicill.c.3.n.14.*

15 Atq; tunc liberos quoq; heredes, à parente ſcribi, neceſſum non eſt. tradentibus in indiuiduo *Hartm.Piſtor.d.q.1.n.14.lib.1.vbi Bl.Alex. de Imola. Anton.de Butr.& Ioh.de Imol. in id adducit, Dauth.d.§.ex imperfecto.n.33.in fin.*

16 Sic quoque ad bene conſtituendam donationem cauſa mortis, præter habilitatem donatoris, & donatarij. *l. omnibus. & l. tam ii. ff. de donat. cauſ. mort. l. 2. ff. de legat. 1. Simon. de Proct. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 4 interp. 1. dubit. 12. in. 21.*

17 In reliquis, præſentia quinq;: *d. l. vlt. C.de codicill. & l. vlt. C. de donat.cauſ.mort.Mozz. in tr. de contract. Rubr. diuiſio donat. n. 18. Graſſ. recept. ſentent.§.donat.cauſ.mort.q. 11.n.1. Hipp. Rumin. Inſt. de donat.in pr. n. 342. Simon de Proct.d.ſolut. 12.n.22.*

In donatione verò cauſa mortis, qua pater liberos ſuos donat, duorum, vel trium teſtium præſentia, tantum requiritur. *Vti in indiuiduo docunt Natta.d.l. hac conſultiſſima. §.ex imperfecto.n.215.C. de teſtam. per l. Marcellus in pr. ff. de donat. cauſ.mort.*

18 Neq; verò refragatur his illud: quod attamen primogenitus, primi matrimonij fratrum, cum diſpoſitio hæc conſcriberetur, abſens, peregreq;, ſtudiorum cauſa profectus fuerit. Cum attamen Iuris ſit clariſſimi: donationem cauſa mortis, conſtare non poſſe, niſi tempore factæ donationis, donatarius præſens fuerit. *l.inter mortu. ff. de donat. cauſ.mort.Dec.ad l.ſi ego.n.2.ff.ſi cert.petat. Hipp. de Marſil.ad l.ſi quis.n.98.ff.de quæſt.Gomez. var. reſol. lib.2.c.4.n.16. Couarr. ad Rubr. p. 3. n. 13. ext. de teſtam. Graſſ.recept.ſent.§.donatio cauſa mortis.q.9.n. 1.Sim.de Proct.in tr.de vlt.vol.interpr.lib.2.interp. 1.ſolut.12.n.25.*

Nam ad hæc reſponderi rectè poteſt: quod 19
donatio cauſa mortis abſenti facta, in vim fideicommiſſi valeat, dummodo de numero quinq; teſtium nihil defuerit. *Vti ex gl. Br. Dec. Marian. Socin. Pariſ. Nonio. Gomez. Iul. Clar. & Hart. Piſtor. hanc eſſe communem atteſtatur Graſſ. d. §. donatio cauſa mortis.q.9.n.5.* *

Vt taceam, etiam ſine interpretatione 20
hac, fideicommiſſum, diſpoſitioni huic, iam ineſſe.

Edicit enim pater, ſe diſpoſitione hac, cauſſe de ijs, quæ ad familiæ ſuæ conſeruationem pertinerent: obteſtatur item liberos ſuos, vt diſpoſitioni huic acquieſcant, nec aduerſus eam quicquam moliantur.

Quæ cum ita ſe habeant, exoritur iam fideicommiſſum conſtans, atq; legitimum. Explorati cum iuris ſit: fideicommiſſum ex eo rectè præſumi, quod diſpoſitio, de qua res eſt, pertinet, ad conſeruationem bonorum, in agnatione, & familia. *Mantic. in tr. de coniect. vlt. voluntat. lib. 6. tit. 14. n. 21. Maſc. in tr. de probat. concluſ. 774. n. 6. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 4. tom. 1. præſumt. 67. n. 23. Crau. conſ. 113. n. 5. Goz. ad. conſ. 89. n. 11. Cephal. conſ. 268. n. 4. vol. 2. Burſat. conſ. 64. n. 4. & conſ. 97. n. 2. vol. 1.*

Sicuti & illa verba, quibus deſiderium ſu- 21
um teſtator exponit, atq; declarat, ad introducendum fideicommiſſum ſufficiunt. *l. etiam hoc modo. & l. & eo modo. ff. de legat. 1. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicom. art. 1. n. 48.*

Sed & quinq; teſtes, hîc affuiſſe ſatis eſt. *d. l. vlt. C. de codicill. Peregr. d. art. 1. n. 44.*

Denique non officit diſpoſitioni huic: quod attamen in contextu diſpoſitionis, ſeptem teſtium nomina, expreſſa ſint: cum interim in imis tabulis, quinq; tantum ſe ſubſcripſerint.

Nam ſi hinc inferre conatus fueris, diſpo- 22
ſitionem hanc, pro imperfecta, ratione voluntatis cenſendam, ideoq; iniuſtam, & irritam eſſe. Eò, quod teſtamentum paternum, ratione voluntatis imperfectum, nec vt codicillus, nec vt donatio cauſa mortis, nec vt fideicommiſſum, nec vt donatio inter viuos, tantoq; minus vt teſtamentum inter liberos valeat. *gl. in l. ſi u qui. & ibi Br. & DD. communiter. ff. de teſtam. Paul. de Caſtr. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 3. communem dicens. Corn.* *

* *nu. 3. qui hanc communiter obseruari attestatur. Ias. n. 2. limit. 1. Curt. Iun. n. 4. Dauth. n. 27. & DD. C. de testam. Dilect. in tr. de art. test. tit. 2 caut. vlt. n. 6. Andr. de Besset. ad l. 1. n. 176. C. de sacrof. Eccles. Boer. decis. 93. n. 10. Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum q. 9. n. 1. Pecc. in tr. de testam. conuig. lib. 1 c. 18. n. 4. & c. 31. n. 10. Mynsi. obs. 28. cent. 5. Gail. obs. 112. n. 10. lib. 2. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 260. Graff. recept. feutent. § testamentum. q. 12. n. 1. Anton. Gabriel Roman. in tr. regul. lib. 4. tit. de testam conclus. 9. n. 1.*

Redarguerit attamen illicò.

Desunt enim præsupposita, & fulcra, quibus hæc interpretum traditio inædificabatur.

23 Notissimi enim Iuris est: quod adhibitio, subscriptio testium & si qua sunt alia, ad testes pertinentes, ad solennitatem testamentorum, & quidem extrinsecam, non autem ad perfectionem voluntatis testantis, pertineant. *Rolandum. Passager. in tr. de testam. rubr. 3 4. n. 2. vers. sexto vt in testamento. Ripa in l. potest. sub n. 27. ff. de legat. 1. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 4. n. 37. Dd. ac. Spin. in spec. testam. gl. 31. n. 48.*

24 Fieri itaq; nequit, vt hinc oriatur, imperfectæ voluntatis testatio.

Sed & rectè huc trahitur illud: quod testamentum, ratione voluntatis, pro perfecto, & absoluto, tunc habeatur: si habuerit proœmium, secundò legata, tertiò institutiones, quartò substitutiones, quintò voluntariam prouidentiam testatoris: & denique clausulam generalem, &c. *Prout hoc in indiuiduo tradit. Roland. Passager. d. tr. de testam. Rubr. 6. nu. 2.*

25 Quod item testamentum ex eo, censeatur ratione voluntatis perfectum, & absolutum, quod ascriptam habet illam clausulam: actum in hoc, vel illo loco &c. *tradente in indiuiduo Bl. in auth. quod sine. n. 1. vers. quicquid ducat. C. de testam. Cels. Hugo in tr. Clausul. Rubr. de clariis. contract. in clausul. actum in tali loco.*

Iam verò nullum horum desiderare hîc possumus. Et præterea adest, in calce, clausula illa, quod acta hæc, transactaq; sint omnia, in N; die illo, anno illo.

Perfectum itaq; testamentum hoc, ratione voluntatis esse, ambigere non oportet: & quod consequens est, nullum hic, in testamenti forma reperio defectum.

Quoad materialia verò, ipsius testamenti, duo adesse videntur, quæ considerationem opus habent.

Nam primò parens diuersa emit feuda, quorum pretium, ex pecunia quæ allodialis erat, depromtum fuit: Testamento autem suo parens cauit, vt feuda hæc solis filijs cederent.

Deinde quoque dispositi, vt præter eam pecuniam, quam dum viueret pater, in emtionem feudorum, iam conuerterat, quadraginta adhuc alia millia, de nouo, in eorundem emtionem, conuerterentur.

Verum etsi hæc duo, ambiguitatis nonnihil habere viderentur; vix tamen, & ne vix quidem puto, ob duo hæc obstacula, testamentum hoc euerti posse.

Nam de nouis feudis, quæ emerat pa- 26
rens, quid iuris sit, scimus, nempè: quod pater de bonis suis, ad libitum disponere possit. *l parentibus. & ibi Bar. C. de inoffic. testam. l. Papinianus. § quoniam autem quarta. ff. eod. tit. l. hac edictali. § 1. C. de sec. nupt. § 1. in auth. de trient. & semiss. § penult. auth. de nupt. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. eff. 16. n. 14. vers. legitima igitur, vbi Iohan. de Anan. Paul. de Castr. Bl. Paris. & Crau. idem voluisse attestantur.*

Quinimò si pater fraudem non commit- 27
tit, omnia bona sua, tutò alienare potest. *Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 87. C. de reuoc. donat. per l. 2. ff. si à parent. quis fuer. manumiss.*

Quid? quod Iuris Interpretes tradunt, 28
posse patrem, omnia bona sua, non irrita spe diuendere: & precium indè redactum, in filiorum præiudicium, in mare proijcere. *gl. in l. 1. C. de inoff. donat. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. tom. 1. præsumt. 83. n. 7. Knich. ad pand. Saxonic. in v. Electorum. c. 3. paulò post princip. vers. diximus etiam. Rimin. ad §. 1. n. 520. Inst. de donat. Dec. cons. 246. n. 4. & cons. 347. nu. 1. Roland. à Valle cons. 62. n. 25. vol. 1. Franc. Becc. cons. 56. n. 55. Bertaz. oll. cons. quid 57. n. 4.*

Non itaque video, vt filiæ, patrem præpedire potuerint, quo minus, quot vellet feuda, emeret?

Id quod confirmatur ex eo quoq; quod 29
præterea notissima adsit iuris regula: quemlibet, qui hoc facere non prohibetur, bona sua allodialia in feudum dare: atq; vicissim in feudum recognoscere posse. *c. 1. de his, qui feud. dar. poss. c. 1. de cler. qui inuest. c. 1. qui success. ten. Sylua. in tr. de feud. recogn. q. 104. Wesenb. in tr. feud. c. 5. n. 1. Duaren. in tr. feud. c. 6. n. 13. Rosenth. in synops. feud. c. 3 concl. 2. n. 1.*

Tantò minùs itaq; patri, feudorum emtione, interdici potuit.

Vt fileam nunc: patrem in feudo nouo, atq; emtitio, filijs, tantoque magis filiabus, etiam absq; recompensatione vlla, præiudicare posse. Vt complurimis in id adductis autor est, idem *Rosenthal. d. Synops. c. 9. memb. 2. concl. 66. n. 4.*

Non est itaq;, quod filiarum querelas, hac in parte, in consideratione habeamus.

Quod deindè ad 40000 illa attinet; fa- 30
teor equidem, obscuri Iuris non esse: quod feudum in pecunia consistere nequeat. *c. 1. § secundum. & ibi Bl. Aluar. nu. 1. Præpos. n. 1. Isern. n. 1. Affict. n. 1. Frider. Schenck. nu. 1. & DD. de feud. sognit. Sonsb. in tr. feud. p. 2. n. 26. Thom. de Marin. in tr. de*

de gener. & qual. feud. tit. 18. n. 11. Zwesenbec. *in tr. feud. c. 7. n. 8. Borch. in tr. feud. c. 1. n. 12. in fin. & c. 6. n. 1. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 5. n. 10. verf. ita in specie. Rosenth. in Synopf. feud. c. 4. concl. 7. n. 1. Ernest. Cothm. conf. 8 n. 2.*

Sed è diuerso, non video, ecquid prohibeat, maximè, si ad mores regionis respexerimus, quin valeat istiusmodi conuentio: qua Titius, vel Mœuius astringitur, vt pecuniam suam totam, vel partem eiusdem, quæ inter allodialia, hactenus recensebatur, feudum posthac esse efficiat?

31 Sic enim nos docent iura: pecuniam ità in feudum dari posse, vt hinc immobilia post deinde comparentur, quæ in feudum sint: & sub hac conditione pecuniam accipientem, illi, qui pecuniam taliter dederat, efficaciter obligari. *Bl. in c. 1. n. 7. & ibi Affl. n. 48. Si vasall. de feud. ab aliq. fucr. interpell. Schrad. in tr. feud. p. 3. c. 1. n. 13.*

32 Sic quoque traditum extat: etiamsi pecuniæ in feudum datio, nihil efficiat: valere attamen, maximè verò moribus, quibus nunc vtimur, tale pactum, vt pecunia certa, in feudorum coëmtionem conuertatur: proindeque istiusmodi pactum efficiet illud: vt vasallo priùs decedente, quàm hæc pecuniæ quantitas, in feudi emtionem, conuersa fuerit, agnatis, aut feudi successoribus, ad interesse detur actio, qua filias, aut alios bonorum allodialium heredes, compellere possunt, vt pecuniam, de qua conuentum fuerat, dissoluant. *per trad. Zwesenbec. in tr. feud. c. 7. in fin. Borcholt. in tr. feud. c. 6. nu. 14. vbi aliquotes ita pronunciatum, & actionem ad interesse datam fuisse ù testu est. Daniel Mull. ad Constit. Saxon. p. 3. const. 30. nu. 6. vbi Alex. de Imol. Schurff. Iacob. de S. Georg. & Rosenth. in id adducit. Ernest. Cothm. d. conf. 8. n. 98. Zwesenbec. conf. 79. n. 16.*

33 Quin itaque, hæc quoque patris dispositio, vt de pecunia sua, quadraginta millia, in feudorum coemtionem erogarentur, valeat, dubium non est. Ducto nimirum argumento à contractibus, ad vltimas voluntates, quod in iure validum & frequens est. *Euerard. in top. in loc. à contr. ad vltim. volunt. nu. 1. Afflict. decis. 260. nu. 5. nu. 31. Caldas. in l. si curatorem. in v. munoribus. C. de rest. in integr. Toming. decis. 17. nu. 3. fac. trad. Cothm. conf. 29. nu. 80. & seq.*

34 Sic toto die videmus in Electoratu Brandeburgensi, pecuniam in feudum, etiam propterea tantùm, quod ita præceperat testator, conuerti.

35 Sic idipsum quoq; tempore Christiani I. Electoris Saxoniæ, in Electoratu Saxoniæ, & Misnia, obseruatum, *testu est Mull. ad d. constit. 30. n. 6. p. 3.*

36 Soletque tunc, etiam apud nos, inuestitionum literis inseri hæc clausula: Das dem geist die art vnd eigenschafft des Erbes benommen / vnd es in Lehen verwandelt / oder zu lehen gemacht. *Veluti etiam meminit Daniel Mull. d. n. 6.*

Nec obstat quod attamen defunctus 37
40000 horum nomine, adhuc nullas inuestitionum literas, fuerit consecutus.

Cum attamen iuris sit explorati: feudum nullum constitui posse, nisi inuestitio accesserit. *c. feuend. quib. mod. feud. constit. & c. 2. de feud. cogn. Mozz. in tr. de feud. rubr. de substantial. feud. nu. 33.*

Nam hoc si esset, pecunia iam iure feu- 38
dali censeretur: in præsentia verò tantùm actio ad interesse prodit. Quæ etiam sine inuestitionis interuentu, nascitur. *Vti superius est demonstratum.*

Sic quoque non nocet illud, quod attamen 39
à quibusdam interpretibus traditum reperiatur: quod pecunia in feudum conuertenda in curia Domini, donec inuestitio peragatur, deponenda sit. *Zwesenb. conf. 79. num. 18.*

Nam id necessarium non est, sed suadent 40
tantùm, vt id fiat, vtilitatis causa, Doctores. Cum hac ratione, facilior longè, interesse probatio efficiatur. *Zwesenb. d. conf. 79. nu. 18. Mull. d. const. 30. n. 6. p. 3.*

Et se scire, quod plurimum pecuniæ, quæ 41
nunquam, in curia, deposita fuerat, tempore Electoris Christiani I. piæ memoriæ, in feudum conuersa fuerit. *testu est Muller. d. constit. 30. nu. 7. p. 3.*

Quod ipsum etiam apud nos, sæpiùs fa- 42
ctum esse memini.

Quare vt rem paucis concludamus, nullam video viam, expugnandi paterni testamenti, nisi fortè filiæ, ratione partis legitimæ, defraudatæ, læsæq; fuerint.

Testetur namque parens, vtvt voluerit, 43
atque potest: non tamen ita testari poterit, vt lœdere liberos in legitima sua possit: vel etiam præpedire, quò minùs liberi læsi, ad legitimæ supplementum rectè agant. Prout hoc, quod in testamento inter liberos quoque, legitima liberis, plenè, atq; integrè relinquenda sit, *in induuduo tradiderunt Andr. Gail. obs. 113. n. 20. lib. 2. Guid. Pap. decis. Gratianopol. 456. Simon. de Proët. in tr. de vltim. volunt. interp. lib. 5. interpr. 1. dubit. 3. n. 117. Graff. recept. sentent. § testamentum. q. 11 n. 8. verf. qui parentibus. Frider. in tr. de proceff. extrab. lib. 2. d. c. 6 8. n. 7. verf. eo benè obseruando.*

Sed & liberi, quibus integra legitima 44
non relinquebatur, agendi ad supplementum legitimæ, ius, atq; facultas est. *l. omnimodò. & l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Afflict. decis. 306. n. 1. Ascan. Clement. in tr. de pat. pot. eff. 16. n. 31. Martin. Coler. in tr. de alment. lib. 2. c. 9. n. 5. Vasq. ill. contr. c. 106 n. 3. verf. tamen hodiè. Capiferr. in tr. demum test. p. 1. c. 16. n. 158. & 159.*

Quod

45 Quod verum est, etiamsi liberi, testamentum illud, onus in legitima appositum habens, vel in quo minus legitima relinquebatur, expressè approbassent. *Vti ex Castr. Alex. de Imol. & Card. Paris. scriptum reliquit in specie Simon de Prœt, in tr. de vlt. vol. interp lib. 2. interp. 2. dubit. 2 fol. 2. n. 39.*

Oportet itaq; vt Inuentarium, quod de hereditate hac, conscribebatur, inspiciamus, indeq; certiores nos faciamus, de ijs quæ ante diuisionem familiæ deducere ex bonis oporteat, veluti sunt impensæ funebres, bona materna filiorum matrimonij primi, portio debita viduæ, & si qua sunt alia parentis
46 debita (etenim à legitima ante omnia deducendum est, æs alienum, & impensa funeris. *l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoff. test. Hartm. Pistor. q. 46. n. 6. lib. 1. Misch. Graff. recept.*
* *sentent. §. legitima. q. 1. n. 3. vbi hanc esse communem attestatur.)*

Sic quoq; tenentur filiæ, rursus conferre, quæ patre viuo, dotis, mundi muliebris, impensarum nuptialium nomine, vnquam per-
47 ceperant. Dos enim viuo patre persoluta in legitimam imputatur. *l. quoniam nouella. C. de inoff. testam. Br. in l. in quartam. n. 10. & ibi Pic. n.*
* *382. vers. quinta conclusio. vbi id, hanc veram, & communem esse attestatur. Ripa. n. 148. & Rum. n. 13. ff. ad l. Falcid. Coras. in l. filium quem habentem. n. 128. C. famil. hercisc. Vasq. in tr. de succes. creat. §. 30. n. 265. Graff. in d. §. legitima. q. 23. n. 1.*

48 Quod & in iocalibus, vestibusq; preciosioribus. *Br. ad l. 1. §. nec castrense. n. 9. ff. de collat. Pract. Pap. in for. lib. pro hered. diuid. in v. communiter. n. 21. Ioh. Lup. ad Rubr. §. 111. n. 3. ext. de donat. int. vir. & vxor. Ioh. Crott. in l. frater à fratre. n. 125. ff. de condict. indeb. Ioh. Garsia in tr. de expens. c. 4. n. 10. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 7. n. 33. & 35. Vasq. d. §. 30. n. 266. Graff. in §. legitima. q. 23. n. 2.*

Nec non in curribus nuptialibus, & ciſtis, im Brautwagen vnd Brautkasten, obtinet atq; verum est. *Cothm. cons. 3. n. 42.*

49 E diuerso verò, filij quoq; conferant oportet, sumtus, quos parentes eis, vel studiorum causa, vel dum aulicos agerent, suppeditarant. Prout hoc quod sumtus studiorum, in quartam imputentur, magis communem
** esse attestatur. *Alex. de Imol. d. l. in quartam. n. 21. ff. ad l. Falcid. Mich. Graff. recept. sentent. §. legitima. quæst. 27.*

50 Id quod tunc maximè procedit, atq; obtinet, si reliqui liberorum, hisce sumtibus studiorum non deductis, debitum bonorum subsidium, non consequerentur. *Vti ex Bl. Castr. & Alex. in specie docuit Hartm. Pistor. q. 19. n. 8. lib. 1.*

51 Sed & equi, arma, similesq; sumtus, qui in filium ad bellum non cuntem impenduntur, legitimæ accensendi sunt. *Graff. d. §. legitima. quæst. 29.*

His itaq; deductis omnibus; computum deindè rursus, de residuo facere oportet.

Nam si præter 40000 quæ feudorum emtioni, patris iussu sunt destinata: præter res sese mouentes: præter supellectilem: præter alimenta, & pabula, seruitiorum, & armentorum, gregumq; huius anni (vtpotè quæ filijs prælegati titulo relicta sunt omnia) præter dotes item filiarum, quæ adhuc virgines sunt, alia adhuc quadraginta mil- 52
lia restiterint (legitima enim secundum ea, quæ proponebantur, hic dimidia pars bonorum est: propterea, quod legitima, plurium, quàm quatuor liberorum, dimidia bonorum pars esse debeat. *auth. de trient. & semiss post pr. auth. nouissima. C. de inoff. testam. Rol. de Passager. in tr. de testam. Rubr. 17. n. 23. Graff. recept. sent. §. legitima. q. 7. n. 1. Didac. Spin. in Specul. testam. gl. 18. n. 3.*)

Ad quæ tamen rursus, filij, non minus ac 53
filiæ, in partem vocantur. Cum ad legitimam masculi, & feminæ pariter admittantur. *Cardin. Paris. cons. 17. n. 27. vol. 2. cons. 25. n.* *
33. cod. vol. communem dicens Graff. recept. sent. §. legitima. q. 7. n. 2.

Non habemus in quo testamenti tabulas incusemus.

Sin verò compleri summa illa, 40000 illorum, quæ debent esse residua, præter alia illa 40000. feudorum emtioni addicta, non posset: rectè tunc agerent filiæ, vt supplerentur illis, quæ summa huic deesset.

Idque per conditionem ex lege, quæ in 54
id, prodita est. *gl. communiter recepta in l. omnimodò. ad v. exigere. C. de inoff. testam. Iacob. de Nigr.* *
ad l. 1. n. 141. ff. de legat. 1. vbi hanc esse communem attestatur.

Nec obstat, quod attamen parens iusserit, vt filiæ illo, quod eis testamentum dabat, essent contentæ, & præterea nihil planè peterent.

Nam etiamsi pater vetuisset, ne liberi plus 55
peterent, ad supplementum attamen legitimæ, liberi adhuc rectè agere poterunt. *Iacob. de Nigr. ad l. 1. nu. 141. ff. de legat. 1. Roder. Suares. in repet. d. l. quoniam. in prioribus. in Eudentialibus nu. 15. & Amplist. 9. C. de inoff. testam. Vasq. de succes. creat. §. 30. n. 75. Graff. recept. sentent. §. legitima. q. 32. n. 3. qui omnes, hanc communi calculo* *
approbatam, attestantur.

Et denique pondus aliquod illud non habet: quod attamen dispositio hæc paterna, etiam vt donatio causa mortis, vel vt legatum, vel vt fideicommissum, quatenus filios respicit, valere possit:

Non enim hæc omnia, legitimæ, supplet ionisq; eius, impedimentum præstant.

Explorati enim Iuris est: quod legitima, 56
fideicommisso grauari non possit. *d. l. quotiam. in prioribus. & ibi Br. & Suares. limit. 1. nu. 13. & DD. communiter. C. de inoff. testam. Iaf. in auth.*

auth.nouissima. n. 44. & ibi Fab.de Giocch.n. 258. C.eod.tit. Gomez.var.resol.lib.1.c.11.n. 24. Ferdinaud.Vasq.in tr.de success.creat.§.10.n.418.qui hanc ab omnibus indifferenter accipi testantur. Graff.recept. sent.6 legitima.q.38.n.3.

57 Quod item legitima, legatis omnibus potentior sit. *Bl.in auth. hoc amplius. appos.fit. vlt. C. de fideicom. Fabian.de Giocch. in d. authent. nouissima. C. de inoff. testam. per l. vlt. §. licentiam. C. de iur. delib.*

58 Sic & legitima, à donatione causa mortis deducitur. *Vt antecore Bl. in specie scriptum reliqui Fabian.de Giocch. d. auth.nouissima.n.247.C. de inoff.testam.per l.si uxorem. C. ad l.Falcid.*

59 Et deniq; longè est certissimum: ad supplendam legitimam, non solùm heredes, verum etiam legatarios cogi. *Br.ad l.in quartam.n.13.ff.ad l.Falcid.Fabian.de Giocch. d. aut. nouissima. n. 61. C. de inoff. testam. & est communis &*
★ *recepta opinio. Vti ex Angel.Bl.Alex.Dec. Rub. Viuio, & Bened. Capr. attestatur Cacher decis. Pedemont. 34. n. 24.*

II. QVÆSTIO.

Quod deinde pater cauerat, vt sementes, item frumentum omne, de quo panis coqueretur: nec non frumentum pastinationi pecudum, & pecorum necessarium, & reliqua animalium pabula ex bonis communibus sumerentur: id non cessare censeo, per inuentationem, etiamsi illa inchoata, septendecim post hebdomadis, quàm moreretur defunctus, fuerit: sed anno elapso demum finiri. Id quod scrupulo omni carere arbitror.

60 Obscuri enim Iuris primò non est: quod ea de legato instituenda sit interpretatio, ne inutile, & infrugiferum fiat. *l. Mœuius in pr. ff.de legat. 2.Surd.in tr. de alim.tit. 9.q.16.n. 7.l. qui concubinam.§.bortos. ff. de leg.at.3. Menoch.in tr. præsumt.lib.4.som.2.præsumt.105.n.14.Mant.in tr. de conciet.vlt.vol.lib.10.tit.1.n.6.*

Quod si itaq; alimenta hæc, item pabula legata, definere protinus deberent, ac ad inuentarij conscriptionem fuisset accessum, nullum iam planè, atq; inefficax, redderetur legatum hoc.

61 Expressi enim iuris esse, non nescimus: quod post apertas testamenti tabulas, inuentarium intra triginta dies conficiendum sit. *l. semus. §.omni tamen modo. & ibi Ias.in §. & si præfatam. n. 3. Sichard.in §. sin autem dubium.n.3.*
★ *& DD. communiter. C. de iur. delib. Didac. Spin. in spec. testam.gl.35.nu. 26. Montic.in tr. de inuent. hered.c.7.n.35. Schrader.in tr. feud.p.8.c.8.n. 25. Alsar. Valasc. in Consult. Regn. Lusitan. Consult. 52.nu. 5.*

62 Sed & alia habet iuris maxima: quod legatum, à die hereditatis demum, deberi incipiat. *l. nemo.ff. de testam. tut. l. eam quam. C. de fideicomm. Fab. de Pep. in auth. præterea. n. 127. vers. quarto probatur. C. vnd. Vir & vxor. Surd. in tr. de alim.tit.9.q.35.n.23.*

Recta itaque huius legati interpretatio 63
non est, qua statuitur, illud vltra tempus conscriptionis Inuentarij, non durare. Etenim per Inuentarij confectionem primum aditur hereditas. *Br. in l.gerit n.34. ff.de acquir. hered. Cyn. in l. vlt. §. sin verò postquam.per ll. text. C.de iur.delib.Bened.Capr.cons.9.n.1.Rum.cons.168. n.1.lib.4.*

Aut quod magis verum est, ne aditur qui- 64
dem. *Salyc.in d.l.vlt. § sin autem hoc aliquis. & ibi Alex.de Imol.Ias.n.3 & DD.C de iur. delib. Montic. in tr.de inuent.hered.c.7.n.6.Rol.a Valle in tr.de confect.inuent.p.3.§. fed an per confectionem. Mantic.in tr.de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.9.n.19.Masc.in tr. de probat.concl.48.n.3. Francisc. Marc.decis. Delphinat. 29.p.1.*

E diuerso verò, prouisi quoq; iuris illud 65
est: quod legatum nunquam censeatur itérabile, vel annuum, nisi id verbis exprimatur. *l.eum qui Calendis. ff. de verb. oblig.l. boues. §. hoc sermone. & ibi Tiraq.in pr.n 88. ff. de verb.significat. Br.in l.cum quidam.n.3.ff.de annu.legat.Ias.in l. duobus.§.si ei qui.n.7.ff.de usur. Felin. ad c.2.n.4. vers.si testator.ext.de treug. & pac. Surd.in tr.de alim. tit.8.priuil.25.n.3. Menoch.in tr.præsumt.lib.4.p.2. præsumt.132.n.1. Vincent.Carocc.decis.31.n.16.*

Iam verò nihil hic deprehendimus, quod legati iterationem inducat: quinimò contrarium ex eo, rectè concluditur, quod testator iusserat, vt id, æquis portionibus, inter liberos vtriusq; sexus, diuideretur, quod reliquum, pabulis hisce, & alimentis deductis, esset:

Annuum itaq;, legatum hoc esse, rectè non dicimus.

Et præterea iuris est apertissimi: in dijudicatione de legato, rectè facienda, consuetudinem regionis, inspiciendam esse. *l. si seruus plurium.§. vlt. & ibi Ias.n.1.ff.de legat. 1. Mantic. in tr.de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.17.n. 26. Mynsing. obs. 76.n.3.cent.5.* 66

At interim, controuersia omni caret, 67
quod secundum harum terrarum mores, in locationibus, venditionibusque feudorum, conducentibus, ementibusq;, tantum frumenti relinquere, soleamus, quanto opus sit, donec nouo frumento vti possint: tantum item straminum, seni, & reliqui animalium pabuli, quantum sufficit, donec hoc nouè, è terra producatur, atque progerminet.

Meritò itaq; hoc quoq; legatum, rectè sic interpretamur.

III. QVÆSTIO.

In TERTIA quæstione quærebatur, an non

non pacta dotalia, inter defunctum, & hanc viduam eius, olim confecta sublata sint: per dispositionem hanc posteriorem: & an non nunc vidua, ex constitutione nostra Marchica, dimidiam hereditatis defuncti mariti sui partem, iure petat? *Veluti expressum est, in Constitutione Marchica Rubr.* von Erbfällen zwischen Eheleuten. *in pr.*

Verùm irrita esse debere, pacta dotalia, ex testamento, deprehendere hactenus non potui.

Pronunciat enim testator, vt viduæ secundum mores regionis satis fiat. Mores verò regionis, viduis nobilibus, huculque nunquam semissem bonorum dederunt, sed id tantùm, de quo inter eam, heredesq; mariti defuncti conuenerat.

68 Nec moueor illo: quod attamen testator expresserit, quod vidua ipsius, non solùm dimidia sua parte bonorum, verùm etiam altera parte, quæ liberis, secundi matrimonij obuenerat, vteretur, frueretur: nam etsi non nesciam, Iuris esse: quod vna pars testamenti ex altera declarari debeat. *l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg.* 1. *Menoch. in tr. præsumt. lib. 4. p. 1 præs. 7 1. n. 18.*

69 Hinc tamen effici, nihil planè poterit. Cum rursus hoc iure quotidiè vtamur, quo vna pars testamenti, per aliam non declaratur, nisi quatenus aliqua ambiguitas, verbis testatoris, siue vni testamenti parti, insit. Nam aliàs declaratio aliqua non admittitur. *Vt antestore Socin. in specie autor est Simon. de Proët. in tr. de vlt. vol. interpr. lib. 1 interpr. 2. dubit. 2. n. 6. per l. cum quidam in fin. C. de necess. serv. ber. inst.*

Et vi consequentis, cum illa pars testamenti, qua cauetur, vt viduæ secundum mores regionis, satisfiat, clara, & perspicua sit: illam per aliam illam partem, quæ de dimidia parte bonorum loquitur, vtpote obscuriorem magis, declarari non oportet.

70 Quorsum & illud quoq; pertinet, quod scriptura præcedens, certa, & determinata declarat sequentem, generalem, & obscuram non autem econtrà. *l. legatorum. §. primò. & ibi Br. & Castr. ff. de leg. 2. Simon de Proet. de interp. vlt. vol. lib. 2. interp. 3 dubit. 1 fol. 3. n. 46. qui alios idem volentes refert.*

71 Quod item clausula præcedens, magis influat in sequentem, quàm è diuerso. *Proët. d. folut. 3. n 56.*

72 Sic quoq; dicitur: verba testatorum, sæpius vulgari more accipienda, declarandaq; esse: *Vti complurimis in id adductis autor rursus est idem Simon de Proët. in tr. de vlt. vol. interpr. lib. 2. interpr. 3. n. 307. vbi Cardin. Paris. Roman. Socin. Iun. Abb. Franc. de Rampon. Cald. Rip. Ias. Marz. ar. & Decian. in id adduxit.*

Nouum itaq; non erit, si verbum hoc, dimidiam partem, vti vulgus solet, abusiue accipiamus, & in genere de portione viduæ debita, ob verba testamenti præcedentia, interpretemur.

Et per consequens obiectio hæc decisioni, 73
quam fecimus, non obstabit. Melius enim explicare testator sese debuerat, si hoc quod obiectio habet, sensisset. Etenim incerti iuris non est: quod testator, in institutione vxoris, ad euitandas controuersias, mentem suam, quàm fieri potest, diluciditsimè, explicare debeat, ne in dubium trahi possit, eius intentio, in perniciem, atq; ruinam, coniugis superstitis. *Vt recte monet Pece. in tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 18. n. 4.*

Rursus, non mouet quoq; me, illud: quod 74
attamen Constitutio nostra Marchica velit, rata esse debere omnia, de quibus in pactis dotalibus conuenerat. *Const. Marchic. d. rubr. Erbgefälle zwischen Eheleuten. §. was in der Ehestiftung.*

Nam id ita demum obtinet, si non aliud 75
deindè, in testamento suo, in fauorem coniugis superstitis, alter coningum prospexerit. Omnibus enim testamenti factionem, Constitutio nostra Marchica, liberam relinquit. *Const. nostræ Marchic. Rubr. von Testamenten. in pr.*

Atq; ita toto die, practicari videmus.

Aduersa itaq; dispositioni nostræ constitutio Marchica non est. Cum melius per dispositionem hanc, quàm per pacta dotalia prouisum fuerit vxori. Etenim constituebatur in illa, vxor vsufructuaria, etiam eorum bonorum, quæ liberis suis, in futura diuisione obuenirent.

Deniq; frigidiusculum quoque illud est: 76
quod attamen dispositionem hanc, sub Prætextu quæstionis resolutione, testamentum inter liberos esse, nec aliter, quàm sub hoc nomine defendi posse asseruerimus: quod item iuris sit expressis: testamentum imperfectum ratione solennitatum, ad extraneos quod attinet, pondus aliquod, momentumq; non habere. *d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi Marc. Anton. Natta. n. 134. Richard. n. 9. Dauth. n. 16. & DD. C. de testam. Practi. Pap. in form. lib. pro leg. rei singul. in v. val. deb. ut. Codicill. n. 17. Ferd. Vasq. in tr. de success. progr. §. 14. n. 118. communem dicens Sim. de Proet. in tr. de vlt. vol. interp. lib. 2. dubit. 1. folut. 2. n. 10. Much. Graff. recept. sent. §. testamentum q. 14. n. 1. Iul. Clar. recept. sentent. §. testamentum q. 10. n. 1.* *

Item extraneum, intuitu testamenti im- 77
perfecti, omnem dici, qui ex liberis non est. *d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum q. 10 in fin. pr. Boër. decis. 241. sub n. 3. Capsert. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 183.*

Nam ad id respondetur, quod verum sit, 78
secundum quid tantùm, & quatenus nuncupatiuè, & absq; omni testium adhibitione, parens testatus fuerit: non autem quatenus in scriptis, coràm aliquibus testibus, testamentum

mentum licet imperfectum conscripserit. Etenim hoc casu posteriori, de extraneis quoque recte in eo disponit. *Br. in auth. quod fine. ante n. 1. & ibi Iaf. n. 1. vers. sed si in tali. Sichar. n. 1. in fin. & DD. C. de testamen. Natta in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. d. n. 134. limit. 1. C. eod. tit. Guilelm. Bened. in repet. c. Raynutius. in v. testamentum. el. 1. n. 87. vers. secundus casus. ext. de testam. Capsferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 196. & 197.*

IV. QVÆSTIO.

In QVARTA postea quæstione quærebatur: posseine vidua Testatoris, omnem suum mundum, ornatumq; muliebrem: omnem item lanam, linumq;, quam ipsa matrimonio constante quæsierat, tanquam præcipuum quid, capere, sibiq; retinere: an vero, si id vidua Testatoris non posset, filij primi matrimonij, obligati vicissim essent, ea conferre, quæ nomine bonorum materno rum, fuissent consecuti?

Porrò ad hanc quæstionem respondeo, quod ex iuris communis præscripto, res dubitatione careat: quod mundus ornatusq; muliebris, ad mariti heredes pertineat. *l. ornamentum. ff. de alim. & cibar. legat. & l. legatum. cum l. seq. ff. de legat. 3. Br. ad l. penult. §. 1. n. 3. ff. sol. matrimon. Boer. in consuet. Bitu. tit. des conjt. concernãs. les mariages. §. 4. gl. 1. col. 4. vers. sed an procedat. Robert. Maran. in l. in potest. n. 80. ff. de acquir. hered. Neuiz. in syl. v. nupt. lib. 2. n. 63. Affl. decis. 315. per tot. & ibi Thom. Grammat. & Ioh. Ang. Pisanell. in addit.*

* *Gail. obs. 91. vbi hanc ab omnibus, & legendo & consulendo recepti testis est. lib. 2. Capell. Tholos. decis. 336. & ibi Aufrer. in addit. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 2. c. 14. n. 4. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natur. donat. n. 4. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 11. n. 61. & seqq. qus aliorum complurium autoritates, in id adducit & tursus hanc communi calculo approbatam attestatur.*

79 Id quod etiam in lana, & lino, reliquisq; eius generis rebus (quas vulgò Kasten vnd Kistengeräte appellamus) quantumuis ea, opera, atq; industria vxoris comparatæ fuerint, seu vt loquitur textus, quantumuis mulier, compendia fecerit, non minus procedere posse statuo. *text. ad literam in l. sed si vir ex lana. ff. de donat. int. vir. & vxor. iunc. l. si cui lana. ff. de legat. 3. fat. trad. Heig. q. 29. n. 13.*

80 Sicuti quoq; certum est, quod constitutio nostra Marchica, hac in parte à iure communi nihil planè recedat. Qua de re, me ad literam eius, remitto.

Nec repugnat, quod attamen vi pactorum dotalium, isthæc omnia, vxori ceu præcipuum quid, relicta sint.

Nam tota nunc, ob dispositionem hanc posteriorem, concidêre pacta dotalia: è re item vxoris vidua erit, si non ex pactis dotalibus, sed ex dispositione hac, defuncto marito succesierit. Ideoq; iuuare quoque sese, ex pactis dotalibus, nullo modo poterit.

Fructum enim quis ex pactis dotalibus 81
capere non potest, quæ impugnare annitebatur prius. *c. ex eo de reg. Iur. lib. 6. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testam. Abb. in ca. ex parte Decan. n. 5. arg. ll. text. ext. de restr. Zoanett. ad l. vt vim. p. 1. n. 9. ff. de inst. & iur.*

Verum enimuerò, etsi hæc ita se habeant, non dubito tamen, quin vxor vidua, hæc omnia sibi soli, ob sequentia retinere possit.

Quantum enim ego scio, vidiq;, nunquam hactenus, mundus, ornamenta, vestes lanæ, linumq; viduis nobilium crepta, nec heredes mariti, in partem eorum omnium, vocati vnquam fuêre: siue actum hac de re fuisset, coram iudicibus ordinarijs, siue etiam delegatis, siue deniq; coram amicis.

Non dubito itaq;, quin eodem quoque iure, hujus defuncti mariti heredes, respectu nostræ viduæ, vtentur.

Maximè, cum & istiusmodi consuetudo iuri, quo vtimur, non sit aduersa.

Sic enim scriptum reliquêre Interpre- 82
tes: quod valeat consuetudo, qua vestes pretiosiores., reliquaq; ornamenta muliebria, viduis, non autem mariti heredibus cedunt. *Vti ex Bl. in specie docut Boer. d. §. 4. gl. 1. colum. 4. vers. vbi dicit. Pecc. in tr. de testament. coniug. lib. 2. c. 14. nu. 5.*

Quod si obseruantia tali, destituti planè essemus, atq; careremus, non tamen propterea, vxori huic viduæ mundus, ornamenta, vestesq; auferendæ forent.

Adest enim alia iuris communis regu- 83
la, habens: vestes pretiosiores, & ornamenta muliebria, mulieribus relinquenda esse, non autem viri heredibus: si id suadeat, nobilitas coniugis vtriusq;, quantitas item eius, quod vxor ad virum attulerat. *Boer. d. §. 4. gl. 1. col. 4. vers. vel nisi vir. Affl. d. decis. 315. n. 3. 4 & 14. Pecc. d. lib. 2. c. 14. n. 5. Gail. d. obseru. 91. n. 3. vers. breuiter, vbi ita in Camera Imperiali, iudicatum fuisse attestatur Martin. Coler in tr. de alim. lib. 1. c. 11. n. 62.*

Cum tamen in præsentia, vterq; coniunx, antiqui sanguinis nobilitate præfulgeat, vxor item viro suo, vltra 6000. attulerit.

Accedat adhæc, quod dispositio nostra, vlterius in sese contineat, debere filias solas, filijs exclusis, inter sese diuidere, ornatum, mundumq; muliebrem, si quando mater, diem suum obijsset.

Sin itaq; diuidere hæc, matre mortua, so- 84
læ filiæ debent, exclusis fratribus: consequatur oportet, prius hæc omnia, ad matrem solam deuolui, ex dispositione paterna oportere. Qui enim vult consequens, quale est diuisio filiarum, post obitum matris, eundem quoq; velle antecedens, necesse est. *l. ad Legatum. & l. ad rem mobilem. cum ibi notatis per gl.*

ad v. rectè aget. ff. de procurat. Euer in top in loc. à conces. consequ. ad conces. antecedentiū. n. 1. Affl. decis. 3. n. 3. decis. 392. n. 11. Capyc. decis. 182. n. 10. Lancil. Polit. in tr. Subst. Rubr. de Substit. comp. n. 34. Hipp. Rimin. ad rubr. n. 227. cum seq. C. qui admitti. Seraph. de Seraph. in tr. de iura. priuil. 31. n. 72. cum seqq.

85 Et quod consequens est, concludamus: posse hîc matrem, etiam defuncto marito, ita volente, hæc omnia, ceu præcipuum quid capere. Voluntas enim testatoris legitima, in omnibus dominatur. *l. cum quæstio. C. de legat. Mantic. in tr. de coniect. vlt. volun. lib. 6. tit. 6. nu. 19.*

Quod verum est, etiamsi voluntas hæc, tacita tantum fuerit, dummodo ea colligatur, & coniecturis necessarijs, aut valdè probabilibus. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. gl. in l. tale pactum. in fin. ff. de pact. Mantic. in tr. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 3. n. 10. vbi Bl. Soc. senior. Curt. Iun. & Alc. in id allegat.*

86 Porrò eam quoq; voluntatem testatoris, qua vxori suæ, mundum muliebrem, omne ornamentum, & quicquid ei viuus dedisset, donasset, eius causa comparasset, & confecisset: in vltima sua voluntate reliquisset, legitimam esse, dubirandum non est. *Vt est tex. ad literam in l. vxori ff. de aur. & argent. legat. & ex plurimis legibus eiusdem tituli vbi ipsum enunciatur.*

Ceterum quæ de collatione, per liberos prioris matrimonij facienda, adducebantur, non procedere posse, statuo.

87 Iuris enim quotidiani est: quod in dijudicatione, de collatione rectè facienda, in consideratione solùm habenda sint, illa bona, quæ ad illum, qui conferre debet, peruenerunt ab eo, de cui⁹ diuidenda hereditate agitur. *l. vt liberis vbi de functi parentis, de cuius hereditate agitur. & ibi Iaf. n. 4. C. de collation. Rimin. ad l. si emancipati. n 348. C. eod. tit.*

Iam verò hîc, prioris matrimonij filij, quæ habent, consecuti fuêre, à matre sua, diutius iam mortua: non autem à patre nuper defuncto.

Qui itaq; id confer re essent obligati?

88 Sed & ideò cessat collatio omnis, quod omnis collatio, æqualitatis inter liberos seruandæ causa, introducta sit. *Hipp. Rimin. ad l. si emancipati. n. 11. C. de collat. Vit. al. Nemaus. in tr. de collat. in pr. n. 5. Sichard. ad Rubr. n. 2. & 4. C. de collat. per d. l. vt liberis. C. eod. tit.*

Iam verò, si hic aliqua fieri deberet collatio, non iam æqualitatem inter liberos, stabiliremus: sed inæqualitatem extremam, inter illos ipsos introduceremus.

Nam eo tempore, cum moriebatur, primi matrimonij vxor, vnam patrimonij eius partem, maritus eius consecutus est: & in compensationem eius, quod tum temporis perceperat: nunc hic filijs matrimonij primi, certam pecuniæ summam reliquit. Duplici itaque onere, filij primi matrimonij onerarentur, fiquidem collatio vlla, subeunda illis esset.

Non itaq; hîc locus vllus, collationi reliquus est. Ibi enim æqualitas esse nequit, vbi quis onere duplici aggrauatur. *l. semper in obscuris. ff. de reg. Iuris. l. Titia. l. qui inuita. ff. de legat. 2. Surd. in tr. de alim. tit. c. 1. q. 55. n. 4.* 89

V. QVÆSTIO.

QVINTA dehinc quæstio, de eo loquitur: an filia maritata, supellectilem illam, laneam lineamq;, quæ eius causa per patrem comparata erat, autoritate propria possit occupare: atq; ita quidem occupare, vt describere ea, in Inuentario necesse non sit.

Ego verò, neutrum horum, filiæ Testatoris, maritoq; eius, licitum esse: & si licitum esset, minimè tamē conducere, putarim.

Nam etsi hæc omnia, filiæ, per Testatorem destinata fuerint: non tamen filia, per destinationem hanc, vnquam rerum destinatarum dominium, vel possessionem, adepta fuit. Propterea quod Iuris obscurioris non sit: quod destinata ad aliquid faciendum, antequam re ipsa destinentur, pro factis nondum habeantur. *l. si nondum. C. de furt. l. proponebatur. C. de capt. Iaf. ad l. cetera. §. sed si paraverit. n. 1. per ill. text. ff. de legat. 1.* 90

Et è diuerso, non minus quoq; certò illud constat: quod ad adipiscendum dominium, traditione opus sit. *§. per traditionem. Inst. de rer. diuis. Fortunius Garc. in tr. de vlt. fin. iur. nu. 447. Chassan. in catalog. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 44. vers. 2. de eo iur. Sonsb. in tr. feud. p. 13. n. 101. Hart. Pistor. quæst. 4. n. 24. lib. 2. Cald. ad l. si curatorem. in v. cum non absimile. n. 79. C. de rest. in integr. Masc. conf. 559. n. 4. Tuber. Decian. conf. 41. n. 38. Volum. 1. Crau. conf. 955. n. 9.* 91

Item heredem, cum possessio rei alicuius vacua non est, autoritate propria hanc rē occupare non posse. *Dec. ad l. vlt. n. 4. vers. & hoc procedit. & ibi Hubertus. Zuchard. n. 125. C. de edict. D. Hadr. toll. Tiraq. in tr. le mort. p. 1. decl. 8. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 6. n. 21. Cardin. Paris. cons. 12. n. 118. vol. 2.* 92

Cum attamen hîc, ob coheredes reliquos, possessionem vocare, rectè dicere nequeamus. Etenim illa demum possessio vacua dicitur, cum nemo alius, rem, corpore, vel animo possidet. *gl. in l. ideireo. C. de fid. instrument gl. in l. improba. C. de acquir. poss. gl. in §. quod autem. in v. loci vacantis. Inst. de vsucap. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 13. n. 4. vbi Bl. Bellon. Goz. Rum. & alios in id adducit, Frider. in tr. de caus. & mater. poss. c. 7. n. 8.* 93

Neq; verò repugnat his illud: quod attamen in heredem suum, dominium autoris, siue defuncti continuetur. *l. in suis. & ibi Iaf. nu. 5. ff. de lib. & posthum. Bard. in tr. de temp. vtil.* 94

vtil. & contin.c.12.n.5.& 6 Coraſ.miſcell.lib.3.c.16. n.5.Hartman. Piſtor.q.3 8.n.58. lib.2. Royz. deciſ. Lituan.1.n.155.& ſeqq.

95 Quodq; filia,etiam in vita patris,domina quodammodò bonorum paternorum exiſtimetur. *Iaſ.in d.l.in ſuis.n.14.per ill.text ff.de lib. & poſtum. Enian.Soar.in addit.ad Gomez. var.reſol. lib.1.c.1.n.2.Capiſcer.in tr. de num.teſt.p.1.c.16.n. 197.Hartm.Piſtor.q.4.n.53.lib.2.*

96 Nam ad id reſpondetur, primò: filiam hîc, quoniam nupta eſt, ſuum heredem, patri ſuo non eſſe. Cum noſtratium moribus, per matrimonium, ſeparationemq; liberorum, à domo, menſaq; paterna emancipatio quædam introducatur. *Henr. Breul. in tr. de recept.renunc.in German.mor.cauſ.4 c.10.n.16. Daut.in tr.de teſtament.n.158.ampliat.8. Bodin. de repub.lib.1.c.2 fol.20.in edit.paru.Coler.in tr.de aliment.lib.2.c.3.n.7.*

97 Emancipata autem, inter ſuos non reſenſetur. *§.ceteri.Inſt.de hered.qual.& differ. Conan.comment.Iur.lib.10.c.5.n.9.Capiſer.in tr.de num. teſt.p.1.c.16.n.183.*

98 Et quantumuis hæc non obtinerent, reſpondetur tamen ſecundò: dominium quidem in ſuos continuari, poſſeſsionem autem non item: ſed ad hanc conſequendam, reali rerum hereditariarum appræhenſione opus eſſe. *gl.in l. cum miles. in pr. ff. quib. ex cauſ. manor.Br.in d.l.in ſuis.n.5.& ibi Iaſ.n.29.ff.de lib.& poſtum. Marc.Anton.Bard.in tr.de temp.vt.& contin. c.13.n.1. & ſeqq.Tommg.deciſ.11.n.3.Borch.in tr. de acq.poſſ.c.8.n.26.Sebrad.in tr.feud.p.7.c.7.n.21 Cald.ad l.ſi curatorem in v. ſine curatore.n.36. C.de reſtit.in integr. Tiraq. in tr.de mort.in præfat. n.4.& ſeqq.Menoch.in tr.de remed.poſſ.adip.remed. 4.n.82. vbi hanc crebriori calculo receptam is teſtis eſt.*

** Enimverò hîc,non de dominio, ſed de poſſeſsione agitur.

99 Sic quoque illud momenti alicuius non eſt: quod heres fiat dominus rerum hereditariarum coipſo, quod hereditatem adit, absq; vlla alia rerum hereditariarum traditione. *Vti in induiduo ſcriptum reliquit Crau. conſ. 435.n.35.per l.hîc verb.in pr.ff.de hered.inſt.§.penul. Inſtit.de hered.qual.& diff.*

Nam hîc adhuc,hereditas adita non eſt, Quare traditio hæc præſuppoſitis, quibus innitatur,deſtituitur.

100 Nec obſtat,quod attamen ſuis heredibus exiſtentibus,additone vlla opus non ſit.Cum exiſtentia ſui heredis, continuationem dominij progignat, absq; ope, vllius alterius medij. *Vti poſt Franc. Aretm.in induiduo ex l.in ſuis. ff.de lib.& poſtum.annotat Iaſ.ibi n.10.*

101 Etenim à maiori Interpretum parte doctrina hæc exploſa eſt, & quantumuis ſui exiſtant heredes, hereditas attamen iacens adhuc eſſe poteſt. *Vti ex Salyc. & Caſtr. in ſpecie teſtis eſt Iaſ.ad d.l.in ſuis.n.10.Gomez.var.reſol.lib.1. c.9.n.17.Piag.in tr.de tut.& cur.at.q.2.n.43.*

Et præterea,his quoq; non obſtantibus, 102
nihil tamen præter id,hinc elici poſſet, quàm heredem, adita hereditate, dominum rerum hereditariarum, quidem eſſe, poſſeſſorem autem non eſſe. *Vti ex Oldrad. & Alb. de Roſat. in ſpecie ſcriptum reliquit Menoch. in tr.de remed.poſſ.recup.remed.13.n.50.*

Quare, vt diximus, non video, quî iure aggredi poſsit, filia,maritusné eius,occupationem rerum, ſibi deſtinatarum. Cum hæ traditæ,illis nondum ſint,

Niſi forte occupationi iſtiuſmodi, vltrò conſenſerint, coheredes reliqui. Hoc enim caſu poſteriori, res ſcrupulo omni caret. Cum iuris ſit explorati: heredem etiam poſ- 103
ſeſsionem, rerum hereditariarum, rectè apprænendere, contradictore non apparente. *l. cum heredes.in pr. ff. de acquir. poſſ. Iaſ.ad l. vlt.nu.18. C. de ed. D. Hadr. toll. Tiraq. in d. tr.le mort.p.1. declarat. 8. Menoch. in tr.de remed. poſſ. adip.remed.4.n.421.*

Aliàs autem ceteris paribus, coheredi 104
etiam aduerſus coheredem,actionem de expilata hereditate dari non ignari ſumus. *d.l.in pr.de crim.expil hered.*

Veluti quoq; ſcimus, filium ne legitimæ 105
ſuæ nomine quidem,rem aliquam, autoritate propria,apprænendere poſſe. *Br.in l.2.n.3. & 4. C.quand.& quib.quart.pars. lib.10. Pic.in l. in quartam.n.139.ff.ad l.Falcid. Anton.Gabr.Roman. in tr.regul.lib.6 tit.de legit.concl.4.n.4 Tiraq.in d. tr le mort.p.1. decl.3.n.10. Menoch. in tr.de remed. poſſ.adip.remed.4.n.643.Capiſ.in tr.de num.teſt.p. 3.c.3.n.174.*

Vlterius quoq; iudicabam, neceſſe eſſe, 106
vt res hæ, in Inuentario deſcriberentur.

Nam cum præter expreſſam iuris ſanctionem, commune quoq; placitum, iuris Interpretum ſit: quod non ſolùm res teſtatori propriæ,verum etiam eæ omnes,quæ in hereditate reperiuntur, ſuè eas detinuerit, vel cuſtodierit,tantum teſtator: ſiue eæ apud illum depoſitæ,vel illi locatæ, vel commodatæ fuerint, inuentario inſeri debeant. *Bl.ad l. vlt.in pr.& ibi Caſtr.n.5. Ang.n.2 2.Iaſ.n.3.ver.tertiò requirtur. Corn.n.5.Sebaſt.Montuc.n.42.& DD. & ibi Sichard.in §.fin autem dubius.n.9. C. de iur.delib. Aluar.Valaſc.in conſult.Regn. Luſit.conſult.50.n.10. lib.1.Franc.de Procell.in tr.de conſeil.amuent.c.3.n.5.*

Reſtat, vt concludamus, non oportere has quoque res laneas,lineasq; filiæ deſtinatas, ex inuentario omitti.

Nec obſtat, quod attamen res alienas, 107
in inuentario deſcribere, neceſſe non ſit. *Montuc. in tr. de inuent.hered. §. ſecundò. n.5.& §. ſextum.n.4.*

Nam & alienas hîc intelligo, quæ nul- 108
lo omninò titulo, nec detentione nec cuſtodia, ad teſtatorem pertinebant. *Vti ſet-*

psum explicat Monticul. ad d. l. vlt. d. nu. 42. C. de iur. delib.

Id quod, hisce vestibus linteis, atque lintcaminibus, adaptari, neutiquam potest.

109 Neq; verò est: quod vereatur filia, maritusq; eius, ne non ex inuentatione istiusmodi, præiudicij quid sibi generetur: Cum lege permissum sit, in huiusmodi bonorum descriptione, apponere, quatenus res, ad testatorem pertinuerint, quatenus item ad alium quempiam spectarint. *autore Valasc. d. consul. 50. nu. 10. vbi hoc ita semper fieri solere, indicat.*

In inuentarium itaq; referri, hæ quoque res poterunt, cum adiectione hac, quod hæ filiæ, per patrem destinatæ, iam dudum fuerint.

Sed & id fieri, peraccommodum filiæ est.

110 Nam cum hanc suppellectilem omnem, conferre teneatur: Pro vt hoc, quod iocalia vestes, & deniq; omnia, filiæ occasione matrimonij data, post mortem patris conferenda sint, in indiuiduo docuerunt *Br. ad l. 1. §. nec Castrense. n. 9. ff. de collat. bonor. Vasq. communem dicens in tr. de success. creat. §. 30. n. 266. Mich. Graß. recept. sentent. §. legitima. q. 23. n. 2. Mart. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 7. n. 35.*

111 Interest eius, vt sciamus, quæ, quantæcunq; hæ fuerint. Refert enim nostra facilè id, quod asserimus, probari posse. *l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. l. an lege ff. de contrahend. emt. l. si instrumentum in fin. ff. de rei vind.*

112 Id verò rebus hisce, in inuentarium insertis commodissimè fieri poterit. Probatio enim per scripturam, & tutior, & facilior est. *gl. ad c. 1. in v. scriptura in fin. ext. de censib. Masc. in tr. de probat. q. 6. n. 9.*

113 Equidem illud non abnuo, si procrastinaretur diutiùs, familiæ diuisio, filiam harum rerum assignationem à Iudice impetrare posse. Pertinent enim hæc omnia ad legitimam. Legitimam autem, liberi, per iudicem, sibi recté assignari petunt. *Graß. recept. sent. §. legitima. q. 16. n. 3.*

VI. QVÆSTIO.

Vltimò quærebatur, an ne tuto satis, ad diuisionem accedere possimus, absente studiorum causa, liberorum primogenito?

Ceterum censeo, si hunc propediem rediturum spes sit, eius aduentum expectare, consultius fore: præsertim cum iam diutius, reditum eius prælolati fuerimus: sin minus, causam nullam video, ob quam familiæ diuisio, viterius prolongari debeat. Quinimò petitis, in eam rem absenti curatoribus, diuisionem maturandam censeo.

114 Iuris enim cogniti est, quod nemo in communione stare cogatur. *l. vlt. C. com. diuid. Bl. in l. vlt. C. fin. regund. Addit. ad Br. ad l. 2. n. 7. C. quand. & quib. quart. pars lib. 10. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 2. n. 33. Franc. Pfeil. cons. 79. n. 4. vol. 1.*

Maximè cum res communes, plærunq; 115
valdè negligantur. *d. l. 2. C. quand. & quib. pars lib. 10. Abb. ad c. insuper. n. 2. vers. ego putarem. ibi Felin. n. 1. ext. de testib. Bened. Cap. sonf. 94. n. 10. & 11. Ioh. Vincent. Honded. cons. 17. n. 27. vol. 1.*

Vt de illo nihil dicam, secundum Nostratium mores, diuisiones hereditatum, vltra tricesimum diem, à morte eius de cuius hereditate res est, computandum, differri non solere.

Sileam item Iuris apertissimi esse: 116
quod bonis absentis, rectè curator detur. *l. 2. ff. de curat. bon. dand. l. idem priuilegium. ff. de priuileg. credit. & l. si pupillum in fin. ff. de tutel. & r. tion. distrah. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 28. n. 72. Sfort. Oddan. in tr. de restitut. in integr. quæst. 29. nu. 24.*

Atq; ita in specie quod si cum absente, 117
hereditatem diuidere velim, & nemo sit qui eum defendat: incerti item simus, de reditu eius: rectè ad curatoris petitionem procedatur: decidit *Bl. & ex eo Baldus de Vbald. in tr. de duob. fratr. 11. p. princ. n. 95.*

Neque verò in considerationem illud 117
hîc venit, quod attamen absens, de quo agimus, studiorum gratia, peregrè abierit. Absens enim studiorum causa, ex causa tantum probabili, & non necessaria abest. *Vt patet ex traditis Sfort. Oddan. d. tr. rest. in integr. q. 5. n. 42. & seqq.*

Tantum abest, vt scholare non reuertente, datio curatoris absentis præpediatur. *arg. l. si seruum §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. l. dissentientis. C. de repud.* 118

Sic quoq; non repugnat illud: quod iu- 119
ri adeundi hereditatem, triginta demùm annis præscribatur. *gl. in l. quandiu. & ibi Iaf. n. 7. ff. de acquir. hered. Br. ad l. licet. & ibi Iaf. n. 1. communem dicens. C. de iur. delib. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 9. n. 27. Dueñ. in tr. de art. testand. tit. 11. Saut. 6. n. 1. Richard. caut. 35. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. c. 3. n. 7. vers. ac etiam. Mynsing. obs. 7. 1. cent. 2. Coras. in prælud. l. frater à fratre. n. 89. ff. de condit. indeb. Hartm. Pistor. q. 8. n. 4. lib. 2. cum aliis complurimis, quos in id congessit Tir. q. ad l. si vnquam in v. reuertatur n. 392. Cale reuoc. donat.*

Nam id secundum quid tantum verum 120
est, & quatenus agitur, vt quis, ab hereditate, & successione, planè excludatur. Id enim fieri nequit, nisi triginta iam anni effluxerint. At hic minimè filium absentem, ab hereditatis paternæ participatione, excludere conamur: Sed id tantum volumus, ne nos absentia eius, diutius, quàm par erat, remoraretur, inq; communione, qua res plærunque negliguntur, sæpius etiá totæ pereunt, stare cogat. Quare allegatio hæc, ad præsens thema, non congruit.

Postea

121 Posteà pondus aliquod illud quoq; non habet: quod attamen per procuratorem hereditas adiri nequeat. *l.per procuratorem. ib.Br. n.1.ff.de acquir.hered.Ias.in l.qui in aliena.in pr.n.18. ff.eod.tit.Montic.in tr.de inuent.her.c.5.n.64. Coras. in prælud.l.frater à fratre.n.90.ff.de condict.ind. Rimin.ad l.1.n.522.C.qui adm.*

122 Nam à procuratore, ad curatorem validum argumentum non est. Cum diuersa sint. *Vt patet ex trad. Oddi. in tr. de restitut. in integr.q. 29.n.27.*

123 Et præterea id, quod dicitur, hereditatem per procuratorem adiri non posse, tantum in procuratore generali: non autem in eo, qui peculiariter ad id constituebatur, obtinet, atque verum est. *gl. in d.l. per procuratorem.& ibi Br.n.2.ff.de acquir.hered.Sebast.Montic.d. tr. de inuent.hered.c.5.n.64. Robert. Marant.ad l. is potest.n.70.ff.de procurat.*

Cessat itaque rursus, traditio hæc, in casu præsenti. Hic enim in id, vt hereditatem adeat, curator absenti speciatim dabitur.

124 Porrò illud quoq; negocio facili expediri potest, quod præterea in iure scriptum extet: Curatoris autoritatem non sufficere, ad rectè adeundam hereditatem. *l.cum in vna §.1. ff. de appellat. Riminald. ad d.l.1.n.523. C. qui admitti.*

125 Nam primò loquitur de curatore pupilli, & secus est in curatore adulti *gl. & B.d.l. cum in vna. §.1.per ill. text. & ibi Raph. Cuman.n. 5.ff.de appellat.*

126 Deinde loquitur de curatore, qui tantum ad rem certam dabatur, veluti, vt patrimonio pupilli præesset, donec lis, inter tutorem, qui tutor esse recusabat, ideoq; prouocauerat & pupillum, finiretur: aliud autem rursus est, in curatore generaliter, vel ad id expressim, vt hereditatem adiret, constituto. *gl.d.l. cum in vna.§.1. & ibi Ioh.de Imol.in fin.ff.de appell.*

Quare isipse textus, nihil planè, decisioni casus nostri inseruit. Cum hic adultum, aut etiam omninò maiorem habeamus: cum item in id solùm, curator, vt hereditatem adeat, & diuidat, constituatur.

127 Et vltimò refellitur quoque id, sine labore vllo, quod habet: quod attamen absens, domum reuersus, aduersus gesta per curatorem, maximè si is, alijs petentibus dabatur, in integrum restituatur. *Vt scriptum in indiuiduo reliquit Sfort.Odd. in tr.de restit. in int. q.29.n.26.per l. ab hostibus in pr. ff. ex quib. caus. maior.*

128 Nam id verum est ita demum, si ea, quæ gessit curator absentis, damnosa ei fuerint. Nam si damnum nullum hinc incurrerit, silet quoque restitutio omnis. *d. l. ab hostibus ponderando verbum succurritur.ff. quib. ex caus.*

Atenim hic, damnum non facilè emergere potest. Habemus enim hereditatem opulentam: habemus accuratissimè conscriptum inuentarium: habemus, quam ceu normam sequamur, dispositionem paternam, & deniq; sortis iudicio, diuisio tota primi debet.

129 Cogitandum præterea illud est, quod restitutio in integrum, filio illi absenti, si quod damnum in absentia sua incurrisset, deneganda non foret, etiamsi nullus ei Curator, datus esset vnquam. Bona enim est consequentia, est minor, & læsus: Ergò in integrum restitutionem rectè postulat. *l.nam & posteà.§.minor.ff.de iureiur.l.non omnia.ff.de minor. l.minoribus.C. de restit.in integr. Sfort. Odd.in tr. de restit.in integr.q.4.n.1.& 2.*

Dummodò facilitate sua, iudicijq; imbecillitate læsus sit. *Vti ex Br. Alex.& Ias.decidit Tiber.Decian.cons.18.n.242.vol.1.*

130 Sed & scholaris, si diu absens studiorum causa fuerat, & domum reuersus, patrimonium suum imminutum esse, repererit, restitutione in integrum fruitur. *Sfort.Odd.d.tr. de rest.in integr.q.7.n. 127.per l.nec non.ff. ex quib. caus.maior.*

Quid itaq; opus est, hanc ob rem intermittere curatoris petitionem, aut hereditatis diuisionem?

Hæc conscribere de sex hisce quæstionibus volui: Ea verò quæ conscripseram, cum iure, æquitateq; congruere, planè censeo. Interim liberum, cuiq; me doctiori, arbitrium relinquo. F. P. D.

CONSILIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1. *Mater non tenetur alere liberos nisi in triennium vsq;.*
2. & 3. *Auus, patre mortuo, alere nepotem & neptem tenetur.*
4. *Auo paterno & matre concurrentibus, aui & non patris est, nepotes alere.*
5. *Mater alens liberos eo casu, quo non tenetur, repetit quæ erogauerat, ab omni eo, qui vt alimenta suppeditaret, erat obligatus.*
6. *Pro alimentis in dubio iudicandum est.*
7. *Quæstio an sit, omnium est prima.*
   Disputatio, de veritate non entis frustra suscipitur. ibidem.
8. *Altus quis ab eo præsumitur, cui alimentationis onus incumbebat.*
9. *Alimenta præstita alicui esse, probari difficilimè potest.*

10. *Alimenta præstita esse probatur per indicia, coniecturas, præsumtiones.*

11. *Alimenta aliqua præstita esse, si probatur, stabitur de reliquis iuramento partis.*
Dummodò expensa alimentorum magna admodum non sint: persona item iurare volens, fide digna sit. n. 12.

13. *In alimentis, singula probare momenta, necesse non est, sed extrema probasse satis est.*

14. *Alimenta probata sunt eo ipso, quod probatur eum, de quo alimentando agitur, aliquandiu apud hunc vel illum commoratum esse, aut aliquandiu egrotasse.*
In alimentis probandis non oportet probare, quod hæc præbita sint de pecunia propria alentis. ibid.

15. *In alimentis repetendis, nulla habetur ratio laboris, aut industriæ, sed tantum ipsorum sumtuum.*

16. *Altum quem esse ab eo, cui id oneris incumbebat, præsumi, quatenus verum.*

17. *Alimenta alij præbuisse is præsumi nequit, qui ipse vt sibi de vitæ necessarijs prospiceret, summè opus habebat.*
Admittitur attamen probatio in contrarium. n. 18.

19. *Alimenta præstita ab eo esse, qui id facere debebat, probatur hoc pacto quod is qui altus est, ipse sibi de alimentis prospicere non poterat, quod item nemo alius ostendi possit, qui alimenta ei præbuerit.*

20. *Nemo, excepto lupo, de vento præsumitur viuere.*

21. *Alimenta ei denuò constitui non debent, qui ea semel necessitate vlla non coactus, perdiderat.*
Contrarium receptum est n. 22.

23. *Alimenta filio, qui se nihil amplius petiturum iurauerat, denuò constituere parens necesse non habet.*

24. *Alimenta iure naturæ à patre filio debentur. Vnde nec facto patris constituentis, nec facto filij consumentis, debitio eorum desinere potest.*

25. *Alimenta, etiamsi filio semel tantum essent constituenda, non tamen factum filij, prodigè alimenta consumentis nocere posset nepoti.*

26. *Filia pro patre, cuius heres non est, non tenetur.*

27. *Neptis quæ patrem inopem habet, maximè si is defunctus iam sit, iure proprio, alimenta ab auo poscit.*

28. *Ad alimentorum dationem quod attinet, nulla inter ius Saxonicum & commune apparet disparitas.*

29. *Ius commune etiam in foro Saxonico sequendum, in casibus, in quibus, ius Saxonicum contrarium expressè non sanxerat.*

30. *Alimenta finiuntur morte.*
Et quomodo id intelligendum. n. 31.

32. *Actio negociorum gestorum, datur pro repetendo eo, quod alimentorum nomine erat erogatum.*

33. *Actio negociorum gestorum est perpetua.*

34. *Actio negociorum gestorum datur heredibus, & in heredes.*

35. *Alimentorum præstatio, moderari debet ex ordine succedendi.*
Declaratur n. 37.

36. *Mater in successione auo potior est.*

37. *Alere liberos maternum officium non est.*

38. *Argumentum ab ordine succedendi ad præstationem alimentorum semper & vbique non procedit.*

39. *Mater post triennium, in subsidium liberos alere tenetur.*
Et quomodo id in subsidium intelligendum. n. 40.

41. *Alimenta præstare non tenetur is, qui ipse eget, & rerum omnium penuria laborat.*

42. *Patria potestas, more Saxonum & eorum qui Marchiam Brandeburgensem incolunt, finitur eo ipso, quod liberi contrahunt matrimonium, & sese separant, à domo, mensa, paterna.*

43. *In alimentis præstandis, nulla inter emancipatos, & liberos in potestate differentia constituenda est.*
Etiam quo ad ius Saxonicum. n. 44.

45. *Alimenta nemo præstare astrictus est, qui non interpellabatur ad præstationem eorum faciendam.*

46. *Vasallus ob alimenta non exhibita feudo non priuatur, si Dominus eum, vt alimenta præstaret, non interpellarat.*

47. *Alimenta quoq; liberi, à parentibus petere debent: in hoc vt parentes in mora constituant.*

48. *Argumentum à priuatione feudi ad repetitionem sumtuum, non concludit.*

49. *Interpretatio ad l. si quis à liberis. in pr. ff. de lib. agn.*

50. *Actio negociorum gestorum oritur non ex petitione vel interpellatione aliqua, sed ex ipsa gestione: & statim ac negotium gestum est. n. 51.*

52. *Condictio indebiti datur ei, qui negotium alienum, nomine proprio gesserat, in id vt sumtus ei restituantur.*

53. *Condictio indebiti re contrahitur nec ad esse suum petitionem vel interpellationem vllam requirit.*

54. *Auus neptem, extra domum propriam alimentare obligatus non est.*

55. *Alimenta semper in domo facilius quàm extra domum præstantur.*

56. *Alimenta petens, sibi extra domum, alimenta præbentia exhibere re plus petit: & conditionem eius, qui alere debet, duriorem efficit.*

57. *Alimenta ex causa, rectè extra domum alimenta*

menta præbere debentis, petuntur.

58. *Alimenta præterita, si solo officio iudicis debentur, peti nullo modo possunt.*

59. *Officium iudicis pro alimentis à parentibus impetrandis, liberi implorare tantũ possunt: Etiam tunc, cum auus neptem alere debet.60.*
Et quomodo id intelligendum n.61.

61. *Alimenta debita iure actionis etiam præterita rectè petuntur.*

63. *Alimenta præterita, etiam liberis debita, rectè petuntur, si liberi ab alijs, pecuniam mutuo acceperint, donec is, qui alimenta liberis præstare debebat, ea reuera præstitisset. Atq; hoc casu, etiam is rectè agit, qui mutuam pecuniam liberis dederat.n.64.*

65. *Alimenta præstita præsumuntur repetendi animo.*
Fallit.n.66.

67. *Alimenta præstita ex charitate vel affectione paterna vel materna, præsumuntur donata esse.*

68. *Mater præstans alimenta, ea non repetit, nisi dum præstaret, de repetendis eis protestata fuerit, aut librum rationum conscripserit.n.69.*
Sed & oportet vt l[illegible] asu protestetur librum item ratio[illegible] conscribere auspicetur, priusquam alimenta dare incœperit. & n.70.& 71.

72. *Mater quo casu alimenta repetet, etiamsi protestata non fuerit, aut librum rationum conficere omiserit.*

73. *Affectio materna aliqua, aui respectu esse non potest.*

74. *Ratione decisionis cessante, ipsa cessat decisio.*

75. *Mater in alimentorum repetitione opus non habet protestatione aut conscriptione libri rationum, eo casu cum pater auusq; diuites sunt, illaq; alimentandi onere non subiacet. Sicuti nec tunc, cum impensæ magnæ admodum sunt.76.*

77. *Præsumtio debilior, qua donatio alimentorum ex pietate materna erga liberos præsumitur, eo casu, cum impensæ alimentorum magnæ sunt, tollitur per præsumtionem fortiorem, qua suum nemo iactare velle præsumitur.*
Quod maximè tunc verum est, cum mater pauperior est. 78.

79. *Alimentorum appellatio latissimè patet.*

80. *Alimentorum appellatione veniunt cibus.*

81. *Potus.*

82. *Vestes.*

83. *Lectus.*

84. *Calciamenta.*

85. *Culcitra.*

86. *Habitatio.*

87. *Equus, si is qui ali debet, conditionis talis sit, quod pedes ire non debeat.*

88. *Aqua, si hanc emi oportet.*
Aqua Romæ, Venetijs & Ferrariæ emitur. ibid.

89.& 90. *Lignum ad conclaue calefaciendum & ad coquendos cibos.*

91. *Alimentorum appellatione non includuntur habitatio & vestiarium.*
Et quomodo id verum sit.n.92.

93. *Alimentorum appellatio ad ea, quæ ad disciplinam pertinent, non porrigitur.*
Et quando id verum n.94.& 95.

96. *Alimentorum appellatione, medicinæ an veniant.& n.97.98.& 99.*

100. *Medicinæ liberis exhibendæ sunt quantumuis liberi, culpa propria in morbum incidissent.*

101. *Alimentorum appellatione, quando veniant impensæ, medicinæ causa factæ, etiam grauiores.*

102. *Medicinæ impensæ, an sint grauiores, an leuiores, eo casu, non perpenditur, quando medicamenta liberis sunt exhibenda.*
Dummodo totas facultatum eius, qui eas soluere debet, vires non excesserint.n.103.

104. *Mater, quæ conduxit mulierculam quæ filiæ ægrotanti adesset, eiusq; curã ageret, an repetere possit sumtus, hoc nomine factos.*

105. *Alimentorum appellatione veniunt etiam funeris impensæ.*
Dummodò hæ condecenter & pro conditione eius, qui sepelitur, fiant.n.106.

QVAERITVR.

Moritur quidam & post se viduam, filiam tres annos natam, patremq; superstites relinquit. Et quamuis pater, ei non solùm omnes studiorum sumtus, qui immodici ferè erant, remisisset, & præterea haud mediocrem pecuniæ quantitatem, cum vxorem duceret, vt par esset, oneribus matrimonij sufferendis, assignasset, omnia tamen hæc, à defuncto, dum is inter viuos adhuc ageret, non solùm fuerunt consumta: verum etiam æs alienum, magnum, tùm apud ipsum patrem, tùm apud alios conflarat. Quare vidua, filiaq; ab hereditate eius abstinere, coactæ fuêre.

Etsi autem mater, secundum ea, quæ proponuntur, alimentorum subministrationem, ad filiolam, quod attineret, aui paterni, non suam esse, non esset ignara: noluit attamen auum istum senem à se, filiolaq; sua alienare: existimansq; præterea, filiolam commodius apud se educatum iri, eò quod viduam tum temporis viueret vitam auus, vnde puellæ teneræ educatio, peregrè profecto auo ancillis & pedissequis concredenda fuisset.

Retinet itaq; filiolam apud se, auoq; alimentorum nomine non interpellato eam, mu-

tuo ab amicis, cognatisq; corrogata pecunia, enutrit. Putaret enim fieri non posse, quin secundum naturæ ordinem, filiola auo olim esset successura, seq; impensas alimentorum causa factas, tunc rectè recuperaturam.

Iam verò filiola quoq; dum septimum ætatis annum ingressa esset, morbo diuturniori conflictatur, & deniq. ipsa mors ipsam occupat. Quamobrem mater filiolæ salutis percupida, rursus necesse habuit, multum pecuniæ in medicos & medicamenta erogare: sed & funus ipsum curare.

Conspicata itaq; illam successionis spem, quæ illam hactenus fouerat, planè iam defuisse sumtus quos fecerat, ab auo repetere, aggreditur.

Quæsitum itaq; fuit, iure ne compelli auus, ad impensarum refusionem, restitutionemq; posset, nec ne?

1 Equidem hîc memineram illius regulæ, quæ habet: matrem non teneri nisi in triennium vsq; liberos alere. *gl. in l. alimenta. & ibi Br. n. 1. Bl. n. 2. Castr. n. 3. Saly et. n. 4. C. de negot. gest. Br. in tr. de aliment. n. 13. Br in l. si quis. §. si mater. n. 1. ff. de lib. agnosc. Br. ad l. 2. & ibi Alex. in addit. C. de patr. potest. Abb. ad c. 2. n. 4. extr. de conuers. infidel. Bl. de Bartolinis ad l. 1. n. 142. ff. solut. matr. Angel. Aret. ad §. ius naturale. n. 6. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Amanel. de Clar. aq. singul. 7. Cacheran. decis. Pedemont. 46. n. 10. Garf. in tr. de expens. c. 3. n. 29. Cuac. in tr. præscript. c. 22. vers. quinto Friderus in tr. de proces. in Camer. extrahend. lib. 2. c. 54. n. 4. Did. ac. Spin. in specul. testamentor. gl. 16. n. 116.*

2 Sed & eius non eram immemor: quod patre etiam mortuo, auum nihilominus alere, non solum nepotem *l. penult. ff. de liber. agnosc. Surd. in tr. de alimen. tit. 1. q. 12. n. 2. Franc. Aret. conf. 17. n. 11. Rum. consil. 94. n. 8. vol. 5.*

3 Verum etiam neptem oporteat *l. qui liberos. & ibi Cora. n. 104. ff. de ritu nupt. qui hoc verissimum & receptissimum attestatur. Surd. d. tr. de alimen. tit. 1. quæst. 12. n. 5. Marcus Anton. Peregr. in tr. de fideicom. art. 37. n. 9. fac. tradit. Cephal. consil. 485. n. 82. Iohan. Bapt. Laderch. conf. 119. n. 2. tunct. tradit per Tiber. Decian. conf. 16. n. 85. vol. 1.*

4 Cogitabam item, matre & auo paterno concurrentibus, aui & non matris nepotum alimentationem fore, certi iuris esse. *tradente in indiuiduo Surd. in tr. de aliment. tit. 1. q. 103. n. 2. Coler. in tr. de aliment. lib. 1. c. 8. n. 12. vbi Host. Nicol. Boer. Hartman. & Rum. idem volentes adducit.*

5 Sic conspicabar: matrem, quæ cum in id non esset obligata, alimenta liberis suppeditasset, ea rectè repetituram vel ab ipso filio, vel à marito, vel ab auo, vel deniq; ab omni eo, qui eo nomine, secundum iuris prouisiones, obstrictus tenebatur. *l. Nesennius ff. de negot. gest. l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de lib. agnosc. Surd. in tr. de aliment. tit. 6. q. 8. n. 1. & 4. & q. 16. n. 3. Iohan. Bapt. Pontan. in tr. de aliment. c. 8. n. 6. Cal. in tract. de alim. lib. 1. c. 6. n. 16. & lib. 3. c. 5. n. 1. Marc. Anton. Peregr. in tr. de fideicom. art. 37. n. 14.*

Et denique in mentem veniebat, in dubio quoque casu, pro alimentis pronunciandum esse. *Surd. in tr. de aliment. tit. 9. quæst. 15. n. 12. vbi Fortun. Garc. & Cordub. de Lara in id adducit. Coler. in tr. de aliment. lib. 3. c. 14. n. 8. qui Steph. Forcatul. idem voluisse allegat.* 6

Verum etsi hæc omnia, ita sese habeant, mihi tamen semper periculosum visum est, ex generis istis traditionibus, rem aptè definire velle. Quare paulò altius exordiendum esse censeo: & cum quæstio illa: an sit? omnium prima esse soleat, cum frustra omnis, de non entis veritate suscipiatur disputatio. *arg. l. sius qui in prouincia. vers. quoniam ff. si cert. petat. fac. tradit. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 9. n. 45. ad med. & c. 10. n. 44.* 7

Primò putarim videre oportere, probare ne possit mater, filiam à se fuisse alteram:

Secundò: an auus ad præstanda alimenta obligatus fuerit, nec ne: & si illum obligatum fuisse apparuerit: simul quoq;, quæ videbantur obstare, remouebimus.

Et deniq;, quousq; alimentorum appellatio pateat, paucis indicabimus. Sic enim demum, veram, iuridicamq; huius quæstionis, me iudice, resolutionem habebimus.

QVÆSTIO. I.

Sanè ad primam quod attinet quæstionem: matri nocere video illud, quod aduersus se stantes habeat, iuris præsumtiones.

Euicimus namq; superius, autum paternum & non matreni, regulariter neptis nutricationem incumbere.

Quod cum ita sit, secundum quoq; iuris præsumtiones, rectè concludemus: neptem de qua agimus, ab auo alitam fuisse. Stat enim iuris præsumtio: quod quis ab eo, cui alimentationis onus incumbebat, altus quoque sit, prout hoc in indiuiduo scriptum reliquit *Ascan. Clem. in tr. de patr. potest. effect. vlti. n. 64. cum seqq. Ioh. Garsias in tr. de expens. c. 4. n. 26. Masear. in tr. prob. concl. 77. n. 7. & concl. 716. n. 1. 2. vers. nec ferendus. C. de alim. pub. præst.* 8

Sed & prouisi quoq; iuris est, quod probationis difficilimæ sit, siquidem docendum fuerit, alicui alimenta præstita esse. *Vti ex Corneo, Cordubo de Lara. Masc. & Benint. in indiuiduo docet Surd. in tr. de alim. tit. 6. q. 23. n. 9.* 9

Verum hæc non moror. Primò etenim crediderim, auum, ea integritate futurum, qua ingenuè confiteatur non à se, sed à matre, neptem enutritam fuisse.

Hac autem aui confessione, concident statim, quæ hactenus recensuimus obstacula. Partis enim aduersæ confessio reliquarum omnium probationum regina est, per vulgar.

Quod

Quod si auus, id inficias ire non erubesceret, quin tamen de alimentis exhibitis, mater iudicem edocere posſit, non dubito.

10 Nam cum difficilis probationis alimenta sint, probabuntur ea, etiam per indicia, coniecturas & præsumtiones, *Vti ex Bl. Coru. & Benint. in specie decidit Mascard. in tr. de probat. concl. 77. n. 1. Surd. d. q. 23. n. 14.*

Sed & testes domesticos, in id productos esse sufficit. *Mascard. d. concl. 77. n. 8.*

11 Sed & comprobatis certis alimentorum quotis siue partitis, de reliquis iuramento partis stabimus. Vti in specie decidit *Ale. conſ. 60. n. 4. lib. 6.*

12 Dummodo impensæ magnæ admodum non essent, persona item iutare volens, fide digna sit. tradente in indiuiduo *Coler. d. tr. de aliment. lib. 3. c. 12. n. 35.*

13 Sed nec necesse est, vt singula probentur momenta, in quibus alimenta præstabantur (cum id impolsibile ferè sit) sed quod probentur extrema: veluti quod testis dicat, se vidisse Bertam in domo Fabiæ enutriri, cum esset quatuor annorum, vidisse item se, eam rursus educari in eadem domo, cum septennis esset, satis est. Nam hisce extremis probatis, de medij temporis alimentatione iam constat nisi contrarium quod q; interim, alibi vixerit, fides legitimè fiat. *Ita in indiuiduo præuntibus Corneo. Iosepho Ludouici, Simone de prætis. Petro Beuint, & Ludouic. Bologn. in specie decidit. Coler. in tr. de aliment. lib. 3. c. 12. n. 33. Surd. in tr. de aliment. tit. 6 q. 23. n. 21. verſ. continua itaq;.*

Sic probato eo, quod is de cuius alimentis res est, aliquandiu, apud hunc, vel illum commoratus fuerit, aut ægrotarit, iam probata sunt alimenta tradente in indiuiduo *Coler. d. tr. de aliment. lib. 3. c. 12. n. 37.*

14 Et denique opus non est, quod edoceatur propria alentis pecunia, quem alitum fuisse, Vti in indiuiduo *ex Baldo ſcriptum reliquit Coler. d. c. 12. n. 36.*

15 Quare apud me dubium non est matrem hic rectè comprobaturam, quid quantumué, alimentorum nomine, in neptem impenderit, dummodo meminerimus in alimentis repetendis, nullam laboris, aut industriæ, sed tantum ipsorum sumtuum factorum rationem haberi. *tradente in indiuiduo Bl. in l. patrem in ſi. C. de nupt. Petr. de Rauen. ſingul. 28. Rota Roman. decis. 742. n. 1. p. 1. Ioh. Bapt. Ponton. in tr. de alim. §. 8. in fin. & c. 20. n. 4. verſ. quæ quidem. Coloc. in tr. de aliment. lib. 3. c. 6. n. 13.*

16 Nec obstat, quod quis ab eo altus præsumatur, cui id facere iura iniunxerant. Veluti superius adducebatur: nam id verum est, si is qui ali debet, cum illo, cui incumbebat alimentorum præstatio, cohabitauerit. Quod si alibi commoratus fuerit, res secus fele habet. *tradente in indiuiduo Iohan. de Imol. in l. qui ſub conditione n. 2. verſ. extr. gloſſam. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. de Immol. in l. cum ſeruus n. 4. in fin. ff. de verbor. obligation. Iohan. Petr. Surd. in tr. de aliment. tit. 6. q. 23. n. 15. vbi Cordub. de Lara idem voluisse in teſtu est. Coler. in tr. de aliment. lib. 3. c. 13. n. 16. qui Curt. Senior. huius ſententiæ ſectatorem refert. Natt. conſil. 547. n. 29. & ſeq. arg. d. l. 2. C. de aliment. pupill. præſtand.*

Atenim hic omnes scimus, neptem de qua in præsentia tractamus, nunquam in ædibus aui commoratam fuisse.

Posthremò non facesit quoq; negocium illud: quod is nunquam censeatur, alium aluisse, qui ipse, vt sibi de vitæ necessarijs prospiceret, summè opus habebat. *tradente in indiuiduo Coler. d. tr. de aliment. d. lib. 3. c. 13. n. 17. arg. l. Præſes. C. de ſeruit. & aqu.* 17

Cum attamen ab initio indicauerimus mortuo marito, matrem de qua nunc agimus, pauperem & inopem relictam esse.

Nam hæc præsumtio iuris tantum est. Quare in contrarium probationem admittit *Abb. in c. 4. n. 2. verſ. quaudoq; tamen ext. de præſumt. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 1. q. 4. in fin. & lib. 2. præſumt. 75. n. 27.* 18

Vnde matri de qua res est, damni nihil inferet. Ea enim quæ asseuerat, probare parata est.

Quid? quod matrem hic, filiam aluisse satis probetur eo ipso, quod auus, quod neptis sibiipsi alimenta per ætatem, quærere non potuerit, quod q; à se alita non sit, fateri cogatur, & interim præter matrem monstrare posit neminem, qui eam aluerit. 19

Cum tamen neminem præter lupum. *gl. vlt. ad l. 2. C. de aliment. pupill. præſt.* 20

De vento viuere in conscisso sit. *l. 2. C. de aliment. pupill. præſt. Philipp. Camer. oper. ſucceſſitar. p. 1. c. 15. paulò ante finem.*

II. QVÆSTIO.

Proximus nunc ille est casus, vt videamus, adsint ne aliqua, quæ auum excusent, quominus nepti, sumtus alimentorum suppeditare cogatur.

Equidem, si vlla aliqua ratione excusandus foret auus, hanc excusationem, inde petere oportet, quod filio tot sumtus studiorum liberaliter condonarit, quod ei legitimæ nomine, vltra mille vnum Ioachimicorum, cum vxorem duceret, assignarit, quod deniq; haud mediocrem pecuniæ quantitatem, filio mutuò dederit.

Nam hinc rectè inferri posse videbatur: eum ad alimentandum vlterius filium, consequenterq; neptem non astringi.

Habemus namq; interpretum iuris traditionem apertissimam: quod alimenta denuò illi constitui non debeant, qui ea semel, vel libidine, vel inertia consumserat. *Bl. in auth. con-* 21

tb. contra rogatiu n. 8 C. ad S. C. Trebell. Alex in l. si cum dotem. §. 1. n. 9. ff solut. matr. Menoch. in tr. de præsumt lib. 4 præsumt. 12 n. 18. Roderic. Aluarad. in tr. de conuict. ment. def lib. 2 c. 2. §. 1. n. 82.

22 Verum nec hoc me mouet, quin iuri æquitatiq; magis consentaneum esse statuam: adhuc semel deberi alimenta, quæ quidem à patre sunt assignata, sed consumta deinceps fuêre: pro vt hoc in indiuiduo tradiderunt *Spec. in tit. qui fil. flnt legit. n. 12. & ibi Bl. in additione. Bl. in l. si cum dotem. §. 1. n. 2 ff solut. matri. Bl. in l. 1. §. ius naturale. n. 18. ff. de iustu. & iur. Bl. in auth. si captus. n. 12. C. de epis. cop. & cleric. Bl. in l. semus. in pr. n. 13. C. de inoffic testam. Petr. Bennt. decis. Bonon. 22 n. 2 p. 1. Surd. in tr. de alment. tit. 4 q. 5. n. 15. vbi hanc sententiam Iacobum de Arena. Bl. Angel. Roman. Petr. Rauen. Dec. Barbat. Marsil. Cach. Bonacos. Firmian. Paris. Paleot & Cuccum amplexatos fuisse atteſtatur Iob. Bapt. Pontan. in tr. de alment. c. 1. n. 5. Nicol. Carbo in pract. pract. lib. 3. c. 1. n. 56. vers. nono. Franc. Viuius communem dicens. com. opin. lib. 1. opin. 22. vers. vbicunq, verò.*

23 Nisi fortè filius, eo tempore, cum alimenta ei assignarêtur, se nihil amplius posthac petiturum, iurasset. Tunc etenim iuramentum tenet, iurantemq; ad obseruationem sui astringit. *Vti ex Orosc. Couarr. Vasq. Rotas & Gutierrez. hanc esse communem, & in praxi seruandam opinionem atteſtatur. Didac. Spino à Cacer. in ſpecul. teſtam. gl. 16 n. 121.*

24 Ab his autem, cum alimenta iure naturæ à patre filio debeantur. *l. 1. §. ius naturale. ff. de iustic. & iure. §. ius naturale. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Bart. Romul. in l. vt vim. n. 136. ff. de iuſtic. & iur. Garſ. in tr. de expenſ. c. 3. n. 1. cum ſeqq. Coler. in. tr. de alment lib. 1. c. 2. ex n. 2.*

Hæc alimentorum debitio, nec facto patris assignantis, nec facto filij consumentis, tolli poterit. *Pro vt hoc in ſpecie ſcriptum reliquit Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicommiſſ. art. 36. n. 145. vers. & ratio eſt. per §. ſed natura alia. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & l. iuſta ſanguinis. ff. de regul. iur.*

Nec obstant in contrarium adductæ autoritates. Baldus enim vt vides sibiipsi hac in re reperitur contrarius, & in plærisque locis alimenta denuò constituenda esse docuit.

Alexander de Imola verò, etsi eum ita pasim allegari animaduertam: in meo tamen codice, id non dicit.

Menochius verò de legato alimentorum tractat, illudq; reiterabile non esse affirmat.

Et denique Aluaradus, de fratre maioratum possidente, vnde reliquis fratribus, semel alimenta certa assignarat, quæ iam dilapidata sunt, loquitur.

Non itaque hi omnes, ceu contrarium sentientes, allegari merebantur.

25 At estò, ponamus ex recepta sententia (quod tamen, citra veritatis præiudicium fiat) patrem filio præter vnicam alimentorum præstationem non debere: non tamen propterea factum filij alimenta prodigè consumentis, obortis nepti, sibi quoque ab auo paterno alimenta assignari petenti.

Nec enim filia pro patre, cuius heres non est, tenetur. *tot rubr. & nigr. C. ne fil. pro patre iuncti. l. liberorum. ff de verbor. ſignific. at. & l. ex qua perſona. ff. de regul. iur.* 26

Et neptis, quæ patrem inopem habet, maximè verò si is iam in viuis esse desisset, iure proprio, alimenta ab auo poscit: *per tradit. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 103. n. 4.* 27

Concludamus itaque auum ad assignandum nepti alimenta, omninò obstrictum esse.

Nec obstat, quod attamen vera huius quæstionis determinatio ex iuris Saxonici constitutionibus petenda sit. Cum inibi auus, vbi ius Saxonicum viget, domicilium suum habeat.

Nam nulla hac in parte, & quo ad alimentorum dationem, inter ius Saxonicum, & commune apparet disparitas. 28

Quapropter cum iuris sit expeditissimi, quod ius commune, in foro Saxonico etiam, in casibus, in quibus ius Saxonicum contrarium expresse non sanxerit, sequamur. *gl vlt. artic. 36. Landrecht. lib. 2 gl penult. ad fin. artic. 44. Landr. lib 3. Schrad. in tr. feud p. 10 ſect. 7 n. 48.* 29

Momenti quoque aliquius obiectio hæc non erit.

Sic quoque quam fecimus, conclusioni illud obstaculo non est: quod attamen morte finiantur alimenta. *l. Mela ff. de alment. & ibar. legat. l. cum hi. §. conſtat. ff. de tranſact. Gail obſeruat. 88 n. 13. lib. 2. Guillelm. Bened. in repet. c. Raynutius in v. dotem quam ei dederat n. 16 in fin. ex. de teſtament. Panormitan conſil. 115. n. 1. cum ſeqq. volum. 2. Alciat. conſil. 187. n. 4. lib. 9 Menoch. conſil. 184. n. 8. volum. 2. Cephal. conſil. 485. n. 131. & conſil. 671. nu. 36.* 30

Nam id verum est secundum quid tantum & quatenus alimenta ab eo, cui debentur, petuntur, non autem quatenus á tertiò qui quem, cum in id non teneretur, aluerat, repetuntur. 31

Nam cum in id prodita illi sit negociorum gestorum actio. *l. Neſennius. ff. de negot. geſt. Cyn. in l. alimenta. C. eod. Coler. in tr. de alment. lib. 1. c. 6. n. 16. 6. n. 11. & c. 8. n. 10. vbi Bertrand. in id adduxit. & lib. 3. c. 5. n. 17. vbi Bl. Raph. Fulgos. Iohan. de Anic. Canale. Stephar. Ranchin. Cordub de l. ara. & Auguſtin. Beroium huius ſententiæ ſectatores nominat.* 32

Hanc autem perpetuam esse: tradente in indiuiduo *Adamant. Dionyſ in tr. de diuiſ actio. ad fin. ſub tabula quæ imbi habetur, ſub titulo: negotiorum geſtorum. Iohan. Criſp. de Mont. in tr. de term. act. tit. 27. verſ. item ex alio. & verſ. item eſt perpetua.* 33

Vbi

Vbi hanc esse communem attestatur, per l. aduersus. iunct. ibi gl. C. de negoc. gest.

34 Et heredibus & in heredes dari extra controuersiam positum sit. *l. 3. §. hac actio. ff. de neg. gest. l. curatorum. C. eod. tit. Ioh. Crisp. de Montib. d. tit. 27. vers. octauo. Coler. d. tr. de alim. lib. 3. c. 5. n. 4.*

Constat iam, morte, repetitionem alimentorum non finiri.

35 Rursus non refragatur his illud: quod attamen prouisi sit iuris: quod exordine succedendi, moderari quoq; debeat necessitas præstandi alimenta. *Bl. in l. cum in adoptiuis. n. 6. C. de adopt. Surd. in tr. de aliment. tit. 1. q. 2. n. 6. ad fin. Mon. à Cucu. in decis. cauf. cin. Arrag. dec. 16. n. 37.*

36 Nam etsi non eamus inficias: matrem in successione, auo potiorem esse. *aut. defuncto. C. ad S. C. Tert. Surd. in tr. de alim. lib. 1. c. 8. n. 12. Alc. con. 13. n. 2. lib. 9. Car. Ruin. con. 94. n. 9. & 10. vol. 5.*

Hinc tamen adhuc recte non inferemus matris potius, quàm aui fore, liberis de alimentis prospicere. Nam quàm modò adducebamus iurisregulam, vera tantùm est, quatenus masculus cum masculo concurrerit. Etenim inter hos is, qui hereditatem capit, alimentorum quoque præstationi erit obnoxius. *diuis autoritatibus.*

37 Secus autem est, si cum masculo femina concurrerit. Tunc namq; cum alere liberos fœmineum officium non sit. *l. si quis à liberis §. non tantum. ff. de liber. agnoscen. Coler. d. lib. 1. c. 8. n. 12. in fin. Surd. q. 103. n. 1.*

Ad masculos, quandoq; liberorum enutricatio, atq; educatio pertinebit quantumuis hereditas eorundem fœminis obueniat.

38 Vnde fat tutum non erit, argumentari semper & vbiq; velle, ab ordine succedendi, ad ius præstandi alimenta. *Surd. d. q. 103. in fin. Ruin. d. consil. 94. in fin. vol. 5.*

39 Sic quoq; non iuuat auum istud, quod attamen mater, in subsidium, etiam post triennium, liberos alere compellatur. *Coraf. in l. qui liberos. n. 153. ff. de vit. nupt. Euerard. in top. in loc. ab alim. ad dot. n. 5. Aman. de Clar. aq. fing. 1. Masc. in tr. de probat. concl. 727. n. 9. Toming. decis. 32. n. 6. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 7. n. 4. Petr. Frider. in tr. de proceß. extrahend. lib. 2. c. 54. n. 4. Didac. Spin. in speculat. testam. gl. 16. n. 116. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 6. n. 15. Menoch. in tr. præsumt. lib. 4. præsumt. 189. n. 30.*

40 Nam latet homonymia in voce: in subsidium. Cum illud in subsidium intelligi debeat, de patre auoq; paterno simul inopibus & egenis: non autem si patre quidem, ad præstanda alimenta, minus idoneo auus paternus adhuc locuples, diuesq; fuerit, *per ea quæ superius in principio afferebantur.*

41 Sed & illud considerandum hîc erit, quod iuris sit quotidiani: quod is nunquam, ad alimentorum obligationem, per legem inductam astringatur, qui ipse eget, & rerum omnium penuria laborat. *tradente in induiduo Kobl. exercit. lib. 1. exercit. 2. n. 47. vers. tursus sit etiam. vbi Bl. Panormit. Ant. Gabr. Rom. Cravett. & Beuuntend in id adducit.*

Quare, etiamsi aliàs mater, ob id tantum, quod pater inops esset, liberorum alimentorum susc ipere obligata foret: hîc tamen ob inopiam propriam, vt sub ingressum indicabamus, ab hoc onere immunis omninò seruaretur.

Leuisculum quoq; illud est: quod attamen moribus nostratium, sicuti & Saxonum, & aliorum populorum, liberi è manu, potestateque patria exeant, quam primum matrimonium contraxerint: sèq; à domo, mensaq;, paterna separant: *tradentibus in primis diuiduo Autor different. inter ius ciuil. & Saxon. differ. 31. lib. 2. Hen. Breul. in tr. de recept. renu. mor. cauf. 4. c. 10. n. 16. Bod. de Rep. lib. 1. c. 2. n. 18. Dauth. in tr. de teſt. n. 158. ampl. 8. Col. in tr. de alim. lib. 2. c. 3. n. 7.* 42

Nam ne sic quidem, alendi onus, auus effugiet. Cùi nalimentis præstandis, nulla inter emancipatos, & liberos in potestate constituenda sit differentia. *text. in l. quis à liberis in pr. ff. de liber. agn. Ioh. Bapt. Pont. in tr. de alim. c. 1. n. 4. & c. 9. n. 6. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 5. n. 41. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 1. n. 20. Frider. in tr. de proceß. in Caus. extrahend. lib. 2. c. 54. n. 3. Craw. conſ. 430. n. 10.* 43

Quod etiam, ad ius Saxonicum quod attinet, obtinet atq; verum est. *gl. artic. 19. Landrecht. lib. 2. Coler. in d. tr. de alim. lib. 1. c. 6. n. 41.* 44

Sic quoq; non nocet matri, quod tamen hactenus nunquam adhuc ostenderit, quod apud auum institerit, vt neptem suam aleret. Cum tamen nemo alimentorum nomine obligetur, si ab eo petita non fuerint. Exemplo eius, quod traditur: dominũ, ob causam alimentorum, vasallum feudo priuare non posse, nisi alimenta ab eo petijsset, vasallus autem ea, non præstitisset. *tradente in induiduo Schradero in tr. feudal. 1. p. 9. p. 2. c. 8. n. 14.* 45

Sed & liberos, desiderare oportet, se à parentibus ali, vt parcètes in mora constituant. *tex. in l. si quis à liberis in pr. ff. de liber. agnoſc.* 47

Nam non dubito, quin mater, se ab auo sedulò petijsse, fidem facere possit. Et præterea cogitandum est illud: à priuatione feudi, ad repetitionem sumtuum, argumenta deducere velle, rationis non esse. 48

Sed & *textum l. si quis à liberis in pr. ff. de liber. agnoſc.* de alimentorum petitione loqui: nobis autem de repetitione rem esse. 49

Et deniq; matri, aduersus auum, hacin parte repetendorum alimentorum, negociorum gestorum actionem dari. *Veluti antea comprobauimus.*

Hanc autem, non ex petitione, vel interpellatione aliqua: sed ex ipsa gestione: *tradente Br. in l. si pupill. §. item quæritur. n. 2. de neg. gest. per l. 3. §. hac autem ff. eod. titul.* 50

Et ſtatim ac negotium gestum est oriri. *Brun. in d. l. si pupilli. §. item quæritur. nu. 3. ff. de negoc. gest. Brun. in l. nam & Seruius. §. qui ne-* 51

qui negotia.n.2. ff.eod. tit. per d.l.3.§. hac autem ff. eod. tit.

52 Quid? quod is, qui negocium alienum nomine planè proprio gesserat, condictionè indebiti habeat ad sumtus expensasq; repetendas. *Vt est text. ad literam. in l. qui exceptione.*
* *§. si pars. & ibi Bart.n.6. Jas.n. 1. & DD. communiter. ff. de cond. indebit. Pyrrh in consuet. Aurel. tit. de feud. c.5. Tiraq. de retr. retract. p.1.§.1 5 gl.1.n.31.*

53 Quis autem vnquam audiuit, condictionem indebiti non nasci, nisi interpellatio, vel petitio præcessisset? Quinimò quis nescit, condictionem indebiti, re contrahi? *l. indebiti. ff. de condict. indebit. §. in quoq; Instit: Quib. mod. re contrahit. obligat. Ranald Cors. indagat. lib. 1. c.31. Mozz. in tr. de contr. Rubric. indebitum. n. 2.*

54 Porrò non exhibet quoque negocium illud: quod in casibus, vbi alimentatio aui est, ille tamen, alimenta nepti exhibere, extra domum suam propriam non teneatur. Pro vt hoc in indiuiduo decidit *Gaid. Pancirol. consil. 7. n. 5. volum. 1. per tradit. Iohan. de Imol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. n. 27. ver. vltimò adde. ff. solut. matrimon.*

55 Nam alimenta semper & vbiq; facilius, in domo, quàm extra domum præstantur. *tradent. Menoch. in tr. de arbitrar. Iudic. quæstion. casu 167. n. 13. & cas. 170. n. 10. Bursat. consil. 86. n. 23. vol. 1. per not. in l. de alimentis. C. de transactione. & l. Titia. §. Titia cum nuberet. ff. de legat. 2.*

56 Et qui alimenta sibi præberi, extra ædes eius, qui alere debet, petit, re plus petere videtur. Cum eo ipso, duriorem conditionem alere debentis, efficiat. *tradentibus in indiuiduo Rain. consil. 45. n. 4. volum. 2. & consil. 81. n. 3. eod. vol. Roland. à Valle consil. 22. n. 10. vol. 1.*

57 Nam hæc rursus omnia, secundum quid tantùm vera sunt, & quatenus iusta, non subfuerit causa, ob quam commodè satis neptis in domo aui, educari non possit. Hoc namq; si sit, auus ad alendum neptem, extra ædes quoque suas, obstrictus est. *Vt in indiuiduo tradunt Iob. de Imol. in d.l. si cum dotem. §. transgrediamur. n. 27. ff. solut. matrim. Thom. Grammatic. decis. 101. n. 57. & 58. Rain. cons. 81. n. 11. ver. sicut quando ab vno. volum. 2. Roland. à Vall. consil. 89. n.*
* *14. volum. 3. Natt. consil. 387. n. 5. vol. 2. Bursat. cons. 210. n. 9. vol. 2. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Guido Pancirol. d. consil. 7. n. 5. vol. 1.*

Quamobrem cum hîc plurifariam allegari possint causæ, ob quas mater filiam, secum retinuerit: non autem ad auum miserit, vtpote quod filia, nondum annos septem nata esset, cum moreretur: quod auus ab initio viduus esset: quod denique aniam nouercam superinduxisset:

Matri non officiet, filiam apud se remansisse.

Vt taceam hîc de repetitione: non autem de petitione alimentorum rem esse. Indeq; à separatis malam illationem fieri.

caſu proteſtatio, proteſtanti ius ſuum ſartum tectum conſeruat. *c.luet.ext.de offic.ordin. c. paſtoralis.extr.de except.Martin. de Ve. in tr.de proteſtat.n.9. Rebuff. in tr. de reprobat. teſt.n. 5. Tiber. Decian.conſ.13.n.25.& conſil.72.n.38. vol.2.Cranett.conſil.671.n.4.& conſil.974.n.17.*

At enim hic, vt ad me ſcriptum eſt, quoties Adminiſtrator, prior & reliqui cœnobij I. fratres, cum H. C. conueniſſent,vt de amicæ compoſitione controuerſiæ huius, inter ipſos tractaretur: proteſtati ſemper fuēre, ſas ipſis fore, ſiquidem con-

concordia hac de re iniri non posset, H. C. ob deteriorationem rei Emphyteuticæ, expellere atque ejcere.

Qui itaq; dici potest, remisisse eos aliquid de iure illo, quod nacti semel, aduersus H. C. fuerant?

35 Porrò etiamsi concedendum esset, H. C. ius aliquod adhuc, in villa A. competisse: non tamen procederet obiectio: Nam quod dicitur: Illum inter duos emtores, vel similem causam prætendentes, cui prius traditio facta est, potiorem esse: verum non est, cum is, cui prius traditio facta est, sciuerit, antequam sibi res traderetur, cum alio contractum celebratum fuisse. Ita in specie decidunt *Bl. in Rubric n. 1. C. de reuocand. donat. Salycet. in l. quoties n. 5. ibi Iaſ. n. 26. ver. nono. C. de rei v ndicat. Alex. in addit. ad Br. d. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publ. in rem act. Iaſ. in l. final. n. 28. C. de sacroſ. Eccl. Iaſ. in §. item ſi quis n. 116. Inſtit. de actionib. Hippol. de Marſil. in l. ſi duobus. n. 10. ff. ad l. Cornel. de falſ. Thom. Ferrat. caut. 4 8. n. 4. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vend. concl. 2. n. 30. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 19. n. 5. Hartm. Piſtor. q. 29. n. 28. lib. 2.*

Iam verò Dominus deijciens, nescius non fuit, quod H. C. cum F. nomine directorum Dominorum rei Emphyteuticæ, inierit contractum, vnde F. ius reale in villa A. fuerat quæsitum.

Iusit enim Dominus deijciens, vt sibi F. seruitia villæ huius nomine præstaret, vt item, quo H. C. creditoribus satisfierit, precium quod H. C. dare promiserat, apud certos iudices deponeret.

Ex possessione itaq;, villæ A. Dominus deijciens tueri se, aduersus restitutionem ab F. petitam non poterit.

Non dicam nunc, ex ijs, quæ ad me perscripta sunt, me addiscere non potuisse an Illustr. N. vnquam traditio villæ A. coram iudice competenti, facta sit.

Idcòq; præsumtioni huic iuris, locum fo-
36 re, qua statuitur: Huic qui primò emerat, primo quoq; loco traditionem factam esse, ita rursus in specie decidunt *Alex. an addit. ad Bart. in d. l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publ. in rem action. Bl. in c. 1. §. item ſi facta. n. 3. ſi de feud. fuer. controuerſ. Cyn. in l. quoties in fine. C. de rei vindicat. Iaſ. in l. final. n. 28. C. de sacroſ. Eccleſ. Hippol. de Marſil. d. l. ſi duobus. n. 8. ff. ad l. Corneſ. de falſ. Gomez. variar. reſol. lib. 2. c. 2. n. 20. verſ. tertio. Mozz. in tr. de contract. Rubric. de natur emt. n. 34. verſ. in dubio.*

Denique, fac iterum, id quod tamen ponimus tantum, non autem concedimus, iuris illi maximæ potiorem esse eum, cui prius traditio facta est, locum hic relictum esse, non attamen hinc F. petenti denegari poterit, rei spolio ereptæ, restitutio.

37 Traditionibus enim dominia rerum transferuntur. *l. traditionibus ibi Iaſ. num. 1. C. de pact. §. per traditionem. Inſtit. de rer. diuiſ. Cæſ. Contard. in repet. l. vnic. oppoſit. 1. n. 5. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appellat. Maſcard. in tr. de probat. concluſ. 537. nu. 2. Hieron. Butig. in l. omnia. nu. 11. ff. ſi cert petat.*

Exceptio autem dominij, restitutionem 38
spolij non remoratur. *Luc. de Penna. in l. ſi coloni q. 22. ibi Br. n. 23. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Dyn. in c. dolo facit. nu. 4. de Regul. iur. lib. 6. Innoc. in c. poſt electionem in fin. ext. de conceſſ. præb. Anton. de But. in c. ſæpè. col. fin. verſ. ex prædictis patet. ext. de reſtit. ſpoliat. Brun. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 27. ibi Iaſ. num. 43. Ripa. nu. 52. & D D. ff. de acquir. poſſeſſ. Hippolit de Marſil. ſing. 199. Buer. deciſ. 238. num. 2. Menoch. in tr. de remed. poſſeſſ. retin. remed. 1. num. 239. Alexand. conſil. 117. nu. 4. volum. 2. conſil. 6. nu. 17. volum. 3. conſil. 91. n. 6. vol. 5. & conſ. 33. num. 1. volum. 6. Decian. conſil. 57. nu. 6 conſ. 84. n. 2. Cravett. conſ. 322. ante. n. 1. verſ. quod. ipſum. Rol. à Vall. conſ. 1. n. 26. vol. 1.*

Tertiò obstare restitutioni id quoq; videbatur: quod cœnobium I. vt illustris. N. contractui inter se, & F. celebrato, assentiret, petierit.

Ceterum, etsi Illustris. N. assensum suum adhibuisset, vtq; instrumentum de super conscriberetur, mandasset: hoc tamen assensus instrumentum, pœnes Cancellarium post deinde fuisse relictum: villam autem A. interim per F. nihilominus fuisse occupatam,

Nam hinc rursus consequi videbatur, de-
iectionem F. ex feudo A. iure fuisse admi- 39
nistratam. Est quippe clari & indubitati iuris, quod in omni alienatione rei emphyteuticæ, cuius appellatione hypotheca quoque continetur, præsertim si ipsius emphyteusis vsus fructus, in hypothecarium transferatur. *l. final. C. de reb. alien. non alien. Br. in l. quorum. n. 1. ff. de pignor. Alciat. in l. alienationis. verbo. n. 1. ff. de verbor. ſignificat. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. n. 24. Inſtit. de action. Bl. in c. 1. §. aut ſi libellario. num. 6. Quib. mod. feud. amitt. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 16. n. 7. Arr. Pinel. in l. 1. p. 1. num. 18. C. de bon. matern. Bortholt. in tr. feud. c. 3. nu. 34.*

Domini directi, & quidem si duo media- 40
ti fuerint, primi, non autem secundi, consensus requiratur. *Bl. in c. 1. n. 4. de prohib. feud. alienat. per Fridric. Salycet. in l. final. nu. 9. ibi Iaſ. n. 88. C. de iur. emphyt. Azo in ſum. verſ. ſed poteſt. C. eod. tit. Hoſt. in ſum. n. 12. in fin. ext locat. Spec. in tit. de Emph. n. 152. Bl. inl. ſi permit. n. 2. C. ad S. C. Maced.*

Quòdque Emphyteuta, qui absque do- 41
mini consensu, rem emphyteuticam abalienauerat, iure, quod penes eum, respectu rei emphyteuticæ erat, credat. *l. fin. ibi D. D. communiter. C. de iur. emphyteut. Thom. Grammat. deciſ. 49. num. 1. & 2. Bortholt. in tr. feud. c. 3. nu. 35. Iaſ.*

37. Tasan. non solum. 9. morte. n. 23. ff. de oper. non. nunciat. Iul. Clar. recept. sententiar. 9. emphyteusis. quæst. 13. n. 1. Aurel. Corbul. in tr. de iur. emphteut. c. 14. in pr. Cardin. Paris. cons. 86. nu. 13. vol. 4. Alc. cons. 161. n. 6. lib. 9. Rol. à Vall. consil. 17. n. 1. & per tot. volum. 2.

42 Ex quo rursus inferri posse videtur, aut nullam omnino, villæ A. possessionem, in F. fuisse translatam. Nam cum contractus nulliter contractque iuris formam fuerit celebratus, vix est, vt eo possessionem vllatenus acquisitam fuisse, dici possimus. Quæ enim contra ius fiunt, vtique pro infectis habenda sunt. *l. non dubium. C. de LL. c. quæ contra ius. de Regul. iur. lib. 6.*

Aut etiamsi fuisset translata possessio, iure tamen nihilominus ea F. priuari, ab Illustris. N. ob contemtum consensus potuisse, adeò quidem, vt eam F. restitui non oporteat.

43 Ex eo enim quod consensus domini directi adhibitus non est, de non iure spoliati, notoriè constat, & quoties nō iure spoliatum agere, notorium est, spoliato non redintegratur possessio. *Innocent. in c. constitutus. ext. de fil. Presbyt. Bl. in l. 3. n. 17. C. si à non compet. iudic. Paul. de Castren. in l. 2. in fin. C. de edict. D. Hadrian. tollend. Alex. in l. naturaliter. 9. nihil commune. nu. 27. ibi Ripa num. 70. ff. de acquir. possess. Abb. in c. cum dilectus. num. 17. ext. de ordin. cognit. Felin. in c. si constiterit. nu. 5. verf. in gl. 1. ext. de accusat. Cæsar. Contard. in l. vnic. quæst. 10. num. 13. C. si de moment. possess. suer. appell. & alij complures idipsum voluēre, quos refert & sequitur Anton. Gabriel. Roman. in d. tr. regular. lib. 5. tit. de restit. spoliat. concl. 1. nuu. 110. Menoch. in tr. de remed. possess. recup. remed. 1. n. 215. & seqq.*

Verùm si pœnitius rem introspexerimus, obiectioni quoque huic tutò fidere non poterimus.

Nam primò incertum adhuc est, an ab Illustris. N. assensus, cò quod villæ A. directus esset dominus, fuerit petitus.

Et quantumuis Dominus deiiciens Dominus directus villæ A. fuisset: non tamen propterea nullitas aliqua illius transactionis quam confecerant inter sese cœnobium I. & H. C. oriri potuit.

44 Nam iura quæ volunt, quod Emphyteuta domino directo non requisito, alienans, à iure suo omnino cadat, de eo casu loquuntur, cum inter Emphyteutam & tertium, seu extraneum: non autem cum inter Euphyteutam primum, & secundum negocium geritur, potiusque fit dominij consolidatio quædam, quàm translatio seu alienatio. Hoc enim casu posterioti domini consensum necessarium esse, vlibi cautum esse, non memini. Quod itaque lex non dicit vel requirit, à nobis quoq; dicendum aut requirendum non est. *l. dissentientis. C. de repud. Iaf. in l. illam. num. 6. C. de collat. Neuiz. an. in Syluul. nuptial. lib. 5. num. 20. Syluan. in tr. feud. al. quæst. 110. num. 1. Lancil. Conrad. in tr. de offic. Prator. Rubric. de allegat. num. 10. Romul. in l. vt vim. num. 143. ff. de rustic. & iur. Tiraquell. in tr. cessante caus. limit. 1. n. 73. Capsserr. in tr. de numer. restit. p. 1. c. 16. n. 3. & 4. & c. 22. n. 26.*

Vt taceam rem facile ad priſtinam natu- 45
ram suam redire, reuertique solere. *l. si vnus ex arbitris. 9. sed si pactum. ff. de pact. Curt. in tr. feudal. 1. p. 3. p. num. 33. Garsi. in tr. de expensi. c. 10. nu. 26. Cald. in l. si curatorem. in v. implorare. num. 17. in fin. C. de restit. in integr. Capsserr. in tr. de numer. restit. p. 1. c. 19. num. 40. Seraph. in tr. de iuramēnt. privileg. 58. num. 8. Pecc. in tr. de testam. comun. lib. 3. c. 16. in pr. Borchelt. in tr. de pact. c. 17. n. 10. in fin.*

Atenim consolidatio tantùm dominij in priſtinum Dominum, non autem alienatio in nouam personam vel extraneum hic celebrabatur.

Transferebat enim H. C. rursus vtile dominium in Cœnobium I. quod prius eius fuerat, quàm villa A. H. C. vxoris parentibus, concedebatur.

Quorsum itaq; opus fuit, consensum illustris. N. adhibuisse.

Accedat ad hæc, quod etiam ante contractum tunc celebratum, H. C. omne ius suum, quod illi, in villa A. competierat, perdiderit, ob deteriorationes, quas in fundo emphyteutico fecerat.

Rursus itaq; ad consiscandum villam A. impetrare Domini superioris mediati consensum, opus non fuit. Concluſum enim commune est, ob deteriorationes, res emphyteuticas, ipso iure caducas fieri. *Vt ex paulò antè adductis videre licet.*

Neq; verò repugnat his illud, quod attamen post deinde Cœnobium I. villam A. F. possidendam nouè tradiderit, donec quæ sibi H. C. debebant, recepisset.

Nam ne sic quidem, Domini mediati 46
consensu, indigebamus. Etenim apertissimi est iuris, quod in oppignerationibus rerum Emphyteuticarum dominus directus, vt consensum præstet, requirendus non sit. *gl. in l. final. in verf. alijs vendere. verf. item an pignorare. ibi Iaf. n. 78. C. de iur. emphyteut. Spec. in tit. de emphyt. n. 148. Br. in l. tutor. 9. final. per ill. text. ibi Bl. Castr. n. 3. & DD. ff. de pignerat. action. Br. in l. si constante. n. 73. ibi Crott. repet. 1. nu. 94. & repet. 2. nu. 137. ff. solut. matr. Ripa in l. filiusfamilias. n. 90. ff. de legat. 1. Negus. ant. in tr. de pignor. 2. memb. 2. p. p. n. 28. Affli. decis. 191. n. 3. Boer. decis. 181. n. 2. Iul. Clar. in 9. emphyteusis. q. 18. Ant. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 6. tit. de regul. iur. concl. 12. n. 18. Soarez. com. opin. lit. E. n. 105. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de reb. qua pignor. dar. poss. n. 38. Borchelt. in tr. feud. c. 3. n. 42. Aurel. Corbul. in tr. de iur. emphyt. c. 14. limit. 33. n. 1.*

Nec

Nec refellitur hæc resolutio, etiamsi dixeris: quod omnis rei emphyteuticæ alienatio, prohibita sit. Item quod sub nomine alienationis, hypotheca quoque compræhendatur.

47 Hypothecam enim, alienationis verbo contineri, ex communi resolutione, eo duntaxat casu verum est, cum alienationis verbo, in largissima sua significatione, rectè vti licet, seu cum sumus in fauorabilibus. *gl. in l. fin. in v. hypothecam. ibi Bl. n. 1. & 6. Salicet. n. 1. in fine. & Castr. n. 2. C. de reb. alie. non alienand. gl in l. benignius ff. de legib. Bl. in c. 1. §. aut si libellario. n. 6. ibi M. Anth. de Afflict. n. 15. Quib. mod. feud. amitt. Afflict. in c. 1. n. 3. de aluenat. feud. Neguz. ant. in tr. de pignor. 2. membr. 3. p. nu. 71. Couar. Variar. resolut. lib. 2. c. 16. nu. 7. Arr. Pinel. in l. 1. p. 3. nu. 19. C. de bon. mat.*

48 Cum enim id demum propriè loquendo alienatum dici possit, cuius dominium transfertur. *l. 1. C. de fund. dotal. l. alienatum. ff. de verb. significat. Felin. in Rubric. n. 4. ext. de fid. instrum. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 2 n. 44.*

49 Cuiuis facile videre est, hypothecam alienationis propriæ nomen, non commereri. Hipotheca enim in bonis hypothecantis permanet. *l. pignus. C. de pignor. act. Bl. in l. voluntatum. 9. C. de fideicom. Neguz. in tr. de pignor. 2. p. 2. p. p. n. 28. & in 3. p. 2. p. p. n. 28.*

50 Iam verò in præsentia non in terminis fauore dignis, sed odiosis & strictè interpretandis versamur. Ita namque dispositionem l. final. C. de iur. Emphyteut. odiosam, & ob id, quantum fieri potest, constringendam esse, *in specie decidit Neguz. ant. in tr. de pignor. 2. p. 2. p. p. n. 31.*

51 Quippe odio dignum est, contraq; iuris communis regulas receptum, & iniquum, libertis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem. *l. 2. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. Sonsbec. in tr. feud. l. p. 13. nu. 101. Hartman. Pistor. q. 4. n. 24 & 45. q. 13. n. 38. q. 38. n. 50 lib. 2. Vorcholt. in tr. feud. c. 5. n. 41.*

Hoc itaque casu alienationis nomine, hypothecario, rei Emphyteuticæ, non veniet.

Vt taceam, siquidem ob hypothecæ dationem, sine consensu factam, dominus directus, rem sibi vendicare voluerit: necesse eum habere, confessim ac hypothecam constituram esse, resciuerit, vt dissensum suum aperiat, nimirum autem satis erit, in id conticuisse; quin & non conticuisse solùm, verùm etiam à nouo possessore seruitia exigisse, illique mandasse, vt apud certos iudices, pecuniam cuius nomine hypotheca constituebatur, deponat.

Hæc autem omnia, Illustriss. N. secundum ea, quæ mihi proponebantur, hic fecerat.

Etenim Dominus directus, qui ab emphyteuta, qui iure re emphyteutica priuari poterat, canonem aut alia seruitia recipit, nec protestatione, ratione iuris caducitatis vtitur, per eiusmodi canonis solutionem aut seruitiorum præstationem & receptionem, Ius caducitatis remississe censetur, *Vt ex ijs, quos paulò antè retulimus, videre licet.*

Quartò accomodari hic quoque rectè 52
ea responsio potest: quod etiamsi verum sit, perplures Doctores velle, in rerum Emphyteuticarum alienatione, domini primi, & mediati, consensum adhibendum esse, aliàs rem Emphyteuticam caducam fieri: non minorem tamen eorum esse numerum, qui hoc casu, domini immediati & secundi, consensum sufficere, decidant. Ita namque in specie de domino feudi decidunt *Zasius in tr. feud. p. 9. n. 33. vbi Iohan. Fabr. & Bernard. Capr. idem volentes allegat Molin. in consuet. Paris. §. 1. gl. 6. n. 11. Martin. Frecc. in tr. de subfeud. lib. 2. §. prima autoritas. Vbi hanc communem opinionem Modernorum esse attestatur Hartman. Pistor. quæst. 45. n. 13. lib. 2.*

Argumentum autem à feudo, ad Em- 53
phyteusin, in iure frequens & validum est. *Everard. in loc. à feud. ad Emphyt. in pr. Tiraquell. in tr. le mort p. 4. declarat. 6. nu. 2. Cacheran. decis. 513. nu. 16. Clement. in tr. de patr. potest. c. 5. nu. 57. Menoch. in tr. de remed. possess. adipisc. remed. 4. n. 387. Vuesenbec. in tr. feudal. c. 14. n. 3. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. q. 91. n. 6.*

Ceterum hìc Dominus immediatus, Administrator scilicet, & reliqui conuentuales, Cœnobij I. consenserunt: vt in villa A. antichresis F. constitueretur: quinimò ipsi F. nomine ipsius Cœnobij I. & non nomine H. C. antichresis, constituta est.

Consequatur itaque oportet, consensum legitimum hic interuenisse & illustriss. N. causam nullam habuisse, ob quam F. villa A. propelleret atq; deturbaret.

Quintò & vltimò repellitur quoque ob- 54
iectio hæc Tertia, rectè per concessionem. Nam etsi concesserimus omnia vera esse, quæ in sese continet obiectio hæc Tertia. Non obtinebit attamen, propterea: quod iuris sit notissimi: ex contractu inutili & nullo, possessionem nihilominus transferri. *l. 1. §. si vir vxori. ibi Bran. in summario. Inst. n. 11. ff. de acquir. possess. Inst. in l. non dubium. n. 5. §. versic. sic etiam. C. de legib. Br. in l. indebiti. §. sed essi nummi. n. 1. ff. de condict. indeb. Marant. in tr. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 7. n. 33. Herculan. in tr. de attent. c. 8. n. 1. & c. 30. n. 90. Cacheran. decis. 34. n. 6.*

Sin itaque dixerimus, contractum inter F. & Cœnobium I. celebratum, ob consensum ab illustriss. N. non petitum, viribus destitui, non tamen iusta aderit spoliandi causa, translata enim erat, etiam per illumipsum inutilem contractum, in F. possessio.

Quar-

55 Quartò & vltimò, rectè quoq; aduerſus F; de illo excipi poſſe videbatur, quod iuris ſit peruulgati: exceptionem dominij notorij, ſpoliati reſtitutionem remorari. *c. ad decimas ibi Dominic. de S. Gemin. n. 5. de reſt. ſpoliator. lib. 6. Abb. in c. cum Eccleſia n. 26. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Iab. Fab. in § retinenda n. 33. Inſt. de interd. Caſtr. in l. ſi de vi. lect. 1. n. 4. ff. de iudic. Alex. in l. natura liter. 5 ubi commune. n. 23. Iaſ. n. 44. Ripa n. 70. Fab. Acoromb. n. 47. verſic. ſecundò. Claud. Marmer. n. 58. & DD. ff. de acquir. poſſeſſ. Vaſq. illuſtr. controuerſ. t. 86. n. 19.*

56 Dolo enim facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem. *c. dolo facit, de reg. Iur. lib. 6. l. dolo facit. ff. de dol. mal. except. l. in condemnatione. § fin. ff. de reg. Iur. Andr. de Iſern. in c. 1. § . inſuper. n. 58. de prohibit. feud. alienat. per Frider.*

57 Atenim villam A. iure proprietatis & ſuperioritatis, ad illuſtr. Domum N. pertinere, dubio caret. Cum præſertim in territorio eorum ad S. fluuium ſita, atq; collocata ſit: Inde enim ſuccedit illa iuris præſumtio, quæ habet, bona & prædia eius eſſe, in cuius territorio & finibus ſita ſunt. *Bl. in l. inſula. ff. de iudic. Bl. de pac. tenend. in pr. n. 6. Marc. Anton. pereg. in tr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 3. n. 29. ad fin. & lib. 7 tit. 3. n. 16. vbi hanc veriorem opinionem eſſe aſſeſtatur. Alb. Brun conſil. 34. n. 1. Goz. adu. conſil. 50 n. 27. Cephal. conſ. 205. n. 2. Roland. à Valle conſ. 46. n. 34. vol. 3.*

58 Sicuti & ea, quæ intra domum priuati reperiuntur eius eſſe præſumuntur propria. *Speculi. in tit. de furt. n. 14. Luc. de Penna in l. 3. verſ. 25. C. de apoch. public. lib. 10 arg. l. claudius. ff. de contrab. emt.*

59 Et hæ iuris præſumtiones, probationes euidentiſsimæ dicuntur, remq; notoriam faciunt. *gl. in l. ſi tutor petitus. C. de peru. tutor. Iohan. de Iuol. in l. quæſitum. n. 9. ff. de re iudicat. Felin. in Rubr. n. 2. ext. de probat. Iaſ. in l. 1. n. 9. C. de teſtam. milit. Iaſ. in l. licet Imperator. per ill. text. n. 8. ff. de legat. 1. Thom. Ferrat. caut. 16. n. 6. Couarr. variar. reſolut lib. 2. c. 6. n. 1. Alciat. in tr. de præſumt. p. 3. n. 3. Gud. Pap. in tr. de præſumt. in pr. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. § . 4. gl. 1. n. 17. Tiraquell. in l. ſi vnquam in v. donatione largitus. n. 158. C. de reuoc. donat. Gail obſerv. 97. n. 6. lib. 2. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recuper. remed. 15. n. 400. Iob. Baptiſt. Aſin. in ſua prax. § . 19. 2. n. 6. Vaſq. illuſtr. controuerſ. c. 105. n. 18. Franciſc. à Caldaſ. in l. ſi curatorem. in v. infra legitimum tempus. n. 9. C. de reſtit. in integr. Menoch. in tr. de præſumt. q. 36. n. 8. & q. 81. n. 4.*

Exceptio itaq; notorij dominij, & proprietatis, F. obſtare videbatur, quominus reſtitutionem impetraret.

60 Verum, etſi hæc ſpecioſè admodum dicantur: vera attamen non ſunt: Nam quod ad illam attinet iuris maximam quæ vult: dolo facere eum, qui petit, quod reſtituere oportet eundem locum illa ſolummodo habet, in poſſeſſorio retinendæ, & adipiſcendæ, non autem recuperandæ poſſeſsionis. *Ita in ſpecie decidit Dyn. in d. c. dolo facit n. 3. de regul. Iur. lib. 6. Vaſq. illuſtr. controuerſ. c. 88. n. 2. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. membr. 5. p. p. n. 26. Cacheran. deciſ. 133. n. 9. Minſing. conſil. 26. n. 12.*

Quare ceſſare eam hîc, vtiq; oportet. In terminis enim poſſeſſorij recuperandæ verſamur.

Sed & aliud illud axioma: res eius principis eſſe præſumi, intra cuius territorij fines, ſitæ atq; collocatæ ſunt, ſimpliciter verum non eſt, quinimò á quibuſdam ſimpliciter reijcitur. *Vti in ſpecie faciunt. Ripa in l. 1. n. 14. & 15. ff. de acquir. poſſeſſ. quem ex nouioribus ſequuntur Marc. Anton. Peregrin. in tr. de iur. fiſc. lib. 7 tit. 3. n. 16.* 61

A ceteris verò, limitatur, & aſtringitur ita, 62
vt locus illi demum, eo caſu dandus ſit, in locis deſertis, incultis & in quibus manu ſatum aut plantatum nihil eſt. De ijs enim, & non alterius generis fundis, ipſi Doctores, ad ſtabiliendam hanc maximam iuris adducti, loquuntur. Vt ex inſpectione eorundem, primo obtuto, cuiuis facilè apparebit.

Excluditur itaq; in præſentia, hoc quoq; axioma rurſus, vtpote cum de locis, vineis, agris, arboribus conſitis, ædificijsq; exornatis, quæ omnia hominis operam atq; induſtriam, ad ſui perfectionem deſiderant, agimus atq; tractemus.

Sic aſtringitur rurſus, quod tetigimus the- 63
orema, vt ſcilicet verum ſit ratione & reſpectu tantummodo iurisdictionis, non verò ratione & intuitu proprietatis. *Ita in ſpecie decidit Bl. in d. l. Inſula. Italiæ. per ill. text. ff. de iudic. Abb. in c. nimis. n. 1. ext. de iureiur. Abb. in c. ſi diligenti. n. 2. ext. de præſcript. Afflict. deciſ. 267. n. 5. Anton. Gabriel. Rom. in tr. regular. lib. 1. tit. de præſumt. concl. 9. n. 4. Maſc. ard. in tr. de probat. concl. 552. n. 2. Oldrad. conſil. 176. n. 3. Caſtren. conſil. 179. n. 1. vol. 1.*

Nihil itaq; hinc, ad notorietatem dominij, & proprietatis: vel ad impediendam reſtitutionem pertinens, extrui poterit.

Et vt paucis rem abſoluamus, demus theo- 64
remati huic ſemper & vbiq; locum dari; conticeſcere attamen rurſus idipſum oportet, cum præſumtio iuris tantum ſit, ſi apparuerit, rem aliter eſſe habere. Omnis enim iuris præſumtio, quoties in contrarium apparuerit veritas, tollitur atq; eliditur. Præſumtionem enim veritati, contrariæq; probationi cedere, apud omnes in confeſſo eſt. *Crauett. in tr. de antiquit. tempor. p. 3. in pr. n. 29. Menoch. in tr. de præſumt. q. 31. n. 2. & 3. & q. 32. n. 7. vbi ex ijs, quos ipſi videre licuit, neminem ab hac ſententia diſſentire, teſtu eſt Abb. conſ. 6 1. n. 6. lib. 1. Dec. conſ. 400. n. 8. Crau. conſ. 258. n. 13. Sum. de Proët. conſ. 67. n. 13. Ceph. conſ. 185. n. 13. Roland. à Vall. conſ. 99. n. 11. vol. 1. Acad. Franciſ. mt. conſ. diuer. conſ. 3 2. n. 63. vol. 1.*

Iam verò hic conſtat, rem cœnobij I. & non Illuſtriſs. N. eſſe.

Apage itaq; ſis, cum leuiuſcula iſta iuris præſumtione

Primò etenim villam A; cœnobij I. esse, ostenditur ex instrumento Emphyteutico, quo Cœnobium I. parentibus vxoris H. C; villam A; in emphyteusin concesserat. Nam istiusmodi instrumento, satis iam Cœnobij
65 I. dominium probatum est. Nam etsi sint, qui velint, dominium & proprietatem rei emphyteuticæ, ex instrumento emphyteuseos, non probari. *Vti in specie decidit Speculat. in tit. de emphyt. n. 66. & n. 72. Boër. decis. 42. n. 11. Roman. consil. 127. in pr. versic. quinimò. Castr. consil. 105. n. 1. ad fin.*

66 Non minus attamen verum quoque illud est, quod in probando dominio & proprietate Ecclesiæ aut monasterij hoc non obtinere: sed quod dominium rei emphyteuticæ Ecclesiæ, aut monasterij, ex instrumentis emphyteuseos, docearur. Ita in specie decidit *Bl. in l. cum tale legatum § fin. ff. de condit. & demonstrat. quem sequitur Mascard. in tr. de probation. concl. 541. n. 9.*

67 Sed & cessat Sectæ huius sententia: quando præter instrumentum emphyteuseos, alia adfuerint adminicula. Tunc enim hisce omnibus concurrentibus, de dominio rei emphyteuticæ, legitimè fides facta esse dicitur. Ita in specie decidit *Br. in l. ad probationem. n. 1. C. locat. Præl. Papiens. in form. libell. quo agit ad fisc. præstat. v. recusauit & recusat. n. 4. Mozz. in tr. de contract. ib. Rubr. de natural. locat. n. 15. vers. & consequenter. Mascard. in tr. de probat. d. concl. 541. n. 11. Alex. consil. 12. n. 1. volum. 4. Dec. cons. 146. n. 14. vers. & licet. Mandell. cons. 9. n. 12. & consil. 16. n. 6. Cardinal. Paris. consil. 104. n. 82. vol. 1.*

Atenim plura hîc adsunt, præter instrumentum emphyteuticum, adminicula, dominium Villæ A. cœnobij I. esse, manifestissimè edocentia. *Quemadmodum paulò post videbimus.*

Nam facili negocio, edoceri quoq; cœnobium N. illud potest, quod sibi, octuaginta vno annis continuis, pensio, rei huius emphyteuticæ nomine, persoluta sit. Secundum ea, quæ in prima constitutione rei emphyteuticæ conuenerant.

68 Vnde rursus locum sibi vendicat illa iuris regula: quod ex solutione census, annuarumq; præstationum dominium probetur. *Felin. in c. cum Bertoldus. n. 25. extr. de sentent. & re iudicat. Hippol. de Marsil. in Rubric. n. 254. C. de probat. Ioh. Campeg. in tr. de testib. reg. 339. vers. octauo. Masc. in tr. de probat. conclus. 544. n. 1. Roman. consil. 127. in pr. Alex. de Imuol. cons. 12. n. 1. ibi Natta in addition. vol. 7. Abb consil. 74. ante n. 1. vol. 1.*

Non dicam nunc, secundum ea, quæ mihi proponebantur, elucere iam, ipsos Illustr. N; à H. C; villam A. 1200. precio redimere: sed & pro dominio directo Cœnobio I; 5300. Ioachimicorum numerare voluisse.

Quod cum ita sit, partis aduersæ ipsiusmet, iam confessionem habemus, quod Villa A; ad eam iure dominij non spectarit. Etenim ambigui iuris non est: quod rem meam emere nequeam. *l. cum res. C. de contrah. emtion. l. sua res. & l. si in emtione. §. rei sue. ibi Br. n. 2. ff. eod. tit. Negus. ant. in tr. de pignor. 1. memb. 6. p. p. n. 33. Fabian. de Mont. S. Sab. in tr. de emt. & vendit. q. 4. n. 49. Tiraquell. de vtr. retr. p. 2. §. 2. gl. vnic. n. 12. Dec. in l. neq; pignus. n. 5. ibi Cagn. n. 9. ff. de regul. iur. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de reb. quæ emi poss. n. 55.* 69

Cum nimirum res, quæ mea semel est, amplius mea, fieri non possit. *l sequitur. § Lana. ff. de Vsucap. Negus. ant. in tr. de pignorib. 4. membr. 1. 6. p. p. n. 33. Mozz. d. tr. de contract. Rub. de reb. quæ emi poss. n. 55. Cephal. consil. 198. n. 3.* 70

Et vi consequentis, cessat iam, quæ fiebat obiectio: ex confessione enim partis aduersæ, siue ea expressa siue tacita fuerit, dominium probari, iuris indubitati est. Ita namq; in specie voluêre *Br. in l. cum falsa. n. 7. C. de iur. & fact. ignorant. Mascard. in tr. de probat. concl. 545. n. 1. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 9. n. 23. Crauett. consil. 157. sub n. 2. vers. ex qua confessione.* 71

Quin etiam, ex ijs quæ ad me perscribebantur, in ijs locis, in quibus villa A. sita est, iam omnibus publicè constat, non Illustr. N. sed cœnobij I; villam A. esse propriam.

Cessare itaq; iterum, præsumtionem hanc, rem eius esse præsumi, intra cuius fines sita est, necesse est, quantumuis iuris, & de iure esset, præsumtionem enim iuris, & de iure quoq; per facti notorietatem, in contrarium, tollitur atq; euacuatur. *Anton. de Butr. in c. cum dilecta. versic. idem putat, ext. de rescript. Anton. de Butr. in c. ii qui fidem. vers. idem in effectu. ext. de sponsalib. Fr. Curt. in l. admonendi. n. 25. ff. de iuretur. Innocent. in c. fraternitatis. n. 5. ext. de frigid. & malef. Felin. in c. quanto. n. 4. vers. fallit quinto. ext. de præsumt. Mascard. in tr. de probat. q. 10. n. 55. Alc. in tr. de præsumt. p. 2. n. 16. Caball. in tr. de cuict. §. 3. n. 85. Roman. cons. 350. n. 19. ibi Horat. Mandos. in addit.* 72

Concludo itaq;, nihil hîc, secundum facti quæstionem, adesse quod ad impediendam, quàm petebat F; in integrum restitutionem, esset sufficiens.

Porrò, hîc quoque simul quærebatur: an non F; vtpote cui, cum eijceretur, plura, eademq; preciosa satis, mobilia essent simul ablata, iurare propterea, sine aliarum probationum ambagibus, aduersus Illustr. N; in litem posset.

Verùm de eo sic habeo: iurijurando in litem, locum hîc nullum relictum esse.

Certò enim illud constat, quod propter dolum tantum, ceteris paribus iurari in litem possit. *Br. in l. in actionibus per ill. text. n. 12. & 22. ibi Ias. n. 34. vers. tertiò. Costal. n. 3. ff. de in lit. iurand. Anton. de Butr. in c. final. vers. quandoq; defertur. ibi Bl. n. 1. Abb. n. 5. ext. de his quæ vi met. caus. fiunt. Ias. in l. si quando. nu. 35. C. vnde Vi. Angel. Aretin.* 73

Aretin. in §. final. nu. 4. Inſtit. de verbor. obligat. Chriſtoph. Porc. in §. præterea. n. 7. Inſt. quib. mod. re contrab. oblig. Mol. in repert. in v. probatio damnorum. & in v. probatio rerum. Practi. Pap. in for. lib. in act. real. in v. & in florenos. n. 27. Practi. Pap. in for. reſp. rei conuent. in v. iuramentandi n. 18. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 4. n. 7. & 20. & §. 22. n. 2. Angel. Peruſin. conſil. 308. n. 2. Alex. conſ 214. in pr. vol. 7. Abb. conſil. 109. n. 3. vol. 2. Cardin. Pariſ. conſil. 74. n. 7. & conſil. 75. o. 28. vol. 1.

74 Quod vſq; adeò verum eſt, vt nec ob latam culpam: *Br. in l. in actionibus. n. 1. vbi Iaſ. n. 25. Dec. n. 17. ff. de in lit. iurand. Practi. Papienſ. in for. lib. in act. real. in v. & in florenos. n. 28. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 48. n. 13. vbi hanc eſſe communem opinionem teſtis eſt Seraphin de Seraphin. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 58. vbi hanc ſimiliter commune Interpretum placitum eſſe refert Rebuff. in l. vnic. n. 516. C. de ſen. qua pro eo quod inter profert. Dec. conſ. 83. n. 3. verſ. tertio. Natt. conſil. 45. n. 4.*

75 Sed nec ob dolum præſumtum quidem: ſed tantummodo ob dolum verum in litem iuretur. *Br. in l. tutor qui repertorium. n. 21. ff. de adminiſt. tutor. Dec. in l. in actionib. n. 28. ff. de in lit. iur. Cottan in memorab. in v. iuramentum. el. vlt. Seraphin. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 27. Crau. conſil. 287. n. 5. Alciat. conſil. 4. n. 9. vol 7.*

76 Iam verò illuſtriſs. N; doli coarguere non poſſumus: eam ob cauſam: quod primò ſemper, principem iuſta ex cauſa, omnia facere præſumatur. *Cyn. in l. reſcripta. n. 7. vbi Bl. n. 10. C. de precib. imper. offerend. Anton. de But. in c. cum inter verſic. in materia. ext. de renunciat. Anton. de But. c. quia plerig, verſ. ſecunda opinio ext. de immunitate. Eccleſ. Panorm. c. cum inter n. 9. ext. de exceptt. Domin. de S. Geminian. c. grandi. n. 10. de ſuppleud. negl. prælat. lib. 6. Iaſ. in l. ſi teſtamentum. n. 3.*

* *vbi hanc communem opinionem eſſe atteſtatur. C. de teſtam. Guilh. de Perm. in tr. de primog. n. 99. Cagnol. in l. diem functo. n. 24. ff. de offic. aſſeſſ. Cott. in memorab. in v. Papa. Ioan. Sanctz. commun. opinion. lit. P. n. 225. Celer. in ſuo proceſſ. p. 4. c 1. n. 32. Menoch. in tr. de remi. poſſeſſ. recup. remed. 8. n. 60. Pecc. in tr. de. teſtam coniug. lib. 3. c. 25. n. 5. Capyc. deciſ. 166. n. 8. Menoch in tr. de præſumt. q. 15. n. 35.*

Atenim hic, cùm Imperij principe nobis res
77 eſt. Deinde etiam ideo, iuſiurandum in litem deferri hic non poteſt: quod cauſa quælibet, etiamſi iniuſta, ſtulta, & fatua fuerit, à dolo excuſet. *gl. in l. plagig. C. ad l. Fan. de plagiar. gl. in l. 1. in fine. ff. de abig. Iaſan l. ſi id quod. n. 35. ff. de iurud. omn. iudic. Iaſ. in l. ſi ita quis pronuſ. ff. §. Scia. n. 20. ff. de verbor. obligat. Iaſ in l. ſi quis maior. n. 3. C. de tranſact. Boer. deciſ. 168. n. 11. Tiraq in tr. de pœn. cauſ. 43. n. 1. & 2. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regul. lib. 7. tit. de malefit. conclu: ſ. 8. n. 1. Gomez. in var. reſolut. lib. 3. c. 6. n. 2. Roth. de Cur. in c. final. in pr. n. 35. ext de conſuet. Lancell. in tr. de offic. Prætor. Rubric. de falſar. n. 6. Nouell. in tr. ad defenſ. Rub. 1. nu. 116. Syluan. in tr. f. udal. q. 6 4. n. 5. Coraſ. miſcellan. lib. 2. c. 8. n. 8. l. 4. 4. 2. n. 10. Zoanett. in l. vt vim. p. 2. n. 81. ff. de iuſtic. & iur. Cacheran. deciſ. 71. n. 17. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 10. n. 10. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 14. Weſenbec. in tr. feudal. c. 15. n. 8. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 132. n. 54. Borcholt. in tr. de paſt. c. 6. n. 14. Borcholt. in tr. feudal. c. 8. nu. 23. Borcholt. in c. 1. n. 66. quæ ſimi regal. Decius conſil. 170. nu. 2. v. & eſt regula.*

Iuſtam autem hic, Illuſtriſs. N; prætendere poteſt deiectionis cauſam, vtpote qui cum A. C. contraxerit, etſi hunc nullum amplius ius ſouere, deindè apparuerit.

Quid? quod Illuſtriſs. N. deijciens, in fata conceſſerit, prius quàm aduerſus eum, actionem vllam inſtitueret F; & ideo opus ſit, vt contra heredes domini deijcientis, nunc agatur.

In heredibus verò deijcientis prouiſi iuris 78
eſt, quod contra heredes, bona mobilia auferentis ſeu ſpoliantis in litem non iuretur, niſi cum defuncto eorumque autore, priuſquam diem obiret, lis conteſtata fuerit. *Br. in l. in actionibus. n. 21. & 25. ibi Salyc. n. 11. Alexan. n. 14. Raphael. Fulgoſ in. 36. Iaſ. n. 38. & DD. ff. de in lit. iurand. Iaſan l. ſi quando. n. 54. C. vnd. vi Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 48. n. 21. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 14. n. 4. in fin. vbi Bartolo frequentiſſimo omnium conſenſu, ſuffragi. data eſſe teſtu eſt Maſc.* * *in tr. de probat. concluſ. 471. n. 13. Angel. Peruſin. conſ. 307. n. 2.*

Quis itaq; non videt, aditum ad iuſiurandum in litem, præcluſum hic eſſe?

Deniq;, deeſt quoq;, alterum illud iuriſiu- 79
randi in litem requiſitum ſubſtantiale, difficultas ſcilicet probationis: Iura enim non ſolùm dolum rei conuenti; verùm etiam difficultatem probationis damnorum perpeſorum, bonorumq; ablatorum ex parte actoris, vt delationi iuriſiurandi in litem locus ſit, exigunt atq; deſiderant. *gl. in d. l. in actionibus. ibi Br. n. 22. Iaſ. n. 17. ff. de in lit. iurand. Abb. in c. final. n. 5. ext. de his quæ vi. met. cauſ. fiunt. Practi. Papienſ. in for. libell. in act. real. n. v. & in florenos. n. 27. Plot. in tr. de in lit. iurand §. 4. n. 20. & §. 22. n. 2. vbi* * *hanc eſſe communem opinionem atteſtatur. & tradunt alij ex his, quos ſupernus adduximus.*

Nam hic, ſub tempus occupationis villæ A; omnia per duos Illuſtriſs. N. adminiſtros, cura accuratiori annotabantur.

Probatio itaq; hic difficilis quoq; non erit: & per conſequens aditus accedendi ad iuſiurandum in litem, interleptus nunc erit.

Nec audietur F; etiamſi replicare voluerit: quod attamen tunc difficilis ex communi ſuffragio, probatio ſit, quoties ad oculum res demonſtrari nequit. *Vti in ſpecie decidit Br. d. l. in actionibus. n. 22. ff. de in lit. iur. Iaſ. in l. ſi quando. n. 34. C. vnd. vi. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 4. n. 33. vbi hanc communem eſſe opinionem atteſtatur. Seraph. in tr. de iuram priuil. 15. §. 4. vbi Bartol. omnes ſequi refert Cardin. Pariſ. conſ. 74. n. 7. vol. 1.* 80 *

Nam ex illa quam diximus annotatione,

sme remora vlla, mobilia & semouentia, etiã ad oculum demonstrari possunt. Non habet itaq; hæc doctrina, quib. fulciatur fundamẽta.

II. QVÆSTIO.

Quærebatur deindè ex me, quanam actione, cum effectu vteretur F; siquidem compositione, tranfactioneq; aliqua, hæc controuersia sopiri non posset?

Quo in loco sciendum est, iura plurifariam equidem remedia, recuperandæ possessionis prodidisse. Veluti septendecim recensetMenoch.in tr.de rem.possess.recuper.

Verum etsi plurima eorum, secundum casuum diuersitatem dentur, censuerim attamẽ ego: F; rectius facturum, si ob expeditionem celeriorem & probationem faciliorem, canonis redintegrandæ remedium proposuerit.

81 Remedium enim canonis redintegranda. 3.q.1. cum omnibus alijs concurrit. *Abb. in c. cum ad sedem.n. 25. ad fin. ext. de restit. spoliat. Marant. in tr. de ordin. iudicior. p. 4. distinct. 7. n. 50. Alex. consil. 94. n. 22. vol. 5.*

82 Et agentibus ex eo, plenius, quàm reliquis possessorijs omnibus. *Pract. Pap. in form. lib. in causa spoliat. possess. in v. coram vobis. n. 7. ad finem ferè. Marant. in tr. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 7. n. 50. Paul. de Castr. consil. 105. n. 1.*

83 Aut saltem plærisq; remedijs possessorijs consulitur. *Vti placet Menoch. in tr. de remed. possess. recup. remed. 15. n. 7.*

84 Quo fit, vt hodiè, interdictum de vi, & vi armata, ejusq; generis alia plærag;, in desuetudinem ferè abierint. *Vti testatur Domin. VVesenbec. in parat. n. 13. ff. de vi armat. vbi remedium canonis redintegrandæ amplissimum esse, testis est locupletissimus.*

85 Nec obstat quod nonnulli Doctorum reperiantur, qui volunt, remedium canonis redintegrandæ, clericis soluminodò competere. *Hi sunt, gl. in c. cum ad sedem m. v. interdictum. v. videtur tamen. ibi Abb. n. 27. ext. de restit. spoliat. Ripa in c. sæpe. n. 21. & seqq. ext. de caus. poss. & propriet. Egid. Bellamer decis. 17. Paul. de Castr. in l. & ideo. §. Neratius. n. 6 ff. de condict. furtiu.*

Quam sententiam se disputando sæpius probasse testis est *Menoch. in tr. de remed. possess. recuperand. remed. 15. n. 16. in fin.*

Nec non verisimam esse attestatur *idem Menoch. consil. 2. n. 183*

86 Nam ad id rectè respondetur: quod etsi F. Clericis accenseri nequeat: opinionem attamen DD. volentium; remedium canonis
* redintegranda, pro rebus tantummodo Clericorum (vtvt vera esse possit) communiter explosam atq; damnatam: Eam verò quæ habet, remedium canonis redintegranda, indistincte, Clericis, & laicis simul dari, commu-
* nirer receptam esse. *Ita n. amg. in specie decidum Alex. in addit. ad Bar. in l. si colonus in fin. C. de Agric. & censit. lib. 11. Iason. in rem quæ nobis. n. 20. ff. de acquir. poss. ff. Ang. Aret. in §. quadruplum. n. 22. vers. & ad. uersus Instit. de action. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capellam Tholosan. decis. 487. Robert. Marant. in tr. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 7. n. 50. vers. & datur. Anton. Rub. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 67. vbi hanc communem esse opinionem attestatur. & ibi Corasius. n. 139. ff. de acquir. possess.* * *Turr. an. communis opinion. 110. qui itidem hanc ceu communem refert. Ioh. Bapt. Ploti in tr. de in lit. iurand. §. 3. n. 4. vbi & is hanc communem esse exclamat. Gail. observat. 75. n. 11. lib. 2. qui hanc veriorem & in foro receptam opinionem dicit. Alex. consil. 51. n. 1. lib. 1. qui hanc magis communem esse refert. Alex. consil. 117. n. 3. in fin. vol. 2. cons. 6. n. 4. vol. 3. & ibi Carol. Molin. in addit. cons. 94. n. 21. vol. 5. vbi hanc rursus communem opinionem esse, & communis observantia recipi attestatur Dec. consil. 251. n. 1. Rol. a Vall. consil. 50 n. 3. vol. 2. vbi & is hanc communem dicit. Menoch. consil. 2. n. 155. vbi hanc crebriori calculo approbatam (licet ipse ab ea discedat) fateri cogitur.*

Cum itaq; hæc communis opinio sit: con- 87
sequitur eam, priori insuper habita, in iudicando & consulendo sequendam esse. *Fel. in c. 1. n. 54. ext. de const. Iaf. in auth. nouissima. n. 22. C. de inoffic. testam. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 5. n. 5. Pract. Pap. in form productionis test. ad perpet. rei memor. inv. vsq; ad calendas. n. 8. & ibi diffuse. Masuer. in addit. Catelian. Cott. in memor. in 2 opinio. el. 1. Lancill. Conrad. in tr. de offic. Prator. Rubr. de sen. n. 21. Toming. decis. 23. n. 15. Hart. Pist. q. 5. n. 13. lib. 2. Capiser. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 50. Emian. Soar. com. opin. lit. O. n. 18. Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. lib. 2. tit. 8. n. 16. vbi infinitos in id congestit. Aurel. Corb. in tr. de iur. emphyt. c. 14. limit. 38. n. 2. per texti. l. 1. ponderando verba: sanè crebrior apud veteres opinio est. ff. de offic. Prator.*

At inquis, F; attamen non solùm restitutionem villæ, qua spoliebatur: verumetiam restitutionem mobilium & sese mouentium simul fieri postulat: frustra itaq; canone redintegranda vtitur.

Nam prouisi est iuris, quod pro restitutio- 88
ne rei mobilis, interdictum possessorium vlum, non competat. *gl. in l. rem quæ nobis. in v. excepta est. ibi Bart. n. 1. Raph. Cumanus. n. 3. Ripa n. 15. ff. de acquir. poss. Bart. in l. vlt. §. sed cum in secundam. n. 4. C. de furt. Marant. in tr. de ord. iud. p. 4. dist. 7. n. 22. Pract. Pap. in form. capitulo actor. in v. pro sua & tanquam suam. n. 5. Gail. observ. 10. n. 5. lib. 2. Gail. lib. de pignerat. c. 1. n. 8. & n 10.*

Nam & hæc obiectio, redarguitur facilè 89
per id, quod nempe aliud sit interdictum, aliud item remedium possessorium: In interdicto, quæ proximè allata sunt, vera sunt: In remedijs possessorijs non item. Remedia possessoria enim, cumprimis verò remedium Canonis redintegranda, pro rebus mobilibus competunt. *vti in specie tradiderunt Bl. in l. inciuilem. n. 1. ibi Alex. in addit. C. de furt. Innoc. in c. sæpe in fin. ext. de rest. spoliat. Iaf. in l. rem quæ nobis. n. 15. ff. de acquir. poss. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 54. ff. & ol. sit. Marant. in tr. de ord. iud. p. 4. dist. 7. n. 50. v. item illud datur. Men. in tr. de rem. poss. recup. remed. 15. n. 193.*

Vtitur

90 Vtitur enim textus Epiſcopis 3. q. 1. v. ablata: quod verbum Ablatum ad immobilia referri nequit. Hæ enim auferri & de loco in locum moueri nequeunt: cum nec furtum, aut contrectatio eorundem fieri queat. *§. quod autem. verſ. abolita eſt. Inſtit. de vſucap. l. quare ff. eod. tit. lob. de Imol. in l. poteſt plurib. n. 3. ff. eod. tit.*

91 Cum itaq; ne Syllaba quidem aut littera ociosa & abſq; effectu operandi, in textu aliquo poſita cenſeri debeat. *gl. in c. ſolita. in v. tanquam ext. de maioritat. & obed. Bl. in Rubr. n. 16. C. de contrab. emt. Bl. in Rubr. n. 7 ext. de reſcript. Iaſ. in l final. n. 9. verſ. tene contrarium. ff. quod quiſq; iuris. Felin. in c. 1. n. 7. verſ. longum eſſet. ext. de reſcript. Catell. Cott. in memorab. in v. clauſula. gl. vlt. Alex. de Imol. conſ. 33. n. 4. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 69. n. 4.*

Conſequitur, verbum Ablata, in dicto canone Epiſcopis poſitum, ad res mobiles planè referendum eſſe: quodq; conſequens eſt, euincitur, remedium canonis redintegranda, pro rebus mobilibus competere.

At pergis vltrà, contra eam quam fecerамus deciſionem, illud quoq; opponere: quod attamen iam non cum ipſo Domino deijciente, verùm cum ipſius tantum heredibus, res ſit. Sed & hac ratione fruſtra, aſſertionem noſtram tentas.

92 Cum enim remedium canonis redintegranda, contra ſingularem etiam ſucceſſorem, quantumuis bona fide, dummodò ſine titulo, rem poſsideat, rectè proponatur. *Br. in l. vltim. §. ſed cum in ſecundum. n. 5. C. de furt. Br. in l. rem quæ nobis. n. 2. vbi Iaſ. n. 19. ff. de acquir. poſſeſſ. Marant. in tr. de ordin. iudicior. p. 4. diſt. 7. n. 50. Franc. Turr. an. com. aput. 50. Menoch. in tr. de remed. poſſeſſ. recuper. rem. 15. n. 67. vbi hoc vno ore tradere omnes ex Sotino refert. Cacheran. deciſ. 93. n. 4. & 5. Aut. Gabr. Rom. in tr. regular. lib. 5. tit. de reſtitut. ſpoliat. concl. 5. n. 39. Alex. conſ. 118. n. 1. vol. 2. & conſ. 89. n. 7. vol. 5. Aug. conſ. 116. n. 1. Albert. Brun. conſ. 19. n. 25. & conſ. 21. n. 5. & 6. Ludouic. Goz. ad. n. 28. n. 36. Card. Pariſ. conſ. 1. n. 116. vol. 1. vbi hanc eſſe communem & DD. opinionem atteſtatur.*

93 Vt taceam innumeros propemodum reperiri, qui ne cum titulo quidem, rei alicuius ſucceſſorem ſingularem, à Canonis redintegranda remedio, immunem eſſe velint. Sicuti ex ijs, qui *apud Cacheranum. d. deciſ. 93. n. 1. viſuntur, facilè colligere licet: quibus connumerari quoq; debet Mynſing. obſeruat. 85. cent. 3. & Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 3. n. 5. vbi hanc magis communem opinionem eſſe teſtiſ eſt, & ſecundum eam ſe ſæpius iudicaſſe refert.*

94 Conſequitur huic remedio, aduerſus heredes multò magis locum eſſe. Quos præſtare factum defuncti, regulare eſt. *l. cum a matre. C. de rei vendicat. Aſſlict. deciſ. 17. n. 5. deciſ. 285. n. 11. Exea in tr. de pact. n. 211. & ſeqq. Curt. in tr. feudal. 4. p. p. n. 154. Dilect. in tr. de art. teſt. lit. 3. caut. 14. Borg. Caualcan. in tr. de tut. & cur. n. 162. Cacher. deciſ. 41. n. 10. Sonsbec. in tr. feud. p. 13. n. 152. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. declarat. 12. n. 4. Hart. Piſtor. q. 4. n. 85. lib. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 6. tit. de regul. iur. concluſ. 11. Arr. Piuel. in l. 1. p. 3. n. 79. C. de bon. matern. Menoch. in tr. de remed. poſſ. adip. remed. 4. n. 384. Garſ. in tr. de expenſ. c. 23. n. 57. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 9. n. 91. cum ſeqq. Gail. obſeru. 116. n. 4. lib. 2.*

Verum iure antichreſeos tantum F. Villam A; poſſederat.

Competere itaq; illi, remedium canonis redintegranda, non poſſe dicendum videbatur.

Ego verò, aduerſus hoc reponam illud: 95
quod remedium canonis redintegranda, depoſitario, & commodatario. *Speculat. in tit. de petitor. & poſſeſſ. §. 1. n. 12. Ripa in c. ſæpe. n. 24. ext. de reſtit. ſpoliat. Ripa in l. rem quæ nobis. n. 21. vbi hanc communem opinionem atteſtatur. ff. de acquir. poſſeſſ. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 5. tit. de reſtitut. ſpoliat. concl. 5. n. 4. vbi hanc ſimiliter communem eſſe ex Bauer. refert Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 3. n. 3. Menoch. in tr. de remed. poſſeſſ. recuper. remed. 15. n. 49. Marc. Anton. Natt. concl. 563. n. 29.*

Nec non ſimplici conductori electo. *Ant.* 96
Gabriel. Roman. d. concl. 5. n. 5. vbi Soc. & Ruin. in id allegat. Caſ. Contard. in l. vnic. limit. 21. n. 11. C. ſi de monument. poſſeſſ. ſuer. appell. Vinc. Caroc. in tr. de locat. Rubric. de remed. Canon. redintegr. n. 1. Goz. ad. conſ. 99. n. 4. arg. d. canon. redint. ponderando verbum Electus. 3. q. 1.

Et deniq; precariò poſsidenti detur. *Me-* 97
noch. d. remed. 15. n. 55. Vinc. Caroc. in d. tr. de locat. Rubric. de remed. canon. redintegr. n. 2.

Conſequitur itaque idipſum remedium, 98
multò magis illi, cui Antichreſis in fundo aliquo conſtituta eſt, dandum atq; concedendum eſſe.

Eſt enim Antichreſis pignoris ſpecies, qua 99
donec pecunia numerata ſoluatur, creditori integrum eſt, fundum poſsidere, fructibusq; frui, in vicem vſurarum. Ita Antichreſin in ſpecie definit *Cuiac. obſeruat. lib. 3. cap. 35. quem ſequit. Borcholt. in tr. de vſur. cap. 6. n. 2. Barn. Briſſon. in Lexic. in v. Antichreſis. Alciat. diſpunct. lib. 2. cap. 3. Cuiac. Nouel. 32. Mynſing. centur. 6. obſeru. 71. n. 1. Melin. in tr. de vſur. n. 259. Borcholt. an tr. feud. cap. 1. n. 17. per l. ſi pecuniam. ff. de pignorat. action.*

Quapropter dubitandum non eſt. feudi 100
A. poſſeſsionem, penes F. fuiſſe. Cum enim pignus à pugno dicatur. *l. plebs eſt. §. pignus. ff. de verbor. ſignificat. Neguz. in tr. de pign. 1. p. p. n. 10. Rip. in Rubric. n. 4. ibi Gabriel Mudens. n. 5. ff. de pignorib. Scip. Gent. in lib. Origin. in v. pignus. Mozz. in tr. de contractib. Rubric. de pignor. n. 2. Heinc. Bocer. in l. contractus. c. 4. n. 8. verſ. pignus proprie. ff. de reg. Iur. Sebaſt. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 19. n. 21. Franciſc. Conuan. lib. 4. c. 13. n. 1.*

Eò, quod à manu debitoris, in manum creditoris, quo in tuto ei ſit creditum detur. Vnde etiam pignoris conſtitutione, re obligatio contrahi dicitur. *§ fin. Inſtit. quib. mod. re*

contrab. obligat. tot. tit. ff. de pignorat. action.

Antichresis autem (species pignoris sit: qui dubitari potest, eum, cui Antichresis constituitur, fundum Antichresi subiectum, posse dere, quod q; consequens est, remedium Canonis redintegranda habere?

Et denique leuiusculum quoq; illud est: quod attamen à die obiectionis factæ tredecim iani, & amplius anni elapsi sint.

101 Nam hinc inferre velle, Canoni redintegranda præscriptum iam esse: incassum est. Nam etsi interdicta possessoria annalia ferè esse soleant. *l. 1. in fin. ubi gl. & Bart. n. 3. ff. de interd. Abb. in c. solicitæ. n. 14. extr. de restit. spoli. Luc. de Penn. in l. si coloni. q. 20. C. de agric. & censit. lib. 11.*

102 Cum enim ex Prætoris iurisdictione promanent, cuius imperium & iurisdictio anno finiebatur & claudebatur. *Instit. de perpet. & tempor. action. in pr. Hyppol. Riminald. in Rubric. n. 42. C. qui admitt. libert. Reg. conciliat. lib. 1. c. 27. Conman. lib. 1. c. 15. n. 2. Cic. 3 in Verrem actione.*

Incongruum erat, hæc, ipsa prætoris iurisdictione, viuaciora esse.

103 Non tamen procedit obiectio. Nam vt antea dicebamus, beneficium canonis redintegranda: remedium quidem at non interdictum possessorium est: proindeq; de remedio canonis redintegranda, communiter receptum est: illud non nisi tricennali tempore consumi atq; excludi. *Ant. de Butr. in c. solicitæ. in fin. ibi Abb. n. 14. extr. de restit. spoliat. Luc. de Penna. in l. si coloni. q. 20. C. de agric. & censit. lib. 11. Marant. in tr. de ordin. iudicior. p. 4. distinct. 7. n. 50. in fin. Balb. in tr. præscript. in 4. p. 4. p. p. q. 24. n. 1. & 2. Plot. in tr. de in lit. turand. §. 3. n. 8. vbi hanc communem opinionem attestatur Anton. Gabriel. Roman. d. tit. de restit. spoliat. d. concl. 5. n. 64. Mynsing. obseruat. 85. vers. illud etiam. cent. 3. Menoch. d. remed. 15. n. 418. & seqq. Paul. de Castr. consil. 105. n. 3. Alex. consil. 6. n. 16 in fin. Vol. 2. & consil. 167. n. 8. vol. 6. Dec. consil. 302. n. 22. versic. & vlterius videtur. Cardin. Parisi. consil. 1. n. 154. vol. 1. Crau. consil. 124. n. 14. Rol. à Vall. cons. 72. n. 19. vbi hanc communem*

* *DD. sententiam esse testis est. vol. 2. Sim. de Proet. consil. 91. n. 50. Francisc. Vtuus comm. opin. 271. lib. 1. vbi*

** *& is hanc magis communem esse refert.'*

Atenim hic tredecim tantum anni elapsi fuerant.

III. QVÆSTIO.

Postremò dehinc, quæstio de illo erat: an non H. C; vtpote qui ius suum emphyteuticum, in potentiorem alienarat, indeq; vt F. eijceretur, causam dederat, omne ius suum, quod illi in re Emphyteutica competierat, perdiderit?

Qua de re sic habeo: amississe omnino H. C. omne ius suum, si quod illi adhuc, ob deteriorationes in re factas, contra quàm conuentum fuerat, competijsset, dum ius suum in potentiorem longe, transtulit.

Iuris enim est haud incerti, quod is etiam 104
Emphyteuta, qui alienandi licentiam & facultatem, à domino directo impetrarat, à re Emphyteutica cadat atq; priuetur, si in potentiorem, rem emphyteuticam alienauerit. *l. fin. ponderando verba: ad personas non prohibitas. ibi Ias. n. 28. C. de iur. Emphyt. c. potuit. ibi Abb. n. 10. extr. de locat. Pyrrh. in consuet. Aurelian. tit. de feud. cap. 103. Iul. Clar. in §. Emphyteusis. q. 22. vbi hanc communem esse opinionem attestatur Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. n. 36. vers. nec obstat. ff. de damn. infect. Eman. Soarez. comm. opin. lit. E. n. 75. vbi hanc communem dicit, & Grattum præterea in id allegat. Aurel. Corb. in tr. de iur. Emphyt. c. 7. n. 50. & c. 14. ampl. 12. n. 1. Natt. cons. 491. n. 7.*

Quod vsq; adeò verùm est, vt etiamsi æquè 105
potens fuerit Dominus, in cuius præiudicium alienatio in potentiorem facta, vergit, ac is est, in quem translatio rei Emphyteuticæ facta est, nihilominus emphyteuta ob huiusce modi alienationem, re emphyteutica priuetur. *Vti in specie decidit Natt. d. cons. 491. n. 8. & seqq. cum quo facit Corbul. in d. tr. de iur. emphyt. d. ampl. 12. in fin.*

Et licet contrarium, aliquot similibus adductis, defendere conetur *Ias. in l. final. n. 99. C. de iur. emphyteut.*

Eius tamen rationes & fundamenta demolitur. *Natt. d. consil. 491. n. 8. & seqq.*

Quapropter tantum non est, Iasonis opi- 106
nioni inhærere. Fundamento enim destructo, quicquid superius ædificatum est, corruit. *Riminald. in l. posthum. nu. 538. C. de bonor. possess. contr. tabul. Tuning. decis. 20. n. 46. & decis. 24. n. 14. Hartm. Pistor. quæst. 2. n. 21 in fin. & q. 3. nu. 45. lib. 2. Seraphin. in tr. de iurament. priuil. 74. nu. 27. & priuil. 132. n. 78. Modestin. Pistor. in suo consil. quod extat post quæstionem Hartman. 20. lib. 2. n. 34.*

Nec obstat, etiamsi de illo excipere conatus fueris: non attamen fidem vsq; huc factam esse: quod Illustriss. N; inter potentiores numerari debeat.

Nam hoc præstare facili negocio posse- 107
mus. Nam cum à DD. communiter receptum sit, clericum etiam simplicem & priuatum, ob fori, quo vtitur priuilegium. *gl. in d. l. final. in v. vetari. ibi Salyc. n. 14. & Ias. n. 90. & Sichard. n. 27. & seqq. C. de iur. emphyteut. Specul. in tit. de emphyt. n. 142. Abb. in c. final. n. 2. ext. de alien. iudic. mut. caus. fact. Spec. in tit. de cession. action. real. in v. verùm ac legitimis tutulis. n. 62. ibi Bernhard. Landrian. in addit.*

Nec non militem & curialem, vt tradunt 108
DD. communiter iam adducti: & præter iam adductos idem quoq; in specie decidit *Corbul. in tr. de iur. emphyt. c. 14. ampliat. 12. n. 2. Ias. in l. si ita quis promiserit. §. a lege. n. 12. ff. de verbor. obligat. Natt. d. consil. 491. n. 3.*

Equi-

109 Equitem item Hierosolomitanum vti consulendo decidit *Alciat. consil. 27.n. 7.vol.1.*

110 Rursus ciuitatem. *Vt ex Ancheran.refert Corbul.d.ampl. 12.n.5.*

111 Et denique comitem potentiorem esse. *Quemadmodum post Grattum decidit Corbul. d. ampliat. 12.n.6.*

112 Consequitur Illustriss. N; multò magis potentiorem dicendum esse, sumto nimirum argumento à fortiori, quod in iure frequens, fortissimum & vtile est. *Euerhard. in topic. in loco à minor. nu. 1. vbi alias DD. autoritates adducit.*

Vt de eo, nunc nihil afferam: potentiorem quem dici, non solum ratione suijpsius: verum etiam ratione propinquorum & affinium, *vt post Afflictum quem allegat, rursus autor est Corbulus in d.tr. de iur. Emphyt. c. 14. ampl. 12. n.3. Iohan. Iacob.de Leonard. inter consil. Brun. cons. 114.nu. 88.* 113

Cum interim omnes sciamus, Illustr. N; sanguinis necessitudine, maximos imperij principes, attingere.

His me vir præclarissime satisfecisse, illis, quas mihi proposueras, quæstionibus omninò putarim. Existimo autem, quas dederam Resolutiones, veras, iuridicasq; esse. F. P. D.

CONSILIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1. *Inter Notarium subditum, & non subditum, Constitutio Imperij, non distinguit.*
2. *Ordinationum imperij, verbis cessantibus ipsa quoq; cessat dispositio.*
3. *Subditus is dici non poterit, qui assecurationis iuramentum, nunquam præstiterat.*
4. *Relaxatio à iuramento assecurationis, purgat omne vitium, quod ex subiectione oriebatur.*
5. *Processus quandoq;, in Camera Imperiali, licet sub periculo partis, fuêre decreti: etiamsi requisitionis instrumentum, à Notario, de cuius creatione nihil constabat, fuisset conscriptum, item etiamsi, nomen Imperatoris in instrumento fuisset omissum.*
6. *Notarij à Camera approbati persona, legalior est, quàm Notariorum reliquorum.*
7. *Instrumenta, in membrana conscribi debent, ex imperij constitutione.*
8. *Præiudicium, in quo in Camera imperiali processus sunt denegati, propterea quod instrumentum papyraceum tantum, fuisset exhibitum.*
9. *Instrumentum in papyro esse conscriptum, in Camera Imperiali non attenditur, si in ijs locis, vbi instrumentum conscribebatur, fidem instrumentis papyraceis adhiberi, vsu fuerit receptum.*
10. *Instrumentum ex iuris communis præscripto, vitiosum non redditur, etiamsi non fuisset inscriptum in cartis pergamenis.*
11. *Processus quandoq; sunt decreti in Camera imperiali, etiam ad exhibitionem instrumentorum papyraceorum, quantumuis de consuetudine eius loci, in quo instrumentum fiebat, & an ea eiuscemodi instrumenta admitteret, non constaret.*
12. *Actor pro Austragis, aduersarium suum requirens, eidem petitionem, postulataq; sua, in scriptis, mittere debet.*
13. *Cautela abundans non nocet.*
14. *Princeps, principem imperij alium requirens, vt sibi ius iusticiamq; faciat, quatuor ab eo principum qui suæ tutelæ sunt, quorum item pars vna, ex ordine sacro: altera ex ordine seculari esse debet, nominationem petat: Ex quibus deinde vnus qui iudicis officio defungatur, eligitur.*
    Fallit in causis simplicis spolij: ibi enim sufficit, vt trium principum, nec distinguemus an seculares an clerici hi sint, nominatio petatur. n.15.
16. *In spolij causis, multa peculiariter, in ordinationibus imperij sunt constituta.*
    Spolij causas, iudicij Cameræ imperialis Notarij præ ceteris, vt celerius expediantur, promouêre debent. ibid.
17. *Lex quantumuis correctoria, si generaliter loquatur, omnem omninò casum comprehendit nec vllum intactum relinquit.*
18. *Interpretatio ad §. so soll. ordinat. p. 2. tit. 8. & in seqq.*
19. *Clausula sequens, cum illis, quæ in præcedentibus, determinationem certam iam receperant, nihil commune habet.*
20. *Si id, de quo minus videbatur, inest, inerit & id, de quo magis.*
21. *Inspiciendum est, quo nomine, quo respectu, & qua contemplatione, aliquid fiat.*
22. *Dux Brabantiæ, qui simul comes Flandriæ est, alio iure iudicatur, si quid fecerit, vt Flandriæ comes, quàm si quid fecerit, vt Dux Brabantiæ.*
23. *Princeps Elector Actor, comitem pro Austragis conueniens, rectè eum requirit, vt tres princi-*

principes nominet, ex quibus deinde Actor vnum, quem voluerit, eliget.

24. *Princeps Actor, dum alium principem pro Austragis requirit, numerum Principum nominandorum exprimere necesse non habet, sed sufficit, si simpliciter eum interpellarit, vt ius iusticiamq; sibi faciat:* er ersucht jhn nur schlechts / jhme Rechts zu pflegen.

25. *Solennitas, quæ si effectum respicias, leuiuscula est, pœnitus omissa, actum vitiare non potest.*

26. *Solennitas leuiuscula, perperam adhibita, actum non destruit.*

27. *Numerus vbi est, ibi semper per numerum indicatur forma.*
Numerus vbi deficit, ibidem actus quoq; corruit. ibid.

28. *Principis Actoris, & non principis rei gratia, constitutum est, vt quatuor Principes nominentur, ex quibus vnus, qui in prima instantia Iudex sit, cooptetur.*
Princeps reus requisitus, vt quatuor Principes nominaret, vnum vel duos nominans, requisitioni satisfecisse dici non potest: & causa continuò, ad Camer. deuoluitur. ibid.

29. *Principem, tres, vel quatuor nominare principes, ex quibus vnus, in iudicem primæ instantiæ eligatur, publicè non interest.*

30. *Formæ ob vtilitatem priuatam introductæ, partes renunciare possunt, tam tacitè, quàm expressè.*

31. *Princeps actor, solus eligit ex tribus, vel quatuor vnum, quem iudicem esse vult: princeps verò reus electioni huic, per actorem factæ, acquiescere cogitur.*
Nominatio quatuor, vel trium principum, in Austragis, fauore principis Actoris, sancita est. ibid.

32. *Principis Rei, nihil interest, si Actor duobus vel tribus principibus nominatis, ex quibus vnus in iudicem assumatur, contentus esse velit.*
Electio inter plures, melius cadit. ibid.

33. *Solennitatis omissio, quæ cedit in commodum & fauorem eius, qui nunc omissam eam esse conqueritur, vitiare actum non debet.*

34. *Nominari facilius semper tres, quàm quatuor possunt.*

35. *Princeps actor, mortuo eo, quem in iudicem primæ instantiæ elegerat, denuò ex reliquis tribus nominatis vnum eligere potest, qui in causa iudicet.*

36. *In Austragis, quando Principes nominatos omnes, mors corripuerit antè, quàm lis finita competenter fuerit, acta, actitaq; omnia pereunt.*

37. *Spolij simplicis causa, intra annum coram Austragis, finiri debet.*

38. *In spolij simplicis causis, iustus timor non est, quo timemus, ne non tres Principes nominati, omnes intra spacium annuum moriantur.*
Homines ad centum vsq; annos, vitam suam protendere posse, stat præsumtio. ibid.

39. *Comites, Barones, nobilesq; Imperio immediatè subiecti, plures quàm tres Electoribus, & principibus imperij nominare, nunquam necesse habent.*

40. *Princeps actor, si vult, necesse non habet, ad nouam, noui iudicis delegati, electionem accedere: sed sufficit, si litem cœptam prosequi voluerit, coram successore eius, qui ab initio iudex renunciabatur, ceterum nunc mortuus est.*
Præiudicium Cameræ Imperialis, quo ad requisitionem, pro quatuor tantum Consiliarijs nominandis (cum tamen nouem nominari, Actor petere debuisset) processus fuerunt decreti. ibid.

41. *Interpretatio ad §.* Vnd nach dem die vngleichheit / *in Recessu Deputatorum anni 1600.*

42. *Excipiens qui interesse nullum habet, ferendus non est.*

43. *Processus sub partis periculo, quando in Camera Imperiali decerni soleant.*

44. *Camera olim facilem se exhibuit in admittenda deuolutione causæ, inter* Teutschmeister vnd Churpfaltz.

Petijsti à me, vir præstantissime, vt causas, rationesq;, ob quas, quantum coniectura assequi licet, Domini Cameræ Imperialis Assessores, Domino N. processus in causa N; denegarint, colligerem, vtq; malo huic remedium afferri posset, cogitarem. Feci id qua potui, debuiq; diligentia: at nullam attamen interim, rei huius causam veram firmamq; inuestigare potui.

Nam etsi primò in considerationem venisset illud: quod Tabellio, quo in requisitionis actu, Dominus N. vtebatur, N. in eiusdem Domini ditionis oppido commoretur, atq; habitet: non tamen rationis esse videbatur, propterea, requisitionem totam reijcere, vel ob id, processus denegare.

Nam quantum ego in Imperij Ordinationibus versatus sum, non recordor, extare constitutionem aliquam, inter Tabellionem subditum, & non subditum, hac in parte distinguentem. Qua de re adiri potest Römischer Keyserlicher Majestat ordnung / zu vnterrichtung der offenen Notarien / wie die jhre Embter vben sollen / zu Cöln Anno 1512. auffgerichtet / *per tot, & in ordinat. Camer. p. 1. tit. 29. Rutg. Ruland. in tr. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 7. per tot.* 1

Caueamus itaq; nobis, ne quid temerè & præter id, quòd in constitutionibus expressum ex-

sum extat, asseueremus. Quippè non ignari: quod ordinationum imperij, verbis cessantibus, ipsa quoq; dispositio cesset. *tradente in indiuiduo Tideman. de Benig. Dec. Camer. Imper. tom. magnat. 4. decis. 2. vol. 5 n. 44 per l. quicquid astringendæ ff. de verbor. obligat.*

Præterea expendamus quoq;, quale illud sit, quod hic tabellio, assecurationis iuramentum nullum, Domino N. præstiterit: sed tantum Rectori Academico in N; iuratò promiserit, se secundum statuta Academica, quandiu N. degerat, vitam suam moderaturum.

3 Nam hinc rectè nos inferre posse conijciebamus, hunc tabellionem, etiamsi qua constitutio reperiretur, ad actum requisitionis, tabellionem subditum non adhibendum esse, præcipiens, inter subditos attamen censum suum non profiteri. Qui enim hunc subditum esse, qui nunquam assecurationis iuramentum Erb vnd Landhuldigungs pflicht/præstiterat, dicere conuenit. *per tradit. Knich. in tr. de subl. & Reg. territ. iur. c. 3. n. 155. & seqq. Knich. ad priuil. Saxonic. ad v. Ducum Saxon. c. 5. ad fin. vers. denig, vsus.*

Deniq; meminimus quoq;, quod eo tempore, cum primum, ad Reum N; ablegaretur hic Notarius, relaxatio ei à iuramento, si quod vnquam iurasset, facta sit.

4 Quæ relaxatio rursus, vitium omne, si quod ex subiectione contractum fuisset, tolleret atq; deleret. *arg. Ordinat. Camer. p. 2. tit. 4. §. dieselbe neun Räthe.*

5 Quare ad hanc causam, Dominos Camerales respexisse, verisimile non erat.

Scimus enim processus olim fuisse in Camera, licet sub periculo partis decretos, etiamsi instrumentum à tali Notario, de cuius creatione, nihil pœnitus constabat, quique præterea nomen Imperatoris, instrumento inserere neglexerat, fuisset conscriptum. *teste Autore incerto resolutionum dubiorum Cameræ, qui anno 1601. Francofurti ad Mœnum editus est, lit. I. in v. instrumenta. vers. quando in instrumentis. vbi hoc in causa Achatij von Zemen Pomeralischen Weiwoden contra Pichtern / 5. Martij Anno 74. fuisse obseruatum, attestatur.*

Perpendebamus deinde, quod immatriculatus attamen (vt vocant) fuerat hic Notarius. Cum attamen eum immatriculatum esse non oporteret.

Sed hanc rationem, cum ridicula tota sit,
6 attingere operæpretium visum non est. Quis enim nescius est, Notarij à Camera approbati personam, legaliorem esse, personam illius Notarij, qui inter Cameræ Notarios, nunquâ fuisset receptus. *Ordinat. Camer. p. 1. tit. 39. in pr. Denuis. in tit. Cam. tit. Notariorum albo recepto. n. 1.*

Quamobrem hac in re, peccatum nihil esse statuimus.

Tertio considerabamus quoq; illud: ne non forsitan id, Dominos Camerales mouisset, quod instrumentum papyraceum tantum, de requisitione per ipsum peracta, Notarius confecisset. Cum attamen, vt habet 7
imperij constitutio, eam in membrana, siue chartis pergamenis tantum, conscribere oportuisset. *d. ordinat. Cæsar. Maiest. Coloniæ Anno 1512. promulgata. §. Item die Notarien sollen sich auch hüten. Denuis. in tit. Camer. tit. instrumenta. n. 2. Iulian. Magenh. ad ordinat. Camer. p. 1. tit. 39. ad v. glaubwirdige instrumenta. vers. nota. ibid. Myusing. obseru. 80. cent. 1.*

Et in causa Wedell contra Waldow, 4. Maij, 8
72. eò, quod instrumentum papyraceum, in Camera exhibitum fuisset, processus denegatus fuerat. *teste Tidemann. de Benig. obseru. Cam. Imperial. Pentecost. 1. obseru. 30. Incertus autor duorum Cameræ. anno præterito 1601. Francofurti ad Mœnum editus litera I. in v. instrumenta in pr.*

Verùm & hanc quoq; rationem leuiorem esse censebamus, quàm vt ob eam, processus denegari potuerint.

Nam Constitutio hæc Cæsarea, Interpre- 9
tumq; super ea extructa assertio: astringitur, vt non procedat: si in illo loco, vbi conficiebatur instrumentum, consuetudine, fidem quoque, instrumentis carthaceis, siue papyraceis adhiberi, receptum sit, tradente in indiuiduo *Gail. obseruat. 119. n. 3. lib. 1. Fridericus. in tr. de process. in Camer. extrah. lib. 1. c. 7. n. 6.*

Cum attamen nemo sit, qui nesciat in tota ditione Domini N; fidem instrumenti, propterea quod chartaceum tantum sit, non vacillare, vel in dubium reuocari. *Quam re, ad facti notorietatem & euidentiam prouocamus.*

Id quod iuri communi scripto etiam con- 10
forme est. Nam vt habent legitimæ sanctiones, instrumentum nullum, eam duntaxat ob causam, quod in chartis pergamenis non exarabatur, vitiosum efficitur. *Br. in l. 1. in pr. nu. 1. ff. de bonor. possess. secundum tab. Gail. d. obseru. 119. n. 4. lib. 1. Magenh. d. tit. 39. Ordinat. p. 1. ad d. v. glaubwirdige instrumenta.*

Quin etiam nonnulla, Cameræ imperia- 11
lis extant præiudicia, in quibus processus instrumentis papyraceis exhibitis, decernebantur, etiamsi de istiusmodi consuetudine, non appareret. *Ita factum in causa der Stadt Hall contra Sebastian. Altrechten. 23. Octobris. anno 65. Cuius rei testes sunt Tideman. de Benig. in obseruat. Camer imper. d. Pentecost. 1. obs. 30. d. Autor incertus in v. instrumentorum reprobatio, versic. nota, cum.*

Non itaque, (vt antea dicebamus) causam etiam hanc, Dominos Camerales ad processus denegandos commouisse, existimabamus.

Quartò cogitabamus quoq; de eo, an non in eo peccatum esset, quod simul ad Dominum Reum, copia libelli, quo postea Dominus

minus N; in iudicio vsurus erat, esset missa. Verùm etiam hac in parte vitij quicquam non reperiebamus.

12 Etenim, vt ipsa loquitur constitutio: Actor pro Austragis aduersarium suum requirens, eidem, petitionem, postulataq; sua; Sein spruch vnd federung in scripeis mittito, ius iudiciumq; postulato. *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 2. in pr. & ibi Iulian. Magenb. in addit. Denau. in tit. Camer. tit. iud. ordinat. deleg. nu. 2. Casp. Vrlh. Scip. in comp. iur. Camer. sub Rubr.* Austrág Fürstlicher Personen. *Fruder. in tr. de process. in Camer. extrah. ind. lib. 1. c. 16. n. 2. Otto Meland. in comment. ad Nou. Maurer. p. 1. tit. 1. §. 6. vers. quando a sese.*

Qui fieret itaq; , vt hinc exoriretur, iusta denegandi processus causa?

13 Quinimò etiamsi hoc ita, Constitutio ipsa non dispossiisset, non possent attamen ea, quæ abundant, contra notissima iuris principia, irrita reddere ea, quæ gerebantur. *l. non solent. ff. de Regul. iur. l. testamentum. C. de testam. l. penult. C. de euict. Boer. in consuet. Bitur. tit. de stat. person. §. 4. gl. 5. Montic. in tr. de inuent. her. s. 5. n. 67. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 36. gl. 2. n. 48. Gail. obseru. 144. n. 3. lib. 1. & obseru. 1. n. 2. lib. 2.*

At inquis, Dominus N. Actor, Dominum Reum interpellarit, tantum vt trium principum nominationem faceret. Iuste itaq; requisitio, pera&ta non est. Commissilis enim aduersus *l. gem constitutionu. p. 2. tit. 2.*

Videamus itaq; QVINTÒ, qualis hæc sit allegatio, oportet.

14 Et quidem ignarus non eram, velle Cameræ ordinationem, quod princeps imperij, qui ab alio imperij principe, vel qui iure principis vtitur, in ius vocatur, necesse habeat quattuor ad rerum gubernacula sedentes (seu vt Domini Denaylij verbis vtamur) suæ tutelæ principes quorum duo, ordinis sacri, duo verò ordinis Sæcularis (vt vulgariter loquamur) & quidem ex diuersis familijs oriundi sint, ex quibus vnus deinde, per Actorem in iudicem cooptetur, nominare. *ordinat. p. 2. tit. 2. §. Darauff. & ibi Iul. Magenb. in addit. Denau in tit. Camer. d. tit. iudic. ordinat. deleg. d. n. 2. Casp. Vrlh. Scip. d. Rubr.* Austrág Fürstlicher Personen vnter sich). *Fruder. d. tit. de process. in Camer. extrah. lib. 1. c. 16. n. 2. vers. quo falso. Schuuanm. in tr. de process. Camer lib. 1. c. 2. n. 5. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 11. n. 75. ad fin. Otto Meland. in d. commentar. ad Meurer. d. p. 1. tit. 1. §. 6. vers. quando a sese mutuo, mihi fol. 18 in pr.*

15 Idq; regulariter verum esse, non abnuo.

At interim non obliuisci oportet, versari hic nos, in causa spolij simplicis: ideoq; non *ad Ordinat. Camer. p. 2. tit. 8.* respiciendum esse: proindeq; cum mihi. § würde aber der Kläger: habeamus, generaliter sanè esse, si in causis spolij simplicis, vigore Austregarum, pro nominandis principibus tribus cunctcunq; generis, ab Actore interpelletur Reus, diffinientem: generaliter quoq; illum ipsum textum rectè nos accipere, credimus. Indeque eius quoq; dispositionem, non ad inferiorum ordinum imperij statu solum: verùm etiam ad ipsos principes, inter sese, de spolio simplici litigantes, meritò porrigimus.

Videmus enim multa peculiaria in causis 16
simplicis etiam spolij, esse constituta, atque sancita, quæ in alijs controuersiarum generibus minimè obseruantur. *d. ordinat. Camer. p. 2. tit. 8 per tot. fac. ordinat. Camer. p. 1. tit. 29. vbi Notarijs iudicij Cameræ immungitur, vt præ alijs causis ad expeditionem celeriorem, spolij simplicis causas, promoueant.*

Sed & certum est, legem generaliter lo- 17
quentem, quantumuis correctoria sit, omnem omninò casum comprahendere, nullumq; pœnitus intactum relinquere. *Vt ex consensu gl. Imol. Alex. Hier. Gratti & Tiraq. scriptum reliquit Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 18. n. 71.*

Neq; verò repugnat his, quod attamen 18
per Ordinationem Camera. p. 2. d. tit. 8. §. so soll/ quo ad causas principum imperij inter sese. *ad Ordinat p. 2. tit. 2.* remittamur: quodq; in d. tit. 2. diserris verbis expressum legatur, non tres, sed quatuor principes nominandos esse.

Nam si hinc inferre volueris, §. wurde aber der Kläger d. tit. 8. ordin. p. 2. ad causas principum inter sese, non extendendum. Eò 19
quod clausula sequens, cum illis, quæ in præcedentibus, determinationem certam iam receperant, nihil commune habeat. *c. cum illecti. & ibi DD. Canon communiter. ext. de donat.* Bl. * *ad l. 1. n. 5. C. de legit. hered. Isa. ad l. tranfigere. n. 18. C. de pact. Isa. ad l. 1. n. 9. limit. 3. C. de lib. prater. Anton. Gabr. Roman in tr. regul. lib. 6 tit. de clausul. concl. 9. n. 8. vbi Abb. Cardinal. Imol. Lancellot. Dec. Barbat. Gomes. Nicell. Afflict. Dec. Alex. Salyc. Castr. Curt. Iun. Br. Roman. Paris. & Rotn. autoritates in id adducit.*

Non audieris: inniteris enim præsuppositis falsis. Negamus enim, verbis ipsis constitutionis, astipulantibus nobis, quod Austregæ principum inter sese, in causis spolij simplicis per d. §. so soll &c. determinationem certam receperint.

Additur enim in d. §. so soll &c. intelligendum hoc, quod de remissione ad tit. 2. ordinat. p. 2. dicebatur esse non simpliciter, sed secundum quid, & eo, quo sequitur moderamine. *Pro vtipsa verba Constitutionis habent, & præterea ita expheat Denau. in d. tit. de iur. Camer. sub Rubr. ind. deleg. in caus. simplic. spolij. n. 2. Casp. Vrlh. Scip. in Compend. iur. Camer. Rubr.* Austräge in sachen schlechter gemeinen spolien.

Iam verò, in hoc moderamine continetur inter cetera, etiam, dictus numerus trium principum. *in d. §.* wurde aber der Kläger/ *d. p. 2. tit. 8.* expressus.

Rectè iraq; diximus, in causis spolij simplicis, requisitionem, vt Princeps Reus, tres principes nominaret, legitimam esse: atque hinc

hinc iuſtam non oriri cauſam, ob quam proceſſus denegarentur.

In cuius confirmationem rectè adducitur illud: quod nemo huc vſq; inuentus fuerit, *qui illos. §. §. §. d. tit. 8. p. 3 qui. §.* würde aber der Kläger ꝛc. ſequuntur, ita interpretatus ſit, vt ad principum Imperij inter ſeſe Auſtregas, non pertineant.

Cum itaq; illi §. § §. qui ex interuallo etiam longiori, ſæpius adductum. § ſo ſoll ꝛc. ſequuntur: Attamen alieni nõ ſint, ab Auſtregis principũ inter ſeſe, in cauſis ſpolij ſimplicis.

Conſequatur oportet. § würde aber der Kläger (vtpote qui reliquas Periodos ſiue §.§.§. antecedit) multò minus ab Auſtregis principum inter ſeſe: in cauſis ſpolij ſimplicis, alienum fore: aut de Auſtregis inferiorum tantum ordinum, in cauſis ſimplicis ſpolij explicandum eſſe.

20 Si enim id, de quo minus videbatur, ineſt, inerit & id, de quo magis videbatur. *Euer. in top. in loc. à mmor. n. 1. Exea in tr. de pact n. 538. verſ. tertiò. Garſ. in tr. de expenſ. c. 2. n. 7. Cald. in l. ſi curatorem in v. huiuc contractum. n. 23. verſ. nec etiam. C. de reſtit. in integr.*

Et vt clarius adhuc eluceſcat rei veritas, ſit ita (id quod equidem ponimus, concedere autem non poſſumus) §. würde aber der Kläger. *d. p. 2. tit. 8.* de Auſtregis, in cauſis ſpoliorum ſimplicium, Principum Imperij inter ſeſe, non loqui faciamus, Sed quod tantummodò, in inferiorum ordinum ſtatibus, locum ſibi vendicet, ponamus: non actamen hinc iuſta emergit cauſa, ob quam, proceſſus N. contra N; denegari debuerant. Nam vt facili negocio & quidem ipſa. Principis Rei conſeſsione propria, ſi opus fuerit, edocere poſſumus, aggreſſus eſt Dominus Reus, iſtam occupationem, non vt Dux in N. ſed vt comes in N. & N. Eò quod tota linea comitum N. deficiente, Comitatus iſte Domino Reo aperiebatur: Sicuti & turbationes reliquas, quarum cauſa N. actionem inſtituit, illo ipſo nomine factæ, exhibitæq; fuerunt.

21 Iam verò longè certiſsimi iuris eſt: quod inſpiciendum ſit, quo nomine, quo reſpectu, & qua, ſeu cuius contemplatione, aliquid fiat. *l. ſi quis domum. §. penult. in fin. ff. locat. l debitor. §. vlt. ff. ad S.C. Trebell. c. requiſiſti. ext. de teſtam. Euerard. in top. in loc. à tanquam. n. 5.*

22 Quod item alio iure, cenſeatur dux Brabantiæ, qui ſimul comes Flandriæ eſt, ſi quid fecerit, vt Flandriæ comes, quam ſi ea quæ faciebat, vt Dux Brabantiæ fecerit. *Euer in top. in d. loc. à tanquam. n. 29. verſ. tricesimo quarto. Frider. Schenck. à Tautenb. ad c. 1. n. 5. quot teſt. ſint neceſſar.*

Patet itaq; conſequentia per ſe, Dominum Reum ſcilicet, à Domino Actore, non vt Ducem in N. ſed vt comitem N: fuiſſe requirendum: Proindeque requiſitio, quam N. fieri iuſſerat: ritè rectéq; facta eſt.

Prouiſi enim iuris eſt: quod Princeps 23
Actor, Comitem conuenientem, rectè eum requirat, vt tres Principes nominet, ex quibus Actor deindè, vnum, quem voluerit, in iudicem eligat. *Vt eſt expreſſum in ordinat. p. 2. tit. 3. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer. extrah. lib. 1. c. 1 n. 1. Schuuanman tr. de proceſſ. Camer. lib. 1. c. 3. n. 3.*

At fac rurſus, hæc omnia ceſſare, nosq; non in terminis. *d. §.* würde aber der Kläger. *ordinat. p. 2. tit. 8.* ſed in terminis. *ordinat. p. 2. tit. 2.* verſari: rigoroſum attamen admodum nihilominus erat, ob hoc ſolum, quod tantum trium principum nominationem, fieri petierat, Princeps Actor, iudicem proceſſum decernere recuſaſſe.

Cogita enim, Principem Actorem, neceſſe 24
non habere, in ſua requiſitione exprimere, quot Principes nominari debeant: quodque ſufficiat, ſi is à Principe Reo ſimpliciter ius, iuſticiamq; fieri poſtularit (er erſuchte jhn nur ſchlechtes jhme Rechts zu pflegen) Principi verò Reo, etiamſi nullus plane, in requiſitionis inſtrumento, expreſſus legebatur nominandorum numerus, incumbit nunc quatuor, nunc verò tres, pro caſuum euenientium varietate, Principes nominare. Ni cauſam ad Cameram deuolui maluerit: quodque conſequens eſt, expreſsio certi numeri nominandorum, in inſtrumento requiſitionis, de ſolennitate eiuſdem ſubſtantiali, non eſt. *d. tit. 2. p. 2. §.* darauff ſoll. ꝛc. *& ibi Magenh. n. add. in pr. Caſp. VVilh. Scip. in comp sur. Camer. d. tit.* Auftrage Fürſtlicher Perſonen vnter ſich ſelbſt. *in pr. Frideric. in tr. de proceſſ. in Camer. extrah. d. lib. 1. c. 16. n. 2. verſ. ſi igitur. & verſ. quo facto. Denayſ. in tit. Camer. Rubric. iudic. ordinat. deleg. n. 2.*

Quod cum ita ſit, quæ illa ſit æquitas ob ſolennitatem leuiuſculam, & ad eſſe rei non neceſſariam, totum id, quod gerebatur, euertere velle, equidem non perſpicio.

Scriptum eſt enim, ſolennitatem, quæ ſi 25
effectum reſpicias, leuiuſcula eſt, pœnitus omiſſam eſſe, actum non vitiare. *Paul. de Caſtr. in l. vniuerſis. n. 3. C. de precibus Imperat. offerend. Iaſ. in l. ſi cum hi. §. ſi pretor. n. 2. ff. de tranſact. Iaſ. ad l. etſi pepercerit. §. purè. nu. 14. ff. de lib. & poſtum.*

Non vitiabit itaq; illa ipſa, ſi adhibita qui- 26
dem fuerit, ſed perperam & minus rectè. *arg. l. non ſolent. ff. de regul. Iur. l. vſurar. C. de vſur. l. ſancimus in pr. C. de donat.*

Nec obſtat, quod ibi ſemper data cenſea- 27
tur forma, vbi exprimitur numerus: quodq; numero deficiente, totus quoque actus corruat: *tradente Bl. ad cap. 1. nu. 8. quid ſit inueſtitura. Iaſ. ad l. 1. n. 17. verſic. ſecundò & fortius ſtrmgo. ff. de conſtit. indebit. Capiferr. in tr. de num. tit. p. 1. c. 4. nu. 15.*

Nam etſi hoc ſemper, & vbiq; verum eſſet: 28
(id quod vehementer neganius) non tamen
office-

officeret. Redigamus enim nobis in memoriam, hunc numerum in ordinatione expressum esse, non ratione, & intuitu Principis Actoris, sed ratione & intuitu principis rei: proindeq; , is quidem nihil aget si requisitus, vt quatuor vel tres nominaret: vnum vel duos tantum nominauerit. Sed confestim, ac talis nominatio inepta, fit, fundata iam est Cameræ iurisdictio. *Prout hoc, in indiuiduo scriptum reliquit Iulian. Magenb. ad ordin. Camer. p. 2. tit. 5. §. 1. ibi* drey Churfürsten / *vbi hanc sententiam, pro indiuiduo Cameræ in causa* Würtenberg *contra* Manßfeld. *2. Decembris anni 49. confirmatam fuisse refert. Incertus Autor quæstion. in iur. contr. Decis. seu præsid. Camer. Imper. literæ A. verbo* Austrag. *vers. zu den* Austragen. *text. in d. §.* darauff soll. *ordinat p. 2. tit. 1.*

29 Quod si hic numerus nominandorum etiam ob Principem actorem, vtq; & is strictè, & pro forma requisitionis hunc obseruaret, fuisset expressus: nihil tamen in causa esset, ob quod etiam, eam ob rem, processus fuisset denegandus. Etenim publicè nihil interest, siue trium siue quatuor nominatio fiat. *arg. d. §.* darauff soll. *ord. p. 2. tit. 1.*

30 Succedit itaq; rursus, regula illa iuris, quæ vult: formæ, ob priuatam tantum vtilitatem introductæ, per partes renunciari posse, & quidem tam tacitè quàm expressè: *tradentibus in indiuiduo Dec. in l. pacta quæ contra. n. 10. & 11. C. de pact. Monter. à Cueua in decis. Regn. Arrag. ciuil. decis. 12. n. 43. Rum. conf. 46. n. 10. vol. 5. Rimin. Iun. consil. 207. n. 53. & seq. vol. 2. Ioh. Vincent. Hondedei consil. 27. n. 34. lib. 1. vbi hanc communem atteſtatur Tiber. Decian. conf. 2. n. 33. vol. 5. per l. filio præterea. & ibi Br. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testament.*

Et vt rem summatim complectamur, randemq; finiamus: cogitemus saltem cuius bono introductum sit, vt pro quatuor nominandis, principes inter sese, alterum alter requirereret? Actoris ne, an verò Rei?

Et mehercle, nisi obniti ipsi veritati voluerimus, id solius Actoris bono sancitum esse, confiteamur necesse est.

31 Ipse enim solus, ex quatuor nominatis vnum deligit, qui iudicis officio posthac, in lite hac, fungatur: Reum verò, electioni per actorem factæ, acquiescere omninò oportet. *d. tit. 2. ordinat. p. 2. §.* darauff soll der beschriebenen. *& ibi Magenb. in addit. Denays. in iur. Camer. d. tit. iudic. ordinat. delegn. 2. Casp. VVilh. Scip. in comp. iur. Camer. d. rubr.* Austrag Fürstlicher Personen vnter sich. *Schuttam. in proc. Camer. lib. 1. c. 2. n. 5. Fuder. in tr. de proceſſ. in Camer. extrah. lib. 1. c. 16. n. 2. vers. quo facto. Otto Meland. in comment. ad Noë Meurern. p. 1. tit.* von supplicieren. *tit. 6. vers. quando a se se mutuo, mihi sol. 18.*

32 Non interest itaque Rei, siue duobus siue tribus, Actor contentus esse, & de iure suo, quo ad quatuor nominandos Reum compellere poterat (etenim inter plures electio melius cadit per tradit. *Bl. ad l. 1. n. 13. & 14. C. de furt.*) tantisper cedere voluerit, & vi consequentis, hic euerti requisitiones, nullo modo poterant.

Etenim solennitatis omissio, quæ cedit in commodum, & fauorem eius, qui nunc eam, omissam esse conqueritur, vitiare actus non debet. *l. non minus in fin. C. de procur. l. cum hi. §. eam transactionem ff. de transaction. l. neq. tutoris. C. de contrab. & commit. stipulat. & ex consensu Iason. Corset. Tiraqu. & Vasqu. idipsum in specie scriptum reliquit Rauchbar. q. 24. n. 26.* 33

Enimverò facilius longè tres, quàm quatuor nominari possunt. Id quod confirmatione aliqua non eget. 34

Quare præsens requisitio, in fauorem & commodum eius, qui nunc eam perperam factam conqueritur, cessit: Principis nimirum Rei.

At inquis: imò habet, quod alleget, hac in parte interesse, princeps Reus. Etenim, ex ordinationis prouisione, si is, qui in iudicem eligebatur, antè, cum morte vitam commutarit, quàm lis determinata fuerit: ex reliquis simul nominatis tribus vnum rursus ab Actore oprari oportet, qui in iudicandi munere, defuncto succedat. *Ordinat. Camer. p. 2. d. tit. 2. §.* darauff soll / &c. *vers.* vnd ob der erkorne. *Denays in iur. Camer. d. tit. iudic. ordinat. delegat. n. 4. Casp. VVilh. Scip. d. tit.* Austrag Fürstlicher Personen vnter ihnen selbsten. *vers. delegato principe Otto Meland. in d. comment. ad Noam Meurer. mihi. d. fol. 18. vers. & si fortè Schrader. in tr. feudal. p. 10. sect. 11. n. 75. Schuttam. in proceſſ. iudic. Camer. lib. 1. c. 2. nu. 6.* 35

Interest itaq; nostra, quatuor & non tres nominatos esse. Vt tribus in fata fortè concedentibus, quartus adhuc supersit, quem in iudicem coopremus, ne acta & actitata omnia omnibus nominatis deficientibus, aliàs pereant. *per tradit. Schrad. in d. tr. feud. p. 10. sect. 11. nu. 31.* 36

Atenim, ne hæc quidem in consideration venire possunt: Primò etenim, causam simplicis spolij, intra anni metam, coram Austragis finiri oportet. *ordinat. p. 2. tit. 8. §.* vnd sollen. *& ibi Magenb. in addit. Denays. in iur. Camer. rubr. iudic. deleg. in caus. simpl. spol. n. 6. Casp. VVilh. Scip. in d. comp. iur. Cameral. Rubr.* Austrag in sachen schlechter gemeinen *spolien. vers. hæ causa.* 37

Vereri itaque, ne tres nominati simul in anno pereant, perindè ferè est, ac si timeremus, ne non cœlum rueret. Maximè cum hominis vitam, ad centum vsq; annos, protendi posse, iuris stat præsumtio. *l. vlt. C. de sacrosanct. Eccles. asean. Clement. in tr. de patr. potest. c. vlt. n. 108. Menoch. in tr. de remed. poss. adipisc. remed. 4. n. 667.* 38

Et malè mehercle, prospectum esset, si hæc ratio, pondus aliquod haberet, Electoribus & Principibus imperij, aduersus prælatos, 39

Comi-

Comites, Barones & Nobiles, imperio immediatè subiectos, cum hi amplius, quàm tres nominare necesse non habeant. *Iuxta ordinat p. 2.tit. 3. vt supra tetigimus.*

At demus, causam quam iustam hìc subesse, extimescendi, ne non anni spacio nondum finito, iudicibus omnibus destituamur, siquidem plures tribus nominati non fuerint: non tamen adhuc, allegatio hæc, pondus aliquod consequeretur.

40 Etenim, in arbitrio Principis Actoris situm est, non ad nouam electionem noui iudicis delegati, priore mortuo accedere: sed litem cœptam, coram successore eius, qui primum in iudicem eligebatur, verum iam mortuus est, prosequi: *attestantibus in specie Iul. Magenhorst in addulon. ad ordinat. Camer. p. 2. tit. 2. ad verbum Als Keyserlicher Commissarius. Frider. in tr. de process. in Camer. extrahend. d. lib. 1. c. 16. n. 3. versic. potest tamen.*

Atq; sic, nec enim per emendicata suffragia ire libet: Cum senatus populusq; Sedinensium Pomeraniæ à Duce suo petijssent, vt quatuor ex Consiliarijs suis nominaret, qui de controuersia, inter illos exorta cognoscerent (licet ex ordinat. p. 2. tit. 4. in pr. requirendus Dux fuisset, vt nouem Consiliarios nominaret) processus tamen fuerunt decreti 3. Octobris anni 83. Postquam Dux id facere, vltra menses tres distulisset. *Testante ipsum eodem incerto autore quæst. in iure controuers. tit. denegata iustitia. in pr.*

41 Nec nocet, etiamsi quis regesserit nobis, etiam in illo, à sententia constitutionis aberratum esse: quod Principem Reum, Dominus N. requisierit, vt iuxta Recessum Deputatorum, anno 1600. promulgatum in §. vnd nach dem die vngleichheit/tres Principes nominaret, qui vltra viginti miliaria, ab aula Domini N. dissiti non essent.

Quem tamen. §. vnd nach dem die vngleichheit / de Principibus imperij, inter sese litigantibus, non disponere aliqui sunt qui velint.

Nam nos antehac, illum. §. vnd nach dem/ aliter non intelleximus, & etiamnum intelligere possumus, quàm quod dispositio eius, in principibus imperij etiam, inter sese litigantibus locum sibi vendicet.

De eo enim dubitabatur, an requisita omnia, quæ interuenire oportebat, cum Princeps Principem, vt ius, iusticiamq; sibi faceret, interpellat, maximè verò id, ne nominatus, vltra duodecim miliaria absit: adesse quoq; oporteat, cum quis Princeps vel Principis iure vtens, pro iuris iusticiæq; administratione interpellatur, à Nobili quodam immediatè imperio subiecto, vel alio quopiam priuato?

Atq; id dubium, post deinde ita resoluitur: hæc obseruari, hoc casu opus non esse, Dummodò Principes nominati, vltra milliaria 20. à domo aulaque Rei non habitent.

Quod cum ita sit, nos equidem perspicere non possumus, qui §. vnd nach dem die vngleichheit / &c. dispositio, de viris principibus, inter sese contendentibus, explicari non debeat: maximè si ponderentur illa verba: ob er in benennunge der Fürsten / alle requisita, als mann er von einem Fürsten requiriret worden / præcise zu halten schüldig sein solte: Fürnemlich/ das die ernante Fürsten nicht vber zweiff meins dem requirenten entsessen/ auch nicht aus einem hause erkoren.

Innuitur enim in istis verbis, tam clarè, etiam hoc requisitum, ne vltra 20. milliaria absint nominati Principes, dum Princeps, principem requirit, adesse oportere, vt nostro iudicio, clarius nihil dici queat.

Sed & scio, cum anno 1595. deliberationibus Deputatorum interessem, etiam de eo actum esse, ne Princeps, Principi alios tres vel quatuor Principes nominaret, qui vltra 20. milliaria essent dissiti. Conquerebantur enim plurimi, se magna molestia iude affectos, quod ipsis tales fuerant nominati, qui in locis remotissimis viuerent. Vnde sæpius ob itinera longinqua, & aliàs, inde resultantes difficultates, potius mallent, liti cedere, quàm eandem prosequi.

Quod si. §. vnd nach dem die vngleichheit/ &c. in Austragis Principum, inter sese non loquatur: non quoq; rursus nocet ea, in requisitione expressa esse, quæ in eo dispondebantur. Cum ea, quæ abundant, vitiare scripturas non soleant.

Cum solennitatis non necessaria perperam facta expressio, actum concidere non efficiat. *cum similib. antea in id adductis.*

Sed & nullum interesse, Principis Rei in eo vertitur, cum plærosq; Principes. Dominus Reus habeat, quos nominaret: qui à Domino Actore vltra viginti milliaria non abessent.

Plausibilis itaq; etiam hæc ratio non est. 42
Non enim ferendus est, qui de illo opponit, quod eius non intersit. *l. Ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. l. Fulcinius. §. si in diem. ff. quib. ex cauf. in possess. eat. cum similib. per Cranett. adductis. consil. 391. num. 14. consil. 494. nu. 5. consil. 919. num. 11.*

Quare vt ingenuè dicam, quod res est, ego ne coniectura quidem assequi possum, quid rei sit, quod processus petiti à Dominis Cameralibus decreti non fuerint.

Censeo itaq; vir clarissime, è re principis 43
Actoris fore, si denuò Procuratorem suum, preces supplices pro decernendo processu, saltem sub periculo partis, offerre iusserit. Nec enim dubito, quin, quæ facta est requisitio Domino Reo, iure defendi queat.

Scimus item iuri, & etiam stylo Cameræ Imperij conforme admodum esse, vt sub partis periculo decernantur processus: siquidem dubium adhuc aliquod superfit, an fundata Cameræ iurisdictio, nec ne sit, pro vt de eo, in indiuiduo attestatus est *Gail. obseru. 119. n. 7. lib. 1.*

44 Sed & confido, Dominos Camerales illud sibi in mentem reuocaturos quod pauciis retro annis, in causa, Teutschmeister contra Churpfaltz / etiamsi Churpfaltz requisitus, quos & quot debebat iusto tempore nominasset, processus attamen perfacile decreuerint. *Vtex illo, quem sæpius adduximus incerto autore Decision. seu præudic. Cam. imper. ad quæst. in iur. controuers. lit. A. titul.* Austräge Fürstlicher Personen vnter sich/ latius videre est.

Vnde non dubito, quin eadem facilitate & æquitate erga Principem Actorem, vsuri quoq; sint. F. P. D.

Decernebantur deinde, partis periculo, à Dominis Cameræ Imperialis Assessoribus, processus, & citatio.

CONSILIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1. *Ob iuramenti de calumnia, remissionem tacitè factam, processus, vritus non fit.*
2. *Iudex, maximè verò is, qui maiori tribunali præsidet, præsumtionem habet pro se, quod rite, rectè, peregerit omnia.*
3. *Interpretatio, vlla: potius amplexanda, qua actus potius valeat, quàm pereat.*
   Etiamsi nonnihil offendenda esset, verborum proprietas, atq. significatio. n. 4.
4. *Iuramenti de calumnia præstatio, expressè per principem remitti potest partibus, sine vlla processus euersione.*
5. *Consistorium Principis, quo ad processus ordinationem, idem potest, quod ipse Princeps.*
   Consistorium Principis, censetur pars corporis ipsius. ibid.
6. *Consistorium Principis, censetur concurrentem cum Principe iurisdictionem habere.*
7. *Consistorium Principis, censetur loco Principis esse: adeoq; omnia potest, quæ ipse Princeps.*
8. *Stylus, & obseruantia, dominatur omnibus, tàm vruentium, quam morientium actibus.*
9. *Consistorium Principis, admerita causæ, tantum respicit, nec curat processus defectus.*
10. *Elector Brandeburgicus, in suo territorio Monarcha est.*
11. *Elector Brandeburgicus, ratione territorij sui, ab Imperatore nihil differt, nisi ambitus, & minoris territorij ratione.*
12. *Nullitas ab eo probanda, qui in eo fundamentum ponit.*
13. *Processus, à probatione incipere non debet.*
14. *Processu ordinario, opus est, in ijs, quæ requirunt, indaginem alterorum.*
15. *In nullitate, indaginem alterorem requirente, ordinario processu, opus est.*
16. *Instrumenta noue reperta esse, probari oportet, per sacramentum id ipsum affirmantis.*
17. *Iusiurandum, quod instrumenta nouiter reperta sint, iurari nequit, nisi deferatur per Iudicem.*
18. *Citatione partis, opus est in id, vt iudex rectè deferat iusiurandum, quo iuratur instrumenta noue adinuenta fuisse.*
19. *Scire & scire debere, & facili negotio rescire posse, paria sunt.*
20. *Per errorem dati, cuius repetitio est, eius consultò dati, donatio est.*
21. *Causæ plures vnius rei esse possunt.*
    Et reliquis omnibus sublatis, remanere vnicam satis est.
22. *Iuramento de calumnia expressim remisso, totus labefactatur processus.*
23. *Iuramentum de calumnia, quando expressim remitti dicatur.*
24. *Iuramentum expressè remissum, non nocet, dummodo remittatur eo tempore, cum iam plenè probatum est.*
    Et vt id intelligendum sit. n. 26.
    A separatis male infertur. ibid.
25. *Doctoris dictum, secundum legem, quam allegat, intelligendum.*
26. *Ad probationes lite contestata demum accedendum.*
27. *Præsupposito amoto, corruit assertio, qua inde extruebatur.*
28. *Iuramentum calumniæ petitum, & non præstitum, non efficit processum nullum, sed id præstari, petatur à parte, & non à Iudice*

Declara

Declaratur n. 31.

32. Opinionem magis communem, in consulendo, iudicandoq; sectari oportet.

33. Interpretatio ad l. de pupillo. §. qui opus. ff. de non. op. nunc.

34. Iudex, rogatus, vt partem aduersam, iuramentum de calumnia subire compellat, obsequs petitis à se, omninò debet.

35. Nullitas notoria, non indiget, vt proponatur, tantum abest, vt necesse sit, eam edoceri, atq; probari.

36. Iudex, nullitatibus notorijs, nemine petente, obuiam ire debet.

37. Nullitas notoria que dicatur, & n. 38.

39. Nullitas ex actis apparens, vlteriori cognitione, vel pronunciatione, opus non habet, sed in hoc casu, rectè, ad pronunciationem in negocio principali, progreditur Iudex.

40. Indebitum vt possit repeti, duo sunt necessaria.

41. Indebitum est, quicquid, cum reuera non debebatur, iuris, vel facti errore, soluitur.

42. Ignorantia causam probabilem habet, qui in locum alterius succedit.
Extenditur vt n. 43.

44. Consensisse ijs quis rectè dici nequit, que facie coactè.

45. Voluntas coacta, est voluntas.
Declaratur. n. 46.

47. Error etiam in facto proprio, præsumitur potius, quàm donatio.

48. Iudebiti condictio, cessat in ijs, quæ soluebantur, ratione sententiæ alicuius. vide n. 50.

49. Sententia ex indebito, debitum efficit.

51. Condictio sine causa, datur illi, qui quid solverat, sententia nulla, vel falsa seductus.

52. Condictio sine causa, in quibus casibus, locum habeat.

53. Iuramenti calumniæ, remissio tacita, quando fiat.

54. Antecedente destructo, destruitur quoq; simul consequens.

55. Præsumtio, quæ pro Iudice stat, tollitur, apparente præsumtione fortiori.
Item si conspicua iam facta fuerit, sententia nullitas. n. 56.

57. Interpretatione, actus adiuuari non debet, quem nullum esse, iam omnibus constat.

58. Princeps, vt possit partibus gratiam facere, ne iurare de calumnia cogantur.

59. Consequentia mala est: Consiliarij Principis, sunt pars corporis eiusdem.
Ergo eadem potestate cum Principe, omnino fruuntur.

60. Caput antecellit membris reliquis, & his dignius est.

61. Princeps fruitur præeminentijs quibusdam, quas communes non facit, consiliarijs suis.

62. Consiliarij qui sint, qui pars corporis Principis rectè dicuntur.

63. Camera Imperialis, cum Imperatore, in iurisdictione concurrit, ex peculiari quadam Statuum Imperij sanctione.

64. Constitutio nulla extat, qua Camera Electoralibus, concurrens, cum Electore Brandeburgico, tribuatur iurisdictio.

65. Imperator multa adhuc potest, qua Camera Imperiali denegata sunt.

95. Consistorium Principis, soluta potestate, non vtitur.

67. Princeps, vi potestatis ordinarie, nemini gratiam facere potest, quò minùs, de calumnia iuret.
Clausula: non obstante, quid indicet. ibid.

68. Legatur de latere, tantoq; minus reliqui Principum Consiliarij, immutare quicquam non potest, de his, que ad iudicij substantiam pertinent.

69. Gesta contra stylum Iudicij inualida sunt omnia.

70 Consiliarij Principis omnia possunt, quæ ipse Princeps, dummodò actus, de quo controuersia est, concessus Principi, in signum præeminentiæ cuiusdam singularis, non fuerit.
Clausula non obstante: etiam Principis Vicarius in rescriptis suis non vtitur. ibid.

71. Stylus cuiuscunq; iudicij, præ omnibus attendendus. Dominatur enim, omni scripto, & non scripto iuri.

72. Defectus processus, in consideratione habentur, passim in tota Germania.
Camera Imperialis, quod de meritis causæ pronunciat, insuper habitis processus defectis, id fit ex peculiari priuilegio ordinationis. ibid.

73. Exorbitantia à Iure communi, in consequentiam, non debent trahi.

74. Processus etiam in Camera Imperiali sit nullus, ob iuramentum calumniæ petitum, sed non præstitum.
Et quomodo id procedat. n. 76.

75. Argumentum à maiori, validum, & frequens in iure.

77. Iuramentum de calumnia, in Camera Electorali, viua voce non petitur deferri.

78. Nullitatem, ab aduersante, probari, quando necesse non sit.

79. Lectio sola, sufficit in his, quorum effectus, vel substantia, oculis ictus, percipi potest.

80. Euidentia facti, qua edocet, de his, verè constare dicitur.

81. Oculus non mentitur. (tum.

82. Vitium patens, plus semper nocet, quàm occul-

83. Fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta, quibus inest, destruit.

84. Euidentia facti, regina est, omnium probationum reliquarum.

85. Probari que possint, intra octo, vel decem dies, nõ dicuntur requirere indaginem aliorum.

86. Instrumenta nouiter reperta esse, iureiurando probare necesse non est, si ita iudici, visum fuerit

Et quando idipsum Iudici rectè videatur, nu. 87.

83. *Regula procedit tantùm in casibus non exceptis.*

89. *Instare suum, nemo facilè velit.*

90. *Non soluere quisquam mauult, quàm solutum repetere.*

91. *Doctor, qui vtitur, verbo cogita: nihilominus censetur inhærere opinioni, vltimo loco recensitæ.*

92. *Lites, ocyus finiri, Reipub. interest.*

93. *Finem dummodò habeamus, media non curamus.*

94. *Ignorantia probabilis vtitur, qui credit eiusdem tenoris sententijs: licet nesciat quod reliqua acta iudicialia, in sese contineant. Acta media sunt, per quæ ad sententiam peruenitur: sententia verò finis est, cuius gratia litigatur. ibid.*

95. *Sententia non recenter lata, præsumtionem habet, quod ad eam processerit Iudex, ritè, rectè, in omnibus.*

96. *Culpa vacat omnis is, qui eandem diligentiam adhibuit, quam quisq; paterfamiliàs, in casu simili, adhibere solitus fuerat.*

97. *Scire id facilè, rectè non dicimur, quod non nisi multo labore, industria, impensis, rescire poteramus.*

98. *Condictio indebiti, ob solutionem indebiti, scienter factam, quomodo cesset.*

99. *Regula: cuius per errorem, &c. quando cesset. & n. 102.*

100. *Lex in necessitatibus constitutis facilius longè semper subuenit.*

101. *Scienti parcitur, si necessitate aliqua compulsus, aliquid fecerit.*

102. *Scientia vera, & ea scientia, quæ inde introducitur, quod quis, rem facile rescire potuerit, equiparantur tantùm, per fictionem quandam.*

103. *Fictio omnis inutilitur in æquitate: ideoq; astringenda est, vt quò minus possit, ius alicuius lædat.*

104. *Fictio tantum operatur in casu fictio, quantum veritas in casu vero, in casibus tantum, qui digni fauore sunt.*

105. *Causa falsa, in sententia expressa, totam euertit sententiam.*

106. *Sententiæ plures causæ esse potuisse, nil refert, si non omnes causæ, in sententia fuerint expressæ. Nam ex ijs, quæ reticebantur, sententia propugnari nequit.*

THEMA.

EXorta fuit inter H. à B. & consortes, & Dominos feudi N. pascuorum causa, quibus illi feudi N. Domini, in VV. quod ad B. & consortes pertinebat, vti volebant, ante aliquot annos, diè.

In qua posit alias complurimas, Iudicis interlocutiones, tandem pronunciatum fuit: causam amississe H. à B. & consortes Actores, eò quod iuramentum calumniæ, inuitati ad hoc, præstare noluissent: sed & condemnatos eos esse debere, hac ipsa sententia, ad refarcendas expensas eas, quas pars aduersa fecerat.

Parere autem sententiæ huic, Actores, eorundemq; heredes, hactenus necesse habuerunt.

Iam verò heredibus Actorum, nuper modo, facultas inspiciendi Acta ipsa Iudicialia, vti ea in archiuo publico asseruabantur, concessa fuit: & ibi Actis illis publicis, ascriptum reperere, quod vtraq; pars, sibi ad inuicem, iuramenti de calumnia præstationem, expressè remiserit, & ne illud iuramentum iuraretur, conceserit.

Quæritur itaq;, cum iam hinc apparere incipiat, sententiam ex causa falsa, quæ præterea in eadem exprimebatur, latam esse, an non sine vlla indagine altiori, nulla fiant omninò, quæ ad præscriptum huius sententiæ, consecuta fuere; & an non condici quoque possint, ea omnia, quæ ab actorum heredibus, expensarum nomine, fuerant persoluta?

RATIONES DVBITANDI.

SAnè ab initio dicendum videbatur, labefactari, aut omninò non posse sententiam, aut si omninò annullanda foret, plena tamen causæ cognitione, processúq; iuris ordinario, in id opus fore: cessare item conditionem omnem, ratione eius solutionis, quæ sumtuum nomine, Reis fiebat.

Est namq; PRIMÒ, iuris minimè controuersi: quod processus non fiat irritus, quantumuis propter calumniam iuramentum, tacitè remittatur. *c. 1. §. propter. de iuram. calum. lib. 6. gl. in l. 2. §. sed quia verentur. & ibi Br. n. 2. C. de iureur. propt. cal. Rota. decis. 660. in antiq. Vant. in tr. de nullit. Rubr. de nullit. ex def. proc. n. 29. Specul. tit. de iuram. §. sequitur. n. 4. Pract. Pap. in form. lib. in act. real. v. per sacramentum calumn. n. 6. Ioh. Bapt. Asin. in sua prax. p. 1. §. 3. c. 30. n. 3.* 1

Iam verò, ex annotatione, apud Acta facta, vix deprehendi potest, sit ne iuramentum calumniæ expressè remissum, nec ne:

Tacitè itaq; tantum, hoc remissum esse dicamus, rationis erit.

Etenim pro Iudice, illo præsertim, qui maiori tribunali præsidet, præsumendum est, quod ritè, rectèque processerit. *l. 2. ponderando verba: quod non arbitramur. C. de offic. ciuitatis.* 2

iudic. Bl.in l. vnic. in fin. C. ne quis in ſua cauſa. Bl. in l. 2. per ill. text. ff. vbi pupillus educari deb. Bl. in l. tubemus. la. 2. §. fauè. col. vlt. verſ. ego addo. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alc. in tr. de præſumt. reg. 3. præſumt. 9. nu. 1. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 2 præſumt. 67. n. 1.

3 Omnis item actus interpretatione ita adiuuari debet, vt potius valeat quàm pereat. *l. quoties la. 2. ff. de reb. dub. l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verbor. oblig. Dec. in l. in contrahenda n. 7. ff. de reg. Iur. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 3. præſumt. 28. n. 45. Tiber. Decian. conſ. 5. n. 62. vol. 1.*

4 Etiamſi nonnihil, verborum proprietas & ſignificatio offendenda eſſent. *Crau. conſ. 790. n. 9. & in Rubr. n. 3. ff. de legat. 1. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 4. n. 144 text. in l. ſi vno m pr. ff. loc. l. ſi ſtipulatus in pr. ff. de vſur. l. ſi olei. C. locat.*

5 SECVNDÒ: remiſsioni quoq; huic, ipſi Iudices, & conſiliari, ſupremi tribunalis, totius Electoratus Brandeburgici, interfuerunt: quinimò non interfuerunt ſolùm, ſed vt herer decreuerunt, & per Notarium Actorum factam hanc eſſe, annotari fecerunt.

Et per conſequens, vitio non dabitur hoc proceſſui. Videtur enim hoc facere, in poteſtate Dominorum conſiliariorum, ſitum fuiſſe.

Eſt namq; expreſsi Iuris: quod Princeps, expreſsè etiam abſq; vlla proceſſus euerſione, & annullatione, partibus iuramenti de calumnia præſtationem, remittere poſsit. *gl. in l. 2. §. ſed quia veremur. in v. remitti. & ibi Br. n. 5. C. de iureur. propt. cal. Panormit. in c. ceterum. n. 10. ext. de iuram. cal. Iaſ. in l. ſi quis quempiam. n. 2. ff.*

* *ſi quis caut. & eſt communis opinio. Gail. teſte obſ. 85. in fin. lib. 1.*

6 Quod cum ita ſit, rectè quoq; ratiocinabimur, idem facere potuiſſe, ipſum Principis Conſiſtorium. Is enim, qui Conſiſtorio Principis accenſetur, idipſum ad proceſſus, præſertim ordinationem, quod attinet, poterit, quod ipſe Princeps. Cum hos, principis ipſius, pars corporis eſſe, iura velint, teſtatumq; faciant. *text. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. l. humanum. C. de ll. Bl. in l. cum multa. C. de bon. qua lib. Iul. Clar. recept. ſent. §. laſ. maieſt. n. 4. & 5. Hier. Gig. in tr. de crim. læſ. maieſt. p. 1. q. 5. n. 1. Raim. Pius. Vch. com. opin. lit. L. verſ. 3 Tiber. Decian. in tr. criminal. lib. 7. n. 5. nu. 3.*

7 Quos item concurrentem, cum Principe, Iuriſdictionem omninò habere rurſus palàm eſt. Veluti de Camera Imperiali & Imperatore atteſtatur *Gail. obſ. 29. n. 2. obſ. 41. n. 9. & obſ. 42. n. 3. lib. 1. Vincer. in tr. de proceſſ. extrah. lib. 1. in epiſt. dedicator. §. Inſtituerat.*

8 Quos deniq; Principis loco eſſe: adeoque omnia poſſe, quæ ipſe Princeps poterat, inter omnes conſtat. *Qua de re eſt textus. l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. 1. §. hi quibus. verſ. a præfectis verò. ibiq. Br. ff. de legat. 3. l. 1. & 2. C. de eo qui vic. al. ger. tr. adit. l. ſi in conuentionum. n. 7. ff. de pact. Conſi. conſ. 42. col. penult. ant. med. Crau. conſ. 674. n. 15.*

Sed & omnes ſcimus, obſeruantia quadam introductum eſſe, vt plurimum ex æquo, & bono, partium aſſenſu accedente, circa proceſſus ordinationem, præter aliorum iudiciorum ſtylum, poſsint Cameræ Electoralis Brandeburgicæ Iudices.

Videtur itaq; interpretationi huic, aſtipulari quoq; Iudicij ſtylum. Qui ſtylus, & obſeruantia, omnibus legibus, contractibus, & in ſumma omnibus tàm viuentium, quàm morientium actibus dominatur: eosq; interpretatur. *Crau. conſ. 459. n. 21. conſ. 766. n. 7. & 8. conſ. 823. n. 11. conſ. 887. n. 4. conſ. 934. n. 21. conſ. 942. n. 35. conſ. 1000. n. 317.* 9

TERTIÒ. vel indè, defectum hunc proceſſus ceſſare, rectè dicimus: quod in Principis Conſiſtorio, dummodò de cauſæ meritis conſtat, inſuper huiuſmodi defectus haberi, nec ob id proceſſus vitiari, ſoleant. *ſic. ad petitionem. & ibi Felin. n. 2. verſ. dicebat. & ibi DD. ext. de accuſat. Bl. in l. vlt. C. de ll. Bl. c. 1. §. vlt. de nat. feud. Felin in c. ex cauſis. n. 1. & 2. ext. de re iudic. vbi complurimos idem voleutes allegat Vant. in tr. de nullit. Rubr. quib. mod. ſent. null. defend poſſ. n. 22. Gail. obſ. 42. n. 1. & obſ. 87. n. 6. lib. 1.* 10

Iam verò Cameram Electoralem Brandeburgicam, Conſiſtorijs rectè accenſemus.

Quippè cum Princeps Electo Brandeburgicus quoq;, in ſuo territorio, monarcha ſit. Vt de Marchionibus, Ducibusq; in genere, ſcriptum reliquit *Cacher. decif. 88. nu. 17. Borch. in tr. feud. c. 5. n. 37. vbi hanc inter omnes receptam eſſe opinionem atteſtatur Borch. in c. 1. n. 8. quæ ſint regal. Crau. conſ. 702. n. 2. de Marchionibus Monteſerrati loquens. & conſpicuum, huic ſententiæ ſubſcribentium nomina recenſens.* 11

Et nihil planè ab Imperatore, niſi ambitus, & minoris territorij ratione differat. *per trad. Bl. in Rubr. n. 1. quæ ſint regal.* 12

Concludamus itaq;, in Camera quoque Electorali Brandeburgica, defectus ex proceſſu promanantes, non attendendos: dummodò de cauſæ meritis certi ſimus.

QVARTÒ cogniti quoq; Iuris eſt; quod nullitas, qualitercunq; in iudicio proponatur, verbi gratia, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue deniq; replicando deducatur, probanda ab illo ſit, qui illam ad intentionem ſuam ſtabiliendam, & adiuuandam, deducit atq; proponit. *c. cum ſuper ext. de re iudic. & c. in præſentia ext. de renunc. Ioh. And. in addit. ad Speculat. tit. de exec. ut. ſentent. §. poſtremò in addit. ad verbum. §. ſequenti. & c. Phil. Franc. in c. dilecto. q. 5. o. in fin. ext. de appellat. Vant. in tr. de nullit. Rubr. a quo, & quib. mod. poſſ. nullit. probar. n. 5. Maſc. in tr. de probat. concl. 1114. nu. 1.* 13

Reſtat itaq; illud tantum, proceſſu in hoc ordinario, opus omninò fore, vt nouum hoc, de nullitate proceſſus emergens dubium, rectè examinetur. Sic enim ſtatuunt iura: quod proceſſus à probatione incipere non debeat. 14

tot. Rubr. & nigr.ext.vt lit.non conteſt.non proced.ad teſt.recept. vel ſent.diffinit.

Quod item,cum iudici, non exhibetur libellus,proceſſus nullus, atq; irritus ſit. *Felin. in c.cx reſcripto.n.13.ext.de iureiur.*

15 QVINTÒ certò quoq; illud conſtat: quod in ijs, quæ altiorem (vt loquuntur) indaginem requirunt, pleniori quoq; cauſæ cognitione, quodq; conſequens eſt, proceſſu ordinario, & ſolenni opus ſit. *per trad.Br. in l. cum quærebatur.in fin.ff.iudic.ſolu. Br. in l. nam & poſteà in pr.nu. 2.ff. de iureiur. Bl. in c.1.§.inſuper.n.3. de prohib.feud. alien.per Frid.Iaſan l.ait prætor. in pr.n. 23.ff.de iureiur.Felin. in c. exceptionem.n.36. ext. de except.Marc.Anton.Bl.anc.in tr. de except. quæ imped. let.ingreſſ.in pr.n.3.*

16 Quod & in nullitate, altiorem indaginem requirente, verum eſt. *Br. in l. 3. §. condemnatum.n.3.& ibi Iaſ.n.18.ff.de re iudic. Vant. in tr.de nullit.Rubr. quib.mod.ſcnt. null.def. poſſ. n.31. Alex.de Imola.conſ.33.in fin.vol.1.text.in l.vlt.in fin. C.de ordin.cognit.*

Ceterum ea, quæ hic allegabatur, nullitas,altiorem adhuc,indaginem requirit:

Reliquum itaque illud tantùm fit, ordinario iuris proceſſu, hac in parte, procedendum eſſe.

17 SEXTÒ: qui aſſerit inſtrumenta de nouo reperta, idipſum ita demum cuincet, ſi in id ſacramentum præſtiterit. *Br.in l. admonendi.n.4.ibi Iaſan lect.n.7.& 8.& DD.ff de iureiur. Guid.Papæ deciſ.201.n.1.& deciſ.244.n.3. Seraph. de Seraph.in tr.de iuram.priuil. 38.n.7. Corn. conſ. 135.ſub lit. O. vol.1.*

18 Iam verò plura ſunt neceſſaria, vt ad huius iuramenti præſtationem, rectè accedamus. Veluti primò delatio iudicis *per trad. Br.d.l.admonendi.n. 57. ibi Iaſ. in lect.n. 113.& in repet.n.268.ff. de iureiur. Alphonſ. Villagut. in pract. crim lib.4.tit.de delat.iuram.concl.7.*

19 Deindè citatio partis. *l.in cauſæ.§. cauſæ cognita.ff.de minor.l.in bona fide.C.de iureiur. Bl.c.1. in pr.col.penult.de contr.muelt.Bl.in c. 2. per ill. text. de grad.ſucced.in feud. Domin. de S. Genin. in c.vlt. col.2.de teſtam. lib.6.*

Non itaq; expediri hoc poterit, ni proceſſum iuris ordinarium exordiamur: & vi conſequentis,cum hæc quoq; nullitas,doceri non poſſit, niſi per inſtrumenta nouiter reperta, ad id quoq; demonſtrandum, ordinaria via iuris, opus erit.

20 Clari quoq; Iuris eſt SEPTIMÒ; quod à pari procedant, ſcire, vel ſcire debere, atque facile poſſe. *l. regula. §. ſed & ſicti. ff. de iur. & ſict.ignor.Iulianus.ff.ad S.C.Macedon. Iaſ.in l.quod te.n.10.ff.ſi cert.pet.Tiraq. de vt.retr.p.1.§.12.gl.1. n.9.Sigiſm.de Neap.conſ.35.n.21. Zoeſeub. conſ. 8. nu.36. Ang.Aret.iut.conſ.ſrum. varior.conſ.70.nu. 70. volum.1.*

Non itaque videbatur, Actorum heredes, conditione repetere poſſe id, quod Reis ob impenſas factas exoluerant.

Nam ſi intuiti fuiſſent Acta ipſa iudicialia: reſcire quoque ſtatim potuiſſent, hunc quem nunc allegant, non præſtiti iuramenti calumniæ defectum: & e diuerſo, cum hoc facere neglexerint, non immeritò quoque eis, conditio indebiti nunc denegabitur, cum perindè ſit,ac ſi ſcientes, quæ ſoluerant, diſſoluiſſent.

Nam hinc nunc locum inuenit, illa iuris 21
regula quæ habet: cuius per errorem dati repetitio eſt: eius conſultò dati donatio eſt. *l. cuius per errorem.ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg.Iur. l.1. ff. de condict.indeb.l. cum quis. C.de iur.& fact. ignor. Iaſ. in l.ex hoc iure.nu.74. ff. de iuſt. & iur. Iaſ.in l.qui Romæ. §. duo fratres.nu.51.ff.de verbor. obligat.*

OCTAVÒ, & vltimò, explorati quoq; iu- 22
ris eſt: quod vnius rei complures poſſunt eſſe cauſæ: quod item duabus, vel pluribus cauſis concurrentibus, quarum reliquæ, vna duntaxat excepta, concidant, ex hac vnica, quæ ſuperſtes remanet, actus nihilominus ſuſtineatur. *l.liberorum.§.1.ff.de his qui not.infam. l.adoptiuus.§.ſeruiles.ff.de rit.nupt.§. affinitatis. Inſt. de nupt.Crau.conſ.720.n.2.*

Rurſus itaq; in eo res eſſe videbatur, vt ex ijs, quæ proponebantur, conditio indebiti, introduci non poſsit. Nam etſi in ſententiæ verbis contineatur, ideò Actores condemnatos eſſe: quod de calumnia iuramentum præſtare renuiſſent: fieri tamen potuit, vt plures Iudici fuerint rationes, ob quas ad ita dicendum compellebatur.

RATIONES DECIDENDI.

VErùm etſi hæc ſpeciem aliquam recti præ ſe ferant, miſſa tamen facienda ſunt cum contraria huic ſententiæ, longè magis, iuri ſit conformior.

PRIMÒ namq; incerti iuris non eſt: quod 23
proceſſus totus euertatur, atque deſtruatur, quoties expreſsim, de calumnia iuramentum remittitur. *gl.in auth.de his qui ingr. ad appell. §.vlt.Br.in l.de pupillo.§. qui nouum opus. n. 1. ff.de nou op.nunc.Br.in l.ſuſiurandum.§.qui iuſiurandum.n. 9. & ibi Bl.n.1. & Iaſ.n.3.ff. de iureiur.Robert. Mar.in tr. de ord. iudic. 2.p.6.p.p.act.1.nu.2. Berber. in ſua praxi.p.4.rubr. 2.nu.151. Lanfr. de Orian.in ſua praxi in pr.n. 28. Bredenrod. in tr.cautel.p.3.tit.32.n.1.Conrad.Lancil.in tr. de off.prætor. Rubr.de iuram.cal.n.1.Gail.obſ.84.n.2.lib.1. Rol. à Valle conſ.71.n.7.vol.1.*

Sed illud dubio omni caret: quod idip- 24
ſum iuramentum, tunc expreſsim remitti dicatur, cum petitur ab altera partium, nec præſtatur. Vti vno ore omnes docent, tam ij,qui

lj. quî suprà adducebantur, pro confirmanda prima ratione dubitandi: quàm hi, quorum in præsentia, nomina recensita sunt.

Atenim hîc, Actores, Reis iuramentum calumniæ detulerunt, statim, ac libellum ipsum, Iudici porrexissent.

Et deindè ex annotatione quoque, quæ Actis, per ipsos Iudices inserta est, dilucidissime constat, vtramq; partem, iuramenti huius, præstationem, parti suæ aduersæ, remississe.

Quid itaque aliud restet, quàm vt sic efformemus ratiocinationem: processum totum hîc vitiosum, & nullum fieri, perspicere nequeo.

25 Nec obstat, quod tamen aliqui ex Interpretibus velint: non nocere processui, hoc iuramentum, etiam petitum à parte, præstitum non esse, dummodò hoc tempore postuletur, cum iam plenè probatum est. *Bl. in c.2.n. 12. per ill. text.ext.de probat. vti eum refert Iaſ. d. l.iuſiurandum. §.qui iuſiurandum. nu. 3. ff. de iureiur.*

26 Nam axioma istud adaptari hic nequit. Non enim, vt Iaſon, Baldum loquentem inducit. Baldus loquitur: sed de iuramento, quod vocant, suppletorio.

Porrò cum illud, à nostro iuramento calumniæ, diuersum atq; separatum sit: fieri nequit, vt ab vno alterum rectè concludatur. *l.vlt.& ibi Br.ff.de calumniator. l. neq; natales. C. de probat.Euer.in top.in loc. à ſepar.n.1.*

Et sin Baldus non ita loqueretur: loquitur attamen is textus, in quo Baldus innititur, de iuramentum tantum suppletorio.

27 Baldi itaq; doctrinam, secundum legem hanc explicare conuenit. Cum vniuscuiusq; Doctoris dictum, à lege, cui innititur Interpretationem recipiat. *Br.in l.non ſolum. §. liberationis. n. 7. ff.de liber. legat. Iaſ.in l. cum filiofamilias.n. 129. ff. de legat. 1. Hormann. Det. in repert. l. hoc edicto.§.hoc autem.n.22.ff. de nou.op.nunc. Lambertin.in tr. de iur. patron. lib. 2.p.1.quæſt.9.art.18. n.7. Menoch.in tr.de remed.poſſeſſ. retin. remed. 3.n. 270. cum ſimilibus,quæ congeſit Ant. Marc. Corat. in tr.de comm.opin.lib. 1.tit.6.n.140.*

Verùm fac, Baldum ita, vt Iaſon vult, loqui: non tamen victoriam hac allegatione reportare poteris: desunt enim, quibus doctrina hæc fulciebatur, supposita.

28 In præsentia enim statim, cum porrigeretur libellus: petebatur quoque iuramenti calumniæ delatio. Quî itaque tunc alterutra partium, intentionem suam, comprobasset satis? Cum post litem contestatam demùm, vterq; litigantium, ad edocendam animi sui sententiam, & intentionem, accedere posset, & debeat. *Vt ex Mar. in tr. de ord. iudic. 2.p. 6.p.p. act.3. nu. 1. manifeſtiſſime cernere licet.*

Sed &, veluti ostendunt ipsa Acta, multis annis, post demùm, ad testium examen, partes accedebant.

Labascit itaq; obiectio hæc. Omnes enim perspectum habent: quod præsupposito remoto, concidat totum argumentum, quod inde eliciebatur. *Crau. conſ. 486. n.4. conſ.560. nu. 1. conſil. 668. nu. 15. conſil. 711. nu. 8. conſil. 677. nu. 6.* 29

Vlterius, illud quoq; nobis. negocium aliquod non exhibet, quod præterea axioma, quod nos decisionis nostræ fundamentum posuimus, ita astringatur: Vt scilicet processus non fiat nullus, ob non præstitum iuramentum calumniæ, cum scilicet id non à ludice, sed à parte aduersa tantùm petebatur. *Vt ex Bl.in repl.2.n.80.ff. de iureiur. vnrſus limitat Iaſ. d. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.n.3.ff.eod. tit. vbi quoq; pro opinione hac,multum(vt Iaſonis verbis vtar) ſtringere videri l.de pupillo.§.qui opus.ff. de nou.op.nunc.atteſtatur.* 30

Nam nec illud quidem, hac in parte habet Baldus, ad quod eius autoritate, vtitur Iaſon. 31

De eo enim solùm agit, in loco, per Iasonem adducto, Baldus: an is, cui à parte aduersa tantùm, iuramentum calumniæ deferebatur, cadat causa, si id iurare recusauerit, id quod à casu nostro separatum, atq; diuersum est.

Vt taceam, ipsum prætereà Iasonem, at- ** testari: quod magis recepta opinio contra Baldum sit. *Iaſ.d.§.qui iuſiurandum.n.3 limit. 2.*

Frustrà itaq; rursus erit, obiectionem talem efformasse. Cum iuris sit explorati, quod in iudicando, & consulendo receptam, vel magis receptam sententiam sectari teneamur. *teſte ipſomet Iaſone in auth. nouiſſima. n. 22. C.de inoff.teſtam. Ant.Marc.Corac.d.tr.de comm.opin. in præfat. nu. 27. vbi hanc inter omnes receptam eſſe ſententiam atteſtantur.* 32 *

Et deniq; refutari quoq; facilè potest, *l. de* 33 *pupillo.§.qui opus.ff de nou.op.nunc.* Nam etsi non inficiemur, velle illam: à nemine exigendum, de calumnia ipsiurandum, antequam huic exactioni, Prætoris autoritas accesserit.

Venit attamen ex contrario in considerationem illud: quod multæ post illam. *l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. op. nunc.* promulgatæ sint leges: quæ longè aliud, de iuramento calumniæ, quàm de iure fforum fuerat, ius statuerunt. *Veluti ſunt.l. 2. C. de iureiur.propt.cal. cum Nouellis ibi poſitis: item c. 1. de iuram. calum. 6.*

Huic itaq; iuri, ceu nouiori, non autem illi vetustiori, inhærebimus.

Non dicam nunc, obiectionem quoq; il- 34 lam, cessare in casu nostro, per id, quod hic iuramenti præstatio, ab ipso iudice, non autem à parte solùm (vt habet libelli conclusio) petebatur: quod item Iudex, petitioni huic annuere necesse omninò habuerit: prout hoc,

quod iudex, qui implorabatur, vt partem aduersam, officio suo cogeret, ad iurandum, de calumnia iuramentum, huic petitioni omninò concedere, locumq; dare teneatur. *in specie scriptum reliquit Iaf. d. l. de pupillo. §. qui nouum. n. 3. ff. de nou. op. nunciat.*

Incognulsum itaq; perstat adhuc, PRIMVM, decisionis nostræ fundamentum.

35 SECVNDÒ, communiter quoq; placuit
* Interpretibus, & prætereà Iuris est expressi: quod nullitas notoria, ne quidem indigeat, vt proponatur, tantò minus verò, vt doceatur, atq; probetur. *Ang. in l. vlt. ff. de petit. hered. Alex. in l. 1. C. vt quæ desunt. Felin. in c. cum ordinem. n. 11. ext. de reser. Vant. in tr. de nullit. Rubr. quis poss. dic. de null. nu. 52. Masc. in tr. de probat. concl. 1114. nu. 4.*

36 Etenim viri boni est, huiusce modi nullitatibus, partibus etiam tacentibus, remedium afferre. *Vt autore Cardin. Parisi. decidit Alex. de Imol. cons. 225. n. 5. vol. 6. quos referunt, atq; sequuntur, Vant. d. rubr. quis poss. dic. de null. n. 57. & Mascard. d. concl. 1114. n. 4.*

37 Sic quoq; illud controuersi iuris non est: quod illa nullitas, quæ cernitur, ac deprehenditur, ex actorum inspectione. *Vant. d. tr. de nullit. Rubr. coram quo null. propon. 13. Mascard. d. concl. 1114. n. 4. Alex. de Imol. cons. 59. n. 17. vol. 4. & cons. 282. n. 3. vol. 6.*

38 Nec non ea quoq; dicatur notoria, quæ extra controuersiam posita est, scrupuloq; & disputatione caret. *Felin. c. inter cæteras. n. 4. vers. sexta declaratio, ext. de re iudic. Dec. in c. ex parte. col. 5. vers. quinto fallit. ext. de off. deleg. Phil. Franc. in c. dilecto. n. 153. propè finem. vers & intellige ext. de appellat. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 9. Mascard. d. concl. 1114. n. 5. Cephal. cons. 201. n. 10. & cons. 202. n. 16.*

Talis hæc nostra nullitas est: Syllabatim enim in Actis expressa legitur: Consequitur itaq; rem paucis absolui posse, nec opus esse, vt in re clarâ, & perspicuâ, ambagibus multis vtamur.

39 Vbi enim considerandam sese offert, ex eisdem actis nullitas: ibi nulla cognitione, aut pronunciatione, ad prius latas sententias, quod attinet, opus est: sed his ceu nullis iam apparentibus, insuper habitis, rectâ ad pronunciationem, in negocio principali, de nouo proceditur. *text. in c. cum Bertholdus. & ibi Innoc. ext. de re iudic. Vant. d. tr. de nullit. Rubr. cor. quo null. propon. n. 13.*

40 TERTIÒ, prouisi quoq; Iuris est: quod in id, vt indebiti repetitio locum habeat, duo omninò sint necessaria. Veluti vt indebitum sit solutum, & vt per errorem sit solutum. *Raph. Fulgos. in l. si non soluendo. §. si decem. & ibi Iaf. n. 1. & DD. ff. de condict. indeb. Ioh. Crisp. de Monitb. in tr. de termin. act. n. 141. Iaf. in Rubr. n. 1. ff. de condict. indeb. Sichard. in Rubr. n. 10. C. eod. tit.*

Ambo requisita in præsentia habemus.

Conditioni itaq; indebiti locum omnino dari, hic oportet.

Nam ad primum quod attinet, ideò Actores soluere cogebantur Reis, quod contumaces sese Iudici exhibuissent, in præstando de calumnia iuramento, (ita enim disertis verbis loquitur sententia.)

Verùm isthæc ratio falsa est, cum ipsa acta edoceant nos, partes sibijpsis, iuramentum calumniæ ad inuicem remisisse.

Quis itaque negabit, hic debitè solutum 41
non esse? Etenim quicquid, cum reuera non debebatur, vel iuris, vel facti errore soluitur, indebitum est. *Sichard. ad Rubr. n. 4. C. de condict. indeb. Sichard. in l. 1. n. 1. C. eod. tit.*

Sic quoq; alterum conditionis indebiti requisitum præstò est: solutionem nempè per errorem factam esse.

Erat enim lis hæc, immortalis ferè. Vndè, non solùm personæ principaliores interim mortuæ sunt: verùm etiam causarum patroni, atq; aduocati: Acta item quæ pœnes aduocatos fuerant, deperditæ sunt. Indeq; fiebat, vt heredes, successoresq; Actorum, nihil vnquam de actis viderint, multò minus autem, quæ in ijs continerentur, addidicerint vnquam: nisi quod nunc tandem semel, Acta ipsa principalia, quæ apud Actuarium, in archiuo asseruabantur, peruoluendi, poteritas ipsis facta sit.

Ambigi itaq; non oportet, quin hîc ex errore, & dum sententiam iustam putarent Actores, quæ nulla est, administratæ fuerint omnia. Expressi enim iuris est: quod is, 42
qui in locum alterius succesit, iustam, & probabilem erroris, & ignorantiæ causam, censeatur habuisse. *l. qui in alterius. ff. de reg. iur. c. cum qui in iu. eod. tit. lib. 6. l. 1. in fine. & l. 2. ff. depos. cum simlib.*

Quod tum maximè obtinet, cum huic in 43
ius alterius successioni, temporis prætereà antiquitas, atq; longinquitas iungitur, atq; accedit. *l. peregrè in princ. ff. de acquir. poss. Dyn. in c. præsumitur. de reg. iur lib. 6. Br. in l. non fatetur. n. 10. de feud. guard. Mascard. in tr. de probat. concl. 636. nu. 18. & 19.*

Et insuper pignoribus in id, per Exactores publicos, captis, ad soluendum ea, quæ sententia indicebat, compellebantur.

Tantò minus itaq; conuenit dicere, scien- 44
ter eos solutionem fecisse. Non enim ijs consensisse rectè dicimus, quæ coactè facimus. *Speculat. in tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua, v. 75.*

Nec obstat, quod attamen coacta volun- 45
tas, voluntas quoq; sit. *text. in l. si mulier. §. penult. ibi gl. Br. & DD. ff. de eo quod met. caus. c. mulieres. §. vlt. & ibi DD. ext. de Bapt.*

Idipsum enim in ijs, vbi absoluta volun- 56
tas, & scientia plena, & deliberata, (veluti in solutione tali, ex qua repetitio eius, quod indebitè solebatur, cessaret) requiritur, non procedit.

cedit, nec locum reperit. *Abb. d. c. maiores. § vlt. ext. de Bapt. quem refert & sequitur Ias. in l. rem, quæ nobiu. n. 2. ff. de acquir. poss.*

Leuiuscula itaq; est obiectio hæc.

47 Et vt rem paucis complectar, nemo est qui nesciat: quod semper potius præsumatur error, etiam in facto proprio, quàm donatio. *Alex. cons. 80 in fin. vol. 3. Rmn. cons. 215. n. 22. lib. 1. Rol. à Valle cons. 11. n. 43. lib. 3.*

48 Neq; verò refragetur his illud, commune
* Interpretum placitum: quod in ijs, quæ soluebantur alicui vi sententiæ promulgatæ, cessiet indebiti condictio. *l. 1. & ibi Bl. Suchard. n. 4. & DD. C. de condict. indeb. l. cum putarem. & ibi Br. ff. fumil. hereisc. Specul. in tit. de execut. sent. §. vlt. n. 7. Bl. in l. cum quis. n. 32. C. de iur. & fact. ignor. Ias. in l. 1. n. 2. & in l. si non transactionis. nu. 1. C. eod. tit.*

49 Quippè eius est efficaciæ, iudicatum, vt ex indebito debitum faciat. *l. nepoti. ff. de fund. instr. d. l. cum putarem. ff. fam. herc. Ias. d. l. 1. n. 2. C. de iur. & fact. ignor. Suchard. d. l. 1. n. 4. C. de condict. indeb.*

50 Nam & id, secundum quid tantùm verùm est. Eo nimirum casu, cum spontaneè soluitur: non autem cum quis pignoribus in id captis, ad soluendum cogitur. *per superius in id adducta.*

* 51 At esto, demus distinctionem hanc, inter solutionem sponte, & coactè factam, hîc obtinere non posse: non tamen oberit hoc, decisioni nostræ.

Verùm enim illud quoq; est: quod etsi id, quod autoritate sententiæ, vel rei iudicatæ, solueram, indebiti condictione repetere non possim: attamen in id, condictionem sine causa mihi dari, si de sententiæ nullitate, vel probationum falsitate constiterit. *Specul. d. tit. de execut. sent. §. vlt. n. 7. Angel. in l. debitor. §. ea quæ. ff. ad S. C. Trebell. Alex. in d. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Franc. Aret. in l. si fideiussor. §. in omnibus. & ibi Bl. ff. mandat. Felin. in c. subortа. n. 10. ext. de re iudic.*

52 Et præterea requisita condictionis sine causa, nos quoq; non deficiunt. Requiritur enim in id, vt scilicet, vel nata sit obligatio: sed sublata per solutionem: atq; sic causa, ad non causam redacta: vel quod ab initio etiam defecerit obligatio, saltem quo ad effectum, eò quod nulla aderat obligationis causa. *Bl. in l. 2. n. 1. & ibi Suchard. n. 2. C. de condict. ex lege.*

Quæ requisita, in præsenti negocio, reperire quenquam posse, etiam sine inductione vlla, non diffido.

RESOLVTIO
Contrariorvm.

AT nunc videamus, vt refelli possint contraria.

53 Primò itaque respondemus, carere idipsum, suppositis suis. Non enim tacita, sed expressa, iuramenti calumniæ remissio hîc fiebat. Etenim tacita remissio, iuramenti calumniæ, tunc demum fieri dicitur, cum neutra pars, illud iurari petit: Sed nulla iuramenti de calumnia mentione facta, vlterius in processu progreditur. *Vti tradunt omnes, quos tam sub prima dubitandi, quàm prima decidendi ratione recensuimus, nec non Gail. obs. 85. n. 2. lib. 1. Quibus alios præterea in re tam clara, & perspicua addere, operæ pretium non est.*

Restat itaq;, vt dicamus quod antecedenti destructo, simul quoque in fumum abeat, atq; euanescat consequens. *Crau. cons. 492. n. 12. & cons. 542. n. 5.* 54

Nec iuuat has partes illa, quam pro Iudice stare indicabamus, præsumtio: quoties enim fortior vrget præsumtio, cedit, manusque dat, illa præsumtio, quæ aliàs à Iudicis partibus stare solet. *Alc. in tr. de præsunt. reg. 3. præsumt. 9. n. 8. Menoch. de præsumt lib. 2. præsumpt. 67. n. 30.* 55

Atenim hîc præmanibus est, non solùm præsumtio fortior, verùm etiam ipsissima veritas.

Vt de eo nihil nunc afferam: quod nulla amplius præsumtio, pro iudice remaneat, quando sententiæ iniustitia, vel nullitas, iam elucescere incipit. *c. solicitudinem. §. si fuerо. ext. de appell. Felin. in c. quoniam contra. nu. 25. extr. de probat. Alc. d. reg. 3. præsumt. 9. nu. 10. Menoch. d. tr. de præsumt. d. præsumt. 67. n. 34. & 49.* 56

Quam porrò nullitatem, hîc clarissimè elucescere, apud me, dubium amplius non est.

Et præterea nihil quoque illa efficit, generica iuris traditio: omnem actum ita interpretari oportere, vt potius quàm pereat, valeat.

Nam & huic, nisi in re dubia, & vbi rectè 57
adhuc dubitatur, num actus intercidere debeat, nec ne, locus non est: cessat autem, vbi actum valere non posse, omninò planum, & perspicuum est. *Ias. in l. quoties nu. 3. ff. de verbor. obligat. Decius in l. in contrahenda. nu. 13. ff. de reg. Iur. Alc. in tr. de præsumt. reg. 3. præsumt. 34. nu. 3. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 3. præsumt. 34. num. 12.*

Ad Secvndam deindè obiectionem 58
quod attinet, fatemur equidem: quod princeps gratiam facere partibus posit, ne amplius sint obnoxij, de calumnia iuramento, quodq; ob id, reliquus processus non labefactetur: verùm cum in id rescripto opus habeamus: nec non adesse quoq; clausulam illam: non obstante oporteat: *Vtuti in contrarium adducti DD. gl. ad d. l. 2. §. sed quia veremur. ibi Br. n. 5. C. de iureur. propt. calumn. Panorm. d. c. ceterum. nu. 10. extr. de iurам. calumn. Ias. in d. l. si quis quemquam. nu. 2. ff. si quis caut. ipsimet ostendunt.*

Tradi-

Traditio iam hæc ad nos non pertinet. Rescripto enim Principis, cui clausula: non obstante, inerat, caremus.

59 Accedat adhæc, quod istiusmodi quoque rescribendi potestas, nullis Principum Consiliarijs competere possit. Mala enim est connexio: Consiliarij Principis, sunt pars de Principis corpore. Ergo eadem potestate per omnia fruuntur, qua ipse Princeps.

60 Quinimò è diuerso rectius longè illud concludit: quod quemadmodum caput, reliquis antecellit membris, & præ his, maiori honore dignum est. *I.cum in diuersis. & ibi Br. ff.de relig.& sumt.fun. Abb.in c. cum non liceat. & ibi Felin.n.1.ext.de præscript.*

61 Ita quoq; Principem, certis quibusdam præeminentijs frui, quam cum illis, qui sibi à consilijs sunt, non communicat, *fac. tradit. Frider.in tr.de proceff.ext.lib.1.in præfat.§ instituerat.*

62 Sed & fallit ista regula, de qua agimus: in consiliarijs, qui secretiori consilio adhiberi non solent, & nunquam Principi, à latere sunt. *Iul.Clar.in pract.crimin. §. læsæ maiest. nu.5. Aegid.Bosi in tr.crim.tit.de crim.læs.maiest.n.9.Tiber. Decian.in tr.crim.lib.7.c.5.n.7.Rol. à Valle conf.1.n. 24.volum.3.*

Vndè rursus, hîc accommodari vix poterit.

63 Sic quoq; obiectioni huic, suppetias non fert illud, quod Camera Imperialis, cum ipso Imperatore, in iurisdictione concurrat. Quandoquidem idipsum, ex peculiari statuum Imperij sanctione, atq; ordinatione, promanat. *Gailo teste obf.29.n.2.obf.41.n.9. & obf.42.n.3.lib.1.*

64 Cum tamen nulla, huic similis, in Camera Electorali, extet Constitutio.

65 Vt scientes, prudentesq; prætereamus, quod hic concursus Iurisdictionis Imperatoris, & Cameræ eandem tamen potestatem Cameræ haudquaquam tribuat, qua ipse Cæsar præfulget. Quinimò Cæsar etiam multa potest, quæ Cameræ plane denegata sunt. *Frider.in tr.de proceff.extrah.lib.1.in præfat.§. instituerat.*

66 Et vt propius ad rem accedamus, concludunt vlterius Iuris Interpretes: quod ipsum Principis Consistorium, plenitudinis potestatem, vsurpare nequeat, attestante idipsum *Capyc decif 47.n.7.*

67 Iam verò Princeps, partibus, nullam gratiam, iurisiurandi de calumnia ergò, & ne idipsum iurare teneantur, tacere potest, absq; plenitudine potestatis, id quod satis indicat clausula: non obstante: quam huiusmodi rescripto (*vt paulò ante commemoratum est*) apponi oportet. Ea enim clausula quoties adest, toties arguit, potestatis plenitudinem intermeniise. Vti docuerunt *Lamb.Gal.ad I.centurio. n.142.& ibi Cardin.Paris.n.18 ff.de vulg. & pupill. Menoch.in tr.de præsumt.lib.2.præsumt.12.n.3.*

Tale itaq; quid facere, Consistorij Principis non erit.

Atq; huc referendum illud quoq; est: non 68
posse nempè Principum consiliarios, sed nec de latere legatum, quem vocant, quidem, quicquam in his, quæ de substantia iudiciorum, veluti de calumnia iuramentum sunt. *gl.sing.in c.vlt. v.figur. de hæret. lib.6. Panorm. d.c. ceterum.n.10.ext. de iuram.calum.*

Hinc etenim vera huius rei decisio, petenda erit.

Non dicam nunc, nullum in Camera Electorali Brandeburgica, extare exemplum, quod à Iudicibus, partibus non ita volentibus, quoquam vnquam, de calumnia iuramentum remissum sit.

Non conuenit itaque, si in hoc casu noui 69
quicquam inducere conati fuerimus. Eò quod Styli iudicij immutatio, inualidum reddat, omne id quod geritur. *l.vlt.C. de instr.l.2. C.quem.testam. aper. c. ex literis. & ibi Panorm. ext. de constit. gl. in Clement. 1. §. secus de conscss. præb. Euer.in top.in l.à Styl.aur.n.1.*

Sed & illud virium nihil habet: quod consiliarij, Principis loco sint: ideoque omnia possint, quæ ipse Princeps.

Nam & idipsum, secundum quid tantùm 70
verum est, quatenus nimirum, actus, qui in controuersiam venit, perficiendi facultas, Principi, in signum, singularis cuiusdam præeminentiæ, & dignitatis, concessa non est. Hinc enim fit, vt clausula: non obstante, etiam Vicarius Principis, in rescriptis suis, vti non possit. *Bl.in I.rescripta.n.7.ibi Ias.n.3. C.de prec.Imp.offerr. Matth. de Afflict.1.in pr.n.125. quæ sunt regal.Felin.in c.nonnulli.n.27. ext. de rescr. Guil. de Perm.in tr.de Principe.n.35. Alex. conf.101.nu.5. volum.1.*

Constare itaq;, SECVNDA hæc obiectio, nequit:

TERTIA posteà obiectio habens: in con- 71
sistorijs principum, ad processus defectus, non animaduerti, sicubi de causæ meritis constiterit: per ea quæ sequuntur refutatur, veluti primò: quod stylus, cuiusq; tribunalis, vel consistorij, ante omnia inspiciendus, atq; considerandus sit, vtpote qui iuri reliquo omni tam scripto, quàm non scripto dominetur. *tradentibus Felino in c.2.n.16.& seq.ext. de rescr. Affl.c.1.n.107.de nul.vasall.qui contum. est.& decif.79.n.4.Gail.lib.de pignor.obs.13.n.8. Zas. conf. 11.n.3.vol.1.*

Atenim in hoc Principis consistorio ad defectus quoq; processus, etiamsi de meritis causæ constitisset, animaduertere solitum hactenus semper fuit: Pondus itaq; aliquod, obiectio TERTIA non habet.

Deindè satisfieri quoque obiectioni huic 72
per id potest, si dixerimus: quod prætereà in vniuersa Germania, nullum extet tribunal, vel Consistorium, vbi ex iuramento calumniæ non

niæ non præstito prodeuntes, & reliqui processus defectus posthabeantur: quodq; Camera Imperialis illud, quod nimirum defectus processus, ibidem in considerationem non veniant, dummodò de causæ meritis, Dominis Assessoribus liqueat, habeat, ex peculiari priuilegio ordinationis. *tit. nempè. 34. §. 1. ordinat. p. 3. testatur q; Gail. obf. 42. n. 1. lib. 1.*

73 Non itaq; quæ hac in parte, in Camera Imperiali obseruantur, ad alia iudicia rectè extenderimus. Nec enim, quæ à Iure communi exorbitant, facilè in consequentiam trahi debent. *c. quæ à Iure communi. de reg. Iur. lib. 6. l. quod contra rationem. ff. eod. tit.*

74 Et insuper sciendum est, quod quicquid sit in Camera Imperiali, respectu reliquorum processus defectum, illum tamen omninò attendi, quo iuramentum calumniæ petitum, sed præstitum non est. *Vt in individuo attestatur Gail. obf. 84. n. 6 lib. 1.*

Quod cum ita sit, rectè nunc quæ in contrarium adducebantur, in ipsos aduersarios retorquemus. Si enim Camera præ oculis habet, hunc defectum, etiamsi ei peculiari sanctione iniunctum sit, de negocio principali sententiam ferre, insuper habitis defectibus processuum.

75 Consequenter dicendum omninò erit, reliqua vel Consistoria, vel tribunalia, quorumcunq; Principum, hunc multò minus spernere, negligereq; posse. per argumentum à maiori, quod in iure validum & frequens est. *Euerard. m top. in loc. à maior. n. 1. cum similibus. ab eo allegatis, atq; adductis.*

76 Nec obstat, quod processus in Camera Imperiali, ob petitum, sed non iuratum iusiurandum, de calumnia non intercidat, si idipsum non viua voce, sed vel in replicis, duplicis, vel similibus scripturis, fuerit postulatum. *Gail. d. obf. 84. n. 7. lib. 1.*

77 Nam in hoc nostro iudicio, Cameræ Electoralis Brandeburgicæ, moris non est, iuramentum calumniæ, viua voce petere: sed idipsum ex stylo, in scriptis semper petere, necesse est.

Peregrina itaq; à nostro casu, est allegatio isthæc.

Et insuper traditio hæc Gailij, omni adhuc scrupulo non caret. Vt ex ipso Gailio. d. obs. 84. n. 7. lib. 1. satis benè cernere licet.

Quarta dehinc obiectio resoluitur per id: quod committi in ea videamus, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter fallaciam.

78 Nam quod dicitur: nullitatem quocunq; modo coram Iudice propositam ab allegante probandam esse: tamdiu verùm est: quandiu nullitas ex actis non fuerit conspicua, siue notoria. Eiusmodi enim nullitas probanda non est.

Qua de re remitto me, ad adducta, sub Secunda decisionis ratione.

Enimuerò talem hic habemus nullitatem. Omnis enim dummodò literas legere nouerit, quamprimùm acta aperuerit, confestim contemplatur: expressè calumniæ iuramentum remissum: ideoque nullitatem, manifestissimam, & palpabilem, contractam esse.

Non opus itaq; est; Iudicem de hac nullitate, vlterius edocere.

Tum quia in his, quorum substantia & effectus substantialis, oculi ictu percipi potest, sola lectio sufficit. *Bl. in c. vltra tertiam sub n. 5. extr. de testib. Felin. in salut. Gregor. n. 20.* 79

Etenim verè de his constat, de quibus per facti cuidentiam constat. *gl. in authent. de instrument. caut. & fid. Mascard. in tr. de probat. quæst. 8. nu. 3.* 80

Cum non mentiatur oculus. *§. sed cum magù. Inst. de gradib. Fl. d. c. vltra tertiam. n. 5. ext. de probat. fac. trad. Hercul. in tr. quis ten. negat. n. 247.* 81

Tum quia plus semper nocet, vitium patens, quàm occultum, *Menoch. teste, in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 98. per gl. in Clement. constitutionem in v. de nono de elect.* 82

Ratum itaque contrarium hoc non est. Nec enim argumenta, quæ vitio fallaciæ à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter coinquinata sunt, rata esse possunt. *gl. 1. ad l. penult. ff. de iust. & iur. gl. in l. ea est natura. collationis. ff. de reg. Iur. Euer. in præamb. topic. n. 24. ad fin. ferè vers. quando autem sit mutatio à tali.* 83

Quinta verò obiectio, destituitur suis suppositis. Pernegamus enim nullitatem, quam arguimus, altiorem indaginem vllam requirere.

Vt enim requirerent, altiorem cogitationem, considerationemque ea, quæ facti euidentia, inspectioneque oculari, conspicua fiunt. 84

Cum tamen facti euidentia, omnium probationum regina sit. *per c. ad euidentiam. ext. de accusation. Azo in summ. C. ad l. Aquil. Bl. in Rubr. fol. 1. in fin. C. de probat. Ias. in l. 1. sub n. 10. ff. de nou. op. nunc. Mase. in tr. de probat. lib. 1. d. q. 8. n. 1. & seqq.*

An non Iuris est apertissimi: quod ea, non dicantur altiorem indaginem requirere, quæ intrà octo, vel paulò plures quoque dies, probari, doceriq; possunt? *Br. in l. si is à quo. m pr. n. 2. & 3. ff. vt in poss. legat. est. Luc. Abb. in c. veniens. el. 2. n. 11. ext. de testib. Blanc. in tr. de except. impedit. litis ingr. in pr. n. 4. fac. trad. Menoch. in tr. de arbitr. Iudic. quæstion. c. 9. n. 5.* 85

Cum attamen hic, ne semihoræ quidem spacio, ob vitium patens, ad nullitatem hanc demonstrandam, indigeamus.

Eodem quoque modo, ea iuris regula, quam pro fundamento Sexta obiectionis collocabamus: ei nempè qui alleuerat, instrumenta nouè reperta esse, idipsum non credi, 86

credi, nisi sub iuramenti fide, idipsum affirmauerit: regulariter tantùm, non autem vniuersaliter verum est. Fieri enim potest, vt hoc iuramentum, asseueranti, se nouiter instrumenta inuenisse, si iudici ita visum fuerit, remittatur. *attestante idipsum Seraph. de Seraph in tr. de iuram. priuil. 38.n.10. per e. vlt. ext. qui matr. accus poss. vel non.*

87 Sed & idipsum Iudex tunc rectè arbitrabitur, quando à partibus asseuerantis, noua instrumenta, ad manus suas peruenisse, stant nonnullæ iuris præsumtiones, & verisimilitudines. *Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 38.d.n.10.*

88 Collabitur itaq; hæc quoq; SEXTA obiectio, propterea quod regula tantummodò in casibus non exceptis procedat. *Vt latissimè prosequitur Euerard. in loc. ab exceptis. ad regul. n. 1. & per tot.*

Nam si Iudex sibi ob oculos posuerit, diuturnitatem litis huius: quodq; hac durante, Actores, & Rei, & Aduocati vtriusq; partis, demortui sint: Vndè copiam nullam Actorum, heredes Actorum, habere potuerunt: quod item heres, factum defuncti, probabiliter nesciat.

89 Non dubito, quin absq; iutisiurandi præstatione vlla, heredibus Actorum, creditur usfit, quod hæc, quæ nunc allegant, iam primum resciuerint. Nam si prius hoc resciuissent: prius quoq; defensione hac, vsi essent. Quis enim suum facilè iactare velit? *l. cum de indebito. ff. de probat. cum similib. vulg.*

90 Quis item non malit, potius non soluere, quàm solutum condictione repetere? *l. 3. ff. de compensat. l. si stipulatus esses. in fi. ff. de fideiussor.*

Nec obstat, quod attamen ipse Seraphinus, in loco, quem adduximus, priuilegio nempè 38.n.10. hanc restrictionem, qua innititur, concluserit hisce verbis: COGITA tamen.

91 Nam hinc rectè non arguitur, ipsum adhuc Seraphinum, de veritate restrictionis huius dubitasse. Habemus enim Interpretum traditionem talem, quod Doctor, etiamsi vtatur verbo: COGITA; nihilominus censeatur, inhærere, opinioni, posteriori loco, à se recensitæ. *teste Anton. Maria Corat. in tr. de com. opin. lib. 1. tit. 6. n. 96. & seqq.*

Cum attamen Seraphinus, ibidem opinionem hanc affirmatiuam, Iudicem ob causam, iuramenti gratiam facere posse, loco posteriori collocarit.

Sed & inepta est ratiocinatio: remitti id genus iurisiurandi heredibus Actorum non potest, quo iurant se hæc documenta nouè reperisse.

Ergò ordinario processu opus est.

Nam quamprimùm Iudici preces supplices porrectæ fuerint, quibus pars allegat, se documenta hæc nouè reperisse: necesse habebit Iudex, ad ipsa Acta adire, eaq; introspicere. Et cum longè sit certissimum hæc ostensura, quæ pars allegarit: citationem ad preces supplices, qua Reos, ad videndum iurari, instrumenta nouè reperta esse: aut si id non placuerit, ad videndum vt iuramentum hoc, Actorum heredibus deferatur, ad minimum, in ius vocabit: decernet.

Nam hoc ad officium boni viri pertinet. 92
Cum lites ocyus finem sortiri, publice expediat, atq; intersit. *l. properandum in pr. C. de iudic. e. finem litibus ext. de dol. & contum. cum similib.*

Iam videamus, quid efficere valeat, obiectio SEPTIMA: illa autem habet: patia esse, scire, vel scire debere, vel facilè scire posse.

Potrò huius præmissæ falsæ sunt. Iuris enim est quotidiani: quod is, qui in lus succedit alterius, iustam, & probabilem ignorantiæ causam habeat. *Vti antea comprobauimus.*

Atenim hicillri à B; & consortes, Actorum tantum successores, non autem illi sunt, qui primò litem instituerunt.

Et si hoc non esset, non tamen haberemus in quo culpare eos possemus. Viderunt enim, tot conformes sententias. Vndè excusati quoq; erunt, si quid præterea in se continerent Acta, non indagarint.

Vti enim qui media non curat, dummodò 93
finem habeat, excusatur. *Bl in l. 3. in pr. C de inst. & substit. Bæsenb. in §. suspectus. n. 3. Inst. de suspect. Bæsenb. in §. siquidem in nomine. n. 2. Inst. de legat. Bæsenb. §. vlt. n. 1. Inst. de perpet. & temp. act.*

Ita quoq; excusatus erit is, qui præ oculis, 94
aliquot eiuldem tenoris, videt sententias: licet ignoret, quid reliqua in se contineant acta iudicialia. Cum acta media sint, sententia verò finis sit, ob quem litigatur. *Robert. Mar. in tr. de ordin. iudic. 3. p. 6. p. p. ante n. 1.*

Cum item ratione sententiæ, quæ recens 95
ampliùs non est, pro toto processu, eundemq; ritè, & rectè institutum fuisse, stat præsumtio. *Ant. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de sentent. concl. 4. n. 34. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 2 præsumt. 33. nu. 34.*

Et præterea negamus, heredes Actorum, facilè scire potuisse, quid in Actis contineretur.

Nam, vt sæpius iam diximus, nesciunt illi à B. & consortes, quibusnam Aduocatis parentes eorum vsi sint: nesciunt item, vbi illa Acta, quæ sui Aduocati collegerant, remanserint.

Ad illa verò Acta, vt omnes scimus, quæ in iudicio asseruantur, non ita facilè cuiuis patet accessus.

Desinit itaq; illud facilè scire posse, vndè argumentum deducebatur.

At ais, ab Actuario impetrare debuissent, vt is describeret eis Acta, quæ desiderabant.

Ego verò quæsierim ex te, num quenquam fore censeas, qui sumtus actis describendis, impen-

impensurus sit, siquidè in causa succubuerat?

96 Non video itaq; rursus, cuius culpæ, illos à B; & consortes, insimulabimus. Cum ab omni culpa longè remotissimus is sit, qui non maiorem, quàm quisq; diligens paterfamiliàs, in eodem casu constitutus adhiberet, diligentiam adhibuerat. *Br.in l.ea igitur.n.1.ff. de pignor. act. Masc. in tr. de probat. concl. 467. n. 22. Gratt. cons. 49. n. 6. vol. 1.*

97 Cum item id facilè rescisci potuisse, haud negabit quis, quod assequi, non nisi multo labore, & industria, impensisq; grauioribus, & quæ præterea frustra ab initio, impendi videbantur, potuimus. *per trad. gl. in § pœnales. Inst. de act. Tit. Dec. cons. 39. n. 126. vol. 3.*

Verùm fac, non deesse obiectioni huic, præsuppositæ, quibus stabiliatur: non attamen eò, quò vis, peruenies.

98 Quandoquidem notissimi Iuris sit; quod in id, vt repetitio ob solutionem scienter factam, cesset, opus sit, vt vererq; , & is qui soluit, & qui solutionem recipit, sciat indebitum solui. *l. si ego. ibi Paul. Castr. Alex. & Ias. n. 2. ff. de donat. Bl. in l. falsus. n. 27. C. de furt. Paul. de Castr. Alex. & Ias in l. 1. n. 12. limit. 1. ff. de condict. indeb.*

Iam verò non puto, quod Rei, hanc annotationem Actis insertam sciuerint: aut si non nesciuerint eam, quod attamen effectum eius, intellexerint. Nam aliter si factum esset, non video, vt dicere possimus, rem bona fide peractam.

Non cessabit itaq; indebiti condictio.

99 Deindè excluditur quoq; hæc regula: cuius per errorem dati, & c. eo casu, cum solutio, quamuis scienter, non tamen spontè, sed coactè fit. *Ias. tesse in d. l. 1. n. 12. limit. 2. ff. de condict. indeb.*

100 Etenim semper, & vbiq;, lex longè faciliùs suppetias illi fert, qui in necessitate constitutus aliquid facit, præ illo, qui extra necessitatis telum, positus est, atq; versatur. *l. si fideiussor. § qui necessaria. ff. qui satisd. cogant. Crau. cons. 732. n. 8.*

101 Quinimò scienti etiam, dummodò necessitate aliqua compulsus fuerit, planè parcitur. *Corn. cons. 111. n. 22. vers. præterea. vol. 3. Crau. cons. 394. n. 7.*

Aditus itaq; regulæ illi, in præsenti casu non patebit: coactè enim illi à B; quæ soluerant, omninò, & pignoribus in id captis, dissoluerunt.

102 Deniq; in id, vt illi Regulæ: cuius per errorem, &c. locus sit, vera, non autem ficta scientia requiritur: eò quod verba semper, naturaliter, & verè, non autem ciuiliter, vel fictè intelligi debeant. *l. vlt. & ibi Bl. C. de his qui ven. ætat. impet. dominic. de S. Gemin. in c. suscepturn. not. ab. 3. de resc. lib. 6. Tiber. Dec. cons. 5. n. 1. vol. 3.*

Iam verò illa scientia, quæ vera est, & illa quæ indè elicitur, quod quis rem rescire facilè potuit, per fictionem tantum adæquata sunt, *Vt patet per se:*

Non itaq; illi scientiæ, quæ per fictionem 103
tantum introducitur, effectum impedienda conditionis indebiti, attribuemus. Etenim inhæret æquitati fictio, vndè ita coarctanda erit, vt quantò minus possit, ius alicuius lædat. *l. postliminium. § transfuga. ff. de capt. & postl. reuer. Crau. cons. 421. nu. 6. vbi Socin. idem volentem inducit.*

Vtq; tantum in ijs, quæ fauore digna sunt, 104
id operetur, in suo casu ficto, quod veritas in casu vero. *gl. in c. 1. v. renunciet de renunc. lib. 6. gl. c. 1. ne sed vac. eod. lib. gl. in Clement. ne Romani. § sanè de elect. Crauett. Gemin. & Ias. in id referens. cons. 428. n. 14.*

Postremò, discutitur quoq;, nullo ferè negocio, Octava obiectio.

Verius enim est, quod causa falsa totam 015
sententiam euertat, atq; concidere faciat. Vti tradidêre vno ore, omnes fermè interpretes. *Br. in l. si is ad quem. n. 2. ibi Ias. n. 13. ff. de acquir. hered. Br. in l. qui testamento in pr. ff. de excus. tut. Ioh. de Imola in l. iuste possidet. ff. de acquir. poss. Bl. in auth. non licet. n. 2. C. de lib. præter. Br. in l. demonstratio. § 1. n. 17. ff. de condit. & demonstr. Br. in l. qui Romæ. § duo fratres. n. 7. vers. sextò. ibi Ias. n. 10. ff. de verb. obl. Felin. in c. sicut. n. 24. ext. de iudic. & tradunt alij quos recenset Crauetta cons. 94 1. n. 25.*

Nec repugnant his illa, quæ sub octaua obiectione proferebantur.

Nam etsi vnius rei plures possunt esse cau- 106
sæ, atq; vnam tantummodò ex his subsistere satis sit. Id tamen eatenus duntaxat verum erit, si omnes causæ tàm veræ quàm falsæ, in sententia expressæ fuerint. Quod si falsa tantummodò causa exprimebatur, nullius momenti erit, veram aliquam causam adfuisse, ob quam rectè, ita, vel ita pronunciari potuit. Nec enim ex hac causa vera, sed reticita, sententia vllo modo, adiuuari, aut à nullitate defendi poterit. *gl. singul. d. l. si is ad quem. v. acquirit. ibi Ias. n. 12. vers. tertiò. ff. de acquir. hered. Innoc. in c. in præsentia. & ibi Anton. de Butr. ext. de probat. Felin. d. c. sicut. sub n. 12. vers. benè facit, ext. de re iudic. Felin. in c. 1. n. 10. ext. eod. tit. Tiraq. in tr. cessant. causs. limit. 22. n. 20. Crau. cons. 717. n. 9.*

Concludamus itaq;: fieri non posse, vt vllo modo à vitio nullitatis, purgetur, atq; sanetur, sententia, de qua agimus. Id quod iuri, æquitatiq; apprimè consentaneum esse omninò censeo. F. P. D.

De hoc negocio, deindè transigebatur.

CONSILIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1. Traditi cui res primò est, is præfertur, inter duos, qui ab eodem autore, ius ad rem aliquam, sine lucrativo, sine oneroso titulo, consecuti fuerant.
2. Investitura propriè sic dicta, simul transfertur possessio.
3. Erubescimus sine lege loqui.
4. Ius feudale, ubi desinit, ibi incipiunt iuris Communis sanctiones.
5. L. quoties. C. de rei vindic. locum habet etiam in feudis.
   Etiamsi duo investiti simul fuerint, de feudo viuentis, in casum mortis, & alter eorum, prius acquisierit sibi possessionem. n. 6.
7. Princeps ex soluta potestate, supra, contra, & extra ius, omnia potest.
8. Princeps est omnia, & supra omnia, & quæcunq; facit, facit vt DEVS.
9. Princeps vi soluta potestatis, mutat quadrata rotundis.
   Item: candida nigris. n. 10.
10. Defensio aduersus Principem, vi potestatis solutæ aliquid facientem, licita non est.
12. Princeps non censetur vti velle, potestate soluta, nisi tunc, cum id exprimit.
13. Principis actus quando constare non potest, nisi ei, fundamentum potestas soluta, substernatur: tunc actus, absq; alia expressione, vi potestatis solutæ gestus esse præsumitur.
14. Feudum omne præscribitur, triginta annorum spacio.
15. Simultaneè investitus, agnatis omnibus, qui simultaneè investiti non sunt, præfertur.
16. Investitio in casum mortis, tribuit tantum ius in re, non ad rem.
17. Investitura abusiua, non dat ius reale, sed tantum ius ad rem.
   Investitura abusiua, videtur præstantior ea, quæ tantum in casum mortis fit. ibid.
18. Investitio in casum mortis, tantum personalem actionem producit.
19. Actio quæ oritur ex investitione in casum mortis, ad tertios possessores, non porrigitur.
20. Personalia non egrediuntur personam.
21. In Principum donationibus, is potior est, cui primo res donabatur, non is, cui primò tradebatur.
22. In feudo, de quo duo, in casum mortis investiebantur, is potior est, cui primò obtigit investitio, non is, qui prior possessionem eius feudi adeptus fuerat.
23. Dominium ex Principis concessione, siue traditione alia, statim transfertur. Nec valet dicere illo, an concessio hæc, ex gratia, an vero ex contractu proficiscatur. Nam casu vivog, dominium transit, alijs, traditione alia. n. 24.
25. Principis concessio, in qua mentio fit meritorum, semper ex gratia promanare creditur, & non ex contractu.
26. Ad principis concessionem, si accesserit pecunia, tunc de concessione, secundum regulas contractuum, fit diudicatio.
27. Dominiu cum possessione nihil commune habet.
28. Dominium rei Ecclesiæ donatæ, acquiritur eidem, absque vlla alia traditione.
29. Possessio, rei Ecclesiæ donatæ, absq; traditione non transit.
30. Dominium rerum hereditariarum, adita hereditate, statim sit adeuntis.
31. Possessio rerum hereditariarum, nisi apprehensa manu fuerit, nemini acquiritur.
32. Dominum rei legatæ est legatarij.
33. Possessio rei legatæ, absq; apprehensione, possessoria non est.
34. Possessio ex contractu Principis, non minus quam dominium, sine alia vlla traditione, contrahenti quæritur.
35. Actio rei vindicationis, & Publiciana possunt in eodem libello conungi.
36. Dominum ex contractu Principis, qui pursus & simplex non est, sed conditionalis, & ab euentu dependens, non transfertur nisi re tradita.
   Contrarium n. 37.
37. Mortis mentio, contractui alicui adiecta, conditionem non facit.
38. Interpretatio ad l. quibus diebus. §. quidam, el. 2. ff. de condit. & demonstr.
39. Mortis mentio, non dicitur in se continere, euentum incertum.
   Mors certa, omnibus mortalibus semel constituta est. ibid.
40. Effectum nullum habent, quæ errantes, vel decepti agimus.
   Consensui nihil tam contrarium quàm error. ibid.
41. Actus nullus, rectè peragitur, absque consensu, & voluntate, actum agentium.
43. Princeps vnam rem, duobus concedens, machinationibus impetrantis postremi, circumuentus præsumitur.
   Atq, hæc præsumtio, probationem in contrarium non admittit. n. 44.
45. In Principe constans est, in omnibus actionibus eius, voluntas.
46. Princeps imitatur DEVM, de DEO autem scriptum est, semel locutus est DEVS: item non faciam irrita, quæ processere, ex labijs meis.
47. Princeps habere solet linguam vnam, & calamum vnum.
48. Investitio de eadem re secunda, momenti nullius est.
49. Princeps priuilegium subdito concessum, pro libitu reuocat.

Exten-

Extenditur n.50.

51. *Priuilegium ciui, vel subdito, ob merita concessum, reuocari nequit.*

52. *Dolus euertit contractum bonæ fidei, ipso iure.*

53. *Contractus omnes Principis, bonæ fidei sunt.*

54. *Clausulæ insolitæ, arguunt dolum.*

55. *Dolus illo ipso arguitur, quod quis ex damno alterius, lucrum quærit.*

56. *Cum Principibus, quorum subditi sumus, litigare, stultum admodum est.*

57. *Principum preces, minæ sunt.*

58. *Subditum coram Principe suo mentitum, aut dolosè conuersatum esse, non præsumitur.*

59. *Præsumtio cedit præsumtioni fortiori: tantoq́ magis, ipsi veritati n.60.*

61. *Principis concessio surreptitia, nemini nocumento, nemini item emolumento esse potest, vel debet. & n.62.*

63. *Obseruatio, quæ certa iam fecerat, de ijs dubitare amplius, inciuile admodum est.*

64. *Obseruantia introducta, videntibus, & non contradicentibus Principis officialibus, censetur introducta, accedente Principis voluntate, & consensu deliberato.*

65. *Consuetudo introducitur decennio.*

66. *Consuetudinis appellatione, illa tantum venit quæ præscripta est.*

67. *Obseruantiam præscriptam esse non oportet.*

68. *Consuetudo absq́ actu gemino, non introducitur: nec sufficit in id actus vnicus, etiam toto populo sciente, factus. n.69.*

70. *Argumentum à consuetudine ad obseruantiam non procedit.*

Obseruantia oriri potest, etiam ex vnico actu. ibid.

71. *Principum concessiones etiam gratiosæ, item inuestitiones, intelligendæ sunt, absq́ detrimento tertij. & n.72.*

73. *Clausula saluo iure tertij, in inuestitione omissa inuestitionem integram, concidere efficit.*

47. *Clausulæ saluo iure tertij, vis, & effectus & n.75.*

76. *Clausula saluo Iure tertij, non expressa subintelligitur, & eandem potestatem habet, ac si expressa fuisset & n.77.*

78. *Clausula saluo iure tertij, intelligitur, de iure puro & simplici, non autem de iure conditionem annexam habente.*

79. *Præmissæ si fuerint falsæ, concidit argumentum totum.*

80. *Determinationem vnam, plura respicientem determinabilia, ea diuersimodè determinare, absurdum est.*

81. *Argumentum ab absurdo validum in iure.*

82. *Clausula saluo iure tertij, includit quoq́ in sese, ius à conditione incertoq́ euentu dependens ex sententia aliquorundam.*

83. *Clausula saluo iure tertij, conseruat illud tantum ius, quo amisso, damnum perpeteremur.*

84. *Donatio ob merita, propriè donatio non est.*

85. *Principis declaratio, qua exprimit, se tertio præiudicare velle, accipienda venit, de præiudicio leuiusculo tantum, & quod momentum aliquod non habet.*

86. *L. quoties C. de rei vindic. locum non habet, si is cui res primum concedebatur, prætendit, causam, vt vocant, onerosam, is verò qui prius possessionem adeptus est, allegarit, causam tantum lucratiuam.*

87. *Meritorum vbi fit mentio, ibi dispositio meritorum mentionem faciens de præteritis bene meritis, non autem de futuris intelligi debet.*

88. *Dictio, siue præpositio R E, cuius naturæ sit.*

89. *Causa impleta fortius semper agit, in materiam subiacentem, quàm causa adimplenda.*

90. *L. quoties C. de rei vindicat. non habet locum in sciente, alij ante se, concessionem eius rei, cuius nunc possessionem, ille vsurpat factam esse.*

Fallit vt n.93.

91. *Actus frustratorios, à partibus fieri, præsumtio non est.*

92. *Paria sunt, scire, vel facili negocio scire posse.*

94. *Doctores, dum partibus respondent, sæpius intenti potius sunt ad interrogantis fauorem, quam iuris veritatem.*

95. *In donatione remuneratoria l. quoties C. de rei vindicat. dispositio, locum non inuenit.*

96. *L. quoties. C. de rei vindicat. in feudalium causarum decisionibus, locum nunquam habet.*

97. *Exceptio, in non exceptis casibus regulã confirmat.*

99. *Instrumenta quod nõ cantat, nec ego cantabo.*

99. *In instrumento scriptura expressa, & præterea nihil, in consideratione habere oportet.*

100. *Inuestitis duobus, de vno, eodemq́ feudo, primò inuestitus ipsum feudum alter aut æquiualens feudum, aut iustum feudi amissi precium consequitur.*

101. *Dominium rei suæ, auferri nemini debet, nisi ob causam vtilitatem publicam concernentem, etiam solutæ potestatis vi.*

102. *Principem motum esse, ad hoc, vel illud faciendum, ex causa rationabili, præsumtio stat.*

Fallit si statuerit quicquam contra gentiũ Ius n.103.

104. *Dominia rerum sunt iuris gentium.*

105 *Omnia, quæ eò tendunt, vt quem rei suæ dominio, absq́ consensu suo priuent, gentium ius violant.*

Nostrum quod est, absq́ facto nostro, auferri nõ debet, ibid. tàm iure ciuili, quàm gentium n.106.

Ius gentium cuiq́ suum tribuit. ibid.

107. *Nullum quod est, nullum effectum producit.*

108. *Inuestitio de feudo nondum aperto, aliter fieri*

non potest quàm sub hac verborum conceptione, vt tum demum valeat, si hodiernus feudi possessor, in fata concesserit absque prole.

109. *Immissio in bona, ex tribus potissimum causis oriri solet.*

110 *Argumentum à partium enumeratione, validum in iure.*

111. *Acta inter alios, alijs non nocent.*

112. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*

113. *Fides mala arguitur, ex insolitis.*

114. *Fides mala arguitur ex eo, quod quis de iure suo dubitat, & remedium quærit.*

115. *Possessor malæ fidei nullo vnquam tempore præscribit.*

116. *Fides mala, nocet successori, qui vult vti accessione temporis, quo autor suus, rem possederat.*

117. *Præscriptio absq; possessione non procedit.*

118. *Immissio non dat possessionem, sed solam detentionem.*

119. *Interdictum vti possidetis, non datur misso in possessionem.*

120. *Feudum vt præscribatur, quæ necessaria sint.*

121. *Inuestituræ renouatio, nisi intra annum, & diem petatur, feudum amittitur.*

Etiamsi inuestitura ea simultanea tantum fuerit. n. 122.

123. *Inuestitura simultanea complectitur sub se, conditionem mutuæ, seu reciprocæ obligationis, qua fit, vt is qui simultaneam inuestituram acquirit, vicissim teneatur, ei, cuius ratione simultanee inuestitur, in suis quoq; feudis inuestituram simultaneam impetrare.*

124. *Inuestitio in casum mortis, quatenus ius in re, tribuat.*

Inuestitio in casum mortis, aliàs inuestitio de caducitate successionis, dicitur ibid.

125. *Specialitates duæ concurrere nequeunt.*

126. *Principis appellatione, non solùm superior Princeps, verùm etiam inferiores complectuntur. & n. 127.*

128. *Princeps etiam inferior, ex contractu suo, dominium transfert.*

129. *Rei vendicatio realis est, & contra quemcunq; possessorem datur.*

130. *Rei vendicatio, ex parte actoris desiderat dominium rei, quæ petitur: & ex parte rei dominium eiusdem rei. & n. 131.*

132. *Rei vendicatio, ad feudum consequendum, datur vasallo, aduersus quoscunq;, etiam feudi dominum.*

THEMA.

INuestierat Illustrissimus N. Consiliarium suum I. R. seniorem, ob benemerita, in casum mortis (vt vocant) de feudis, B. K. & Br. hac addita pactione: vt non omnia horum feuda, ad illum I. R. deuoluerentur; sed illa tantùm quæ primò Domino feudi, per mortem, vel B. vel K. vel Br. aperirentur.

Sed & I. R. et posteri eius, quoties opus fuit, renouationem inuestituræ huius petierunt, atq; etiam impetrarunt.

Iam verò quidam N. nomine etiamsi, vt inferius palàm faciemus, huius inuestituræ ab I. R. impetratæ, non omnino erat nescius, socilitare tamen principem non destitit: donec tandem de feudis B; in eundem mortis casum, sexennio integro pòst, quàm ab I. R. similis inuestitio impetrata esset, inuestiretur.

Et cum malè sibi conscius esset, inuestituræ suæ clausulas insolitas, atq; hactenus, in similibus Inuestitionum literis inusitatas, inseri procurauit. Veluti vt Dominus inuestiens, euictionem ei præstaret: Vt item illis, qui prius N; de hoc feudo B. inuestiti essent, satisfaceret, &c.

Sed & non descendentes solùm, verùm etiam collaterales suos, in inuestitione compræhendi, nouo, in ijsdem casibus, exemplo voluit.

Operam prætereà dedit, vt viuente adhuc feudi possessore, in feuda illa immitteretur: & vt paulò post, ceu simultaneè inuestitus, cum B, inuestitura renouaretur, B. in inuestitionum literis asscriberetur.

Moritur deindè is N; qui in fraudem primi inuestiti, se quoq; de B. feudis, in mortis casum inuestiri curauerat: moritur item feudi possessor I. à B. Quo mortuo, agnatus illius N. secundò inuestiti, vtpotè qui propè B; defunctum feudi possessorem habitaret, priusquam I. R. filij, rem resciscerent, feuda hæc occupat, seq; de ijsdem, ceu verum nunc eorum possessorem inuestiri impetrat.

Quæritur itaq; an occupatio, & inuestitio hæc secundò inuestiti: primi inuestiti, heredibus, maximè, cum illi sese aduersus hæc omnia, ilicò opposuerint, ijsdemq; obuiam iuerint, nocere possint.

RATIONES DVBITANDI.

POrrò, à partibus illius N. occupatoris feudi B; illud stare videbatur: Primò: quod peruulgatum Iuris theorema habeamus, quod dicit: quod inter duos, de eadem re, ob vnam eandemq; causam, siue lucratiua siue onerosa, 1

onerosa ea fuerit, dummodò ab vno eodemque autore promanarit, contendentes, potior is, adeoq; præferendus sit, cui primò res tradita est. *Vulgatissima l. quoties. ibi præter reliquum Interpp. scholam. Iaſ.n.1. Sichard.n. 2. C. de rei vendicat. Iaſ.in l. traditionibus.n.4. C. de pact. Tiraq. in tr. de iu. Conſtit. poſſeſſ. limit. 30. n. 51. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natural. donat. n. 19. & 20. Toming. deciſ. 8.n.7. & 8.*

Iam verò illum occupatorem feudi N; prius traditionem consecutum, negare non possumus. Nam præter id, quod viuente adhuc priori feudi possessore, in hæc feuda immittebatur: quod item ceu simultaneè inuestitus, literis inuestitionum nouissimis prioris possessoris, inferebatur: illo mortuo, denuò immissus, sed & inuestitus, inuestitura propria, de hoc feudo fuerat.

2 Rectè itaq; dicimus ipsum rei possessionem, per N. fuisse apprænsam (Dubitare enim adhuc, numnam per inuestituram propriè sic dictam, simul acquiratur possessio rationis non est. *tradentibus in specie, Bl. in c. ceterum.n.8. vers. ali. i. ext. de iudic. Aſſi. in c. 1. n. 1. quid sit inueſtit. Zaſ. in tr. feud. p. 6. n. 1. Ioh. Iacob. de Leonard. int. conſ. Bruni conſ. 114. n. 459.*)

3 Neq; verò, tuetur partes R; istud: quod attamen de istiusmodi immissionibus, coniunctionibusque item, in literis inuestiturarum, præter antiquam inuestituræ formulam, & deniq; de l. quoties. C. de rei vendic. nihil, in iure feudali prospectum, legamus. Quodq; indè hæc succedat Regula, qua dicitur: erubescendum esse, cum sine lege loquimur. *§. considerenus. auth. de trient. & semiſſ. Lup. in c. per veſtras notab. 2. §. 1. n. 21. ext. de donat. int. vir. & vxor. Roucheg. in l. reos. in pr. n. 21. ff. de duob. reis. Euer. in top. in loc. à leg. ceſſ. n. 1.*

4 Refutari enim facilè potest. Propterea quod in iure feudali expressum fanciatur: quod vbi consuetudines feudales deficiunt: iuris communis prouisiones, etiam quo ad feuda, causarumque feudalium decisiones, incipiant. *c. 1. §. Strenuus de feud. cognit. Contard. in l. diffamari. c. 2. nu. 186. C. de ingen. manum. Roch. de Curt. in c. fin. ſect. 9. n. 50. ext. de conſuet. Capyc. deciſ. 186. n. 5. Syluan. in tr. feud. q. 1. n. 45. & quæſt. 28. nu 6.*

5 Quinimò de l. quoties. C. de rei vendic. expressim traditum extat, quod & ei locus in causarum feudalium decisionibus, relictus sit. *Vt in ſpecie docent. Blu in c. 1. §. ſi facta. n. 2. verſ.* ** *ſecundus. ibi Frid. Schenk. à Tautenb. n. 2. vbi hanc crebriori calculo approbatam atteſtatur. ſi de feud. deſunct. contr. fuer. Bl. in c. 1. §. inueſtitura. n. 1. in fin. de nou. fo. fidelit. Iaſ. in d. l. quoties. n. 30. verſic. breuiter. C. de rei vendicat. Bœſenb. in tr. feud. c. 8. n. 16. Senth. in tr. feud. p. 9. nu. 33. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 1. n. 12. Ludouic. Fachs. in conſ. quod legitur poſt quæſt. Hartman. Piſtor. 20. nu. 26. lib. 2. & ibi Modeſtin. Piſtor. in ſuo conſ. nu. 43. Ioban. Iacob. de Leonard. int. conſ. Alb. Bruni. conſ. 114. n. 129. Cardin. Parſi. conſ. 11. n. 15. vol. 1. Cephal conſ. 468. n. 71. vbi complures alios, in id allegat. conſ. 58. n. 17. & conſ. 72. n. 25.*

Quod non solum in feudis alijs: verùm 6
etiam in feudis viuentis: seu vbi duo de feudo adhuc superstitis (hîc namque propriè casus noster est) in casum mortis eius, inuestiuntur, obtinet. Nam & hoc casu, is, qui prior possessionem adipiscitur, potior iure est. *Vt in individuo tradidit Hartm. Piſtor. q. 29. nu. 11. p. 2.*

Inefficax itaq; est, obiectio hæc.

Secvndò: videbatur quoque dicen- 7
dum, ipsum Principem inuestientem, siquidem vsus, soluta sua possessate fuerit, auferre hac sua secunda inuestitione potuisse, à R. omne Ius, quod inuestitione sua, tempore licet priori, conscecuti fuerant. Princeps enim, ex plenitudine potestatis, supra, extra, & contra Ius, omnia potest. *Bl. c. cum ſuper. n. 1. ext. de cauſ. poſſ. & proprietat. Iaſ. vul. reſcripta. n. 2. C. de prec. Imper. offer. Roland. à Valle conſ. 3. nu. 130. vol. 1.*

Et omnia est, & super omnia, & quæcunq; 8
facit, vt Devs facit. *Bl. in prima Conſtit. Codic. in pr. n. 13. Bl. in c. 1. §. inueſtitura. n. 3. ad fin. de nou. form. fidel. Boſſ. in tr. de Principe. n. 70. Natta conſ. 625. nu. 2.*

Et vi huiusmodi potestatis, mutat qua- 9
drata rotundis. *Abb. in c. cum veniſſent. n. 8. ext. de iudic. Cotta. in memorial. in v. Imperator. el. 1.*

Et candida nigris. *Vant. in tr. de nullitat. Rubr.* 10
an qualib. ſent. poſſ. die. null. n. 10.

Sed nec defensio quidem, aduersus Prin- 11
cipem, aliquid vi plenitudinis potestatis facientem, licita, atq; permissa est. *Bl. in tit. de pac. Conſtant. in v. Imperialis clementiæ. n. 28. per ill. text. Dec. conſ. 390. nu. 13. Simon. Piſtor. conſil. 10. nu. 8.*

Nec obstat etiamsi dixeris: nullam tamen talem, solutam potestatem indicantem, in literis inuestitionum N; ineste verborum conceptionem: Iutis item esse notissimi: 12
quod tum demum Princeps, immensa sua potestate vti velle censeatur, cum id cordi sibi esse, expresserit, *tradentibus Innocent. in c. innotuit. n. 5. ext. de election. Felin. in c. 1. n. 27. ext. de Conſtit. Rupa in l. centurio. n. 23. ff. de vulg. & pupill. Pecc. in tr. de teſtam. conuig. lib. 3. c. 25. n. 9. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 146. nu. 4. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 1. præſumt. 12. nu. 1. & præſumt. 28. num. 99.*

Nam & hoc ipsum, resoluitur per id: quod 13
axioma, in quo obiectio innititur, ita demum locum sibi vendicet, cum actus quigeritur, tam vi potestatis ordinariæ, quàm extraordinariæ, atque immensæ illius, consistere potest: Hoc namque casu, expressio

Principis, quod nimirum, potestate extraordinaria agere vult, requiritur. Quod si non nisi intermedia potestate absoluta, actus qui geritur consistere potest, aliqua expressione opus non est: verumenimuerò, etsi non adsit aliqua clausula, potestatem solutam denotans, nihilominus actus hîc, alioquin inualidus, ex potestate absoluta, prodijsse censebitur. *Ita docuit Bl. in l. si testamentum.nu. 1 ibi Castr.n. 2.C. de testam. Ias l. quanquam. nu. 2. C. de testam. milit. Gail. obs. 56.nu. 14.lib. 2. Nicol.de Ag.in cons. Brun.consil. 9. nu. 8. Lancelot. Galeual. in l. centurio. num. 141. ff. de vulgar. & pupill.*

Atenim vi potestatis ordinariæ, veluti ex fundamentis, quæ à partibus R. stant, conspicuum fit, secunda hæc obiectio constare nequit.

Confugiendum itaq; ad potestatem Principum solutam, omninò erit.

TERTIÒ: ante præsupposuimus quod circa annum 60. vel circiter N; in feuda hæc, autoritate superioris, immissus sit: & quod consequens est, realem eorum possessionem appræhenderit.

Iam verò ab anno 60. vsq; huc triginta anni elapsi sunt.

14 Rectè itaque N; aduersus R; præscriptione etiam vtuntur. Iuris enim quotidiani
* est: quod triginta annorum spacio, omne feudum præscribatur. *c. 1. §. si quis per triginta. ibi Bl. & relig. feudist. schol. si de feud. defuncti. content. sit. Abb. in c. ad audientiam. nu. 14. ext. de præscript. 4. p. 4. p. p. quæst. 12. nu. 12. Pract. Pap. in form. lib. quo agit. ad reuoc. feud. in v. inuestit. nu. 1. Capyc. decis. 77. nu. 12. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 7. nu. 8. Mynsi. obs. 29. cent. 4. Sonsb. in tr. feud. p. 9. nu. 42. Zwesenb. in tr. feud. c. 6. n. 3. Borcholt. in tr. feud. c. 7 p. 3. n. 4.*

15 QVARTÒ, non solùm immissus est N; in feuda B. verùm etiam prioribus possessoribus, in inuestitura coniunctus fuit: & quod consequens est, ius simultaneè inuestituræ, impetrauit.

Præferendus itaque rursus, R. omninò videtur.

Certum enim est, quod simultaneè inuestitus, omnibus, etiam agnatis, qui simultaneè inuestiti non sunt, in feudi successione præferendus sit. *per tradita Hartm. Pistor. q. 21. in pr. p. 2. Zwesenb. cons. 1. n. 50.*

16 QVINTÒ certissimi quoq; iuris est: quod inuestitio, in casum mortis, non ius in re, sed ius duntaxat ad rem, det, atq; tribuat. *per trad. Hartm. Pistor. q. 20. n. 1. & rursus n. 11. & 12. p. 2. Zwesenb. cons. 21. n. 49.*

17 Facit quod traditur, inuestituram abusiuam etiam, verbi gratia, quæ per traditionem birreti, annuli, vel cnsis fit (cum tamen hæc, illa, quæ in casum mortis fit, quodammodò sit præstantior) non ius reale: sed ius tantùm ad rem tribuere. *c. 1. ibi Matth. de Afflict. n. 4. quod sit inuest. Bl. in c. 1. §. inuestitura. n. 1. de nou. form. fidel. Ias. in l. quoties. nu. 31. C. de rei vendicat. Couarr. variar. resolut. lib. 3. c. 16. nu. 10. Hartm. Pistor. q. 20. n. 26. & quæst. 27. nu. 19. p. 2. Zwesenb. in tr. feud. 4. n. 18. Ludouic. Fachs. in suo consil. quod extat post d. q. Hartm. Pistor. 20. n. 28. & ibi Modest. Pistor. in suo consil. n. 42. Academ. Francofurt. in suo consilio quod extat a tergo quæst. Hartm. Pistor. 27. lib. 2. n. 18. & 19.*

Fieri itaq; nequit, quod talis inuestitio, 18
in casum mortis, aliam, quàm personalem, *per c. 1. §. si facta. si de feud. def. fuer. controu. & tradit Matth. de Afflict. in c. 1. §. inuestitura. nu. 2. de nou. form. fidelit. Matth. de Afflict. in c. 1. n. 5. qui succeff. teneant. Hartm. Pist. d. q. 20. n. 26.*

Quodq; consequens est, talem actionem, 19
quæ contra tertios possessores non detur, producat. *§. omnium. ibi Ias. n. 2. Zas. n. 2. & DD. Inst. de actionib. Actionum genera. in pr. ff. de actionib. & obligat. Tiraq. de vi. retr. p. 1. §. 8. gl. 5. n. 6. Sebast. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 3. n. 4. Coras. miscel. iur. lib. 6. c. 5. n. 6. Vacon. à Vacun. declarat. 24. n. 4.*

Quippè personalia quæ sunt, personam 20
non egrediuntur. *l. vsus aquæ. ff. de vsu. & habit. l. in omnibus causis id obseruatur. ff. de reg. Iur. c. priuilegium. de Reg. Iur. lib. 6. Capoll. in tr. de seru. vrba. n. prad. c. 3. n. 1. Marian. Socin. in l. 4. §. Cato. n. 153. ff. de verb. obligat. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 15. nu. 19. Borgn. Cauale. in tr. de vsufr. mul. rel. n. 81. Pecc. in tr. de restam. conuig. lib. 5. 30. n. 4.*

Rursus itaq; R; aduersus N; actionem non competere, cum possessores tertij quasi, esse videatur, rectè colligitur.

RATIONES DECIDENDI.

FAteor equidem hæc momenti alicuius esse, primo intuitu videri: sed interim non dubito, quin planum fieri possit, R. causæ victoriam deberi, proindeq; N. obligatum esse feudo, cui incubarat hactenus, cedere.

Est namq; PRIMÒ iuris non controuersi: 21
quod dispositio l. quoties. C. de rei vendicat. quodq; indè astruitur axioma: hunc nempè inter duos, eundem titulum, eundemq; autorem habentes, potiorem in re vindicanda, sibiq; asserenda fore, qui prius possessionem adeptus est: in concessionibus, largitionibusque Principum, locum non habere: sed è diuerso, hunc melius ius fouere, cui primò res concessa, vel largita est. Ita in indiuiduo scriptum reliquere *Ias. in d. l. quoties. n. 30. ibi Sichard. n. 10. C. de rei vind. Anton. Gabr. Roman. in tr. regni. lib. 3. tit. de emt. & vendit. conclus. 2. nu. 39. Alex. consil. 3. n. 7. vol. 5. Ichan. Iacob. de Leonard. int. cons. Bruni. cons. 114. n. 133. Ludouic. Roman. in cons. 298. n. 3.*

Idq;

22 Idq; non solùm in concessione, & donatione allodialium: verùm etiam feudalium, verum est. *Boch.in tr.feud.c.7.p.1.n.13.*

23 Sed & in concessione, quæ de feudo vnientis, in casum mortis eiusdem, constituitur, obtinet. *Vti rursus in specie scripsit Hartm. Pistor.q.29.n.20.p.2.*

24 Ratio enim horum omnium, in promtu est: quod nimirum absque vlla traditione alia, ex Principis concessione, dominium in eum, cui concessio facta est, transferatur. *Ita docuit Ias.in l.traditionibus.nu.5.C. de pact. vbi complurimos ex antiquioribus, idem tenentes allegat. Aegid. Bossi.in tr. de Principe.n. 67. Capyc. decis. 162. n.7. Mynsi.obs.61. cent. 3. Gail.obs. 55.n.6.lib. 2. Dec. cons.68 9.n.19. Gozadin. cons. 14. n.13. Card. Paris. cons.11.n.58.vol.1.*

Iam verò ipsa loquuntur Acta, priores esse R. præ N, ad concessionem feudi B; quod attinet.

Non nocet itaq; R; singulari celeritate, N. feudum B; ante se occupasse.

Nec obstat id, quod attamen communem distinctionem Interpretum, qua inter Principis concessionem, quæ ad gratiæ instar: & eam quæ ad contractus, instar sese habet, distinguunt: inque illa tantum dominium absque traditione transire: in hac verò neutiquam, volunt, habeamus. *Vti antesignano Baldo, in c. 1. 9. muestitura. n. 3. de nou. form. fidelit. tradunt Ias.in l.traditionibus.n. 6. vers. secundò facit. C. de pact. Ias. in l. quotues. d. n. 10. C. de rei vindic. Hartm. Pistor.d.q.29.n.20. ad fin. Borcholt. in tr feud. c.7.p.1.n.13. Gail.d. obs. 55. n.8. vers. fic. limita. Iacob. de S. Georg. in tr. feudal. in v. Princeps Pedemont. in §. fed quæro.n.2. Conarr. var. resol. lib. 2. c.19.n.3. Anton. Gabr. Roman. d. concl. 2.n.42. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. Rubric. an habent. iur. fisc. poss. aliq. ag. in præind. fisc. n. 17.*

Destituitur enim assertio hæc, suppositis suis. Quandoquidem pernegant R. concessionem, quam ipsi impetrarant, ex contractu promanasse.

Quoties namque meritorum, & officiorum, siue vt vocant seruitiorum sit mentio, in concessione: tunc eiusmodi concessio gratiosum quid esse censetur, & non contractus. *Vti in specie decidit Gail. d. obser. 55. num. 6. lib. 2.*

26 Quoties autem pecunia interuenerit, tunc demum ad instar contractus concessio sese habebit. Vti rursus in indiuiduo voluit *Bl. in l. qui se patris. n. 34. C. de bon. poss. vnd. lib. Paul. de Castr. cons. 288. n. 2. vers. qui etiam. volum. 1. Decian. d. cons. 68 9. n. 5.*

Sic quoque sententiæ nostræ aduersum illud non est: quod attamen adducta hactenus, de principis concessione, de dominio tantum, non autem de possessione loquantur.

27 Et ideò non oportere de dominio dispositum, ad possessionem vsque porrigere. Cum tristissimi sit iuris: quod dominium, & possessio nihil planè commune habeant: quodque ab vno ad alterum, minimè rectè concludatur. *l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi communis Interpretum schola. ff. de acquir. poss.* *

Consequi itaque rursus, potiorem fore N. saltem ad possessionem quod attinet, in feudi N. retentione, præ R.

Maximè cum & traditum in iure reperiatur: quod etsi dominium rei donatæ Ecclesiæ, absque vlla traditione acquiratur Ecclesiæ. *l. vlt. ibi Br.n. 4. & Ias.n. 4. C. de sacrof. Eccles. Abb. in c. 2. n. 6. ext. de consuet. Tiraq. in tr. de priuil. pia caus. priuil. 107. Gail. obser. 152. n. 6. lib. 2.* 28

Non tamen transferatur simul, eiusdem rei possessio. *Abb. d. c. 2. n. 6. ext. de consuet. Ias. in d. vlt. n. 25. C. sacrof. Eccles. Alex. de Imol. in l. si vxor. n. 3 ff. solut. matrim. Matthesil. sing. 43. Gail. d. obs. 152. n. 6. lib. 2.* 29

Sic etsi rerum hereditariarum dominium, ad heredem confestim, ac hereditatem adierit, transeat. *l. cum heredes ibi. Br. & DD. communiter. ff. de acquir. poss.* * 30

Non tamen tranlit possessio, nisi manu eam apprehenderit. *d. l. cum heredes. ff. de acquir. poss. Matthesil. d. sing. 43. Marant in tr. de ord. Iudic. p. 4. distinct. 7. n. 3. Pyrrh. Engli. in consuet. Aurelianens. tit. de testam. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Tiraquell. in tr. le mort. p. 1. declarat. 3. n. 2. Vasq. ill. controu. c. 69. n. 9. Eman. Soar. com. opin. lit. P. n. 182.* 31

Sic denique etsi non minus rei legatæ dominium, ad legatarium transeat, *vulgatissima l. à Titio. ff. de furt. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 5. n. 7. & c. 12. n. 17. Tiraq. de LL. connub. gl. 7. n. 54. Caldas. in l. si curatorem, in v. fuæ facilit. n. 62. vers. confirmantur. C. de testit. in int. Alc. Parerg. lib. 3 c. 1. ad fin. Cacher. decis. 36. n. 6. Garf. in tr. de expens. c. 5. n. 24. Octau. Simoncell. in tr. de decret. tit. 8. n. 69. Rim. in Rubr. n. 340. C. qui adm.* 32

Transitum tamen minimè ad eum, absq; apprærhensione facit possessio. *arg. d. si tibi homo. §. cum seruus, & quæ ibi habet communis Interpretum schola ff. de legat. 1.* * 33

Nam hæc omnia refelluntur per id: quod alio & quidem diuerso iure, in principis contractibus vtamur, quodq; ex ijs non solùm dominium, verùm etiam ipsa possessio, absque apprærhensione vlla, transitum faciat. *autore Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vendit. cons. 2. n. 44.* 34

Locus itaq; nullus obiectioni huic patet.

Quid? quod R. quoq; integrum est, omisso possessorio, ad petitorium accedere.

Competit enim ei rei vindicatio, competit item Publiciana, atque harum quoq; cumulatio. *c. abbate sanè in pr. ibi gl. in v. iure dominij, vel quasi de re iudic. lib. 6. Ang. Aret. §. fed ista. nu. 1. ibi* 35

Zas. n. 35. Inst. de actionib. Gail. obs. 62. nu. 5. lib. 1. Speckhan. cent. qq. 1. q. 66. n. 9. Consil. Ingolstad. quod legitur post consil. Modest. Pistor. 27. n. 23. Natta cons. 200. n. 1. (vt alia interim, recensere remedia supersedeam.)

36 Deniq; pondus quoq; aliquod, illud non habet, quod artamen illud quoq; Interpretum placitum, decisioni nostræ, obstaculum præbere videatur, quo asseritur: quod axioma, quod habet, ex Principis concessione, dominium, absq; alicuius traditionis interuentu transferri, restringendum sit: quoties isthæc concessio, simplex, & pura non fuerit, sed ab aliqua conditione, aut incerto euentu, dependerit. *Ita in specie decidit Anton. Gabr. Roman. d. concl. 2. n. 45. qui Marian. Socin. in id prætereà adducit. Rum. cons. 33. n. 3. verse. nec etiam. & n. 5. vers. non obstat insuper. volum. 1.*

37 Nam etsi verum sit, hanc R. concessionem, nonnullam quasi conditionem in se comprædendere, veluti si feudum B; primum fuerit, quod inter reliqua feuda concessa aperiatur: idcircoque videatur, ei, quam adduximus obiectioni, locum iam relictum esse.

Cogitandum attamen interim erit: quod opinio, quam modò recensebamus, quamque Romanus, Socinus, & Ruinus, amplexantur, recepta non sit.

In contrarium enim it: *Cardin. Paris. cons. 11. n. 5 8. vol. 1. qui de eadem facti specie, de qua Socinus etiam consuluisse fuerat, respondit. Quem refert & sequitur Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fisc. Rubr. an hab. sur. fisc. poss. aliq. ag. in præiudic. fisc. & success. nu. 17.*

Labascit itaq; obiectio hæc.

Et quamuis hæc sententia retinenda esset: non tamen concessionem nostram, à conditione, incertoq; euentu, dependere recte asseritur.

38 Nam primò res in eo est: quod mortis mentio, actui alicui adiecta, conditionem non faciat. *gl. in l. si pupillum. §. qui sub conditione. ff. de nouat. Iaf. in l. si cui. §. hoc autem n. 7. ff. de legat. 1. Iohan. Hanib. in Rubr. n. 5 ff. solut. matrim.*

39 Nec obstat. *l. quibus diebus. §. quidam. el. 2. ff. de condit. & demonstr.*

Obtransmissionem enim ibi solummodò, mentio mortis, conditionem operatur: eò quod incertum erat, an vxor testatoris, ante legatarium, mortem obitura esset, nec ne. Quod in nostro casu, in considerationem non venit.

Hic quippè certum est, Principis gratiam, & concessionem transmitti, quocunq; tempore B. moriantur.

40 Et prætereà quis vnquam dixerit, incertum euentum, mortis mentionem in sese continere? Quis enim vspiam mortalium est, qui mortis tyrannidem, non experiatur, cui semel moriendum non sit? *Ita tursus in specie decidit Speculat. in tit. de notor. criminib. §. fama. qu. 5. Franc. Niconit. in Rubr. n. 130. ff. solut. matrim. Medic. in tr. mors omnia solut. p. 1. in pr. n. 9. Simon. de Pret. in tr. de vlt. vol. interpr. lib. 2. interp. 1 dubit. 1 solut. 7. n. 18.*

Quî itaque obtinere poterit, obiectio ista?

Secvndò, me Iudice, rectè innititur R; in hoc fundamento: quod ea prorsus effectus deficiat, quæ decepti, & circumuenti agimus. Quippe cum consensui nihil tam contrarium sit, quàm error, & iniusta persuasio. *l. si per errorem. ff. de iuriid. om. iud. Felin. in c. si cautio. nu. 1. ext. de fid. instr. Pract. Pap. in for. lib. quo vx. ag. ad dot. in v. matrimonium nu. 5. Iacob. Nouell. in tr. de defens. Rubric. 1. n. 48. Corasius tell. lib. 4. c. 11. n. 1. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 90. n. 4. Borch. in tr. de pact. c. 1. n. 1. Borch. an tr. de vsur. c. 4. n. 32.* 41

Ac sine consensu aut voluntate, nullus ritè, rectéq; peragatur, aut celebretur actus. *tradentibus Marc. Ant. Bard. in tr. de temp. vt & contin. c. 13. nu. 2. Hercul. in tr. de attent. c. 12. nu. 11. Carol. Molin. in l. 1. §. si quis ita. nu. 34. ff. de verbor. obligat. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 74. nu. 204. Hartm. Pist. q. 29. n. 23. lib. 2.* 42

Iam verò certum est, quod Princeps bis idem concedens, præsumatur machinationibus, & suggestionibus, postremi impetrantis, circumuentus. *l. prædia. ibi Br. n. 2. C. de locat. prad. ciuil. lib. 11. c. cum olim. ibi Abb. n. 14. Felin. nu. 15. ext. de re iudic. Mynf. obs. 61. cent. 3. Romanus cons. 298. n. 1. vers. secundò. Alex. cons. 3. n. 7. vol. 5. Dec. cons. 286. n. 7. Crau. cons. 212. n. 6. & cons. 629. n. 2. Cephal. cons. 53. n. 87.* 43

Idque eatenus quidem verum est, vt præsumtio haec, probationem iuris, & de iure faciat, contrariamq; probationem omnem procul arceat. *Ita in specie præitore Baldo, decidit Dec. in l. nemo potest mutare. n. 4. ff. de reg. Iur. Mynf. d. obs. 61. cent. 3. Rol. à Valle cons. 2. n. 151. volum. 1. Tiber. Decian. cons. 25. n. 55. vol. 1. Ruin. cons. 215. n. 22. vol. 1. Crau. cons. 592. n. 56.* 44

Etenim constans in Principe, omnibusque eius actionibus, voluntas est. *Aegid. Bosius tr. de Princip. n. 18. Gail. obs. 55. nu. 3. lib. 2. Dec. cons. 286. n. 7. in fin. cons. 583. n. 19. Iohan. Iacob. de Leonard. mt. cons. Erum. cons. 117. n. 95. per d. l. prædia. C. de locat. prad. ciuil. lib. 11.* 45

Sed & Devm imitatur, de quo scriptum est; semel locutus est Deus: Item: non faciam, quæ ex labijs meis processêre, irrita. *Andr. ab Exea. in tr. de pact. nu. 455. Dec. in d. l. nemo potest mutare. nu. 3. ff. de reg. Iur. Hipp. de Marsc. cons. 32. n. 30. Tiber. Decian. cons. 2. n. 101. volum. 1. Rol. à Valle d. cons. 2. n. 153. vol. 1. cons. 13. n. 56. vol. 3. Menoch. cons. 378. n. 29.* 46

Sed & linguam vnam, calamumq; vnum habere, vt quod scripsit, scriptum sit: Immotusq;, dicti, scriptiq; tenax, vt lapis angularis, po- 47

tis, polarisq; in cœlis stare solet. *Tiraq. in tr.de nobil. c. 20. n. 24. Exte.d.n.455. Tiber. Dec. conf. 35. nu. 4. vol. 2. conf. 18. n. 111. vol. 1. Rol. à Valle d.conf. 13. n. 57. vol. 3. Academ. VVuteberg. int. conf. diuerf. conf. 1. n. 84. vol. 2. Menoch. conf 331. n. 65. Cephal. conf. 58. n. 88.*

Consequatur itaq; oportet, posteriorem Principis gratiam, & successionem, omni planè effectu carere.

48 Et vi consequentis, cum N. concessio, sexennio integro iunior sit, quàm concessio ab R. impetrata: quomodo dubitaremus: nullam hanc, atque inanem dicere? Prout hoc, quod secunda inuestitio, seu gratia per se, & ipso iure nulla sit (nec enim per emendicata suffragia ire libet) *in induiduo voluêre Bl. in l. 2. n. 1. not. b. 3. ibi Cassr. n. 3. C. de ll. Gozadin. conf. 14.*

* *n. 13. qui Fulgos. Ias. & Alex. idem tenentes adducit, hanc q; esse communem opinionem attestatur.*

Neq; verò iuuat partes N; si obieceris: nos attamen fassos esse, quod concessio R. data, ex mera gratia processerit, proindeq; prætualere hanc, posteriori concessioni non posse. Cum prior protinus viribus omnibus destituatur, eo ipso, quod secunda concessio hanc

49 insecuta sit. In confesso namq; est: quod Princeps priuilegium subdito concessum, quandoq; libuerit, reuocare posse. *tradentibus Bl. in l. nupta. ff. de senator. Felin. in c. nouit. n. 10. ext. de iudic. Practi. Pap. in form. oppon. cont. instrum. in v. penitus, & omnino sublatum. & ibi apostill. & in v. aliys rationibus. vbi latè Masuer. in addit. Capyc. decis. 166. nu. 1. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. nu. 1. Marc. Ant. Peregr. in tr. de iur. fisc. lib. 1. Rubr. hab. in fisc. an poss. aliq. ag in præud. fisc. & succes. n. 19. Dec. conf. 286. n. 4.*

50 Quod item nulla omnino causa, in id requiratur: sed quod causa reuocandi, iusta & legitima ea sit, quod Princeps anteà concesserat. *Br. in l. hostes. n. 4. ff. de capt. & postlim. reuers. Cotta in memorial. in v. exemtus. Zoanet. in l. vt vim. p. 3. n. 102. ff. de iust. & iur. Marc. Anton. Peregrin. d. rubr. d.n. 19. Cardin. Paris. conf. 11. n. 3. vol. 1.*

51 Nam ad id parata iam est responsio: quod priuilegium ob causam, siue ob merita, bonam operam Reipub. vel Principi nauatam, subdito, vel ciui etiam, concessum, reuocari neutiquam possit. *tradentibus in induiduo Felin. in d.c. nouit. nu. 7. & n. 12. ext. de iudic. Capyc. decis. 121. n. 15. & decis. 166. n. 3. Ign. in l. necessarios. §. non altàs p. 1. n. 384. ff. de S.C. Syllan. Tiraq. in l. si vnquam. in v. donatione largitus. n. 14. C. de reuocand. donat. Cacher. decis. 139. n. 28. Marc. Ant. Peregr. d. rubr. n. 29. Cardin. Paris. d. conf. 11. n. 44. & seqq. vol. 1. Run. conf. 217. n. 7. vol. 1.*

Iam verò illa concessio, qua R. innituntur, si priuilegium est: tale attamen priuilegium erit, quod non simplex, sed remuneratorium, & ob bene merita, concessum est.

Sic enim habent, ipsa inuestitionis verba, concessisse Principem N; feuda hæc, R. ob seruitia, quæ bene, fideliter & gnauiter Celsit. ipsius, præstitisset.

Patet itaque conclusio per se, concessionem hanc, tam facilè, vt obiectiuncula quam fecimus habet, reuocari non potuisse.

Tertiò obscuri quoque iuris non est: 52 quod dolus, actui, qui bonæ fidei est, causam dans, contractum per se, & ipso iure euertat, atque annihilet. *Ias. in l. cum posteaquam. nu. 3. C. de pact. Ias. in l. transactione finita. nu. 5. C. de transact. Ias. in l. ab emtione. nu. 2. ff. de pact. Ias. in l. si quis cum aluer. nu. 4. ff. de verbor. obligat. Cuias. in l. si mulier. in pr. ff. de eo quod met. caus. Steph. Forcat. in sua necyomant. dialog. 99. nu. 3. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Pecc. in tr. de* * *restam. contug. lib. 1. c. 37. nu. 2. Coras. miscell. lib. 2. cap. 8. nu. 3. Iohan. Bapt. Asin. in tr. de execut. cap. 329. nu. 5.*

Iam verò longè certissimum est: quod 53 omnes actus, omnesq; concessiones Principis, bonæ fidei sint. *Ias. in l. cuntas. nu. 8. ff. si cert. petat. Bl. in tit. de pac. constant. §. si quis verò. nu. 1. Cotta in memorial. in v. contractus. el. 2. Iohan. Bapt. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 22. n. 3. Exte. in tr. de pact. nu. 456. versic. tertio sublimita. Mozz. in tr. de contract. tit. 1. artic. 4. nu. 26. Syluan. in tr. feud. q. 4. n. 14. Zoesenb. in tr. feud. c. 1. n. 8. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 31. n. 97.*

Cum itaq; ab N; in R. perniciem, rem per cuniculos actam esse, inficias iri, omninò non possit.

Quid præterea restet, quàm illud: quod concessio, quam N. impetrarat, irritam esse, non video?

Nam scater ferè concessio N; nouis, insolitis, peregrinis, atque suspectis clausulis. Obligat enim se Princeps concedens, ad satisfaciendum ijs, quibus feuda hæc, in mortis casum, anteà concesserat. *Vt alia nunc prætereamus.*

Restat itaque illud tantum, vt rem machi- 54 nationibus peractam fuisse edicamus. Eiuscemodi enim clausulas insolitas, dolum arguere, extra omnem controuersiam positum est. *gl. in l. si quis sub conditione. ibi Br. nu. 1. ff. de condit. inst. Felin. in c. causam quæ el. 2. nu. 11. ext. de testib. Euerard. in top. in loc. à solit. n. 6. Tiraq. de retr. retr. in præfat. p. 2. n. 17. Dec. in l. qua dubitationis. nu. 13. ibi Hieron. Cuchal. in addit. ff. de reg. Iur. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 23. nu. 9. Mascard. in tr. de probat. conclus. 815. n. 37. Roman. conf. 520. n. 12. Dec. conf. 399. n. 8.*

Quid? quod dolus inde arguatur, quod 55 quis ex damno alterius, lucrum quærit. *l. 1. §. an in pupillum. ff. depositi. Dec. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. n. 6. ff. si cert. petat. Mascard. in tr. de probat. concl. 531. n. 61. Crau. conf. 142. n. 17. Natta conf. 305. n. 2.*

Cum

Cum attamen N; damno alterius, lucrum omninò quærat. Sibi enim suisq; feuda asserit: R, verò persuadere conatur, vt de cuiscione aduersus principem concedentem agat.

56 Quid verò magis stultum est, quàm cum potentioribus, aut cum Principibus, quorum subditi sumus. *arg. Rubr. & nigr. C. ne lic. potentiorib.*

57 Quorumq; preces minæ sunt, litigare. *gl. in l.vnic.C.si recti Prouinc. Felin.in c. 1. n. 2. ext. de offic.deleg.Tiraq.in tr.de pœn.cauf.35.n.1.Pecc.in tr. de testam.comm.lib.1.6.9.n. 9. Sigism.de Neap. conf. 14.n.29 & conf. 17.n.24.Crau.conf.422.n.15.*

Deniq; fraus quoq; euincitur ex eo: quod quis coram Principe generalibus verbis vtitur, nec eum de singulis peculiatim, certiorem facit, *ita in indiuiduo autore Paul. de Castr. scripsit Masc.d.tr.de probat.d.conclus. 531.n.71.*

Atenim hîc, N; dum concessionem suam adipisceretur, non exprimebat omnia, quæ expressisse oportebat. In genere enim tantum coram Principe narrabat, veluti ostendit concessio ipsius, esse aliquos, qui prius se, essent inuestiti: qui autem isti essent, studio reticebat.

Quid itaq; concludendum sit, omnes videmus.

58 Nec refragatur his; quod attamen præsumtio sit, subditum coram principe suo mentitum: aut dolosè versatum non esse. *Tradentibus Burs.conf.94.n.4.Masc.d.tr. de probationib.d.conclus.531.n.4.*

Nam euertitur præsumtio hæc, non solum præsumtione contraria fortiori: verum etiam veritate ipsa.

59 Manus itaq; det, oportet. Præsumtio enim fortiori præsumtioni, *l.Diuus ff.de test.in integr. Stracch in tr.de mercat.p.2.n.83.& in tr. de decoctorib. 2.p. vlt.part. n. 3. Claud.de Seyssel. in spec.feud. rubr.qui feud.dar.poss. §. 1. versic.aut vero Papa Ferrar.caut.41.n.4.Romul.in l.vt vim.n.83.ff.de iust. & iur.Capiferr.in tr.de num.nest.p.1.c.6.n.40. Turr.in com opin.101.in fine.*

60 Tantoq; magis ipsi veritati, loco cedit manumq; dat. Vti in indiuiduo scriptum reliquit *Menoch.in tr.de præsumt.lib.2. præsumt. 75. n. 27.& lib.3 præsumt. 132.n.84.*

61 Addamus itaq; pro corollario, adhuc semel: Concessionem sub qua latitat N; surreptitiam esse: ideoq; N. non prodesse: R. verò nocumento esse, non posse. Incogniti Iuris, cum non sit; nullam gratiam, concessionem, & inuestitionem Principis, surreptitiam, cuiquam nocumento. *Vti in literis prodidit Barbat.conf.55. vol.4. Iohan. Gallicus int. conf.feud. variar.conf.2.n.121.*

62 Aut è diuerso, commodo, & emolumento esse posse. *Vti voluerunt Menoch. conf. 103.n.61. & Scmbaonf.41.n.104.*

63 Quod si Quarò, scrupulus adhuc aliquis, alicui insideret: considereremus illud: quod inciuile sit, amplius dubitare de eo, quod planum expeditumq; iam fecerat obseruatio. Vti in literas immisere. *Card. Paris. conf.16.n.11.conf.25.n.55. conf.36.n.8.volum.1. conf.56.n.35.vel.2.Aym.Crau.conf.459.n.21. conf. 727.n.20 conf.887.n.4.conf.934.n.21.& conf. 942.n.35.Tiber.Decian.conf.49.n.9.vol.2.Gerard. Mazoll.conf.122.n.10.lib.1. Simon.de Proct. conf. 21.n.6.vol.1.*

Quodq; idipsum eo potissimum casu procedat, cum talis obseruantia, videntibus, & non contradicentibus Principis officialibus, & administris fuerit introducta. Tunc enim accessisse voluntatem Principis deliberatam, atq; consensum, præsumtio est. *Ita tradit in indiuiduo Tiber.Decian.conf.124.n.20.vol.3.vbi plures in id allegat.* 64

Atenim in causa N; contra N; id obseruatum fuit: quod N; etsi prius in possessionem venisset: cedere tamen cogeretur, primò impetranti.

Hoc iure itaq; vtamur, in nostro quoque casu, eandem quoq; rationem habente.

Nec obstat: quod attamen casus, de quo nunc agimus, recenter admodum contigerit. Quodq; is propterea, allegari non merebatur.

Cum indè præscriptionem vllam, elicere nequeamus. Quam hac in parte desiderari, videbatur. Exemplo eius, quod de consuetudine cautum est, ad inducendam consuetudinem, decem annos requiri. *Br.in l. 2.n. 15.C.quæ sit long.consuet. Bl. in Rubr.n.2.C. eod.tit. Bl.in c.1.ante.n.1.qualit.feud.olim.Ias.in l.de quibus. n.43.ff.de ll.Mynf.obf.41.n.9. vbi hanc esse communem interpretum sententiam testis est.& obf.42.n.1. cent.6.* 95 *

Quod item appellatione consuetudinis, illa tantum, quæ præscripta est, veniat. *c. Cumana de electi.lib.6. Bl.in l. de quibus. n.34.ibi Ias.n. 44.ff.de ll.Bl.in l.binos n.4.C.de aduoc. diuers.iudic. Bl.in c.1.in pr.n.1 de feud. cognit. Petr.Rauenn.in tr. de consuetud.4.n.3.2.& n.51.Roth.de Curte ad c. vlt. sect.2.n.16.& sect.3.n.6.ext. de consuet.* 66

Hæc nàmq; omnia, ad obseruantiam, seu obseruationem, translatitia esse videbantur:

Nam hoc refellitur per id, primò: quod attamen iam decem anni emensi sint, cum casus, de quo res est, primum accideret.

Caret itaq; obiectio hæc, suis suppositis.

Secundo per id: quod aliud sit in consuetudine: aliud verò in obseruantia. Obseruantiæ enim sua consistit vis, atq; efficacia, etiamsi præscripta non sit: etiamsi item per longum tempus ita obseruatum non fuerit. *Tradentibus in indiuiduo. Castr. conf.348.n.4. lib.1. Dec.conf.156.n.4.vers.idem ergò.Crau.conf.118.n. 2.conf.273.n.13.vers.postremo.conf. 592.n.22.& conf.766.n.8.vbi Aret.Socin. & Corn. idem tenentes allegat.* 67

allegat. Tiber. Decian. conf. 124. n. 15. vol. 3. Simon. de Pract. d. conf. 21. n. 6. vol. 1.

68 Deinde illud quoque allegasse, N. non iuuat, quod attamen R. vnicum tantùm casum, adducere nouerit: proindeq; hinc rectè obseruantiam non colligi. Quemadmodum enim, quod ad consuetudinem attinet, iuris est, quod ad eam introducendam, bini omnino actus, requirantur. *Iaf. in l. de quibus. n. 51. ff. de LL. Aldobr. in 6. ex non scripto. n. 22. Inst. de iur. nat. Turz. an. com. opin. 9. & opin. 153. Claud. de Seyss. in spec. feud. Rubr. qui feud. dar. possess. §. 2. vers. tamen concludo. vbi hanc esse communem opinionem refles. Gail. obs. 31. n. 7. & 8. lib. 2. Borch. in tr. feud. c. 6. n. 24. Medic. in tr. de LL. & Stat. p. 2. q. 14. n. 3. Raut. in tr. de consuet. sect. 1. n. 5.*

69 Nec actus vnicus, etiamsi omni populo cognitus, exploratusque fuisset sufficiat: *Bruno l. de quibus. n. 11. ibi Iaf. d. n. 51. ff. de LL. Bl. in Rubr. n. 2. C. quæ sit long. consuet. Abb. in c. vlt. n. 17. ext. de consuet.*

Flores enim casus, si opus fuerit, indicare poterimus.

70 Et præterea, à consuetudine ad obseruantiam, inepta est ratiocinatio. Consuetudo enim duos actus requirit: obseruantia verò, vnico etiam actu, contenta est. ita in indiuiduo docent *Bruno l. 1. n. 7. C. quom. & quand. iud. Præpos. in c. 1. n. 27. qui feud. dar. post. Lar. fr. de Orian. in l. ad monendi. n. 4. ff. de iurciur. Berengar. à Paulhaco. in l. vnic. n. 4. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. Curt. in tr. feudal. 1. p. 2. p. 9. q. 4. n. 1. Bellon. supput. lib. 1. c. vlt. Marc. Anton. Bard. in tr. de temp. vt. & cont. c. 14. n. 8. Dec. conf. 4. n. 2. versic. nam etiam. per text. in l. Mela. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat.*

71 Quinto consituti quoq; iuris illud est: quod non solùm in genere, omnes omninò Principum gratiæ, & concessiones. *l. nec anus. C. de emancipat. Lancilot. Polit. in tr. de vulg subst. n. 68. & n. 90. Affl. decis. 286. n. 3. & decis. 334. n. 3. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 7. Chassan. in cat. glor. mund. p. 1. consid. 38. cons. 36. vers. credorem. Hipp. Rimin. in l. postumo. n. 124. C. de bon. poss. cont. tab. Cæp. in tr. de seru. rust. præd. c. 4. n. 108. Cald. in l. si curatorem in v. sine curatore. n. 51. ad fin. & in v. interpolare. n. 17. & in v. per quod præstinum. n. 34. C. de rest. in integr.*

72 Verùm etiam in specie, omnes principum inuestitiones, ita declarandæ sint, ne tertij damnum, & intertrimentū coniunctum habeant. *Paul. de Castr. conf. 72. n. 2. vol. 2. Decian. conf. 46. n. 26. Soccin. Iun. cons. 110. n. 25. & consil. 112. n. 3. vol. m. 2. Vvesenb. cons. 4. n. 32. cons. 15. n. 31. cons. 21. n. 53. cons. 34. n. 39. cons. 41. n. 64.*

73 Quod vsq; adeo verum est, vt ob omissionem huius clausulæ. saluo iure tertij, totæ euertantur inuestitionis literæ *tradentib. in indiuiduo Vuesenbecc. d. conf. 41. n. 66. vbi Zasius idem affirmantem adducit. Iohan. Gallic. mt. cons. feud. diuers. conf. 2. n. 116.*

Non itaque, ad hunc modum, explicare oportet, concessionem N. Nam hoc si fiat, excluditur iam R. Id verò esset contra iuris principia perniugatissima, principis concessionem ita interpretari, vt tertio summe noceret.

Sextò Iuris quoque quotidiani illud est: 74
quod clausula: saluo iure tertij, inuestituræ appositæ, ociosa non sit. Vti in indiuiduo censuit *Cardinal. Paris. cons. 13. n. 12. volum. 1. & cons. 65. n. 51. vol. 3. vbi figuor. de Homod. & Albert. Brunum idem tenentes refert.*

Sed maximam vim, atque operandi effi- 75
caciam habeat, quo fit, vt semper, & vbique tertij Ius, sartum tectum tueatur. Quod rursus in indiuiduo scripsere *Paul. de Castrens. cons. 312. n. 4. volum. 1. Cardin. Paris. cons. 70. n. 19. volum. 3. Tiber. Decian. cons. 18. n. 383. volum. 1. & cons. 33. n. 127. cod. vol. vbi Signorol. & alios in id adducit. Iacob. Menoch. cons. 103. n. 60.*

Iam verò hæc clausula, non solùm, in con- 76
cessione N. expressim legitur, verùm etiam subintelligenda esset, etiamsi foret omissa: Pro vt hoc, quod clausula saluo iure tertij, etiam non expressa, tacitè nihilominus subintelligatur, in specie tradiderunt *Ripa in l. ex facto. n. 21. ff. de vulg. & pupill. Cardin. Paris. cons. 5. n. 27. volum. 1. & cons. 15. n. 11. cod. volum. Tiber. Decian. d. cons. 18. n. 384. volum. 1. & d. cons. 33. nu. 126. cod. volum. Fr. Burs. cons. 4. num. 30. Gr. au. consil. 871. num. 8.*

Quodque non minorem, ac si expressa fu- 77
isset, vim ac potestatem habeat, *docuit in indiuiduo Decian. d. consil. 33. n. 127. vol. 1.*

Necessariò iam inseremus, concessionem, quam N. habet, ita moderandam, vt saltum feudi B. dominium, & possessio prius inuestito R. scilicet, remaneat.

Nec efficit aduersum hæc quicquam illud: 78
quod clausula saluo iure tertij, intelligatur de iure puro, & simplici: non autem de eiuscemodi iure, quod conditionem annexam habet. *Pro vt declarat Felin. in c. super literis. num. 11. in fine. ext. de rescript. Ludouic. Roman. consil. 256. num. 1. ibi Horat. Mandos. in addit. lit. F. vbi hanc esse communiorem opinionem attestatur, complures q. hanc sectantes opinionem refert.* **

Nam hinc rectè non colligitur, cessare in præsentia Sextvm, quod adduximus fundamentum. Cum duæ concessioni, quam Princeps R. dederat, annexæ sint conditiones: veluti vt prius moriatur, is, qui tum temporis feudum possidebat, idque absque liberis: & deinde, vt moriatur, absque liberis prius, quàm in fata concedant K. & B. de quorum feudis, in mortis casum R. simul inuestiebatur.

Nam huic malo, hæc rectè applicatur responsio: quod mortis mentio, conditionem nullam: quinimò ne incertum euentum quidem faciat. *Vt antea ostendimus.*

Quod-

Quodque falsæ iam hoc ipso efficiantur, obiectionis huius præmissæ: proindeq; collabatur, argumentum, pro parte aduersa, factum. Corruere enim argumentum, quoties falsitas præmissarum, demonstrata est, incogniti iuris non est. *Vti in specie decidit Cephal. 328. n. 67. & cons. 435. n. 91.* 79

Accedat adhæc, quod eadem quoq; mortis conditio, concessioni quoq; N. appositæ sit.

Conditionę itaque hac non obstante in vtraq; concessione, iura quoq; conditionata, in præsentia inclusa esse, haud abs re asserimus. Alioqui enim hoc consequeretur absurditatis, quod contra communia Iuris principia: determinatio vna, plura respiciens determinabilia, ea diuersimodè determinaret: & ex parte N. ius conditionatum (vt practici loquuntur) includeret: ex parte R. verò non item. Contra quàm scriptum est *in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pup. Bennonut. Stracch. in tr. de mercatorib. tit. mand. n. 11. Curt. in tr. feud. 4. p. p. n. 25. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 1. n. 186. Valasc. in l. imperium. n. 211. ff. de iurisd. om. iudic. Caball. in tr. de eo quod inter. n. 161. Cald. in l. si curatorem. v. cum non absimilis. n. 23. & in v. lasis. n. 29. verf. quæ tamen expositio. C. de rest. in integr.* 80

Ceterum argumentum à sequela absurditatis, iure quo vtimur validum est. Vti in indiuiduo scripsit *Gerard. Maz. oll. cons. 86. n. 21. & cons. 113. n. 41. vbi Br. Hipp. de Marsil. Odofr. Socin. & alios in id allegat. vol. 1.* 81

Vt nunc de eo fileam, esse nonnullos qui autument, semper, & vbiq;, sub clausula saluo iure tertij, ius à conditione, incertoque euentu dependens comprehendi. *Vti facit Carol. Ruin. cons. 3. n. 21. vol. 1.* 82

Vlterius non obstat quoq;, quàm fecimus decisioni, istud: quod clausula: saluo iure tertij, non conseruat illud ius, ex quo lucrum speramus: sed illud tantùm, quo amisso, damnum perpateremur. *Vti in specie decidit Br. in l. xx facto. n. 2. ibi Ias. n. 15. Ripa n. 45. ff. de solut. & pupill. Lancelot. Polit. in tr. de exempt. subst. n. 1. verf. circa quartum.* 83

Nam nec ob hanc quidem iuris regulam, rectè sic efformabimus ratiocinationem: non conseruasse clausulam hanc: saluo iure tertij, ius R. vtpote quod mera, & gratuita Principis liberalitate innitatur:

Etenim expressum in concessione legitur: factam hanc esse, ob bene nauatam ab R; Principi operam. 84

Quapropter succedet nunc illud: quod illud lucrum dicere, quod ob meritum fit, non conueniat. Vtpotè cum donatio ob merita, propria, genuinaq; donatio non sit: sed potius quoddam permutationis, compensationisque genus, titulo oneroso per omnia exæquatum. *l. Aquilius. ff. de donat. l. sed etsi lege. § consuluit. ff. de pet. hered. Br. in proœm. sforum in pr. n. 4. verf. præterea. Br. in l. per diuersas. n. 14. C. mandat. Alex. in l. iurigentium. § quinimò. n. 14. ff. de pact. Abb. in rubr. n. 3. ext. de donat. Abb. in c. per tuas. n. 6. ext. eod. tit. Bertach. in tr. de gabell. in 3. p. q. p. n. 14. Lup. in Rubr. §. 50. n. 9. & §. 69. n. 13. ext. de don. int. vir. & vxor. Tiraq. in l. si vnquam in v. donatione largitus. n. 11. C. de reuoc. donat. Arr. Pm. in l. 1. p. 3. n. 60. C. de bon. mat. vbi hanc esse receptam sententiam, iu testiu est, quamuis in contrarium discedat.* *

Septimò certi quoq; iuris est: quod eo quoq; casu, cum Princeps exprimit, discretisq; verbis declarat, velle se tertio præiudicare: illa tamen declaratio, atq; expressio Principis, de leuiusculo aliquo, non autem de eiusmodi præiudicio, quod alicuius ponderis, atq; momenti est, intelligi, accipiq; debeat. *Vti docuit gl. m l. seruitutes. Ia. 4. 9. publico. in v. incommodo. ff. de seruit. gl. vlt. in l. sed cum ab herede. ff. ad S. C. Trebell. Ias in l. quoties. n. 3. C. de precib. Imperat. offer. Cels. Hug. in tr. clausul. Rubr. de clausul. resciptor. verf. clausul. cum præsertim. tertij Cotta in memorabil. in v. princeps, el. vlt. Lud. Gomez. in Reg. Cancellar. tit. de iur. quæ non toll. q. 1. verf. item posset etiam.* 85

Quantò magis itaq; hic, dicere necesse est, noluisse Principem, vt R. detrimenti quicquam hac sua secunda concessione caperet. Non enim istiusmodi clausulam inseri concessionis literis iussit? Sed & contrariam huic verborum formulam, saluo iure tertij, adijci voluit: & vi consequentis, mala hæc est interpretatio, qua concessio secundò inuestiti, ita explicatur, vt quicquam iuri R. deroget, ad feuda aperta, quod attinet.

Octavò, communiter quoq; Interpretibus placuit: quod l. quoties. C. de rei vindicat. dispositio, locum non habeat, quoties is, qui in possessione non est, cui tamen res, primò vendita, vel concessa est, talem titulum in medium profert, qui vel precio, vel aliquo simili precio, seu vt vulgariter loquuntur, causa onerosa constat: is verò qui in possessione est, eò quod secundo loco, rem, emtione, vel alia aliqua concessione, acquisierat lucrum seu causam lucrationem, suæ possessioni prætexerit. Ita in indiuiduo in scripta immisit *Bl. quem refert & sequitur Ias. in d. l. quoties. n. 27. C. de rei vindicat. Iohan. Lup. in Rubr. §. 81. n. 13. ext. de donat. int. vir. & vxor. Tomm. decis. 8. n. 31. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 2. n. 32. vbi Socin. & Ripam idem tenentes adducit. Conarr. var. resolut. lib. 2. c. 19. n. 6. Hartm. Pistor. q. 29. n. 29. lib. 2.* 86 *

Iuris itaq; esse videbatur dicere, R; etiam quo ad possessionem potiores esse, N. secundò inuestito. Ob merita enim eius, & per consequens ob causam, quam dicunt onerosam, Princeps eum hac largitione donarat.

N. verò secundo inuestitus, nondum per annum, cum concessionem suam consequeretur, Principi suo inseruierat. Leuiuscula itaq; esse merita eius, vel temporis tantùm ratione ducta, oportet.

Præsens

Præsens verò horum bonorum incubator, nunquam stipendia Principis meritus est, sed domi delitescens, securus, quid de Principis negocijs fieret, sua agebat.

Concessionem itaq; horum secundo loco inuestitorum, non nisi lucrum merum, simplexq;, appellare possumus. Ideoq; euanescit iam rursus l. quoties. C. de rei vindicat. dispositio.

Nec obstat, quod tamen secundò inuestitus, per annos multos, consiliarij officio, apud Principem N; post deindè fuerit defunctus, bonamq; eidem operam nauarit.

87 Nam cum hæc merita, tempore concessionis factæ, non subfuerint: in consideratione quoq; hæc venire, non possunt. Cum iuris sit euidentissimi: quod omnis dispositio de meritis, seu de donatione, concessione, remuneratione, vel gratia, ob merita loquens, de meritis, quæ iam præterierant: seu quæ iam exhibita fuerant: non autem de meritis, quæ postea præstita sunt, seu de meritis de futuro, intelligi explicarique debeat. *Ita in specie decidit Iohan. de Imola. in l. Aquilius. n. 1. ff. de donationib. Iaf. in l. ex hoc iure. n. 53. vers. intellige. ff. de iust. & iur. Paul. de Castr. cons. 346. n. 4. vers. secundò videtur obstare. vol. 1.*

88 Præpositio enim R e, in verbo remunerandi, quasi retrò munerandi significationem habet: vndè in remuneratione, ob futura merita, verificari (vt loquuntur) nequit. *arg. l. verbum reddendi. ff. de verbor. significat.*

89 Vtteceam semper, & vbiq;, causam impletam fortiùs agere, in materiam subiacentem, quàm causam implendam. *Bl. in c. 1. §. 1. n. 2 de feud. guard.*

90 Nonò, controuersia quoq; caret illud: quod dispositio l. quoties. C. de rei vindicat. locum non habeat, eo casu, quando is, cui secundo loco, res vendita, vel alio quocunque modo concessa est, sciebat, alij eam ipsam rem prius concessam, vel venditam fuisse.

Tunc enim insuper habito eo, quod hic possessionem adeptus sit, potior erit is, cui res primò vendita, aut concessa fuerat. *Ita in individuo decidunt Bl. in Rubr. nu. 1. C. de reuoc. his qua in fraud. creditur. Salyc. in l. quoties. nu. 5. ibi Iaf. n. 56 vers. nonò. C. de rei vindicat. Iaf. in l. vlt. n. 28. C. de sacrof. Eccles. Iaf. in §. item si quis. n. 116. Inst. de actionib. Alex. in addit. ad Br. in l. siue autem. §. si duobus. in add. sub. lit. F. vers. item istum textum. ff. de Public. Hipp. de Marsi. in l. si duobus. nu. 10. ff. ad l. Corn. de falsi. Thom. Ferrat. caut. 48. n. 4. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. d. conclus. 2. nu. 30. Gomez. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. n. 20. vers. ic. secundò principaliter limita. Conatr. var. resol. lib. 2. c. 19. n. 5. Harim. Pistor. d. q. 29. n. 28 lib 2.*

Iam verò longè certissimum est: quod N. posterior ille impetrans, resciuerit, hæc feuda, in mortis casum alijs ante se, esse concessa.

Idq; clausulæ illæ insolitæ concessionis, veluti: quod Princeps concedens, obligat se, ad euictionis præstationem, item ad satisfaciendum ijs, quibus forte prius feuda hæc concessa fuerant, satis coarguunt.

Quorsum enim opus fuisset, hanc verbo- 91
rum conceptionem adiecisse, nisi sciuisset, rem, quàm & ipse N. concupierat, alijs iam promissam, atq; concessam esse? Non enim actus, à partibus celebrari frustratorios, præsu.ntio est. *l. si quando. ff. de legat. 1. Gerard. Maz.oll. cons. 78. n. 48. vol. 1. vbi Bl. & Dec. huius sententiæ assecl as refert.*

Cessabit itaq; rursus, l. quoties. C. de rei vindicat. dispositio.

Quinimò etiamsi huius rei, & anterioris impetrationis ignarus fuisset N; non tamen procederet in præsentia. l. quoties. C. de rei vindicat.

Apud illos enim Officiales, qui libris feu- 92
dalibus conscribendis præpositi erant, rem hanc totam explorare debuisset. Scire autem & de facili scire posse, paria sunt. *Iaf. in l. quod te. nu. 10. ff si cert. pet. at. Harim. Pistor. quæst. 10. n. 6 lib 2. Tiber. Decian. cons. 15. n. 154. volum. 1. cum similib. quæ facilè in maxima copia allegari possent.*

Sic quoq; non repugnat illud: quod at- 93
tamen iuris sit prousus: quod hæc scientia rei alienæ, seu quod prius res alij donata, vel concessa est, non noceat, vbicunque motus proprius Principis, alteram seu posteriorem concessionem Principis comitatur. *vti autore Marian. Socin. in quodam suo consilio: docunt: Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vendit. conclus. 2. n. 31.*

Nam primò euerti facilè potest, hæc So- 94
cini assertio, quæ assectam vnam tantùm præterea, veluti Antonium Gabrielium Romanum habet: quamq; consulendo tantùm sectatus est Socinus. Cum attamen ipsi tradant Doctores, consulentes sæpius, magis fauorem partium aucupari: quàm iuris, æquitatisque normam sequi: Vti autor est grauissimus *Tiraq. de vir. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. nu. 208.*

Deindè, si vera, constansq; esset assertio hæc, momenti tamen alicuius obiectio adhuc non est, cum ne syllaba quidem in posteriori concessione legatur, quæ è longinquo tantùm, motum proprium concedentis, indicet.

Decimò & vltimò, certo quoque illud 95
constat: quod nunquam in donatione remuneratoria, dispositio. l. quoties (preciosum aduersariorum fundamentum) locum habeat. *Vti in specie decidit Toming. decis. 8. nu. 21. & seqq. vbi plures rationes, iuriuq; fundamenta in id allegat.*

Atenim hic, de donatione remuneratoria agimus. Veluti id expressis verbis loquitur, prima R. concessio.

RESOLVTIO
CONTRARIORVM.

NVnc è re erit videre, vt satisfiat obiectiunculis superiùs factis.

PRIMÆ itaque obiectioni, satisfit per id, si respondeatimus: regulam tradi in hac obiectione prima.

Verùm hanc regulam partibus R. non nocere, cum plurifariam attringatur, *vt edocuimus, sub 1. 8. 9. & 10. Decisionis ratione.*

96 Remanet itaque illud tantum (vt nunc de eo nihil dicam, quod haud infimæ notæ Interpretes sint, qui velint, nunquam in causa rum feudalium decisionibus, atq; diffinitionibus, l. quoties. C. de rei vindicat. eiusque decisionibus locum esse. Ita namq; placuit *Hipp. de Marsil. sing. 82. lumit. 1. Zas. in 5. p. tr. feud. n. 16. Molin. in Rubr. n. 39. ff. de verb. obligat. Roman. cons. 70. n. 3. vers. nec obstat secundò, & cons. 298. n. 1. &*

97 *seqq.*) quod exceptio in casibus exceptis frangat, collidatq; regulam. *l. 1. ff. de reg. Iur. Euer. in top. in loc. ab except. ad regul. n. 1. Marant. in l. si potest. n. 203. ff. de acq. hered. Afflict. decis. 3. nu. 9. decis. 239. n. 3. decis. 319. n. 6. decis. 356. n. 2. decis. 359. nu. 7. Cotta in memorial. in v. exceptio. el. 1. Stracch. in tr. de mercat. p. 1. n. 76. Vasq. ill. contr. c. 51. n. 75. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 29 & c. 16. n. 249.*

Eiusdem quoq; valoris, SECVNDA est obiectio.

Negamus enim primò, adesse aliquam etiam literam tantùm, quæ Principem soluta potestate, hic vti voluisse, arguat.

98 Rectè itaq; concluditur, huc non pertinere omnia ea, quæ de soluta Priincipum potestate, tradi solent. Quod enim instrumentum non cantat, nec ego cantabo. *l. si vero. §. de vtro. ff. solut. matrim. l. si seruum. §. prætor aut ff. de acquir. hered. l. fideiussores magistratu. ff. de fideiuss. Coler. in tr. de process. ex. sut. p. 2. c. 3. n. 417. Cephal. cons. 366. n. 7. vbi Curt. Senior. idem tenentem refert.*

99 Nihilq; præter id, quod in instrumento scriptum est, in considerationc haberi debet. *Vti in indumento voluit Bl. in l. vlt. in pr. per ill. text. C. de fals. caus. adiect. l. Cephal. cons. 370. n. 57.*

100 Deinde inficiamur quoq; illud, quod vtraque concessio, vi potestatis ordinariæ Principis, defendi non poterit.

Nam contrarium huius longè est verissimum. Cum iuris sit non incogniti: quod eo casu, cum Princeps, vnam, eandemq; rem, duobus concedit: seu duos, de eodem feudo inuestit: primus rem ipsam, seu ipsum feudum; alter verò, aut æquialens feudum, aut precium feudi iustum consequatur. *Vti est text. in c. 1. §. si facta. ibi Andr. de Isern. nu. 2. Bl. Præpos. Alnarott. Matth. de Affl. Schenck, & feudista communiter, si de feud. defunct. sint sit. Hartm. Pistor. q. 29. n. 2. & 3. lib. 2.*

Non itaq; opus est, vt ad solutam potestatem, hoc in casu conuolemus.

Tertiò: etiamsi Princeps, in concessione sua, expressisset: quod vti soluta potestate voluisset: non tamen adhuc, vsu potestatis huius, R. nocerctur.

Euicimus enim, in PRIMA decisionis ratione, quod in ipso momento concessionis, dominium bonorum B; de quibus hic egimus, in R. sit translatum.

Quapropter iam succedit illud: quod ne 101
vi solutæ potestatis quidem, effici possit, vt ab aliquo dominium rei suæ, absq; causa, quæ publicam vtilitatem præ se fert, auferatur. *Zasius in l. princeps. n. 15. ff. de ll. Vallasc. in Imperium. n. 146. vers. est etiam. ff. de iurisd. om. iudic. Turz. an. com. opin. 42. Cagn. in l. id quod nostrum. n. 15. ff. de reg. Iur. Eman. Soar. com. opin. lit. P. n. 258. Thom. Grammat. decis. 66. n. 2. & 3. Pinell. in Rubr. p. 1. c. 2. n. 24. C. de resc. vendit. Alc. in c. quod sedem. n. 18. ext. de off. ordin. Oddus in tr. de rest. in integr. q. 99. n. 55. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 10. § 1. in pr. n. 12. Cæsar. Lambert. in tr. de iur. patron. lib. 2. p. 3. q. 9. artic. 8. n. 3. Cost. al. in Latem si verberatum. n. 8. ff. de rei vindicat. cum similib. quæ facili negocio adduci possent.*

Quis autem non videt, nullam hic prætexi posse causam, auferendi dominij R; publicam vtilitatem concernentem?

Nec refragatur his illud: quod in Princi- 102
pe causa: seu Principem causa aliqua rationabili motum esse, præsumtio sit. *tradentibus Cyno in l. rescripta. n. 7. ibi Bl. n. 10. C. de precib. Imp. offer. Anton. de But. in c. cum inter. vers. in materia. ext. de renunc. Anton. de Butr. in c. quia plerig, versic. secunda opinio. ext. de immunit. Eccles. Dominic. de S. Gemin. in c. grandi. n. 10. de supp. neglig. prælat. lib. 6. Guilelm. de Perne in tr. de principe. n. 99. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 25. n. 5. Capyc. decis. 166. n. 8. Coler. in suo proces. p. 4. c. 1. n. 32.*

Nam hoc remouetur per id, quod in prin- 103
cipe, quicquam contra ius gentium præsumente, isthæc præsumtio cesset. *Hipp. de Marsil. in l. de vnoquoq;. n. 14. ff. de re iudic. Alc. in tr. præs. reg. 3 præsumt. 8 n. 3. Gail. observat. lib. 2. obs. 58. n. 1. Capyc. d. decision. 166. n. 8. Mascard. in tr. de probat. concl. 276. n. 3. vol. 1. qui alios complurimos huius sententiæ assertas, recensent.*

Iam verò certum est, quod dominia rerum 104
iuris gentium sint. *l. ex hoc iure. ibi DD. communiter. ff. de inst. & iur.* *

Quodque omnia, quæ eò respiciunt, vt 105
quem absq; facto, & consensu suo rei suæ dominio priuent, ius gentium violent, idque impugnent. Etenim id quod nostrum est, absq; facto nostro, à nobis auferri non debet. *l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl.*

§. 1 gl. 18. n. 56 & p. 2. §. 1 gl. 7. n. 20. Conart. var. resol. lib. 1. c. 14. n. 7.

106 Non solum iure Quiritium: verùm etiam iure gentium: quod suum cuiq; tribuere, nobis autor est. *§. iuris præcepta. Inst. de iust. & iur. Vacon. declar. 30 n. 4. Aurel. sent. sur. lib. 3. c. 12. Covnan. comment. iur. lib. 1. c. 2. n. 10. & lib. 5. c. 1. n. 1. Anton. Augustin. lib. de ll. & SCtis c. 3.*

Consequatur itaq; oportet, in his, causa iusta Principem moueri, præsumendum non esse.

TERTIÆ deindè obiectioni, hæc parata est resolutio: quod immissio, quam N; in feuda aperta impetrarat, ex multiplici causa, iam nulla sit.

107 Fieri itaq; nequit, vt istiusmodi immissio, aliquem iuris effectum, ex se gignat. Quod enim de iure nullum est, nullum sortitur, productiq; effectum. *c. non præstat. de reg. Iur. lib. 6. Tiraq. in l. boues Iunct. 1. n. 8. ff. de verb. signif.*

Et vt de nullitate hac, ludices edoceamus: considerandum primò est illud: quod N; aliter B. feuda non sint concessa, quàm si is supremum, absque prole mascula, suscepta, clauderet diem.

108 Quinimò si Princeps, hæc N; aliter concedere voluisset, vtiq; id iure facere non potuisset. Innestitio enim, vt habet recepta opinio, de feudo nondum aperto, aliter facto, quam sub hac verborum conceptione, quod scilicet tum demum vires nanciscatur, cum absque heredibus, diem suum obierit, tum temporis possessor, per se, & ipso iure nulla est. Hocq; iure vsq; adeò vtimur, vt inuestitio, hac clausula omissa, facta, valida non fiat, quantumuis post deindè, nullus feudi possessor heredes superstites reliquerit, sed absque liberis, atque agnatis diem suum obierit. *c. 1 de Aluar. n. 1. in pr. & reliqua Interpretum scholia, qui succeff. feu. Soub. in tr. feud. p. 10. n. 12. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. inuestiura talem. n. 12. Iul. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 14. nu. 1. Mant. Pistor. q. 25. n. 4 lib. 2. Borcholt. in tr. feud. c. 7 p. 1. n. 24. Mozz. in tr. feud. Rubr. de subst. ant. feu quom. acquirant feud. n. 55.*

Negari itaq; nequit, quin hîc præposteratio quædam, ex parte N; interuenerit: quæ firmissimum argumentum præbet, in N. votum captandæ mortis B. fuisse. Hoc autem solum euertit factam immissionem.

Deindè etiamsi N. prætenderet, se ex alio capite, quàm ob concessionem impetratam, viuente adhuc B; in feuda immissum esse: probare tamen idipsum, neutiquam posset.

109 Tres enim ferè causæ sunt, ex quibus ad bona immissionem peruenire solet, rei nomen, aut legatorum seruandorum gratia, vel denique ventris nomine. *l. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Coler. in suo proceff. p. 1. c. 2. nu. 9.*

Nulla harum causarum subest. 110

Iure itaque immissio quoq; ab N; impetrata non fuit. Idq; per argumentum à sufficienti partium enumeratione, quod in iure frequens est, & validissimum. *Euerard. in top. in loc. à suffic. part. enum. nu. 1. Syluan. in tr. feud. q. 1. n. 44. Tomino. decis. 20 nu. 23. Cacheran. decis. 29. nu. 3. Mynsing. obs. 43. cent. 3. Ronun. in l. 1. nu. 391. C. qui adm. Curf. in tr. de expens. cap. 4. nu. 49.*

Tertiò cogitemus quoq; quale illud sit, quod N; se solum immitti curarit: ipso verò defuncto, etiamsi feudum apertum nondum esset, immissio tamen isthæc, respectu filij N; nec non fratris quoque defuncti, qui hodie feuda hæc detinet, nunquam fuerit repetita.

Nam hinc rectè inferri posse censeo, im- 111
missionem hanc, partes hodierni detentatoris, tutari neutiquam posse. Vt enim inter alios acta, alijs aut nocere, aut prodesse possint? Contra id quod scriptum est in *l. sæpe. ff. de re iudic. in Rubr. & nigr. C. int. al. act. l. si cui. §. ejdem. ff. de accusat. c. sum super. ext. de re iudic. Mynsing. consil. 41. n. 4. Ripa resp. 33. nu. 16. Cran. conf. 85. n. 6. Rol. à Valle conf. 85. n. 4. vol. 2. Roncheg. in l. eandem §. 1. n. 4 & ff. de duob. reis.*

Verùm hac, immissionem hanc, vires su- 112
as, ad hodiernum vsque Detentatorem porrigere (quod tamen fieri nequit) non attramen hinc aduersus R; firmia exoriretur præscriptio. Retortione enim R; hic rectè vteretur.

Retortio autem optimus, argumentorum contrariorum euertendorum modus est. *Abb. in c. in omni. nu. 3. per ill. text. ext. de testib. Euerard. in præamb. topic. n. 18. text. c. qui syncera. ibi: ex eorum Codicibus 45 distinct.*

Etenim vndiq; exploratum est; quod ex 113
cautelis insolitis arguatur mala fides. Vti perplures docuerunt, quos refert & sequitur *Mascard. in tr. de probat. conclus. 1002. nu. 64. quibus alios addere operæpretium visum non est.*

Enimverò longè certissimum est, immissiones istiusmodi in feuda viuentium, rem esse rarissimam, atq; insolitam.

Quid itaque hinc sperandum, atque expectandum, quilibet per se concludere poterit.

Sic quoque vlterius, iuris incerti non est: 114
quod quis per id, quod de iure suo dubitans, remedium quærit, in mala fide constituatur. *Vt rursus Socin. Balbo, & alijs autoribus præeuntibus concludit Mascard. d. concl. 1002. num. 48.*

Quis autem dubitat, si eiusmodi immissionem factam audierit, quod N; de iure suo admodum dubitarit, quodque illipsi iuris, quo iure, qua iniuria, robur addere voluerit?

115 Inefficax itaq; planè, atque infrugifera, immiſsio hæc erit. Etenim ſciens rem ad alterum, meliori iure pertinere, in mala fide conſtituitur, vnde non præſcribit. *c. vigilanti. & c. vlt. ext. de præſcript. c. poſſeſſor. ibi Couarr. de Reg. Iur. hb. 6. Balb. in tr. de præſcript. 2. p. 3. p.p.q. 2. n. 2. Pinel. in auth. tricennale n. 56. C. de bon. matern. Vasq. ill. controu. c. 79 n. 1.*

Neq; verò excuſabit ſe, hodiernus bonorum poſſeſſor, per id, quod attamen immiſsionem hanc, non ipſe, ſed N. defunctus, frater eius impetrarit.

Nam aduerſus hoc regeritur illud: quod alterum horum verum eſſe oporteat: quod aut præſens feudorum horum poſſeſſor, vtatur ad præſcriptionem complendam acceſſione eius temporis, quo in feudis B; ipſis adhuc viuentibus, N. defunctus fuerat.

116 Sin itaque vtitur huius temporis acceſſione, audiet quoque illud ſucceſſori, qui acceſsione temporis, quo autor ſuus rem poſſederat, vti vult, malam fidem autoris, omninò nocere. *l. cum heres. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. an vtinam. ff. eod. tit. l. Pomponius. §. cum quæ. ibi Br. nu. 1. Iaſ. n. 20. & 21. ff. de acquir. poſſ. Pract. Papienſ. in form. poſſeſſor. act. in v. item quod dictus Andreas. nu. 2. cum ſeqq. Balb. in tr. de præſcript. 2. p. 3. p. p q. 12. n. 11. Tiraq. in tr. de præſcript. gl. 2. verſ. nec ſufficit.*

Aut ſi non vtitur, ceſſabit rurſus præſcriptio omnis.

Non enim numerum triginta annorum, ad iſtiuſmodi præſcriptionem neceſſarium, explere poterit.

117 Quid? quod abſque poſſeſsione non procedat præſcriptio. *c. ſine poſſeſſione de regul. iur. lib. 6. l. qui in ſemtute eſt. ff. eod. tit. c. porrò 16. quæſt. 3. c. cauſam quæ. extr. de præſcript. l. vnic. C. de vſucap. tranſform. Inſt. de vſucap. in pr. l. 1. & 3. ff. eod. tit. Vasq. ill. controu. c. 57. n. 1. Coraſ. miſcell. lib. 6. c. 21. n. 2.*

Cum attamen, hi detentatores, gloriari nequeant, ſe vnquam poſſeſsionem bonorum, per mortem vltimi ex B. adapertorum, fuiſſe aſſecutos.

118 Cum iuris incogniti non ſit: quod immiſsio poſſeſsionem non det, ſed nudam ſolùm detentionem pariat. *l. 3. §. vlt. ff. de acquir. poſſ. c. conting. t. extr. de dol. & contumac. toto tit. extr. de eo qui mitt. in poſſ. ff.*

119 Ex eo namque fit, quod in poſſeſsionem miſſo, interdictum vti poſsidetis non detur. *Br. in d. l. 3. §. vlt. n. 5. ibi Iaſ nu. 10. ff. de acquir. poſſ. & latiſsimè tradit Menoch. in tr. de remed. poſſ. rutin. remed. 3. c. n. 163.*

Adhæc præſcriptio quoq;, bonorum feudalium, peculiare quid habet, præ reliquis præſcriptionum generibus.

120 Etiamſi enim omnia reliqua, ad præſcriptionem iuſtam, requiſita concurrerint: non tamen præſcriptione, feudum adipiſci poſſunt, niſi, ad minimum, vnica ſaltem vice, domino, ſeruitia, præſcribens, huius feudi nomine præſtiterit.

Pro vt hoc, quod ſcilicet, ad præſcriptionem feudi, & tricennalis poſſeſsio: & ſeruitiorum vnica ſaltem præſtatio requiratur. *in ſpecie decidit aliosq, in id veluti Baldum, & Rolandum a Valle allegat Borcholt. teſtu locupletiſsimus, in ſuo tractatu feudali. cap. 7. p. 3. eius capitu. nu. 4. Mozz. in tr. feud. Rubr. de ſubſt. & quom. conſt. feud. num. 30.*

Collabitur itaque rurſus præſcriptio. Cum pars aduerſa, nunquam condoceſacere poſſit, quod feudi Domino, horum feudorum nomine, antè triginta, vel ſaltem viginti annos, nunquam inſeruierit.

Quarta obiectio de ſimultanea inueſtitura, B. viuentis, & N. ſecundò inueſtiti loquitur.

Verùm & hæc operationis nullius eſt. Cum aduerſus eam parata iam ſit Retortio.

Etenim niſi timuiſſet N; ne vinci poſſet, à primo inueſtito R; nunquam cogitaſſet, vt ſimultaneam (vel ſi mauis dicere ſimulatam) hanc inueſtituram adipiſceretur.

Iſtiuſmodi autem timor, ſiue rei alienæ ſcientia, tollit remedium, quod ex l. quoties. C. de rei vind. prodit.

Præterea expendendum quoque illud erit: quod ſimultanea hæc (ſi Dijs placet) inueſtitura, ſemel mortuo N; reſpectu filij eius, qui deinde prole non ſuſcepta, quoque moriebatur: ſicuti, & reſpectu detentatoris hodierni, nunquam fuerit renouata.

Nam hinc colligere promtum iam eſt, 121
diſparuiſſe in totum, inueſtituram hanc ſimultaneam.

Propterea quod iuris ſit quotidiani: quod inueſtitura, morte inueſtiti ceſſet: proindeque à ſucceſſoribus defuncti, intra annum, & diem, niſi feudum amittere maluerint, denuò petenda ſit. *c. 1. in pr. ibi Bl. in pr. & relaq. feud. quo tempor. mil. c. 1. §. præterea. el. 1. de probib. feud. alien. per Frider. Inſ. Clar. recept. ſentent. §. feudum. quæſt. 49. nu. 1. Ferrar. Mont. lib. feudorum. 3. c. 6. Iohan. Thomas de Marin. in tr. de genet. & qual. feud. tit. 2. §. conſtitutio regni. nu. 40. & ſeqq. Marin. Freccia in tr. de ſubfeud. lib. 2. Rubr. de aut. & poteſt. baron. §. 3 autoritas. n. 7. Guido Papæ. deciſ. 164. n. 1. Aug. conſil. 371. n. 1.*

Quod non ſolùm in alijs inueſtitura- 122
rum generibus, ſed & in ſpecie in inueſtitura ſimultanea, verum eſt. Nam & illa quotieſcunque caſus contigerit, innouari debet. *Vti poſt Schurff. quem ſequuntur decidunt Lupſ. in ſuo conſ. quod habetur poſt quæſt. Piſtor. 20. n. 20 lib. 2.*

Deniq;

123 Deniq; vt ritè procedat, exoriaturq; inuestitio simultanea, necesse quoq; est: vt in ea vicissitudo, seu reciprocatio quædam, intuitu simultaneè inuestitorum insit (verſamle ich dich zu mir in meine lehen: ſo biſtu ſchuldig/ mich zu deinem lehen hinwiderumb zuuerſamlen) *Vtin ſpecie decidunt Lupſenſan ſuo conſ. quod legitur poſt quæſt. Hartm. Piſtor. 20. n. 22 lib. 2.*

Iam verò tempore huius simultaneæ inuestiturę, N. nulla feuda habuit, de quibus vicissim inuestiretur B.

Dic itaq; obsecro, qualis hæc, inuestitio simultanea sit? & proindè, consistere nescit, QVARTA quoq; obiectio.

124 QVINTVM deniq; contrarium diluitur per id: quod inuestitio in casum mortis (quæ & aliàs inuestitio de caducitate succeſsionis appellatur. *Bl. in c. 1. §. 1. ante. n. 1. verſ. ad quorum, de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Aſſl. in c. 1. n. 4. qui ſucceſſ. teneant Hartm. Piſt. q. 25. n. 1. lib. 2.*) verè non nisi ius ad rem, non autem in re, taliter inuestitio, tribuat. *Vti habet quintum partis aduerſæ fundamentum.*

Sed hoc ita, nisi inuestitionem eiusmodi Princeps fecerit. Tunc enim, cum simul cum Principis gratia, atq; concessione transferatur dominium rei, de qua fit gratia, seu quæ conceditur. *Vti abundè ad primum fundamentum R. demonſtratum eſt.*

Fieri nequit, quin eiusmodi inuestitio, ius in re tribuat, actionemq; realem, verbi gratia, rei vindicationem, aut Publicianam producat. Quorsum enim aliàs transferretur dominium, aut quid dominium translatum esse, iuuaret?

125 Vt taceam duas hic, aliàs concurrere, quas vocant, specialitates; dominium nempè absque traditione translitum facere (dominum deinde actionem in rem non habere: contra id, quod lege proſpectum, diffinitumque est: duas circa idem specialitates, concurrere non debere. *l. 1. C. de dot. promiſſ. Neguz. in tr. de pignor. 2. p. p. n. 26. verſ. nec obſtat. Gomez. var. reſ. lib. 1. c. 2. n. 16. ubi Eman. Soar. an addit. Cont. lect. ſubſect. lib. 1. c. 6. n. 1. Couarr. var. reſ. lib. 3. c. 19. n. 1. Oldrad. conſ. 79.*

126 Neq; verò tibi facilis ero, in admittenda obiectione hac: quod Principis appellatio, in excellentiori significatu, hoc in loco accipienda sit, Vt nimirum solùm Imperatorem, & Papam, reliquis Regulis remotis, atq; exclusis complectatur. *Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. Princeps Pedemontium. Boſſ. in tr. de Principe. n. 1. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 174. n. 2.*

127 Si enim hinc astruere conatus fueris, quæ de dominij translatione, ex Principis concessione, iure constituta sunt, ad principes inferiores, porrigenda non esse, respondebimus tibi: appellatione Principis, etiam Duces, marchiones, & comites contineri. *gl. Clement. 1. in v. regnum. ibi Ioh. de Imola. n. 7. de Bapt. Iacob. de S. Georg. in d. v. Princeps Pedemont. Boſſ. d. tr. de Principe n. 1. Sichard. in l. ex imperfecto. n. 5. C. de teſtam.*

Hosce item Principes, ratione sui territorij, iuribus Imperatorijs frui, & nil quicquam ab Imperatore, nisi ambitus ratione, ceu scapha à naui differre. *Bl. in Rubr. quæ ſint regal. n. 1. Cacher. deciſ. 88. n. 17. Borcholt. tr. feud. c. 5. n. 37. vbi hanc communem eſſe ſententiam teſtu eſt Borch. in c. 1. n. 8. quæ ſint regalia. Coler. in ſuo proceſſ. p. 1. c. 2. n. 280. Ioh. de S. Iulia int. conſ. Bruni. conſ. 1. n. 7.* *

Hosce denique Principes, nec enim per 128
emendicata ire suffragia iubet, non minus ac supremi illi, simul ac rem aliquam dederint, vel concesserint, absque vlla traditione alia, dominium eiusdem rei transferre. *Vti in iudiuduo volunt Gail. d. obſ. 55. lib. 2. dum loquitur de Principe, quo nomine Principes inferiores comprehendere ſolet. Imperatorem enim Cæſarix appellatione, ſemper & vbiq; denotat. Roman. conſ. 298. n. 2. dum ibi de Duce quopiam illuſtriſſimo loquitur.*

Nauci itaque facienda est institura obiectio.

Euicimus iam ex inuestitione Principis, 129
de feudo alicuius in casum mortis, actionem rei vindicationis nasci. Consequatur itaque rursus oportet: eam quoq; actionem realem esse & contra quemcunq; possessorem, & detentatorem dari. *§. omnium Inſt. de actionib.*

Deindè consequitur quoq; illud: quod 130
hæc actio ex parte actoris, dominium rei, quæ petitur, desideret. *l. in rem in pr. ff. de rei vindic. gl. vlt. in d. §. omnium. ibi Iaſ. n. 66. Inſt. de actionibus. gl. 1. in l. vnic. ibi Br. C. de alienat. iudic. mut. cauſ. facti. Pract. Pap. in form. lib. in act. real. in v. iure domini vel quaſi Borch. in §. etſi in rem. Inſt. de offic. iudic. Ioh. Criſp. de Montib. in term. gll. nu. 127. Placent. de rei vindicat. lib. 1. tit. 4. verſ. dicendum. Borch. de acquir. poſſ. c. 5. n. 9.*

Sed & ipsum ex prima omnium inuestitione, in casum mortis, ex Principis concessione, R. consecuti iam fuere.

Tertiò ex parte quoq; rei possessorem vel 131
detentatorem sibi deposcit. *l. qui petitorio in pr. & l. officium. ff. de rei vindicat. l. 1. ibi Br. C. vbi in rem actio. d. l. vnic. C. de alienat. iud. mut. cauſ. facti. Iaſ. in d. §. omnium. nu. 67. Inſt. de action. Pract. Pap. in form. interr. fiend. cum reo. in act. real. v. vel etiam detentator. n. 1. m for. lib. in act. real. in v. tenet & poſſidet n. 1. Borcholt. Criſp. & Placent. vti ſupra.*

Sed & detentatores hic habemus, quos conueniamus.

Vtili itaq; rei vindicationis actione, R; 132
suum consequi posse, non diffido.

Nec remoratur me illud, quod attamen de bonis feudalibus hîc res sit.

Hic enim scrupulus tollitur, per expreſ- 132
sam iurium feudalium dispositionem, quæ habet: quod vtilis rei vindicatio, vasallo, vt feudum consequatur, tam contra quoſ-

cunq; , quàm etiam contra ipsum feudi dominum detur. *c.vnic. §. res autem. ibi Alvar. n. 6. de inuest. de re alien. facit. Zas. in tr. feud. p. 6. n. 37. Ferrar. Montan. lib. feud. 5. c. 3. in pr. Curt. in tr. feud. in 1. p. p. quæst. 10. Clar. recept. sent. §. feudum. q. 89. Borcholt. in tr. feud. c. 9. n. 1. Duar. in tr. feud. c. 18. nu. 1. Mozz. in tr. feud. Rubr. quæ actio oritur ex feudo. nu. 3.*

Quare nos vlterius, hac in re, solicitos esse, non oportet.

Atq; hanc quæstionis huius resolutionem, veram, iuriq; esse consentaneam, omninò crediderim. F. P. D.

De eadem facti quæstione, interrogati Domini, Lipsensis Academiæ Iureconsulti, sic responderunt:

S. F. D. Z. E. vnd Erent. gute freunde / als jhr vns einen fall / sampt einer außführlichen deduction zugeschickt / vnd euch des Rechten darüber zuberichten gebeten: Demnach erachten wir inntenbenante / nach fleissiger verlesung / vnd erwegung derselben / darauff im Rechten zusprechen sein / das jhr wider N. als jetzigen Innehaber / der B. seligen Lehengüter / vrtlem rei vindicationem, aus denen von euch angezogenen Rechtsgründen vnd argumenten zu intentiren wol befuget: er euch auch dieselbige abzutretten / vnd sich an den Lehenherrn zuhalten / schüldig. V. D. W. vrkundlich / &c.

CONSILIVM XL.

SVMMARIVM.

1. *Emtio & venditio cum pacto de retrouendendo, tanto magis ab vsurariæ prauitatis excusantur, si emens vsuris deditus non erat.*
2. *Pactum de retrouendendo facilè arguit atq; indicat contractum esse vsurarium, si præterea accesserit id, quod mutuum ab initio, deinde in emtionem & venditionem conuertebatur.*
3. *Pactum de retrouendendo adscriptum, in eodem instrumento, in quo contractus principalis continebatur, excusationem à fœnore præstat.*
4. *Redituum annuorum emtio ita est moderanda, vt reditus annui vsuras quincunces non excedant. siue vt non minus vno floreno, pro viginti florenis numeretur, ex Nouellis Imperij constitutionibus.*
5. *Vsuræ semisses in Marchia Brandeburgica licitæ.*
6. *Contractus omnis licitus, etiam quo ad prauitatem vsurariam censetur, quem consuetudo approbat. etiamsi altàs & præter consuetudinem istam illicitus foret.*
7. *Contractus nullus illicitus est, si eum viri graviores celebrare solent.*
8. *Contractus annuorum redituum suspectus non est, si eum in regione quapiam celebrari, visitatum atq; consuetum est.*
9. *Contractus annuorum redituum in Germania receri non soler, etiamsi quandoq; octo vel decem etiam, pro florenis centenis pendantur.*
   Id quod procedit etiam secundum ius Canonicum. n. 10.
10. *Contractum annuorum reditumm fieri licitum ex consuetudine, sunt qui intelligant, quo ad effugiendas tantum pœnas, vsurarijs dictatas: non autem quo ad id, quod non subsistat propter ea ipse contractus.*
    Videatur autem n. 12.
13. *Contractus longè facilius iudicatur illicitus atq; vsurarius, si quidem celebratus fuerit, in loco, vbi vsuras exercere vetitù non est. Quod declaratur. n. 14.*
15. *Emtio cum pacto de retrouendendo excusatur planè, si relutio rei, ad ipsum modum venditæ, ad arbitrium venditoris fuerit collocata.*
    Extenditur, vt procedat, etiam ex iure Nouellarum imperij.
16. *Læsio frustra allegatur aduersus consensum geminatum.*
17. *Læsus is dici non potest, qui rem tam carè vendidit, vt etiamnum, nemo sit, qui eam pluris emere velit.*
18. *Contractus palam celebrato, accedente præterea magistratus assensu, euanescit vsurarum suspicio.*
16. *In læsione rectè diiudicanda, etiam quo ad emtionem redituum annuorum, tempus contractus inspiciendum.*
    Extenditur vt procedat etiam in contractibus tractum successiuum habentibus, dummodo hi proficiscantur ex causa onerosa. n. 20.
21. *Precium hereditarium vulgò ein Erbkauff viginti quatuor modiorum siliginis: Item auenæ in Marchia Brandeburgica, quod.*
22. *Pactum de retrouendendo semper rei precium non imminuit.*
    Etiam ad quartã vsq; precy partem. n. 23.
24. *Fructus intelliguntur deductis expensis.*

25. *Em-*

25. Emtor cum pacto de retrouendendo, fructus in sortem computare non cogitur.

DE illo vir strenuissime atq; nobilissime Domine & amice, qua par est obseruantia colende, negocio, quod tibi cum isto homine N. est, sic sentio: Defendi illud ture scripto, quo vtimur, non posse, sed ad mores nostræ regionis omnino vt tueamur illud, consuluisse. Nam etsi plæraq; iuris communis quoq; adminicula, quibus hunc contractum à prauitate (vt loquuntur) vsuraria vindicemus, in auxilium accire possimus: veluti, quod vir ille summus socer tuus, piæ memoriæ, longè alienissimo, quandiu viueret, ab vsuris fuerit animo. Quo casu difficilis longè quàm aliàs, contractum emtionis, sub pacto de retrouendendo vsurarium esse, statuunt iura, eiusdemq; interpretum maior pars. *Iacob de Aren. Dyn. Cyn. & DD. ad l. 3 C. plus val. quod agitur. Affl. decis. 40. n. 18. Thom. Gram. decis. 76. n. 27. Graff. recept. sent. lib. 1. c. 13. q. 8. Hippol. Bonacoss. comm. opin. v. contractus. p. 1. Præd. Pap in for. lib. in caus. vendit. in v. coram vobis. n. 3. Gomez. var. res. lib. 2. c. 2. n. 27. Cott. in memoral. in v. pactum el. vlt. Zoanett. ad l. 2. n. 46. & seqq. C. de pact. int. emt. & vendit. Cacher. dec. 42. n. 7. Coraſ. miscell. lib. 3. c. 9. n. 7. qui hanc esse communem interpretum sententiam effatur. Angel. Aret. conſ. 116. n. 9. Alex. de Neuo. conſ. 59. n. 2. qui hanc communem attestatur. Berous. conſ. 169. n. 18. Burſ. conſ. 117. n. 12. & conſ. 144. n. 10. vbi hanc receptionem esse atteſtatur Ceph. conſ. 289. n. 36. Tib. Decian. conſ. 105. n. 3. & 29. vol. 2. & vel sexcentos in id adduxit Tiraq. in tr. de vt. retr. in præfat. n. 5.*

Etsi item non conſtet, an ab initio mutuum celebrare Noſtri Contrahentes voluerint: quod deinde in emtionem & venditionem cum pacto de retrouendendo fuerit conuersum. Id quod rursus, ab affinitate cum vsuris, contractum excuſat. *Bl. in l. 3. poſt pr. C. plus val. quod agit. Cotta in memorab. in d. 2. pactum. el. vlt. Ludou. Roman. ſing. 363. Didac. Perez. in addit. ad Segur. ad l. 3. §. vlt. n. 6. in addit. quæ incipit, adde omnino. verſ. contractum factum. ff. de lib. & poſtum. Zoanett. ad d. l. 2. n. 63. & ſeqq. C. de pact. int. emt. & ven. Cald. ad l. ſi curatorem. in v. ſua facilitate. n. 6. C. de reſt. in integr.*

Etsi deniq; in illo ipso instrumento, quod de principali contractu conscribebatur, hoc quoq; pactum de retrouendendo: non verò in aliquo alio, peculiariq; instrumento appositum legatur. Id quod iterum omnem simulationis suspicionem aufert atq; abstergit. *Iob. Andr. in d. c. ad noſtram, ext. de emt. & venditio. Pyrrh. Angleberm. ad conſuet. Aurel. tit. de ſociet. int. vir. & vxor. c. 9. ad fin. Alex. conſ. 54. n. 1. v. concurrit. & alia vol. 6. Corn. conſ. 41. vol. 3.*

Attamen hæc omnia satis non esse, vt contractum noſtrum, à vitio omni defendere queamus, putarim. Etenim vt habent Nouellæ imperij constitutiones, vsurarium est, in emtione redituum, si minus pro vno floreno, quàm viginti floreni, precij nomine dentur: seu quando id, quod emitur, vsuras quincunces, hoc est, quinq; pro centum, excedit. Proindeq; pro non adicto idipsum habebitur, nulla item actio eo nomine dabitur, sed & reductio ad pensionem iustam, siue quinq; pro centum, fiet. *Receſſ. comitior. Auguſtanor. anno 1530. tit.* von wucherlichen contracten. *in fin. Reform. ordinat. Polit. Imperij Auguſtæ Vindelicorum An. 1548 lata tit.* von wucherlichen contracten. §. vnd nach dem die widerkauffsgüter. *Sacri Roman. Imper. Ordinatio Politica Francof. ad Mæn. promulgata tit.* von wucherlichen contracten. §. vnd nach dem die widerkauffs güter. *Gail. obſ. 5. n. 11. obſ. 7. n. 15. & obſ. 9. n. 1. lib. 2 Petr. Denayſ. in tr. de iur. cam. Rubr. contractus vſurarij & illicet. n. 4. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer extrahend. lib. 2. c. 7 2. n. 2.*

Quare vt anteà monui, defensio huius contractus, ex solis regionis noſtræ moribus, petenda est.

Nam cum alibi quincunces tantum vsuræ siue quinque in centum permissæ sint, nos in Marchia Brandeburgensi, vsuris semissibus, siue sex in centum licitè fruimur, *ob edicta, conſtitutiones, Principum Noſtrorum Illuſtr. in id latas.* 5

Sed & illud controuersia caret, quod tum temporis cum contractus is, de quo agimus initretur, longè fuerit vsitatissimum, viris etiam vitæ integerrimæ inter Noſtrates, centũ thaleros imperij, pro 24. frumenti modijs, addito de retrouendendo pacto, numerare. Vsitatum item fuit principibus Electoribus Brandeburgicis illum ipsum contractum consensu suo confirmare. *Id quod complurimis comprobare exemplis, ni res in ore omnium esset, labor aut opus non esset.* 6

Qui igitur socero tuo, idipsum facere denegaretur? aut qui contractum hunc properè illicitum esse iudicaremus? Nemo enim est, qui nesciat: omnem contractum licitum esse, etiam ad prauitatem vsurariam quod attinet, quem admittit consuetudo: licet præter hanc consuetudinem illicitus atque irritus esset. *l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. & ibi Br. n. 1. ff. de ædil. edict. Alex. conſ. 39. poſt pr. vol. 3. Cæp. conſ. 8. col. vlt. Cæp. in tr. de ſimul. contract. in caſus poſitione. col. 2. & ruſus. 5. caſ. pr. col. penult. Bertachin. in tr. de epiſc. lib. 3. p. 1. q. 14. Tiraq. in tr. de pœn. cauſ. 42. n. 8. Coler. in tr. de proceſſ. executi. p. 1. c. 10. n. 82. & 83. qui Lutheri autoritatem in id adducit.* 7

Nemo rursus ignorat: nullum contractum illicitum esse, qui viris grauioribus frequens est. At vice versa, reijci omnem contractum, quem viri integritate morum conspicui non receperunt. *Bl. ad l. vnic. q. 3 C. de his quæ pœn. nom. Bl. conſ. 487. in fin. lib. 1. Cranet. conſ. 6. n. 3. & conſ. 327. n. 10. Oldr. ad conſ. 207. ad fin.*

1 Nam etsi plæraq; iuris communis quoq; adminicula, quibus hunc contractum à prauitate (vt loquuntur) vsuraria vindicemus, in auxilium accire possimus: veluti, quod vir ille summus socer tuus, piæ memoriæ, longè alienissimo, quandiu viueret, ab vsuris fuerit animo. Quo casu difficilis longè quàm aliàs, contractum emtionis, sub pacto de retrouendendo vsurarium esse, statuunt iura,

** eiusdemq; interpretum maior pars. *Iacob de Aren. Dyn. Cyn. & DD. ad l. 3 C. plus val. quod agitur. Affl. decis. 40. n. 18. Thom. Gram. decis. 76. n. 27. Graff. recept. sent. lib. 1. c. 13. q. 8. Hippol. Bonacoss. comm. opin. v. contractus. p. 1. Præd. Pap in for. lib. in caus. vendit. in v. coram vobis. n. 3. Gomez. var. res. lib. 2. c. 2. n. 27. Cott. in memoral. in v. pactum el. vlt. Zoanett. ad l. 2. n. 46. & seqq. C. de pact. int. emt. & vendit. Cacher. dec. 42. n. 7. Coraſ. miscell. lib. 3. c. 9. n. 7. qui hanc esse com-*

* *munem interpretum sententiam effatur. Angel. Aret. conſ. 116. n. 9. Alex. de Neuo. conſ. 59. n. 2. qui hanc*

* *communem attestatur. Berous. conſ. 169. n. 18. Burſ. conſ. 117. n. 12. & conſ. 144. n. 10. vbi hanc receptio-*

** *rem esse atteſtatur Ceph. conſ. 289. n. 36. Tib. Decian. conſ. 105. n. 3. & 29. vol. 2. & vel sexcentos in id adduxit Tiraq. in tr. de vt. retr. in præfat. n. 5.*

2 Etsi item non conſtet, an ab initio mutuum celebrare Noſtri Contrahentes voluerint: quod deinde in emtionem & venditionem cum pacto de retrouendendo fuerit conuersum. Id quod rursus, ab affinitate cum vsuris, contractum excuſat. *Bl. in l. 3. poſt pr. C. plus val. quod agit. Cotta in memorab. in d. 2. pactum. el. vlt. Ludou. Roman. ſing. 363. Didac. Perez. in addit. ad Segur. ad l. 3. §. vlt. n. 6. in addit. quæ incipit, adde omnino. verſ. contractum factum. ff. de lib. & poſtum. Zoanett. ad d. l. 2. n. 63. & ſeqq. C. de pact. int. emt. & ven. Cald. ad l. ſi curatorem. in v. ſua facilitate. n. 6. C. de reſt. in integr.*

3 Etsi deniq; in illo ipso instrumento, quod de principali contractu conscribebatur, hoc quoq; pactum de retrouendendo: non verò in aliquo alio, peculiariq; instrumento appositum legatur. Id quod iterum omnem simulationis suspicionem aufert atq; abstergit. *Iob. Andr. in d. c. ad noſtram, ext. de emt. & venditio. Pyrrh. Angleberm. ad conſuet. Aurel. tit. de ſociet. int. vir. & vxor. c. 9. ad fin. Alex. conſ. 54. n. 1. v. concurrit. & alia vol. 6. Corn. conſ. 41. vol. 3.*

4 Attamen hæc omnia satis non esse, vt contractum noſtrum, à vitio omni defendere

8 Atq; ita in specie, quod contractus annuorum redituum, etiamsi aliàs foret suspectus: fœneraticius attamen censeri non debeat, si ciusmodi contractum, in certa quapiam regione celebrare, esset vsitatum atq; consuetum. *decidit Bl. d.l. 1. q. 3. C. de his quæ pœn. nom. Tiraq. de vt. retr. p. 2. ad fin. tit. n. 132. cum præcedent. vbi n. 131. Dom. Philippi Melanchtonis autoritatem in id allegat. Borch. in tr. de vsur. c. 5. n. 16. & 17. Rol. a Vall. conf. 55. n. 42. cum seq. vol. 1. Tiber. Dec. conf. 2. n. 83. vol. 1.*

9 Sic quoq; valere eum contractum & minimè prauitate vsuraria depraua tum censeri debere, quo in Germania creberrimo contrahentium more, quandoq; octo vel decem annuorum redituum, pro precio centum coëmuntur, eo quod ita consuetudine quadam introductum sit, *in indiuiduo scriptum reliquit Tiber. Dec. d. conf. 2. n. 80. vol. 1. per l. quid ergo. §. 1. ibi: cum vsuris trientibus, vel iis, quæ in regione obseruantur. ff. de contr. & vtil. act. tut. l. Tutor qui repertorium. §. sed etsi negarit, ubi secundum morem pronuncia præstabit vsuras. ff. de adm. tut. & l. apud Iul. §. in vsurarum. ff. de legat. 1. cum simil. alijs per Dec. ibid. a quibus.*

10 Id quod verum est non solùm, si ad iura ciuilia respexeris: verùm etiam, si iuris Canonici sanctiones, ob oculos habueris. *Tib. Dec. d. conf. 7. n. 87. vers. item quod prædicta. vol. 1.*

11 Nec obstat, quod tamen aliqui reperiantur, qui id, certo tantum respectu, & quo ad eximendum quem à pœnis, fœneratoribus dictatis, non autem quod ob id, contractus valere incipiat: procedere posse arbitrentur. *Vti Angeli, & Antonij Burgensij autoritatibus in id adductis, autor est, Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 2. ad fin. tit. n. 129. vers. sed caue.*

21 Nam Tiraquellum ipsum mutare & nos incertos relinquere: quandoquidem in numeris seqq. plærag; huic opinioni contraria afferat, vides. Interim autem certo & indubitanter in scripta immisit Decianus: quod hæc vera sint, atq; obtineant, non solùm ratione pœnarum, verùm etiam ratione validitatis ipsius contractus. *Tiber. Decian. d. conf. 2. d. n. 51. vol. 1.*

13 Sic quoq; his negocium non facessit illud: Proniores nos esse debere ad iudicandum, contractum vsurarium & illicitum esse: siquidem in tali loco vbi vsuras exercere vetitum non est, fuerit initus atq; perfectus. *Vti docet Zoanett. ad d. l. 2. n. 63. C. de pact. int. emt. & vend. per l. quod si uolit. §. manipia. ff. de ædil. edict.*

14 Lequitur enim Zoanettus in diuersis planè, aq; nostris longe separatissimis terminis: veluti de tali cõtractu quem improbum tantum fœnus exercentes: non autem ij, qui honestatis fama, autoritateq; reliquos antecellunt, palsim celebrare, erant assueti. *Vti ex Zoanett. ibidem sub n. 65. aperte videre est.*

Porrò iuuat quoq; contractum nostrum illud, quod venditori, primo etiam anno tantum elapso, fas atq; integrum fuerit, contractui renunciare, & rem eum pacto de retrouendendo venditam redimere.

Etenim remotior longè ab omni vsurarum 15
suspicione, ea cum pacto de retrouendendo facta emtio est, cuius reluitio venditori soli, quandocunq; libitum fuerit, referuatur. *tradente in indiuiduo Alex. de Imol. d. conf. 54. n. 1. vers. & hoc quando. & ibi Carol. Molin. in addit. vol. 6.*

Quod ipsum etiam, per ius Nouellarum constitutionum imperij sancitum est. *Ordinatio Politica Augustæ Vindelicorum anno 1548. lata Rubr.* von wucherlichen contracten. §. vnd nachdem *Petr. Denaysd. tr. de iur. Camer. Rubric. contract. vsurar. & illicit. n. 4. Frider in tr. de proceff. in Camer. extrah. lib. 2. c. 7. n. 4. vers. tertium requisitum.*

Quid quod ante duodecim plus minus annos, ipse tu venditorem admoneueris vt quos vendidisset reditus, quando vellet reluereret, ne quam rei familiaris iacturam sufferre cogeretur? quid quod etiam num idipsum facere paratus sis? Quid quod ipse tum temporis retcripserit, non placere sibi reluitionem: sed et te posthac, bona eius pace, hisce reditibus vsurum, fruiturumq;? quid denique quod neminem in præsentem vsq; diem reperire potuerit, etiamsi enixè in id elaborarit, qui hosce reditus, eodem etiam precio, tantoq; minus cariore coëmere vellet?

Nam hinc, sic rectè ratiocinabimur: illum 16
aduersus consensum geminatum, erroris, lœsionis, circumuentionisq; allegatione, amplius vti non posse. *c. si quis natus. & ibi gl. ad v. reuerata. 2. q. 3. gl. ad c. literis. in v. admonita. ext. de diuort. Alex. ad Lymic. n. 2. C. de error. calcul. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 21. gl. vnic. n. 5. & 7. Dec. consil. 185. n. 10. Cephal. conf. 443. n. 3.*

Item lœsum eum dici non posse, qui rem 17
tam carè vendidit, vt nemo etiamnum hodiè reperiatur, qui pluris emere velit. *per gl. in l. mortis causa capimus. §. vlt. ff. de donat. caus. mort. Br. in l. si seruus. n. 7. ff. de condict. furt. Alex. in l. precio retum. n. 3. ff. ad l. Falcid. Iaf. ad l. 1. §. si heres. n. 9. ff. ad S. C. Trebellian.*

Accedat adhæc, quod hæc omnia palam 18
& bona fide, à socero tuo vito præstantissimo, gesta fuerint, quinetiam ipsius principis consensus accesserit. Nam & per id, vsurarum suspiciones, maxima ex parte diluuntur. *Eum ipse tutor. C. de contrah. emt. l. palam. ff. de rit. nupt. Tiraq. de vtr. retract. p. 2. ad fin. tit. d. n. 129. Capol. in tr. de simulat. contract. præsumt. 20. Tiber. Decian. consil. 2 n. 92. vol. 1.*

Nec est quod causetur quispiam, te attamen hoc pacto, vel bis vsuras centesimas, vel amplius etiam, siue vltra viginti quatuor in singula centum consecuturum. Cum omnes sciamus, viginti quatuor frumenti modios, quos centum vel circiter Ioachimicis emeras, hisce annis, 24. Ioachimicis aut etiam florenis aureis diuenditos fuisse.

Nam

Nam & hoc diluere, graue non est. Non enim in vero huius frumenti valore diffiniendo, oportet inspicere præsens, vel proximè præteritorum annorum tempus: sed tempus contractus tantum. *l. si voluntate in fin. C. de rescind. vend. & cum dilecti. ponderando verba: tunc valentem. ext. de emt. & vendit. Br. in l. 2. ad fin. & ibi Pinel. p. 1. n. 15. & Gourr. in verf. agitari hic commodè potest. C. de rescind. vend. Guid. Pap. decis. 157. Carol. Molinæ tr. de vsur. n. 715. & 724. Cacheran. decis. 42. nu. 5.*

20 Id quod verum est, etiam in ijs contractibus, qui tractum temporis successiuum (vt loquuntur) habent, dummodò ex causa onerosa oriantur atque proficiscantur. *Abb. in c. quantò. n. 9. vers. Innocentius tamen. ext. de censib. Ias. in l. quæ minus. n. 140. ff. de flumin. Mascard. in tr. de probat. concl. 96 2. n. 9.*

Constat autem sub id tempus, quo præsens fiebat redituum cum pacto de retrouendendo emtio, frumenti modium, pluris quàm octo, nouem aut ad summum decem grossis, diuenditum non fuisse.

Quinimò si rectam, veri precij computationem inire voluerimus, non id inspiciendum erit, quid modius frumenti valuerit, sed quanti, si in perpetuum (im Erbkauff) vendatur, diuendi potuerit.

21 Vbi rursus exploratum est, omnibus pro 24. modijs siliginis, hac hora etiamnum, quid amplius ducentis florenis Marchicis, siue centum quinquaginta Ioachimicis, pro 24. modijs auenæ vero quid amplius centum florenis Nostratibus, siue septuaginta quinq; Ioachimicis, non numerari.

A quo precio id, quod Socer tuus numerauerat, non multum, si præsertim onerum quoq; reliquorum, quæ emtio hæc secum trahit, habeatur ratio, distat.

22 Cogitandum etenim est, minoris semper vendi rem, cum pacto de retrouendendo, quàm si nude & simpliciter, atque adeò in perpetuum distrahatur. *tradentibus in indultuo Abb. in c. ad nostram. n. 9. vers. secundò. ext. de emtion. & vendit. Tiraq. de vtr. retract. p. 1. in præfat. nu. 27. Chassan. in consuet. Rubric. 5. §. 1. n. 21. Arr. Pinel. ad l. 2. p. 2. sub n. 19. vers. traduntur specie. C. de rescind. vendit. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 10. n. 1. & seqq. Marilan. decis. 75. n. 7. Dan. Mull. ad Constit. Sax. p. 2. constit. 32. nu 57.*

Quo iure eatenus etiam vtimur, vt ob pactum de retrouendendo, res minus quàm aliàs valeat, pro quarta parte. *Heron. Marl. d. decis. 75. n. 7. Dan. Mull. d. consil. 32. n. 57. Marian. Socin. consil. 15. n. 56. vol. 1.* 23

Vnde quæ in venditione simplici valent, Ioachimicos 150. in venditione cum pacto de retrouendendo non valebunt, nisi 112. cum semisse: & quæ venduntur 75. Ioachimicis, tunc tantum 56. Ioachimicis & grossis sex vendi poterunt.

Cogitandum item est fructus, reditusq; id tantum dici posse, quod deductis impensis supereſt. *l. fructus. & ibi Ias. n. 1. & DD. communiter. ff. solut. matrim. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 3. n. 2. Medic. in tr. de compens. p. 1. c. 9. n. 2. Capyc. decis. 20. n. 1. Cacher. decis. 83. n. 7. Royz. decis. Lituan. 5. n. 381. Garsm in tr. de expens. c. 1. n. 12. & 14. & 6. 11. nu. 49. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 17. n. 9.* 24 *

Nam cum hoc ita sit, deducendum erit prius id, quod redituum horum nomine est impendendum. Veluti est id, quod rustici, toties quoties frumentum aduehunt, sunt cibandi: quod item per triennium integrum rusticis pensiones, ex moribus regionis nostræ sint remittendæ, si suborto incendio frumentum in horreis conflagrarit, id quod bis vel ter hic factum est.

Vt taceam à pluribus etiam rusticis ad extremam inopiam redactis, per aliquot iam annos exigi nihil potuisse aut etiamsum posse: Item etsi frumentum habueris, præsto tamen semper non fore, quibus idipsum recte diuendas. Non dicam nunc, qua opera atq; diligentia opus sit, vt frumentum à vermium corrasione, neue calore deprauetur, defedatur. His enim operis, impensisq; recte subductis, restare quicquam, vltra modum vsurarum semissum, quæ nobis vt antea monui, licitæ atq; permissæ sunt, non arbitror.

Quare audiendus me iudice, non erit N; petens vt fructus, quotquot perceperis, in sortem computare compellaris. Etenim emtor cum pacto de retrouendendo, fructus in sortem computare non cogitur. *gl in d. c. ad nostram. & ibi Abb. n. 8. v. & emtor. & DD. communiter. ext. de emt. & vendit. Coras. miscell. lib. 3. c. 9. n. 3. Guid. Pap. q. 516. Voluntq, idem alij quamplurimi per Schrad. adducti in tr. feud. al. p. 9. sect. 3. n. 1.* 25 *

Hæc habui, quæ de præsenti negocio, nunc in medium proferrem, quæ vt æqui bonique consulas vehementer à te peto. F. P. D.

De hac lite, in Iudicio Electorali Brandeburgico, transactum deinde fuit.

CONSI-

CONSILIVM XLI.

SVMMARIVM.

1. *Tutor tenetur de dolo, lata & leui culpa & num. 2.*
3. *Leuis culpa quid.*
4. *Negligentia magna habetur pro culpa.*
5. *Tutor rationem de neglectis reddere tenetur.*
6. *Culpa vacuus non est, qui non facit id, quod alij constituti in eodem casu facere solent.*
7. *Leuissimæ culpæ reus est, qui suscipit in se, se rem aliquam custoditurum et exactam rationis suæ rationem redditurum.*
8. *Tutor omnis satis dat, rem pupilli saluam fore: spondet itaq; se rem pupilli fideliter custoditurum.*
9. *Tutor cuiuscunq; generis fuerit, tenetur ad reddendas rationes.*
10. *Culpa leuissima quid.*
11. *Diligentia exacta desideratur in rebus ponderis magni.*
12. *Depositarius tenetur tantum de lata culpa, si depositum ratione deponentis tantum, celebratum sit.*
13. *Depositarius tunc demum versatur in culpa lata, si propriam pecuniam in conclaui custodit alienam verò, omnium aditui patere fuerit.*
14. *Lata culpa est, cum pecunia deponitur in arca, quæ effringi facilè potest.*
15. *Tutor tenetur etiam de negligentia et mala electione factoris, vel castaldi: sicuti etiam ob id, quod minus industriam personam elegerat, cuius opera in re pupillari custodienda, vteretur. n. 16.*
17. *Deponenti incumbit probatio, quantum nummorum deposuerit, siquidem depositario pecuniam non annumerarat, sed tantum cista inclusam tradiderat.*
18. *Curator pro minore, testimonium non fert.*
19. *Minor pro curatore suo, testimonium dicere nequit.*
    Argumentum à correlatiuis, validum in iure est. ibid.
20. *Tutor rebus pupillaribus submersis, ita demum excusatur, si omnem diligentiam adhibuerit, quò eas recuperaret.*
21. *Culpa nulla, tam leuis quàm leuissima, nunquam præsumitur. et n. 22.*
22. *Præsumtio est, quemq; id in rebus alienis fecisse, quod in proprijs facere solitus fuerat.*
23. *Tutor cautè, pro pupillo suo contraxisse præsumitur.*
24. *In deponente nulla præsumitur culpa, sed in eo qui rem custodiendam susceperat.*
25. *Culpæ obnoxius non est, qui in facere aggreditur, quod alij ante eum fecerant.*
26. *Culpam ei imputare qui quid diuinare non potuit, irrationabile est.*
27. *Tutor non tenetur de casu fortuito.*
28. *Furtum domesticorum refertur inter casus fortuitos.*
29. *Culpa omnis abstergitur per id, quod quid gerebatur, cum consilio amicorum, eius, qui nunc de culpa conqueritur.*
30. *Tutor culpa vacat, si fecerit quid, præsentibus pupilli sui amicis.*
31. *Furto probato, probatum quoq; simul est, factum id esse inhabitantium culpa.*
32. *Dum de furto res est, non tota domus, in qua fiebat furtum in considerationem venit, sed illud tantum cœnaculum, in quo furtum committebatur.*
33. *Culpæ macula omnis demitur, si res surrepta fuerit, ex loco rerum furtiuarum custodiæ destinato.*
34. *Culpa vacare creditur is, cui res ex cista benè obserata, quæ in cubiculo præterea domus reposita erat, surripiebatur.*
35. *Exceptio in casibus, vbi illi locus est, contrarium ius regulæ, introducit.*
36. *Tutor non tenetur de culpa leuissima.*
37. *Numeratio in deposito non requiritur.*
38. *Numeratione accedente, depositum in mutuum conuertitur.*
39. *In deposito cistam, quæ deponebatur, obsignari, nusquam requiritur.*
    Maximè si depositum inter personas coniunctas celebretur, & ad triduum duntaxat duraturum sit: nec item è domo deponentis, res effertur. n. 40.
41. *Leuissima culpa quid.*
42. *Deponens à culpa magis adhuc excusatur, si res suas vel alterius, apud propinquum suum deposuerit.*
43. *Præmissæ si falsæ sunt: consequentia bona esse nequit.*
44. *Conclusio remouetur, si suppositum cui conclusio innitebatur, remotum fuerit.*
45. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*
46. *Consuetudo eximens tutorem ab onere satisdationis valida in iure est.*
47. *Depositarius, qui vltrò rei custodiendæ se obtulit, tenetur etiam de culpa leuissima.*
48. *Mitius cum illis agendum, qui coactè officium aliquod suscipiunt.*
49. *Tutela est officium necessarium atq; coactum.*
50. *Culpa leuissima contrahitur tantùm committendo, non omittendo.*
51. *Tutor quando teneatur de culpa leuissima.*
52. *Fundamento destructo corruit assertio.*
53. *Argumenta, in quibus plus in conclusione, quàm in præmissis est, non consistunt.*
54. *Consequentia mala est: Depositaria nullam commisit culpam: adeoq; depositi actione non tenetur. Ergo tenebitur tutor, qui rem apud eam deposuerat.*

55. *Tutor*

55. *Tutor non tenetur de casu fortuito.*
56. *Depositarius non tenetur de casu fortuito.*
57. *Culpam is obijcere nequit, cuius voluntate res aliqua gesta est.*
58. *Depositarius vbi insons est: multò magis insons erit is, qui eius causa infestabatur. Vnumquodq; propter quod tale est, id multò magis tale erit. ibid.*
59. *Qualitas ab allegante probanda.*
60. *Non entis, nullæ sunt qualitates.*
61. *Deponens, qui depositario non numerauerat pecuniam, quam deposuit, an & quando teneatur, probare quantum pecuniæ deposite fuerit.*
62. *Pecuniæ subtractæ quantitas probatur iuramento deponentis.*
Maximè si is id tantum agat, vt se exoneret. n. 63.
Si item persona nobilis sit. n. 64.
Et quantitas de qua probanda agitur, magna admodum non fuerit. n. 65.
66. *Testis ob ætatem non reprobratur si iam annos viginti duos natus fuerit.*
67. *Argumentum à correlatiuis non procedit in qualitatibus non communibus vtrig; correlationum.*
68. *Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter fuerit argumenta quibus inest.*
69. *Tutor pro pupillo, testimonium rectè ferat, si negocium, de quo disceptatur, principaliter ad tutorem non pertinuerit.*
70. *Minor quando rectè ferat testimonium pro tutore vel curatore suo.*
71. *Rapinæ & submersiones fiunt in propatulo.*
72. *Furta plerung, fiunt in occulto.*
73. *Occultum nihil, quod non reuelabitur olim.*

THEMA.

Nobili cuidam, homini probo & laudo digno, solutio, pupilli sui nomine facta erat. Euenit autem vt peregrè pupillorum quog, suorum causa proficisceretur. Deponit itaq, quæ pœnes eum erat, pecuniam in arca, in præsentia vnius ex minoribus, qui tamen ad 22. ætatis annum iam aceesserat, incluſam, apud matronam quandam nobilem, in eadem, cum ipso, domo, tum temporis habitantem, & pupillos præterea, arctiſſima sanguinis necessitate attingentem: Atq, sic proficiscitur.

Tertia verò post deinde die, domum reuersus, pecuniam in arca depositam recipit. Et dum hanc, vt, an salua adhuc essent omnia nec ne, exploraret, dennò numerat, deprehendit non iam extare eam pecuniæ quantitatem, quæ erat, cum pecuniam primò deponeret.

Quæritur itaq, num hic Tutor, cen in culpa constitutus, supplere ea, quæ pecuniæ huic desunt, teneatur.

Ipsa enim Depositaria, omni suspicione criminis vacat, & non nisi vna pedissequa vsa fuerat, quam per annos aliquot, sibi inseruientem hactenus non nisi probam & fidam experta fuerat.

RATIONES DVBITANDI.

EQuidem video adesse nonnulla quæ penitius rem non intuentem flectere forsitan eò possent, vt diceret, excusatum non fore tutorem.

Nam Primò iuris cogniti est, quod tutor non solùm doli & latæ culpæ *l. 2. & l. quicquid. C. arbitr. tut. gl. in l. in actionibus ad v. non solum. ff. de in lit. iurand. Manz. in tr. de tut. n. 7. Schrad. in tr. feud. p. 1. q. p. p. sect. 7. n. 37. Roman. cons. 425. vers. 6. Cephal. consil. 674. n. 22. vol. 5.* 1

Verùm etiam leuis culpæ nomine teneatur, *d. l. 2. & l. quicquid. C. arbit. tutel. Manz. in d. tr. de tutel. n. 7. Piag. in tr. de tut. & curat. q. 19. n. 13. Dec. consil. 274. n. 3. Decian. cons. 85. n. 27. vol. 2.* 2

Iam verò adesse hic leuem culpam omninò videbatur. Eccur enim Depositariæ non numerauit pecuniam cum deponeret? Eccur arcam non obsignauit, quò ab habente etiam clauem adulterinam fortè, aperiti non posset? 3

Reus itaq; Tutor. Etenim leuis culpa est id non facere, quod quisq; diligens paterfamilias in rebus suis faciset. *l. 1. §. si quoq,. ff. de action. & obligat. l. quod Neruа. & ibi Br. ff. depos. l. heredes. §. non tantum. ff. famil. herisc. l. cum res. §. vlt. ff. de leg. 1. Tiber. Decian. consil. 29. n. 2. vol. 1. Cephal. consil. 36. n. 21.* 4

Secundò prospexerunt quoque iura: Et quod negligentia magna pro culpa habeatur. *l. magna negligentia. ff. de verbor. signific. Guid. pap. decis. 473. Cephal. consil. 577. n. 22.* 5

Et quod de neglectis rationem quoq; redditurus sit tutor. *l. tutorib. ff. de admin. tutor. l. si tibi. C. de testament. tut. Anton. Piag. in tr. de tut. & curat. d. q. 19. n. 6. Plot. in tr. de in lit. iurand. n. 214. vers. tutor ac curator. Borgn. Caual. c. in tr. de tut. & curat. n. 33. Cephal. consil. 429. n. 25.* 6

Atenim hic tutor, ob rationes quas modò enumerabamus, in negligentia magna constituitur.

Tertiò tritissimi quoq; iuris illud est: quod is culpæ vacuus esse nequeat, qui non facit id, quod alij in eodem casu constituti facere solent. *l. doli mali. §. vlt. ff. de noxation. Bl. cons. 463. in c. statuto communi Papiæ. col. 1. volum. 1. Cranet. consil. 76. n. 30.*

Inson-

Insontem itaq; in præsentia, tutorem non habebimus. Quisq; enim pecuniam suam depositurus, vel numerat eam depositario, vel cistas, vel facculos, obsignat.

7 Quarto: certò quoq; illud constat, quod is, qui benè & diligenter, se rem aliquam custoditurum, & exactam administrationis suæ rationem redditurum suscipit: rectè conueniatur, etiamsi ei, non nisi leuissima tantum culpa, imputari possit. *Dec. consil. 274. n. 5. Ruin. consil. 108. vol. 1. & consil. 89. n. 8. vol. 5. Cravet. consil. 18. n. 15. Borgen. Caualcan. in tr. de tut. & curator. n. 120.*

8 Iam verò id oneris, quod scilicet res pupillares exactè custodiant, & de administratione sua rationes reddant, omnibus tutoribus incumbit. Quippè cum omnis omnino tutor non solùm promittat: verùm etiam satisdet, rem pupilli saluam fore: quod perinde est, ac si satisdaret, de re pupilli benè & diligenter custodienda. *l. legitimos in pr. ff. de legit. tutor. l. 1. & toto tit. ff. rem. pup. salu. fore. l. de creationibus. C. de Episcop. aud. Ang. l. Aret. Instit. de legit. agnator. tut. in pr. & ibi Aldobr. nu. 9. & 10. Pract. Papiens. in form. libell. quo agit ad redd. ration. tut. in v. in suo vlt. test. n. 8. Masuer. in sua prax. tit. de tut. & curat. n. 2. Ordinat. Polit. Imper. Augustæ anno 1548. Rubr.* von der Pupillen vnd Mündigjährigen Kindern *tutorn* vnd Vormünden. *§. Item das er nach / &c.*

9 Sed & cuiuscunq; generis tutor, regulariter rationes reddere obligatus est. *l. aduersus. & l. rationes. C. de admin. tut. Tiber. Decian. consil. 85. n. 2. vol. 2. tot. tit. ff. de tut. & ration. distrah.*

10 Leuissimæ itaq; culpæ quoq; obnoxius fiet, quilibet tutor: & vi consequentis, etiamsi hi, quos superius aliegabamus, defectus, ad producendum culpam leuem efficaces satis non essent: oriri tamen ad minimum efficerent culpam leuissimam. Vnde rursus condemnationem non effugeret Tutor.

Est enim leuissima culpa, deuiatio ab ea diligentia, quam diligentissimus quisque adhiberet. *Ita diffinunt Br. in l. quod Neruat. nu. 27. ff. depos. Decian. d. consil. 29. n. 2. vol. 1.*

11 Quintò, certo quoq; illud constat: quod diligentia exacta, in rebus magni ponderis atq; momenti desideretur. *Vti in mediuduo scriptum relquit Menoch. consil. 406. n. 118. & eum secutus Rutger. Rul. in tr. de commiss. p. 1. lib. 1. c. 26. n. 2.*

Oportebat itaq; Tutorem nostrum, quandoquidem pecuniæ depositæ mediocris sanè quantitas erat, numerationem, vel ad minimum obsignationem cistæ, non neglexisse.

12 Sextò iuris est apertissimi & præterea commune Interpretum placitum: ꝙ depositarius non teneatur, nisi de lata culpa tantù, si deponentis tantum gratia, depositum factum est. *l. 1. C. de posit. Br. in l. quod Neruat. n. 30. ff. eod. tit. Dec. in l. contractus in pr. & ibi Docer. ff. de regul. Iur. Cravett. cons. 953. n. 3.*

Atenim hîc, extra controuersiam positum est: quod sui tantum gratia deponens, ad depositi contractum accesserit, ne de pecunia, dum domo abesset, amittenda periclitaretur; quod item nihil adfit, de quo Depositariam latæ culpæ accusamus. Etenim tunc demum in lata culpa depositaria versata fuisset, si propriam pecuniam, in conclaui vel camera custodiuisset: hanc verò omnium aditui patere fuisset. *tradente Br. d. l. quod Neruat. n. 13. ff. depos. fac. tradita. Decian. cons. 85. n. 28. vol. 2.* 13

Id autem hîc factum non est. Custodiebatur enim pecunia deposita, à depositaria, in fornice satis munito, vbiq; res quoq; suas pretiosiores Depositaria custodiebat.

Fruſtra itaq; impetitur Depositaria.

Septimò: docent quoq; iu. is Interpretes: quod latæ culpæ accensendum sit, cum pecunia in cista, quæ facilè effringi possit, deponitur. *tradente in mediuduo Cravet. d. consil. 953. n. 3.* 14

Si itaq; ablata hîc fuerit pecunia aliqua, cistam effractam fuisse necesse est, cõsequenterq; culpa iam, in Tutorem deuoluitur, qui de cista, sibi, quæ effringi tam leuiter non posset, non prospexerat.

Octauò ambigi quoq; de eo non oportet, quod tutor teneatur etiam de negligentia & mala electione factoris vel Calfaldi vt vocant. *Plot. in l. si quando. n. 223. v. cum personis. & n. 248. vers. & minus excusantur. C. vnd. vi Acgid. Boss. in pract. crim. tit. debit. an delinq. fol. post. n. 3. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. remed. 7. n. 15. & seq. Borgn. in Caualc. in tr. de tut. & curat. n. 114. & n. 311.* 15

Seu ob id, quod minus industriam & peritam personam, cuius opera in custodienda re pupillari, vteretur, elegerat. *§. item exercitor. Inst. de oblig. quæ ex q. delict. nasc. Ceph. cons. 362 n. 6.* 16

Fac itaq; inexcusabilem planè depositariam nostram non esse: non tamen proderit id Tutori, ad liberationem consequendum. Non enim eiusce modi Depositariam eligere debuisset.

Nonò vulgatissimum quoq; illud est, quod eo casu, cum pecunia depositario non numeratur: sed in cista inclusa deponitur: deponenti incumbat probatio, quantum nummorum deposuerit. *Br. in l. 1. §. si cista. n. 2. per ill. text. & ibi DD. reliq. ff. depos. Br. in l. in eos. §. si rem. n. 4. & 5. ff. furt. aduers. naut. caup. & stabular. Specul. in tit. de furt. vers. quid si res.* 17

Quare cum Tutor noster, nunquam adhuc edocuerit, quantum nummorum in arca re condiderit: absolui quoq; à suppletione eius, quod deest, non poterit.

Nec obstat: quod attamen vnus fratrum minorum, quorum pecunia hæc propria erat, Tutori affuerit, cum illam primam, in arcam reponeret.

Nam sicuti pro minore testimonium non fert curator eius. Br. in l. omnibus. col. 2. vers. sed quæro vtrum finito officio. C. de testib. 18

Cephal.

Cephal. consil 65. nu. 29. volum. 1.

19 Ita quoq; pro curatore, testimonium non perhibebit minor: per argumentum à natura correlatiuorum, quod in iure validum & vsitatissimum est. *l. vlt. & ibi Iaf. C. de ind. vid. toll. l. vltim. ff. de accipitral. l. 1. & ibi Br. C. de Cupr. in luc. Daph. lib. 10. Schrader. in tr. feudal. p. 10. sect. 5. n. 178. & n. 228.*

20 Decimò & vltimò iuris est notissimi: quod eo casu, cum res & merces pupillares submerguntur: ita demum excusatus sit tutor, si omnem diligentiã adhibuerit. Vt eas, si quo posset, modo recuperaret. *Plot. in l. si magnum. n. 216. Crn. 248. C. Vnd. vi. vbi alios in id. allegat.*

Excusationem itaq; tum demum merebitur Tutor, (vt hactenus adducta omnia taceamus) si quantum in eo situm fuerit, enixè elaborarit, vt furtum, quod hîc commissum esse dicitur, detegeret: & per consequens cum id hactenus nondum præstiterit, absoluere quoque eum non poterimus.

RATIONES DECIDENDI.

VErum hæc, vtut sint, non tamen possum mentem inducere, vt tutuam, noxiam aliquam imputari posse Tutori, aut eum idcirco ad restitutionem eorum, quæ subtracta fuerant, alligari posse.

21 Nam Primo, conspicuum est: quod culpa nunquam. *Cravet. cons. 494. n. 2. cons. 531. n. 9. cons. 595. n. 3. cons. 609. n. 9. l. exceptione & ibi Br. ff. de fideiuss. gl. & DD. in l. si quis argentarijs. §. vlt. ff. de edend. gl. in l. si creditor. C. de pignor. action.*

22 Etiamsi levis aut etiam levissima fuerit, præsumatur. *Crav. cons. 812. n. 3.*

23 Quinimò è diverso iura præsumunt, vt culpa diluatur, quemq; id, in rebus alienis feciſſe, quod in suis proprijs facere solitus fuerat. *Br. in l. si cum venderet. §. vlt. ff. de pignerat. action. Crav. d. cons. 595. n. 3.*

Et tutorem non nisi cautè, pro pupillo suo contraxisse. *Cardin. Pirs. cons. 98. n. 28. vol. 1. Cephal. cons. 315. n. 41. vol. 3.*

Nisi itaq; culpa aliqua, adjectus tutorem, de quo res est, edocearur, reum quoque eundem culpæ facere non possumus, tantum abest, vt huius nomine soluere aliquid teneatur.

24 Secundò: exprimunt quoque iura: quod culpa in deponente non præsumatur: sed è diverso statuatur, culpam eius esse, qui rem custodiendam susceperat. *l. contractus. ff. de reg. iur. Fr. Marc. decis. Delphin. 61. n. 2. & 3. p. t. Menoch. in tr. de arbit. iudic. quæst. casu 390. n. 3. Franc. Turrian. commun. opin. 185. n. 7. & 8. Rol. à Vall. cons. 95. n. 2. cum seqq. vol. 2. Cephal. d. cons. 362. n. 4.*

Respondere itaque de damno dato, magis ad Depositariam, quàm ad Tutorem spectat.

25 Tertiò: in iure quoque scriptum extat: quod is culpa omni vacuus sit, qui id facit, quod alij facere sunt soliti. *l. quis sit fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de edil. edict. l. 3. ff. ad Macedd. l. C. de pignor. act. Angel. cons. 312. vol. 1. Tiber. Dec. consil. 29. n. 16. & 18. vol. 1.*

Iam verò toto die (testor experientiam) res precij magni, & non tantum non maximi: Sed & signata pecunia, apud homines honestioris conditionis, vlla numeratione non adhibita, deponuntur.

Qui itaq; iure hîc argueretur Tutor?

Quarto: exploratissimi quoque iuris est: 26 quod irrationabile planè sit, ei culpam imputare, qui quid præuidere aut diuinare non potuerat. *c. vt nostrum. ext. vt Eccles. benefic. Decim. consil. 115. col. 3. vers. tertiò non obstat. Cravet. consil. 685. n. 14.*

Iam verò hîc, nemo debuisset cogitare: quod intra triduum, apud personam tam probatam, vbiq; in loco bene munito, pecunia custodiebatur, & adhæc opus tantum erat pecuniam ex vno conclaui, in aliud transferre, effractionem arcæ contingere posse.

Excusatum itaq; habebimus, tutorem.

Etenim de casu fortuito, nemo tutor tene- 27 tur. *Petr. de Vbald. in tr. de duob. fratr. p. 2. q. 3. nu. 4. Canalean. in tr. de int. & curat. n. 114.*

Furtum autem tum potissimum, casibus 28 fortuitis omninò accenseatur, cum à domesticis fit & perpetratur. *l. cum qui. l. 2. in pr. ff. de furt. Angel. Aretin. 6. sed ista. n. 4. ibi Iaf. n. 25. Gomes. n. 32. instit. de action. C. agn. in l. contractus. ff. de regul. iur. Alciat. cons. 687. n. 5.*

Quintò: expressa quoq; iurium adest dis- 29 positio: quod culpa omnis purgetur atque diluatur, eo ipso quod aliquid consilio amicorum partis actum est *l. 2. & ibi gl. C. de his quib. vt indign. Iaf. in l. 1. in fin. C. de transact. Cravett. cons. 531. n. 6.*

Habebit itaq; rursus, quo se excuset Tutor. 30 Est etenim depositaria hæc vt antea indicabamus, sanguinis necessitudine, pupillis hisce, valde propinqua: sed & parens pupillorum in testamento suo iubsit, vt omnia ex consilio Depositariæ huius administrarentur: habet item in custodia sua plæraq; res alias pupillares, valorem huius pecuniæ longè excedentes: quinimò aliquandiu, totius pupillorum patrimonij administratio pœnes ipsam fuit. Atque ita in specie, quod ob præsentiam propinquorum solùm, tutor immunis sit, ab omni negligentia præstanda & researcienda, *docuit Capoll. caut. 24. Iaf. in l. honorum. num. 4. C. Qui admitt. Petr. Gerh. sing. 57. nu. 1. Hipp. de Marsi. singul. 417. num. 3. Borgn. Canalc. in tr. de int. & curat. num. 111. Bertaz. in tr. dotis. l. 10. gl. 13. n. 1. Bened. Manz in tr. de tutor. 3. q. 3. q. prim. n. 17.*

Sextò cogniti quoque iuris: quod eo ipso, 31 quod probatur furtum factum esse, simul quoque probetur, idipsum furtum contigisse culpa inhabitantium. *Brun. Angel. & DD. in l. si quis ex argentarijs. §. vltim. ff. de edend.*

32 In quo itaque incusemus Tutorem, hic, non habemus. Nec enim vnius culpa in perniciem alterius trahi debet. *l non debet alteri. ff. de regul. iur. Cravet. consil. 696. n. 2.*

33 Nec obstat, quod artamen Tutoris quoq; familia, in ijsdem ædibus habitarit: Nam hoc non inficiamur. At interim concedant nobis vicissim Aduersarij, illam tamen partem ædium in qua pecunia custodiebatur, à Depositaria sola, fuisse inhabitatam. Quare non oberit obiectio. Etenim in huiusmodi casibus, non quæuis domus pars, sed illud rantú cœnaculum vel conclaue, in quo res custodiebatur, in considerationem venit. *arg. l. quadam mulier. ff. de rei vindicat. l. 2. C. de acquir poss.*

34 Septimò iuris est expediti: quod tunc omnis culpæ macula dematur, cum alicui furripitur res, ex loco eiusmodi rerum custodiæ addicto. *Gratt. consil. 94. n. 40. vol. 2.*

Cum itaq; hic contrectatio hæc pecuniæ de qua agimus, contigerit, in fornice bene clauso, vbi item pecunia in cista hac bene obserata, reposita erat: Iam non est, quod Tutori imputenius: Atque ita in specie quod culpæ expers sit is, cui res furto subtrahuntur, ex cista firmiter obseruata, quæ in cubiculo domus bene clausa, reposita erat, decidit *Menoch consil. 353. num. 11. volum. 4.*

RESOLVTIONES CONTRARIORVM.

POtrò his reuera non obsistunt, quæ in initio perpendebamus. Cum refelli, si rem altius paulò considerauerimus, facilè possint.

Nam ad primum quod attinet: Tutorem teneri de culpa leui: item culpam leuem hic contractam esse, sic responderi potest, quod tum demum culpa leuis tutorem obliget, cum contractum aliquem, absque pupilli propinquorum præsentia, atque consilio peragit. *Vt ex quinta decidendi ratione videre est.*

Quod cum ita sit, in præsentia ist hæc regula, vtpoté, vbi cum matertera minorum contractus celebratus est, cuius consilium sequi, pupillorum parens, iam iam animam exhalaturus mandauerat: quæ item aliquandiu, vniuersum pupillorum patrimonium administrarat, & adhuc res pretiosiores pu-

35 pillorum custodit, cessabit planè. Etenim regulæ contrarium, exceptio, in casibus, vbi illi locus est, introducit. *Vt multis ostendit Cravet. con. 685. n. 8. per tot.*

36 Et præterea falsis quoque, innititur obiectio hæc, præsuppositis. Nam primum ex non facta numeratione pecuniæ, Depositariæ, vel nulla omninò nasci potuit culpa: aut si nata est, leuissima tantum est. Hums autem nomine tutor frustra conuenitur. *Bar. in l. quod Neruа. n. 33. ff. depositi. Paig. in tr. de tut. & cur. q. 19. n. 13.*

Primum namq; & quod culpa planè contracta non sit, probatur ex illo: quod numerario pecuniæ, in depositio rectè conficiendo nunquam desideretur. *l. 1. §. elegantes. ibi Bar. & DD. ff. depositi. l. Lucius. ff. eod. tit. Menoch. consil. 37. n. 26. volum. 1.* 37

Quinimò numeratione accedente, depositum, naturam suam amittit, & metas sibi præstitutas transilit, & in mutuú conuertitur. *Fr. Curt. in l. 2. in pr. n. 14. ff. si cert petat. Cephal. consil. 599. n. 9. & consil 603. n. 30.* 38

Sed & cistam in depositio obsignatam esse debere, iura nusquam constituerunt. *fac. trad. Innoc. in c. inter dilectos. ext. de fid. instrum. Zas. consil. 2. n. 27. vol. 1.* 39

Quod potissimum in depositio, inter personas coniunctas, nobiles & ad triduum duntaxat celebrato, & in quo depositum, è domo deponentis non efferrebatur, obtinebit & locum inueniet, per argumentum à fortiori & iuris validum & frequens est. *Euerard. in topic. in loc. a min. cum simil.* 40

Sic quoque de secundo: culpam tantum leuissimam fuisse commissam, apparet ex eo: quod leuissima culpa illud demum, (si verum amamus) dici mereatur, quod præuideri & anteuerti ab oculatissimo & diligentissimo quoquam non potuisset. Vti seipsum explicat *Dec. d. consil. 29. n. 2. vol. 1. per l. 1. §. 11 quoque. ff. de action. & obligat. l. socius socio. ff. pro soc. l. custodiam. ff. de pericu. & comm. rei vend.* 41

Enimuerò hic, nemo erat, cuius mens præsagire potuisset, deponentem furti periculum subiturum.* Cum apud feminam nobilissimam lectissimamque, quæ matris loco minorennibus erat, & cum adhæc per triduum tantum depositum duraturum esset, cum nemo item præter domesticos adesset, & res, in fornice qui sat tutus ab effractione omni vulgò putabatur, asseruarentur.

Ipsa itaque suadet æquitas, vt veniam demus tutori. Etenim si ob id tantum, quod propinquus erat, apud quem res deponebatur, deponens excusationem consequitur, decidēte in indiuiduo *Deciano. d. con. 29. n. 3. vol. 1. per l. 1. §. ferui verò. ff. furt. ad. naut. cap. Stab. l. vlt. §. seruorum. ff. naut. caupon. Stab.* 42

Multò magis excusatus habebitur is, á quo tot rationes stant.

Proindeque restat vt concludamus: siquidem præmissæ vitio vacuæ non fuerint, impossibile esse, vt hinc erata consequentia vitio careat. *Oldend. in tr. fallent. Rubr. fallac. conseq. cum simil. vulgar.* 43

Eodem quoque modo retrò pellitur Secunda obiectio: quod magna negligentia & culpa à pari procedant, quod item de negle-

ctis

glectis rationem redditurus sit tutor: caret namq; & hoc fulcris suis.

Iam antea enim euicimus, nullam hinc existere culpam, propterea quod numeratio pecuniæ, Depositariæ non fuisset facta: aut area, in qua pecunia inclusa erat, non obsignata.

44 Et itaq; rursus, illud tantum sit reliquum: quod amoto præsuppositio: amoueatur quoque simul, quæ hinc eliciebatur, conclusio. *Cephal.cons.532.n.27.& cons.602.n.9.*

Deinde dilui quoque obiectio hæc potest, per concessionem. Etenim concedamus negligentiam magnam hîc probatam esse: quodq; consequens est, de culpa iam liquere, manet attamen adhuc firmum: eum tutorem, qui in præsentia & cum consilio propinquorum pupilli aliquid facit, de neglectis respondere non cogi, *veluti sub Quinta decisionis ratione fuerat ostensum.*

Sequitur deinceps obiectio Tertia, habens: eum culpæ obnoxium fieri, qui non facit id, quod alij, in eodem casu constituti facerent.

45 Verum aduersus hanc retortione vtemur: quæ est optimus contrariorum dissoluendorum modus, attestante idipsum *Everard.in præamb.topic.n.18.*

Nam cum alia nobis suppetias ferat iuris Regula, dictitans: ei culpam imputandam non esse, qui id fecit, quod alij in hisce vel similibus casibus facere soliti fuerant. *Qua de re sub tertia decidendi ratione ex Angel.& Dec. fides facta est.*

Et deinde longè sit certissimum, quod singulis ferè horis, etiã à perspicacissimis mercatoribus, nec non apud extraneos planè rerum momenti etiam maioris, omissa omni numeratione & articularum obsignatione, deposita fiant.

Nulla quoq; cum Tutore, erit actio. Deinde bifariam quoque resolui potest obiectio Quarta. Negamus enim primò, Tutorem nostrum vnquam, se sub hac verborum conceptione obligasse, qua sponderit: se benè & diligenter custoditurum res pupillares.

Maximè cum in illis locis, vbi domicilium constituit noster Tutor, satisdationes tutorum
46 in vsu non sint, quod iure non refragante fieri potest, veluti quod consuetudo, quæ à satisdationis onere, tutorem eximit, valeat, atque improbata non sit, in indiuiduo tradidit *Rebuffus.in l. Satisdationis. verf. regula autem erit. ff. de verbor.significat. Vbi hanc consuetudinem Lutetiæ Parisiorũ coli in attestatur. fac trad. Boer. decis. 124. n. 13.*

Patet iam consequentia per se, axioma illud, quod in obiectione est, huc nõ pertinere.

47 Vt taceam, illam quoq; Regulam: quod promittens, se rem benè & diligenter custoditurum, respondere quoq; de culpa leuissima teneatur, indistinctim acceptam veram non esse, sed in ijs demum, qui vltro & à nemine rogati rei custodiæ se obferunt, & bonam, diligentemq; custodiam promittunt. Hos enim culpæ leuissimæ quoq;, se non eximere posse, omnibus in consesso est. *arg.l.1.§. fere.ff.depos.Br.in l.quod Neruan.n.30.ff.eod.tit. & D. in l.contractus.ff.de reg.Iur.*

Verum mitius cum illis agitur, qui coactè 48
officium aliquod in se susceperunt, *arg.l.quicquid.C.arbitr.tut.& d.l.contractus.ff.de regul.iur.*

Quod cum ita sit, etiam in tutoribus quo- 49
que, locum sibi non vindicabit. Nemo enim est, qui nesciat tutelæ officium esse necessarium, & coactum. *Br.d.l.quod Neruan.n.33.in fin.ff. depositi.Ioh.de Plat. Angel. Aret.& Vigl.Zuich.§.si tutor. Inst.de inoffic.testam.Tiraq.in tr.de vtr.retr.p.1.§. 2.gl.9.n.371. Menoch.cons.58.n.52. arg.d.post legatum.§.aduocatum.ff.de his quib.vt indign.*

Et præterea iuris quoque quotidiani est: 50
quod culpa leuissima committendo tantum, non autem omittendo contrahatur. *gl.in l.si mora.v.ne facto.ff.solut.matri. Alex.l.si quis ex argentarijs.§.Prætor ait.n.8.ff.de edend. Menoch. de arbitr. iudic.quæstion.cas.390.n.10. Alex.cons.50.n.9.vol.10 Cephal.cons.362.n.36.*

At enim hic de omissione tantum arguitur Tutor.

Deinde casum quoq; à nostro separatum 51
illi, quos in contrarium adduximus, tractant Doctores, veluti cum Tutor, præter satisdationem à tutoribus requisitam, expresse & quidem vltrò promisit, se rationes exactas redditurum, easq; benè & diligenter conscripturum. Hanc etenim promissionem, vt aliquid operetur, ad leuissimam vsq; culpam extendunt, *Vt ex Canalc.in tr.de tut.& curat.n.120. expressim videre est.*

Non itaq; decisio eorum, nostræ sententiæ præiudicabilis est.

Vlterius Quintum quoq; contrarium eò, quod præsuppositis destituatur, facilè destruitur. In omissione enim numerationis & obsignationis exædificabatur. Quæ tamen ad substantiam depositi non pertinent.

Reliquum itaq; illud tantum sit, quod fun- 52
damentum, quod præsuppositio falso innititur, facilimè destruatur atq; pessum eat. *gl. in l.mancipia.v.aduocandum. C. de serv. fugitiv. Cephal.consil.407.n.48.*

Ad Sextam dehinc obiectionem respon- 53
detur: quod in eo plus sit in conclusione, quàm fuerit in præmissis, quodq; eiusce modi argumentationes vitiosæ sint. *Oldend.in tr. fallent.Rubric.fallac.consequent.*

Mala enim est consequentia: Depositaria 54
nullam commisit culpam, adeoq; depositi actione non tenetur: Ergo tenebitur & refarciet damnum datum tutor. Cum fieri possit vt vterq; sit excusatus.

Equidem superius demonstratum est, nec 55
tutorem quidem, *decidente Pet.de Vbald.in tr.de*

duob.fr.atrib.p.3.q.3.n.4.Caual.in tr. de tut.& curat. n.114.

56 Tantoq; minus depositarium, ob casum fortuitum teneri, *per tradit.Br.d.l.quod Neruа.n.30.ff.deposit.arg.d.l.1.§.fin.ff.eod.titul.*

Porrò Septimæ Obiectioni hæc adaptatur responsio: quod vehementer negemus, arculam talem fuisse, quæ à quouis nullo ferè negocio adaperiri potuerit. Quinimò, fera robusta erat communita, ligamentis item ferreis circumdabatur, vt nulli, nisi claue adulterina vteretur, vel alia praua arte esset imbutus, eam referare fas esset.

Labascit itaque obiectio, cum fundamentis careat.

Sed & exceptione hac, tueri sese non potest Depositaria: si namq; vidisset arculam aperiri facilè posse, non recipere eam, aut ad minimum, de periculo, deponentem admonere debuisset.

57 Quamobrem exceptio Depositariæ repelletur replicatione hac, quod is culpam objicere non possit, cuius voluntate res aliqua acta est, *tradente alioq, in id allegante Crauet. cons. 1000.n.17.*

Sic quoq; opus ant labor non est, Octauæ quoq; obiectioni satisfacere.

58 Nam cum mala electio, vel imperitia Tutori non possit imputari, quam in eligendo Depositaria contraxerat: fieri quoq; nequit, vt rectè cum ob Depositariam impetamus. Etenim si insons est Depositaria: hic, qui propter eam impetebatur, multò magis insons erit. Nam propter quod vnumquodq; tale est, illud magis tale est: *auth. multò magis C.de Episcop.& Cleric. Schrad.in tr.feud.p.7.c.1.n.21.*

59 Sed & qualitas, cui quis innititur, omninò ab allegate probari debet, *l.1.& l.in exceptionibus.ff.de probat. l.matrem.C.eod.tit.Cr.in.cons.201.n.29.con.218.n.7.& con.249.n.1.Ceph.con.455.n.29.*

60 Et deniq; non entis nullæ qualitates sunt. *l. eius qui in prouincia vers.quoniam.ff.si cert.petat.*

Restat nunc obiectio NONA. Ea verò habet: eum qui pecuniam depositario non numerauerat, probare oportere, quantum pecuniæ deposuisset:

61 Verum ad id quoq; respondetur, primò, quod hoc tum demum verum sit, cum deponens aduersus depositarium, ad restitutionem pecuniæ apud depositarium deperditæ agit. *Br.d.l.§ si cista.n.2.ff.depos. Br. d.l.in eos.§. ferui.n.4.& 5.ff.fur.adu. naut.caup.stabul.specul.d. tit.de furt.d. vers. quid si res.*

Iam verò Tutor hoc non vult, vt ad refundenda ea, quæ fuerant ablata, adigatur Depositaria, sed id modò, vt sese ab hoc onere extricet. Non itaque iniungi ei potest, istiusmodi probationis genus.

62 Quod si pecuniæ quantitas, probanda hic omnino esset: audiremus attamen illud: quod pecuniæ subtractæ quantitas, rectè iuramento deponentis probetur. *Dec.in l. certi condictio. §.quoniam.n.7.ff.si cert.petat.Dec.in l.in actionibus n.13.vers.& vlterius. ff. de in lit.iur.Marf.singul.322. & sing.689.Menoch.cons.246.n.75.*

Potissimum cum is id tantum agit vt sese exoneret, & à culpa liberet. *per trad. Br.d.l.1.§. si cista.n.2.ff.depositi.& d.l.1.§.ferui.n.4.& 5.ff.furt. adu.naut. caup.stabul.* 63

Cum item persona nobilis, bonæ existimationis & famæ. *per tradit. Br. in dd.locis.* 64

Et pecuniæ subtractæ quantitas, admodum magna non sit. *Br.d.l.1.§.ferui.n.4.ff.furt. aduers.naut.caup.stabul.* 65

Sed & ad iuramenti delationē peruenitur, facilius adhuc per id, quod vnus minorum, cum Tutor pecuniam hanc, in arcam includeret, ipsi affuerit: quodq; is minor, viginti duos annos iam natus sit. Administrantur enim huius testimonium ad minimum ipsi Tutori, Cum viginti duos annos natum præsertim in ciuilibus rectè testimonio ferre extra controuersiam sit. *per l. in testimonium.ff. de testib.* 66

Nec obstat, quod per argumentum à correlatiuis concluserimus iam: procuratore minorem testimonium non dicere: sicuti nec curator pro minore testimonium fert.

Nam hoc casu à correlatiuis argumentum non procedit. Cum iuris sit euidentissimi: quod istud argumentum à correlatiuis non procedat in qualitatibus non vtriq; correlatiuorum communibus, sed vni tantum proprijs. *tradente Oldendorp. in topic. in loc. à correlat. vers. in qualitatibus.* 67

Enimuerò qualitates aliæ, in persona curatoris, aliæ item in persona minoris, considerandæ sunt.

Et insuper contaminatum quoq; est argumentum hoc, à dicto secundum quid ad dictum simpliciter fallacia. Et idcirco vitiosum efficitur. Nec enim argumenta, quibus fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter ineſt, consistere possunt. *Oldendorp.in tr.fallent. Rubr.fallac. à dict.secund.quid. in pr.* 68

Verum fallacia hæc, docetur per id, quod traditur: tutorem in testem pro pupillo rectè non produci simpliciter verum non esse: Sed secundum quid tantum. Etenim quoties negocium de quo disceptatur, ad tutores principaliter non attinet, rectè pro minoribus testimonium dicunt. *Alex.de Imol.consil.78. col.1.vers.non obstat.volum.1.& cons.162.col.2.ver. nam opponitur. volum.2. Cephal. consil.65.nu.7. volum.1.* 69

Vtamur itaq; retortione & per argumentum à correlatiuis concludamus: sicuti pro minore testimonium dicunt, & curator & tutor in rebus, vnde commodum nullum eos manere potest: Ita è diuerso, in ijsdem negocijs, minor quoque pro ijsdem testimonium feret: & per consequens cum præ- 70

præsenti negocio, nullum minori redundare potest emolumentum: rectè quoq; eius testimenio vtetur curator.

Et vt tandem thema hoc absoluamus: non repugnat quoque vltima, eademq; DUBITATIO, obiectio.

71 Nam etsi non negemus: tum demum excusatum fore tutorem, si diligentiam omnem adhibuerit, quo bona pupilli submersa, vel direpta recuperaret: Concedendum nobis attamen vicissim erit, inter nostrum & illum casum, diuersam iam elucescere decisionis rationem. Submersiones enim & rapinæ palam & in propatulo fiunt. *Instit. de vi bon. raptor. in pr. & vers. ridiculum.*

Vnde non immeritò, certus loci tutor vbi facinus ad missum est, vel casus submersionis euenerat, omnem mouet lapidem, quo res amissas inuestiget.

Furtum autem plærunq; in occulto fit. *d. vers. ridiculum. & §. furtum autem. Instit. de obligat.* 72 *qua ex delict. nascunt.*

Et non nisi certis indicijs præcedentibus probari potest. *Veluti ex constitutione Carolina art. 43. apparet.*

Atenim hîc vlla adhuc indicia indagare Tutor non potuit. Quin etiam paratus est, si cubi aliquid indiciorum post hoc emerserit, se talem se exhibiturum, qualem addecebat.

Interim eo contenti simus, quod nihil 73 tam sit occultum, quin olim reueletur. *Tiber. Decian. cons. 92. n. 115. vol. 2.* F. P. D.

Vtut res sese, ratione eius pecuniæ, quod deerat, habuerit, neene reuerà compertum hactenus non fuit. Sed res demum transactione, componebatur.

CONSILIVM XLII.

SVMMARIVM.

1. *In Marchia Brandeburgensi iudices semper tentare debent, num controuersia amicabili compositione sopiri possit, quàm ad processus iuris perueniatur. Declaratur. n. 2.*
3. *Interpretatio omnium Constitutionum & ordinationum optima, quæ ex obseruatione insecuta deprimitur.*
4. *Reipublicæ interest, vt lites celerius atq; ita ne partes inanibus impensis atq; laboribus diuexentur, expediantur.*
5. *Frustra nil fieri debet.*
6. *Ad transigendum cum aduersario suo compelli inuitus nemo potest.*
7. *Ordinationes cuiuscunq; iudicij, rectius intelliguntur, atq; explicari possunt, per Assessores istius iudicij quàm per alios. Ius ignorasse, in quo versantur, personas plures nobiles, atq; approbatas, absonum est. ibid.*
8. *Dispositio omnis admittetur actu primo atque vnico.*
9. *Exceptio semel reiecta, vt eadem lite rursus frustra opponitur.*
10. *Excipiens, cuius exceptiones reiectæ sunt, si tracet ad istiusmodi reiectionem denuo posteà hisce exceptionibus vti volens, non auditur.*
11. *Consequentia mala est: Hoc vel illud præcipit constitutio. Ergo est de forma actus.*
12. *Obseruantia præualet omni legi, statuto atque ordinationi, & facit ius, etiam contra omnem iuris dispositionem.*
13. *Præiudicia nullum pondus habent, si casus euenientes, et non per omnia similes fuerint*
14. *Præiudicio vires omnes auferuntur si qua saltem, dissimilitudo leuiuscula apparuerit.*
15. *Inficiendum non est quod sit, sed quod fieri debet.*
16. *Præiudicia non fundata satis in iure vel æquitate, in consequentiam trahi non debent.*
17. *Vitricus non impetrata venia, in ius vocari potest.*
18. *Tutor nomine pupilli sui, omnes personas in edicto Prætoris, de in ius vocando comprehensas, non impetrata venia, in ius vocare potest: etiamsi id nomine proprio agens, facere non posset.*
19. *Exceptio: tu non potes me vocare in ius sine venia omnium primum opponenda, aut post deinde, frustra opponitur. Iudex videtur concessisse veniam, vt personæ, quæ aliàs vocari in ius non possunt, vocari iam possint, siquidem ad partis preces citationem ad parentes, vel huiusce similes personas concesserit, vel aliquibus, vt causam audiant, commiserit.*
21. *In Marchia Brandeburgensi edictum Prætoris, de in ius vocando, non obseruatur.*
22. *Exceptio: ego sum ex personis, quæ sine venia in ius vocari non possunt, hodie ferè vbiq; reijcitur.*
23. *Processus manet ratus, etiamsi de edicto Prætoris, de non vocando in ius certis personis, non impetrata venia, excipiatur: sed pœna, in edicto prætoris dictata, in edictum committentibus, persoluenda est.*
24. *Pœna vt ex edicto Prætoris, de in ius vocando persoluatur, exceptio non sufficit sed actione ex eodem edicto, opus est.*
25. *Præsupposito amoto corruunt omnia de super extructa.*

26. *Inducta in vnum finem, contrarium operari non debent.*
27. *Liberationis comprobandæ modi in iure certi atq; diffiniti.*
28. *Lex quod non dicit, nec nobis dicendum.*
29. *Protestatio & contradictio ibi superflua est, vbi etiam his omissis, ius alicuius sartum tectum remaneret.*
30. *Protestationis vel contradictionis omissio, nunquam pro consensu habetur, in rescitientibus tertij præiudicium, cuius bona cura & solicitudine tantum ad me pertinent.*
31. *Actio personalis non tollitur simplici approbatione, vel biennali silentio, sed opus est, vt accedat tempus præscriptionis longissimæ, annorum triginta.*
32. *Actio ad rationes distrahendas, præscriptione tantum temporis longissimi tollitur.*
33. *Liberatio à debito, quoties de debito per scripturam etiam priuatam constat, non probabitur, nisi per quietationem creditoris, aut per quinq; testes.*
Atq; hos testes conuocatos adhuc esse oportet. n. 34.
35. *Tutor donare nequit.*
36. *Remissio gratis facta, vim donationis habet.*
37. *Remittere non potest gratis debitum qui donare nequit.*
38. *Tutor non potest remissionem debiti gratuitam facere.*
39. *Liberatio à reddendis rationibus, non parit liberationem, à solutione reliquorum.*
40. *Liberatio à reddendis rationibus, nihil amplius in se complectitur, quam vt ne nimis scrupulosa instituatur inquisitio, aduersus eum, qui rationes reddere debet.*
41. *Liberatio à reddendis rationibus, nunquam extenditur, vt simul liberet quem ab ijs, quæ culpa vel fecerat, vel facere omiserat.*
42. *Impensas quas quis culpa propria fecit, ei cuius bona administrauit, imputare non potest.*
43. *Edictio illi facienda non est, cuius non interest, editionem fieri.*
44. *Editionibus superfluis onerandus nemo est.*
45. *Editionem illorum documentorum, quæ quis tam pœnes se habet, frustra quis fieri postulat.*
46. *Culpa est, cum quis non facit id, ad quod faciendum tenebatur.*
47. *Culpa neminj prodesse debet, sicuti quoq; ob alterius culpam è diuerso, frustratorijs editionibus, nemo debet aggrauari.*
48. *Editionem ante litem contestatam, nullam facere tenetur actor, siquidem documentis nullius mentionem, in libello suo fecerit.*
49. *Editio post litem contestatam demum, quando ab actore fiat, etiamsi instrumenti alicuius mentionem in libello suo fecisset.*
50. *Editionem eius instrumenti reus frustra ante litem contestatam petit, quod non minus apud ipsum, quàm apud actorem est, vel esse debebat.*
51. *Iurisurandi præstatio, nec facilè nec temerè subeunda.*
52. *Editionem fieri petens, iurare prius debet se id non malicioſe, sed ob interesse suum petere.*

PErspexi vir nobilissimie exceptiones eas, quibus elidere actiones tuas conatus est Aduersarius. Sed has omnes precij alicuius esse non putarim.

Et vt hoc palam omnibus faciam singulatim, de hisce exceptionibus omnibus videamus.

Primo itaq; afferebatur id, vigore ordinationis Cameræ Electoralis Brandenburgicæ, necesse est, vt antequam pateat ad iuris processum via, prius tentetur à iudicibus illius iudicij, an non ad concordiam reduci partes, amicabiliterq;, vt loquuntur, componi possent. *Reformat. Camer. Electo. Branden. §.* das alle Partteyen. 1

Verum ex eo rectè non infertur: Reos hîc ab obseruatione iudicij absoluendos esse, eò quod inter eos, huiusmodi tractatio amicabilis, tentata nondum sit.

Scimus enim quod omnium omninò constitutionum, ordinationum & dispositionum interpretatio sit optima, quæ ex obseruatione postea insecuta, depromitur atq; petitur. tradente in indiuiduo *Cravet. consil. 459. n. 21. consil. 727. n. 20. conf. 828. sub. n. 11. conf. 934. n. 21. text. in l. si de interpretatione & l. minimè. ff. de LL.* 2

Iam verò in Camera Electorali Brandeburgica hæc viget obseruãtia, vt tum demum, ad tractatus hoſce amicos accedatur, si adhuc spes aliqua refulgeat, posse inter partes transigi: quod si ipses hæc pœnitus amissa iam fuerit, & alterutra partium, iam antea sese declararit, nolle se ad transactionem cogi, sed staturam se è diuerso iudicis cognitione: consestim quoq; & omnibus tractatibus amicis insuper habitis, telam processus iudiciarij exorsam esse, sæpius memini, & posse id præiudicijs aliquot, si opus foret, & nisi petuulgatum esset, confirmare. 3

Atq; obseruationi huic, siue stylo iudicij electoralis Cameræ, non solùm ipsum ius scriptum omne: verùm etiam ipsa naturalis æquitas astipulatur.

Nam cum certi iam simus, nolle partes inter sese, animi obstinatione præfracta, in gratiam redire, quorsum pertineret: partes, iudicesq; laboribus, sumtibusq; inanibus, diuexari? contra quam scriptum est: Permagni referre Reipublicæ, vt lites celerius atq; ita, ne partes, vltra modum, laboribus & impensis aggrauentur, expediantur. *c. finem litibus. ext. de del. & constitu. l. properandum. C. de iudic. Conarr. practic. quæst. c. 23 n. 6. vers. quintò. Capyerr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 47. Cald. in l. si curatorem. in v. sua facultate. n. 37. C. de rest. in integr.* 4

Item æquitati naturali congruere, quod frustra nil fiat. *l. hac stipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. seu fideic.*

fideic.nom.caueat.Sylueſt. Aldobrand. in proëm. inſt.in pr.n.4.Hippol.de Marſ.ad l.de vnoquoq.n.7.ff.de re iudicat.Ronchegall.ad l.nemo.n.7.ff.de dueb.reu.

6 Concludamus itaque, allegationem hanc parti aduerſæ prodeſſe neutiquam poſſe.

Tum quod nemo inuitus ad tranſigendum vel paciſcendum cum aduerſario ſuo cogi vel adigi poſsit. *Br.in l. congruit. n. 4. ff. de offic. Præſ. Felin.in Rubric.in pr. ext.de treug. & pac.Marant.in tr.de ordin.iudicior. p. 6.rubr.de inquiſit.n.164.Gail. lib.2.de pac.public. c.18.n.9. Hippol.Riminald.ad l. qui ſe patru.n.436.C.vnd. lib. Frider.in trde proceſſ. in Camer.extrah.lib.2.c.53.n.7 in fin.*

Tum, quod tu iam declatæueras, te coram Aſſeſſoribus Cameræ Electoralis, quod integrum tibi amplius non eſſet, huiuſcemodi compoſitiones amicabiles, expectare.

Videras enim ſub hoc prætextu, tantum ſubterfugia, & latebras ab Aduerſariis quæri: memineras item, hanc compoſitionem amicabilem antehac fruſtra fuiſſe tentatam: Sed & antea, ob hoſce tractatus amicos, in ius vocati Aduerſarij & quidem diuerſis vicibus comparere attamen noluerunt.

Sed & declarationi iſti tuæ conceſſerant iam Cameræ Electoralis Brandeburgicæ iudices.

Nam cum libellum tuum ipſis porrigeres, ipſi viciſsim,vt pars aduerſa in ius vocaretur, & aduerſus libellum excideret,decreuerunt.

Ipſi itaq; Aſſeſſores eodem modo,quo nos ordinationem Cameræ electoralis interpretati fuêre. Aliàs enim libelli exhibitionem non admiſiſſent, & minus longe Reis,terminum ad excipiendum præfixiſſent.

7 Quis autem rectius interpretaretur ordinationes iudicij, quàm ipſi iudices. Abhorret namq; à vero tot nobiles probatasq; perſonas *(ſecundum l. omnium. C.de teſtament.)* ius in quo verſantur, ignorare. *Neuiz.an.in Sylnul.nupiial.lib.5.n.69.Oldau. Simoncell.in tr.de decret.tit.8. n.48.Hieronym.à Monte.in tr.de ſimib.c.14.n.1.Sfort. Odd.in tr.de reſtit.in integr.q.23.n.25.text.in l.2.§. Seruius.ff.de origin.iur.*

Præterea vocati etiam, iam anno 98. fuerunt hi rei, vt cauſa hæc, inter ipſos & Actores, ſi poſſet,ad concordiam reduceretur.Ipſi verò non comparuerunt.

Fac itaq; hunc ſenſum, Reformationem Cameræ Electoralis habere, quem ipſi Rei obtrudere conantur: ſatisfactum attamen iam eſſet illiipſi nihilominus,hac in ius vocatione vnica,vbi porrò emanſerant Rei.

8 Vnico enim eodemq; primo actu, omnis conſummatur, adimpletur, perficitur atq; finitur diſpoſitio, nec locũ vlterius habet *l.boues.§. hoc ſermone. ff. de verbor.ſignificat. Fel.ad c.2. ext.de treug.& pac.Iaſ.ad l.apud Iulianum.§.ſi quis alienum.n.12.ff.de leg.1. Matth.de afflict. deciſ.314.n. 5.Secc.in tr. de teſtam.coniug.lib.5.c.29.n.6.Tiraq. de vtr.retract.p.1.§.8.gl.7.n.2.cum ſeqq.*

Quid? quod etiam antehac,cum Rei, ſatisfactum non eſſe ordinationi Cameræ Electoralis,excepiſſent: ideoq; libellos ſupplices, principi obtuliſſent,reiecta nihilominus fuerit, ex Decreto iudicum Cameræ Electoralis,hæc Reorum exceptio.

Quî itaq; eam denuo opponerent: Cum 9
exceptio ſemel reiecta, in eadem lite rurſus fruſtra opponatur? *Vti in individuo decidit Speculat.in tit.de procurat.§.1.n.16.& ibi Bl.in addit. ver. exceptio repulſa.*

Maximè cum ad reiectionem hanc tacuerint Rei,nec ad ſuperiorem prouocarint. 10

Nam hinc ſuccedit iam illud, quod is cuius exceptio ſemel reiecta eſt, ſiue tacitè ſiue expreſsè, ſitacuerit & ab huiuſmodi reiectione non prouocauerit, ſibi præiudicet,nec audiatur amplius, exceptionibus hiſce reiectis, vti volens. *Velutis Latiſſimè traditum reliquit Bredenrod.in tr.de appellat p.1.fol 356.lit.D.& ſeqq.*

Ceterum his non obſtant ea, quæ verboſè admodum de forma ſtatuti, ad vnguem obſeruanda, ex parte Reorum afferebantur. Nondum enim edocuerunt hactenus Rei, in hoc articulo ordinationis Cameræ Imperialis, quicquam ad formam pertinens, ineſſe. Nec enim rectè dicitur: hoc vel illud præci- 11
pit ordinatio, conſtitutio vel ſtatutum: Ergo 12
eſt de forma actus.

Sed & per illud repellitur hæc reorum aſſertio,quod communiter iam receptum ſit, quod omni ſtatuto, conſtitutione & ordinatione: quinimò ipſa lege ſcripta potentior atque robuſtior ſit ſtylus atq; obſeruantia, quæ legem, ſtatutum,conſtitutionem,vel ordinationem ſequebatur. Facit enim ius, etiam contra omnem iuris diſpoſitionem. *c.ex literis & ibi Abb.n.6.ext.de conſt.Cacherun.deciſ.22. n.6.Theſaur.deciſ.1.n.9.Carẽm.Pariſ.conſil.44.in fin.volum.1. Hieronym.Gabriel.conſil.193.n.1.& 2. vol.1.Iob.Petr.Surd.conſ.377.n.38.vol.3.*

Iam verò hoc ſtylo in præſentia vtimur quo ab ordinario iuris proceſſu,incipere iam licet,quicquid edicat ordinatio Cameræ Electoralis, ſi de tranſactione ſpes omnis intercideriit.

Eodem quoq; modo,pondus aliquod illud non habet,præiudicium,quod olim inter N. & N. promulgabatur. Nam cum ex prima ipſius præiudicij relectione iam conſtet, illud vel ſexcenties,à noſtro caſu variaſſe.

Patet iam concluſio per ſe,illud cum nobis 13
commune nihil habere.Præiudicia enim pondus nullum habent, niſi facta ipſa, caſusq; euenientes, ſibi perarque ſimiles fuerint. *tradẽte in individuo Tib.Dec.in apol.aduerſ.Alc.c.vlt.n.191.*

Et data diſsimilitudine etiam leuiuſcula 14
omnes vires,præiudicio auferuntur. *per tradit. Euerard.in topic.in loc. à ſimili.n.11. verſ. quarto. Afflict.deciſ.350.n.11. Bender.in tr. renuſ. concluſ.4.n. 134.& concl.12.n.5.*

Vt taceam, multa fortasis, circa illud prætudicium, eiusque pronunciationem contigisse, quæ defendi, nisi summo vti velis iure, vix possunt.

15 Vnde rursus rectè huc referamus illud: quod non inspiciendum sit, quod fit, sed quod heri debebat. *l. pennit. ff. de iustic. & iur. Zoanett. ad l. vt vim. p. 3. n. 109. ff eod. tit. Herculan. in tr. de attentat. c. 28. n. 21. Medic. in tr. de LL. p. 3. q. 7. n. 5. in fin.*

16 Et præiudicia non fundata satis in iure vel æquitate, in consequentiam trahi non debent. *Tiber. Decian. in d. Apolog. Aduers. Alc. d. c. vlt. d. n. 131. vers. attamen.*

Secunda deinde Reorum exceptio habet: non potuisse sine venia vitricum matremq; Actoris, in ius vocari & ideo, à tutoribus eiusdem, mulctam 50. florenorum Hungaricorum iure nunc exigi.

Verùm cum in id, nihil allegent, quàm generaliter illam maximam: parentes in ius vocari non posse: duxerim ego, hanc quoque exceptionem, eiusdem cum antecedente monetæ.

Ostendisse enim ante omnia oportebat, in hac edicti, de in ius vocando, quod pœnale est, materia, in parentum appellatione, vitricum quoque includi.

17 Nam quandiu hoc edoctum non fuerit, regulam taliter iure non refragante, formabimus: quod vitricus venia ion impetrata, in ius vocari possit. *pradeute in indiuiduo Raphael. Fulgos. ad l. generaliter. n. 1. & ibi Alex. n. 8. Socin. q. 10 Ias. n. 11. & DD. ff. de in ius vocand. per l. si nouidum. & l. de his C. de furt.*

Quod si in edicto de in ius vocando pœnali, sub parentum appellatione vitricus quoq; contineretur: restaret attamen aliud adhuc, quod simul probasse oportebat, quod scilicet edictum prætoris, de in ius vocando, loquens de parentibus & liberis: extendendum sit ad tutores liberorum, eosdemq; pœnitus extraneos.

18 Illud autem taliter se non habere, ex eo perspicuum atq; palà est: quod expresse decisum extat, tutorem nomine pupilli sui personas, in edicto Prætoris, de in ius vocando, compræhensas, venia non impetrata in ius vocare posse: etiamsi hic tutor, ex eorum albo esset, qui id nomine proprio facere non possent, puta libertus vel eius generis alius *text. ad literam in l. quæsitum. & ibi Br. Bl. Castrens. n. 1. Alex. de Imol. in pr. Raphael. Fulgos. in pr. Ias. n. 1. & DD. ff. de in ius vocand. Br. in l. sed si hoc. §. vlt. n. 1. ff. eod. tit. gl. 1. in l. 1. & ibi Salyc. n. 1. C. si tut. non ges.*

Attenim hic tutorio tantum nomine actum fuerat: tutores item tales sunt, qui Reis ad reuerentiam vllam obligati non erant.

Accedit adhæc illud quoque, quod altissimum de hac exceptione, silentium fuerit in illo libello, quod ad retundendam Actoris actionem, ab initio, iudici porrexerant.

Nam hoc cum ita sit, exceptione hac post- 19
hac benè non vtentur. Est namq; prouisi iuris, quod is, qui in primo actu iudiciali, venia non petita exceptionem opponere intermiserat, eam remississe censeatur.

Ideoque redire ad eam amplius non possit. *Br. in l. quamuis. n. 2. & ibi Angel. in fin. Alex col. 2. vers. vltimo nota. Ias. n. 10. vers. item adde. ff. de in ius vocan. Ias. ad l. vltim. n. 2. vers. nisi pater. & ibi Cur. sen. n. 5. Dec. n. 4. Curt. iun. n. 10. & 13. Purpur. n. 37. & 38. C. eod. tit. Felin. in c. paralu. n. 30. vers. septimo ext. de exception. Gomez. in §. pœnales. n. 31. & seqq. inst. de action. qui hanc communem esse attestatur. Alex conf. 166. n. 2. vol. 2.* *

Sic quoque incerti iuris non est: quod iu- 20
dex censeatur dedisse veniam, eo ipso, quod ad preces partis, vel citationem ad parentes decernit, vel aliquibus vt audiant causam, committit. *Vti in specie decidit Cappe. decis. 56. n. 7. Ascan. Clement. in tr. de patr. potest. effect. 3. n. 19. Fr. Curt. in add. 1. Ad Alex. ad l. vltim. C. de in ius vocand.*

Cum attamen hic, iudex, non solùm citationem decreuerit, verum etiam ea, quæ aduersus citationem hanc opponebantur, admittere noluerit.

Et præterea vsus quoq; edicti Prætoris, de 21
in ius vocando in Camera Electorali, nullus amplius est.

Sed quotidiè, de causis liberorum æque parentum, venia nulla impetrata inibi cognoscitur, vt præiudicijs hoc confirmare possem, nisi omnibus notissimum esse, cognitum exploratumq; haberem.

Sic namq; exceptionis huius ex edicto: de 22
in ius vocando, hodie amplius vsum non esse magnum, propterea quod eo ipso, quod iudex quem, ad instantiam alicuis, in ius vocat, venia iam intelligatur impetrata. In indiuiduo attestatur *Vuesenbec, in paratit. n. 12. ff. de in ius vocando. Zanger. in tr. de except. Rub. de secundo genere exceptionum dilatoriarum. n. 26. Qui etiam testis est, quod sæpius in praxi viderit, hac exceptione ſpretâ, Reo, litis contestationem ingrgi.*

Vt taceam, nullo etiam modo, exceptio- 23
nem hanc, etiamsi constare posset, ipsum processum labefactare, atque demoliri. Pro vt hoc, quod processus venia non impetrata inceptus valeat, etiamsi pœna, quam edicto suo de in ius vocando, prætor inferuerat, sit persoluenda, in specie decidit *Guil. de Cun. in l. vlt. & ibi Rainer. de Forl. Cyn. vers. secundo quæro. Br. lect. 1. n. 2. & lect. 2. vers. quæro pone. C. de in ius vocan. Ascan. Clement. in tr. de patr. potest. d. §ff. 3. n. 18. vbi hanc esse communem effatur.* *

Nec obstat quod attamen, casu hoc poste- 24
riori mulcta 50. solidorum, omninò persoluenda esset: nam nec hoc quidem succedit: Propterea quod in id, vt quinquaginta solidi, pa-

di, parentes in ius sine venia vocati, consequantur actione ex edicto prætoris, de in ius vocando opus sit. exceptio autem neutiquam sufficiat *per vulg.*

Verum hic nulla actio instituta fuit, sed tantum excipiendo defenderunt se Rei.

Objiciunt deinde Rei Tertio loco exceptionem: tibi non competit actio: Idque ex eo capite, quod tutores, cum Rei feudo VV. cederent, rationes quas Rei conscripserant, sine contradictione vlla receperint.

Verum hæc exceptio, refutari nullo ferè negocio potest.

De his enim, quæ huic exceptioni substernuntur, fides nunquam fiet. Cum nemo tutorum illo anno feudum VV. aut vllas rationes à Reis confectas, viderit.

25 Reliquum itaque illud tantum fit: Quod amoto præsupposito, corruant omnia, quæ superius exædificabantur, *tradente in indiuiduo Crauett. conf. 486. n. 4. & aliis passim.*

Quod si Tutores, conscriptas à Reis rationes accepissent, non tamen ob id consecuti essent Rei liberationem vllam.

Nam quid de hac acceptilatione rationum sentiendum, id ex transactione inter Reos & Tutores confecta, dilucidissimè constat.

Ita enim loquitur transactio: villicum iuratum esse debere, tàm Tutoribus quàm Reis: Debere item eundem annis singulis rationes reddere, tàm Tutoribus quàm Reis. Vt addiscere Tutores ex rationibus distractis possent, num præter id annuum, quod ex feudo VV. Reis persoluendum erat, quid restaret: an verò supplendum aliquid adhuc foret Reis. Nam si excedere feudi VV. reditus, debita annua Reis, appareret, rei obligati iam sunt, qua superfunt, Tutoribus restituere.

26 Non itaq; liberatio vlla, hinc inferri poterit. Non enim liberationis causa, sed vt reliqua, & annuam quantitatem excedentia, addiscerentur, rationes hæ computatæ fuerunt. Inducta itaq; in vnum finem, contrarium finem operari non debent. *l. legata mutiliter. ff. de adim. legat. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 11. n. 5. vers. tertia. Seraphin. in tr. de iurament. priuil. 33. n. 121. & priuil. 74. n. 20. Coras. miscell. lib. 3. c. 15. n. 5. Hart. Pist. q. 2. n. 42. lib. 2.*

Præterea planè quoque diuersa sunt rationes distrahere & reliqua remittere. Qui itaque ex separatis apti quicquam inferetur?

27 Accedat adhæc: quod à iure certi constituti, inuentiq; sint modi introducendæ liberationis à debito. Veluti sunt:

I. Instrumenti debiti cancellatio, quodq; id, ita cancellatum, pœnes debitorem reperiatur.

II. Item confessio creditoris propria.

III. Item per contrariæ scripturæ de recepto prolationem: aut quinq; testium depositionem.

IV. Item quod creditor sciens, absque compensatione, debitori suo, solutionem alterius debiti facit.

V. Si debitor præscriptionem probarit.

VI. Et deniq; si creditor debitoris bona administrarit, *Vt videre est tum ex Mascard. in tr. de probat. concl. 982. per tot. tum ex Marcell. Cala. in tr. de mod. art. & prob. §. 2. gl. vnic. n. 1336. & seqq.*

At nullibi inuenies, ex nuda rationum redditione, liberationem oriri.

Cum itaque inter hosce modos, rationum 28
distractio, non recenseatur: distractioni quoq; rationum, hunc effectum rectè non attribuemus. Quod enim lex non dicit, nobis quoq; dicendum nullo modo erit. *l. si vero. §. de vir. ff. solut. matrim. l. si seruum. §. non dixit. Prætor. de acquir. hered. l. dissentientis. C. de repud. Euer. in topic. in loc. à leg. cessant. n. 1.*

Quid quod post rationes acceptas semper quoq; Reos interpellarint Tutores:

Nam etiam, antequam feudo cederent eos propterea in ius vocarunt. Licet illi non comparuerint.

Quin etiam anno 97. in arce quæ N. est huius rei causa, amicabiles tractatus mediatore Capitaneo in N. instituebantur: ipsi etiam Rei, tum temporis, se centum Ioachimicos, reliquorum nomine persoluturos, receperunt.

Vnde Tutores, rem seriò à Reis non agi, existimantes, toti quoque transactioni renunciarunt.

Quomodo itaq; incusabuntur Tutores, quod rationibus non contradixerint?

An non ipsa transactio, de qua supra, vices 29
contradictionis supplebit? Nam ibi protestatio & contradictio superflua est, vbi iam ius suum alicui sartum tectum remanet: *per tradit. Mar. de re. in tr. de protest. n. 3. per l. vlt. §. item. si prædixerit. ff. naut. caup. stabul.*

Sed & iuris est, quod nunquam omissa 30
contradictio vel protestatio, pro consensu vel approbatione habeatur, in respicientibus tertij præiudicium, cuius bona ad me, cura & solicitudine tantum spectant. *l. 5. ff. de autor. tutor. Ias. in l. qua dotis. n. 101. ff. solut. matrim. Petr. Peccan. tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 3. n. 3. Borg. Caual. in tr. de iur. & cur. n. 131.*

At dicunt Rei. Eccur anno 1600. demum actionem instituistis, animaduertere enim citius feudi reditus, ea quæ nobis debebantur, superare?

Verum id eo refutatur, quod commodè prius actionem Tutores instituere non potuerint, nisi nouè quotannis iudicem adire vellent, quàm feudo VV. cessissent Rei.

Id quod anno 98. primùm factum est: & postquam feudum VV. Rei dereliquissent, annus

annos, elabebatur, priusquam quid facto opus esset, Tutores inter sese concluderent. Conuenire enim, quoties libitum fuerat, alijs magis arduis negocijs impetiti nequiuere.

31 Cesso nunc dicere, quod in id, vt actio personalis amplius non competat, non hæc vel illa approbatio, aut quid simile approbationi, veluti silentium biennale sufficiat: Sed quod longissimi temporis præscriptione opus sit. *l. 2. C. de consult. pecun. l. cum notissimi. C. de præscript. 30. annor. Balb. in tr. de præscript. 2. p. 3 p. p. q. 10. n. 13. cum similib. vulgar.*

32 Id quod & in actione, qua ad rationes distrahendas, & vt reliqua soluantur, agitur, verum est atq; obtinet. *l. maxime. ff. de adm. tut. iunct. l. non solum. 9. in qui reddere. ff. de liber. legat. Bl. ad rub. vers. nunquid post longum tempus. ext. de procurator.*

Conantur deinde Rei: exceptionem: tibi non competit actio, ex eo confirmare quod ipsis polliciti sint Tutores, postquam rationes, cum villico distraxissent: Rei verò peterent, vt etiam à rationibus redditis, nunc liberarentur, & apochæ desuper conficerentur, illos nunquam post hâc impetitum iri. Placere enim sibi eas, quas confecissent, rationes.

Verum hoc, si pœnitius consideretur, partibus Reorum plus obest, quàm prodest. Acceptari enim potest à Tutoribus, quod apochas à Tutoribus habere desiderarint. Nam cum hoc ita sit, non distractionem rationum, liberationem operari: sed apocha præterea in id opus esse, se autem hac destitui, iam fatentur. Et per consequens reliquum illud tantum fit, liberationem à debito nunquam eos fuisse consecutos. Vbi enim de debito constat, perscripturam etiam priuatam, veluti hic ex rationibus redditis, de eo constat: liberatio à debito non probabitur, nisi per quietationem creditoris, aut per quinq; testes

33 * *text. in l. testium. & ibi DD communiter. C. de testib. Afflix decis. 13. n. 25. Cacher. decis. 42. n. 14. & seq.*

34 Qui adhuc conuocati in id peculiariter esse debent. *Auth. rogati. C. eod. tit. Lancil. in tr. de offic. Prætor. Rubr. person. test. aggr. n. 79. Prosp. Farinac. in tr. de testib. q. 62. n. 146.*

35 Sed &, vt video, Tutores planè abnegant, sibi pollicitationem eiusmodi, vnquam in mentem venisse: non item promissionem talem facere, in potestate sita fuisse aiunt. Donare enim non potest Tutor, *vt sunt textus ad literam. l. tutor ad vtilitatem. l. Lucius. §. tutoribus. ff. de adm. tut. l. non omne §. cum itaq;. C. eod. titul.*

36 Quare remissionem quoque debiti facere non poterit. Remissio enim siue liberatio gratis facta, vim prorsus donationis habet. *l. si mulier ff. condict. ob caus. contra turis §. vltim. ff. de pact. l. si tui præses. n. 12. C. de transact. Dec. in l. si quis obligatione. n. 2. ff. de regul. iur. Tiraq. ad l. si vnquam. in v. donatione largitus. n. 173. C. de reuocat. donat. Matth. de Afflict. decis. 232. n. 2. Iacob. Ayrer. ad l. vnic. n. 40. de ert. calc.*

Atq; ita in specie, quod is, qui non potest donare, non possit quoq; gratis liberationem à debito facere, *legitur apud Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 33. n. 343. vbi Bl. Abb. & Cassren. in id adducit.* 37

Quinimò quod tutor non possit gratis debitori pupilli, debitum remittere in indiuiduo decidit *Roman. cons. 28. in pr. Montan. d. c. 33. nu. 341.* 38

Accedit deniq; adhæc illud quoq;, quod legitimæ sanctiones expressè annunciant: quod liberatio à reddendis rationibus non extendatur ad solutionem reliquorum vsq; *l. Non solum in fin. cum l. seq. ff. de lib. legat. l. Thaïs. §. Strychus & Damas. ff. de fideicom. libert. & traduntur in specie. Gratt. Rum. Corn. & Cardin. Paris. in locis adductis à Paul. Montan. in tr. de iur. tutel & curat. c. 38. n. 16.* 39

Cum istiusmodi liberatio, nihil præterea in se contineat, quàm ne scrupulosa nimis inquisitio instituatur. *Vti Salycet. Fulgos. Iohan. de Anan. Castr. Alex. Decio & Parisio, adductis, in specie decidit Mascard. in d. tr. de probat. conclus. 1252. n. 13. & 15. Montan. d. c. 38. n. 27. per l. si seruus vectus. ff. de legat. 1. l. non solum debitorem. §. vlt. ff. de lib. legat.* 40

Fac itaque Tutores, id promisisse, quod Rei aiunt, potuisse item eos, talem promissionem iure facere, non tamen adhuc, incrementum inde accipiet exceptio hæc tibi non competit actio.

Nam satisfactum iam esset istiusmodi promissioni. Non enim scrupulosè nimis, à Reis rationes exactæ fuerunt: Sed de eo tantum agitur, vt reliqua præstentur. Ad quæ liberatio, à reddendis rationibus non pertinet.

Denique hîc illud quoque adaptari rectè potest: quod nunquam liberatio à reddendis rationibus progrediatur ad liberationem à culpa vsq;, Vt anteitore *Ruino, in induiduo scriptum reliquit Medic. in tr. de accept. q. 9. n. 13.* 41

Atenim in præsentia, de impensis superfluè factis, qualisq; fecisse nec pupillis nec bonis eorum conducebat, & num eæ restituendæ veniant, nec ne atque sic de culpa administrantium tantum agitur. Nec enim quis sumtus atque impensas, quas culpa propria fecit, imputare ei potest, cuius bona administrauit. *Petr. Gilken. in tr. de impens. p. 2. c. 10. n. 3. tex. in l. siue hereditaria. ff. de neg. gest.* 42

Quartò excipiunt Rei, prioribus exceptionibus diffisi, oportere ante omnia, vt ipsæ rationes sibi per Tutores edantur: siquidem litem contestari sibi incumberet.

Verum hæc exceptio plærag; Paradoxa continere mihi visa est.

Nam incogniti iuris non est, quod vlla edito illi, cuius non interest, facienda quoque non sit. *text. in l. quadam. §. cæterum. & in l. argentarius.* 43

tarius.ff.de edend.Br.in l.1 §. editiones. n.3.& ibi Ias. n.7.ff.eod.tit.Rutger.Rul.in tr. de commiss. p. 2.lib.5. c.19.n.27.

Atenim hic Rei, interesse vllum probabiliter allegare nesciunt. Nam vt habet conuentio, inter Reos & Tutores inita, non solùm Tutoribus, verum etiam Reis quotannis rationes reddi debebant.

44 Aut itaq; rationes redditæ, Reis quoq; vt habet transactio, fuerunt: & quod hinc consequens est, non minus quoq; ijs, exemplar rationum, quàm tutoribus fuit exhibitum, & ideo sine causa Tutoribus negocium, ob rationes non editas facessunt, superfluis enim editionibus nemo onerandus est. *argum.l.1.§. quibus. C. de no. Cod.fac.l. vlt.C. qui admitt.l.non cogendum.in fin.ff.de procurat.l. qui bis idem.& ibi Ias.ff.de verbor.obligat.*

45 Frustra item quis petit, editionem sibi instrumentorum vel rationum earum fieri quas iam pœnes se habet. *l.21.si quis ex argentariis.§. Prætor.aut.ff de edend.l. 1. §. interdictum autem.ff. vti poss.fac.trad.Cravett.cons.68.n.12.*

46 Aut non fuerunt eis redditæ rationes: & rursus editionem rationum fieri, frustra petunt. Dum enim id neglexerunt facere, quod ipsis facere, Transactio iniungebat, iam in culpa constituti reperiuntur. Etenim culpæ reus & omnis is, qui non facit id, ad quod faciendum tenebatur. *Felin.in c.si autem.n.3.ext.de rescrip. Rum.cons.5 2.n. 8.vol.5. Crau. cons.13 2.n.4. & cons.969.n.7.text.in c. Roman. ext.de censib.*

47 De ijs autem, qui culpæ rei facti sunt, semper & vbiq; verum est: quod valde indecens atq; absonum sit, reo culpæ culpam prodesse: aut è diuerso, quem ob alterius culpam, frustratorijs editionibus faciendis aggrauari *l. homineus.ff.mandat.l.relegatorum.§ potest. abeus.ff.de minor.& relegat.Cravet.cons.372.n.4.vbi Corn. quoque idem volentem adducit.*

Præterea alia quoq; ratione constat exceptione hac litis ingressum impediri nõ posse.

Non fecerant enim Tutores in libello suo vllorum documentorum mentionem aliquam: nisi Transactionis eius, quam iam aliquoties indicauimus, & deinde epitomes certæ, ex rationibus totis congestæ, quam etiam simul exhibuerunt.

48 Cogi itaque ad aliam aliquam rationem præterea faciendam iure non poterunt. Clarissimi enim iuris est: quod actori qui nullam instrumenti alicuius, in libello suo mentionẽ fecerat, nulla quoq; editio, ante litem contestatam iniungenda sit: sed quod tunc editionem omnem, vlq; ad terminum productionis reseruari oporteat. *Vti in iudiudo tradidit Petr. Frider.in tr.de process.iu Camer.extrah.lib.2.c.48.in pr.vers.& siquidem Actor.*

49 Sic quoq; alia à partibus Tutorum stat iuris regula, quæ habet: quod facta mentione instrumenti in libello, per modum assertæ probationis: verbi gratia: si dicatur: Titius mihi vendidit, talem rem, pro tanto precio, veluti apparet per instrumentum publicum, manu talis Notarij scriptum: editio eiusdem facienda non sit, nisi post litem contestatam demum, & eo tempore cum instrumenta iam producere oportet. Vti in indiuiduo tradidit *Br.in l.3.n.29.& ibi Alex.de Imol.n.20.Ias.n.36.& DD.C.de edend.Br.in l.post quam.§.si vles.ff.vt leg.seu fideic.nom.caueat.Ias.in l.1.§.edenda.ff.de edend.Mantuan.in tr.de ordin.iud.in 2.p.6.p.p.act.10.n.3.Et est communis opinio teste Ioh.Fr. Pusp.ad l.3.n.232.C. de edend.*

Enimuerò hîc, aliter in libello suo, ad rationes Tutores se nõ retulerant, quàm in modum assertæ probationis: & insuper rationibus etiam non visis, Rei certi iam sunt, an cedere, an verò contendere malint.

Non itaque ante terminum probatorium rationum editio ipsis facienda est.

Quorsum & illud referendum: frustra eius instrumenti editionem à reo, ante litem contestatam, cum primis efflagitari, quod non minus apud reum ipsum, quàm actorem esse debebat. *text.in l.si legatum.& ibi Br.n.1.Ias.n.2. & DD.communiter.C.de edend.Frider.d.tr.de process. in Camer. extraheud. lib. 2. c. 48. in pr. vers. nisi fuerit mentio.*

Cum attamen hîc, vi transactionis, rationes non minus apud Reos, quàm Tutores esse debuissent.

Deniq; non solùm editionem simplicem Rei à Tutoribus petunt, verum etiam hanc iurisiurandi vinculo confirmari volunt. Verum hoc vspiam in iure fieri mandatum esse, non recolo: nulla item re, petitionem hanc suam, Rei confirmarunt.

Merito itaq; hanc illorum petitionem virum bonum spernere posse arbitror. Nec enim facile nec temerè iurisiurandi præstatio subeunda est. *Speculan tit.de requis. conf. versitem facit eos iurare.*

Quod si omninò apud iudicem staret sententia: Tutoribus, ad petitionem Reorum, iuramenti præstationem deferendam esse: iure tu, contutorq; tuus, me iudice ab ijsdem reis, vt ipsi prius de malicia iuramentum subeant, exigere poteritis. Atq; si hoc iurare recusent, vos quoq;, ab editione iurato facienda, excusati eritis. Hoc enim iure quotidiè vtimur, quo statuitur editionem postulantibus, illam fieri debere, siquidem prius iurauerint, quod non malicioſe, siue calumniæ causa, sed ob interesse suum hanc petant: *Vt est text.ad literam. in l. quædam. §. vlt. ff. de edend. Rutger. Rul.in tr.de commiss.p.2 lib.5.c.21.n.5.*

Nec dictum, an iam lis contestata fuerit, nec ne. Nam & ante litem contestatam, de malicia iurandum est, si id petitum fuerit. *text.in c.vlt.de iuram.cal.in 6. Marc. Anton. Del. Re.in tr.de iuramentcal.c.1.n.18.& 19.* F. P. D.

CON-

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1. Exceptio attorni tabe fuerit, quæsiti narrata litis ingressum impedit, in dubio tamen ad causæ reatum censetur apposita, & non ad litis ingressum impedientem.
Nec huc cadit, litis contestationem præpedire posse. n. 2.
2. Exceptio quæcunq; litis ingressum impedire debet, in continenti probanda est.
Et docuit in continenti probari, si intra octo vel decem dies proximos de ea edocentur. n. 4.
3. Exceptio nulla impedire processum potest, si lite contestata demum opposita fuerit.
4. Litis contestatio introducitur propositis narrationibus & factis contradictione.
5. Litem in criminalibus contestari non oportet.
6. Lis in causis summarijs non contestatur.
7. Summarie causa dicitur omnis, in qua agitur, de provisionibus probandæ, canonicatus, seu beneficij Ecclesiastici.
Item omnia quæ tangit homines religiosos. n. 10.
8. Anima damnum inæstimabile est.
9. In assassinatu crimine, iuris subtilitates, & alia enormitatem non consideramus.
10. Exceptiones litis ingressum impedientes, in causis summarijs per iudicem repelli oportet.
11. Litis contestatio eventualis exceptionibus litis ingressum impedientibus annectenda.
Id quod observatur in Camera imperiali. ibid.
Item in Curijs Electoratus Saxonici. n. 15.
12. Argumentum a teste, ad actum a teste negatum, rectè non concludit.
Accusator inimicus, si eò, quod inimicus esset, repelleretur: amicus verò amicè nunquam accuset, iam extrema sequitur delictorum impunitas. ibid.
13. Odio aliquid fieri, non præsumitur.
14. Inimicitia ab allegante probanda est.
15. Inimicitiam in genere probari non sufficit: sed probare eam in specie oportet.
16. Inimicitiam quamlibet, probare satis non est, sed eam tantum, quæ extrema & capitalis est.
17. Præsupposito appto, corruunt omnia inde secuta.
18. Depositio ab officio, æquiparatur deportationi.
19. Remotio ab officio, minus quid deportatione est.
20. Depositio ab officio, est perpetua ab administratione altaris & ordinibus Ecclesiasticis removio.
21. Accusator inimicus nunquam ob inimicitiam, ab accusatione repellitur, si accusationem officij sibi imputabilis reatus, insinuerit.
22. Patronus Ecclesiæ, debet accusare præsbyterum delinquentem res Ecclesiæ suæ.
23. Patronus Ecclesiæ solipsum esse debet, vt faciendorum qualitatem sciat, Ecclesiæ suæ præficiatur.
24. Ordinatio Consistorialis. Brandenburgica, vt Ecclesiarum Patronis, potestatem vocandi sacerdotes præbeat in quos, ijdem ex causa iusta, dimittendi existant, facultatem concessit.
25. Accusatio personæ Ecclesiasticæ a nemine permittitur, nisi ijs, qui iuris esse aliquod habent.
26. Accusator inimicus, sæpe vel fuerunt inimicum prosequens, non recipitur.
27. Consequentia malè fit: non est confessus peccata sua: Ergo accusare non potest.
28. Dispositio c. omnis utriusq; sexus, extr. de pœnit. & remissis. in Ecclesijs priorio doctrinæ docere non habet.
29. Dispositio de omnis utriusq; sexus pertinet ad Hermophroditos tantum.
30. Parta sunt non dicere & non probare.
31. Non confessus peccata sua, quatenus ad sacramentum confitenda, arcentur.
Excommunicatus communem habet infamiam. ibid.
Infamis testis esse non potest. ibid.
32. Testis ab excommunicatione minorem non repellitur.
33. Argumentum à tali secundum quid ad tale simpliciter, non procedit.
34. A casu Dominicæ vpu. potest quis abstinere ex causa probabili, non solum per unum annum, verum etiam per longius tempus.
35. Ab excommunicatione absolutus, potest contra quemcunq; testimonium ferre, in accusationes quascunq; instituere.
36. Ab accusatione non repellitur accusator vitiosus in concubinatu, si laicus sit.
37. Concubinatus iure quidem prohibitus non reprimitur.
Laici viuunt, secundum ius ciuile. ibid.
38. Accusator etiam iure Canonico, nemo esse prohibetur ob id, quod olim in concubinatu vixerat.
39. Causa ex qua agitur, ad priuationem dignitatis, officij vel beneficij, dicitur ciuilis.
40. In libello ciuili, locum, mensem vel diem apponere necesse non est.
Quod verum est, etiam in libello accusatorio, dummodo de delicto sufficienter cognoscatur. n. 45.
41. Libello accusatorio non nocet, mos de tempore, per relationem ad aliud certiores fieri.

47. Li-

47. *Libellus accusatorius, in quo in inscriptione erratum fuerat, emendari potest, ad litem vsq; contestatam.*
48. *Tempus omissum in libello criminali potest deinde adhuc probari, & per id, libellus à nullitate vindicari.*
49. *Libello accusatorio innocuum est, diem delicti perpetrati, omissum esse.*
50. *Accusator cogi potest à iudice vt exprimat diem delicti, si id petat accusatus.*
Contrarium n. 51.
Quæ opinio contraria, obseruatur etiam in Camera Imperiali. n. 52.
53. *Libellum criminalem, ob diem delicti omissum, ineptum fieri, nulla præcipit iuris constitutio.*
54. *Accusatus, diem commissi delicti exprimi calumniosè petens, non auditur.*
55. *Accusatus is, diem exprimi calumniosè petere censetur, qui nullam hinc maiorem consequitur sui defendendi facultatem.*
56. *Demonstratio rei demonstratæ frustra petitur.*
57. *Loci notorij expressio, in libello criminali necessaria non est.*
58. *Libellus criminalis, in quo locus delicti non exprimitur, per se & ipso iure nullus est.*
59. *Argumentū à loco ad tempus, valdè in iure.*
60. *Dies notorij expressio, in libello criminali superfluè petitur.*
61. *Accusator, à quo accusatus, diei expressionem efflagitat, audiendus est, si se diem ignorare responderit.*
Maximè si id affirmarit, sub iuramenti vinculo n. 62.
63. *Accusator non succumbit, etiamsi probarit alio die, quam quem instante accusato, in libello expresserat, delictum perpetratū esse.*
64. *Diem delicti expressisse, sed non probasse, non nocet, si libello inserta fuerint istæ clausulæ: non se astringens: Item super quibus omnibus & singulis. &c.*
65. *Excusatio eorum improba est, qui simulant se nescire mores regionis per vulgatissimos.*
66. *Actor quando teneatur ante litem contestatam edere instrumentum, cuius in libello mentionem fecerat, & n. 67. & 68.*
69. *Libelli ineptitudo, in vno articulo commissa, reliquis libelli articulis non nocebit.*
70. *Accusator non satisdat, sed sese inscribere iure Codicis tenetur.*
71. *Accusatores hodiè inscribere sese amplius necesse non habent.*
72. *Satisdatio de qua auth. generaliter. C. de episc. & cler. loquitur planè iam ex aula recessit.*
73. *Lex quæ in desuetudinem iam abierat, ad causarum decisionem allegari non meretur.*
74. *Exceptio quæuis malitiosè mota, reijci per iudicem debet.*
75. *Exceptio satisdationis calumniosè interposita, per iudicem reijcitur.*
76. *Homo ad centum vsq; annos viuere potest.*
77. *Familiarum interitus & similes tristes casus, lex in consideratione non habet.*
78. *Exempla, præiudicia & res iudicatæ, in similibus casibus, magnopere adiuuant eos, à quorum partibus stant.*
79. *Cautio iuratoria admittenda si reliqua probationum genera defecerint.*
80. *Iniuria est, si quis diuitem satis de paupertate diffamarit.*

THEMA.

SExcommunò sunt, per quæ ab actione instituta, Actorem deijcere conatur Reus; veluti primò: quod sit inimicus.

2. *Quod aliquandiu sacra synaxi non fuerit vsus.*

3. *Quod sit concubinarius: quodq; hæc omnia obstent, quò minus accusare possit.*

4. *Quod libellus sit ineptus.*

5. *Quod instrumenta, quorum Actor in libello mentionem fecerat, edita nondum sunt.*

6. *Et quod ex præscripto authent. generaliter. C. de Episcop. & Cleric. non satisfecerit.*

Et sanè antequam singularum exceptionum refutationem accedam, eius prius iudicem admonendum esse censui, quod vt contemplari per se potest, exceptiones hæ à Reo, in vim impedientium litis ingressum, oppositæ sunt.

Nam hoc cum ita sit, prodit quoq; simul ineptitudo eorum maxima.

Certum namq; est PRIMO: quod omnis exceptio, etiamsi per se naturam impediendi litis ingressum sortita sit, in dubio censeatur opposita ad merita causæ, & non ad impediendum litis ingressum. *Vti in individuo docuis Bl. in l. & eleganter. §. si quis post in addit. noua. vers. sed nunquid. ff. de condict. indeb. per l. 3. C. ad Senatusconsf. Macedonian.* 1

Quodq; hoc casu litis contestationem non impediat. *Bl. d. vers. sed nunquid.* 2

Iam verò hic Reus, nunquam mentem suam aperuerat, & num has, ad litis ingressum impediendū oppositas esse vellet, ostenderat.

Rectè itaq; dicimus, quod hæ ad causæ merita oppositæ sint, & ideo litis ingressum non præpediant.

Secundò: explorati quoq; iuris est, quod omnis exceptio, quæ litis ingressum impedire debet, in continenti probanda sit. Alioqui enim post litem contestatam demùm examinanda venit. *Br. in l. nam & postea in pr. n. 2. ff. de iureiur. Ias. in l. ait Prætor. in pr. l. 2. n. 23. ff. eod. tit. Gail, obseruat. 24. n. 13. lib. 1, obseruat. 119. n. 9. lib. 1. Turz. in opin. com. 15. Anton. Capyc. decis. 10. n. 19. cum seqq. Fr. Marc. decis. 429. n. 16. p. 3. Laurent. Tennin. Rodulph. in tr. caut. caut. 75. n. 3. vers. propterea Br.* 3

Quodq; ita demum exceptio ad impediendum litis ingressum opposita, in continenti probetur, si intra octo vel ad summum decem dies, de veritate eius, apparere incipiat. *Vti Br. Innocent. & Abb. adducitis in specie docet Marc. Anton. Blanc. in tr. de except. impedit. lit. ingr. in pr. n. 4.*

Atenim hîc, ante duos & amplius menses, Reus exceptiones hasce suas, interposuerat iam: Vt verò eas probaret ne cogitauit quidem vnquam: tantum abest, vt dici possit, eum eas in continenti probasse.

TERTIÒ Decretum quoq; illud, quod à iudicibus, inter hasce partes ferebatur, nullas exceptiones, litis ingressum impedientes, Reo reseruat, sed nudè & simpliciter, Reo litis contestationem iniungit.

5 Quod cum ita sit, rectè quoq; rursus inferemus, eum ab omni litis finitæ exceptionum interpositione iam exclusum esse: Pro vt hoc, quod frustrà ad impediendum processum, lite iam contestata, opponantur exceptiones aliquæ, *in specie decidit Bl. ad d. l. eleganter. 6. si quis post. in addit. noua. vers. quarto an exceptio. ff. de condict. indebit.*

6 Quinimò si rem exactius pensitauerimus, litis contestatio, tempore Decreti interpositi, facta iam erat. Propoluerat enim actionem suam Actor: illam verò inficiebatur Reus. Iam verò longè certissimum est, quod inducatur litis contestatio proposita narratione, & facta contradictione. *l. vnic. & ibi Bl. C. de lit. contest. Bl. in l. rem non nouam. 6. patronus. C. de iudic. Rot. decis. 354. Iohan. Bapt. Asin. an sua prax. p. 1. §. 17. c. 131. 7.*

Quartò actio quoq; proposita talis non est: vt litis contestatione indigeat.

Ingressum itaq; litis quoque, vllius exceptionis interuentio hîc, remorari non potest.

Nam primò ipse fatetur Reus, actionem criminalem esse, vtpote cum ad remorionem ab officio, egerit Actor.

7 Iam verò iuris est, quod in criminalibus lis non sit contestanda. *Mainer. in l. non solet. n. 5. & 6. ff. de regul. Iur. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi. d. p. 1. §. 17. c. 1. n. 10.*

Cessat itaq; in præsentia quoq;, omnis litis finitæ exceptio.

8 Et præterea iuris quoq; est apertissimi, quod in causis summarijs, nulla litis contestatione opus sit. *Clementin. sæpe. De verbor. signif. Br. in consist. ad reprimend. inv. & figura. n. 10. Robert. Mar. int. n tr. de ordin. iudicior. p. 4. distinct. 9. n. 20.*

9 Item omnem causam, quæ de prouisionibus prebendæ, Canonicatus seu beneficij Ecclesiastici est. *Clement. dispendiosam. & ibi Cardin. q. 36. De iudic.*

10 Nec non omnem causam, quæ homines religiosos tangit, summariam esse. *text. in c. olim. & ibi Aretin. notab. 6. Felin. n. 4. & DD. de accus.*

Atenim hîc, contra Clerici personam agebatur, quo is in Ecclesia, cui hactenus præfuerat, ob mores suos reprobos, cum auditorum scandalo, vlterius non toleraretur. Simulq; petebatur vt illijpsi Ecclesiæ, de nouo pastore, qui rectè doceret, & bene viueret, prospiceretur.

Sic dicitur, animæ damnum inæstimabile 11
esse. *teste Speculat. in tit. de posit. §. nono n. 6.*

Huius itaq; causæ executionem vtpotè, animarum damnum secum trahentem accelerare oportet, & per consequens, exceptiones in eâ litis ingressum impedientes, admittendæ non sunt.

Nam si verum est, quod in crimine assas- 12
sinij, iuris subtilitatibus insistendum non sit: *tradente Tulio Claro. in practi. criminal. §. assassinum. in fin. princ. Iohan. Bernard. Mussatell. in practi. criminal. tit. de homicid. med. mand. n. 63. Vbi Vincent. de Franch. idem docentem allegat.*

Hic minus longè exceptiones finiri litem impedientes, locum inuenient. Vertitur enim maius animorum scilicet damnum.

Atq; ita in specie quod in causis summa- 13
rijs, exceptiones litis ingressum impedientes, per iudicem repellendæ sint: scriptum reliquit *Br. in d. constitut. ad reprimend. in v. & figura sub n. 9.*

Et deniq; litem in euentum saltem con- 14
testari debuisset Reus: Veluti id exigit Stylus, omnium bene constitutorum iudiciorum.

Sic in Camera Imperiali, quæ Spiræ est, *§. dempnach sollen, &c. in Recess. Spirens. de Anno 1570.*

Nec non in Electoratu Saxoniæ, huiusmo- 15
di exceptionibus, Eventualhandelung annectenda est. *Const. Electior. Augustæ. 3. p. 1. Zanger. an tr. de except. Rubr. de except. fatidat. n. 14. v. & siquidem.*

Quare audiri non solum debet Reus, hac suarum exceptionum allegatione: Sed & præterea, in litis retardatæ expensas, maritò condemnatur.

Deindè, si ad normam, præscriptumq;, exceptionibus quæ litis impediendæ vim habent, dictatum, exceptiones hæ propositæ essent: nulla tamen harum posset subsistere.

Nam vt vides. Prima exceptio in eo fundata est: quod argumentum à teste, ad accusatorem valeat: quodq; propterea, sicuti inimicus à ferendo testimonio repellitur: ita quoque ad accusandum, non admittatur.

Euerti itaq; potest, primò per id: quod 16
adhuc vndiq; non constet, nec inter omnes receptum sit, an valeat argumentum à teste ad accusatorem negatiuè. Quinimò sunt qui hanc opinionem defendi neutiquam posse: sed inimicum accusatorem repulsam non pati, censeant. Nam si inimicus accusator reijceretur: amicus verò amicum, nunquam accuset vel reum faciat: iam impunita remanebunt delicta omnia. *gl. magna. in fine in l. qui accusare. ff. de accusat. gl. ad Rubric. C. qui accus. non poss. Iohan. de Imol. in l. is qui reus. nu. 13. vers. item*

tem non obſtat.ff.de publ.iudic. Abb. in c. licet Hoſt. n. 11 ext.de Simon. Abb. ad c. 1. n. 8. & ibi Felin.n.4. extr.de accuſat.Iul. Clar.in practi. crimin. §. vltim. q. 14. nu. 17.

Etenim longè diſpar eſt ratio,teſtis & accuſatoris. Teſti enim aduerſus accuſatorem creditur: accuſatori verò ſine teſtibus nequaquam. Vt rectè animaduertit *Imol. ad d. l.ſi qui reus. d.n.13. verſ. item non obſtat. ff. de publ. iudic.*

Verùm fac, argumentum hoc, à teſte ad accuſatorem rectè concludere, carebit attamen adhuc ſuis ſuppolitis. Dicit enim: equidem, Actorem, Reus, inimicum ſuum intenſiſsimum & capitaliorem eſſe: Sed quo inimicitiam hanc probet, non habet.

17 Rationis autem eſt,ſi dixerimus: odio aliquid fieri, nullo modo præſumi, *tradente in induiduo Tiber.Decian.conſil.74 n.22.Vol.3.*

18 Item inimicitiam, cum non præſumatur ab allegante eam, probandam eſſe. *Bl. ad l. ſi quis teſtibus.n.17.per ill.text.C.de teſtib.Grammat. deciſion 34. n. 22. Maſcard.in tr. de probat. concluſ. 898.n.4.Gozadin.conſil.89.in fin.Bellon. conſil. 63. n.12.Crauett.conſil. 8.n.8.*

19 Sed nec ſufficere, inimicitiam in genere probatam eſſe, ſed in ſpecie eam probari oportere. *Bl.in d.ſi quis teſtibus.n. 17. C. de teſtib. Iaſon l. 1.n.6.verſ.facit etiam. C. de teſtament. Conrad.Lancilot.in tr.de offic. Prætor. Rubric. perſona teſt. aggred. nu. 65. in fin. Tiber. Decian. in tr. criminal. lib.3.c.25.n.30.vbi Grammat. & Carer. autoritates adducit.*

20 Sicuti nec quamlibet inimicitiam edocere ſatis eſt: ſed eam tantum quæ extrema & capitalis eſt. *Angel.Aretin.in tr.maleficior.in v. & ad querelam.& ibi Hieron. Cuchal.in addit.n. 36. & 37.Beroius ad c.1.n.47.ext. de accuſat. Clar. in pr. criminal.d.§.vltim.q.14.n.17. Gig. in tr. de crimin. laſ.maieſt.in titul qui accuſ.poſſ.q.6.n.11.lib.2.Tiber. Decian.d.lib.3.c.25.n.26.Proſp.Farinac.in tr.crimin.*

* *q.12.n.47.vbi hanc communem eſſe atteſtatur.*

21 Et per conſequens,nulla eſt, quæ hinc fiebat connexio. Cum certò illud conſtet: quod præſuppoſito amoto, corruant omnia, quæ inde eliciebantur. *tradente Crauett. conſil.486. num. 4.*

Et præterea,ex parte Actoris, illud quoq; aduerſus hæc, rectè regeritur: quod Reum, dum remoueri cum ab officio petijt, criminaliter non accuſarit.

Nam etiamſi non inficiemur: quod depoſitio ab officio æquiparetur deportationi, *tradente in induiduo Speculat. in tit. de accuſat. §. ſecundo loco. n.2.*

22 Interim tamen viciſsim, negari quoq; nequit: quod remotio ab officio, ſit quid minus deportatione: *tradente in induiduo Proſper. Farinac.in tr.criminal.q.19.ſub n.42.*

23 Porro hic ad remotionem tantum agebatur. Eſt quippe depoſitio nihil aliud, quàm perpetua ab adminiſtratione altaris, & ordinibus Eccleſiaſticis remotio. *vtsex Abbat. Decian.Foller. Diar. & Conrad. in ſpecie ſi raptum relinquit Proſp.Farinac.d.q.19.n.49.Barthol.Vgolin.in tr. de irregularit.c.40.§.5.n.1.*

Id quod verò nunquam petierat Actor. 25
Sed & labaſcit rurſus exceptio hæc inimicitiæ ex eo: quod iuris ſit euidentiſsimi, quod inimicus accuſator nunquam repellatur inimicitiæ exceptione, ſi accuſationem hanc, officij ſibi incumbentis ratione inſtituerit. *arg l.non videntur data.§.qui iuſſu.ff. de regul.iur.l. non poteſt dolo carere.ff.eod.tit.c.quod quis. De regul. iur.lib.6.*

Iam verò noſter Actor,ad remotionem ab officio,aduerſus Reum,neceſsitate officij ſibi incumbentis egit.

Nam ſecundum iuris Canonici præſcripta, 26
clarum iam eſt, quod Patronus debeat accuſare, Præsbyterum, dilapidantem tantùm res Eccleſiæ ſuæ: *Vt multis in id adductis autor eſt in ſpecie Cæſar Lambertin.in tr. de iure Patronat.lib.3.art.2.q.princ.3.n.1.& ſeqq.*

Et quod è diuerſo, patronus teneatur pro- 27
uidere Eccleſiæ ſuæ, quo ſacerdotem talem, qualis eſſe debebat,nanciſcatur. *Vt rurſus aliorum autoritatibus immixus, autor eſt Cæſar. Lambert. d.lib.3.artic.12.2.q.princ.n.1.& 2.*

Secundum verò noſtræ prouinciæ iura 28
Collatores Parrochiarum, vti ius vocandi paſtores habent: ita quoq; remouere eoſdem ex cauſa legibus approbata, poſſunt. *Ordinat. Conſiſtor. Brandeb.c.10.in fin.*

Conſequitur itaque inimicitiæ exceptio- 29
nem,aduerſario noſtro non nocere. Maximè cum præter eos, quibus ius patronatus Eccleſiæ competit,nemo ad accuſandum paſtores admittatur. Nam rurſus iure conſtitutum eſt, quod accuſatio perſonæ Eccleſiaſticæ, non niſi habentibus intereſſe (qui verè patroni ſunt,) permittatur, *docente in induiduo Thom.Triuiſ.deciſ.26.n.7.lib.2.*

At inquis, de iniurijs attamen ſibijpſi illatis,aduerſus Reum, Actor criminali iniuriarum actione experiebatur.

Ego verò id non nego: ſed nocere aliquid 30
Actori id poſſe, planè inficior. Notiſsimi enim iuris eſt:quod accuſator inimicus, ſuam ſuarumq; iniuriam proſequens, omninò audiendus ſit. *Clar.in Practi. Crimin.§. vlt.q.14.n. 17.Proſp.Farinac.d.tr.crimin.q.12.n.44.*

Atq; his ſatisfeciſſe nos, de inimicitia exceptioni,putarim.

Sequitur deinde SECVNDA Rei exceptio, habens, non audiendum eſſe Actorem, eò quod peccata ſua non fuerit confeſſus, quod item ab vſu cœnæ Domini,per aliquot annos abſtinuerit.

Verùm hæc, reſponſione hac, excipitur: 31
Primò, quod iſta æquiparatio accuſatoris & teſtis, nulla & inualida ſit & per conſe-

quens, quod nemo ob id, quod confessus non sit, ab accusatione sit repellendus.

32 Deindè refutatur per id: quod *c. omnis utriusq; sexus. ext. de pœnit. & remiss.* vtpote in quo inædificabatur exceptio hæc, in hisce regionibus, Augustanam confessionem, eiusdemq; Apologiam profitentibus, exulet atq; procul hinc discedere, iussum sit.

33 Vt taceam illùd, quandoquidem de hominibus, qui sexus vtriusq; sunt, disponit, ad solos quoq; Hermophroditos astringendum, veluti illud interpretabatur Portugallensis quidam, cuius meminit *Neuizan in sylual. nupt. lib. 5. sub n. 39. vers. videsset.*

Tertiò refellitur per id, quod etiam Reus, quantumuis hæc ita, aduersus Actorem euomuerit, comprobare attamen, illa ipsa non potuerit.

34 Concludamus itaq; : *quod pariu sint, non dicere & non probare per vulgar.*

Quartò latet quoq; in allegatione hac fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam quod non confessus, repellitur à testimonio ferendo, id non per se & simpliciter verum est: sed secundum quid, & quatenus propterea excommunicatus non confessus fuerit. Vtpote cum excommunicatio infamiam secum trahat: infamis autem legitimam personam testis non gerat: *tradentibus in individuo Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubric. person. test. aggred. n. 21. Mascard. in tr. de probat. concl. 1356. n. 27. Prosper. Farinac. in tr. de testib. q. 56. n. 240. & seqq. Socin. Iun. cons. 32. n. 25. & seq. vol. 2. Franc. Burat. consil. 20. n. 49. & 50. volum. 1.*

36 Et quod magis est, communiter quoque receptum est, quod etiam in id non sufficiat excommunicatio minor, qua vsus solummodò sacramentorum interdicitur: sed quod opus sit excommunicatione maiori, qua toto fidelium consortio, excommunicatus priuatur. *Vti ex Iohan. Roycas. Rol. à Valle & Masc in specu scriptum reliquit Farinac. d. q. 56. n. 265. & 266.*

Cum itaq; Actor, de quo in præsentia agimus nunquam excommunicationem maiorem vel minorem incurrerit: Ei quoq; applicari, allegatio hæc non poterit, sed potius

37 collabitur vniuersa argumentatio. Non enim argumentatio à tali secundum quid, ad tale simpliciter, rectè procedit. *Euerard. in præamb. topicor. n. 24. ad fin. Coras. Miscellan. lib. 3. c. 19. n. 8. Peccan. in tr. de testam. comueg. lib. 5. c. 25. n. 4. vers. porrò Martin. Coler. in tr. de alimen. lib. 1. c. 2. n. 4.*

38 Quintò concedunt quoq; Canonica iura, eorundemq; interpretes, quod quis ab vlucœnæ Dominicæ, ex causa iusta & rationabili posit abstinere non solùm per vnum annum, sed etiam per longius tempus. *text. in d. c. omnis utriusq; & ibi Abb. n. 3. & DD. extr. de pœnit. & remiss.*

Educcat itaq; ante omnia Reus, actorem ex causa non probabili, ad sacram Synaxin non accessisse: aut frustrà de non confesso exceptione vtetur.

Postrenò clari quoq;, perspicuiq; iuris illud est: quod absoluto ab excommunicatione, post deinde fas sit, contra quemcunque testimonium ferre: nec non accusationem instituere. *Vti ex Lanfr. de Oriano Philipp. Franc. Campeg. Lancill. Conrad. Rol. à Vall. & Masc. autor est Prosp. Farinac. d. tr. de testib. d. q. 56. n. 277. vbi hanc communiorem & veriorem esse attestatur.* 39 **

Fac itaq; Actorem, de quo res est, excommunicatum fuisse (quod negamus) absolutus attamen vicissim ab ea iam erit. Ad mensam enim Dominicam accesserat, admissus item fuit paulò antè, quàm suum iudici libellum exhiberet: consequenterq; partibus Accusatoris, rectè posthac iam defungetur.

Tertia Rei exceptio, de eo est, quod in concubinatu vixerat Actor.

Mihi equidem de concubinatu Accusatoris nihil certi constat: sed quantumuis concubinam domi habuisset: non video attamen, vt propterea ab accusando arceri queat.

Nam primò receptam habemus interpre- 40 tum doctrinam, quod nemo laicus, ob con- *
cubinatum, ab accusando vel testificando repellatur: quodque regula contraria, tantum in clericis & de iure Canonico obtineat. *Vti in individuo docuit Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubric. personas testium: aggrediendo. n. 19. Crott. in tr. de testib. n. 50. vers. tertia fuit opinio. Campeg. in tr. de testib. regul. 32. fall. 2. Stephan. Aufrer. in tr. de testib. n. 79. vers. & prædicta. Andr. Barbat. in tr. de testib. n. 21. Carol. Ruin. cons. 106. n. 15. vol. 1. Rol. à Vall. cons. 74. n. 76. lib. 1.*

Etenim iure ciuili (id autem laicorum 41
mores & vitam obstringit) concubinatum interdictum esse, satis adhuc elimatum non est. *tot. tit. ff. de concubin. Lup. in rubric. §. 39. n. 14. ext. de donat. int. vir. & vxor Fortun. Garc. in tr. de vltim. fin. aur. n. 126. Albert. Gentil. in tr. de nupt. lib. 1. 4. per tot. Tiber. Dec. in tr. criminal. lib. 2. c. 19. n. 9.*

Verum Actorem de quo nunc tractamus, laicum esse exploratum est.

Sic quoq; secundò prospexerit iura, quod 42
etiam ex iuris Canonici præscripto, tam diu quis arceatur ab accusando, ob concubinatum quandiu in eo perstiterit. Secus verò in eo est, qui concubinam à se ejecerat. *arg. c. illi qui. & ibi gl. in v. nisi. 6. q. 1. Felin. in c. sestimonium. nu. 11. vers. sed dubitato peccato. & ibi Iohan. de Imol. n. 7. vers. aduerte tamen. ext. de testib.*

Atenim nunc amplius concubinam non alere Actorem, certum est. Caret itaq; viribus, etiam tertia hæc obiectio.

Quarta dehinc Rei exceptio, inde depromitur, quod in libello illo Actoris articulato, nonnunquam Actor locum, nonnunquam etiam mentem appenere omiserit: Petit item quo se innocentem esse, omnibus tamè

tantò faciliùs comprobare posit, Vt dies commissi delicti, singulis Actoris positionibus addatur: & nisi id fiat, libellum de ineptitudine arguit.

Verùm ad id respondemus per distinctionem: in priori nimirum parte actionis suæ Actorem criminaliter non egisse: vtpote, cum Reum ab officio deponi solum petierit: Ideoq; nulla quoq; hîc appositione, loci, anni, mensis vel diei opus est: Et quia causa dicitur ciuilis & non criminalis, siquidem agatur ad priuationem dignitatis, officij vel beneficij: *Pro vt hoc in specie decidunt Maraut. in tr. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 1. n. 24. qui idem voluisse Abb. Felin. & Corn. attestatur. Iul. Clar. communem dicens in pract. crimin. §. vlt. q. 1 n. 3. & 4. Gratt. consil. 71. nu. 9. lib. 2. itidem communem ducens. Mynsing. consil. 20. n. 5.*

Et quia in libello ciuili hisce solennibus opus non est, *textus est ad literam in l. libellorum. ff. accusat. cum similib. Zanger. in tr. de exception. Rubr. de except. lib. inept. in fin. Iohan. Bernardin. Muscatell. in praxi ciuil. p. 1 in gl. ad v libellus. n. 8.*

Quod si totus libellus noster, criminalis esset: non attamen solennia, de quibus diximus, neglecta esse, nocere posset. Cum iuris sit expressi, quod etiam in libello accusatorio, sine periculo vllo, omittantur & tempus & locus, si de delicto cognoscitur summariè. *Tradente in individuo Cephal. consil. 304. n. 112. lib. 3. qui Br. Matth. de Afflict. & Iason. adducit: Sequuntur Prosp. Farinac. in tr. criminal. q. 1 n. 17.*

Atenim hîc summariè tantum, de causa cognoscitur.

Nec obstat, quod attamen in vltimo positionali, nulla temporis expressio facta sit. Cum attamen hîc, ad iniurias, de quibus criminaliter agebatur pertineat.

Nam specificam temporis mentionem non factam, non difitemur. At interim è diuerso, negari quoq; non potest, quod de tempore, certi satis fiamus, si exactè magis, positionalis hic articulus inspiciatur, per relationem ad aliud. Exprimitur namq; in eo, quatenus Reus in certo quodam conuentu, qui non nisi statis temporibus instituebatur, Actore absente, multa in eum iniuriosa verba, malesanus sparserit.

Quare obiectio hæc, aduersus libellum Actoris, non prævalebit. Sufficit enim vt libellus accusatorius, ab ineptitudine vindicetur, si tempus certum fiat, per relationem ad aliud: *tradente in individuo Cephal. d. consil. 312. n. 111. vers. huc obsistit nonum lib. 3.*

Sed & in melius reformare hunc libellum Actori præterea fas est: Scriptum est enim, quod is, qui in inscriptione errauerat, posit libellum etiam criminalem corrigere atq; emendare, ad litem vsq; contestatam. *Vt est textus ad literam in l. qui accusaturus. ff. ad l. Iul. de adult. Br. in l. edita n. 2. & ibi Bl. lect. 2. col. 2. vers. nunc ponamus. Ias. n. 20. & DD. communiter. C. de edend.* *

Item tempus necessarium in libello criminali omissum, postea posse probari, & per hanc probationem, libellum conualidari: *Quæ decisio extat apud Fr. Gason. in tr. singular. quæst. crimin. c. 3. n. 8.* 48

Ad diei deinde expresionem quod attinet, ineptitudinem aliquam libelli hinc depromere licitum non est. 49

Nouimus enim, quod diem omissam esse, libello accusatorio non noceat. *Iodoc. Damhoud. in pr. criminal. c. 30. n. 6. Anton. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 11. n. 4. Boss. in pract. crimin. tit. de inquis. n. 19. in fin. Hier. Gig. in tr. de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qual. in crimin. læs. maiest. proced. q. 3. n. 2. text. in l. libellorum. & ibi communis interpret. Schola, ff. de accusat.* * *text. in l. penult. & ibi DD. C. eod. tit.*

Nec obstat quod attamen multi sint, qui velint: æquum esse, vt per iudicem cogatur accusator, etiam ipsum diem exprimere, siquidem id, ab accusato petitum fuerit. *Veluti faciunt Br. in l. si qui Reus. n. 10. vers. vide quæsdam. ff. de pub. iudic. Br. in d. l. libellorum. n. 13. ff. de accusat. Ias. ad l. 2. §. quod si Ephesi. n. 6. ff. de eo quod cert. loco. Gail. obser. 64. n. 11. lib. 1. Lancil. Conrad in tr. de offic. Prætor. Rubric. de accusat. sub n. 3.* 50

Nam idipsum diluitur per id. Primò quod etiam magna eorum sit copia, quibus contraria, & quod accusator ad id faciendum per iudicem cogi nec possit nec debeat, magis arrideat sententia. Sic namq; contrarium tuetur *Marant. in tr. de ordin. iudicior. p. 4. distinct. 16. n. 44. & 1. p. 6. p. p. membr. 3. n. 8. Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 3. c. 11. n. 5. vers. sed his non obstantibus. Signor. de Homod. consil. 244. n. 22. vbi Bartoli doctrinam falsam & phantasticam esse dicit. Iohan. de Imol. in d. l. si qui reus. n. 27. versic. item ad d. c. dilli Bartoli. & vbi Alex. de Imol. in addition. ad Br. ff. de publ. Iudic. & ex nouissimis Thom. Treuis. decis. 20. n. 1. & per tot. lib. 2. vbi tota aduersa fuisse ea attestatur.* 51

Id quod non alibi solum, verùm etiam in Camera Imperiali receptum est, *teste Mynsing. obseruat. 40. cent. 2.* 52

Quod si sectari opinionem affirmatiuam (quod non puto) necesse habuerimus: non tamen inde elicere libelli aliquam ineptitudinem, promtum est. Ob omissum enim diem, libellum criminalem, ineptum fieri, nulla præcipit iuris dispositio: nemini item vnquam interpretum, tale quid in mentem venit. Quare ne à nobis quidem tale quid temerè asserendum erit. *arg. §. consideremus. auth. rrient. & semiss. l. dissentientes. C. de repud. cum similib.* 53

Accedat adhæc, quod etiam illi ipsi Doctores, qui opinionem affirmatiuam sectantur, distinguant, inter accusatum, diem exprimi non calumniosè & inter accusatum, calumniosè id petentem. Quodque velint hoc postremo casu, iudicem petitionibus 54

accusati locum dare non debere. *Vti ex Bl. Bossi. & Gigante, in individuo docuit Prosp. Farinac. in pract. crimin. q. 1. n. 21.*

Quis autem non conspicatur diei hîc expressionem à Reo calumniosè litisq; tantum protelandæ gratia postulari. Etenim is calumniosè, vt dies exprimatur, petere censetur, cui hinc nulla amplior datur defensionis facultas. *tradente rursus in individuo Prosp. Farinac. in pract. crimin. d. q. 1. d. n. 21. vbi Salicet. & Angel. Aretin. idipsum ante se voluisse, atteſtatur.*

Cum itaque, nostro Reo, ex diei expressione, amplior probandi facultas non detur.

Expresserat enim iam in libello suo Actor, quod in conuentu quodam, qui non nisi certo anni tempore haberi solet, iniurijs ab eo consciſſus sit.

56 Rei itaq; demonstratæ, frustra expeditur demonstratio. *Marc. Maut. in addit. ad Tiber. Decian. conſ. 8. n. 2 1 0. Vol. 1. Tib. Dec. conſ. 84. n. 11. vol. 3.*

57 Et si verum est, quod expresio loci notorij, in libello criminali non sit necessaria. *Vti in individuo docuit Vasquius in tr. de succeſſ. creat. lib. 1. §. 4. n. 33. vbi hanc esse veram & communem opinionem atteſtatur Iul. Clar. in pract. crimin. §. vlt. q. 12. n. 12. vbi propter locum notorium non expreſſum, ſe nunquam vidiſſe proceſſus annullari, teſtis eſt.*

58 Cum attamen sine loci expresione libellus criminalis per se & ipso iure nullus sit. *Alexand. ad l. edita. n. 13. ibi Dec. n. 34. Claud. de Seiſſell. n. 22. Ripa. n. 26. Curt. Iun. n. 83. C. de edend.*

Ob omissionem verò diei, nullus libellus criminalis vitietur, *veluti superius eſt comprobatum.*

59 Consequitur per argumentum à loco ad tempus, quod in iure frequens & vtile est, *per tradit. Euerard. in loc. à tempor. ad loc. in pr. Couarr. variar. reſol. lib. 2. c. 20. n. 14. Seraph. de Seraphin in tr. de iuramento prud. 4. n. 193. Pecc. in tr. de teſtam. coniug lib. 4. c. 37. n. 1. Coler. in tr. de proceſſ. executiuè p. 3. c. 11. n. 65.*

60 Multò magis expresionem diei aliàs notorij superflue peti.

61 Vlterius huc quoque referri debet illud: quod accusator, à quo rantopere essiagitatur diei expresio: audiendus attamen sit, si se diem ignorare dixerit. *Angel. in l. libellorum. n. 5. ff. de accuſ. Anguſt. Arium. in addit. ad Angel. Aretin. in tr. malefician. in v. de anno præſcut. n. 4. apoſtill. ad Salycet. ad l. in cauſis ſub n. 5. C. de accuſat. Proſper. Farinac. in pr. crimin. q. 1. n. 22.*

62 Id quod maxime tunc verum est cum accusator, id, sub iuramenti fide asseuerauerit. *Iul. Clar. in pract. crimin. q. 12. n. 13. in fin. Eman. Soar. in addit. ad Gomez. variar. reſolut. lib. 3. c. 11. in addit. ſub liter. D.*

Ceterum non dubito, quin Actor iurare etiam possit, se diem delictorum perpetratorum, non meminisse.

63 Et denique expendamus quoque illud: quod accusator, qui reo instante certum quempiam diem, commissi delicti dixerat, non succumbat, etiamsi delictum hoc, die quam expresserat, perpetratum esse, postea non probauerit: *tradentibus in individuo Gomez. variar. reſolut. lib. 3. c. 11. n. 6. Iul. Clar in pract. crim. §. vltim. q. 12. nu. 14. Thom. Triuiſan. d. deciſ. 20. nu. 4. lib. 2.*

Vt nunc sciens, prudensq; præteream vim illarum clausularum, quas libello suo adiecerat Actor: veluti sunt: non se astringens, &c. Item super quibus omnib⁹ & singulis &c. 64

Nam & hæc, eius efficaciæ sunt, vt diem expresisse: at non probasse non noceat, tradente rursus in individuo *Gomez. variar. reſol. lib. 3. c. 11. n. 6 limit. 2. & 3.*

Frustra itaq; hæc quoq; de libelli ineptitudine, exceptio interposita est.

Qvinta porrò exceptio in eo sita est: quod Actor, in positionalibus suis mentionem fecerit: quorundam literarum reuersalium, sibi à Reo exhibitarum.

Et quoniam has simul non produxerit, se quoq;, ad respondendum libello, cogi non posse, ait.

Verum hæc exceptio reliquis omnibus ineptior est. Nam eo tantum fine, ab Actore, literæ hæ reuersales, in 12. articulo positionum allegabantur, vt probaret, Reum obstrictum esse, in diebus festis solennioribus, veluti quoq; Pentecostes festum est, bis concionem habere.

Quod cum ita sit, hîc probatione vlla, per literas Reuersales, opus non erit. Omnes enim prouinciæ huius incolæ sciunt, nullum tam exiguum pagum esse, in quo id non obseruetur atq; custodiatur.

Quare improba excusatio eorum erit, qui 65 se mores, tori regioni cognitos, atq; perspectos, nescire simulant. *tradente Bl. ad rubr. de conſuet. rect. feud. Felin. ad c. ſuper literis. n. 8. verſ. tertia regula. ext. de reſcript. Felin. ad c. 1. n. 4. ext. de ſentent. & re iudicat. Men. in tr. præſumt. lib. 6. præſ. 40. n. 18.*

Præterea illa quoque regula, quæ habet quod actor faciens instrumenti alicuius mentionem, in libello, etiam ante litem contestatam id edere teneatur &c. plurifariam patitur restrictiones.

Et primò quidem astringitur, vt non pro- 66
cedat eo casu cum in modum assertæ probationis, instrumenti mentio facta est. *Vti in individuo decidit Br. ad l. edita. n. 29. C. de edend. Br. ml. poſtquam. §. dies ff. vt legat ſeu fideicom. non can. & est comm. opinio legiſtarum & Canoniſtarum teſte Purpur. ad d. l. edita. n. 232. C. de edend. Felin. ad c. 1. n. 26. verſ. & eo ſitu prædictu extr. de probat.*

Atenim hîc, taliter tantum, reuersales illas literas, Actor referebat. Est quippe 12. articulus huius tenoris: addicere Reum, quottannis die Pentecostes concionari, secundum literas reuersales, quas Actori dederat.

Deinceps declaratur quoq; secundò hæc 67
regula:

regula: vt locum eo duntaxat casu habeat: cum vtrumq; concurrit, & quod instrumenti alicuius mentio in libello fit, limitatiuè & quod absq; editione illius instrumenti, Reus certior, quid sibi faciendum sit, fieri nequit. *tradente rursus in individuo Br. ad d.l.edita.n. 29. v. si verò fieret ibi tas.n.36. vers. iuxta hanc gl. Purpurat. n.234. Curt.n.85. Gozadin n.23. vers. gl.in versicul. pro vt. Carn.n.39.& DD.C.de edend. Felin.ad d. c. 1. n.26. vers. tertio fcias. ext. de probat. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer. extrah. lib. 2. c. 48. n. 1.*

Enimuerò hic limitatiuè tantum, literarum reuerſalium mentio fiebat, & earundem editione non facta, etiamnum certus iam eſt Reus an cedere, vel contendere velit: Vt taceam, turpiſsimam item eſſe ignorantiam eius, ad quod te obligaueras.

68 Tertiò, exceptio quoq; hæc, libellum inceptum efficere non poteſt, nec litis conteſtationem remoratur. Sic namq; prouiſum extat in iure: quod audiendus ſit actor, à quo editio inſtrumenti, quod in libello allegabatur ante litis conteſtationem petebatur. ſi ſe nunc inſtrumentum illud ad manus non habere, vere affirmauerit, ſimulq; promiſerit, illud præſto fore: cum iam probatio faciendа fuerit. *Ita in individuo docuit Speculator in tit. de inſtrument. edit. §. nunc dicamus. Curt. ad d.l. edita n. 85 ad fin. & ibi Purpurat. n. 236. C. de edend.*

Qui tamen non audiretur, ſi hinc orta iam eſſet, libelli ineptitudo.

69 Et deniq; ſic hæc omnia, aliter ſe habere (id quod tamen pernegamus) non tamen excuſatus erit Reus libello reſpondere nolens, niſi ratione illius tantum partis libelli, in quo mentio, de literis hiſce reuerſalibus continebatur. Incogniti enim iuris non eſt: quod ibi, vbi vnus idemq; libellus, plura continet capita ſeparata, ineptitudo in vno aliquo eorum commiſſa, reliquis non noceat. *arg. vide De regul. iur lib. 6 fas tradita. Br in l. quemadmodum. n. 9. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Tiraq. de utr. retract. p. 1. ad fin. tit. n. 23. Frider. in tr. de proceſſ. extrah. lib. 3. c. 18. n. 1.*

Conducere itaq; hæc quoq; exceptio Reo neutiquam poteſt.

Poſtremò aduerſus SEXTAM exceptionem Rei, quæ de non præſtita ſatisdatione vel cautione eſt, his vtitur replicationibus, Actor: veluti Primò: quod ipſe Reus in ſuis exceptionibus conqueſtus ſit, ſe eſſe criminaliter accuſatum. Nam hinc colligitur, illi, ſatisdationis exceptionem non competere.

70 Eſt namq; iuris quotidiani, quod nemo accuſatorum, ad ſatisdationem compellendus ſit, ſed quod ad inſcriptionem iure Codicis teneatur. *tot. tit. C. de accuſat. & inſcript. Spec. in tit. de accuſat. §. 1. vers. item quod non recte. Paul. Girl. in tr. de relaxat. carc. tit. de calumniat. c. 2. nu. 3. in fin. & nu. 9. in fin. Boſſ. in pract. criminal. tit. de accuſat. n. 17. Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. rubr. de accuſat. n. 15. Menoch. in tr. de arbitrar. iudic. quæſt. caſ. 322. n. 1. & ſeqq.*

Quamuis & hæc inſcriptio ſeu pœna talionis, iure quo nunc vtimur, pœnitus antiquata ſit. *Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. ſequens n. 21. Alb. de Gandin. in tr. maleficr. qui poſſ. accuſ. n. 38. Franc. Marc. deciſion. Delphin. 683. n. 4. p. 1. Anton. Ruheus. ad l. penultim. §. ad crimen. n. 5. ff. de public. iudic. Covarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 9. n. 1. Chilian. Kön. in ſuo proceſſ. c. 47. n. 2.* 71

Obtinere itaq; aduerſus Actorem, exceptio hæc non poteſt.

Deinde petierat Reus, vt ad formulam authent. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. Actor ſatisdarer.

Iam verò recepta eſt inter interpretes opinio, quod ſatisdatio illa de qua authent. generaliter &c. loquitur, plane ex aula receſſerit: & nunc prorſus exulare iuſſa ſit. *teſtante gl. in §. ſed hodie. & ibi Angel. Aret. inſtit. de ſatisdat. Br. ad d. auth. generaliter. in pr. C. de Epiſcop. & Cleric. Alb. ad c. quoniam frequentes. §. in aliis. n. 2. extr. vt lit. non conteſt. Paul. de Caſtr. ad Rubr. nu. 1. C. de ſatisdat. Marc. Anton. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingreſſ. c. 6. n. 7. Capell. Theloſ. deciſ. 138. Roland. à Vall. conſ. 71. nu. 19. vol. 1. qui Bl. Salyc. Raph. Cuman. Socin. Aron. Pileum Taurcd. & Cravette idem volentes adducit.* 72 *

Incaſſum itaq; Reus, in diſpoſitione Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric. innititur. Nec enim lex, quæ in deſuetudinem iam abierat, ad cauſarum deciſionem allegari meretur. *§. agitur in proœm. Inſtit. l. 1. §. ſed & ſi quæ leges. C. de vet. iur. enucl. Alex. Turr. amin. in tr. de ll. lib. 2. c. 11. n. 1.* 73

Tertiò vtitur actor aduerſus hæc, replicatione iſta, quod non ſolùm alia quæuis: *per tradita Hippol. de Marſ. ad l patre vel materno. n. 104. & ſeqq. ff. de quæſt. Hipp. de Marſ. in pract. crimin. §. oportunè ad fin. Rutger. Roland. in tr. de commiſſ. p. 1. lib. 2. c. 7. n. 22.* 74

Sed & in ſpecie ſatisdationis exceptio calumnioſè mota, reijci atq; repelli per iudicem debeat: nec non caſtigari is qui tàm calumnioſè, exceptione hac vſus fuerat, *tradente in individuo Daniel Muller. ad conſtit. Saxonic. p. 1. conſtit. 5. n. 8. & 9. text. in l. ſi a quo in pr. ff. vt in poſſ. legat. non eat.* 75

Cum itaq; longè ſit certiſsimum, hanc explicationem à Reo calumnioſè motam, Concedi illi quoq; non debet. Omnibus enim perquam notum eſt, feuda Actoris, N. milliũ valorem excedere atq; ſuperare. Nec nocet, quod tamen multum æris alieni, Actor conflarit. Nam licet hoc non inficiemur: ſpes tamen reluitionis adhuc reliqua eſt.

Sic quoq; illud pondus aliquod non habet, quod attamen Actor familiæ ſuæ vtrimus ſit. Cum enim vix dum quadrag. nta annos natus ſit: ſtet autem præſumtio iuris: quemlibet centeſimum etiam ætatis annum attin- 76

gere posse. *l.vlt.C.de sacros. Eccles.Marant. in l. is potest.n.180.& 181.ff.de acquir.hered. Tiraquell.de vtr.retr.p.1.§.11.gl.1.n.11.Couarr. variar. resolut. lib.2.c.7.n.6. vers. tertiò. Ign.in l. necessarios. §.non alias.p.4.n.127.ff de S.C. Syllan. Ascan. Clement.in tr.de patr.potest c.vlt.n.108.*

Expediri adhuc benè poterit hæc lis, dummodo ipse Reus, eam fugiendo, vltrò non prolatet.

77 Accedit adhæc, quod familiarium interitum, similesq; tristes casus, lex in consideratione non habeat. *arg.l. inter stipulantem. § sacram.vers. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verbor. oblig. fac.trad.Schenck. ad c. 1. §. moribus.n. 2. si de feud. def.content.sit.Tiraq.ad l.si vnquam in præfat.n.103. C.de reuoc.donat. Menoch.in tr.de reni.poss.adip.rem. 4.n.463.Stracch.in tr. de sponsionibus. p.4.v. 1.n.3.*

Quartò inniti quoq; potest Actor, in sententia ea quæ inter ipsum Actorem & A. à H. Reum in alia causa ferebatur, & qua, ab omnis satisdationis onere liberabatur. Cum tamen postea temporis bona eius non decreuerint: sed & adaucta sint. Illa enim bona, quæ mater eius, dotalitij nomine, detinebat, mortua ea, iam ad eum quoq; sunt deuoluta.

78 Etenim explorati est iuris: quod exempla, præiudicia & res iudicatæ in similibus causis, magnum certè afferant emolumentum ijs, à quibus stant. *teste Tiber. Decian. in Apolog.aduersus Alciat.c.22. n.131.*

Et vltimò, si hæc omnia cessarent: succederet attamen cautio iuratoria. 79

Rursus enim notissimi iuris est, quod deficientibus, reliquarum satisdationum generibus, admittenda sit cautio iuratoria, tradente in indiuiduo *Iason.in l.1.n.23.ff.qui satisd. cog.Pract.Pap.in form. respons. rei conuent.in v.debitè. & ibi Masuer. in addit. Cacheran. decis. 70. n. 2. Ludouic.Bender.in tr.reuis.concl.7.n.1.& seqq.*

Sed & hanc, si deferatur Actorem præstare paratum esse crediderim. 80

Suaserim item Actori, vt iniurias à Reo terræ isti filio, sibi illatas, ad animum reuocet, & competentibus in id actionibus vindicet. Certò enim constat, quod iniuriarum teneatur is, qui eum, qui opulentus satis est de paupertate & inopia, & quidem in scriptis, & in iudicio diffamauerat. *Ita in indiuiduo, post Angel.& Paul.de Castr.docet Ias.l.si verò.§. qui pro rei.n.8.per ill.text. ff. qui satisd. cogant. Lancillot.in tr.de offic. Prætor. rubric. de iniuriant. n. 12. Valentin.Franc.in tr.de fideiuss.c.3.n.265.*

Hanc sententiam iuri consonam esse omninò censeo.
F. P. D.

CONSILIVM XLIV.

SVMMARIVM.

1. *Feudum nouum quod.*
2. *Conditio quælibet, ante contractum perfectum, illijpsi adijci potest.*
3. *Feudi primæ constitutioni, conditio quælibet apponi potest.*
   Pacta derogant omni naturæ & consuetudini feudor. ibid.
4. *Pactum vt femina in feudo succedat ius non reijcit.*
5. *In feudo nouo, pater liberis præiudicare potest.*
6. *Ordo in omnibus viuentium & morientium dispositionibus, diligenter in consideratione habendus est: ostendit enim mentem, & voluntatem disponentis.*
7. *In Marchia Brandeburgensi, bona vtriq; coniugum communia sunt.*
8. *Quando bona vtriq; coniugum communia sunt, quicquid maritus emit, pro dimidia parte, & quo ad dominium & quo ad possessionem, vxoris fit.*
9. *Ius quæsitum fortius vbiq;, quàm quærendum est.*
10. *Interpretatio explodenda, per quam actus frustratorius fit.*
11. *Vita hominis vltra annos centum sese non extendere creditur.*
12. *Coniuncti re, vel verbis faciunt sibi partes, per concursum.*
13. *Feudum si in eodem orationis contextu duobus vel pluribus conceditur, interuenire tunc coniunctionem conuentionalem, omninò dicendum est.*
14. *Proximior in gradu, potior est in successione.*
15. *Ius repræsentationis non solùm aliàs sed & in feudorum successionibus locum habet. & nu.16.*
17. *Vxor potest agere aduersus mariti heredes, propterea, quod maritus quicquam sibi, ex pecunia communi, emerat, & vxor pauperior, maritus verò heredesq; eius, locupletiores inde effecti sunt.*
18. *In Marchia Brandeburgensi, dimidia pars bonorum, coniugis superstitis est.*
19. *Acta inter alios, alijs non præiudicant.*
20. *Pactum de succedendo, iuri exosum atq; inimicum est.*
21. *Contra inuestituræ tenorem, quæ fiunt, valere nequeunt.*
22. *Renunciatio, vt constans sit, oportet renunciantem scire, quale illud beneficium sit, cui renunciat.*

23. Fe-

23. Femina læsa, restituitur in integrum.
24. Masculis et fœminis ad feudi successionem vocatis non tamen admittuntur fœminæ, nisi vbi prius masculi, planè defecerint.
25. Masculus ex linea feminea descendens, eo casu, cum masculi et fœminæ ad successionem feudi, vocati sunt, feminis tamen, etiam cum masculina linea desinit, potior esset, quantumuis femineæ, propiori propinquitatis gradu, vltimò defuncto lum attinerent.
26. Disponentes non censentur voluisse id, quod non expresserant.
27. Fœminæ, et masculi, in feudis simul succedunt, quando masculi, cum feminis vocabantur. Seu quando feudum ita datur, vt femineæ succedant, sicut masculi. n. 28.
29. Pacta sunt seruanda.
30. Ex inuestitura probatur feudum.
31. Præsupposito amoto, cessat dispositio.
32. Ordine scripturæ insuper habito, ordo censetur talis, qualis esse debet.
33. Ordo in successione feudi, ad quod masculi et femineæ vocabantur, talis est, vt non succedant femineæ, nisi in totum sexus masculinus esse desierit.
34. Argumentum ab ordine literæ, cessat quoties certi sumus, de mente et intentione agentium.
35. Ordo scripturæ non habetur in consideratione, quoties discrepat ab ordine iuris communis
36. Interpretatio ad Johannem Lupum in tr. de iur. marit. et vxor. c. 6. n. 3. & 4.
37. In Marchia Brandeburgensi iure Hispanorum non vtimur.
Foris quæ fiunt, nihil ad nos. ibid.
38. Vxor quæ emit pecunia viri, fiunt mariti et non vxoris.
39. Mariti fit, quod emit ex pecunia sibi, et vxori, communi.
40. Argumentum à correlatiuis validum in iure est.
41. Bona etiamsi vtrig, coniugum secundum locorum consuetudinem communia fiant, extendere tamen illam consuetudinem non oportet ad feuda vsq.
Et quæ sit eius rei ratio ibid & n. 42.
43. Frustra nil fieri debere, verum est tantisper, quatenus id ferat iuris ratio.
44. Clausulæ dispositionum omnium interpretandæ veniunt, secundum iura, de vi, & effectu illarum clausularum, loquentia.
45. Verba quinimò tot a pacta, supernacanea esse satius est, quàm vt quicquam operentur atq, efficiant, quod materiæ subiectæ et naturæ rei, de qua agitur, contrarium est.
46. Potentia, quæ aliquando ad ipsum actum reduci potest, à pari cum actu ipso iudicatur.
47. Copula ET, copulat æqualiter.
48. Copula ET, ob subiectam materiam, naturam suam amittit, et in disiunctiuam resoluitur.
49. Copula, quæ per verbum CVM fit, fortior longè illa est, quæ fit per copulam ET.
50. Fundamento destructo, corruit, quicquid superius exædificabatur.
51. Nepris est in secundo gradu.
52. Filius in primo gradu constituitur.
53. Impedimento vno cessante, remanente altero, non cessat prohibitio.
54. Scienti non fit iniuria.
55. L. 1. & l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi accipiendæ sunt de vxore dissentiente. Item locum habent. tantummodo, quando, vxor pauperior, facto mariti effecta est. nu. 56.
57. Abesse illi nihil videtur, qui ius realr in re aliqua habet.
58. Vxori satius est, rei immobili incumbere, quam pecuniæ.
59. Peculio quasi castrensi accensentur, quæ quis adipiscitur, ratione & intuitu publici muneris, quod gerit.
60. Bona ad quasi Castrense peculium pertinentia, communia non fiunt, etiam in illis locis, vbi alia bona ex consuetudine vtrig, coniugi communia sunt.
61. Constitutio Marchica, non adimit marito liberam bonorum, sibi et vxori communium administrationem, etiam ad alienationem vsque.
Bonorum administratio libera mariti est, etiam in locis, vbi hæc coniugibus communia fiunt. ibid.
62. Constitutio Marchica sanciens dimidiam partem bonorum, ad coniugem superstitem pertinere, ad feuda vsq, non extenditur.
63. Factum defuncti præstat heres.
64. Pactum de succedendo affirmatiuum & negatiuum, valet accedente consensu eius, de cuius successione agitur.
65. Pactum de succedendo valet quando hoc pacto paciscenti amplius nihil acquiritur, quàm ei antehàc debebatur.
66. Diuersa non sunt contraria.
67. Contraria dici non merentur ea, quæ ratione originis & effectus seruant atq, patiuntur se ad inuicem.
68. Priuatio antequam existit habitus, contingere non potest.
69. Renunciatio, priuatio quædam est, quæ habitum de præsenti præsupponit.
70. Cessante causa dationis curatoris & tertiorationis, cessat quoq, effectus.
71. Damnum patri is non dicitur, cuius patrimonium non imminuitur.
72. Mulieres quæ peritiores consulere potuerant, in integrum restitutione non gaudent.
73. Heres contra defuncti factum venire non potest.
74. Feudum nouum vni filiorum totum relinqui potest.

THE-

THEMA.

Comparavit quidam, pecunia sua allodiali, ædes duas, quas deinde in feudum à superiori recognoscit. Inuestitur itaq; de ys, sub hac verborum formula: Vt is, vxor, & heredes eius, horumq; heredes in infinitum vtriusq; sexus, domos has, seu feudum iure hereditario tenerent atq; possiderent: essq; quoties id opus foret in feudum recognoscerent.

Iam moritur is, qui primas domos hasce in feudum dederat, & post se vxorem, filium, & duas ex filio prædefuncto neptes, reliquit.

Quæritur itaq;: quis horum in successione dominum Burgensaticorum, sit potior?

RATIONES DVBITANDI.

SAne consideratione accuratiori non habita, dicendum ab initio videbatur vxorem reliquos excluſuram.

Prima enim post constituentem feudum scripta reperitur, & præterea feudum hoc nouum est: Est namq; id feudum nouum, quod nemo parentum vel maiorum tenuerat, vel possederat seu quod iam primum inuestitione acquisitum est. *c vnic. §. nouum. qui l. ſt. sint nec Ioh. Thom. de Marin. in tr. de feud. tit. 3. n. 4. Borcholt. in tr. feud. c. 4. n. 2. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 3. nu. 40. Mozz. in tr. feud. rubric. de diuſ. feud. n. 54. Intrig. in tr. feud. q. 23. n. 1.* 1

Nam hoc cum ita ſit, iam rectè inferetur illud: pactum quo vxor marito, in feudo hoc nouo succederet, rectè inuestitioni primæ adjici potuisse. Ab initio enim contractus quælibet conditio apponi potest. *arg. l. perfecta. C. de donationib. quæ ſub mod. fac. trad. Iſern. in c. 1. §. ſimiliter poteſt. n. 25. De cap. qui cur. vend. Tiraq. in l. ſi vnquam. v. libertis. nu. 19. C. de reuocand. donat.* 2

Quod in feudis potissimum obtinet. Etenim ibidem pacta & conuentiones, omni naturæ & consuetudini feudorum derogant & primas tenent. *c. 1. §. vlim. & ibi DD. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. præterea quid ſit inueſtit. c. 1. §. vlt. per quos fiat inueſtit. Tiraq. d. v libertis. n. 8. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 2 n. 44. & ſect. 8. n. 140. Mozz. in tr. feud. Rubr. de accident. feud. n. 25. Intrighol. q. 10. n. 35. & ſeqq.* 3

Sed & pactum, vt feminæ in feudo succedant, iure improbatum non est. *Ign. in l. neceſſ. nos p. 4. n. 98. ff. de S.C. Syllan. Zweſenb. in tr. feud. c. 6. n. 22. v. quarto. Frid. Schenck. in c. 1. §. hoc autem. n. 16. qui feud. dar. poſſ. Sonsbec. in tr. feud. p. 9. n. 128. Myſing. vel ſ. tit. 74. n. 2. Cent. 5. Cacheran. deciſ. 23. n. 36. in fin.* 4

Neq; verò dubium est, quin in feudo nouo, pater liberis præiudicium facere possit. *Iaſon. l. 2. col. vlt. C. de inr. emphyt. Iul. Clar. §. feudum. q. 40. n. 6. Alex. conſil. 18. col. 2. verſ. & potuit. vol. 5. Crauet. conſil. 135. n. 8.* 5

Confirmatur idipsum SECVNDÒ per id, quod iuris sit expressi, quod in omnibus omninò dispositionibus, ordo eorum, quæ inter viuos, vel in vltima voluntate geruntur vel fiunt apprimè considerandus sit. Etenim hinc patere, & inclarescere censetur mens & arbitrium disponentis. *l. quoties in pr. ff. de vſufr. l. generaliter. §. quid ergò. el. 2. ff. de fideicom. libert. l. qui ſolvendo. l. 2. ff. de red. inſtit. Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* 6

Vnde qui prior in ordine est, magis quoq; à defuncto, adamatus, dilectusq; iudicatur. *Bl. in l. 1. n. 1. C. de edict. D. Hadr. toll. Ioh. de Imol. in d. l. qui ſoluendo. n. 1. ff. de hered. inſtit. Euer. in topic. in loc. ab ord. n. 7.*

Non itaq; rationis erat dicere, filium hoc casu matri præferendum.

Literæ enim inuestitionum, diuersis verbis loquuntur: quod ponè constituentem feudum, vxor eius eum sequi debeat.

TERTIÒ in confesso quoq; est, quod pecunia pro qua, hæ domus, quæ nunc in feudum datæ sunt, emebantur, erat allodium.

Pars itaque dimidia eius pecuniæ, ideo quod bona, moribus harum terrarum mariti, vxoriq; fiant communia vxori iam acquisita erat: & consequenter: dimidia quoque pars hatum domorum, & quo ad dominium & quo ad proprietatem, vxoris esse, viuente adhuc marito, inceperat. 7

Vbicunq; enim viget consuetudo, bona vtriq; coniugi communicans: ibi quicquid emit maritus, & quo ad dominium & quo ad possessionem, commune fit vxori, & è contra. *Vti in indultis deuoti Ioh. Lup. in tr. de lucr. marit. & vxor. c. 6. n. 3. & 4.* 8

Qui igitur potius hîc ius esset, filij quàm vxoris? Aduersus id quod scriptum est: fortius semper & vbiq; esse ius, iam quæsitum, quàm quærendum. *l. qui autem. in pr. ff. de his quæ in fraud. creditor. Crauet. conſ. 332. n. 18. & conſ. 586. nu. 4.* 9

QVARTÒ illa quoq; explodenda semper est interpretatio, per quam illusorius & frustratorius actus fit qui geritur. *Crau. conſ. 603. n. 10. conſil. 732. n. 7. & conſil. 888. n. 5. vbi alios idipsum quoq; asserentes allegat.* 10

Iam verò si filius, vxorem semel excluderet, tota inutilis atq; inanis fieret dispositio, de vxore in inuestitione loquens.

Fac enim mulierem hanc, vltra centum annos vitam protendere posse (cum tamen vltra annos centum hominis vita non extendatur. *l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ. Tiraq. de vxor. retr. p. 1. §. 11. gl. n. 11. Menoch. in tr. de remed. poſſ. adipiſc. remed. 4. n. 667. Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 2. n. 111.*) 11

Non

Non tamen eam succedere posse, spes vlla reliqua esset.

Filius enim, qui cum vxore defuncti in concursum venit, multam iam procreauit sobolem.

Interpretatio itaq; hæc, hisce inuestituraram literis obtrudenda non erit.

12 QVINTÒ iuris quoq; quotidiani illud est, quod coniuncti, re, vel verbis faciant sibi partes per concursum. *l. coniunctim. ff. de legat. 3. l. vnic. §. si verò non omnes. C. de caduc. toll. Iaf. in l. re comuncti n. 6. 2. ff. de legat. 3.*

13 Iam verò vxorem, filium, & reliquos descendentes vlteriores, inuestituram pactionibus, verbali ad minimum coniunctione, coniunctos esse ex ijsdem pactionibus colligi posse videbatur. Quoties enim, duobus, vel pluribus, conceditur feudum, in vna eademq; oratione, tunc interuenisse coniunctionem conuentionalem omninò dicendum est. *Iaf. in d. l. re comuncti. n. 34. ibi Ioh. Gaudunt. n. 8. in fin. ff. de legat. 3. Modestin. Pistor. in suo consil. quod extat post quæst. Hartm. Pistor. 20. n. 24. lib. 2. fac. trad. DD. in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.*

Concludamus itaque vxorem, filium & neptes ex alio filio prædefuncto, partes sibi facere, simulq; hic succedere. Siquidem eos excludere non debet vxor.

14 Nec obstat, quod tamen ex filio neptes, ab auo per gradum vnum remotiores sint, quàm filius: Nam nec sic quidem colligere promtum est, quod hîc vti aliàs, is qui gradu est proximior, potior quoq; in succedendo sit. *c. vnic. §. vlt. de nat. succeff. feud. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 2. n. 84. Rolland. à Vall. consil. 82. n. 36. volum. 2.*

15 Nam in feudalibus quoq; succeſsionibus vti aliàs vbiq; ferè: *attestante idipsum Schradero. in tr. feud. p. 8. c. 7. n. 39. & 40.*

16 Ius repræsentationis locum habet. *c. 1. §. hîc verò. ibi Iser. & reliqui DD. feud. de succeff. frat. & grad. succedent. in feud. Iaſan. l. si duo. in fin. pr. ff. de iureiur. Curt. Iun. in tr. feud. 2. p. 3. p. p. n. 60. Zas. in tr. feud. p. 8. n. 17. Tiraq. in tr. de iur. primog. q. 40. n. 20. & q. 41. n. 3. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 4. tit. de succeff. ab intest. concl. 1. n. 7. Ruin. conf. 171. n. 17. lib. 2. Decian. consil. 7. n. 82. lib. 1, conf. 9. n. 5. lib. 2. conf. 55. n. 50. lib. 3.*

17 SEXTÒ indubitati quoq; iuris est, quod vxor agere possit, aduersus mariti heredes ob id, quod maritus ex pecunia communi, quicquam sibi emerat, indeq; vxor pauperior, maritus verò locupletior factus sit, *per l. 1. & per l. multum interest. C. si quis alt. vel sib.*

Consequens itaque erit: hîc quoq; cum effectu, siquidem excludatur, vxorem à feudi succeſsoribus repetituram, dimidium eius pecuniæ quod defunctus, ædium venditori dederat. Locupletatus enim tunc esset maritus, vxor verò pauperior effecta.

SEPTIMÒ ex constitutione quoq; Marchica constat, dimidiam bonorum partem coniugi superstiti deberi *Constit. March. Rubr. Erbfälle zwischen Eheleuten/ in pr.* 18

Non videbatur itaque vxori in fraudem constitutionis, auferri quicquam posse, quod tamen fieret, si secundum intentionem filij defuncti, res succederet.

Atq; aduersus hæc non prævalet conuentio inter patrem & filium, priusquam moreretur pater, inita, qua pater à filio stipulabatur, vt ædes hæ, ceu reliqua hereditas pro portionibus æqualibus, inter heredes diuiderentur, siquidem has allodialia esse constaret.

Nam primò hæc conuentio, ad neptes ex filio non pertinet.

Habet itaq; locum illud: inter alios acta, alijs nec prodesse nec obesse solere. *tot. tit. C. res int. al. act. l. vlt. ff. de re indic. Ronchegall. ad l. eandem. §. 1. n. 48. ff. de duob. reis. Capyc. decis. 20. n. 17. Mynſ. conſ. 41. n. 4. Ripa. reſp. 53. n. 16.* 19

Deinde conuentio hæc, pactum de succedendo complectitur. Quæ pacta iuri exosa sunt. *DD. communiter de pact. Pract. Pap. in form. libell. quo agit vt pact. ser. n. 9. Capyc. decis. 159. n. 10. Gail. obs. 125. n. 1. lib. 2.* 20 *

Tertiò, aduersa quoq; est inuestituræ tenori. Vnde per inuestituram perimitur. Neque enim quæ contra inuestituræ tenorem fiunt, valere aut subsistere possunt. *per tradit. Alex. consil. 55. n. 18. vol. 4. Schrad. in tr. feud. p. 5. c. 2. n. 31. 36. & 38.* 21

Quartò ineſt quoq; in conuentione illa, renunciatio quædam ex parte mulieris, Vnde rursus in nihilum redigitur.

Non enim curator ei, ad actum renunciationis huius datus est, veluti in his terris fieri assolet. 22

Certior item iuris, cui renunciat tacitè mulier, nunquam facta fuit, quam tamen certiorationem omninò interuenisse oportebat, in id, vt constans esset renunciatio. *Breul. in tr. de renunciat. cauſ. 32. n. 4. Tolning. decis. 1. n. 33. Capyc. decis. 159. nu. 30. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 98. C. de revoc. donation. Seraphim. de Seraphim in tr. de turament. priuil. 63. n. 2.*

Et deniq; tollitur vxori, per conuentionem hanc, quod ei, inuestitionum literæ dederant: & consequenter cum inde lædatur, beneficio quoq; in integrum restitutionis fruitur. Quod enim fœminæ lœsæ restituitur in integrum, incogniti iuris non est. *Tiraq. de ll. connubialib. l. 1. n. 77. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. q. 2. n. 40.* 23

RATIONES DECIDENDI.

VErum cessabimus nunc, nos rebus hisce ludicris, vlterius defatigare. Omnia enim

enim eius momenti non sunt, vt posint filium à successione harum domuum burgensaticarum, repellere.

24 * Id quod nunc ostendam. PRIMÒ namq; clarissimi est iuris & adhæc communiter inter DD. receptum: quod eo casu, cum in inuestitura masculi & feminæ vocatæ sunt: non tamen pariter succedant feminæ, sed ordine successiuo & tum demum, cum nulli amplius extant mares. *c.1. §. quin etiam. vbi Bl. n.1. Aluar.n.2. Præpos.n.1. Schenck.n.1. Episc. vel Abbat. Sonsbec.in tr.feud.p.4.n.29.& p.9.n.128. Couar. var.resolut.lib.3.c.5. vers.septimò. Zwesenbec. in tr. feud.c.2.n.5. Cacher.decis.23.n.5. Myusing.obseruat. 74.n.3. Borch.in tr.feud.c.7.p.2.n.35. Ireud.in tr.de renunc. cauf.2.c.7.nu.3. Knieb.ad pruil. Saxon. fol.180.*

25 Quo iure eatenus quidem vtimur vt etiam is masculus, qui ex feminea linea descendit, reliquas nihilominus excludit feminas, in inuestitura vocatas: quantumuis ad gradum propinquitatis quod attinet, hæ defuncto magis proximæ sint. *c.1. De eo qui fib. & suis hered. Schrad.in tr.feud.p.1.q.3.n.11.& p.7.c.4.n.62. Borcholt.in tr.feud.c.7.p.2.n.75.*

Atenim habemus hic filium vasalli defuncti.

Is itaq; præferendus erit, tàm vxori quàm ex altero filio neptibus, licet & hæ in inuestitura vocatæ sint.

SECVNDÒ confirmatur idipsum per id, quod etiam ipsa inuestituræ non repugnet, solum filium ad successionem horum feudorum burgensaticorum admitti.

Non enim expressim in ea disponitur, quod vxor primi inuestiti aut neptes ex filio prædefuncto hunc antecedere debeant.

26 Vnde iam illud locum inuenit: non censeri idipsum voluisse disponentes, quod non exprellerant. *l.1.ff.si mens.falsi.mod.dix.l.vnic. §. sin autem ad defcientes.C.de caduc.tollend. c. ad audientiam. ext.de decim.Surd.in tr.de alimentat.n.7.q.12. n.13. Crauett.conf.363.n.17. consil.374.n.1.& n.9. & consil.579.n.18.*

27 Et vt planior adhuc res fiat certò illud constat: quod tunc demum, non ordine successiuo in feudis succedunt, sed cum masculis concurrunt, data gradus parilitate, feminæ, cum sub hac verborum conceptione vocatæ sunt: Vt scilicet, cum masculis succedant: *Bl.in l.quoties.n.5.C.de suis & legitim.Taf.in l.Gallus. §.quidam rectè.n.32.ff.de lib. & posthum. Iul. Clar.d. §.feudum.q.73.n.4. Zwesenb.in tr.feud.c.6.n.23. ad fin. Borch.d.c.7.in pr.n.67. Hartm.Pistor.q.35.n.29. & 30. lib.2. Franc. Burfat.consil.63.n.10.*

28 Seu cum feudum ita datur, vt feminæ succedant sicuti masculi. *Iacob. de S. Georg. in tr. feud.verb.& feminis.n.10. Zas.in tr.feud.p.8.n.49. Schrad.in tr.feud.p.7.c.4.n.75. Hartm. Pistor.d.q. 35.nu.28.*

Talem autem inuestituram in præsentia non habemus.

TERTIÒ non solùm ius, verùm etiam ipsa naturalis æquitas dictat: quod pacta sint seruanda. *l.1.ff. de pact.l.1.ff. de constit. pecun. Affict. decis.265.n.101. Roer.in cons. Bitur. tit. de consuet. matr.§.2. Plot.de in lit.iur.aud.§.28.n.2. Romul. in l. vt vim.n.206 ff.de inst. & iur. Garc.in tr. de vlt. fin. iur.n.332.* 29

Cum itaq; inter patrem filiumq; conuenerit, vt de ædibus hisce, ita demum, partem caperent, vxor, neptesq; ex filio, si has, iure allodialium censeri oporteret: iam verò inuestitionum literæ, has fenda esse, apertissimè ostendant (per literas enim inuestitionum, rem feudalem esse, optimè probatur *Borcholt.in tr.feud.c.7.p.1.n.2. Rol.à Vall.conf. 5.n.9.vol.3.conf.1.n.9.& conf.90.n.24.vol.4.*) Conclusio iam patet per se: hoc pactum seruandum: soli item filio has domos relinquendas. 30

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

ATrq; his reuera non obsistunt, quæ superius ceu contraria adducebantur.

PRIMVM enim contrarium destituitur suis suppositis. Nam etsi non eamus inficias, hic de feudo nouo tractari: item quodlibet pactum primæ inuestitioni adiectum, obseruandum atq; custodiendum esse.

Hic tamen aliquod pactum interuenisse, cuius vigore aut vxor filio esset præferenda, aut vxor, neptesq; ex filio, cum filio simul ad successionem vocarentur, omninò negamus.

Eò itaq; res, cum obiectione hac redit, quod amoto præsuppositio cesset dispositio, quæ in illo præsuppositio innitebatur. *gl. & DD.in l.mancipia.in v.ad vocandum.C.de seru.fugit. Dec.conf.201.col.2.circ.med. Crau.conf.486.n.4.* 31

Sic quoq; nullo labore refutari potest argumentum contrarium SECVNDVM, id quod ab ordine scripturæ depromebatur.

Nam huic primò parata est hæc responsio: quod ordine scripturæ insuper habito, ordo censeatur esse talis, qualis esse debet. *l. talem. in pr.ff.de hered.instit.c. causam qua. & ibi DD. Canon.ext.de restr. Euerard.in top.in loc.ab ordin. n.1.* 32

Efficax itaq; isthæc argumentatio in præsentia non est. Superius enim euicimus, quod in successione feudi, ad quod masculi & feminæ vocantur, ordo talis esse debet, vt feminæ non admittantur, nisi prius totus sexus masculinus defecerit, *Vt patet ex iuribus & autoritatibus superius in id adductis.* 33

Deinde certi quoq; sumus, de animo voluntateq; disponentium. Dum enim feminæ cum masculis, aut sicut masculi vocatæ non sunt: certò iam constat, succedere illas non debere: nisi in defectum masculæ prolis.

Non procedit itaq; rursus argumentum eiusmodi, ab ordine literæ deriuatum. Cessat enim quoties de mente & intentione agen- 34

agentium, certi sumus. *c. autor state. & c. penult. de præbend. lib. 6. Euerard. in topic. in loc. ab ordin. n. 11. Wesenbec. in tr. feud. c. 6. n. 18. Cagnol. in proœm. ff. forum. in pr. n. 47.*

35 Et denique cessat id genus argumenti: quoties is ordo discordat à iuris communis sanctionibus. *per trad. Bl. in l. veluti. nu. 7. ff. de iustic. & iur. Decian. conf. 41. n. 138. vol. 1.*

Iam verò ordinem literæ hic, à iuris communis sanctionibus discrepare deprehenditur. In ordine literæ enim, prima reperitur vxor. Cum attamen iuris sit euidentissimi: quod femina per copulam ET, vocata ad feudi successionem, nunquam admittatur, si adhuc masculus aliquis superstes est. *per antea in id adducta.*

Insuper itaq; hic ordinem literæ, habere oportet.

36 TERTIA postea obiectio, habens: ob communionem bonorum, inter virum & vxorem moribus nostratium introductam, vxorem viuente etiam marito ius in dominibus hisce, & quò ad dominium & quò ad possessionem earundem quæsitum habuisse: inædificata est in autoritate *Iohannis Lupi Hispani.*

Verum vt vides Iohannes Lupus vicissim stabilit sententiam suam, per ius quoddam Hispanis peculiare.

37 Cum itaque hactenus in hisce terris iure Hispanorum (id quod etiam in posterum, DEVS ter opt. maximus benignè largiatur) non vixerimus: Peregrina quoq; est, nostri respectu, hæc Lupi decisio.

Nihil enim ad nos, quæ foris fiunt. *c. gaudemus. ext. de dinort. Bertachin. in tr. de gabell. p. 7. n. 26. Royz. decis. Lituan. 5. n. 228.*

38 Accedit adhæc, quod non solùm iure Hispanorum non vtamur: sed quod etiam alio, imò contrario planè iure scripto viuamus. Ex iure enim Cæsareo notum est: quod emtum ab vxore, viri pecunia: nihilominus vxoris & non mariti fiat. *l. 1. & l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi.*

39 Mariti itaq; vicissim fiet, si quid ex pecu-
40 niis sibi & vxori communi coëmerit. Ducto nimirum argumento à natur. correlar. quod in iure validum frequens & constans est. *Euerard. in topic. in loc. à natur. correlat. n. 1. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 4. c. 5. n. 15. Franc. in tr. de fideiussor. c. 3. n. 117. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. nu. 186.*

41 Præterea, communio quoq; bonorum, inter virum & vxorem, nunquam ad feuda vsq; extenditur etiam in hisce terris. *Veluti ostendunt id. peruulgatissimi regionis mores.*

42 Fac itaque Lupi assertionem, etiam secundum iura ciuilia procedere posse; astringere tamen eandem oportet: vt non procedat, ad feuda quod attinet. Propter varia, quæ hinc aliàs consequerentur, absurda. Hoc enim pacto, ad feminas regulariter feudi succesio deuolueretur, contra iurium feudalium præscriptum. *c. 1. §. & quia vidimus: de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. filia vero. De succes. feud. c. 1. in pr. de grad. succedent in feud. cum similib.*

Sed & dominus feudi, hoc pacto, alium pro alio, & quidem inuitus, Vasallum agnoscere cogeretur.

Nam dum feuda sua, in masculum aliquem vxoratum transferri patitur: loco illius mariti, vxorem iam vasallum, saltem ratione partis habere inciperet: Quæ omnia absona sunt, & iuri aduersa. *c. 1. §. 1. De duob. fratrib. de nouo benef. inuest. Schrader. in tr. feud. p. 8. c. 5. nu. 19.*

QVARTA deinde obiectio refellitur 43
per id: quod scilicet illud brocardicum: nil frustra fieri debere: eatenus tantum verum sit; quatenus id ferat atque patiatur iuris ratio.

Quod si idipsum iuris ratio non ferat, non nocet frustra disp ositionem conscriptam esse. *Bl. in c. cum ordinem. n. 10. vers. concludo extr. de rescript. Felin. in c. causam quæ. n. 6. ext. eod. tit.*

Iam verò proprietas feudorum non patitur, feuda feminis deferri, extantibus adhuc masculis.

Satius itaque erit, disp ositionem hanc 44
nihil efficere: quàm vt eius causa violetur, turbeturque, natura atque proprietas feudorum.

Etenim omnes quarumcunq; disp ositionum clausulæ, secundum ius commune scriptum, de istiusmodi clausularum vi & effectu loquens intelligendæ atque restringendæ sunt. *Vti Iohan. Andr. autore decidunt Bl. d. c. cum ordinem. d. n. 10. & Felin. in d. c. causam quæ. n. 5. ad fin. extr. de rescript.*

Et longè satius est: si non solum verba: 45
verùm etiam integra pacta superuacanea esse, dixerimus; quàm vt quicquam, contra materiam subiectam, & rei de qua agitur naturam, operentur atq; efficiant. *Bl. ad rubric. nu. 9. C. de cont. em. t. Alex. consil. 21. nu. 9. lib. 5. Dec. consil. 473. n. 11. Gozadin. conf. 74. n. 16. vers. non obstat. quod verba. Cephal. conf. 104. n. 8.*

Deindè commodè, satis responderi quo- 46
que potest id: quod hæc inuestitionis clausula, etiam vxoris respectu, frustra apposita non sit. Tribuit enim ei ius manus coniunctæ. Licet hoc statim effectum suum non sequatur.

Non igitur actus sit illusorius, cum succedendi potentiam tribuat. Potentia verò, quæ aliquando ad actum reduci poterit, à pari cum ipso actu iudicetur. *l. quæsitum. §. illud. ff. de legat. 3. l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. poss. Tiber. Decian. conf. 9. n. 6. vol. 3.*

47 Rursus QVINTA quoque obiectio, suppositasua non habet. Nam etsi negari nequeat, vocatam hîc esse coniugem, liberos, horumque filios, filiasque idq; per copulam ET: Quod item natura copulæ sit, copulare æqualiter. *l.vnic. §. his ita. C. de caduc. tollend. l. si duob. in pr. ff. de legat. 1. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis l. 1. C. si plur. vn. sent. Hartm. Pistor. q. 35. n. 13. lib. 2.*

48 Hinc tamen vllam realem vel verbalem coniunctionem inferre velle, prorsus non est. Alia enim adest iuris dispositio habens: ob materiam subiectam, copulam, suam vim, & potestatem amittere & naturam disiunctiuæ induere. *Fortun. Garc. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 24. per ill. text. ibi Lancil. Gal. nu. 12. Mar. Salomon. nu. 45. Aemil. Perrot. n. 7. Iohan. Anton. Rub. n. 30. ff. de lib. & postum. & vesembec. in tr. fend. c. 6. nu. 22. vers. quarto. Cuheran. decis. 81. nu. 18.*

At interim hoc, materia hîc subiecta illud sibi dari depoſcit: quod ordine succeſsiuo demùm, in feudo etiam femineo, & non niſi maſculis deficientibus, feminæ per copulam ET, in inueſtitura vocatæ, ſuccedant, *Vti anteà ſatis abundè huic de re fides facta eſt.*

Sed & ſuccurrit huic rei, mens & voluntas, feudum conſtituentium: alioqui enim per dictionem CVM feminas cum maſculis copulaſſent. Quo caſu ſimul, cum maſculis ſucceſsiſſent, feudique partem capere potuiſſent, *per ſuperius in id adducta.*

49 Etenim longè fortior eſt coniunctio, quæ per verbum CVM fit: illa quæ per copulã ET, introducitur atque conſtituitur. *Bl. in l. final. nu. 5. per ill. text. C. de ſuis & legitim. Iaſ. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. n. 32. Garc. n. 28. Gallaud. n. 17. communem ducens. & DD. ff. de liber. & poſtum. Felin. in c. querelam n. 3. ante verſic. ex quibus Dominus Abb. ext. de Simon.*

50 Quæ omnia cum ita ſese habeant, reſtat illud tantum, quod deſtructo fundamento, quicquid ſuperſtruxeris corruat. *Riminald. in l. poſtumo. nu. 538. C. de bon. poſſeſſ. contr. tabul. Tomm. deciſ. 20. n. 46. deciſ. 24. n. 14. Hartm. Piſtor. q. 2. n. 21. in fin. lib. 2.*

Nec iuuat illud allegaſſe, quod attamen in feudis quoque, repræſentationis ius, locum ſibi vendicet.

Duo enim neptibus obſtant obſtacula, quæ illis ſucceſsionem in feuda etiam burgenſatica, denegant.

51 Et quod ſint gradu remotiores. (Neptis quippe in ſecundo gradu. *§. ſecundo gradu. Inſtit. de gradib. cogn.*

52 Cum interim filius in primo gradu reperiatur. *§. primo Inſtit. eod. tit.*)

Et quod ſunt feminæ natæ.

53 Quare etiamſi priori obſtaculo, per ius repræſentationis, remedium afferatur: alterum tamen intertrimentum nullum patitur.

Rectè itaque regeritur illud, quod vno impedimento ceſſante, altero permanente, nihilominus locum adhuc habeat prohibitio. *§. ſuccurrit. Inſtit. de nupt. Gail. obſeruat. 95. nu. 12. lib. 2. Cald. in l. ſi curatorem. v. hunc contrarium. n. 6. C. de reſtit. in integr. Tiraq. in tr. ceſſ. cauſ. limit. 22. n. 1. cum ſeq.*

Vlterius conſiſtere quoque nequit obiectio SEXTA. Sciebat enim vxor, quod ſolum, in quo ædes illæ exædificabantur, obnoxium erat, oneri feudi burgenſatici.

At interim æquo tulit animo, maritum hoc ſolum, non tantum emere: verùm etiam ædes haſce duas, deſuper extruere.

Non habet itaq;, de quo conqueratur. 54
Scienti enim & volenti non fit iniuria aut dolus. *c. ſcienti. de regul. Iur lib. 6. l. iam dubitari. ff. de hered. inſtituend. Vasq. ill. controuerſ. c. 48. n. 12. Zoannetan l. 2. n. 118. verſ. neq;. C. de pact. inter emtor. & venditor.*

Sed & adducti in contrarium textus. l. 1. 55
& l. multum intereſt. C. ſi quis alt. vel ſib. de diſſentiente ſolum vxore, interpretari conuenit.

Vt taceam mulierem hic pauperiorem 56
effectam edoceri non poſſe. Cum tamen ipſum textus, quos modò indicabamus, potiſsimum deſiderent.

Fateor equidem, aliquid nummorum hîc per maritum impenſum eſſe: at è diuerſo nego, hinc vxori, vtpote, quæ ius manus coniunctæ habeat, quippiam hinc deceſsiſſe.

Nec enim ei qui ius reale, alicuius rei re- 57
ſpectu habet, aliquid abeſſe videtur. *arg l. qui actionem. ff. de regul. Iur. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 14. n. 26.*

Sed & ſatius mulieri eſt, rei immobili 58
quàm pecuniæ incumbere. *Salycet. in d. l. 1. nu. 1. verſic. ex quo nota. per ill. text. C. ſi quis alt. vel ſib.*

Et præterea Autor horum feudorum e- 59
merat illas ædes, quas deinde in feudum recognouit tali pecunia, quam ex munere, cui præerat publico, proprium ſæpius defraudans genium, comparſerat: Sed & plurimùm illum adiuuit is Princeps, cui operas ſuas locarat, dum ædes has ædificaret calcem, lapides, & cæmenta alia ſubminiſtrando.

Rurſus itaque ceſſat ius vxoris, quod in hiſce ædibus, vxor ſibi aſſerebat. Etenim ea, quæ quis ratione & intuitu muneris publici, quod gerit, acquirit, peculio quaſi caſtrenſi accenſentur. *gl. in l. cum oportet. v. exceptis. C. de bon. quæ liber. Martin. Laudenſ. in tr. de offic. dom. regul. 172. Aſcan. Clement. in tr. de patr. poteſt. effect. 2. nu. 6. Roder. ſuor. in tr. de luc. cenſ. matr. 6. nu. 19.*

Porro

60 Porro ea, quæ ad quasi Castrense peculium pertinent, cum vxore communia non fiunt, etiam in illis locis, vbi consuetudo, lucra, matrimonio constante obuenientia inter coniuges communicari, præcipiens obtinet. *Suare tefle in d.tr.de lucr.const.matr. c. 6.nu. 18. & 22.*

61 Vltimò quod ad obiectionem SEPTIMAM obtinet, quæ ex Marchica constitutione Rubr. Erbfälle zwischen Eheleuten depromebatur, illa secundum quid tantum vera est.

Non enim Constitutio nostra, Marito, liberam bonorum communium administrationem, & etiã alienationem prohibet (sicuti nec alibi lucra constante matrimonio obuenientia, atq; sic vtriq; coniugum communia, etiam inuita vxore, marito alienare, denegatum est. *tradente in indiuiduo Didac. Segur. in tr. de luc. mar. & vxor. n. 44. verfic. cum ergò*) sed id tantum vult, dimidiam partem bonorum remanere apud Coniugem superstitem. *d. constit. Rubr.* Erbfälle zwischen Eheleuten.

62 Intelligi itaque illam Constitutionem ita oportet, vt verã sit, si bona, mortem obeunte marito, talia fuerint, quod eorum capax possit esse vxor: atque sic in feudis, veluti quorum regulariter femina incapax est, locum non habet. *D. Constit March. tit.* Erbfälle zwischen Eheleuten. *in pr. ponderando verba:* Behelt das halbe gut / an ligenden gründen vnd fahrender habe.

Sed & eodem modo, quæ de literis renersalibus adducebantur, tanta esse non videntur, vt pactionem, quam cum filio parens pactus fuerat, euertant.

Nam benè verum est, neptes ex filio, in hac pactione nominatas non fuisse: at interim nominari eas opus non erat, aliãs enim iam excluſæ erant.

63 Et præterea neptes ex filio, aui sui, cum quo hoc pactum erat, heredes facti sunt. Factum itaq; defuncti heres præstabit. *l. ex qua persona. ff. de regul. Iur. Montic. in tr. de inuent. hered. q. n. 94. Ronchegall. in Leandem. in pr. n. 15 5. ff de duobus reu. Harem. Pistor. q. 9. n. 4. lib. 2. Afflict. decis. 2. n. 1 ibi Thom. Grammat. in add.*

64 At inquis, pactum de succedendo continet hæc conuentio: id quod rursus concesserim: sed nec illud nocet. Constitit enim pactum de succedendo affirmatiuum & negatiuum, quoties adest eius consensus, de cuius successione agitur. *l. vlt. ibi Cyn. nn. 5. Br. n. 17. Bl. n. 12. Castr. n. 2. Ias. n. 10. & seqq. Curt. n. 10. & 26. Dec. n. 46. Alc. n. 40. Cagnol. n. 43. Dauth. n. 9. & 119. & DD. C. de pact.*

65 Porrò hic consensus eius, de cuius successione agitur, omninò interuenerat. Et insuper pactum hoc, de succedendo constans est, quando hoc pacto paciscenti, præter id, quod ei aliãs secundum iuris communis sanctiones debebatur, nihil amplius acquiritur, *Vt in specie decidit Br. d.l. vlt. n. 7. C. de pact. Georg. Nathan. in c. quamuis. n. 6. eod. tit. lib. 6.*

Hic autem filio ex pacto, nil quicquam præter id, quod ei inuestitionum literæ iam dederant, noui acquirebatur.

Sed nec verum est, pactiones hasce inuestiturarum literis aduersas esse.

Iam enim comprobauimus literas inuestiturarum filio adsistere, eiq; soli, successionem deferre.

Diuersa itaq; ad summum pactio & inuestitura erunt, non autem contraria. Quæ enim diuersa sunt contraria non sunt. *Euerardo in topic. in loc. à contrar. n. 12. teste.*

Sed & ea contraria dici nequeunt, quæ & ratione originis & effectus sese ad inuicem ferunt atq; patiuntur. *Bl. in l. vnic. not. ab. 8. oppos. 9. C. si cer. ext. fes. cum mand. Euer. d. loc. n. 13.*

Deniq; non facesit negocium obiectio QVARTA. Caret enim præsuppositis, cum probari non possit, renunciationem quam, pacto huic ineſſ.

Nam cum filio adhuc viuente, secundum 66
inuestiturarum literas, vxori nulla adhuc successio debeatur: renunciasse eam successioni, rectè dicere non possumus. Qui enim fieret, vt antequam existeret habitus, contingeret priuatio? *l. decem. ff. de verbor. obligat. Sylu. in tr. feud. q. 29. n. 19. Aldobr. & gitur. n. 7. Proem. inst. Crauett. ad rubric. n. 83. vers. circa quartum. ff. de legat. 1.*

Sed & renunciatio priuatio quædam est, 67
quæ habitum de præsenti præsupponit, *tradente Bart. Soc. consil. 189. inc. viso. vers. primò quia dictũ. vol. 2.*

Atq; his simul concidunt omnia quoq; ea, quæ de datione curatoris, certioratione item beneficij cui renunciabatur, proferebantur. Cum enim nulla hic renunciatio facta sit, hæc quoq; omnia facere superuacaneum erat. Cessat enim causa dationis curato- 68
toris, nec non certiorationis.

Vnde effectum quoq; cessare, rationi congruit atq; conueniens est. *c. cum cessante. ext. de appellat. Neguz. in tr. de pignor. 3. membr. 8. p. p. n. 28. Marant. in tr. de ordin. iudic. p. 2. n. 31. Cotta in memorab. v. mater Lup. in cper vestras. not. ab. 3. §. 4. n. 1 ext. de donat. inter vir. & vxor. Prag. in tr. de tut. & cur. q. 13. n. 9.*

Et denique de allegata læsione, pluribus 69
agere operæ precium non est. Habet enim mulier adhuc salua atq; intacta, quæ ei inuestitio dabat, vnde læsam eam dicere irrationabile planè est.

Nec enim dicitur vel damnum pati vel læsus esse is, cuius patrimonium non imminuitur. *l. 3. ff. de damn. infect. Card. in Clement. 1. §. ciuitas. vers. quarta de pœn. Crauett. consil. 727. nu. 7.*

70 Quid? quod plærosq; habebat Iurisperitos, quos consulere, antequam literis reuersalibus, ipsa quoq; assentiret, poterat. Non merebitur itaq; restitui. Est enim prouisi iuris, mulieres, quæ peritiores consulere potuerant, in integrum restitutione expertes
* esse. *gl. & DD. communiter in l. iuris ignorantiæ. C. qui admitt. Mascard. in tr. de probation. concl. 1080. n. 25. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. p. n. 15.*

71 Quid quod mariti sui heres, mulier iam facta sit? Quî igitur concederetur illi, factum defuncti expugnare? Contra quam scriptum est: heredem contra defuncti factum venire non posse. *d. l. ex qua persona. ff. de regul. Iur. cum similib.*

Et deniq; versari nos in feudo nouo ab initio dicebatur.

Impugnari itaq; hæc patris, cum filio, pactio non poterit. Quippè licitum illi erat, hoc feudum nouum, vni filiorum soli assignare. *Pro vt hoc docent Ias. ad l. 2. nu. 213. C. de iur. Emphyteut. Clar. § feudum. q. 40. n. 6. Borcholt. in tr. feud. c. 7. p. 2. nu. 5. Alex. consil. 18. colum. 2. vers. & potuit. & consil. 28. col. 1. & 4. vers. accedit. volum. 5. Crauett. cons. 135. nu. 8. Andr. de Isern. in c. 1. nu. 3. de alien. feud. pat. Sigism. de Neapol. cons. 52. nu. 1. Mozz. in tr. feud. Rubric. de natur. feudor. n. 82.*

Concludamus itaq; iuri consentaneum esse, vt tota successio in hasce duas ædes burgensaticas, ad solum filium deuoluatur. F. P. D.

Idem responderunt Iuridicæ Facultatis, quæ Rostochij est, Doctores: populares mei, Francofurtenses nescio quam distinctionem comminiscebantur. Volebant enim, si seruitia talia essent, quæ non minus à vidua præstari possent, quàm à filio: tunc simul viduam, & feminam successuram: sin minus, filij solius, successionem fore. Quæ mihi hac in parte, quadrare non videtur, sed tandem res componebatur, coram arbitratoribus.

CONSILIVM XLV.

SVMMARIVM.

1. *Reus tenetur probare exceptionem suam. Et quidem cum qualitatibus omnibus. n. 2.*
3. *Reus, qui non probauit exceptionem suam, non minus debet succumbere quàm Actor, qui intentionem suam, probare non poterat.*
4. *Actor ad replicam accedere necesse non habet, antequam probetur, rei exceptio.*
5. *Quasi contractus, oritur ex promissione iudiciali.*
6. *Reo in medio litis, & dum probationes fiunt, plus quam Actori fauendum non est.*
7. *Reus non tenetur arma parare Actori.*
8. *Reus non tenetur Actorem instruere.*
9. *Reus tenetur Actori edere instrumenta omnia, quibus in iudicio vti vult.*
10. *Reus edere tenetur Actori, ad Replicationem eiusdem fundandam.*
11. *Edere obligatus, non solum edit instrumenta, quibus directò vtitur, verum etiam ea omnia, quæ in hisce referebantur.*
12. *Editio quid præparatorium est, ad iudicium.*
13. *Editio alia est præparatoria, alia instructoria.*
14. *Editio etiam post litem contestatam, rectè petitur, si id eo fine fiat, vt probationes inde eliciantur.*
15. *Exemplum nil probat.*
16. *Principis ordinatio, vt exemplum probet, non valet.*
17. *Exemplum non probat, etiamsi in archiuo publico repertum fuisset.*
18. *Originali instrumenti edendum est.*
19. *Editio quando ritè, rectèq; peracta esse, censeatur.*
20. *Acta in iudicio summario non probat in plenario, etiam inter easdem personas.*
21. *Acta in iudicio possessorio, non probant in petitorio.*
22. *Editio in iudicio summario, non sufficit, nec fide digna est, in ordinario iudicio.*
23. *Acta vnius instantiæ, produci, & exhiberi omninò debent, in ijs casibus, in quibus in alia instantia probant.*
24. *Editio ante litem contestatam, & vnà cum libello facta nil probat, nisi post litem contestatam, editio denuo fiat.*
25. *Iudex potest pronunciare: ni pars instrumenta ederit, fide omni instrumenta hac, in posterum caritura.*

CONSILIVM XLV.

QVærebas ex me nuper, quid vlterius facto opus esse censerem, in illo, quod tibi cum N; negocio est. Quandoquidem tu ea, adimpleueris, quæ sententia interlocutoria, inter vos lata, adimplere iubebat: illi verò recusarint hactenus, edere instrumenta,

strumenta illa, cum Reorum partes tueantur, quorum multoties, in suis productis mentionem fecerant.

Video equidem, nisi desistas ab hac petitione, litem prolongari: video item è diuerso, penè totam rei cardinem, in eo versari, vt instrumenta hæc edantur. Quare censuerim ego, nec temporis, nec impensarum, hic rationem habendam, dummodò eò, quò volumus, perueneremus.

Non puto denig, fieri posse, quin Aduersarij tui, quantumuis Reorum partibus defungantur, reluctentur licet, effugiaq, quærant, quandiu voluerint, ad vltimum, editionem facere compellantur.

Vniuersam enim exceptionem suam, in hisce instrumentis, quorum editionem tu fieri petis, exadificatam habent. Vt itaq, editionem effugerent, equidem non perspicio.

1 Quis enim nescius esse potest: quod Reus teneatur probare exceptionem suam? vti in indiuiduo decidit*ur in decis. Camer. Imp. quæ extant post obseruat. ad proceſſ. Schuuanm. decis. 4. n. 50. Franc. Purpur. int. conſ. feud. varior. conſ. 31. nu. 10. Modeſtin. Piſtor. conſ. 2. n. 27. vol. 1. & conſ. 111. n. 23. vol. 2. Ioh. Petr. Surd. conſ. 248. n. 3. vol. 2. arg l. 2 ff. de except.*

2 Et quidem cum omnibus suis qualitatibus. *Vti minduiduo docuit Guid. Pancirol. conſ. 131. n. 34. vol. 1. per l. in exceptionibus. ff. de except.*

3 Atq; hoc iure, eatenus etiam vtimur, vt is Reus, cuius exceptio clarè non est probata, non minus succumbat, damnetur q; quàm Actor, qui id, quod fundamentum intentionis suæ erat, edocere non potuerat, Vt rursus in specie scriptum reliquit. *Niconit. ad Rubr. n. 74. ff. de verb. obligat. Cephal. conſ. 520. n. 35. vol. 4. Surd. conſ. 328. n. 3. vol. 3. Ioh. Vincent. Honded. conſ. 76. n. 13. vol. 2. per l. matrem. C. de probat.*

4 Sed & illud, extra controuersiam positum est: quod prius ad replicationem accedere, non teneatur Actor, quàm probata iam Rei exceptione. *Vti in mduiduo docuit Speculat. in tit. de except. & replicat. §. vlt. n. 1. Ioh. de Imol. in c. cum à nobis n. 6. ext. de except. Aug. Aretin Inſt. de replicat. in pr. n. 10. Ioh. Bapt. Aſin. in ſua praxi. p. 1. §. 16. c. 8. n. 2. & 3. text in l exceptionem. C. de probat.*

Quod si hac in parte, Iure expresso non vteremur, obstrictos attamen iam teneremus Aduersarios, ex obligatione propria, eademq; iudiciali.

Nam in responsionibus, quas ad positionales, Actores dederant (vt video) ipsi se iobtulerunt, ad editionem horum documentorum faciendam.

5 Excusare itaq; sese, nunc, ab editione facienda, nullo modo poterunt. Omnes enim scimus: quod ex tali promissione iudiciali, oriatur quasi contractus. *l adiles. §. item ſciendum. ff. de adil. edict. l. 3. §. item ſcribit. ff. de pecul. Doct. in conſuet. Biturig. tit. de ſtat personar. gl. 2. in pr. §. 4. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 181. Bertach. in tr. de gabell. 3. p. 8. p. n. 3. Ronchegall. ad Rubr. n. 8 ff. de duob. reis.*

Accedit adhæc, quod iuris sit apertissimi: 6
quod in medio litis: *Iaſ. in l. de die. in pr. n. 2. verſ. nam ſieri ff. qui ſatisd. cogant. Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. 1. n. 2. ff. de verb. obligat. Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 6. n. 20. an ſin. Gail. obſ. 22. n. 4. & obſ. 31. n. 12. lib. 1. Cephal. conſ. 304. n. 70. Volum. 3.*

Et in specie, quàntum ad probationes, quod attinet, reo plus, quàm Actori fauendum non sit. *Dec. in l. fauorabiliores. n. 5. & ibi Hier. Cagnol. n. 8. ff. de reg. iur. Ioh. Petr. Surd. conſ. 118. n. 14. vol. 1.*

Cum itaq; ea documenta omnia, quibus ad confirmandum ius actionis tuæ vtebare, etiam sententia desuper lata, & lubens quidem, edideris, sed & eorum describendorum, copiam, Reis feceris: summe iam æquũ erit, vt eodem tu quoq; iure aduersus Aduersarios, licet rei sint, vtaris.

Nam ad id quod attinet, quod Rei sunt, 7
Aduersarij tui: scio equidem, generalem esse iuris regulam: quod Reus non teneatur, arma parare Actori. *Purpurat. ad l. 2. n. 16. & nu. 89. ſall. 1. C. de edend. Ceph. conſ. 714. n. 10. vol. 5.*

Aut eundem instruere. *El. conſ. 318. n. 2. vol.* 8
1. Mont. à Cueua. in deciſ. Regn. Arragon. deciſ. 6. n. 7.

Sed non minus quoq; id didici: quod re- 9
gula hæc, in casibus, quos nunc annoto, quiq; præsenti negocio affines omnino sunt, fallat.

Nam primò, iuris est expressi: quod Reus actori teneatur edere, instrumenta omnia, quibus in iudicio vti vult. *l. 1. §. edenda. & ibi gl. Br. Bl. Iaſ. & DD. communiter. ff. de edend. Br. ad l. vlt. nu. 3. C. eod. tit. Felin. ad c. 1. n. 9. ſall. 1. cxi. de probat.* *

Iure itaque hîc, rei editionem non denegant. Sæpius enim, in processu hisce documentis vti sunt; licet ea nunquam adhuc ediderint.

Sic cauent præterea iura: quod Reo, nulla 10
competat excusatio, cum ad replicationem actoris fundandam, documenta sua edere detrectat. *Br. in l. 1. lect. 2. n. 4. C. de edend. Br. in l. vlt. n. 2. & ibi Bl. n. 11. Franc. Curt. n. 19. qui communem dicit. Alex n. 25. verſ. circa tertium. Dec. n. 21. Iaſ. n. 3. limit. vlt. C. de edend. Zaſ. in l. 1. §. editiones. n. 59. ff. de edend. Franc. Purpurat. ad l. 1. n. 10. & ibi Ripa n. 17. C. de edend. Schrad. in tr. feud. p. 10. ſect. 14. n. 23. Iohan. de Vicomercat. ad Rubr. n. 45. C. de edend. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer. extrab. lib. 2. c. 45. n. 4. limit. 6. Cephal. communem dicens. conſ. 165. n. 9. vol. 2. per l. penult. §. vlt. & ibi gl. & Br. n. 1. ff. ad l. Falcid.* *

Sed vt stabilire rectè possis replicationes tuas, editiones has, tantum expetis.

11 Sic quoq; expteſſam habemus Inris deciſionem; quod omnis, qui ad edendum obligatus eſt, teneatur edere non ſolùm inſtrumenta, quibus ſe iuuat: verùm etiam illa, quæ in hiſce inſtrumentis referebantur. *tradente Bl. ad l. incuule. n. 7. ff. de ll. Dec. in l. edita n. 79. C. de edend. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 52. Alex. de Imol. conſ. 3. n. 1. vol. 2. Ludou. Roman. conſ. 305. n. 6. & 7. & ibi Hor. at. Mandoſ. in addit. Crau. conſ. 112. n. 15. vbi Fr. Aretin. in id adducit. text. in Auth. ſi quis in aliquo. & ibi Iaſ. n. 7. C. de edend.*

Dubium itaq; non eſt, quin etiam literas illas reuerſales, quas N; dederat B; exhibere teneantur Rei. Etenim copiæ illorum documentorum, quæ protulerunt hactenus, ad illas literas Reuerſales, expreſſè ſe referunt.

12 Nec obſtat: quod attamen editio, tantùm præparatorium quid ſit ad iudicium. *Iohan. Fran. Purpurat. ad tit. n. 16. C. de edend. per l. edita, ibi: ſpeciem futuræ litis demonſtrat. C. eod. tit.*

Nam ne hinc quidem inferre licet, editionem nunc fieri, vtpotè, lite iam conteſtata, & cum partes de calumnia iurarint; poſitionibus adhæc, vti & defenſionibus, reſponſum ſit, ſerò nimis poſtulari:

13 Proſpexerant enim iura: quod alia editio ſit præparatoria, quodque illa ad ſolam libelli editionem; alia verò inſtructoria, quæ ad editionem rationum, & inſtrumentorum, atq; ſic ad probationem pertineat. *Bl. ad Rubr. ante n. 1. Alex. de Imol. n. 1. Purpurat. n. 16. Iaſ. n. 2. Curt n. 7. & 8. Ioh. de Vicomercat. n. 1. Alc. nu. 3. & DD. C. de edend. Felin. in d. c. 1. nu. 27. ext. de probatieu.*

Cum itaque hîc de editione inſtrumentorum, non autem libelli, res ſit:

14 Reliquum quoq; illud tanſum ſit, quod matureſatis, nunc editionem fieri petatur. Atque ita in ſpecie, quod etiam poſt litem conteſtatam, ſi eo fine hat, vt probationes inde elicere liceat, editio recte petatur. *tr. Adit gl. & Br. in l. 5. edenda. & ibi DD. reliqui. ff. de edend. Iohan. de Vicomercat. ad l. edita. nu. 17. C. eod. tit.*

At aiunt Rei, copias attamen documentorum horum omnium, Actis inſeri curauimus:

Verùm ne hæc quidem allegatio pondus aliquod habet.

15 Generaliter enim verum eſt: quod exemplum nil probet. *Vti multis in id adductis, docuit Maſcard. an tr. de probat. conclaſ. 711. n. 1. & ſeqq.*

16 Etiamſi ipſe Princeps vellet, exemplo fidem adhibendam eſſe. *Vt ex Anton. rurſus in ſpecie ſcriptum reliquit. Nicol. Carb. in pr. practl. lib. 3. c. 3. nu. 81.*

17 Tametſi item copia hæc, in archiuo publico reperta eſſet. *Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 1. tit. de probat. concl. 5. n. 19. Tiletanus, de benign. in obſeruat. pract. Cam. Imper. pentec. 3. obſ. 4. n. 1. qui Corn. & Bertraud. idipſum quoq; voluiſſe atteſtatur.*

Sic ex contrario ſtatutum eſt: quod originale inſtrumenti edendum ſit. *Iaſ. in l. procurator. n. 5. per illum text. C. de edend. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. n. 2. per ill. text. C. eod. tit. Turr. an. com. opin. 149. Cacher. decif. 69. n. 1. Coler. an tr. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 44. & 51. Fruder. in tr. de proceſſ. in Camer. extrah. lib. 2. c. 59. n. 4. Rutger. Rul. in tr. de Commiſſar. p. 2. lib. 5. c. 25. n. 5.* 18

Quinimò vt editio perfectè facta dicatur, opus prætereà eſt, vt præter exhibitionem originalis, copia quoq; fide digna, parti, vnà cum aſſignatione termini, ad excipiendum detur. *tradente Br. in Conſtit. ad repræmendum. in v. de plano. n. 3. Purpur. ad Rubr. n. 17. C. de edend. Neuiz. conſ. 37. n. 26.* 19

Porrò etiamſi hæc omnia, ita ſeſe non haberent, animaduerti attamen, illa Acta, quibus copiæ documentorum coniunctæ ſunt, in alio, eodemq; ſummario proceſſu, in quo de poſſeſsione tantum rerum controuerſarum agebatur, fuiſſe conſcripta.

Nulla itaq; fides, nunc rurſus ijs adhibebitur. Nunc enim in proceſſu ordinario verſamur, & hoc amplius, de ipſa proprietate res eſt.

Succedit itaq; illud, quo dicitur: Quod 20
acta in iudicio ſummario, non probeut in iudicio plenario, etiam inter eaſdem perſonas. *l. penult. & ibi Br. Bl. & DD. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieu. Iur. l. ſi quis a libcris. §. ſi vel parens. ff. de lib. agnoſc. Br. in l. 1. ſub n. 2. C. de ord. cognit. Felin. in c. cauſam. d. 1. n. 5. ext. de teſtib. Maſc. in tr. de probat. concl. 33. nu. 47. qui alios complurimos in id refert. Plot. in tr. de in lit. nat. §. 51. n. 9. Schr. ad. in tr. ſeud. 2. p. 9. p. 9. ſect. 2. n. 107. Guid. Pap. deciſ. 136. n. 2. verſ. ſi autem.*

Quod & in actis ratione poſſeſſorij, con- 21
ſcriptis, verum eſt: nam & hæc in petitorio iudicio, fidem nullam merentur. *Vti ex Socin. Iun. ſcriptum reliquit, idem Maſc. d. concl. 33. n. 32.*

Atq; ita in ſpecie, quod editio in iudicio 22
ſummario, nō ſufficiat, nec fide, in iudicioplenario, digna cenſeatur. *decidit Felin. in c. 1. n. 8. verſ. ſexto ext. de probat. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. nu. 5.*

At hac, rurſus, ceſſare, hactenus dicta om- 23
nia; non minus tamen, iniuſtè adhuc, Aduerſarij tui, me Iudice, editionem facere, recuſent. Deſiderant enim iura: quod Acta vnius inſtantiæ, etiam in illis caſibus, in quibus in alia inſtantia probant, etiam inter eaſdem perſonas, fidem nullam mereantur, niſi denuo producantur, & exhibeantur. *tradente Br. in l. natur. diuer. §. nihil commune. n. 32. & ibi Ripa n. 175. ff. de acquir. poſſ. Hipp. de Marſil. ſing. 170. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Toloſan. deciſ. 198. Maſc. d. concl. 33. n. 43.*

Vertent

Vertent itaq; se, quò velint Rei, tandem tamen Res in idem recidet, edenda scilicet omnia esse documenta, quæ tu tibi edi hactenus petieras.

24 Maximè cum præter hactenus dicta, aliud
* quoq; adsit, commune Interpretum placitum, volens: quod editio instrumentorum, ante litem contestatam, siue vnà cum libello facta, nil iuuet edentem, nisi ea, lite iam contestata, denuò fiat. Vti totidem verbis, scriptum reliquit. *Ioh. Franc. Purpurat. ad d. rubr. n. 19. C. de edend. vbi Bl. Federic. de Sen. Alex. Aretin. & Hipp. de Marsil. in id adducit.*

Atenim hîc illarum copiarum, de quibus hactenus vidimus, editio, longè ante litem contestatam, fiebat.

Arbitror itaq;, vt ab initio dicebam, ab editione facienda, Reos, nullo modo excu-
25 satum iri. Et vt editionem facere, maturent, instare poteris, apud Iudicem, vt ferat sententiam comminatoriam, aduersus eos, nî ad editionem, sine cunctatione vlteriori, accesserint. Iuris enim est quotidiani: quod Iudex sententiam ferre possit, qua comminatur parti non edenti, quod instrumenta quæ pœnes eam sunt, nullas amplius vires habere debeant, ipsa etiam pars, ipsis vlterius vti nequeat, nî in termino præfixo illa ediderit. *Innoc. in c. cum G. perpetuus. versic. solue sic. & ibi Felin. n. 13. extr. de fid. instrum. Br in l. 1. §. edenda. n. 2. & ibi Alex. n. 5. Ias. n. 2. & DD. ff. de edend. Br in l. 2. n. 2. & 3. & ibi Ias. n. 9. C. de edend. Br. in l. si appellationem. nu. 3. C. de appellat. Masuer. in addit. ad Pract. Pap in form. pet. Cop. instr. in v. cum ann. mens. & die. in addit. 3. in fin. vbi is testem se præbet, quod hoc in praxi ita obseruari viderit. Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 18. nu. 1. Ruiger. Rul. in tr. de commissar. p. 2. lib. 5. c. 26. nu. 1. ad finem.*

Hæc tibi petenti rescribere volui. Existimo autem ea, iuris æquitati omninò congruere, atq; cum eadem consonare, &c. F. P. D.

CONSILIVM XLVI.

SVMMARIVM.

1. *Incerti nulla est æstimatio.*
2. *Incertum emere creditur, qui fructuum perceptionem emit, & ideò periculum eius, quod deest, ad emtorem, pertinere videtur.*
3. *Actioni de euictioni locus non est, vbi cessat interesse.*
4. *Creditor non debet euictionem pignoris præstare.*
5. *Æquiparatum, alteri suo æquiparato, simile esse censetur, in omnibus eius qualitatibus, in omni quoq; natura eius.*
6. *Inductum ad similitudinem alterius, intelligitur inductum cum omnibus, eiusdem qualitatibus, limitationibus, & restrictionibus.*
7. *Venditor non tenetur de euictione, si contingat hæc, ratione eius, quod rei venditæ tacitè inest.*
   Venditor censetur prædium vendere, tale, quale est. Et ideò si prædium seruituti obnoxium iam erat, seruitute hac euicta, non tenebitur. ibid.
8. *Venditor, non tenetur si res in iudicio, lata sententia, euicta non fuerit.*
9. *Emtor de euictione non agit, si venditori, litem motam esse, non denunciauerit, nec sufficit, venditorem alias etiam sciuisse, litem inter emtorē, & euincentem, emersisse.*
11. *Lucrum qui captat sed onus ferre recusat, ferendus non est.*
12. *Rector venit appellatione scholarium, etiam in materia, quæ stricti iuris est.*
13. *Abbas venit appellatione monachorum.*
14. *Familiæ appellatio, complectitur etiam ipsum patremfamiliàs.*
15. *Imperator militum appellatione comprehenditur.*
16. *Prætor, siue pagi Schultetus, venit appellatione rusticorum.*
17. *Euictio non debetur emtori, cuius culpa contingit euictio.*
18. *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, & non alij, imputare debet.*
19. *Actio ex emto locum non habet, si venditor numerum quem dixerat, præstiterit.*
20. *Euictio, si contigit, facto Principis, cessat de euictione actio.*
21. *Vnumquodq; soluitur, eo genere, quo ligatum est.*
22. *Emtio, & venditio, vt consensu contrahitur: ita contrario consensu resoluitur rursus.*
23. *Euictio est appendix, & accessorium quoddam, ad emtionis contractum.*
24. *Euictio debetur etiamsi nihil de ea, conuenerit inter partes.*
25. *Euictio contractui emtionis, & venditionis, naturaliter inest.*
26. *Emtione sublata, tollitur simul euictio.*
   Causa principalis, cum non consistit, locum quoq; nō habent, quæ inde consequuntur. ibi.

27. Emtionem, & venditionem si aufers, tollis simul, omnes eius contractus clausulas, siue ea ad renunciationes, siue ad euictiones, siue ad pœnam obligationis pertinuerint.

28. Emtor qui non præstat modum, vel numerum quem dixerat, recte actione ex emto, conuenitur.

29. Venditor qui dixerat, vendere se iugera quinquaginta vinea, quinquaginta item iugera prati, tenetur si huic numero aliquid defuerit.

30. Venditor non tenetur de euictione eius, quod numero deest, quoties non à numero, sed à corpore, venditio incipit, quomodo intelligendum. & n. 33.

31. Verbum, aut syllaba nulla in omnibus omnino dispositionibus superflua esse debet. Quod & in contractu emtionis & venditionis verum est. n. 32.

34. Corpus certum, & determinatum, tum demum dicitur, si confinia expressa sint.

35. Contractus iudicatur, secundum mores regionis.

36. Regionis mos, etiam in euictionibus, in considerationem omnino venit.

37. Verba vbi clara sunt, dubitare adhuc rationis non est.

38. Agrorum, pratorumq; vbertas, atq; fœcunditas, quæ vno anno contingit, compensanda est, cum aliorum annorum sterilitate.

39. Vbertas agrorum, pratorumq;, ex quibus colligatur.

40. Venditor tenetur indicare onera, & seruitutes rei, quam vendere vult.

41. Venditor, qui negarat, fundum seruitutis esse obnoxium, cum quæreretur ex eo, deberet ne fundus seruitutem nec ne, dicitur seruitutem celasse.

42. Venditor subiacet actioni ex emto: si dixerat fundum seruitutem nullam debere, & adecerit præterea, se tamen obligatum non fore, si emerisset, nopinata aliqua seruitus.

43. Venditor tenetur, quoties improbato more, sciens, in celanda seruitute versatus fuerit.

44. Venditor qui reticet qualitatem fundi, constituitur per id in dolo.

45. Ignorantia facti probabilis est.

46. Venditor non præsumitur nesciuisse onera, & qualitates rei, quam vendit.

47. Præsumtio iuris transfert onus probandi in aduersarium.

48. Contrahens cum alio, conditionem eius, cum quo contrahit, nescire non debet.

49. Contrahentem nescire qualitatem rei, cuius gratia contractum celebrat, inciuile est. Argumentum à persona ad rem validum in iure. ibid.

50. Scire, vel scire debere, patria sunt.

51. Venditor, qui ipse ignorat, à fundo seruitutem deberi, obligatus nihilominus remanet, ad præstandum id, quanto minoris emtor emisset, si non nesciuisset, seruitutem fundo impositam esse.

52. Confessio fortior omnium probationum.

53. Venditor tenetur, si reticuerit fundi vicinum, maximè si vicinus talis sit, cuius causa emtor dubio procul non emisset, si hunc se fortiri vicinum, fortior fallus fuisset.

54. Mala tria æquè nocent: Sterilitas, morbus, & vicinus.

55. Mala duo, vno potiora esse, nemo est, qui nescit.

56. De vicino commodo non multum laborandum sæpius enim eundem nobis eripiunt, mors, aliaq; causa diuersa.

57. Seruitutes natura sua perpetuæ sunt, & causam continuam habent.

58. Minus quod inesse videtur, si inest, inerit & id quod magis.
Venditori non nocet, non indicasse vicinum, si emtor non insiterit, vt id faceret. ibid.
Naturalia contractus, præstari solent, etsi non nihil de iis conuenerit. ibid.
Naturaliter hoc inesse videtur emtioni, & venditioni, ne vicinus celetur. ibid.
Voluntatem nostram non minus facto, quàm verbo declaramus. ibid.
Venditor non minus censetur interpellari, facti, quàm verbis. ibid.

59. Voluntatis declaratio facto quæ fit, fortior est illa, quæ verbis tantùm nudis fiebat.

60. Venditor qui certas aliquot seruitutes, tempore contractus enumerat, pro eo habendus est, ac si in reliquis, fundum, vti optimus maximusq; esset, diuendidisset.
Exceptio in casibus non exceptis, regulam confirmat. ibid.

61. Fundum, vti optimus, maximusq; est, venditum esse quid significet.

62. Exceptio præscriptionis, est lis finita.

63. Seruituti sine continuæ, siue discontinuæ, spacio decem annorum inter præsentes, & viginti inter præsentes præscribitur.

64. Necessitas legem non habet.
Vide n. 66.

65. In præscriptione rusticæ seruitutis, ne fallum quidem hominis, sed tantùm, non vtentis negligentia, cursusq; temporis desideratur.

67. Negligentia autoris, qua tempus ad præscribendum libertatem dictum, labi patitur. successori quoq; nocet.

68. Vasallus iurat se quod vtile domino fuerit, facturum, & cuitaturum.

69. Vtile, quod se præstaturum vasallus domino iurat, qua in re consistat.

70. Dominus feudi dicitur damnum capere, in possessionibus suis, si vasallus patitur, seruitutem feudo debitam præscribi.
Seruitus prædij donantis vtilitatem adauget. ibid.

71. Vasal-

71. *Vasallus ipsa quoq; personalia seruitia præscribere potest, aduersus dominum.*
72. *Vasallus seruitutes prædiales, aduersus dominum multo magis præscribet.*
73. *Præscriptio seruitiorum personalium, vasalli, aduersus dominum, quomodo inchoetur.*
74. *Seruitus personalis, sicuti & seruitutes vrbicæ factum hominis, atq; interpellationem desiderant.*
75. *Argumentum à seruitijs personalibus ad seruitutes reales, rectè non concludit.*
76. *Seruitutes sunt leuiusculæ qualitates, & ideo præiudicij magni res, haud esse creduntur.*
77. *Iuramentum vasalli, quo se vtile factiurum domino iurat, non extendendum, ad seruitutes vsq; prædiales.*
78. *Minima non curat prætor.*
79. *Certum dicitur id, de quo constat, quid, quale, quantumue sit.*
Etsam per relationem ad aliud. n. 80.
81. *Emtio perceptionis fructuum, quomodo incertum quid, esse censeatur.*
82. *Consequentia mala est, ab ijs, quæ per se considerantur, ad ea quæ in consequentiam veniunt.*
83. *Emtio perceptionis fructuum, tunc non dicitur incertum quid, si exprimatur certus numerus fructuum, vel certum corbes grani.*
84. *Incerti æstimationem nullam esse, quando verum.*
85. *Actio ex emto est bonæ fidei.*
86. *In actione ex emto, incerti quoq; æstimatio venit.*
87. *Consequentia mala est: agitur de incerto: ergo interesse æstimatio fieri nequit.*
Interesse aliud certum, aliud incertum, ibi.
88. *Consequentia mala est: nullum vertitur interesse actoris: agere ergo de euictione non potest.*
89. *De euictione is quoq; rectè agit, qui vel ad precium, vel ad duplæ præstationem ex stipulatu agit.*
De euictione agi, quotiès ita exprimunt, & nihil præterea addunt: toties nomine actionis, de euictione, venit illa actio, quæ ad precium, vel precy partem recuperandam datur: non autem actio ex emto ad interesse. ibid.
90. *Actio quanto minoris, cum actione de euictione, nihil commune habet.*
91. *Creditor tenetur ob pignus euictum, si de eo specialiter actum est.*
92. *Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.*
93. *In præfationibus dicta, in sequentibus repetita intelliguntur. vide n. 95.*
94. *Præfatio potissimum argumentum est, vnde agentis intentionem, rectè deprehendimus.*
96. *Conclusio in claro, opus non est.*
97. *Voluntatis quæstio non admittenda, vbi verborum adest, perspicuum.*
98. *Vltima derogant prioribus.*
99. *Dispositio referens se ad aliam, quamuis verbis amplissimis effornata fuerit: alligatur attamen ad terminos dispositionis relatæ.*
100. *In dispositione referente, fundamentum faciendum non est.*
101. *Interpretatio ad l. penult. ff. de euiction.*
102. *Actione quanto minoris cuiuis, rectè experimur, nomine seruitutum, tempore contractus occultatarum.*
103. *De euictione rectè agitur, re etiam per sententiam nondum euicta, dummodò de eminentis iure liquidò constet.*
104. *Emtor cui res, per compromissum euincitur, quando nihilominus venditorem, de euictione conuenire possit.*
105. *Delegatus Iudex arbitro est dignior.*
Est namq; dignior in causa, quæ ei delegatur, quolibet ordinario. ibid.
106. *Emtor omnibus venditoris heredibus, denunciationem facere tenetur, alioquì illos tantum rectè conuenit pro hereditarijs portionibus, quibus denunciationem fecerat.*
107. *Obligatorum in solidum, singuli de summa tota tenentur.*
Maximè si cohortes reliqui absentes sint, & in locu diuersis habitent. 108.
109. *Venditori, eiusq; heredibus, cur denunciandum sit, litem de euictione motam esse.*
110. *Venditor si confitetur, rem venditam, iure euictam, tenebitur, etiamsi ei denunciatum nihil sit.*
111. *Cessante ratione legis, ipsa cessat lex.*
112. *Venditor tenetur de euictione, etiamsi ei denunciatum nihil sit, dummodo probari possit, ipsum nullum tu habuisse.*
113. *Rei appellatione, veniunt quoq; seruitutes.*
Res mea semel effecta, mea amplius fieri non potest. ibid.
114. *Contractus innominati, rectè non celebrantur, si res vtring, integra non fuerit.*
115. *Lites ex litibus gigni, Reipub. graue, & pernitiosum est.*
116. *Emens, & vendens censentur iure proprietatis, & dominij emere, & vendere.*
117. *Venditæ rei onera, casus, & pericula, quæ prædio insunt, tempore contractus, spectant ad venditorem: quæ verò post eueniunt, ad emtorem.*
118. *Transactiones sunt strictè iuris.*
119. *Dispositio loquens de armentis, extendenda non est ad greges.*
Armentorum appellatione, etiam in ijs, quæ interpretanda latè sunt, non veniunt greges. ibid.
120. *Gregis appellatione non veniunt armenta, etsam in fauorabilibus.*
121. *Interesse voluntatis leue non est.*
122. *Fundi seruientis conditio, deterior fieri non debet.*
Et quomodo fiat deterior. n. 123.

124. *Ser-*

124. *Seruitus pascendi cui debetur, is non potest alterius generis pecora appellere, quàm de quibus conuenerat.*
125. *Pigneratione interrumpitur præscriptio.*
126. *Pignoratus, si reuertitur post pignorationem, in pascua iam possessionem suam, non continuat, sed vi agit.*
127. *Pœnam non meretur, quod iure factum est.*
128. *Seruitus pascendi non acquiritur præscriptione, nisi tempore immemoriali.*
129. *Seruitus pascendi discontinua est.*
130. *Seruitus discontinua non præscribitur, nisi immemorialis temporis spacio.*
131. *Præscriptio libertatis, quocunq; actu, etiamsi hunc male fidei possessor exercuerit, interrumpitur.*
Dummodo interueniat is, ante præscriptionem libertatis completam n.132.
132. *Res suæ quilibet moderator & arbiter.*
134. *Aruæ ex pratis facere, potest is, qui neminì seruitutem pascendi debet.*
135. *Damnum is perferre dicitur, qui cum lucrum geminum adesit, altero carere cogitur.*
Rationem quærere, vbi naturaliter sentimus, infirmitas intellectus est. ibid.
136. *Actioni quanto minoris præscribitur anno.*
137. *Actio quanto minoris, & quanti minoris eadem est.*
138. *Actio quanto minoris ciuilia durat triginta annos.*
139. *Actio ex emto competit, vt res libera tradatur.*
140. *Venditam rem à seruitute, & onere omni, liberam, traditam esse oportet, nec sufficit, possessionem vacuam, traditam esse.*
141. *Actio de euictione frustrà proponitur, si res euicta nondum, & ob euictionem tradita fuerit.*
142. *Agere possumus, vt res libera nobis tradatur, etiamsi euicta nondum fuerit.*
143. *Fundamento destructo corruunt omnia.*
144. *Ex præmissis falsis, conclusionem falsam sequi, necesse est.*
145. *Interpretatio ad l. Lucius ff. de euiction.*
146. *Communis opinio recte negligitur, si communita lege non fuerit.*
147. *Euictionem non deberi, ob Principis factum interuenientis, quatenus verum sit. & n.481.*
149. *Præsumitur pro principe.*
150. *Euictio debetur, etiam interueniente Principis facto, si id fideiussor, euictionis ergò, datus, in se receperit.*
151. *Creditor tenetur præstare, euictionem pignoris, si id se factu rum semel promiserit.*
152. *Venditor, cui denunciatio facta non est, tenetur de euictione nihilominus, se euictioni obnoxium fore, etiamsi denunciatio non fuerit promiserit.*
153. *Renunciare quilibet potest fauori suo.*
154. *Principis factum est casus fortuitus.*
155. *Casum fortuitum, quilibet recipere in se potest.*
156. *Facta seruare, tam conuenit fidei humanæ, vt nihil supra,*
157. *Emtor etiam accedente Principis facto, non prohibetur, quantò minoris, aut actione ex emto, vt res libera tradatur, agere.*
158. *Emtionem, & venditionem contrario consensu dissolui, quatenus verum.*
Et n. 159.

CASVS.

EMerat à creditoribus H. à G. vir Nobilissimus H. à K. feudum M. cum suis pertinentijs. Cauerunt item iidem Creditores de euictione, se nempè præstaturos omnia, quæ in libro censuali (im Erbregister) H. à K. hoc nomine tradito, continerentur.

Iam verò, secundum hunc librum censualem, tot prata, H. à K. vendita sunt, vt ex ijs, quot annis, 120. vehes fœni, largè onustas (vt cum Plinio loquar) colligere posset.

Cum itaq; ab annis duodecim, vsq; huc vehes tantùm octuaginta collegerit: vt id, quod deest, præstetur, petit.

Deindè compertum quoq; postea fuit, Rusticis in G. ex conuentione cum Abbate, & Monasterio in P. inita, ius cædendi ligna, nec non immittendi greges, armenta q; sua, in pascua, à feudo M. deberi.

Id quod rursus reticitum, H. à K. venditionis tempore fuerat. Sed & impedire hos Rusticos, H. à K. non potuit, quin iure suo vterentur.

Denig, quidam Principi N. à secretis, omes quoq; suas, in eadem pascua immittit, rescripta etiam à Principe impetrauit pœnalia, quò eum quietè, iure suo vti, H. à K. sineret, ne Principis malam gratiam incurrere, multam item 200. Ioachimicorum soluere vellet.

De qua iterum seruitute, H. à K. dum ei feudum N. diucnderetur, admonitus non fuerat.

Quæritur itaq.: num iure, aduersus fideiussores, euictionis nunc experiatur, H. à K.

I.

ET sanè video, quantum ad id attinet, quod fœno quotannis decesserit, hoc fideiussoribus nonnullam excusationem præbere: quod reditus fenitalis sit, qui crescere, atq; decrescere soleat.

Hunc itaq; æstimari, consequenterq; eius nomine, etiam de euictione, agi non posse, dicendum videbatur. Incerti namq; nulla est æsti-

est æstimatio. *l. quem admodum. §. sed vbi. ff. ad l. Aquil. Caball in tr de eo quod interest. n. 84.*

2 Sed & qui fructuum perceptionem emit (veluti, vti in præsenti res sese habet, si quis fœni vehes centum viginti emerit) incertum emere videtur, ideoq; periculum eius quod decst, ad emtorem pertinere creditur. *Vti in specie decidit Br. in l. cotem ferro. §. qui maximos. n. 8. vers. aliquando. ff. de public. Bertachin. in tr. de gabell. p. 2. nu. 25 per l. nec emtio. ff. de contrah. emt. l. si vsufr. ff. de iur. dot.*

Quapropter nec de euictione actioni locus erit. Cum isthæc non nisi ratione interesse detur. *l. Titius l. 1. §. vlt. & l. idemq; ff. de action. emt. l. si cum venditor. §. final. & l. evicta re ff. de euictionib. l. emti actio. l. cum successores l. si tibi liberum. & l. si permutationis. C. de evict. Tiraq. de retr. ret. p. 1. §. 12 gl. 1. n. 25. Crau. cons. 19. n. 8.*

3 Quod deinde ius cædendi ligna, pecorumq; in pascua appulsum, Rusticis in G. debitum spectat, rursus videbatur rationis esse dicere, ne hoc quidem nomine actionem vllam. H. à K. emtori, competere posse.

Nam primò credidores vendiderant H. à G. illud iure crediti tantùm.

4 Iam verò iuris non obscuri est: creditorem euictionem pignoris non debere. *l. 1. C. creditor. evict. pignor. non deber. l. periculum. ff. de pignorib. l. cum ea conditione. §. 1. ff. de euction. Neguz. in tr. de pignorib. in 1. mem. b. 6. p. n. 40. Bertachin. in tr. de Gabell. p. 7. n. 35. Caball. in tr. de euictionib. §. 5. n. 21. Natta cons. 38. n. 2.*

Secundò aliter, aut alio modo, H. à K; illud, non diu dideratur, quàm vt olim posse derat id, S. à L.

Cessare itaq; rursus videbatur omnis actio.

Dum enim S. à L. feudum M. possideret, Rustici in G. seruitute hac vti sunt.

5 Vndè succedere illud videbatur: quod eo casu, quando vnum æquiparatur alteri, siue ad initar alterius inducitur, omnis virtus omnis qualitas, omnis quoq; natura rei, ad quam fit æquiparatio, illi cui adæquatur, inducitur. *Br. Ias. Iacob. de Nigr. Crott & DD. in l. 1 per ill. text. ff. de leg. 11. 1. facit text. l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. patr. l. illud. ff. de donat. cauſ. mort. l. 1. in pr. C. de rei vxor. action.*

6 Quodq; tunc, cum vnum ad similitudinem alterius inducitur, illud intelligatur inductum, cum omnibus eius qualitatibus, limitationibus, & restrictionibus. *Paul. de Castr. in l. 1. n. 4. C. de bon. quæ lib.*

Tertiò vtuntur fideiussores, aduersus H. à K. in hoc articulo, hac exceptione: quod ipse H. à K; distineri nequeat, quin seruitutis species sit id ius, quo Rustici in G. innituntur.

Et ideò rursus fieri non posse, vt vlla H. à K; aduersus se detur actio.

7 Etenim quis nescit, quod venditor non teneatur de euictione eorum, quæ tacite insunt, quodque prædium tale, quale est, vendere intelligatur. Vndè si prædium liberum non fuerit, sed seruitutem debuerit, seruitute euicta non tenebitur. *l. penult. ibi Bl. Salycet. n. 1. Raphaël. Fulgos. in pr. ff. de euict. Coman. comment. iur. lib. 1. c. 7. n. 5. Caball. in tr. de euict. §. 5. nu. 69.*

Quartò prosperunt quoq; iura: quod 8 quando res in iudicio lata sententia, euicta non est, venditor de euictione non tenetur. *l. non tamen ponderando verba: illud tamen verum non sit, iudicio eum euictum esse, & ibi gl. in v. euictum esse. ff. de euictionib. l. qui rem, & ibi Bl. l. emtor. & l. si cum quæsto. ponderando verba: nec citra iudicii disceptationem, cum quem emerus tradidisti: ibi Salyc. C. eod. tit. c. final. ibi Abb n 7. ext. de emt. & vendit. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 39. in pr. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Caballus. d. §. 5. nu. 59.*

Facit quod traditur, hunc emtorem, qui 9 in arbitrium compromiserat, & aduersus se sententiam reportarat de euictione agere non posse. *l. si dictum. §. si compromisero ff. de euictionib. Capoll. cant. 97. n. 3. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 40. Mozz. in tr. de contractib. Rubr. de natural. emtion. & vendit. Caballus in tr. de euictionib. §. 3. n. 168. vbi complures alios, in id congestit. & §. 5. n. 15. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 17. n. 7. Ludouic. Gozadin. cons. 1. n. 19. & cons. 14. n. 22.*

Obnoxij itaq; iterum Fideiussores, actioni alicui non erunt. Non enim res per sententiam euicta fuit: sed emtor, cum Rusticis in G. vltrò, coram delegatis, de seruitute hac, pacrus est.

Quintò, nunquam quoq; H. à K. fideiussores suos de euictione, certiores fecit, de lite, inter se, & Rusticos in G. mota.

Iure itaq; ei, vel ex hoc solum capite, actio 10 omnis denegabitur. Volunt enim sanciunt-que iura, opus esse denunciatione, quantumuis venditor sciuerit, litem motam esse, si iure, de euictione experiri voluerit emtor. *l. libera quidem Theodora. C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic. l. emti actio C. de euictionib. Br. in l. non solum. 6. morte. n. 52. ibi Ias. nu. 38. cum seqq. Hormanor. Dec. n. 127. Anton. Rub. n. 414. & seqq. ff. de op. non. nunc. Panormit. in c. final. n. 5. ext. de emt. & vendit. Iason l. 2. §. voluntatem n. 27. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. ff. solut matr. Practi. Pap. in form. dei. mand. Iurisdict. in v. Protestans. n. 14. & ibi latè. Mascer. in addit. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 17. n. 3. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natural. emt & vendit. n. 2. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 39. v. item adde quod adhor. Myns. obs. 24. centur. 3. Caball. in tr. de euiction. §. 5. n. 5. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. prin. 49. n. 1. & 2. Eman. Soarez. commun. opin. lit. E. n. 242. Vid. comm. opin. lib. 1. opin. 433. Menoch. cons. 118. n. 17.*

Et deniq; sextò, & vltimò, Fideiussores de illo excipiunt, quod in compensationem seruitutis huius, Rusticis G. debitæ, feudo M. cessa-

M; cessetint vicissim, multa pratorum iugera. Veluti ex conuentione, inter possessores feudi M; & Abbatem, & conuentum P; inita, videre est.

Iniquum itaq; esse id, quod H. à K. petit. Cum hoc pacto, seruitute liberari, prata verò retinere velit.

11 Is autem ferendus non est, qui lucrum quidem amplectitur: onus autem annexum ferre recusat. *l. vnic. §. pro secundo. C. de caduc. toll. Tomin. decis. 13. n. 62. decis. 27. n. 23. Pet. Fab. in l. secundum naturam. sol penult. ff. de Reg. Iur.*

Aduersus verò id, quod tertio loco petebatur, illud quoq; onus feudi M; quod à Secretario N. attentabatur, auerti, vel præstari: fideiussores excipiunt rursus: quod Creditoris iure, ad venditionem accesserint, ideoq; de euictione non teneantur.

Secundò tuentur se illo, quod H. á K; nulla facta denunciatione, coram Commissarijs, cum Rusticis G; transegerit: ideoq; seipsum, nec non fideiussores priuarit omni iure, quo aliás Secretarium N; repellere potuissent.

12 Ob prædium enim illud, quod in G. habet, quod quondam eius pagi, prætores, siue Schulteti, possidebant, hoc ius sibi vendicat: atq; hoc ius, nunc ob Transactionem, ab H. à K. cum Rusticis G. initam, auferri ab eo, amplius non potest. Iuris enim est exploratissimi longè: quod Scholarium appellatione, Rector quoque compræhendatur, etiam in stricta materia. *Abb. in salut. Gregor. nu. 21. ibi Felin. n. 13. Vallasc. in l. impetum. n. 78. ff. de iurud. omn. iudic. Bologn. in Auth. habita. n. 363. C. ne fil. pro pat.*

13 Quod item appellatio monachorum Abbatem quoq; complectatur. *c. sin. ibi Abb. n. 1. ext. de Simon. c. ad petitionem. ext. de accusat. Br. in l. si seruus. la. 1. n. 4. ff. de stipulat. seruor.*

14 Quod deniq; familiæ appellatione, & ipse familiæ Princeps. *l. familiæ appellatione. ibi Alciat. ff. de verb. signif.*

15 Et appellatione militum, ipse Imperator contineatur. *l. 1. ad fin. ff. de testam. milit. Alciat. prætermissor. lib. 2. Connan. commentar. Iur. lib. 9. c. 5. nu. 3.*

16 Patet itaq; conclusio per se, nempè quod appellatione rusticorum, ipse quoq; pagi Prætor, siue Schultetus veniat.

Tertiò illud prætendunt: quod H. á K. Secretarium, ab initio, hoc iure pascendi cum ouibus, vti non prohibuerit: sed acquieuerit, donec hoc iure, per duo lustra fere, vsus esset.

Nulla itaq; æquitate, petitionem eius iniuriti. Cum ipse fere solus, fabricator huius mali fuerit.

17 Est quippè clari, & indubitati Iuris; quod emtore succumbente, ob obiectionem alicuius exceptionis, quæ originem ab ipso facto emtoris traxit (veluti si passus est, aliquem aliquot annis, pascuis suis vti, vndè quasi possessionem illius seruitutis pascendi greges, ille vtens, nactus est) non debeatur euictio. Ipse enim causa huius euictionis esse videtur. *l. si seruum. l. si per imprudentiam. §. si quis locum. l. hoc iure vtimur. ff. de euiction. l. tenetur. §. si tibi iter. & ibi Br. ff. de actionibæmt. Caballan tr. de euict. §. 5. n. 42.*

Quartò, eo se communiunt, quod non nisi oues quingentas, quæ ali, pascuaq; habere, per annum, in feudo M. possent, H. á K. vendiderint.

Iam verò quingentas hasce oues, pabula sua reperire posse, etiamsi vná ibi, oues secretarij pascentur.

Non est itaq; quod imputetur fideiussoribus. Et si quod damnum indè H. á K. sentiret, nemini tamen, nisi sibi soli illud ascribere (vt nupertimè indicabamus) posset. Damnum enim, si quod, quis sua culpa sentit, sibi non alijs imputare debet. *c. damnum. de reg. iur. lib. 6. Neuiz. an. in §. Iuul. nupt. lib. 4. nu. 50. Schenck. in c. 1. in pr. n. 11. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. sed non est alia. n. 7. quæ fuit princ. cauf. Zoannett. in l. vt vim. p. 3. n. 114. ff. de iust. & iur.* 18

Quintò: de illo excipitur, quod non solum quingentas, verùm etiam plures oues, in M; habeat H. á K.

Id quod ipsa ostendunt ouium stabula, quæ non solùm reparauerat, verùm etiam capaciora effecerat, H. á K.

Sileat itaq; rursus, omnis aduersus Fideiussores actio. Contra venditorem enim, qui numerum quem dixerat, præstat, ex emto actio non est. *argum. l. 2. in princ. ibi Br. ff. de action. emt.* 19

Sextò, iuris quoq; est apertissimi: quod venditor non teneatur de euictione, nisi cum emtori per Principem infertur, quicquam detrimenti, vel grauaminis, in re emta. *l. Lucius. ff. de euictionib. Caball. in tr. de euictionib. §. 5. n. 56. Gomez. variar. resol. lib. 2. c. 2. n. 40. versic. Quintus casus. Natta conf. 181. n. 2. 3. & 4. Alc. conf. 21. in pr. lib. 6. Burfat. conf. 194. n. 15. qui alios in id adducit.* 20

Iam verò hic interuenit factum Principis. Princeps enim N; scriò mandarat, H. á K. ne in pascuorum iure, Secretarium N. turbaret.

Rectè itaq; Fideiussores, de euictione, conueniri non poterunt.

Septimò, & postremò: parati quoque sunt Fideiussores, quoniam aliud non vult, H. á K. á contractu discedere: illiq; que quod soluerat restituere.

Iusta itaq; videbatur Fideiussorum petitio. Vt enim aliæ quæq; res, eodem genere dissoluuntur, quo colligatæ sunt. *l. nihil tam naturale. ff. de reg. Iur. Afflict. decis. 232. n. 4. Aldobr. in §. sed naturalia. n. 5. Inst. de iur. natural. Tiraq. de l. connub. gl. 5. n. 19. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 83. & in tr. quomodo in cauf. mercat. procedend. fit. p. 2. n. 34.* 21

p. 2. n. 34. Coraſ. miſcell. lib. 1. c. 1. n. 7. & lib. 4. c. 5. n. 4. Oldan. Simont. in tr. de decret. in reb. minor. in præf. n. 91. Barchol. in tr. de pact. c. 2. pact. diuiſ. 1. n. 25. Medic. in tr. de nouat. in præfat. n. 1.

22 Ita quoq; emtio & venditio, ſicut conſenſu contrahitur: contrario conſenſu diſſoluitur. *l. 3. ff. de reſc. vendit. l. 1. & 2. C. quand. lic. ab emt. diſced. Laſ. in Iuris gentium. §. adeo. n. 1. ff. de pact. Mozz. in tr. de contract. Rubric. Quib. caſib. annullet. emt. & vendit. n. 2.*

Et vi conſequentis: cum conſenſu contrario, annulletur emtio, & venditio: corruere quoq; ſimul, quæ de cuictionis præſtatione cauebantur, neceſſe eſt.

23 Euictio namq; appendix & acceſſorium contractus emtionis, & venditionis eſt. *l. ſi cum tibi precium. C. de iudic.*

24 Quæ debetur, etiamſi nihil de ea inter partes conuenerit. *l. 2. ff. de euictionib.*

25 Naturaliter enim contractui, emtionis, & venditionis ineſt. *Mozz. in tr. de contract. Rubr. de natural. emt. & vendit. n. 1.*

26 Quapropter ſublato Principali, emtionis & venditionis contractu, ipſa conſiſtere nequibit. Etenim cum Principalis cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur locum habent. *l. cum principalis. ff. de Reg. Iur. Tiraq. in tr. de iur. conſtit. limit. 7. n. 23. Aſcan. Clement. in tr. de patr. poteſt. c. 5. n. 58. Molin. in l. 1. §. ſi quis ita. n. 117. ff. de verb. obligat. Menoch. in tr. de remed. poſſeſſor. adipiſc. remed. 5. n. 14.*

27 Et ſi contractus emtionis, & venditionis euertitur, corruunt vnà omnes, in illo contentæ clauſulæ, Vti ſunt clauſulæ renunciationum, euictionum, ad pœnam obligationum, & quælibet aliæ. *gl. in l. 3. in 9. Fauiana. ff. ſi quid in fraud. patron. Fab. de Mont. S. Sabin. in tr. de emt. & vendit. 8. q. princip. l. nu. 5. verſ. Sextus. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. ad fin. titul. n. 113. Laſ. in l. principalibus. n. 3. ff. ſi cert. petat. Laſ. in l. 1. §. ſi quis ita. n. 32. ff. de verb. obligat. Tiraq. in tr. de iur. conſtit. p. 3 limit. 7. n. 28. Roman. conſ. 442. n. 3. vbi Horat. Mandoſ. in addit. & conſ. 115. n. 5. verſ. hu ergo præmiſſis.*

Hæc video, quo Actorem H. à K. arceant, à Fideiuſſoribus, afferri.

Animaduerti autem rurſus, his inniti fundamentis H. à K.

I.

Veluti vt ſibi præſtentur, quæ fœni vehibus defunt, ait PRIMO: In libro illo cenſuali, ſibi per fideiuſſores tradito, expreſsis verbis legi: venditas ſibi eſſe, 120. veh es fœni, & plures etiam.

Iniuſtam itaq; eſſe allegationem Fideiuſſorum, dum volunt, petitionem hanc Actoris, incerti quid contineret, tantum abeſſe, vt propereæ, de euictione condemnationem
28 effugere poſsint. Venditor enim, qui in venditione modum dixerat, ſi non præſtiterit, eum quem dixerat modum, ſeu numerum, rectè ex emto actione conuenitur, vt vel quod deeſt, ſuppleat, vel precium rei imminuat. *l. 2. in præſtatione Br. ff. de actionib. emti. arg. l. ſi venditor ff. eod. tit. Tiber. Decian. conſ. 44. n. 2. vol. 1.*

Quod vſq; adeò verum eſt, vt procedat, 29
etiamſi modus vel numerus ſit integer, in qualitate tamen fundi captio inſit. Veluti ſi venditor dixerit, quinquaginta iugera vineæ eſſe, & quinquaginta prati: In prato autem plus inueniretur. *l. ſi in qualitate. l. ſi duorum. & l. ſi fundo vendito ff. de actionib. emt. Spec. in tit. de emt. & vendit. §. 1. n. 73.*

Nec obſtat quod traditur, eo caſu, cum 30
certum corpus, vel certa ſpecies, ſimpliciter: vno, & eodem precio venditur, adijciantúrq; deinde certo numero, vel iugera agri, vel vehes fœni in prato creſcentis, venditorem non teneri ad ſuppletionem numeri, qui deeſt. Eò, quod hoc caſu numerus demonſtrationis duntaxat cauſa: non autem reſtrictionis, appoſitus eſſe cenſeatur. *Sulyr. in l. qui fundum. §. qui agrum ff. de contrab. emt. Specul. in tit. de emt. & vendit. §. 4. n. 73. Br. in l. Iulianus. §. ſi Titius. n. 1. ff. de actionib. emt. Bl. in Rubr. n. 42. C. de contrab. emt. Abb. in c. per tuas. n. 9. Ext. de donation. Iaſan. l. 1. Sect. 1. n. 4. C. de ſum. Trinit. & fid. Cath. l. 1. in l. ſi fundum ſub Conditione. §. ſi libertus. n. 64. ff. de legat. 1. Aſſi. deciſ. 68. n. 3. Conarr. præct. quæſt. c. 3. n. 1. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Hieron. à Mont. in tr. de ſimb. q. 83. n. 2. Old. rad. conſ. 197. n. 3. vbi Rainal. Corſus in addit. Alex. conſ. 120. n. 9. vol. 2. Cardinal. Pari. conſ. 64. n. 31. vol. 1. vbi & hanc communem eſſe traditionem DD. atteſtatur.* *

Cum attamen hîc, fœni quantitas, ſiue numerus, demonſtrationis tantum gratia expreſſus videbatur:

Reſpondetur enim ad id, primò: quod illud axioma, communisq; interpretum traditio, quæ habet venditorem, non teneri de euictione eius, quod numero deeſt, quoties non à numero, ſed à corpore venditio incepit: Ita demum vera ſit, ſi colligi poteſt, mentem, & intentionem contrahentium fuiſſe hanc, vt à corpore non à numero venditio inciperet: Quod ſi hoc, certò colligi nequit, potius dicendum erit, à numero contractum exorſum eſſe: quodq; conſequens eſt, de eo, quod deeſt, rectè contra venditorem agi. *Ita in ſpecie decidit Gomez. var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 16. & Tiber. Decian. d. conſ. 44. n. 7. vol. 1.*

Iam verò ſatis certi ſumus, hîc emtorem, noluiſſe prata, vt certum determinatumq; corpus emere: quin potius reſpexiſſe eum, ad quantitatem fœni in pratis creſcentis. id quod ex eo apparet, quod ex numero fœni dimenſionem ſuam acceperit, quod pro eo ſoluebatur, precium.

Conſtat item ex eo, quod quantitas fœni libro illi cenſuali, expreſsim inſerta fuerit, dum legitur ibi: hundert rñ ſtrantzig fuder/new/ je mehr als wenniger. Quæ tamen omnia fruſtra

essent facta, si prata vt certum, determinatumq; corpus, vel diuendita, vel emta rursus fuissent.

Dicere itaq; idipsum absonum est. Certo 31
enim illud constat: quod in contractibus, aut si mauis, in omnibus dispositionibus, & actibus. *l. si quando. ff. de legat. 1. Bertach. in tr. de gabell. p. 2. n. 28. Affl. decis. 44. n. 19. Dilect. in tr. de art. testand. tit. 2 cauf. 11. n. 1. Rimualdi. in Rubr. n. 22. C. qui admit. Gail. obs. 28. n. 3. lib. 2. Asian. Clement. in tr. de patr. potest. l. effect. 2. nu. 42. Gerard. Maxell. conf. 1. n. 8. conf. 53. nu. 30. vol. 1. Rol. à Valle conf. 61. n. 47. vol. 2. conf. 55. n. 45. conf. 62. n. 34. vol. 3. Joh. Iacob. de Leonard. in t. conf. Brun. conf. 117. n. 131. Sigism. de Neapol. conf. 95. n. 121. Guilelm. à Perno. conf. 12. n. 48. Zas. conf. 12. n. 23. & conf. 20. n. 39. volum. 2.*

In individuo verò in emtionis, & vendi- 32
tionis contractu. *l. hanc legem. ff. de contrab. emt.*

Ne verbum, aut syllabam quidem superuacuam esse deceat. *l. si in l. final. n. 9. vers. tene contrarium ff. quod quisq; tur. Cotta in memorab. in v. Insula. el. 8. post princ.*

Secundò refellitur quoque obiectio hæc, 33
per id, quod illi rursus ita demum locus sit, si confinia fundi vendiri exprimuntur. *Vti in specie declarat Dec. conf. 509. n. 2. & 3. Couarr. practl. quæst. c. 3. nu. 2. vbi hanc esse communem opinionem attestatur.*

Etenim corpus certum, & determinatum, 34
dici tum demum potest, cum confinia eius expressa sunt. *l. cum seruo. §. final. vbi gl. in v. demonstratione ff. de contrab. emt. l. forma in pr. ibi Br. ff. de censib. Br. in l. demonstratio falsa n. 14. ff. de condit. & demonstr. Br. in l. libellorum. in pr. n. 5. ff. de accus. practl. Pap. in form. inquisit. in v. cui obsecret. Affl. dec. 345. n. 6. Dilect. in tr. de art. test. tit. 2. cauf. 1. n. 5. Hieron. à Mont. in tr. de finibus. q. 86. n. 1. Alex. conf. 73. n. 4. volum. 3.*

Iam verò hîc nulla confinia pratorum, in libro censuali descripta fuêre. Non enim dicit liber censualis, vendidimus H. à K. prata illa omnia, quæ incipiunt ab arbore, hoc vel illo signo notata: & desinunt apud lapidem, cui rursus illa, aut illa nota insculpta est, & in quibus pratis, 120. veches fœni, & plures etiã quotannis crescunt.

Cessat itaq; axioma, cessat item ea, quæ hinc elicicbatur, obiectio.

Tertiò, militat quoq; aduersus hæc obser- 35
uantia, illarum terrarũ vbi feudum M; situm est. Moribus enim quibus mihi viuunt, hæc distinctio, an vendatio à corpore determinato, an verò à numero inceperit, non recipitur: sed distinctione hac insuper habita, venditores, minatissima quæq; indistincta, præstare adiguntur, dummodo hæc in libro censuali, recensita fuerint.

Cum itaq; iuris sit expressi: quod contra- 35
ctus ex iure regionis in qua fit, æstimandus sit. *l. 1. C. de emancip. Innoc. in c. olim tibi n. 2. ext. de verb. signif. Abb. in c. certificari. n. 2. ext. de sepultur. Felin. in c. cum M. Ferrariensis. n. 6. ext. de Constitution. Euerard. in top. in loc. ab vsitato. n. 3.*

Quæ consuetudo, & mos regionis, in cui- 36
ctionum quoque quæstionibus cum primis considerandus est. *Vt est textus ad literam. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de adil. edict.*

Et hinc quoq; nostrum contractum, secundum mores hosce regionis, moderari oportebit: & per consequens, extricare sese hac ratione, à præstatione cuictionis, fideiussores non poterunt.

Deniq;, etsi suppetias nullas, H à K; vsus regionis, ferret: non tamen propterea, desperandum omninò esset. Cum vel ipse liber censualis indicet, hîc à numero, & mensura, emtionem, & venditionem pratorum exorsam esse. Nulla enim planè alia, pratorum mentio, in vniuerso contractu fit, quàm in ijs verbis, quæ ἐπιβιοῦσιν iam adduximus, quæq; numerum, & quantitatem, non autem determinatum, certumq; corpus ostendunt.

Reliquum itaq; illud tantum fit: quod vbi 37
verba clara, & expressa sunt, vllus dubitationi locus reliquus non sit. *I ille, aut ille. ff. de legat. 3. l. non aliter in pr. ff. eod. tit. gl. in c. ad abolendam. in v. secularibus. ext. de fil. presbyt. Capyc. decis. 7. n. 6. Crauett. in Rubr. n. 135. ff. de legat. 1. Tiraquell. tr. de præscript. gl. 7. vers. at dnus. Tomm. g. decis. 132. nu. 28. dec. 20. nu. 8. cum seqq. & decis. 26. n. 10. Hartman. Pistor. q. 3. n. 36. q. 15. n. 16. & q. 19. n. 73. lib. 2.*

Secvndvm hac in parte, H. à K. fun- 38
damentum, illud est: quod viginti quatuor annos, feudum M; nunc possederit: quod autem nullo vnquam tempore, supra octaginta fœni veches, ex pratis redegerit.

Vt itaque fœnum hoc, feudi reditibus, modò accrescentibus modò decrescentibus, accenseri posset?

Nam etsi non nesciam, iure dispositum 38
esse: quod vberras, & fœcunditas agrorum, pratorumque vnius anni, cum sterilitate aliorum annorum compensari debeant. *l. lucet certu. vbi Bl. Salycet. & Subard. nu. 1. C. locat. Gail. obs. 23. nu. 12. lib. 1. Roman. conf. 432. nu. 2. Gozadin. conf. 83. n. 15. Roland. à Valle conf. 86. n. 7. vol. 3. Cephal. conf. 556. n. 16.*

Sciendum attamen interim erit, quod 39
non minus quoque ius dictis verbis attestatur: quod tum demum vberes fuisse agros, prataque dicendum sit, cum vltra fructus, quos quotannis ferre solebant, maxima est fructuum copia, veluti cum ex fundo, triginta ferre solito, quadraginta colligunturs. *Vti in specie decidit Vincent. Carocc. in tr. de locat. tit. de remiss. merced. nu. 17. vbi hanc esse communem opinionem, post Guilelmum Redoanum attestatur.*

Qui

Quî itaq; hîc sterilitatem pratorum, cum fœcunditate eorum compensaremus, cum summa fœni collecti, nunquam numerum 80. egressa sit?

Puto itaq; obtinere H à K. posse, quæ de supplendo numero fœni petierat.

II. & III.

40 Posteriores duas, SECVNDAM scilicet, & TERTIAM, petitionis suæ partem, H. a K. per sequentia tuetur. Veluti PRIMÒ: quod venditor onera, & seruitutes rei venditæ indicare teneatur. *l. penult. ff. de euiction. in vendendo. §. 1. ff. de contrab. emt. l. Iulianus in pr. ff. de action. emti. Capoll. in tr. de seruit. rustic. prad. c. 1. nu. 17.*

41 Similiter hoc vsq; adeò verum est, vt is quoq; venditor, seruitutem celasse censeatur, qui negarat deberi seruitutem, cum esset ab eo quæsitum, debereturne necne seruitus. *l. 1. §. 1. vers. scire. ff. de action. emt.*

42 Sed & is venditor, non euadet ex emto actionem, qui dixerat, nulla quidem seruitus debetur: verum si emergat inopinata seruitus, non tenebor seruitutis nomine. *d. l. 1. §. 1. vers. sed etsi proponas. ff. de act. emt. Card. Paris. cons. 78. n. 23. vol. 3. Burfat. cons. 194. n. 40. vol. 2.*

43 Et, in summa, quoties improbatp more sciens, in celanda seruitute versatus fuerit, venditorem teneri dicendum est. *d. l. 1. §. 1. vers. & generaliter. ff. de action. emt.*

44 Etenim omni casu, quo qualitatem rei, emtori non declarat, in dolo esse dicitur. *Bl. in l. fin. n. 4. per ill. text. C. de litigios. Burfat. d. conf. 194. n. 40.*

Atenim hîc Creditores, onera, de quibus agimus, feudo M. incumbentia, non indicarant. Quin itaq; præstent emtori id, quod hinc feudi M. valori decrescit, dubiũ non est.

45 Nec audientur Fideiussores, allegatione hac: quod ipsi in facti alieni ignorantione, versentur. Quam tamen probabilem esse constat. *l. 2. ff. de iur. & fact. ignorant. c. ignorantia. de reg. Iur. lib. 6. l. si ignorans. ff. locat. c. si quis à Simoniacis. 1. q. 1.*

46 Nam huic rursus hæc rectè accommodatur resolutio. Primò: quod iura non præsumunt, venditorem, qualitatem, onera, & seruitutes rei, quam vendidit, nescisse. *Vti in specie decidit Burfat. cons. 194. n. 31. vol. 2.*

47 Hanc igitur, à se allegatam, facti ignorantiam iustam, & probabilem, Fideiussores edoceant oportet. Præsumtio enim Iuris onus probandi in aduersarium transfert. *l. generaliter. §. si petitum in fin. ff. de fideicom. libert. l. vlt. in pr. ff. quod met. caus. l. siue possidetis ibi Bl. n. 6. C. de probat. Br. an. Im illo n. 10. ff. de verb. obligat. Specul. in tit. de probat. §. probare. n. 11. in fin. Bl. in c. bona. n. 2. ext. de elect. Menoch. in tr. de præsumt. q. 33. n. 2. lib. 1. Mast. in tr. de probat. q. 10. n. 37. & 38. Oldrad. cons. 261. vers. quintò. Dec. cons. 540. n. 11. Albert. Brun. cons. 109. n. 1.*

Deindè diluitur quoq; obstaculum hoc, per id, quod excusari habere nequeant fideiussores cuictionis, etiamsi onera hæc, & seruitutes fundo incumbentes, nescisse: explorare enim, vt sese res tota habuisset, debuissent. Vt enim is, qui cum alio contrahit, conditionem huius, cum quo contrahit, scire debet. *l. qui cum alio. ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iur. gl. in l. penult. ff. ad S. C. Macedon. Prapos. in c. 1. §. & quia. n. 4. 9. ff. qui feud. dar. poss. Ronchegall. in l. eandem in pr. n. 200. ff. de duob. reis. Caball. in tr. de addi. action. c. 1. n. 23. Alberic. Gentil. in tr. de legationib. lib. 2. c. 16. in fin. Caball. in l. fi totas. n. 79. C. de inoff. donationib. Frid. Schenck. in c. 1. §. rursus. n. 7. quib. mod. feud. amitt. Sonsb. in tr. feud p. 12. n. 124. Coler. in suo proc. p. 1. c. 2. n. 107. & 108.*

Ita quoque conditionem, & qualitatem rei, cuius ratione, contractum quis celebrat, nescire, inciuile est, Sumto nimirum argumento à persona, ad rem, quod in iure probabile, frequens, & vtile est. *l. qui furere. ff. de statu hominum. l. si ita legatum. ff. legat. 1. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 4. distinct. 1. n. 15. Everard. in top. ig. loc. à person. ad res. Coler. in suo proc. p. 1. c. 3. nu. 124. Modest. in. Pistor. in suo consil. quod extat post quæst. Harim. Pistor. 20. lib. 2. nu. 29.* 48

Non itaque præstat excusationem, ignorantia hæc. Scire enim, vel scire debere paria sunt. *d. l. qui cum alio. ponderando verba: vel est vel debet esse. ibi Dec. nu. 10. & Gabr. Sarain. in addit. ad Dec. ff. de reg. Iur. l. si Titius. & Seia. ff. de fideiuss. Iason l. quod te. n. 9. ff. si cert. pet. at. Craucons. 376. n. 7. Cephal. cons. 218. n. 14.* 50

Tertiò, ideò quoq; ineffica est, obiectio hæc: quod & is quoq; venditor, qui ignorarat, seruitutem à fundo vendito deberi, nihilominus obligatus est ad præstandum, quantò minoris emtor, rem emturus fuisset, si non seruitutem rei, vel fundo impositam esse, nescisset. *Ita in specie decidit Capoll. in tr. de seruit. rust. prad. c. 1. n. 18. argm. l. quoties. ff. de adil. edict. l. 1. & l. Iulianus in pr. ff. de actionib. emt. l. quod ad seruitutes. ff. de euictionib.* 51

Et deniq; labefactatur illoipso: quod ad manus habeamus, Epistolam ipsius à G; in qua scribit: Ius illud quod rustici in G. sibi vendicant, nouum non esse, frustra item peti, vt hisce Rusticis auferatur, ius illud, quod multis retrò annis, posse derant.

Nam si non aliàs, attamen vel ex hac solum Epistola, iam certò constat, cognitas, exploratasq; habuisse, euictionis fideiussores, seruitutes, onerasq; de quibus res est, illi, quod vendiderant, feudo incumbentia.

Quæ enim propria oris confessione fortior probatio esse potest? *Iason l. cum te transegisse. n. 5. ibi Dec. n. 7. C. de transact. Hyppol. de Marsil. in Rubr. nu. 71. C. de probat. Cotta in memorial. in v. prorogatio. Menoch. in tr. de remed. poss. ff. recup. remed. l. n. 217. Capyferr. in tr. de num. sect. p. 1. c. 4.* 52

n.19. & c.9.n.1.Mascard.in tr. de probationib. q. 7. n.4.Thom.Grammat.decis.36.n.66.Crau.conf.61.n. 3.Zas.conf.1.n.4.& 5.lib.1.

53 SECVNDÒ, innititur H. à K. hac in parte huic fundamento, quod iuris sit clarissimi, atq; expeditissimi: quod venditor teneatur, iureq; obstrictus sit, vicinum etiam fundi, præsertim si vicinus talis fuerit, quem si emtor audiisset, emturus non fuisset, indicare: quodq; emtori ad interesse teneatur venditor, qui eiusce modi vicinum celauerit. *l.quod sæpè.5.vit.ff.de contrab. emt. Pract. Pap. in form.lib.in cauf. vendit. in v. cui coheret. Tiraq. in tr. de pœn. cauf. 23. nu. 5. Coras.miscellan. lib. 1.c. 20. nu. 4. & seqq. Hieron. à Mont. in tr. de finib. c. 9 1. nu. 5.*

Sin itaq; venditor necesse habet, vicinum etiam indicare, siquidem hic in causa esse posset, quò minus emtio, & venditio procederet.

Consequens iam erit, multò magis illi ipsi incumbere, vt indicet emtori, onera, si qua eorum fundo qui venditur, inhæserint, nisi condemnationem, ad damna, interesseq; posthac, subire velit.

54 Nam et si nemo sit, qui neget, graue esse fundi onus, si habeat vicinum, qui nouas quotidiè lites exuscitat, veluti dicitur, quod tria mala, æquè noceant, Sterilitas, morbus, & vicinus: *Vt ex Palladio refert Tiraq.in tr. de pœn.d.cauf.23.n.9.*

Negari attamen etiam illud non potest: quod non minus quoque seruitutes, etiam prædiales sustinere, res sit dura valdè, & non minus, quàm malus vicinus, intolerabilis.

Quinimò si rem accuratius aliquantò pensitauerimus, deteriorem adhuc facient fundi conditionem seruitutes, quàm malus vicinus. Quippè seruitutes, quas hic fundus, alteri fundo debet, sæpius in causa esse possunt, vt ob abusum harum, malum vicinum fortiaris. quo aliàs bono vterere: Vt de eo nunc nihil dicam, seruitutes, per se, graues admodum esse.

55 Concludamus itaq;: duo omnino mala, atq; grauamina, vno peiora esse. *per vulgar.*

56 Præterea in considerationem quoq; hîc illud venit, quod ea sit conditio mali vicini, quod vicinus facilè mutari potest. Et quia omnes morrales sumus: & quia variæ possunt esse causæ. ob quas etiam, dum inter vsos adhuc agimus, res nostræ à nobis auferri possunt. Nam vti scriptum reliquit Columella: De vicino commodo, non multum laborandum est, quem nonnunquam mors, aliæq; nobiscum, diuersæ causæ mutant. *refert idem Tiraq.de pœn.d.cauf.23.n.7.*

57 Cum è diuersis seruitutes semel impositæ, perpetuò durent, & nunquam post deindè cessent. Seruitutes enim natura sua perpetuæ sunt, & causam continuam habent. *l.fa-*

ramen.ff.de seruit.vrban.prædior. Longeual.in l. nperium. n. 212. ff. de iurisd.omn. iudic. Connan.lib.4. c.9.nu.2.& 3.

Reliquum itaq; illud tantum fit, non mi- 58
nus teneri venditorem, onera rei indicare, quàm iure non posse, fundi vicinos reticere, si velit immunis esse, ab impetitione emtoris. Cui enim id, quod minus ineste videbatur ineste, inerit & id, quod magis ineste videbatur. *Euer.in top. in loc.à minor.n.1. Exea in tr. de pact.n.53.8.verf.Tertiò.Rimnald.in l qui se patric. n.422.C.vnde lib.Cacheran.decif.94.n.13. Cald in l.fi curatorem. in v. hunc contractum. n. 23. verf.nec etiam.C.de rest.in integ.Garsias tr.de expens.s.2.n.7.*

Neq; verò repugnat his illud, quod attamen vlterius traditum, apud Interpretes legatur: ita demum à venditore emtori, vicinos non celandos esse, si emtor venditorem, vt id faceret, interpellarit. *It ex pract. Pap. Tiraq. & Hieron.à Monte, in locis paulò ante designatis videre est.*

Nam ne sic quidem inferre licitum erit, onera quoq; realia fundi, prius emtori demonstranda non esse, quàm si de ijs indicandis emtor venditorem rogauerit.

Etenim huic inhærere sententiæ vsque quaq; tutum non est. Cum ea, quæ naturæ contractus insunt (vt est, non celare in venditione vicinum) etiam si nihil de ijs actum sit, nihilominus præstari soleant. *gl. in l. pactæ conuenta.in v.noua emtio.ff.de contrab.emt. Bl in l. ad exactionem.n.9.C.de dot. promiff. Iaf.in l. cum quidlect.1.n.2.ff.si cert.pet. Matant. in tr. de ord. iudic. p. 2.n.29. Neguzant.in tr.de pignor. 1.memb.3.p.p.n. 26. Alc.paradoxor.lib.5 c.16.n.4. Coras.miscell. lib.3. c.10. Mozz. in tr. de contr. Rubr. 1. art.6. n. 1. fact. text.l.final.C.de condict.caus.dat.caus.non secut. l. 2. ff. de euict.*

Et præterea, H. à K. emtor in præsentia negat, quod hoc nomine, venditores suos non interpellarit.

Quinimò contrarium huius, manifestè iam elucet ex eo, quod emtor libros censuales, sibi exhiberi iusserit, quo certius indè commoda, & onera addisceret: quodq; in his libris censualibus, nulla horum onerum mentio facta sit. Igitur vt dicam, quod sentiam, non puto huc pertinere eam, de qua vidimus hactenus, Doctorum distinctionem.

Non minus enim, voluntatem nostram, 59
factis, quàm verbis declaramus: quodque consequens est, non minus facto, quàm verbis, venditorem interpellamus. *l.Paulus.ff. rem rat.hab. Iaf.in l.mutuum.n.9.ff.de acquir.hered. Sadolet.in l. quod te.n.90.ff.si cert.pet.at. Mar. in l. si potest. n.47.ff.de acquir.hered. Gerard. Mazoll. conf. 8.n.69. vol.1. Crau.conf.785.n.11. Simon de Proct.conf. 19. n.6.vol.1. Cephal.conf.253.n.23. Ludolph. Schrad. int.conf.diuers.conf.34.n.105.vol.1. Iacob. Omphal. int.conf.diuers.conf.12.n.16.vol.4.*

Quini-

Quinimò fortior ea est voluntatis declaratio, quodq; consequens est, interpellatio, quæ factis, quàm quæ verbis fit. *Crott. in l. non solum. 5. morte. n. 87. ff. de non. op. nunc. Curt. in l. pacta nouissima. n. 29. C. de transact. Alcyat. cons. 7. n. 18 lib. 8. Craw. d. cons. 785. n. 11. Gerard. Mazoll. cons. 35. n. 3. cons. 51. n. 67. vol. 1.*

60 TERTIVM fundamentum H. à K. emtoris, in eo situm est, quod Iuris sit certissimi: quod is, qui certas aliquot seruitutes, tempore contractus inistas, enumerat, pro eo habendus sit, ac si in reliquis, fundum, vti optimus, maximusq; esset, vendidisset.

Exceptionem namq; in casibus non exceptis, regulam confirmare, incogniti Iuris non est: *l. nam quod liquid. ff. de pen. legat. Euer. in topic in loc. ab except. ad regul. n. 1. Afflict. decis. 13. n. 9. decis 239. n. 3 decis. 339. n. 6. dec. 356. n. 2. & decis. 359. n. 7. Marant. in lib. pot. st. n. 203. ff. de acquir. hered. Cotta in memorial. in v. exceptio. vl. 1. Tonning. decis. 16. n. 7. Cacher. decis. 26. n. 12. Straech. in tr. de mercat. p. 1. nu. 76. Borcheld. in tr. feud. c. 8. n. 140. Væsq. ill. contr. c. 3. n. 75. Capsferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 29. & c. 16. n. 249. Colcr. in suo processu p. 1. c. 2. n. 153.*

Iam verò certas, fundo affixas seruitutes, venditores, emtori nostro, enumerarunt.

Consequatur itaq; oportet, aliorum seruitutum respectu, fundum hunc, vti optimus maximusq; esset, diuenditum rectè censeri.

61 Atq; indè rursus promanat illud: cum scriptum in lure extet: quod non solùm in traditionibus, sed etiam in emtionibus, stipulationibus, & testamentis, adiectio hæc: vti optimus, maximusq; est: hoc significet, vt liberum prætletur prædium. *l. qui vti. ibi gl. & Alc. n. 1. & seqq. l. fi. cum fundum. & l. non tantum in traditionibus. ibi Alc. ff. de verb. significat. I. penult. ff. de euict. gl. in l. cum vendetes. ff. de contrab. emt. Cœpoll. in tr. de seruit. rustic. præd. c. 1. n. 18.*

Nostros quoq; venditores, feudum M; H. à K; vti optimus, maximusq; esset, diuendidisse, exceptis seruitutibus ijs, quæ in libro censuali exprimebantur: & vi consequentis obligatos eos nunc teneri, vt vel feudum tale prælteant, vel emtori de precio restituant, quod ei hoc nomine deest,

62 QVARTÒ, illud quoq; H à K. aduersus euictionis fideiussores, allegat: quod secretarium T. per exceptionem præscriptionis libertatis (quæ litis finitæ est. *Br. in l. fratrib. n. 1 C. de transaction. Br in l. emtor. ibi Bl. nu. 1. C. de præscript. long tem. Br. in l. final. n. 3. ff. prosuo. Br. in l. cum quærebatur. n. 3. ff. iudic. solu. Bl. in l. ficut. n. 8. per ill. text. C. de præscr. 30. vel 40. annor. Felin. in Rubr. n. 9. ad fin. ext. de præscript. Ballb. in tr. præscript. p. p. 1. q. 9. n. 1. & 2. Lancill. Conrad. in tr. de offic. prator. in cauf. ciuil. Rubr. de except. n. 13. Spec. in tit. de except. §. 1. n. 1. Practi. P. p. in form. respons. rei conu. in v. præscriptionis. n. 1 Iohan. B. pt Asin. in sua praxi. §. 13. c. 9. n. 14. Crott. in l. 4. §. Cato. n. 72. ff. de verbor. oblig. Ludouic. Catus in l. quinq; pedum. n. 22. C. fin. regund.*) repellere potuerit: illud autem facere neglexerint.

Nam quod ius illis, exceptionem hanc præscriptionis libertatis, largiebatur, euincitur ex literis quibusdam, ipsius Secretarij T. ad fideiussores euictionis datis. Ibi enim ipse Secretarius significat, vicesimum iam agi annum, quod Sculteti, siue prætores in G; qui ante se fuerant, nullas oues aluisserint: seq; nunc demum post elapsos viginti annos, oues alere, easq; in pascua feudi M; immittere, denuò incœpisse.

Nam hoc cum ita sit, conclusio iam patet per se, iuri nempè pascendi, nunc præscriptum esse.

Sic namq; prospexerunt Iura: quod ad- 63
uersus seruitutem, spacio longi temporis, decem annotum inter præsentes: vel viginti inter absentes, præscribatur libertas, absque distinctione vlla, an continua, an verò discontinua eiusmodi seruitus fuerit *l. final. ibi Br. & Bl. nu. 2. C. de seruit. & aq. l. si sic. ibi Br. & DD. ff. quemadm. seruit. amitt. gl. in c. cum Ecclesia Sutrina. in v. breuitatem. ibi Panorm. n. 4. 2. ext. de cauf. poss. ff. & propriet. Abb. in c. de quarta n. 31. ibi Felin. n. 37. ext. de præscr. Iaf. in l. ex hoc edicto. in pr. n. 8. ff. de eo per quem fact. erit. Apostill. ad Practi. Papiensf. in form. lib. an act. confessor. in v. spacio Martin. Laudensf. in l. seruitut. n. 20. ff. de seruit. Ballb. in tr. præscript. in 3. p. 4. p. q. 1. n. 2. & 3. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Couarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 10. circa med.*

Nec obstat: quod attamen, I. à L. oues (qui etiam hæc prædia prætoriana, das Schultzengerichte zu G. possederat) olim vna vice, atq; simul, in Viadri aquis perierint: quodq; is ob paupertatem, qua squallebat, alias his substituere oues, non potuerit.

Nam si hinc inferre volueris, præpediri 64
indè præscriptionis cursum. Eò quod necessitas legem non habeat. *Br. in l. 1. n. 5. per ill. text. C. de oper. libertor. Peccan. tr. de testam. coniug. lib. 3. c. 18. n. 1. Pistor. q. 6. n. 51. lib. 2. Tiraq. in tr. de pœn. cauf. 33. n. 3. Mouric. in tr. de inuent. hered. c. 7. n. 23. & c. 10. n. 4. Cacher. dec. 6 8. n. 26. Borchelt. in tr. feud. c. 8. n. 69. Seraph. in tr. de turam. priuil. 52. n. 6. & prin. 110. n. 18. Rol. à Valle cons. 52. n. 24. & cons. 43. n. 29. vol. 2. text. in c. 2. ad fin. ext. de obsecu. ieiunij.*

Audiendus attamen non eris.

Nam in præscriptione libertatis, aduersus 65
seruitutes rusticas, ne factum quidem hominis, sed tantùm non vtentis negligentia, cursusq; temporis defideratur. *l. hæc autem iura. ibi gl. in v. habuerit. ibi Br. n. 1. ff. de seruit. vrban. prad. l. sequitur. §. si vnus. ibi Br. n. 1. ff. de vsucap. Martin. Laudensf. in d. l. seruitutes. n. 22. ff. de seruit. Iaf. in d. l. ex hoc edicto in pr. nu. 8. ff. de eo per quem fact. erit. apost. ad Pract. Pap. in form. lib. in act. confessan. v. spacio. Vallasc. in l. imperium. n. 143. ff. de iurisd. om. iudic.*

Quare hîc in considerationem, inopia I. à L. venire non potest. Sicuti nec impedimentum præstat, quo minus aduersus seruitutem hanc, libertas præscribatur.

66 Sed & alterum illud, necessitatem legem non habere, remoueri facilè potest. Obtinet enim in illo demum casu, in quo Iura, necessitatem legem non habere, expresse disposuerunt. *gl. in c. quoniam. dist. 48. Cornel. Bonnc. in tr. de privil. paupertat. special. in indic. 9. nu. 45.*

Vnde huc referri, commodè satis nequit. Non enim sanxerunt iura, quòd necessitas potens esse debeat, ad retardandum præscriptionis libertatis cursum.

Quid? quod vidua Principis N; posthea hæc I. à L. bona, & prædia, sibi acquisierit: quodq; nec illa quidem, ouesibi alnerit, tantúq; minus eas, in pascua M; appulerit.

Cum tamen hanc ditissimam fuisse, in ore sit omnium.

Fac itaq;, inopiam eius, qui seruitute vti debebat, hîc in considerationē habendam esse: non attamen etiam id libertatis præscriptioni oberit. Cucurrerant enim iam decem anni, viuente adhuc Principe vidua.

67 Quare eò dilabitur res: quod negligentia autoris, qui tempus, ad præscribendam libertatem constitutum, labi patitur, ei quoq; qui in ius, & locum eius succedit, noceat. *l. si quis alta. §. tempus ff. quemadm. servit. amitt.*

68 Quod si dixerint Fideiussores eui tionis: non potuisse H. à K; viuente adhuc principe, quicquam præscribere: eò, quod ab eo, M; in feudum recognosceret: quod item ex Iuris communis feudalis sanctionibus, vasallus necesse habeat, iurare: se quod vtile Domino foret, facturum, & curaturum. *c. 1. de for. fidelit. Sonsb in tr. feud. p. 9 n. 21. Ign. in l. necessarios p. 4. n. 20. ff. de S.C. Syllan.*

69 Vtile item hoc in eo verti, ne quid detrimenti, in possessionibus suis, Dominus capiat. *d.c. 1. vers. vtile. de form fidelit.*

70 Iam verò Dominus detrimentum in possessionibus suis caperet, si aduersus seruitutem Domino, debitam, libertas præscriberetur. Etenim seruitus, prædij dominantis vtilitatem adauget. *l. si manumissi, ponderando verba: vtilitatem certis fundis exhibere. C. de seru. & aq.*

Præscripta itaq; libertate, fundi dominantis vtilitas imminuetur: quodq; consequens est, fundi dominus, non nihil detrimenti, in possessionibus suis capiet:

71 Non audiemur attamen; Nam Iuris est explorati: quod vasallus, ipsa etiam personalia seruitia, aduersus Dominum præscribere possit. *Br. in l. in filys. n. 2. C. de Decurion. lib. 10. Gail obs. 60. n. 4. lib. 2. Barthelt. in tr. feud. c. 1. n. 24. vers. & si vasallus. Gund. Pap. dec. 631. nu. 10. Nicol. Bellon. consil. 1. nu. 16. Rol. à Valle consil. 53. nu. 29. volum. 2. consil. 41. n. 32. & 33. & consil. 48. n. 45. volum. 4.*

Multomagis itaq; eidem, seruitutum prædialium præscriptio, licita, atq; permissa erit. Cui enim id, quod minus inesse videbatur, ineſt, inerit, & id quod magis inesse videbatur, *iurib. & autoritatib. DD. antea in ted adductis.* 72

Nec obstat, quod tum demum, seruitiorum personalium præscriptio incipiat, cum vasallus à Domino, vt seruiret, vocatus, se seruiturum pernegarit: & à pernegatione hac, tempus ad præscribendum diffinitum, cucurrerit. *Vt in indiuiduo DD. quos paulò ante nominauimus, decidunt.* 73

Quapropter rectè inferri posse videbatur, prohibitione quoq; vasalli, in seruitutum realium libertatis præscriptione opus esse.

Etenim quod respondeatur, in promtu est: Seruitia nempè personalia, earum seruitutum naturam sequi, quæ ob nobilitatem suam, factum hominis, atq; interpellationem requirunt, veluti sunt vrbicæ. *d. l. hac autem iura, & ibi Br. nu. 1. ff. de seruit. vrban. prad. Landens. in d. l. seruitutes. n. 22. ff. de seruit. Ias. in d. l. ex hoc edicto. in pr. n. 8. ff. de eo per quem fact. erit.* 74

Nobis de seruitutibus rusticis res est, in quarum libertate præscribenda, præter negligentiam domini fundi dominantis, cursumq; temporis, nihil planè requiritur, *vt superius tradidimus est.*

Reliquum igitur manet, à seruitijs personalibus, quatenus in ijs interpellatio requiritur, factoq; hominis opus est: ad seruitutes reales, perperam argumentum duci: cum separata, separatam rationem habere, iuris sit notissimi: *l. final. ff. de calumniat. Did. ac. Segur. in tr. de lucr. matrim. & vxor. n. 181.* 75

Eadem quoq; ratione, nullum exhibet negocium, quod vasallus iurat, se præstiturum, ne quid Dominus in possessionibus suis detrimenti caperet: Quodq; dominus detrimentum capere videatur, cum aduersus seruitutem eidem debitam, libertas præscribitur.

Nam & hîc resolutio præstò est, seruitutes nempè leuiusculas qualitates: ideoq; res haud magni præiudicij esse. *Br. in l. cum de in rem verso. n. 3. & 4. ff. de vsur.* 76

Quamobrem ad eas fidelitatis iuramentum, non porrigetur, sed de tali damno, domino in possessionibus suis dato, quo proprietas simul amittitur, intelligendum erit. *tum per text. c vnic. ponderando verba: rem aliquam, quam habes, vel habebas, amittis, vel fortasse casu amittere. &c. De nou. form. fidel.* 77

Tum quia de minimis non curat Prætor. *l. sitio ff. de rest. in integr. Tuscell. in l. vinum. n. 20. ff. si cert. petat Mantic. in l. final. n. 173. C. de iur. delib. Medic. in tr. de ll. p. 3. q. 8. n. 12. Tiraq. in l. si vnquam in v. omina. nu. 15. C. de reuoc. donat. C. lud. in l. si ita-*

 78

ratorem. in v. vel aduersarij dolo. nu. 7. C. de rest. in integr.

Atque hæc ferè sunt, in quibus innititur H. à K.

Proximum nunc illud est, vt videamus quomodo dilui possint, quæ ceu contraria, afferebantur.

Inter hæc verò PRIMVM occurrit illud: quod dicebatur, H. à K; dum emerat centum viginti veles fœni, incertum quid emisse: ideoq; æstimationem eius iniri non posse: sed nec huius rei nomine, de euictione actionem dari. Cum actio de euictione, non nisi ratione interesse detur: incerti autem nulla æstimatio: quodq; consequens est, nullum quoq; interesse sit:

Verum huic accommoda est responsio: quod argumentum hoc, supposita, quibus initiatur non habet.

79 Qui enim incerti nomine, emtio, quâ certæ vehes fœni emuntur, veniret. Cum omne id, rectè dicatur certum, de quo constat, quid, quale, quantumúe sit. *l. certum. ibi Br. Iaf. Dec. n. 2. Ruinell. n. 1. & DD. ff. si cert. petat.*

80 Etiamsi istud, relatione ad aliud facta, demum appareret. *Iaf. in l. vbi autem. § illud. n. 1. ff. de verbor. obligat. Marant. in tr. de ord. iudic. 3. p. 6. p. act. 1. n. 59. Felin. in c. inter cetera. n. 2. ext. de re iudic. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 9. Mynsing. obs. 86. cent. 1. Canale. in tr. de tut. n. 267. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 77. n. 47. Simon de Proët. cons. 19. n. 25. cons. 93. n.* ●.

Quod cum ita sit, nobis quoq; de re incerta, res non erit. Scimus enim quid, qualeúe debebatur, nempè fœnum: Scimus item quantum eius esse debeat, nempè centum viginti veles.

Sic quoque remoueri illud facilè potest: quod ex Bartolo adducebatur, eum scilicet, qui fructuum perceptionem emit, quid incertum emere.

81 Nam hæc Bartoli doctrina, à nostro casu aliena planè est. Illud enim ibi solummodo thema Bartolus tractat: cum sola fructuum perceptio, per se emitur: non autem cum certum prædium, seu fundus certus emtione acquiritur, in cuius emtionis consequentiam, etiam fructuum perceptio venit: *Quod thema nostrum est.*

82 Bartoli itaq; doctrina, haudquaquam præsenti negocio, rectè applicatur. Ab ijs enim, quæ per se considerantur; ad ea, quæ in consequentiam veniunt, haudquaquam rectè concluditur: cum diuerso iure in his, quàm in illis, vtamur. *Pistor. q. 8. n. 54. lib. 2. q. 40. n. 22. eod lib. Rumuald. in l. postumo. n. 152. C. de bonor. possess. contr. tab. Reub. in tr. d. testib. p. 2. n. 5. Borch. in tr. fund. c. 6. nu. 9. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 75. n. 38.*

83 Vt taceam, Bartolum, rursus illum tantum casum decidere, cum fructuum perceptio, nudè, & simpliciter emitur aut venditur.

Quod si quantitas certa perceptionis fructuum expressa fuerit, vt centum dolia vini, vel centum corbes grani (quod propius ad præsens negocium accedit) fructusq; qui percipiuntur, ad hanc quantitatem, non ascenderint, tunc aut precij imminutionem faciendam esse, aut expectandum tempus, quo denuò fructus nascantur, *ipsius Bartoli extat decisio in d. l. autem ferro. § qui maximas. n. 9. verf. hîc est aduertendum. ff. de pulluan.*

Tuetur itaq; Bartoli auctoritas, H. à K; minimè autem illijpsi repugnat.

Quod si dicendum omninò esset, quod de incerto hîc ageretur (quod attamen negamus) non tamen, ne sic quidem, rectè procederet obiectio.

Nam quod dicitur, incerti nullam æstimationem 84
esse, in actionibus duntaxat stricti Iuris: non autem in ijs, quæ bonæ fidei sunt actionibus, verum est. *gl. in d. l. quemadmodum. § sed vbi. in v. fieri æstimationem. ff. ad l. Aquil. Br. in l. si tactum. ante n. 1. ff. de action. emt.*

Cum itaq; actio, quam H. à K. institutu- 85
rus est, actio ex emto: quodq; consequens est, actio bonæ fidei futura sit. *§. actionum. ibi gl. in v. bonæ fidei. vers. vnde de talibus. Inst. de actionib. gl. in c. cum venerabilem. in v. bonæ fidei ext. de except.*

Consequatur necesse est, in hac ex emto 86
actione, incerti æstimationem fieri. *Vt est text. ad literam in d. l. si tactum retis. ff. de actionib. emti.*

Verùm ponamus rursus, cessare omninò, 87
quæ hactenus pro confirmatione resolutionis, allata fuêre: non tamen adhuc connexio bona erit: agitur de incerto: Ergò interesse æstimatio fieri nequit. Cum interesse, aliud certum: aliud verò incertum sit. *l. vbi autem. § illud. ff. de verb. oblig. Rebuff. in l. vnic. n. 321. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Ign. in l. quatenus. n. 19. ff. de reg. Iur.*

Pariter quoq; consequentia illa falsa est: 88
nullum vertitur interesse emtoris: Ergò de euictione agere non potest.

Cum de euictione is quoque rectè agere 89
dicatur, qui vel ad precium, vel ad duplæ præstationem, ex stipulatione agit:

Quinimò quoties iura dicunt de euictione agit, nec aliud quippiam præterea adduntvel exprimunt, semper iura ita loquentia, de actione ex emto, qua vel ad precium, vel pro rata precij agitur: non autem de actione ex emto ad interesse: aut ad duplæ præstationem, licet de euictionis actione loquantur, intelliguntur. *Item specie dixit Caballin. in tr. de eo quod interest. nu. 69. per l. quod si nulla cum l. seq. ff. de action. vel hered. vend.*

Et denique tàc, desinere hic omninò, actionem de euictione: non tamen propterea desineret actio ex emto quanti minoris ciuilis.

90 Hac itaq; rectè experietur H. à K. Actioni enim quantò minoris, tam actione de euictione, nihil commune est, *l. Iulianus ibi gl. 1. & Bar. n. 1. vers. præterea. ff. de act. emt. Fab. de Mont. S. Sabin. in tr. de emt. & vendit. q. pr. 6. n. 59. Caballin. in tr. de euict. c. 3. n. 5. & per tot. Caball. in tr. de eo quod interest. n. 4.*

91 Ad Secvndam deindè quod attinet obiectionem: Creditorem nempè euictionem pignoris non debere: quodq; consequens est, H. à K; de euictione rectè non agere, cum iure creditoris feudum M; ei diuenditum sit, &c. hæc parata est responsio: Creditorem euictionem pignoris, præstare tunc debere, cum vt euictionem pignoris præstaret, specialiter actum est. *d. l. 1. ponderando verba: nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit. ibi Bl. & Salyc. C. credit. euict. pign. non deb. Caball. in tr. de euict. §. 5. n. 38. Dec. cons. 449. n. 37.*

Et quandoquidem hic Creditores pignoris euictionem promiserant, rectè quoque euictionis nomine conueniuntur, nec immunitate Creditorum, hac in parte fruuntur.

Porrò de Tertia obiectione sic habeo. Non factam fuisse H. à K. venditionem feudi M; ad eum modum, quo illud possederat. S. à L.

Nam etsi in initio instrumenti venditionis, huius S. à L. fiat mentio: non tamen emtio secundum possessionem S. à L. moderabatur: sed tota, ex libro censuali diffiniebatur.

Quare aduersus obiectionem hanc retortione rectè vtitur H. à K.

Nam cum fateantur ipsimet Fideiussores, seruitutes hasce fundo M. etiam dum possideret illud S. à L; fuisse iam impositas; illæ verò in libro censuali annotatæ non reperiantur: fit vt euitare condemnationem, ad præstationem interesse, amplius non possint. *iuxta. l. 1. §. 1. ff. de action. emt. reliquaq; iura, & authoritates DD. superius in id adductas.*

92 Quæ inuersio, & in aduersarium retortio, optimus, & firmissimus contrariorum dissuendorum modus est. *Abb. in c. in omni. n. 3. per ill. text. ext. de testib. Euerard. in præamb. topic. n. 18. text. in c. qui syncera ponderando verba: ex eorum codicibus 45. distinct.*

Nec obstat, quod attamen in obligatione sua, Fideiussores euictionis, sub ingressum eiusdem, S. à L. mentionem fecerint.

93 Quodq; idcirco rectè inferri posse videbatur, non alio modo, quàm vt illud possederat S. à L; feudum M; ad H. à K. peruenisse. Cum dicta in præstationibus, in sequentibus reperita intelligantur. *l. Titia. §. idem respondit. el. 1. ibi l. si. n. 1. ff. de verb. obligat. l. item quia. ibi Iaf. n. 12. ff. de pact. Acad. Tubingens. int. cons. diuers. cons. 2. n. 140. vol. 2.*

94 Etenim præfatio potissimum indicium, atq; argumentum est, voluntatis eorum, qui actum aliquem celebrarant. *Bercuger. Paul. hac ad l. vnic. n. 188. C. de sent. quæ pro eo quod interp. profert. Cephal. consil. 25. n. 43. Francisc. Ripa cons. 15 int. cons. feud. variar. n. 18. Alc. cons. 1. n. 17. lib. 7. Rol. à Valle cons. 86. n. 50. vol. 1. Menoch. cons. 14. n. 4. cons. 150. n. 40. & cons. 160. n. 31. Crau. cons. 192. n. 21. Goz. ad. cons. 1. n. 14. Mascard. in tr. de probat. concl. 1284. n. 6. & concl. 1415. n. 27.*

Nam & hæc obiectio, per id, resoluitur: 95 quod in præstationibus posita, in sequentibus repetita censeri: tum demum verum sit, cum in dubio versamur. Quod si in sequentibus contrahentes, voluntatis suæ arbitrium, apertius, quàm in præstationibus declararint, neutiquam sequentium interpretationem, ex præstationibus, seu ex ijs, quæ sub ingressum contractus dicta sunt, petendam esse.

Etenim in claris coniecturis opus non est. 96 *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligationib. Nouiz. in sylu. nupt. lib. 1. nu. 209. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de diuis. donat. n. 9. vers. hac tamen. Garf. in tr. de expens. c. 23. n. 34. Cald. in l. si curatorem. in v. vel aduersùs dolo. n. 20. ad fin. C. de rest. in integr. Molin. in l. 1. §. sed si mihi. n. 10. ff. de verb. obligat. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. n. 87. C. de reuoc. donat. Sfort. in tr. de rest. in integr. q. 23. n. 23. & seqq.*

Nec voluntatis quæstio admittenda est, 97 vbi verborum adest perspicuitas. *l. ille aut ille. ff. de legat. 3. l. non aliter in pr. ff. eod. tit. gl. in c. ad abolendam. in v. secularibus. ext. de fil. presbyter. Dilect. in tr. de art. tefland. 31. 6. caut. 3. o. n. 2. Martin. Pistor. q. 31. n. 20. lib. 1. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 26. n. 7. ff. de verb. signif. Tiraq. in l. si vnquam. in v. libertis. n. 5. C. de reuoc. donat. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 126. & p. 3. c. 3. n. 28. Afcan. Clement. in tr. de pact. potest. at. effect. 15. n. 11.*

Fieri itaq; nequit, vt hæc Iuris Regula: dicta in præstationibus, &c. in præsentia locum inueniat.

Habemus enim expressam, & specificam Fideiussorum obligationem, qua fidei suæ esse iusserant, omnium eorum præstationem, quæ in libro censuali legerentur: verum nunc sibi locum vendicat illud: quod vltima 98 derogent prioribus. *l. sed & posteriores. ff. de legibus. l. pacta nouissima ibi Iaf. n. 13. C. de pact. Bl. in c. ex parte. n. 3. ext. de const. Iaf. in l. si quis ante. n. 3. ff. de acquir. poss. Iaf. in l. duobus Reis. §. item Pomponius. n. 2. ff. de tutelar. Francisc. Niconit. in Rubr. n. 259. ff. de oper. nou. nunciat. Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. si seruis. n. 14. ff. de quæstion. Simon de Proët. in tr. de vltimar. volunt. interpr. lib. 2. interp. 1. dubit. 5. solut. 1. n. 4. Burfat. cons. 47. n. 6. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 21. n. 21. vol. 4. Iacob. Omphal. int. cons. diuers. cons. 30. nu. 25. volum. 1.*

Quod item quælibet dispositio, sese ad 99 aliam referens, quantumuis plenissimis verborum figuris, & formulis conscripta foret, ad terminos tamen, & limites dispositionis, ad quam fit relatio restringatur. *Vti in specie decidit*

Decidit Dominic. de S. Geminian. quem refert & sequitur Cravetta. cons. 565. n. 19. argm. c. cum olim. ext. de constitud. & olim ext. de verb. signif.

100 Quapropter in dispositione referente, fundamentum, vt aiunt Nostrates, faciendum non est: nec ex ea modus, limites, finesq; , pacto, vel contractui præscribendi: Sed ei semper dispositioni, ad quam fit relatio inhærendum, & ex ea actus, vel contractus interpretatio, vel declaratio depromēda *auth. si quis in aliquo. C. de edend. Ceph. cons. 365. n. 50.*

101 Qvarto excipiebant fideiussores de l. penult. ff. de edict.

Verùm & hæc, in longè diuersis, aq; nostro casu separatis, quinimò contrarijs loquitur terminis. Veluti: cum fundo, qui vendebatur, ab alio fundo seu prædio, debebatur seruitus, ab qua, tempore contractus emtionis, & venditionis celebrati, nihil dictum fuerat.

Hac namq; euicta, cum tacitè duntaxat, & in consequentiam, fundum diuenditum secuta sit, de euictione contra venditorem non agitur. Vti ex accuratiori inspectione verborum, ipsius textus apparet, *& ipsi ita explicant Bl. & Salyc. nec non Corasius tell. lib. 4. c. 15. per tot.*

Nihil itaq; inde colligi potest, quod ad determinationem huius controuersiæ, accommodum est.

Quod si is textus, huc referendus esset, non loquitur attamen, nisi de actione de euictione.

Cum interim nobis, nunc, cum actione de euictione, nihil negocij sit, sed actionem ex emto quanto minoris ciuilem H. à K. instituerit. Qua actione, rectè, nomine seruitutum, tempore contractus occultatarum experimur. *Vti in specie decidit gl. in d. l. penult. in v. si tacitè ff. de euict. Caballin. in tr. de euict. §. 5. nu. 70. Dec. cons. 483. n. 18. & 19.* 102

Rursus itaque nostro casui adaptari non potest.

Qvinta obiectio fideiussorum, de eo erat, quod Rustici G. seruitutem hanc pascendi, H. à K; per sententiam non euicerint: sed quod is victrò, coram delegatis Principis, ipsis cesserit, atq; hanc pascendi seruitutem, certo modo concesserit.

Verùm & hæc, acrius reliquis, nos non vrget.

Non enim nouam, quam seruitutem, H. à K; rusticis G. constituit: aut sibi euincere passus est: sed ipsi fatentur delegati, quod reperirent, Rusticos G. etiamnum fructos esse iure pascendi, nec non cædendi ligna in pascuis, syluisq; M.

Et quod magis est, non solùm Delegatorum relatio id habet: verum etiam loquitur idipsum, vetus illa conuentio, inter Abbatem, & conuentuales monasterij P. vtpotè cum in ea contineatur: C. à L. eius temporis, feudi M. possessorem, obligatum posthac esse debere, perferre, atq; pati, vt Rustici villæ G; liberè pecora sua, pascendi causa, in syluam appellant, ligna item ibi iacentia (Lagerſeits) auehant.

Nouè itaq; quicquam habitatores villæ G; per illam transactionem, quæ coram Deputatis inibatur, non acquisiuerunt, sed transactio illa, modum tantum dedit, seruituti iam dudum constitutæ, ne posthac vsus seruitutis huius, in abusum vergeret.

Sed & G. literas habemus, quibus H. à K; cum ei seruitutis huius nomine, ab vniuersitate G; litem motam esse, denunciaretur, rescribit: prohiberi. Rusticos, quòminus hoc iure vtantur, non posse: Sed & H. à K. emtorem, qua esset prudentia, perspicere facilè posse, seruitures alijs debitas, his auferri, aut H. à K. diuendi non potuisse.

Tueri itaq, sese, amplius Fideiussores, eui- 103
ctionis, axiomate hoc nequeunt: quod res nondum per sententiam euicta fuerit: re enim nondum per sententiam euicta, de euictione agitur, dummodò de iure euincentis liquidò constet. *l. emtorem in pr. ibi Br. n. 1. ff. de action. emt. gl. in l. si cum quæstio. ibi Bl. n. 2. C. de euict. Br. in l. at qui natura. §. cum me absente. n. 8. ff. de negot. gest. Mynsi. obs. 37. vers. potest enim emtor. centur. 1. Caball. in tr. de euict. §. 3. n. 76. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 39. vers. imò quod magis est, vbi complures alios in id congestit. Crau. cons. 845. n. 12.*

Nec obstat vlterior quoq; horum Fideiussorum obiectio; emtorem scilicet condemnatum per arbitrum, vt rem emtam restitueret, vel seruitute, in re emta vendicantem, vti pateretur, de euictione non agere: Nam vt vides, arguere à condemnatione arbitri, ad condemnationem Iudicis delegati, Fideiussores nostri voluerunt: Vnde constare hæc quoq; obiectio non poterit.

Nam quod de arbitri condemnatione di- 104
citur, secundum quid tantum verum est, & quatenus extra controuersiam positum fuerit, venditorem, nisi arbiter receptus fuisset, coram Iudice ordinario litigando, victoriam reportaturum fuisse. Quod si è diuerso omninò certum est, ne tunc quidem venditorem obtenturum, etiamsi ab ordinario, lis fuisset decisa, secus est. Agit enim de euictione emtor, iureq; obtinet. *Bl. in l. libera. n. 9. C. de sent. & interlocut. om. iudic. Alex. in l. si domus. § de euictione. n. 3. vers. 3 ibi Raph. Cuman. n. 2. vers. in gl. 1. Ias. n. 14. ff. de legat. 1. Caball. in tr. de euict. §. 1. n. 18.*

Atenim hic longè certissimum erat, Fideiussores euictionis, vtpote qui disputari non poterant, seruitutem hanc Rusticis G. constitutam esse, succubituros, etiamsi Iudicem ordinarium adijssent.

Non iuuat itaq; eos, quod hic, is, qui eos, de euictione nunc interpellat, legatorum Principis cognitionem subijsset.

Quis

105 Quis enim nescit, hunc arbitro dignioremesse, cum & ordinario quouis, sit præstantior? *Felin.in Rubr. in pr. extr. de offic. delegat. Coras.misc.lib.3.c.19.n.3.& seqq.Iason Rubr n.1. ff.de off.eius cui mand.est Iurisd.Couarr.var.resol.lib.* 1.c.2.n.6.vers.3.Odd in tr.de rest.in integ. q.32.n. 154.text.in c. sanè el.2.ext.de off.delegat. c. pastoralis.§. præterea.ext.de offic.ordinar.

In QVINTA obiectione, Fideiussores negarunt, sibi vnquam litis denunciationem factam esse:

Sed hæc negatio,momentum aliquod non habet. Cum conuinci, literis, quas ipsi scripserant,possint.

Nec refragatur: quod attamen, soli ex fideiussoribus,G;denunciatio facta sit.

106 Nam non audiretur G; etiamsi prætendat, se partis suæ virilis dissolutione, liberatum iam iri: exemplo eius, quod de pluribus heredibus, vnius venditoris constitutum est, singulis nempè denunciationem faciendam esse. Alioqui enim non nisi hi, quibus denunciatio facta est, de euictione tenebuntur, & quidem proportionibus hereditarijs tantummodò. *Lin executione. §. in solidum. ibi Bt. ff. de verb.obligat.l.si rem.§. 1.ff.de euict. Gomez. var. resol.lib.2.c.2.n.39.versic.& adde.quod mortuo, vbi* * *hanc esse communem opinionem attestatur.*

107 Hic etenim quilibet Fideiussorum in solidum obligatus est. In electione itaq; H. à K. erat,an vni soli, an verò pluribus, denunciationem facere vellet. Ex pluribus enim in solidum obligatis, singuli in solidum tenentur. *§.ex huiusmodi Inst.de duob.reis. Pract.Papiens. in for.lib.contr.plur.reos debend.in v.coram vobis.n. 4.& in v.quilibet ipsorum in solidum.n.1.& seqq.*

108 Præsertim si reliqui correi absentes fuerint, & in diuersis locis habitarint. *auth. hoc ita ponderando verba: si absens sit. C. de duob. reis. Bt.in l.3.§.1.n.8.ff.de duob.reis.Roncheg.in l.2.n.12. ff.eod.tit.Moz.in tr.de contr.Rubr.qui poss.stipul.n.17.*

Quapropter inconueniens non erit dicere,quod sufficiat, vni ex his, litis denunciationem factam esse.

Quod si litem moram esse,denunciare H. à K.fideiussoribus omninò intermisisset, non tamen etiam id, emolumento vllo modo, fideiussoribus esse posset.

109 Ratio enim faciendæ denunciationis hæc est,quod iura præsumunt, venditorem, rectius iura, conditionem, & qualitatem rei venditæ nouisse, quàm emtorem: vnde rursus inferunt: emtorem, qui venditorem non admonuerat,vt sibi in lite assisteret,ob ignorantiam eius iuris tantùm, quod venditori competieret, causam perdidisse. *Vt in specie decidit Abb.in c.fin.n.5.ext.de emt.& venditio. Caballin tr.de euict.§.5.n.4.*

Sed & ratio hæc cessat, eo casu, cum ipsemet venditor conhetur, nec per se quidem, rem venditam,defendi potuisse,*vti in præsentia res sese habet:*

Consequatur itaq; necesse est, ipsam quoque legum dispositionem, denunciationem venditori faciendam esse iubentium,hoc casu cessare debere.

Etenim cessante ratione legis, ipsam quo- 111
que legem cessare, nouum non est. *L.adigere. §.quamuis.ff.de tut patronat.Euer.in loc.a cess.ration. n.1.Tiraq.in tr. cess.caus p.1.n.130.Cacheran.decis.14.n.3.*

Ceterum in indiuiduo, quod non noceat 112
emtori,venditori denunciatum non esse,quo minus de euictione agat, quotics probari potest, de iniustitia venditoris, ratione rei, quæ euicta est, *decidunt Ias.in d.l.si domus.§. de euictione.n.14.ff.de legat.1.Gomez.var. resol.lib.2. c.2.n.39.vers.item etiam adde.Couarr.var. resol.lib.* * *3.c.17.n.6. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. refert & sequitur Caball in tr.de euict. §. 3 n. 74.Eman.Soar.comm.opin lit:E.n. 243.*

SEXTA, eademq; postrema,Fideiussorum obiectio,resoluitur per id: quod non constet, in vicem seruitutis G. debitæ, certa prata, possessoribus concessa esse.

Quinimò, placitum inter Abbatem Monasterij P; & C. à L. possessorem illius feudi M; confectum, apertissimè indicat: Vniuersitatem villæ G; seruitutibus hisce, etiamnum vti debere, sicuti prius (*vtte fiir alters.*)

Quod cum ita sit, in præmium seruitutis 113
concessæ,prata hæc C.à L. data non sunt.Res enim (cuius appellatione, seruitutes quoque continentur. *Vt in Rubr. & nigr. Inst. de reb. corporal.& incorporal. l. rei appellatione, & ibi gl. in v. iura.ff.de verb.signif.l.1.§.quadam.ff. de rer. diuis. Syluan.in tr.feud q.109.n 38.Caldas. in l.si curatorem in v.res.n.1.C.de rest.in integr.Ludouic. Gomez. in Rubr.n.5.ff.si cert.pet. Butigell.in l.1.n.15.ff. eod. tit.Zas.in l.vnic.n.25.ff.si quis ius dic.non obtemp.*) quæ semel mihi competierat, aut mea semel facta erat,amplius mea fieri nequit. *Leum res. C.de contrah.emt.l.rei suæ.l.si in emtione.§.rei suæ.ff. eod.tit.Tiraq.in tr.de vtr.retr.p.2.§.2.gl. vnic.n.12. & n.44.Ias.in l.nemo rem suam.n.1.per ill.text.ff.de verb.obligat.Negusant.in tr. de pignor. in 1.membr. 6.p.p.n.33.Mozz.in tr.de contr.Rub.de reb. quæ emi poss.nu.55.*

Præterea vt contractus innominati rectè 114
celebrentur, rem vtrinq; integram esse omnino oportet. Nam si tibi insulam dederim, vt insulam ædificares,quæ iam extructa erat: aut si tibi permisero, vt certam eximeres de agro meo,& locum, vnde cretam eximisses, repleres, qui iam repletus erat: aut si pactus sim,vt tu à meo debitore Carthagini exigas, ego à tuo Romæ, qui tamen iam exactus erat: aut deniq; si tibi certa prati iugera dederim,vt me tuis pascuis vti, vel in sylua tua ligna cædere paterēris,cum tamen antea seruitus pascendi,& ligna cædendi,prædio meo debita fuissent, ridicula mehercle, ineptissimaque erit, eiusmodi contractus innominati

nati celebratio. *Vt ex toto tit. ff. de præs. verb. liquet.*

Concludamus itaq; iustam non esse, Fideiussorum nostrorum petitionem, qua volunt H. à K. compelli, vt vel pratis cedat, vel posthac, in vsu seruitutis suæ, Rusticos G; non turbet.

Non dicam nunc, ingens esse discrimen, inter reliquos feudi M. possessores, & H. à K; præsentem eius feudi emtorem. Huic enim prata hæc, vti optima, maximaq; essent, sicuti & syluæ, venditæ sunt: sed & prata hæc, quibus nunc cedi debet, ad ea prata pertinent, vnde quotannis 120. veh es fœni colligere debebat.

Non itaq; etiamsi H. à K; hæc prata, Rusticis G. tradidissent, lis iam sopita esset, sed integra adhuc de euictione lis, remaneret.

115 Quod attamen iura nolunt. Lites enim ex litibus gigni Reipub. graue & perniciosum est. *c. finem litibus ext. de dol. & contum. Couarr. pract. quæst. c. 23. n. 6. vers. Quinto. Herculan. in tr. de attentat. c. 2. n. 3. Cacheran. decis. 22. n. 8. Cald. in l. si curatorem. in v. sua facultate. n. 37. C. de rest. in integr. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 47. Seraph. in tr. de iuram. priuil. 33. n. 142. Dec. cons. 385. ad fin. Ceph. cons. 209. n. 10.*

Deniq; , tuti quoq; non sunt, Fideiussores euictionis, sub hoc clypeo, quod aiunt: apparere iam ex libro censuali (aus dem Erbregister) posse: quod sola ligna, quibus in domorum ædificationem, nec non in coquendo cibo, pane, cereuisia quotidiana &c. opus haberet (Bau- vnd brenholtz) sola item glans (die Maßung) H. à K; non autem syluæ ipsa, vendita sint.

Ceterum, his omnibus, recte eum vsurum, fruiturumq; , etiamsi intactam Rusticis G; seruitutem suam, reliquisset:

116 Nam quod respondeamus in promtu est: clarissimi scilicet Iuris esse: quod quisq; ea, quæ vendit, aut emit, iure dominij, & proprietatis, vendere, aut emere censeatur. *Vti in specie decidit Mor. in tr. de contr. Rubr. de natural. emt. & vendit. n. 21. Menoch. in tr. de præsumt. præs. 104. n. 18. & 37. lib. 3. per l. qui aliquam rem. ubi Br. n. 1. ff. de acquir. poss.*

Male itaq; dicitur, hic solum vsum ligni, & pascuorum, non autem syluam, & nemora ipsa ab H. à K. emta esse.

III.

Tertivs nunc restat punctus Principalior, ob quem, vt euictionem præstent, solicitat H. à K. emtor, euictionis fideiussores.

Porrò ei, quæ hic Primò loco adducebatur, obiectioni, satisfactum iam est.

Ad Secvndam verò, quod certam, cum Rusticis G; H. à K. inierit pactionem, prout deq; in ea quoq; includatur Secretarius N; veluti qui Schulteti officio, in illo pago defungatur: respondetur: quod quidem pactionem initam esse, non neget emtor H. à K. verum hanc noui quicquam Iuris, G. tribuisse, planè inficiatur.

Sed & liquet Secretarium istum N; nouo quopiam Iure non inniti, sed in illo tantum, quod antehac ei competierat.

Sin itaque hæc Secretarij assertio fundamentum semel nacta fuerit, meritò est, quod ei acquiescamus: Sin minus, non erit quoq;, quod in hoc munimento confidant, euictionis fideiussores. Remanet enim adhuc illud: quod venditor, indicare teneatur, onera, & seruitutes, prædio, quod vendit, incumbentes: quodq; emtor, qui seruitutem celarat, ad interesse recte conueniatur. *Barth. superius in id adductis.*

Quod deniq; onera, casus, & pericula, 117
quæ tempore contractus initi, prædio, seu fundo insunt, de quibus emtorem certiorem non fecerat, ad venditorem: post contractum verò celebratum emergentia, solùm ad emtorem spectent. *l. 1. ibi Bl. & Salyc. C. de perc. & comm. rei vend. Rebuff. in tr. de priuil. fiscal. priuil. 99. Mynsing. obs. 36. cent. 6.*

Accedat adhæc, quod transactio, ad quam confugiunt Aduersarij, de solis armentorum pascuis, disertè loquatur.

Iam verò de armentorum pascuis, hic quæstio nulla est. Cum oues suas in pascua appellere conetur, iste Secretarius.

Consequatur itaq; oportet, Transactio- 118
nem coram deputatis, ab H. à K. initam, opem nullam, Secretario isti afferre. In transactionibus enim, vtpote quæ stricti Iuris sunt. *Iason. l. si maior. n. 2. C. de transact. Panthal. Cremens. in l. 2. n. 41. & seq. C. de rescind. vendit. Francisc. Curt. in l. sub pretextu. l. 1. nu. 25. C. de transact. Crau. cons. 684. n. 4.*

Dispositio, de armentis boum (vom Rind- 119
vieh) loquens: ad greges extendenda non est. Cum nec aliàs, nec in ijs quidem, quæ latam interpretationem patiuntur, appellatione armentorũ, greges: *l. seruio. §. armento. ff. de leg. 3.*

Aut è diuerso, gregum appellatione, ar- 120
menta veniant, atq; contineantur. *Vti in specie decidit gl. in l. fin. in v. gregarius, & ibi Br. n. 6. C. de militar. test. lib. 12. Bertach. in tr. de gabell. in 1. p. 8. p. n. 3. Royz. dec. Lituan. 3 n. 309. fac. l. final ff. de abig.*

Nec audieris Secretarie, etiamsi dixeris antecessores tuos, armenta bouum ibi aluisse: sed & boues paucos, plus damni inferre posse pascuis, quàm si numerosus grex ouium, in pascua immitteretur:

Nam primùm, quæ dicis, non probas: & si 121
probares, reliquum attamen adhuc, nobis illud fieret: haudquaquam leue voluntatis interesse esse: sed & cum damnum pati dici, quo inuito aliquid fit, quantumuis aliàs conditionem suam meliorem efficeret. *Br. in l. Pompon. 1. n. 16. ff. de neg. gest. Br. in l. 2. in pr. n. 12. ff. ſ. l. mat. Br. in l. ſi filius qui patri n. 7. ff. de vulg. & pupill. Tr. aq. in tr. de vt. retr. in præſ. n. 25. Menoch. intr. de rem. poſſ. recup.*

recup. remed. 1. nn. 422. Cacheran. decis. 130. n. 7. Borcholt. in tr. feud. s. 8. n. 79. Ioh. Iacob. de Leonard. int. conf. Bruni conf. 114. n. 56 per l. final. ff. de vsu & habitat.

Inuitus itaq; H. à K; adigi non poterit, vt loco boum, oues Secretario, etiamsi aliàs plena, & liquida iam essent omnia, inibi pascere permitteret.

122 Sic haud obscuri Iuris est: quod conditio fundi seruientis, non debeat fieri deterior. *l. seruitutes. §. si ante. ff. de seruit. vrban prad. l. non modus. C. de seruitut. l. quis fella. ff. de seruit. rustic prad. l. ex meo ff. eod. tit. l. si is cui. ibi: aut si plura iumenta egerit. ff. quemad seru. amitt. Br. in l. si cum meus. ff. si seru. vendic. Crau. conf. 676. n. 2.*

123 Quod item conditio fundi seruientis fiat deterior, si aliter, quàm constitutum ab initio fuerat, seruitute, dominus fundi dominantis, vtatur. *d. iurib.*

Cum itaq; conditio fundi seruientis, hic deterior fieret, siquidem posthac loco armentorum, greges, in syluis pascua sua quærerent.

124 Rectè hic efformabimus ratiocinationem, denegatum hoc omninò esse. In specie enim traditum est: non posse eum, cui pascendi seruitus debetur, alterius generis pecora, vel animalia, ad pascua appellere, quam quæ eius generis fuerint, de quo in ipsa seruitutis constitutione, conuenerat. *Vti in specie decidit Capoll. in tr. de seru. rustic. prad. c. 9. n. 17. per l. certo generi. ff. de seruit. rust. prad. l. 1. §. si conuenerit. cum similib. ff. depositi.*

Tertia dehinc obiectio, quod H. à K. emtor, per octennium integrum, his pascuis, cum ouibus frui Secretarium N. fuerit; resolvitur per id: quod in hac octennali possessione, nunquam se fundarit Secretarius N; sed quod fundamentum intentionis suæ, in eo semper posuerit, quod hæc seruitus etiam autoribus suis, debita fuerit. Cum euictio non debeatur, casu, quo emtor succumbit, ob exceptionem, quæ ex facto emtoris originem traxerat.

Ponderis itaq; alicuius, obiectio hæc non est. Cum non suo facto, succumbat emtor H. à K. sed ex causa, quæ antequam contractum iniret, iam existebat.

Sed & per septennium integrum, hac seruitute, quiete vsum esse. Secretarium N; pernegat H. à K. Cum vix tres anni effluxerint, cum primum ouile reparare, Secretarius N; inciperet: Sed & non protinus, gregem fusum in pascua hæc controuersia, immisit: & præterea non tacuit, hæc fieri videns H. à K; sed Secretarij conatibus, pignorationibus vsus, obuiam iuit. *Veluti ex literis, quæ vxor Secretarij N; ad H. à K; marito suo absente, propterea dederat, palam fit.*

125 Iam verò Iuris est apertissimi; quod pigneratione interrumpatur præscriptio, etiam de Iure ciuili. *Vti in specie decidit pract. Pap. in respons. rei content. in v præscriptionis n. 27. Coler. in suo proces. p. 1. c. 3. n. 94. cum præcedent. & seqq. per Lsum notissimi. §. illud. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

Accrescere itaq; Secretario N; possessio 126
aliqua, vel quasi, ex hac vsurpatione seruitutis non potuit. Si enim pigneratus, pignoratione insuper habita, reuertitur, & in pascua alterius, animalia sua agit, nil agit, sed vi potius possidere dicitur, cuius generis possessio, iure omninò reprobatur. *Vti post Schneidw. quem refert idē in specie decidit Coler. d. p. 1. c. 3. n. 89.*

Neq; verò obstat id, quod nunc integrum attamen biennium, elapsum sit, in quo à pignoratione omni, abstinuerit plane H. à K.

Nam hæc ex eodem fundamento dimanant, quo superiora: quod scilicet H. à K. sciret, Secretarium tueri se, iure vetustissimo, quod autores ipsius acquisiuissent, diu ante, quàm ad H. à K; feudum M; pertinere incepisset: quodq; proindè necesse non haberet, absque auxilio Fideiussorum euictionis, conatibus eius, obuiam ire: interim verò non destitit, continuis litis denunciationibus, Fideiussores euictionis, defatigare.

Ad Fideiussores autem euictionis quod attinet, ipsi interim nihil egerunt, quàm quod literis H. à K. suas coniunxerint, easq; ad Secretarium, N. miserint, quibus vt ab vsu seruitutum harum abstineret, adhortati eum fuêre. Quibus tamen nihil effecerunt, quàm quod eis post deindè, maledicentissimis literis respondent.

Accedit ad hæc, quod etiam illustrissimus N. ad H. à K. rescripserit, ne posthac pignerationibus vllis, Secretario suo N; negocium faceſſeret, nî vellet, bis centum loachimicorum mulctam, fisco pendere.

Quare rectè non dicimus, culpa, negligentiaue H. à K; Secretarium N; iuris quicquam adeptum esse: aut exceptionem quampiam ex facto ipsius K; resultare, qua interposita, causa eum cadere oporteat: ideoq; euictio præstanda non sit.

Quinimò fecerat id, quod secundum legi- 127
timas sanctiones, illi faciendum incumbebat H. à K. Pœnam itaq; vllam non incurrit. Factum enim legitimè quod est, nullam pœnam meretur. *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. Schenck. c. 1. §. 1. nu. 22. de mil. vas. qui contum. est. Garc. in tr. de vlt. fin. iur. n. 181. & 263. Coras. misc. lib. 1. c. 17. n. 4. Tiraq. de ll. connubi. l. 9. n. 1. Zoanett. in l. vt vim. p. 2. n. 21. ff. de iust. & iur.*

Verùm esto ita, non fecerat, quæ facere debuisset H. à K; sed in causa fuit, vt septennalem possessionem, assequeretur Secretarius N; non tamen propterea dicere, facto proprio H. à K. causa cadere, ideoq; euictionis præstationem cessare, rationis est.

Siquidem ad acquirendam seruitutem 128
pascuorum, non sufficiant anni septem, sed tempus

tempus immemoriale, in id sit necessarium. *Vti in specie decidit Capol. in tr. de seruit. rust. prædior. c. 9. n. 24. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 5. gl. 1. n. 16. & 17. Modest. Pistor. conf. 7. n. 6.*

129 Est enim seruitus pecoris pascendi discontinua. *Balbus in tr. de præscript. 2. p. 4. p. p. q. 3. n. 1. Guido Pap. decis. 573. n. 2. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 11. Mynsing. obseruat. 53. cent. 4.*

130 Quam præscriptione acquiri, non nisi spacio eius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, inter omnes constat. *Br. in l. 2. n. 6. ibi Bl. n. 8. C. de seruit. & aq. Br. ad l. 1. §. denique, n. 2. ff. de aq. quot. & æstiu. Ias. in l. 1. n. 76. ff. de acquir. poss. Panorm. c. de quarta. n. 23. ibi Felin. n. 40. ext. de præscript. Prætt. Pap. an form. lib. in act. confess. in v. seruit. aquæ ductus. n. 20. Bertach. in tr. de gabell. p. 1. n. 12. versic. illud etiam Balb. in tr. de præscript. 2. p. 4. p. p. q. 2. nu. 2. Boër. in consuet. Biturig. tit. de præscript. §. 5. gl. vnic. Pyrrh. Englæ. in consuet. Aurel. tit. de seruit. s. 1. Capyc. decis. 179. n. 9. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 15. n. 28. Zoanett. in l. 2. n. 150. C. de pact. int. emt. & vendit. Gail. obs. 66. n. 7. lib. 2. Menoch. in tr. de remed. poss. retin. remed. 6. n. 126. Coras. miscell. lib. 5. c. 11. Alc. parerg. lib. 3. c. 24. in fin. Medic. in tr. de venat. p. 2. q. 1. n. 3. per l. seruitutes. la. 4. ff. de seruitutibus. l. hoc iure. §. ductui aquæ. ff. de aq. quot. & æstiu.*

Sciens, prudensq; ; omittit nunc allegationem istam, H. à K; quod septennalis hæc possessio, replicatione, de præscriptione libertatis, pœnitus tollatur, atq; elidatur. *De qua antehac egimus.*

131 Nec nocet, quod præscriptio libertatis, quocunq; actu, etiamsi hunc malæ fidei possessor exerceat, interrumpatur. *Vti in specie decidit Br. in l. naturaliter. nu. 28. ff. de vsucap. Paul. de Castr. in l. vsu retinetur. n. 1. ff. quem. adm. seruit. amitt. Balb. in tr. de præscript. in 3. p. 6. p. p. q. 4. n. 41.*

Nam hinc frustrà inferre conatur, Secretarius N; interruptam hic quoq; esse, per vsum posteriorem seruitutis, præscriptionem libertatis. Atq; idcircò inutilem quoq; fieri, præscriptionis exceptionem.

132 Nam refellitur hæc illatio per id: quod actu vnico libertati contrario, libertatis præscriptio ita demum interrumpatur: si prius is actus exerceatur, quam libertatis præscriptio completa fuerit: quod si completa præscriptione, is ipse actus interuenerit, libertati, nihil planè officiet: sed noua, vt quis rectè vtatur seruitute, acquisitione opus erit. *c. audiuit. ibi Panorm. n. 10. ext. de præsc. Felin. in callud. n. 13. ext. eod. tit. Balb. in tr. de præscript. in 3. p. 6. p. p. q. 4. nu. 52.*

Atenim hîc, diutius iam, libertatis præscriptio, completa erat, quàm actus illi contrarius contingeret.

Quarta deindè obiectio, illud habet, quod nisi noualia instituisset H. à K. satis pascuorum, & quingentis ipsius, & Secretarij N; suibus simul, suppetijsse.

Audiendum itaq; nunc non esse, vt præstetur cuictio, agentem.

Verum hæc ratio reliquis adhuc fragilior est.

Qui enim fieret, vt in gratiam Secretarij N; H. à K. denegaretur, fundum suum cultiorem, melioremq; efficere?

Quinimò, cum hîc fundus, vti optimus, maximusq; ; id est, ab omni seruitute liber esset, venditus fuerit, fas quoq; illi fuit hoc vti, pro libitu suo, sine omni, omnium prohibitione. Quilibet enim rei suæ moderator, & arbiter est. *l. in re mandata. C. mandat. Cassan. in catal. glor. mund. p. 1. consider. 3 3. concl. 44. vers. secundò de eo iure. Marz. ar. in tr. de fideicom. p. 2. n. 5. Paul. Grland. in tr. de fortileg. q. 7. n. 21. Vital. de Gambon. in tr. clausul. Rubr. an reduct. ad arbitr. bon. vir. renuncior. poss. n. 38.* 133

Et qui nemini seruitutem iuris pascendi debet, non prohibetur, quin ex pratis arua faciat. *Vti rursus in specie decidit Modest. Pist. cons. 7. n. 33. vol. 1. argum. d. l. in re mandata. C. mandat.* 134

Quinta postea obiectio de eo erat, quod hîc de cuictione inefficaciter ageret H. à K; propterea quod reuera nullum, quod prætenderet, subesset interesse. Nam quæ decederent H. à K; ratione ouium, ea accrescerent illi rursus, ratione fœmenti, quod quotannis, in nouis illis aruis, nasceretur:

Verùm hîc Consequentis fallacia primum committitur. Cum superius iam ostenderimus, connexionem bonam non esse: non subest interesse: Ergo de cuictione actioni locus non est.

Sed & præmissæ hîc falsæ sunt. Cum omnino quod alleget, habeat H. à K; interesse. Si enim seruitus, quam prætendit Secretarius N; cessaret, abundaret feudum M. simul pascuis, simul etiam noualibus suis, absq; intertrimento ouium suarũ, rectè vteretur. H. à K.

Dabimus itaq; illi omninò, ad cuictionis præstationem, actionem.

Suadet enim naturalis ratio, hunc damno affici, qui, cum geminum lucrum præsto esset, altero carere cogitur. 135

Quapropter id, alijs Iuris fundamentis probare, necesse non est.

Nam legem quærere, vbi naturaliter sentimus, nil nisi intellectus, vt Angeli verbis vtar, infirmitas est. *Vti ex angelo retulit Ias. in l. dedi. §. si liber. n. 6. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. Neuiz. in syl. nupt. lib. 5. n. 21. Tiraq. in tr. cess. caus. limit. 1. n. 74. Gomez. var. res. lib. 2. c. 10. n. 1. ad fin. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 81. Borcholt. in tr. feud. al. c. 2. n. 32. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 8. & p. 3. c. 2. n. 37.*

Quod si omne planè, ex parte H. à K. cessaret interesse: actio item de cuictione omnis, vbi non adest interesse, cessaret: non tamen propterea, omni planè Iuris auxilio, destitueretur H. à K.

Primò namq; porrigitur ei, actio ex emto, quanto minoris ciuilis. Qua compellere poteſt, Fideiuſſores euictionis, ad reſtituendum omne id, quod pro fundo M; minus ſoluiſſet, ſiquidem de ſeruitute, huic incumbente, certior prius factus fuiſſet. *Qua de re ſuperius fidem fecimus.*

136 Nec obſtat, actioni quanto minoris, anno præſcribi, *l. 2. & ibi Salyc. C. de ædilit. action. Borch. in tr. de pact. c. 5. n. 47.*

137 Nam quamuis hoc ita ſit, competit attamen adhuc actio quantò minoris, vel quanti minoris (idem enim eſt, *vt teſtatur Borcholt. d. c. 5. n. 45. per l. bouem. §. aliquando. ff. de ædil. edict.*

138 Nam quod dicitur, actionem quantò minoris annalem eſſe, de actione quanto minoris prætoria: non autem de actione, quantò minoris ciuili, intelligendum eſt. Hæc quippè perpetua eſt, & non niſi tricennali tempore concluditur. *Br. in l. Iulianus. in pr. n. 3. verſ. item illa. ff. de action. emt. Caball. in tr. de ædil. action. c. 3. nu. 9.*

Labaſcit itaq; hæc obiectiuncula. Non enim actione quantò minoris prætoria agit: ſed actione quantò minoris ciuili experitur.

139 Deinde habet quoq; H. à K. actionem ex emto, qua agit contra venditorem, vt res libera tradatur. *Vti in ſpecie decidit Burſat. conſ. 194. n. 33. per l. ex his prædijs. C. de euictionib.*

140 Nec enim vacuam poſſeſsionem traditam eſſe ſufficit, niſi res vendita ſimul, à ſeruitute, & onere omni libera, data fuerit. *Burſat. d. conſ. 194. n. 33. & n. 37. vol. 2.*

141 Nec hoc quoq; in loco rurſus quicquam faceſsit negocij, quod prius de euictione actione non experiamur, nec vt intereſſe noſtrum reſarciatur, agamus, quàm res euicta, & euincenti tradita fuerit. *Vti in ſpecie decidit l. euicta. l. 1. in pr. ibi gl. in v. reſtituta. ff. de euict. l. 3. ibi gl. ff. de del. mal. except. l. qui rem. C. de euict. Gomez. var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 39. in pr. Caball. in tr. de euict. §. 5. n. 86. Burſat. d. conſ. 194. n. 41.*

Nam ſi hinc concludere volueris, præpoſteré nimis, ad actionis huius vſum, acceſſurum H. à K. vtpotè cum ei ſeruitus hæc, per ſententiam nondum abiudicata ſit: nec item is, Secretario hanc, per patientiam ſuam, vnquam tradiderit: cum item ne ob mandatum quidem Principis pœnale, prohibeatur, quominus aduerſus Secretarium N. iure experiatur.

Eſt quod reſpondeamus tibi: H. à K. non ad euictionem, ſiue ad intereſſe ſolutionem, hoc caſu agturum, ſed tantummodò, vt res ſibi libera tradatur.

142 Prohiberi itaq; quò minus id, etiam hoc tempore faciat, non poterit. Agere enim, vt liberè nobis res tradatur, rectè poſſumus, quantumuis res, euicta nondum fuerit. *Vt in ſpecie decidit Bl. in l. qui rem. C. de euict. Cacherau. deciſ. 24. nu. 2. Alex. conſil. 67. verſ. & per iſtam deciſionem vol. 3. Dec. conſ. 483. n. 18. Burſat. d. conſ. 194. n. 41. vol. 2.*

Sexto deindè loco adducebatur ab Aduerſarijs id: quod numerum ouium ſuarum adauxiſſet H. à K. Ideoq; quod paſcua his deficerent, rectè non ageret. Se enim ampliora paſcua, quàm quæ 500. ouibus ſufficerent, non vendidiſſe.

Porro numerum ouium adauctum eſſe, apparere ex eo, quod ouile, noue exædificaſſet, illudq; extendiſſet, &c.

Sed & hæc obiectio talis eſt, quæ conſtare neſcit. Negat enim H. à K. ſe plures quingentis, oues alere.

Deindè non cohæret quoq; conſequentia illa: Nouum extruxit ouile, Ergo plures iam oues, in paſcua immittere incepit. Et vi conſequentis, cum hæc collectio, fundamentum totius obiectionis ſit, illa verò concludens non ſit, collabetur quoq; obiectio tota.

Fundamento enim deſtructo, quicquid 143
ſuperius ædificatum fuerit, corruat oportet. *Tonsing. deciſ. 20. n. 46. deciſ. 24. n. 14. Hartm. Piſtor. q. 2. n. 21. in fin. q. 3. n. 45 lib. 2. Riminald. in l. poſtumo. n. 538. C. de bon. poſſeſſ. cont. tab. Seraph. in tr. de iur. priuil. 74. n. 27. priuil. 132. n. 78. Modeſt. Piſtor. in conſ. poſt q. Hartm. Piſtor. 20 lib. 2. n. 34. ad fin.*

Et ex falſis præmiſsis, falſam quoq; con- 144
cluſionem ſequi neceſſe eſt. *Vti in ſpecie decidit Cephal. conſ. 328. n. 67 & conſ. 433. n. 91.*

Sed & conſiderandum illud erit, quod H. à K; aduerſus euictionis Fideiuſſores agat, non propterea, vt numerum quingentarum ouium, de quo inter illos tempore emtionis initæ conuenerat, ſed & feudum à ſeruitutis oneribus, ſecundum conuentionis placita, liberum, præſtent.

Peregrina itaq; admodum, eſt allegatio hæc Fideiuſſorum, quod plures, quàm 500. oues, alat H. à K.

Reſtat nunc obiectio Septima, qua concluditur, euictionem Principis, facto contingentem, præſtandam non eſſe.

Enimuerò, & huic quoq; variæ paratæ ſunt reſponſiones.

Veluti primò *quod l. Lucius. ff. de euiction.* non 145
probet id, ad quod communiter allegari ſolet.

Non enim in caſu de quo ibi res eſt, Principis facto, atq; iuſſu, ſed delicto potius emtoris, res euincebatur, nec peculiare ibidem quicquam, Principis ratione conſtituitur. *Vti in ſpecie docet ibid. gl. & Matth. de Affl. s. 1. §. rurſus ſi fidelis. n. 10. caſu 21. quib. mod. feud. amittat.*

Non itaque iſthæc communis traditio, in 146
conſulendo iudicandoque ſequenda erit. Commune enim Interpretum placitum, ſi nulla lege munitum fuerit, inſuper habendum eſt. *Vti in ſpecie decidit Felician. c. 1. n. 54. ad fin. verſ. primò quod cuncta, ext. de conſtitut. laſ. in l. illam. nu. 9. C. de collationib. Ludouic. Gomez. in commentar. ad reg. Cancellar. Reg. de annal. poſſeſſ. §. 2. verſ.*

q. 52. vers. videndum est igitur. Hartm. Pistor. q. 30. n. 22. lib. 1. Incertus autor in tr. crimine laesae maiest. qui habetur inter tractatus criminales variorum. q. 1. sub n. 3. Cephal. cons. 166. n. 19.

147 Secundò respondetur: etiamsi l. Lucius. ff. de euict. diceret id, ad quod communiter allegari solet: euictionem nempè non deberi, quoties Principis facto intercueniente, res euincitur, intelligi attamen oporteret id ipsum, de tali facto Principis, cuius causa post contractum demum perfectum extitisset: non verò de tali Principis facto, cuius causa priusquam conficeretur contractus, iàm fabricat. *arg. d. l. Lucius. ff. de euict.*

Atenim hîc, causa ex qua factum, mandatumq; principis, prodibat, diu extitit, antequam perficeretur contractus. Seruitutis scilicet huius constitutio, tempore l. à L. antiquissimi, villæ eius, quam nunc Secretarius N. possidet, possessoris.

148 Sic tertiò l. Lucius. ff. de euictionib. interpretantur, vt tantum eo casu procedat, quando facto iniusto Principis, res euincitur. *Vt in specie decidit Burs at. d. cons. 194. n. 13.*

149 Cum itaq; in præsentia, non appareat, Illustriss. N; hîc iniusti quicquam præcepisse. Quin potius summè vrgeant præsumtiones eæ, quæ pro Principis facto militant. *Cyn. in l. rescripta. n. 7 ibi Bl. n. 10. C. de prec. Imp. offer. Anton. de Burr. in c. cum inter. versic. in materia ext. de renunciat. Anton. de Burr in c. quia plures, versic. secunda opinio xxv. de immunit. Eccles. Cagn. in l. diem functo. n. 24. ff. de off. assess. Cappe. decis. 166. n. 8. Pecc. in tr. de testam. comm. lib. 3. c. 25 n. 2. Guilh. de Perno. in tr. de Principe. n. 99.*

Adaptari quoq; l. Lucius. ff. de euict. dispositio, nostri casus decisioni, non poterit.

150 Quartò etiamsi diceremus l. Lucius. ff. de euict. in omni indistinctè Principis facto locum habere. Non tamen adhuc remedij fa-
151 tis afferret, euictionis Fideiussoribus. Nam vti Creditor, iure pignoris rem vendens, de euictione tenetur, si se euictionem præstaturum, distertis verbis cauerit. *Cuius rei superius fides facta est.*

152 Vt item venditor tenetur de euictione, etiamsi ei denunciatum non fuerit, dummodo emtori, denunciandi, necessitas remissa sit. *l. Heremius. ff. de euict. Elan ad l. 1. n. 16. ibi Salyc. n. 4. oppos it. 6. C. de peric. & comm. rei vend. & tradunt alij, quos refert & sequitur Caball. in tr. de euict. §. 3. nn. 114.*

153 Ita quoque venditor euictionis nomine, quæ Principis facto fit, rectè conuenietur, si se obligatum fore, eo quoq; casu, cum ab emtore Princeps rem aufert, promiserit. Etenim fauori suo, quilibet renunciare. *l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & cleric. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Reub. in tr. de testib. p. 2. n. 42. Schenck. in c. 1. §. præterea. n. 1. quib. mod. feud. amitt. Tiraq. in tr. de mort. p. 7. declarat. 1. n. 4. Cournt. var. resol. lib. 2. c. 4. n. 4. Acmil. Ferret. in tr. de mora. n. 56. Alc. pareg. lib. 5. c. 25.*

Et in se casus fortuiti periculum, cuius ge- 154
neris Principis quoq; factum est. *Vt in specie decidit Affl. decis. 54. n. 2. Burs at. d. cons. 194. n. 21. vbi Br. Bl. Natt. & Roland. a Valle in id allegat.*

Recipere potest. *l. quæ fortuita. ibi Salyc. C. quæ* 155
res pign. oblig. poss. tasin l. sed & si quis. §. quæsitum. n. 92. vers. adde tamen. ff. si quis caut. Turr. an. com. opin. 143. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 19.

Huius præstatione autem semel suscepta, 156
id quod placuerat, obseruandum est. Nihil enim tam fidei humanæ congruit: quàm vt rata sint ea, quæ semel placuerint. *l. 1. in pr. ff. de pact. Affl. decis. 265. n. 101. Straech. in tr. de mercatur. p. 2. n. 10. Mozz. in tr. de contract. tit. 1. art. 3. n. 8. Romul. in l. vt vim. n. 206. ff. de insl. & inr. Bocr. in consuet. Biturig. tit. de consuet. matrim. §. 2.*

Cum itaq; Hà K; à Fideiussoribus nostris, euictionem, etiam in hunc casum, stipulatus sit (promiserant enim, se omnes pertinentias feudi M; veluti eæ in libro censuali, recenserentur, illi præstaturos, etiam aduersus omne factum Principis, & officialium eorundem prohibitionem) Tuti quoq; , sub munimine l. Lucius. ff. de euictionib. Fideiussores hi, non erunt.

Et deniq; satisfieri poterit, obiectioni huic 157
SEPTIMÆ, etiam per id, si respondederimus, nobis non esse rem, de actione de euictione, sed de actione ex emto, quanto minoris: vel actione ex emto, vt res libera tradatur. Proindeq; huc rursus trahi non posse, l. Lucius. ff. de euict. decisionem. Nusquam enim legibus cautum, aut à DD. traditum est, emtorem Principis facto impediri, quò minus quanto minoris actione, aut actione ex emto, vt res libera tradatur, experiatur. Quod igitur lege cautum non est, nobis quoque dicendum non erit. *l. illam. ibi tas. n. 6. C. de collation. Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. n. 20. Lancil. Conrad. in tr. de off. prator. Rubr. & allegat. n. 10. Syluan. in tr. feud. q. 10. n. 1. Hartm. Pistor. q. 8. n. 2. q. 15 n. 18. vol. 1. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. a. 16. n. 3. & 4.*

Posterò audiendi quoq; non sunt Fideiussores euictionis, dum Hà K. emtori, omne id, quod dederat, siquidem feudo M. é diuerso cedat, illosq; ab onere præstationis euictionis, liberet, offerunt.

Nam etsi non inficiemur, quod vnum- 158
quodq; eo genere, quo ligatum est, dissoluatur: quodq; per consequens, consensu facta emtio, & venditio, contrario dissensu dissoluatur. Sciendum tamen vicissim est, emtionem, & venditionem, contrario dissensu dissolui ita demum, quatenus res non secuta, & adhuc integra fuerit. Quod si res secuta sit, nec iam integra fuerit, contrarius dissensus, emtionem, & venditionem semel initam, non vitiat. *Vt ad literam est textus in l. 1. ff. de resc. vendit.*

559 Quo iure vtimur, non tunc solùm, cum precium, quod dederat emtor, venditor restituere vult: Verum eo quoq; casu, cum duplum precium venditor offert: nec tum enim probabilis causa videtur, propter quam emtor inuitus, ad rescindendam consensu factam venditionem, cogi debeat. *l. non est probabile. ibi Bl. & Salyc. C. eod. tit. Comman. comment. iur. lib. 7. c. 9. n. 10.*

Cont icesçat itaq;, & hæc quoq; obiectio OCTAVA. Proindeq;, quod reliquum est, concludamus, Fideiussores de cuictione, in nullo horum casuum, quos vidimus hactenus, cuictionis præstationem, iure quo vtimur, effugere posse. F. P. D.

CONSILIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1. *Annus apud Arcades, Cares & Acarnanes, mensiruo spacio circumscribebatur.*
2. *Annus apud Romanos, 365. diebus, & sex horis, constat.*
   In Marchia Brandeburgensi annum 365. diebus, & 6. horis, metimur. ibid.
3. *Præsupposita si falsa sunt, impossibile est, conclusionem constare posse.*
4. *Inuentarium, si conscriptum fuerit secundum regionis mores, non est, quod imputetur conscribenti.*
5. *Inuentarium secundum regionis mores conscriptum stabile est, etiamsi posthabita fuerint omnia, quæ iura requirunt.*
6. *Item etiamsi regionis mores, contrarij planè, aduersi, fuerint, formæ à lege datæ.*
7. *Inuentarium etiam à fisco, secundum regionis mores, conscriptum esse sufficit.*
   In Marchia Brandeburgensi quomodo inuentarium conscribere solitum sit. ibid.
8. *Ad inuentarij conscriptionem, creditores vocatos non esse, nihil officit, si id consuetum in regione illa, vbi conscribitur inuentarium, non fuerit.*
9. *In inuentario, heredis subscriptio necessaria non est: si aliud introductum iam sit, stylo & consuetudine.*
   Consuetudo, quod inuentarium valeat, absq; heredis subscriptione, viget in regno Lusitaniæ. ibid.
10. *Inuentarij confectio, defuncto quodam modo probrosa est.*
11. *Inuentarium heredis, vbi exhibetur, defunctum soluendo non fuisse, præsumitur iam.*
12. *Consuetudo regionis vulgò nota, exactiori probatione non indiget.*
13. *Stylus qui sit obseruatus in conscriptione inuentariorum, apparet ex inspectione ipsorum inuentariorum.*
14. *In inuentario conscribendo Stylum solitum obseruatum fuisse probatur ex eo, si constiterit in inuentario conscribendo, id obseruatum fuisse, quod vt plurimum in aliis casibus obseruatum hactenus fuerat. Licet diuersum quid, quandoq; ab hoc stylo, in inuentariorum conscriptione, interuenisset.*
15. *Præsumitur pro nobilitate.*
16. *Nobilibus semper plus creditur, quàm ignobilibus.*
17. *Aduocati pauperis est, respondere per generalia.*
18. *Consuetudo, vt nullum planè heredis inuentarium conscribatur, in iure validum est.*
19. *Consuetudo valet, vt heres non conficiens inuentarium, non teneatur attamen vltra hereditatis vires.*
20. *Consuetudo certis inuentariorum conscribendorum solennitatibus derogans, iuris aduersa non est.*
21. *Inuentarij solennitates, ab initio ex consuetudine introductæ fuêre.*
    Vnde rursus consuetudine contraria meritò dissoluantur. n. 22.
23. *Consuetudini contrariæ, ne tacitè quidem, per l. vlt. C. de iur. deliber. derogatur.*
    Consuetudo per legem consuetudini contrariæ tacitè tantum derogantem, cum effectu non tollitur. ibid.
24. *Consuetudo, etiam per legem expressè reprobata, potentior tamen adhuc est lege: si toleretur scienter, per territorij principem.*
25. *Consuetudo tunc dicitur introducta, principe sciente, cum viuitur secundum eam, patientibus principis ipsius officialibus.*
26. *Electoris Brandeburgici scientia accedente, potest introduci in materia successionum consuetudo, aduersus legem, consuetudinem contrariam, expressè prohibentem.*
27. *Consuetudo derogans inuentarij solennitatibus, etiamsi non valeret, excusaret tamen eum, qui secundum consuetudinem hanc, inuentarium conscripserat, & efficit, vt solum illi maneat beneficium illud, ne teneatur vltra hereditatis vires.*
28. *Inuentarium quando dicatur perfectum.*
29. *Inuentarium valdum est, etiamsi exemplis causa, centum, quæ hereditati debebantur, sed de quibus litera obligationum nulla, in hereditate reperiebantur, omissa penitus fuerint.*
30. *Dominium rei donatæ, transit in donatarium*

31. *In inuentario annotare ea non oportet, quæ hereditas debet. Hæc enim iura creditores sunt, non iura hereditatis.*

32. *In inuentario res depositæ & commodatæ, etiamsi in hereditate reperta extant, exactè tamen describenda non sunt.*

33. *Inuentarium, etiam mutilatum, & imperfectum, non tamen totaliter reijciendum.*

34. *Restitutio in integrum datur minori, aduersus omissas inuentarij solennitates.*

35. *Negligentia tutorum vel curatorum nocere pupillis vel minoribus non debet.*

36. *Minima non curat Prætor.*

37. *Actio ex edicto, de his quæ in fraudem creditorum gesta sunt non datur, nisi quatenus fraus commissa est.*

38. *Fraus vt creditoribus facta esse dicatur, duo sunt necessaria.*

39. *Futura soli* DEO *nota sunt.*

40. *Vnum adesse non sufficit, vbi plura coniunctim requiruntur.*

41. *Actioni ex edicto, de his quæ in fraudem creditorum, præscribitur intra annum vtilem, siue quadriennium continuum.*

42. *Actio de his quæ in fraudem creditorum facta sunt, reuocandis, prius non habet locum nisi excusso prius alienatore, eoq; non soluendo reperto.*

43. *Actio reuocatoria, de his quæ in creditorum fraudem gesta sunt, aduersus eum, qui fraudis ignarus liberalitatem ab eo, qui soluendo non erat, acceperat, non datur, nisi quatenus inde locupletior effectus fuerit.*

44. *Actio de his quæ in fraudem creditorum facta sunt, in donationibus mortis causa, locum non habet.*
Donatio causa mortis non debetur nisi deducto prius ære alieno. ibid.

45. *Donatio inter viuos, nec ratione substantiæ, nec ratione naturæ suæ, restium indiga est.*

46. *Donatio inter viuos inter maritum & vxorem, prohibita est.*
At confirmatur morte mariti. n. 47.
Maximè si accessisset traditio etiam ficta. nu. 48.

49. *Pro donatione inter maritum & vxorem in dubio iudicandum.*

50. *Præsupposito vbi verum esse, non ostenditur, dispositio quoq; locum non inuenit.*

51. *Inuentarium nunquam fit irritum ob res aliquas, bona tamen fide in eo omissas.*

52. *Præsumitur, res fide bona, & non dolo in inuentario omissas.*

53. *Heres, etiamsi dolo, res aliquas ex inuentario omiserit, punitur quidem dupli præstatione, sed propterea non minus stabile inuentarium est: sed & heres propterea, vltra vires hereditarias, creditoribus non obligatur.*

54. *Inuentarium quod perfectè dolo malo non conscribebatur, ita demum propterea irritum fit, si res, quæ omittebantur in eo, precij magni fuerint ex sententia aliquorundam.*

55. *Heres qui vita moribusq; integer est, vltra vires hereditarias non obligatur, etiamsi omnem planè inuentarij conscriptionem omisisset.*

56. *Inuentarij conscribendi dies, cedere incipit à tempore demum aditæ hereditatis.*

57. *Præsumitur pro inuentario.*

58. *Inuentario non nocet, etiamsi altero demum mense, post aditam hereditatem inchoetur, dummodo si hereditas præsens sit, intra menses tres absoluatur.*

59. *Inuentarium vitiosum propterea non fit, quod in eo conficiendo, tempus à lege dictum, præcisè obseruatum non fuerit.*

60. *Inuentarij conscriptio, quando malitiosè differtur, tunc inspicitur demum dies delatæ hereditatis, ex sententia aliquorundam.*

61. *Minor restitutur aduersus id, quod inuentarium, die à lege dicta, non inceperat conscribere: Et dum hoc iudicium restitutorium pendet, nihil interim aduersus heredem præsumendum est. n. 62.*

63. *Paria sunt, aliquid esse falsum & non probari.*

64. *Dicere non sufficit, nisi id quod dicitur, approbetur quoq;.*

65. *Hereditas quid?*

66. *Diffinitio cui non competit, nec diffinitum.*

67. *Heres in rebus hereditarijs, eandem habet potestatem, quam habuit defunctus.*

68. *Heres debet habere hereditatem cum onere, non autem alimenta tantum.*

69 *Heredem esse, antiquis idem erat, quod dominum esse.*
Pro herede se gerere, idem erat, quod pro domino se gerere. ibid.

70. *Aditio hereditatis ex inuentarij conscriptione non probatur.*

71. *Inuentarij confectio non est actus per quem quis obligetur, sed per quem commodum consequatur.*

72. *Ad vtilitatem inuentum, nocere non debet.*

73. *Aditio hereditatis, etiamsi ex inuentarij confectione probaretur, non tamen teneretur tunc heres, vltra vires hereditarias.*

74. *Notarius non potest facere heredem, cum, qui non est, vel non esse vult.*

75. *Liberi ex vulgari vsu loquendi dicuntur heredes, etiamsi se nunquam paternæ hereditati immiscuissent.*
Liberis longè magis debetur parentum hereditas, quàm è diuerso. ibid.

76. *Filius semper nomen heredis gerit, etiamsi, nec quo ad commodum, nec quo ad incommodum heres sit.*

77. *Aditio hereditatis per id probatur, quod quis à Notario in inuentario heres nominatur, & ad id præsens dum est, tacet.*
Fallit in herede impubere & qui ignorat, quæ gerebantur. n. 78.

79. Consequentia nulla est: adiuit hereditatem: Ergo tenetur de patrimonio proprio, creditoribus satisfacere.
Consequentia illa rectè procedit: adinit hereditatem, sed conscripsit inuentarium: Ergo tenebitur pro viribus hereditarys sed non vltrà.

80. Vxor etiam instituta, hereditatem tamen per id, quod in domo defuncti habitarat, nunquam adisse censetur.

81. Necessitas non habet legem.

82. Aditio hereditatis, per actus, quos necessariò facimus, non oritur. (tate.
Consistit enim in liberrima aduntis voluntate.

83. Aditio hereditatis non colligitur ex eo, quod filius feuda paterna possederat.

84 Aditio nunquam ex rerum hereditariarum possessione infertur si adsit protestatio possidentis qua se adire nolle, declarauerat.

85. Possessor rerum hereditariarum, edocere adhuc semper potest, se ex alio capite, quàm adeundæ hereditatis voluntate, res hereditarias possedisse.

86. Aditio heretitatis, ex fructuum perceptione, rectè non colligitur.

87. Aditio hereditatis, tum demum ex fructuum perceptione oritur, si de alia percipientis mente non constat.

88. Aditio hereditatis pura, & simplex, aduersus eum rectè non colligitur, ex perceptione fructuum, qui protestatus ab initio fuerat, se nolle aliter, quàm saluo inuentary beneficio, hereditatem adire.

89. Fructus percipientis, sicuti & heredis eius, declaratione statur, num animo adeundi hereditatem, vel non fructus perceperit.

90. Aditio hereditatis, quatenus præsumatur ex cessione iurium hereditariorum, vel solutione creditoribus facta.

91. Protestatio de beneficio inuentarij protestantem nil iuuat, si post deinde aliquid de rebus hereditarys creditoribus cesserit, vel soluerit
Quæ reijcitur. n. 92.

93. Heres qui adit, sed sub inuentarij beneficio, astrictius iam est, ad onera hereditaria persoluenda, sed non de suo, sed quatenus sufferunt vires hereditariæ.

94. Heres, qui secundum mores regionis, hodiè inuentarium conscripserat, nunquam tenetur creditoribus in solidum, sed pro viribus hereditarijs tantum.

95. Inuentarium custodit heredem ab omni damno.

96. Inuentarium deducit hereditatem ad eum statum in quo erat, antequam adiretur hereditas.

97. Exceptio: ego confeci inuentarium & hereditas non est soluendo. impedit bis ingressum.

98. Aditio hereditatis consistit in solo animo.

99. Aditio hereditatis conspectior per id fit, quod res hereditariæ abalienatæ fuerint.

100. Aditio hereditatis consistit quidem in solo animo, sed id momenti nullius est, ni his animus prodierit foras.

101. Aditio hereditatis vt rectè edoceatur duo omninò necessaria sunt.

102. Heres qui inuentarium conscripserat, etiam sibi rectè soluit, quandiu pienes ipsum hereditas est.

103. Heres qui inuentarium conscripserat, compellere potest creditores, vt loco pecuniæ, res alias hereditarias, in solutum recipiant.

104. Heres cum inuentario non minus heres est, quàm heres absq; inuentario.

105. Heredi cum inuentario, non minus res hereditariæ proprie sunt, ac ei qui inuentarium nunquam conscripserat.

106. Inuentarij plurimæ sunt vtilitates, eaq; præstantissimæ.

107. Inuentarium non efficit, rem heredis minoris, sine decreto rectè alienari.

108. Restitutio in integrum datur minori aduersus aditionem hereditatis.
Quæ conceditur etiam curatoribus eorundem. n. 109.
Quantumuis de aditione inuentarium fuerit conscriptum. n. 110.

111. Inuentarium est loco restitutionis in integrũ.

112. Minor restituitur, ob inuentarij confectionem omissam. (dit.

113. Actio inanis est, quam debitoris inopia excludit.

114. Periculo eius nihil est, qui non habet quod reddat.

115. Heres pauper, non tenetur vltra vires hereditarias, etiamsi nullum inuentarium conscripsisset.

116. Ad inuentarij conscriptionem non tenetur, qui non succedit vt heres.

117. Ad inuentarij confectionem non tenetur, qui ad rationes reddendas, obligatus non est.

118. Vidua nemini, de dotalitij reditibus, rationes reddere obstricta est. Vide inuentarium quoq; conscribere non tenetur.

119. Vxor præfertur iis Marchio Brandeburgensi, omnibus mariti creditoribus, etiam anteriorem expressam habentibus.
Idem est in terris Saxonicis. n. 120.

121. Mulier damnum sibi accersit, siquidem inuentarium conscribere omiserit.
Et quomodo id intelligendum. n. 122.

123. Mulier vsufructuaria tenetur inuentarium conscribere.

124. Mulieris, quæ dotalitio suo contenta est, pinguius longè ius est, quàm mulieris cui vsusfructus solum, relinquebatur.

125. A muliere dotalitia (vt ita loquamur) cautio nulla, nec apud nos, in Electoratu Brandeburgensi, nec iure, quo Saxones viuunt, exigitur.

126. Coniugi superstiti, dimidia pars bonorum coniugis defuncti, debetur.

127. Mulier cui dotalitium constitutum est, optionem adhuc habet, an velit dotalitio constituto acquiescere, an verò dotem repetere.

128. Inuentarij heredis sine duplici conscribi possuit.

129. Heres

129. Heres, vt obligetur creditoribus, oportet eum, postinuentarium conscriptum hereditatem demùm adire.

130. Heres qui conscripserat inuentarium, etiamsi non teneatur de suo creditoribus hereditariis satisfacere: inuoluit attamen se multis molestijs, etiam dum de rebus hereditarijs, creditoribus soluit.

131. Inuentarium, si quis impugnarit, quasi in eo descripta res omnes non fuerint, probabit id, & aduersarium cogere non poterit, vt iuret, se res omnes in inuentario posuisse.

132. Heres quomodo possit euadere ne teneatur iurare, non plures res in hereditate fuisse, quàm ipse in inuentario descripserat.

133. Heres qui conscripsit inuentarium, iurare non tenetur.

134. Heredi inungi non potest, vt inuentarium exhibeat, & vt simul iuret, res omnes in inuentario descriptas fuisse.

135. Iusurandum, vtpote res ardua, nec temerè deferri, nec temerè subiri debet.

136. Iuramentū qui primò in iudicio detulerat, primò quoq; de calumnia iurabit, si id petatur.

137. Contraria petens, non est audiendus.

138. Exceptio petitionis nupta impedit litis ingressum. (gressum.

139. Exceptio tua non interest, impedit litis in-

140. Liber rationum, conscriptus à viro graui, moribusq; probato, probat expensas factas, si ea verisimiles sint, & præterea adinuentur documentis literarijs.

141. Exceptio non confecti inuentarij rectè obycitur, etiam post sententiam.

142. Heres qui conscripserat inuentarij tutò soluit ei, qui eum primus vt solueret, interpellabat. Nec tenetur hoc casu, creditores reliquos non interpellantes vocare, vt doceant quis eorum potior sit. n. 143.

144. Actiones tres, creditori, qui in sui præiudicium creditoris posteriori solutum esse dicit, paratæ sunt.

145. Heres qui soluit, primò venientibus, si scit alios superesse his potiores, in dolo est, nec consequitur ex solutione hac, liberationem vllam. Contrarium n. 146.

147. Interpretatio ad l. dolo. ff. ad l. Falcid.

148. Inuentarij beneficium, tempore Pauli Iureconsulti, adinuentum nondum fuerat.

149. Debitor qui soluit, vel putatiue, vel falso omnino creditori, etiamsi non consequatur omninò liberationem, consequitur attamen eandem, si paratus fuerit aduersus eum, cui soluerat cedere actiones.

150. Heres non tenetur excitare crabrones, sed creditorum & legatariorum est vigilare.

151. Vigilantibus iura scripta sunt. (hibendum.

152. Periculum vbi maius, ibi plus cautionis ad-

153. Erubescimus sine lege loqui.

154. Alienationis feudi nomine etiam hypothecam eiusdem venire, verum est.
Consensum Domini feudi sufficit adhibuisse quocunq; tempore, siue ante actum siue post actum. ibid.

155. Ratihabitionem domini feudi post peractas alienationes, accedere satis est.

156. Ratam habere potest Dominus alienationem feudi etiam post mortem vasalli alienatoris.

157. Immissio vnius ex creditorib. quod prosit reliquis omnib. quomodo intelligendū. et n. 158.

159. Feudum si iubeatur hypothecæ esse domino inconsulto, nulla iam est hypothecæ datio.

160. Hypothecatio feudi illa demum valida est, cui accesserit domini feudi consensus.

161. Immissio vnius ex creditoribus, qui hypothecam habet, reliquis creditoribus non hypothecarijs nil prodest. (modus.

162. Inuersio optimus contrariorum dissoluendorū

163. Officium suum damnosum nemini esse debet.

164. Tutor non debet ob officium tutelæ, quod gerit, damni quicquam sentire. aut de suo aliquid erogare.

165. Creditor cui primum solutum fuerat, an & quando teneatur, id quod perceperat, cum reliquis creditoribus communicare.

166. Creditorum is, in feudalibus potior est, qui primus domini assensum impetrauerat.

167. Creditor potior, tum demum creditorem posteriorem, cui prius soluebatur, compellere potest, ad satisfaciendum sibi, si prius excussa hereditas debitoris, & non soluendo inuenta fuerit.

168. Conditio indebiti vel sine causa datur creditori, q. potius ius sonet aduersus posteriorē, cui in sui præiudicium, solutio facta fuerat.

169. Inuentarium tutoris quando prosit pupillo. & n. 170.

171. Consuetudo introducens, vt inuentarium tutoris, prosit pupillo, valet.
Rationabilis enim est, & eo fine adinuenta, ne hereditates magno aliàs onere æris alieni laborantes, duriùs adhuc affligantur. n. 172
Inuentaria non sine sat magnis impensis conscribi possunt. ibid.

173. Doctori de consuetudine attestanti credendū.

174. Doctori de consuetudine attestanti credendum, si testem se præbeat, de consuetudine iudicij eius, in quo diu versatus fuerat.
Et ad minimum creditur ei, donec aliud edoceatur. n. 175.

CONSILIVM XLVII.

Cogitaui, qua debui, viri Nobilissimi, atq; strenuissimi, assiduitate atq; diligentia, de allegationibus istis, quibus vos oppugnant Aduersarij vestri.

Et quantum memoria tenco, horum quatuor principaliores, omninò esse video.

Veluti primò & secundò: quod inuentarium vitè rectèq; non conscripserit is: Atq; ideò perditum iam sit inuentarij beneficium: Vos verò creditoribus in solidum obligatos esse.

Tertio, aut si id obtineri nequeat, quod attamen ad minimum, vidua N. condemnetur, ad restituendum id, quod sub prætextu donationis, sibi à marito factæ, ad se receperat: sed & vt ea, sicuti & vos, staturet, nihil omissum esse, de ijs rebus, quæ inseri debebant, inuentario.

Et vltimò, vt item vos iudex adigat ad rationes reddendas & ad exigendos eos creditores, quibus vos, cum attamen priores non erant, in reliquorum præiudicium, soluerati.

Hæc ferè sunt, in quibus potissimum, sicut suam posuisse Aduersarios vestros, animaduerto.

Dicam itaq; de his singulis.

Et sanè ad PRIMVM *quod attinet, inuentarium destruere, ob quatuor omnino defectus, annituntur.*

Veluti primò: quod conscriptum sit anno integro, postquam in fata concessisset is, de cuius hereditate conscribendum inuentarium fuerat.

Secundò: quod inuentarium, omni testium subscriptione careat.

Tertiò: quod ad conscriptionem eius creditores non sint vocati,

Et postremò: quod in eo non erat expressum, quantum vidua sub donationis prætextu, ad se receperat.

Age itaq; examinabimus ista.

1 Equidem quod primum de anno afferebatur, de illo sic sentio: Anni verbum æquiuocum esse: Et si annum acceperimus, veluti eum olim Arcades, Cares, & Acarnanes, menstruo spacio dimensi fuerunt (*quæ de re adeatur Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. c. 24. in pr. Tiraq. de vir. retract. §. 1. gl. 10. n. 1.*) tunc rectè
2 locuti sunt Aduersarij. Sin autem de anno hoc Iuliano interpretati fuerimus, veluti de anno, qui constat 365. diebus & 6. horis. *l. cum heres. §. Stychus. ff. de fal. lib. l. ita vulneratus. §. assimatio ff. ad l. Aquil. Tiraquell. de vtr. retract. p. 1. §. 1. gl. 10. n. 2. Marc. Anton. Bard. in tr. de tempor. vtil. & contin. c. 2. n. 2. Dauth. in tr. de testam. n. 146.*

Vti interpretari nos vtpote, qui sub Imperio Romano viuimus, addecet: falsa tunc erunt, fucataq;, dicta Aduersariorum, hac in parte omnia.

Nam 10. Decembris 95. anni, moriebatur N. 20. Ianuarij anni 96. autem, vos inuentarij conscriptionem auspicati estis.

Indigeremus itaq; Gregorio 13. eius nominis Pontifice rediuiuo, qui dies abbreuiaret, vt annum hinc, astruere liceret.

Quæ cum ita sint, pluribus de hoc defecta agere, operæ precium non est. Namq; præsuppositis falsis iam apparentibus, impossibile est constare posse conclusionem, quæ ex præsuppositis istiusmodi astruebatur. *tradende in individuo Cranet. consil. 486. n. 4. Cephal. consil. 602. nu. 9.* 3

Aduersus verò SECVNDVM & TERTIVM 4 defectum, quibus cuniculos agere aduersus inuentarium vestrum moliuntur Aduersarij: illud eis repono: quod communissimum sit interpretum placitum: quod is non delinquat, qui loci illius, in quo inuentarium conficitur, consuetudinem stylumq;, dum inuentarium conscribit, sequitur. *tradente in individuo Franc. Porcell. in tr. de inuent. in pr. sub n. 6.* *

Quinimò stabile erit inuentarium, etiam 5 postquam habitis ijs omnibus, quæ iura requirunt atq; desiderant, & solummodò in consideratione habitis ijs, quæ in loco, consueta, vsitataq; sunt, conficiatur. *Speculat. in tit. de instrument. edit. §. vlt. vers. quid si heres. & ibi Ioh. And. in addit. Bl. ad l. vlum. in pr. & ibi Castrens. n. 3. Ias. n. 5. vers. sed licet prædicta. Suchard. n. 27. & D.D. C. de iure deliber. Bl. in authent. sed cum testator. n. 8. C. ad l. Falc. Montic. in tr. de inuent. hered. §. 3. n. 11. Iohan. Dilect. in tr. de art. test. sit. 11. caut. 8. n. 3. Roland. à Valle in tr. de inuent. p. 3. ad fin. in sect. quæ incipit, quæ autem. Phanut in tr. de inuentar. hered. p. 3. n. 80. Chassan in consuet. Burg. Rub. 7. §. 13. in v. par bene-fice d' inuentire n. 4. Dan. Mull. semest. lib. 2. q. 14. n. 4. Cranett. in consil. pro Gener. n. 476. Dec. consil. 633. n. 15. Natt. consil. 332. n. 6. consil. 574. in fin. & cons. 575. n. 21. & 24. Rumin. Iun. consil. 417. n. 49. Iob. Botta. cons. 78. n. 10. cum seqq. Croti. consil. 173. n. 11. lib. 2. Ioh. Vincent. Honded. cons. 53. n. 5. & 22. vol. 1. qui hanc post Rotam Genuens. communem esse opinionem attestatur.* *

Etiamsi hæc omnia, quæ Stylus & con- 6 suetudo introduxerunt, formæ à lege datæ, contraria planè, atq; aduersa fuerint. *Guido Papæ in tr. de consct. inuent. n. 8. & 9.*

Id quod non solùm obtinet in inuentario 7 heredis: verùm etiam in eo inuentario quod de bonis delinquentis, fiscus conscribit. Nam & in eo vsum stylumq; regionis obseruatum esse sufficit. *Iul. Clar. in pract. crimin. q. 44. vers. sed hodie Flamin. Chartar. in tr. de exec. feudent. Capt. Dann. c. 1. n. 20.*

Iam verò apud nos neutiquam requiritur, vt testes conscriptioni inuentarij adhibeantur: nec item creditores, per edictum conuocare oportet, sed satis est, si ij, ad quos ea res pertinet, conuenerint, & Notarium probatum acciri curauerint, atq; per eum, omnia mobilia, & immobilia, maximi, minimiq; precij res, describi curauerint.

Atq; cum hæc omnia, in præsentia adhibita fuisse, perspiciam, Non dubito quoq;, quin secundum mores regionis, inuentarium vestrum rectè, riteq; conscripseritis.

Et ne

8 Et nè quis putet reliqua solennia inuentarij omitti forte posse: subscriptionem autem testium, nec non creditorum conuocationem, non item: addam & illud, quod vlterius docent iuris Interpretes, expressim & in specie: quod non opus sit, vocare creditores ad inuentarij conscriptionem, si id in regione vel loco illo, in quo inuentarium conficiendum erat, non obseruaretur: *tradente in individuo Franc. de Porcell. in tr. de consect. inuent. c. 2. n. 4.*

9 Sic quoq; de subscriptione traditur: licet iura communia, subscriptionem heredis, in inuentario desiderent; valere tamen stylum, & consuetudinem, qua id omittitur. Et talem consuetudinem in regno Lusitaniæ vigere in individuo attestatur *Aluarus Valasc. in consultat. regn. Lusitan. consultat. 52. n. 20 libr. 1.*

Verum fac (id quod tamen pernegamus plane) non vigere mores istiusmodi, in Electoratu Brandeburgico: Non tamen adhuc deesse vobis excusationem animaduerto.

Non putaratis enim vnquam opus fore, vt inter creditores, de prioritate institueretur concertatio: quinimò in id vnicè elaboratis, ne id facto opus esset: Obtestatus item vos, N. paulò antè, quàm mors illum corriperet, flens etiam, ne id permitteretis, fuerat.

Sed & perficere id potuissetis, si exigere à debitoribus hereditarijs, mediocrem tantùm quantitatem, vobis datum fuisset.

Vt igitur properaretis, ad conuocationem creditorum, & in causa fuissetis, vt inopia defuncti N; omnibus innotesceret, ille verò conuitijs & probris afficeretur?

10 Nescimusne, ipsam inuentarij confectionem, quodammodò defuncto probrosam esse? *tradente in individuo. And. Kohl. exercitat. iur. lib. 1. exerc. 1. n. 19. vers. fame verò.*

11 Cum stante inuentario, defunctus soluendo non fuisse, iam præsumatur, *tradente in individuo Laderch. cons. 138. n. 5. vol. 1.*

Neq; verò nocet vobis, quod Aduersarij vestri, hanc Electoratus Brandenburgici, in conscribendis inuentarijs obseruantiam, infitientur.

12 Nam cum res in ore, oculisq; sit omnium, vos de edocenda obseruantia hac, solicitos esse non oportet. Non enim mores & consuetudo vulgò notissimi, exacta aliqua probatione, opus habent. *Bl. in l. si fugitiu. col. 1. C. de feru. fugitiu. Tiber. Decian. consil. 124. sub n. 21. volum. 3.*

13 Et quamuis hæc obseruantia, & stylus, lippis etiam, & tonsoribus, notissimus non esset: facili tamen negocio, de hoc quoq; stylo, cõdocefacere iudicem posse tis. Quandoquidem iuris est, non incerti: quod de stylo & consuetudine, quæ in conscribendis inuentarijs obseruatur, vel non: appareat iam, ex ipsamet inuentariorum inspectione. *Angel. in l. vetustissimam. n. 1. C. de iur. dom. impetr. Crau. cons. 134. n. 9. Ioh. Vincent. Honded. d. cons. 53. n. 8. vol. 1.*

Atenim hic, tantum non myriadem inuentariorum proferre possemus, quæ alio, quàm vestrum modo, conscripta non fuerant.

Quid? quod ipsi Aduersarij, dissimile exemplum aliquod, allegare non nouerant?

Quid? quod ex vno, alterone, dissimili exemplo, non attamen labefactaretur, consuetudo & obseruantia regularis. Iuris cum sit, quod consuetudo, & stylus conficiendorum inuentariorum, iam probatus esse dicitur: si constiterit hoc, vel illud, vt plurimum obseruatum fuisse, etiamsi aliquando, diuersum quid, custoditumq; fuerit. *Vt Br. Decij, autoritatibus fretus, in individuo docuit, Ioh. Vincent. Honded. d. cons. 53. n. 23. vol. 1.* 14

Rursus non nocet quoq; illud, quod allegarant Aduersarij: sæpius attamen factum esse, quod eiusce modi inuentaria reijcerentur, ni per iusiurandum conscribentium, ista robur accepissent. Nam cum non ostenderint hactenus, id quoq;, eo casu obseruatum, cum inuentarium taliter, viri aliquot nobiles, morumq; integritate conspicui conscripsissent (veluti in præsentia res se habet) non quoq; assertio eorum, de qua præterea nihil constat, ad nostrum casum trahenda erit. Præsumitur enim pro nobilitate. *Tiber. Decian. cons. 18. n. 22. vol. 1. & cons. 66. n. 29. vol. 3.* 15

Et in vniuersum nobilibus plus creditur quàm ignobilibus. *Bl. in l. 1. col. 3. vers. quid ergo est in codicibus. C. de confess. Iacob. Alvarott. in c. 1. §. si miles rusticum. circa medium. de pac. tenend. Tiraq. in tr. de nobil. c. 20. n. 55.* 16

Porrò leuiuscula illa quoq; sunt omnia, quæ ex genericis istis traditionibus, huc transtulerant Aduersarij, veluti quod ibi consuetudo tantùm valeat, vbi ius scriptum non habemus.

Item: consuetudinem contra ius, à populo superiorem non recognoscente, introduci non posse.

Rursus: Consuetudinem ratione carentem tollendam esse.

Consuetudinem contra leges, esse irrationabilem. Imperatores ipsos, certas constituisse solennitates, quæ in conscribendis inuentarijs obseruarentur.

Nam præter id quod iuris est peruulgatissimi, quod aduocati pauperis & positiui sit (vt Felini verbis loquar) per generalia respondere. *Felin. in c. cum ordinem. n. 3. in fin. ext. de rescript. Ludouic. Gomez. ad regul. cancell. Apost. tit. de iur. quæs. non toll. q. 16. in fin.* 17

Certò quoq; illud constat, quod etiam valeat consuetudo, qua omnis prorsus inuentarij confectio omittitur. *tradente in individuo Br. in l. tutor qui repertorium. n. 18. ff. de adm. tut. Montic. in tr. de inuentar. hered. in proem. n. 29. Crott. consil. 173. n. 6. vol. 2. vbi ab hac opinione neminem dissentire* 18

dissentire attestatur Ioh. Vincent. Honded. d. cons. 53. n. 29. vol. 1. quidpsum Rotam Genuensem sæpius secutam testis est Wesenbec. cons. 13. n. 25.

19 Quod item heres, nullum planè inuentarium conficiens, vltra vires attamen hereditarias, non teneatur. *Vti in specie scriptum reliquit Montic. d. tr. de inuent. sect. qua incipit tertio. n. 11. per l. si vnus. §. quod & in specie. ff. de pact.*

20 Quod cum ita sit, dubitare rationis non est, an valeat consuetudo, certis tantum solennitatibus, quæ ex iuris communis formula, in inuentariorum conscriptionibus, adhibendæ erant, derogans? *Pro vt hoc rursus in individuo attestatur Ioh. Andr. in addition. ad Speculator. in tit. de instrum. edit. §. vltim. Montic. d. § tertio. d. n. 11.*

21 Quid ni enim valeret, cum primordium suum, inuentarij confectio, ex consuetudine ab initio deriuarit? *tradente in individuo Montic. in tr. de inuentar. hered. c. 3. n. 11. vers. nam vbicunque.*

22 Indeq; secundum naturam etiam, eo rursus genere dissoluatur, quo colligata erat. *l. nihil tam naturale. ff. de regul. Iur. Medic. in tr. de nouat. in præfat. n. 1. Afflict. decis. 232. nu. 4. Octau. Simoncell. in tr. de decret. in præfat. n. 91.*

23 Et hoc vsq; adeò verum est, vt etiamsi l. vlt. C. de iure delib. aliquam in se contineret prohibitionem, qua saltem tacitè, ne qua consuetudo contraria introduceretur, vetaret (id quod verè tamen de d. l. vlt. C. de iur. deliber. dici non potest) nihilominus adhuc locus esset consuetudini. l. vlt. C. de iur. deliberand. aduersæ & repugnanti. Etenim generaliter verum est, aduersus legem tacitè consuetudinem contrariam reijcientem: contrariam adhuc consuetudinem obtinere. *Br. in l. vlt. in pr. per ill. text. ff. de legat. 2. Iaf. in l. 1. lect. 1. n. 35. & lect. 2. n. 75. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. Tiraq. in tr. de vtr. retr. p. 1. in præfat. n. 19.*

24 Quin etiam tunc, cum expressa adest in lege, consuetudinis contrariæ reprobatio, adhuc valet, proceditq; ea, si toleretur à territorij principe, scienter, vt *scriptum extat in specie apud Rauennat. in tr. de consuet. sect. 2. n. 6. Ioh. Andr. in addit. ad Specular. tit. de instrument. edition. §. compendiosè n. 4. Anton. de Butr. in repet. c. vltim. n. 53. & ibi Roch. de Curt. n. 52. 9. ext. de consuet. Dominic. de S. Genin. in summar. distinct. 11. Iaf. ad l. 1. lect. 1. n. 37. & lect. 2. n. 79. C. de summ. Trinit. &* * *fid. Catholic. Vbi Iason. attestatur, omnes DD. nemine pœnitus discrepante, hanc sententiam amplecti.*

25 De qua principis scientia constare ex eo creditur, quod consuetudo hæc fuerit obseruata, scientibus, & patientibus, principis ipsius officialibus. *Vti in individuo tradidit Decian. consil. 124. n. 20. vol. 3. per iura attestatesq; ibidem adductas.*

26 Constat itaq; obseruantiæ nostræ sua adhuc firmitas, impugnent eam vtut velint, Aduersarij; Atq; ita ne per emendicata eamus suffragia: in specie: quod scientia Principis Electoris Brandenburgici accedente, in Marchia Brandeburgensi, introduci possit, etiam in materia successionum, contra legem, consuetudinem contrariam reprobantem consuetudo *decidit Subrad. in tr. feud. 2. p. 9. p. per sect. 3. n. 168.*

Ar esto ita: Consuetudinem de qua egimus hactenus, improbari dicamus: non attamen inde, quod volunt aßequentur, Aduersarij. Euidentissimi iuris cum sit: quod etiamsi inualida esset huiusmodi consuetudo, excusatum tamen iri, & inuentarij beneficio non minus vsurum, qui secundum consuetudinem talem à lege reiectam, bona fide inuentarium compoßuerat *vti totidem verbis scriptum reliquit Iohan. Vincent. Hondet d. consil. 53. n. 20. et 30. vol. 1.* 27

Apparere itaque iam omnibus puto, secundum & tertium defectum, quo oppugnant Aduersarij, inuentarium vestrum, si pœnitius res consideretur, nomen defectus non merere.

Quartus deinde, idemq; postremus Aduersariorum aduersus inuentarium vestrum; adductus defectus, redarguitur per id, quod id, quod Aduersarij hac in parte desiderant, nulla præcipiat iuris dispositio.

Ideoq; fieri non posse, vt ob requisita inuentarij, ab ipsis Aduersarijs excogitata, irritum fiat inuentarium vestrum.

Ita enim hac de re quantum ego scio, loquuntur iura, quod perfectum tunc dicatur inuentarium, si res omnes, siue mobiles siue immobiles: siue corporales, siue incorporales, quæ tempore aditæ hereditatis, in bonis, vel hereditate, adinuenta fuerant, in eo describebantur, & recensebantur: *tradente in individuo Franc. de Porcell. in tr. de confect. inuentar. in pr. nu. 18. & c. 3. n. 1. Dilect. in tr. de art. sect. tit. 11. caut. 8. nu. 2. vers. tertiò. Aluarus Valasc. in consult. Regni Lusitan. consult. 32. n. 10. lib. 1. Didac. Spin. in Specul. testam. gl. 35. n. 33. Vbi hanc esse communem ex Gregorio Lopez.. attestatur Decius communem dicens. cons. 633. n. 10. Iohan. Vincent. Honded. cons. 35. n. 16. vol. 1. Vbi omnes ita tenere attestatur text. in l. vlt. in pr. & ibi communis schola interpret. C. de iur. deliber.* 28 *

Et quod magis est, si centum, quæ hereditati quidem debebantur, sed de quibus, literæ obligationum nullæ, in hereditate reperiebantur, pœnitus omittantur, nec vnquam inuentario inserantur: suum nihilominus robur obtinebit inuentarium, *tradente in individuo Franc. de Porcellin. in d. tr. de confect. inuent. d. c. 3. nu. 2.* 29

Iam verò id, quod Donatum sibi affirmabat Coniux N; in hereditate amplius non extabat: quinimò proprio ipsius patrimonio vnitum, iam dudum fuerat (quis enim nescit donatione in donatarium transferri rei 30

donatæ

* donatæ dominium? *Inst. de donat. in pr. & ibi DD. Instit. utriusq. communiter.)*

31 Facit quod traditur, ea quæ hereditas debet, in inuentario non ponenda: Eò quod hæc sint iura creditoris: non autem iura hereditatis. *Br. in l. tutor qui repertorium. n. 10. ff. de adm. tutor. Franc. de Porcellin. in tr. de confect. inuentar. s. 3. n. 1. Prati. Papiensium for. libel. quo agit. ad reddend. rat. tut. in v. in suo vltimo. n. 13.*

32 Sic quoq; de rebus depositis & commodatis, quæ in hereditate reperiuntur, traditum extat: earum, licet reuera in hereditate sint, manibusq; contrectari possint: exactam tamen mentionem, in inuentario non faciendam, propterea quod reuera de hereditate non sint. *Montic. in tr. de inuent. hered. c. 6. n. 1. vers. sed nunquid. Aluar. Valasc. in consult. Regni Lusitan. consult. 52. n. 10. vers. sed est quæstionis lib. 1.*

Quomodo itaq; peccasse vos, dum inuentarium conscriberatis, eò, quod hæc inuentario non inseruistis, arbitrabitur iudex?

33 Non dicam nunc, etiamsi hæc, quæ donata viduæ fuerant, in inuentario describi debuissent, quod attamen propterea, quod descriptio eorum omissa fuisset, non protenus totum concideret inuentarium. Rursus enim hac de re, extat iuris decisio talis: quod inuentarium nimiùm latum & imperfectum, protinus totaliter reijciendum non sit. Cum aliis adminiculis, factiq; circumstantijs concurrentibus, etiam in hac imperfectitudine sua, eatenus etiam iudicis animum, possit commouere, vt plenam ei, & rectè quidem adhibeat fidem. *tradente in induuiduo Sebast. Medic. in tr. de inuent. hered. c. 7. n. 59.*

34 Quid? quod ipsi viduæ, liberisq; eius integrum adhuc foret, aduersus non solenniter confectum inuentarium, restitutionem in integrum impetrare: Prout hoc, quod minor restitutione fruatur, si in solennitatibus inuentarij peccatum sit, *in induuduo traduit Ioh. Maurit. an tr. de restit. in integ. c. 129. per tot.*

35 Etenim longè esset iniquissimum, tutorum, vel curatorum negligentiam, quo factum est, quod legum solennitatibus non satisfieret, pupillis, minoribusue, nocere, atq; obesse. *Maurit. d. c. 129. n. 5.*

Videbunt itaq; iudices, quàm friuola sint omnia, quæ aduersus inuentarium adduxerant Aduersarij.

Porrò hic quoq; simul donationem N. coniugi factam, conuellere annituntur Aduersarij.

Et quamuis sciam, ad vos curam viduæ N; non pertinere: absq; periculo attamen vllo, iudicem edocere de eo, quod ad me perscripsistis poteritis: nempe admodum exigua fuisse ea, quæ vxori donarat N. (erant namque pauci floreni Hungarici, quos propter verustatem, in delicijs habuerat defunctus.)

36 Nam hoc cum ita sit, puto Aduersarios recte audituros illud: quod minima non curat Prætor. *l. scio. ff. de rest. in integr. Butigell. in l. vinum. n. 20. ff. si cert. pet. at. Neuiz. an. in fyluul. nupt. lib. 5. n. 99. ad fin. Cald. in l. si curatorem. in v. vel aduersarij dolo. n. 7. C. de rest. in integr. Seraphin. in tr. de iuram. privil. 7. n. 38. & seqq. Mont. ad l. vlt. nu. 175. C. de iur. deliber.*

At aiunt, in fraudem attamen creditorum, donatio hæc occæpta est. Vnde reliquum aliud nihil erit, quàm vt donata reuocentur.

Verùm ad id respondeo: actionem reuocatoriam in iure vllam non reperiri, quæ præsenti negocio accommodari posset. Est namque iuris expressi, quod actio reuocatoria, ex edicto, de his, quæ in fraudem creditorum gesta sunt, non detur nisi quatenus fraus commissa est. *Raph. Comens. in l. fi debitor. n. 1. per ill. text. ff. quæ in fraud. creditor. fact. sunt: Vt in int. rest.* 37

Iam verò de fraude aliqua, inter hosce coniuges commissa, nihil planè apparet. Quandoquidem vt habent iuris sanctiones: in id, vt fraus creditoribus facta esse rectè dicatur, duo omninò sint necessaria: & quod debitor sciat, se æs alienum constasse: & quod sciat, bona sua, ad æs alienum hoc dissoluendum non sufficere: *tradente in induuiduo Br. ad l. si quis cum per ill. text. ff. quæ in fraud. creditor. Benuonut. Straccha in tr. de decoct. p. 3. n. 34. Masc. in tr. de probat. concl. 815. n. 21. vbi Hier. Eugub. & Socin. in id adducit.* 38

Quare hic aditus actioni reuocatoriæ non patet.

Nam etsi prius verum sit, nempe N. non potuisse latere æs alienum, quod ipse confessus est: alterum tamen non liquet, quod simul scire potuerit, bona sua minora esse, quàm vt ex ijs creditoribus satisfieri posset. Nam quis cogitando saltem assequi potuisset, tot debita amplissima, quæ N. à viris Principibus eti à, partim debebantur, caduca fore. Excusatus itaq; à fraude, donationem munusculam coniugi faciens, N. omninò erit.

Futura enim soli Deo nota sunt. *Vt inquit Intrigliol. in tr. subst. cent. 3. q. 12. n. 6.* 39

Et vbi plura coniunctim requiruntur, adesse alicuius rei constituendum: alterum tantum adesse non sufficit. *Euerard. in topic. in loc. ab effect. eor. quæ sim. adesse requir. n. 1. Capisterr. in tr. de numer. test. p. 1. c. 10. n. 44. & c. 21. n. 4. Valent. Franc. in tr. de fideiuss. 1. 4. n. 3.* 40

Accedat adhæc, quod actioni ex edicto, de his, quæ in fraudem creditorum facta sunt, præscribatur intra annum vtilem siue quadriennium. *l. 1. in pr. ff. quæ in fraud. cred. gl. in §. item si quis in v. permittitur. & ibi Iaf. n. 87. Instit. de action. Neguzant. in tr. de pignor. in 2. memb. 6. p. p. n. 4. Ioh. Crisp. de Montib. in tr. de termin. act. 1. vbr. 11. vers. octauò, Iohan. Bapt. Asin. in tr. de execut. §. 4. c. 143. nu. 3.* 41

Iam

Iam verò hic, sex anni elapsi sunt, antequam donationem hanc reuocari, vnquam peteretur.

42 Insuper iuris quoq; est clarissimi: actionem reuocatoriam, ex edicto, de his, quæ in fraudem creditorum facta sunt, prodeuntem, locum non habere, nisi facta prius excussione, in bonis alienatoris, eoq; non soluendo reperto *l. si in d. §. item si quis. nu. 26. & 66. & 67. per ill. text. vbi ita omnes tenere attestatur. & vbi Zas. n. 35. vers. inter hæc non est prætermittendum. Inst. de act. l. 1. & ibi Castr. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. alien. sunt.*

Nimium itaq; Aduersarij, actionem hanc instituentes, properant.

Excussio enim vlla facta nondum est: sed de ea tunc demum apparere incipiet, cum finietur processus, inter creditores, de prioritate inchoatus.

43 Et deniq; illud quoq; hac in parte in consideratione venit, quod is qui ab eo, qui soluendo non est, liberalitatem acceperat, si ignarus fraudis erat, non teneatur, nisi quatenus locupletior effectus esset. *text. in l. qui autem. §. in hoc tamen. ff. quæ in fraud. creditor. Zas in d. §. item si quis. n. 35. vers. quod si certum. Inst. de actionib.*

Præpeditur itaq; rursus actio omnis reuocatoria. Vt video enim ex ijs, quæ ad me allata sunt, iam dudum donataria, vt se, suosq; exhiberet, maximè cum ipsa morbo perpetuo ferè laboraret, quæ ei donata fuerant, impenderat.

Præterea sibijpsis quoque contrarios esse, perspexi aduersarios vestros. Ipsi enim donationem causa mortis hic factam aiunt, & impugnant insuper ex eo, quod solennitate quinq; testium destituta sit: ac interim reuocare eam, ex edicto prætoris, de his quæ in fraudem creditorum gesta sunt, concupiunt.

Hæc autem talia sunt, quæ se, non compatiuntur ad inuicem.

44 Etenim si mortis causa donatio hæc erit: iam reuocari eam necesse non est, Prouisi cum iuris sit: quod in donationibus causa mortis reuocatione vlla opus non sit, cum ea non valeat, nisi deducto ære alieno, *vt in indiuiduo scriptum reliquit Zas. ad d. §. item si quis. d. n. 35. vers. & prædicta. Inst. de action.*

Sin autem ex edicto Prætoris, de his quæ in fraudem creditorum facta sunt, reuocanda est, Donationem eam inter viuos fuisse, oportet: & consequenter, ob defectum testium, euerti non poterit.

45 Non enim donatio inter viuos, nec ratione substantiæ, nec ratione naturæ suæ, testium est indiga. *arg. l. vltim. C. de donat. caus. mort. Mozz. in tr. de contract. Rubric. diuis. donat. n. 18.*

46 Nec obstat, quod hoc pacto, donatio inter maritum & vxorem facta, ideoq; prohibita esset: *l. 1. 2. & 3 ff. de donat. int. vir. & vx. Mozz. in tr. de contract. Rubr. de pers. qua poss. don. vbi hanc esse communem attestatur. Graff. receptar. sententi. §. donatio caus. mort. q. 8. n. 1.* k

Nam quicquid eius rei sit, etiamsi ab initio non valuerit, post deindè tamen mariti morte, confirmata fuit. *I Papinianus. ff. de donat. caus. mort. l. cum hic status. ff. sol. ma. Hippol. de Marsi. singul. 316. Tiraq. de vtr. retract. p. 2. ad fin. tit. n. 48. Cald. ad l. si curatorem in v. jna facultate. n. 106. C. de restit. in integr. Gail. obser. 91. n. 1. lib. 2. Mozz. de persinet. quæ tad. pot. donat. n. 35. vers. sciendum.* 47

Maximè cum accesserit hic traditio; Quam etiamsi ficta esset, sufficere tamen adhuc certum est. *gl. vlt. in l. quod de suo. C. de dot. caut. non numer. Bl. Nouell. in tr. de dot. p. 1 n. 7. Iul. Clar. in §. donatio. q. 9. vers. an hoc proposito. Hieron. Maril. dec. 37. nu. 7.* 48

Atenim hic maritus adhuc viuens, numismata hæc donata, vxori tradiderat. Et vt summatim rem complectar, certò illud constat: etiam in obscuris, procliuiorem semper esse debere iudicem, ad comprobandam donationem, inter maritum & vxorem factam. *d. l. cum hic status. §. pænitentiam. in fine. ff. de donat. int. vir. & vxor. Lup. ad rubr. §. 6 n. 11. ext. eod. tit.* 49

Astipulabitur itaq; potius vir bonus, donationi huic, quàm vt eam infringat, irritamque esse pronunciet.

Sequitur nunc Secvnda Aduersariorum allegatio, qua petierant declarari amissum esse inuentarij beneficium, atq; ideò viduam atq; heredes nunc in solidum creditoribus obligatos remanere.

Video autem hanc quoq; allegationem ex tribus fundamentis astrui, veluti sunt: Primò: quod heres perdat inuentarij beneficium si res omnes hereditatis, in inuentarium non intulisset.

Secundò quod dies inchoandi inuentarij hic obseruatus non fuerit.

Tertiò quod vidua heredesq; N. etiamsi inuentarium conscripserint, hereditatem attamen N. purè, simpliciterq; adierint.

Ceterum debiliora hæc quoq; fundamenta esse putarim, quàm vt durabile quicquam his inædificari possit.

Primò enim fundamento, quod vult: quod heres inuentarij beneficium amittat, si non omnia, quæ repererat bona, inuentario inseruisset: suppositis quibus innitatur, destituitur.

Vnde succedit illud, quo dicimus: præsuppositum, cum verum esse non ostenditur, dispositio quoq; locum non inuenit, *Vt docet Felin. ad c. nonnulli. n. 34. vers. vbi verba ext. de reser. Ludouic. Gomes. ad Regul. Cancell. tit. de iur. quæs. non toll. regul. 4. vers. circa primum in fin.* 50

Nam quod de numismatibus vxori donatis hic afferebatur, sub allegatione aduersatiorum prima, iam amandauimus.

Quod

Quod si verificari (vt loquuntur) suppo-
sita possent: non tamen perrumpere quò vo-
lunt Aduersarij, possent.

51 Nam & huic malo remedium competens,
legum benignitate allatum iam est. Cum sit
notissimi iuris: quod inuentarium nunquam
ob res aliquas, bona fide, etiamsi non absq;
culpa, in inuentario non annotatas, irritum
fiat. *Bl. in l. vltim. §. cum igitur. n. 8. & ibi Sichard.
in §. fin autem dubius. n. 9. C. de iur. deliberand. Bl. in
auth. sed cum testator. n. 17. C. ad l. Falcid. Roland. à
Vall. in tr. de confect. inuent. p. 4. vtil. 3. incip. quid si
heres. n. 4. Phan. in tr. de muent. p. 3. n. 47. & seq.
Cornel. Benincas. in tr. de priuil. paupert. Special. in
vlt. volunt. 10. nu. 33. Rota Genuens. decis. 35. per
tot. Borgn. Cauale. in tr. de tutor. & curat. n. 144.
Dec. consil. 633. n. 11. Nicol. Bellon. cons. 30. n. 6. Iob.
Vincent. Honded. consil. 53. n. 15. 16. & 33. vol. 1.*

52 Non puto autem Aduersarios vestros vos
vnquam doli insimulare voluisse: nec etiam
potuisse. Stat enim à partibus vestris, iuris
præsumtio quæ dicitat, Fide bona & non
dolo res ex inuentario omissas esse: *tradente
in individuo Nicol. Bellono d. consil. 30. n. 6. vers. est
tamen intelligendum. Iohan. Vincent. Honded. consil.
35. n. 6. vol. 1.*

Quod si concedendum omninò esset, hîc
res aliquas fraudulenter & ex proposito ex
inuentario omissas esse: non attamen turò
adhuc asseuerari posset, cessare propterea
53 pœnitus inuentarij beneficium. Cum longè
** maxima & præstantissima interpretum pars
sentiat, heredem fraude doloue malo, res
aliquas occultantem, puniri quidem dupli
præstatione: Sed ob id inuentarium non mi-
nus stabile esse: non item ob id, heredem
creditoribus in solidum obligari. *Ita præeunte Odofredo vno ore docuêre omnes in d. l. vlt. §. licentia. & ibi Cyn. Br. n. 3. Raph. Fulgos. n. 4. Salycet. circa fin. qui attestatur sua ætate Bononiæ ita fuisse iudicatum. Alex. n. 4. v. non tamen videtur. Castr. Corn. Ias. n. 4. Montic. n. 154. Sichard. in §. fin autem dubius. n. 10. C. de iur. deliber. Iohan. de Imol. Ang. Castr. & Alex. ad l. Paulus ff. ad l. Falcid. Specul. in tit. de instrum. edit. §. vlt. n. 5. ad fin. Franc. de Porcellin. in tr. de confect. inuent. p. 4. vtil. 3. §. quid si heres n. 2. vers. quod ducendum. Angel. Aret. in tr. de testam. gl. 112. col. vlt. Guidelm. Bened. in repet. c. Raynutius in v. mortuo itaq; testatore. n. 402. Corn. Benincas. in tr. de priuil. paupert. Special. circa vlt. vol. 10. n. 31. Vital. de Gamban. in tr. de lausular. clausul. 41. n. 43. & 44. Villalob. com. opin. lit. H. v. heres. n. 8. Borgnin. Cauale. in tr. de tut. & curat. n. 107. & n. 144. Eman. Soarez. comm. opinion. lit. I. n. 168. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. n. 15. vers. mihi quidem. Rota. Genuens. decis. 35. per tot. Br. consil. 154. n. 8. vol. 1. Roman. consil. 276. n. 8. Alex. de Neuo. consil. 38. n. 17. Porc. Imol. consil. 50. n. 7. cui Montic. Torniell. Roger. & Cattar. subscripserunt Angel. consil. 168. dub. 2. Cardin. Paris. consil. 37. n. 13. vol. 1. Gerard. Maz. ell. consil. 27. n. 9. volum. 1. Nicol. Bellon. cons. 30. n. 6. Tiber. Decian. consil. 49. n. 56. vol. 2.*

Et esse communem attestantur. *Ias Porc.* *
Imolens. Villalob. Benincas. Soarez. Rot. Genuens. Roland. & Decian.

Magis verò communem esse fateri cogi- * *
tur *Fachin. controuers. iur. lib. 4. c. 47. liter. C. mihi
folio. 76.*

Emolumentum itaq; aliquod, Aduersarijs
allegatio hæc, afferre nequit.

At esto, crebriori calculo, illam approba- 54
tam esse sententiam, ponamus, quæ habet:
ob res ex inuentario omissas, heredem in so-
lidum obligari: inanes attamen adhuc Ad-
uersariorum conatus erunt. Nam & hæc ipsa
opinio ab assecliis suis astringitur, vt non
procedat: si res, quæ omittebantur, precij
mediocris tantum, & momenti ponderisq;
nullius fuerint. *tradente Speculatore. d. tit. de in-
strum. edition in §. de impugnatione. vers. sed si omnia.
Borgn. Cauale. in tr. de tut. & curat. d. n. 144. Alb.
consil. 73. n. 6. 7. & 8. vol. 2. Socin. Iun. consil. 108. n.
43. vol. 2. Hieron. Grat. consil. 2. per tot. vol. 2.*

At qui probari hic vsquam gentium pote-
rit, omissum aliquid fraude, doloue malo, ex
inuentario fuisse, quod ponderis, momentiq;
alicuius esset?

Accedat adhæc, quod multi sint, qui sta- 55
tuent: quod is heres, qui vita integra, mori-
bus item integris est, non teneatur, vltra
quàm ferant hereditatis vires, etiamsi nul-
lum planè inuentarium confecisset. *Vti Hoss.
Br. & Bl. in id adductis autor est Montic. in tr. de inuent. hered. c. 5. n. 36. Marcell. Cal. s. in tr. de mod. artic.
& prob. §. 2. gl. vnic. n. 109.*

Fluctuat itaq;, & tantum non mergitur,
primum hoc Aduersariorum fundamentum.

Tales enim vos esse, omnes scire non du-
bito, quod meritò inter vires, vita integra,
moribusq; probis recensemini.

Restat itaq;, vt concludamus, fidem vobis,
de hereditatis viribus, adhibendam, etiamsi
planè, ab inuentarij confectione vos absti-
nuisletis.

Deinde incusant vos Aduersarij, quasi
diem inchoandi inuentarium dictum, præ-
cisè non obseruassetis. Audio equidem eos
hoc dicere. Sed vt comprobent, certiorem
me ex Actis, facere hactenus non potui.

Certum namq; est, quod communiter pla- 56
cuerit iuris interpretibus, quod dies incho- *
andi inuentarij, cedere demum incipiat, ex
eo tempore, quo hereditas adibatur. *Vt tradunt
DD. communiter ad d. l. vlt. §. fin autem dubius. & ibi
Sichard. n. 4. vbi hanc esse communem opinionem at-
testatur. C. de iure deliberand. Fr. de Porcell. in tr. de
confect. inuentar. c. 3. n. 10. & 11. Guido Pap. in tr. de
confect. inuent. n. 10. vers. fed infra quod vbi ita in Cu-
ria Parlam. Delphinat. decisum esse attestatur Guido
Pap decis. 571. n. 5. & ibi Stephan. Ranchin. in addit.
sub liter. A. Montic. in tr. de inuent. hered. in pr. n. 21.*

Burd.in tr. de tempor. viil. & contin. c. 3 n. 7. verſ. ſic eſt tempus. Roland. à Vall. in tr. de conſect. inuent. p. 3. §. quæritur quo tempore Didac. à Spin. in ſpecul. teſtam. gl. 35 n. 26. qui Gregor. Lopez. & Couarr. in id adducit & communem hanc eſſe teſtu eſt Padilla in l. ſecundum fideicommiſſum. n. 16. C. de fideicom. Aluar. Valaſc. in conſult. Regni Luſit. deciſ. 52 n. 5. lib. 1. Fachin. contr. iur. lib. 4. c. 15 in pr. vbi hanc magis communem opinionem eſſe atteſtatur.

Iam verò hic, quam primum hereditatis adeundæ tempus inſtabat, ſigilla item, quibus hactenus res hereditariæ omnes, obſignatæ fuerant, aperiebantur: ad inuentarij conſcriptionem vos acceſſiſtis, veluti oſtenditipſa inuentarij præfatio, cui hac in parte, ſicuti & in reliquis quoq; fidem meritò
157 adhibemus. Cum pro inuentario præſumatur *vti in indiuiduo docet Sichard. ad l. vlt. §. licentia. n. 2. C. de iur. delib. Alc. in tr. præſumt. reg. 3. præſumt. 20 n. 1.*

Legibus itaq; certo die inuentarium inchoandum eſſe, præcipientibus, morem vos geſſiſſe, omninò arbitror.

58 * Quid? quod (vt habet alia interpretum traditio recepta) innocuum ſit inuentario, etiamſi altero demum menſe, poſt aditam hereditatem inchoetur, dummodò intra tres menſes, ſi hereditas præſens ſit, abſoluatur. *Sichard. ad l. vlt. §. ſin autem dubium. n. 6. Vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur. C. de iur. delibe. rand. Roland. à Vall. conſ. 73 n. 20. vol. 2. vbi hanc ceu magis æquam omnes tenere teſtu eſt Alciat. conſ. 139. nu. 4 lib. 9.*

Cum attamen hîc, etiamſi hereditariæ bona, vltra miliaria decem, ab inuicem diſtarent, intra duos menſes, duosq; dies, fuerit abſolutum, atq; perfectum. Viceſimo enim Ianuarij auſpicabamini illud, viceſimo ſecundo verò Martij die, illud finiebatis.

59 * Quid? quod rurſus, primæ notæ interpretibus, communiter placuerit: quod inchoatio inuentarij, eo tempore, quo lex iubet, facta non ſit, inuentarium vitioſum, cum leuiuſcula ſit hæc ſolennitas, non efficiat. *Fr. de Porcell. d. tr. de conſect. inuent. d. c. 3. n. 14. Iaſ. in l. vlt. §. ſin verò poſtquam. n. 2. C. de iur. deliberand. Sichard. ad d. l. vlt. §. ſin autem dubius. n. 6. C. de iur. deliberand. Didac. à Spino. d. gl. 35 n. 28. vbi de communi opinione atteſtat. Valaſc. in conſult. Regn. Luſitan. d. conſ. 52 n. 8 lib. 1. Dilectus in tr. de art teſt. tit. 11 caut. 8 n. 2. verſ. ouiſſio. Rol. à Vall. d conſ. 73 n. 21. vol. 2. Cephal. conſ 727 n. 25.*

Conquaſſatur itaq; omninò primum huius ſecundæ allegationis, Aduerſariorum argumentum.

60 Quid? quod minus illa recepta interpretum ſententia, diem non aditæ ſed delatæ hereditatis inſpiciendum, hanc quoq; recipiat interpretationem, vt non procedat, niſi in eo duntaxat caſu, cum malicioſe inuentarij conſcriptio differtur.

Tunc enim demum diem, delatæ hereditatis inſpicimus. *Br. in d. l. vlt. §. 1. n. 2. C. de iur. deliber and. Fr. Porcell. d. tr. de conſect. inuent. c. 3. n. 12. Bardula. d. c. 2. n. 7. verſ. ſic eſt tempus. Monte. d. tr. de confection. inuent. in pr. n. 21. Valaſc. d. conſult. 52 n. 6. lib. 1. Didac. Spino in ſpeculo teſtam. d. gl. 35. n. 26. verſ. quæ ſententia.*

Atenim hîc, vere dici non poteſt, rem malicioſè protractam fuiſſe.

Deniq; redigamus quoq; nobis in memoriam, quod etiamſi hac in re, peccatum quippiam eſſet: Sanari attamen illud adhuc poſſet, ope reſtitutionis in integrum.

In minori enim adhuc ætate, conſtituti 61
ſunt heredes illi, de quibus agitur. Minor autem aduerſus id, quod inuentarium, die à lege dicta, non inchoauerat, in integrum reſtitutione indubitatè fruitur. *Rebuff. ad conſtit. Gallic. tom. 2. tit. de præſcript. gl. 1. n. 32. Dec. conſil. 445. n. 56. verſ. non obſtat, qui hanc communem opinionem eſſe atteſtantur. Didac. Spino. d. gl. 35. n. 31. qui Ang & Balb. præterea in id adducit, & alios complurimos in id nominat & ſequitur. Sort. Odd. in tr. de reſt. in integr. q. 88. nu. 45. Turzan. communem dicens opin. 125.* *

Atqui ta quidem fruitur, vt nondum reſti- 62
tutorio iudicio determinato, nihil interim contra heredem minorem attentandum[a], vel præſumendum ſit. *tradentibus in indiuiduo Bl. ad l. aut Prætor. ff. de minor. Roder. Suarez. in l. poſt rem iudicatam ampl. 1. n. 19 ff. de reiudic. Spino. d. gl. 35. n. 31. in fine.*

Reſtat nunc, vt quas vires habeat fundamentum TERTIVM Aduerſariorum ad eo uincendum id, quod in ſolidum nunc obligati, vidua & heredes N; ſint, conſideremus.

Illud verò etiamſi plurimum inuoluent ſeſe Aduerſarij, quantum ego coniectura aſſequi poſſum, in eo conſiſtit, quod hîc à vidua, atq; heredibus, plurifariam actus ſunt exerciti, vnde eos hereditatem ſimpliciter, & quaſi nuncio remiſſo inuentarij beneficio, adire voluiſſe, colligere promtum ſit.

Aiunt enim vidua bona vniuerſa defuncti, quæ creditoribus obnoxia erant, adminiſtrauit, fructuſq; inde percepit.

Sed & vidua, filiæq;, in inuentario ipſo, heredes nominantur: item vni Creditorum N; quod ei debebatur ſolutum eſt: ædes item defuncti, & mobilia precioſiora, diſtracta ſunt.

Abſoluta itaq;, (vt Aduerſarij volunt) hinc hereditatis aditio oritur.

Eò quod notiſsimum ſit, per ipſam inuentarij confectionem, per domus paternæ inhabitationem: per ſolutionem æris alieni hereditarij: per diſtractionem bonorum mobilium & ædium, imò per quemcunq; actum qui ſi citra nomen heredis expediti non poteſt: imò ex ſolo etiam animo adeundi, hereditatis aditionem probari.

Quin-

Quinimò, quod aditio hereditatis in parte, arguat aditionem in toto, neminem esse nescium.

Video, plurimum in hoc fundamento, confisos esse Aduersarios, id quod ex eo constat, quod tam plurimis verborum illecebris, idipsum adornarint: Verum vt, quod ego sentio, dicam, me facilius adhuc illud, delumbare, (vt Pliniano hoc vtar) posse puto, quàm ea quæ præesserant.

Video enim probare Aduersarios neutiquam posse, vllam vnquam bonorum administrationem, viduam fuscepisse, aut fructus vllos collegisse.

Sicuti probari illud quoq; nequit, quod filiabus N; præter alimenta sola, quicquam vnquam datum fuerit.

Et quamuis idipsum refellere, per id annitantur Aduersarij, quod alimentorum perceptio, hereditatis aditionem non excludat, sed illam secum ferat atque patiatur: quicquam attamen adducere, quo comprobarent id, nesciuerunt.

63 Meritò itaq; aduersarijs reponimus illud: quod paria sint: falsum esse aliquid & non probari. *l. Pomponius scribit fi frumentum in fin. ff. de rei vindicat. l. in lege. ff. de contr. emtion. c. 1. ext. de præsb. nond. baptif. mn. c. ordinarij*: De *offic. ordin. lib. 6. Cravet. consil. 76 o. n. 18. Verf. nihil quippè.*

64 Et quod dicere non sufficit, nisi quod dicitur, probatione adimpleatur. *gl. ad l. 1. in pr. in v. dicatur. ff. si quadr. pauper. fecisse dicat. Fel. in c. si clericus laicum. n. 3. de for. compet. Cravett. d. consil. 760. d. n. 18. Hippolyt. de Marsil. singul. 570. Ripa in l. admonend. n. 21. ff. de iureiur. Menoch. in tr. de remed. possess. adipisc. [illegible] 4. n. 732.*

65 Quinimò, quod alimentorum perceptio, & hereditatis aditio, sese ad inuicem non ferant, vel ex eo constare posse, arbitror: quod hereditas sit successio, in vniuersum ius defuncti, quod habuit defunctus, mortis tempore, ære alieno deducto. *l. nihil. ff. de verbor. signif. l. hereditas. ff. de regul. iur. gl. in §. neq; Instit. de autor. tutor. Dauth. in tr. de testam. n. 39. Mantic. in tr. de innent. hered. c. 6. n. 8. Coras. in prælud. l. frater à fratre n. 85. ff. de condict. indeb. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 61.*

Iam verò, hoc de illo, qui tantum ex hereditarijs bonis alimenta percipit, prædicari, dici; nequit.

Non itaq;, hunc quoq;, heredem rectè
66 dicimus. Cui enim non competit diffinitio, diffinitum quoque competiturum non est. *Everard. in topic. in loc. à diffinit. n. 1. Muscorn. in tr. de iuriscid. n. 28. vers. postremò. Aldobrand. ad §. cum autem. n. 1. Inst. de ingen. Borch. in tr. feud. c. 1. n. 11.*

67 Quid? quod iuris indubitati sit: heredem eandem in bonis hereditarijs habere potestatem, quam defunctus habuerat. *l. heredem. ff. de regul. iur. Surd. in tr. de aliment. tit. 1. q. 40. n. 115. Fortatul. ad l. 1. n. 12. ff. de feriatut.*

Item heredem habere debere, hereditatem totam, cum onere: non autem alimenta tantum, *decidente in individuo Marc. Anton. de Amat. decis. 91. n. 3.* 68

Item heredem esse antiquis idem, quod dominum esse: & pro herede se gerere, pro domino se gerere significare. *Vti Festo autore in specie tradit Pecc. in tr. de test. conjug. lib. 5. c. 4. n. 1.* 69

Quæ vt illi rectè quadrent, qui altus tantum ex hereditate fuerat, equidem non perspicio.

Quod deinde ad inuentarij confectionem attinet: nec ex illa quidem, hereditatis aditionem concludere, fas est. Habemus enim commune interpretum placitum, hoc volens: quod per inuentarij confectionem hereditatis aditio, neutiquam probetur. *Salyc. in l. vlt. §. fin autem. & ibi Alex. in §. fin verò post-quam. & Ias. in §. fin autem hoc aliquo. n. 3. Montic. n. 174. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. C. de iur. deliberand. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 7. n. 6. Roland. à Vall. in tr. de confect. inuent. p. 3. §. sed an per confectionem. Montic. in tr. de conject. vltim. volunt. lib. 12. tit. 9. n. 15. Franc. Marc. decis. Delphinat. 29. p. 1. vbi & is hanc communem esse testis est. Mascard. in tr. de probat. concl. 48. n. 3. Laurent. Tenuin. Rodulph. an tr. cautel. cau. 98. n. 5. Didac. Spin. in spec. testam. gl. 33. n. 43. Curol. Ruin. conf. 113. n. 4. vol. 3. Neuiz. an. conf. 9. n. 14.* 70 *

Etenim inuentarij confectio, non est actus per quam quis obligetur, sed potius commodum consequatur. *tradente in individuo Ioh. Bapt. Ladereh. conf. 57. n. 10. vol. 1.* 71

Nam cum ad vtilitatem inuentũ sit, nocere non debet, vt *ait Hier. Gabr. conf. 43. n. 14. vol. 2.* 72

Quinimò si confectio inuentarij hereditatis aditionem probaret: nihil tamen præter illud, inde inferri posset: quàm quod tunc cogeretur heres quidem, onera hereditaria subire, quantum ferunt, atq; patiuntur, hereditatis vires: De suo autem quicquam & vltra vires hereditarias, creditoribus soluere obstrictus neutiquam esset. *Vti in individuo decidit Montic. in d. tr. de inuent. hered. d. c. 7. d. n. 6. in fin.* 73

Eodem quoq; modo, res sese habet cum eo, quod vidua, libertiq; N; in inuentario heredes, nomina bantur:

Nam præter id, quod eos Tabellio tantum ita nominauerat: quod item iuris tit apertissimi: notarium non posse facere heredem, qui non est, vel esse non vult *per §. quos autem Instit. de bonor. possess. fac. trad. Br. in auth. si quis in aliquo. n. 9. C. de edend. Gouean. var. lect. lib. 1. c. 5. n. 6. Cors. indagat. lib. 3. c. 4. Bellon. Supp. lib. 1. c. 10.* 74

Respexisse quoq; eundem Tabellionem, hac in parte, ad communem vsum loquendi; vndequaquam liquet; secundum quem, liberi heredes dicuntur, etiamsi se nunquam, hereditati paternæ immiscuerint. Idq, habito respectu ad id, non quod fit, sed quod fieri debebat. Quis enim nescit, liberis pa- 75

rentum hereditates, præ omnibus alijs & ascendentibus & collateralibus magis etiam, quàm è diuerso, liberorum hereditates, parentibus: deberi? *l. scripto. ff. vnd liber. Vacon. & Vacun. declarat. 1 5. n. 5. Garc. in tr. de vltim. fin. iur. n. 267. & 269. Rumuald. ad l. 1. n. 381. C. qui admitt. Hartm. Pistor. q. 42. n. 42. lib. 1. & q. 4. n. 53. lib. 2. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 4. n. 7. vers. nec obstant Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 25. Marc. Anton. de Amat. decis. Antoniana. 10 n. 6.*

76 Et filium semper nomen heredis gerere: etiamsi nec quo ad commodum, nec quo ad incommodum, heres sit. *gl. ad l. 1. in v. ob eam rem. C. si mun. ab hereditat. se abstin. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 52.*

77 Nec obstat, quod attamen traditum reperiatur, additionem perid probari, quod quis à Notario, in inuentario heres nominabatur, & ad id, dum præsens esset, tacuerat. *Vti in indiuiduo scriptum reliquit Ruin. d. cons. 113. n. 7. vol. 3. quem refert & sequitur Mascard. in tr. de probat. d. concl. 48. n. 4. vers. quod etiam.*

78 Loquitur enim Ruinus, de herede maiori, non autem de illo, qui pupillus adhuc, vel infans planè fuerat. quiq; per ætatem, quid fieret, ignoraret. Proindeq; ibi non ex nominatione notari, sed ex heredis maioris taciturnitate, silentio, & patientia, additionem hereditatis probat.

Atenim hic adhuc, Nostrates heredes, non solùm minores: verùm etiam partim infantes sunt.

79 Et si nominatio hereditatis additionem omninò probaret: non probaret attamen simul id, quod hinc astruere conantur, Aduersarij. Non enim sequitur: adiuit hereditatem: ergo tenetur, ex proprij etiam patrimonij viribus, creditoribus satisfacere: Quin potius rectè concluditur: adiuit hereditatem, sed conscripsit inuentarium: Ergo subibit quidem onera hereditati incumbentia: sed eatenus, quatenus bona in hereditate reperta, & in inuentario descripta, satisfactioni horum sufficiunt. *Monticul. d. tr. de inuentar. hered. d. c. 7. n. 8. in fin.*

At inquiunt Aduersarij, domum attamen paternam, vidua, liberiq; N. inhabitarunt.

80 Verùm ad id respondeo, allegationem hanc, ad viduam vsq; porrigi non posse. Vxor enim, etiamsi heres instituta fuerit: propterea attamen, quod in domo defuncti habitet, nunquam per id hereditatem adijsse: sed potius iure retentionis, ratione dotis & dotalitij sibi debiti, domum detinuisse censetur. *Mar. in l. ii potest n. 5. 8. in fin. ff. de acquir. hered. Asslict. decis. 372. n. 1. & ibi Prosp. Caranitt. in addit. Masc. in tr. de probat. concl. 45. n. 37. Rol. a Vall. cons. 77. n. 34. vol. 1. Corn. consil. 147. col. 1. vol. 1. & cons. 321. col. 2 eod. vol.*

81 Et præterea rectè id audimus, quod necessitas non habet legem. *l. 1. ff. de offic. proconsc. c. 2. ext. de despons. impuber. c. licet ext. de sent. Petr. Gerard. de Petras. sing. 100. in pr. Montic. in tr. de confect. inuent. d. c. 7. nu. 23. Cacheran. decis. Pedemont. 68. n. 26. Tiraq. in tr. de pœn. cauf. 33. n. 3. Seraph. de Seraph. in tr. de iur. priuil. 56. n. 6. priuil. 110. n. 18.*

Non enim sponte, sed ideò, quod mansionem aliam non haberent, vidua, filiæq; in ædibus hisce, aliquandiu perstiterunt.

Filius verò N. in ædibus patris, vt ex Actis certior fio, commoratus nunquam fuit. Vnde aduersus eum quoq; hoc allegasse, frustra erit. Etenim additio per actus, quos necessitate coacti facimus, non oritur, in libertima enim adeundi voluntate, consistit. *Masc. in tr. de probat. concl. 40. n. 2.* 82

Et præterea ædes hæ, feudum burgensaticum erant, vnde rursus, filio opitulatur illud: ex eo, quod filius feuda patris possidet, additionem aliquam colligere non licere. *Crau. cons. 197. n. 4. Masc. d. tr. de prob. concl. 45. n. 22.* 83

Et vt summatim dicam, eò res tandem redibit: quod nunquam, ex rerum hereditariarum possessione, rectè inferatur hereditatis aditio, si adsit protestatio possidentis, qua se adire nolle, declarauerat. *tradente in indiuiduo Iason. Ad l. 1. n. 2. vers. subdit. C. de repud. hered. Ioh. Petr. Surd. cons. 445. n. 12.* 84

Vt taceam, possessori rerum hereditariarum, fas quoq; semper esse, vt edoceat, se ex alia causa, quàm hereditatis aditæ, hereditatem possedisse. *tradentibus in indiuiduo Marc. Anton. de Amat. decis. 61. n. 8. Alex. cons. 32. n. 1. vol. 3. & cons. 126. n. 4. vol. 7. Cardin. Parisi. cons. 16. n. 39. & seq. vol. 2. text. in l. 1. C. de repud. hered.* 85

Sic quoq; firmi quicquam, in perceptione fructuum, inædificari non potest.

Non enim in vsus suos, deteriorant hos, vel vidua, vel liberi: verum hi toti, creditorum vtilitati, vt ostendunt rationes iudici exhibitæ, cesserunt.

Et præterea hoc iure quotidiè vtimur: quo ex fructuum perceptione hereditatis additionem rectè inferre non licet. *Br. in l. ge rit. n. 24. ff. de acquir. hered. Menoch. de præsumt. lib. 4. p. 1. præsumt. 101. n. 1. Alciat. disiunct. lib. 1. c. 7. Ruin. d. consil. 113. n. 4. vol. 3.* 86

Sed & in dubio tantum, aditio hereditatis simplex, ex fructuum perceptione, expromitur. Pro vt hoc, quod in dubio tantum casu, & vbi de animo percipientis non constat, ex fructuum perceptione, aliquo modo introducatur hereditatis aditio, *in specie traditum reliquerunt Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4 præsumt. 101. nu. 76. p. 1. Didac. Spino in spec. testam. gl. 33. num. 40.* 87

Atenim hîc, de animo percipientis omninò constat. Protestati quippe fuerant, vidua, & liberi, se absq; inuentarij beneficio, parentis heredes non fore. Vnde succedit illud, quod aduersus eum qui protestatus fuerat, se alio, quàm saluo inuentarij beneficio, 88

ficio, animo, hereditatem adire nolle, ex fructuum perceptione illam protestationem subsecuta, aditio hereditatis pura, & simplex, nunquam colligatur. *Fachin. controuers. iur lib. 6. c. 52 lit. C. fol. 514. text. in l. pro herede. ibi & ideò solent, testari liberi, qui necessarij existunt, non animo heredis se gerere, quæ gerunt, sed aut pietatis aut custodiæ causa, aut pro suo. ff. de acquir. hered.*

89 Et deniq; , quantumuis de mente percipientis fructus, iam non liqueret: audiendus attamen adhuc foret, si declarare se voluerit, quo fine, quoúe respectu, fructus bonorum hereditariorum, collegisset. Pro vt hoc quod stetur declarationi percipientis fructus, aut eo mortuo, etiam heredis eius, num animo adeundi hereditatem, nec ne, tale quid fecerit: *in specie scriptum reliquit Br. d. l. gerit n. 25. ff. de acquir. hered. Mascard. in tr. de probat. concl. 44. nu. 17. Bl. consil. 210. n. 2. lib. 1. Laureut. Syluan. consil. 49. n. 86 lib. 1.*

Nunc videndum, quantum valeat, ad introducendam hereditatis aditionem simplicem, æris alieni dissolutio, vni, alteriúe, creditorum hereditariorum, facta.

90 Verum, cum & de hoc, scriptum in iure extet: quod ex solutione æris alieni hereditarij, vel cessione iurium hereditariorum, creditoribus facta, eatenus præsumatur hereditatem aditam, quatenus ex interposita protestatione soluentis, vel credentis, non constiterit, quo animo id fecerit. *tradentibus in indiuiduo Alciat. consil. 92. n. 1. lib. 5. in edit. Basil. & Venet. vel vt habet Lugdun. edit. consil. 344. n. 1. & esse verisimam opinionem attestatur Fachin. controuersiur lib. 6. c. 55. lit. A. fol. 519.*

Frugi admodum, hæc quoq; argumentatio, hic non erit: ob interpositam protestationem viduæ, liberorumq; de qua sæpius iam ad monuimus.

91 Neq; verò aduersum his est, illud, quod tamen aliqui velint: protestationem nil iuuare protestantem, ficubi creditoribus hereditarijs, postea quid soluerit, vel iura hereditaria cesserit. *prout hoc Socin. tun. Riminald. Semor. & Anchoran. voluisse, autor est Mascard. in tr. probat. concl. 44. n. 3.*

92 Nam Riminald. Sen. & Anchoran. inadnertenter allegat Mascard. cum nihil hac de re habeant, vel loquantur, *velut Mascardum notat Fachin. contr. iur. lib. 6. c. 55. in pr.*

Socino verò non de tali protestatione res est, qualis hæc nostra est: sed de eiusmodi declaratione soluentis vel cedentis, qua simpliciter & absq; commemoratione beneficij inuentarij, se adire nolle, testatum fecerat. Quare Socini autoritas, nobis contraria non est.

Vt taceam, redarguj etiam Socinum, à Fachinæo, in loco proxime designato.

Quare vt tandem hunc locum absoluamus, tac, Aduersarios edocere posse inuentarij confectionem: aut rerum hereditariarum possessionem aut fructuum perceptionem: aut æris alieni solutionem: non tamen præter id, quicquam adhuc edocere potuerunt: quàm quod hereditas sit adita, quodque ob id, creditoribus, quatenus sese extenderint hereditatis vires, sit satisfaciendum.

Indè verò astruere volle, totum iam inuentarij beneficium absorptum esse, aut heredes, vltra vires hereditarias teneri, conatus est irriti. *Pro vt hoc, in indutiduo docuit Montic. in tr. de inuentar. hered. d. c. 7. n. 6. in fin.*

Etenim iure quo hodiè vtimur, heres, qui 93
secundum mores regionis, inuentarium conscripserat, nunquam creditoribus tenetur in solidum, sed pro viribus hereditarijs tantum. *
d. l. vltim. §. & si præfatam. & ibi communiù scholia interpretum. C. de iur. deliberand. Franc. Porcellin. in tr. de confect. inuentar. c. 4. n. 1. Guid. Pap. in tr. de confect. inuent. n. 16. Montic. in tr. de confect. inuent. in præamb. n. 40. c. 5. n. 9 & c. 9. n. 1. Borgnin. Caualcan. in tr. de tut. & curat. n. 98. Schrad. in tr. feud p. 7. c. 2. ex. n. 52. Frider. in tr. de proceff. in Camer. extrah. lib. 2. c. 60. n. 3. Valentin. Franc. in tr. de fideiuff. c. 5. nu. 268. Nicol. Carb. in pract. pract. lib. 1. c. 9. n. 29. Laurent. Tenn. in tr. cautel. caut. 8. n. 4. Surd in tr. de alim. tit. 1. q. 23. n. 5. & tit. 4. q. 10. n. 16. Fachin. controu. iur lib. 4. c. 38. vers. septimum argumentum. Vasq. in tr. de succeff. creat. § 1. n. 27. Andr. Kohl lib. 1. exercit. exercit. 1. n. 16. Chaffan. in consuet. Burg. Rubr. 7. §. 13. in v. par benefice d' inuentaire. n. 5. Angel. Matthæac. in tr. de fideic lib. 4. c. 6. n. 10. Marc. Anton. del' Re in tr. de iuramento. calumn. c. 1 5. n. 130. Didac. Spin. à Caceres in Specul. testament. gl. 35. n. 41. Aluarus Valasc. in consult. reg. Lusitan. consult. 52. n. 3. lib. 1. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. n. 14. Ioh. Dilect. in tr. de art. testi. tit. 11. caut. 8. n. 1. Cacheran. decis. 181. n. 13. Cald. ad l. si curatorem ad v. læsis. n. 53. C. de restit. in integr. Pract. Papiens. in form. libell. quo petit. hered. ex testament. in v. purè institut. n. 9. Turz. in commu. opin. 95. Sigism. de Neap. consil. 1. n. 195. Tuber. Decian. consil. 49. n. 29. vol. 2. consil. 90. n. 3. vol. 3. Nicol. Bellon. consil. 65. n. 7. Rolaud. à Vall. consil. 73. n. 1. vol 2. Francisc. Burfat. conf. 370. n. 42. vol. 4. Wesenbecc. consil. 13. n. 24. Franc. Pisol. conf. 86. n. 17. vol. 1. Iohan. Vincent. Honded. conf. 34. n. 19. vol. 1. Flaminius de Rub. consil. 39. n. 87. vol. 1. Ernest. Cothm. consil. 2. n. 236. vol. 1.

Etenim inuentarium custodit heredem ab 95
omni damno *vt dicit Fr. Curt. in l. si debitoris. n. 12. C. de pact. Fach. controu. iur lib. 7. c. 13. lit. D. fol. 36.*

Quinimò per inuentarium, hereditas ad 96
eum statum deducitur, in quo erat ante, quàm adiretur, & dum adhuc iacens esset. *Iason d. l. vltim. § in computatione. n. 4. C. de iur. deliber. Fachin. contr. iur. lib. 7. c. 13 lit. D. fol. 37. Kohl. exercit lib. 1 exercit. 1. n. 16. Roland. à Vall. conf. 73. n. 3. vol. 2. Cephal. consil. 734. n. 15. Surd. consil. 143. n. 40. & consil. 305. n. 11.*

Et exceptio hæc: Ego confeci inuentari- 97
um, & hereditas non est soluendo, impedit

litis ingressum. *Vt ex Bl. & Corneo scriptum reliquit Aluarus Valasc. in consult. Regni Lusit. consult. 52. nu. 42.*

98 At aiunt Aduersarij: diuendidistis attamen plærag; mobilia parentis vestri, & insuper ædes eius distraxistis: Qui igitur distiteri posthac hereditatis additionem poteritis? Cum additio solo animo consistat, tradentibus in indiuiduo *Fachin. contr. iur. lib. 6. c. 50. lit. B. fol. 509. Richard. conf. testamen. 3. n. 75. Flamin. de Rubeis. conf. 34. n. 19. vol. 1 text in l. gerit. ff. de acquir. hered. in l. si ania. C. de iur. deliberand.*

99 Tantoq; conspectior fiat, si ad bonorum hereditariorum vsq; alienationem, progressum fuerit. *l. Pantonius. (seu vt alias legitur)* P. *Antonius. §. vltim. ff. de acquirend. hereditat. l. si alienem. C. de pact. Put. decis. 447. lib. 1. Menoch. cons. 105. n. 91 Burfat. consil. 19. n. 33 Ioh. Vincent. Honded. cons. 83. n. 5. vol. 1.*

Verum adhæc regerimus illud, quod ne hæc quidem obiectio, plausibilis sit.

100 Nam etiamsi in animo consistit hereditatis aditio: non minus tamen verum quoque illud est, quod ille adeundi animus, nullum effectum producat, nisi prodierit foràs, & se qualis intus sit, facto, vel verbis declararit, atq; aperuerit. *Br. in l. gerit. n. 5. & ibi Rom n. 4.*

* *qui omnes hoc sequi testis est. ff. de acquir. hered. Marc. Mant. cons. 24. n. 3. vol. 1. Rol. à Vall. cons. 77. n. 31. vol. 1.*

101 Vnde fit, quod ad additionem hereditatis rectè edocendam, duo semper simul, atq; copulatiuè, requirantur, atq; necessaria sint, animus scilicet, & factum. *Guilhelm. Bened. in Repet. c. Raynut. in v. in eod. testam. el. 1. n. 387. ext. de testam. Autor incert. in consilio testamento feudali, quod extat apud Ioh. Tilem. de Benign. in synagm. 4. decis. Cam. Imper. coucl. ems consilij 2. n. 104. & latissimè Spino in specul. testam. gl. 33. n. 32. & seqq. vbi Aretin. & Oroscum in id adducit.*

Et quamuis diffiteri nequeatis, quod vera sint, quæ de alienatione nonnullorum bonorum hereditariorum, ab Aduersarijs proferebantur: Id tamen inuentario aduersum non esse, sed secundum quod; inuentarium fieri rectè potuisse, omninò putarim.

102 Memini enim, in iure prouisum esse, quod heres, qui confecerat inuentarium, non solum sibi rectè soluat, si creditor fuerit, quamdiu hereditas pœnes ipsum est. *Montic. in tr. de inuentar. hered. c. 9. n. 13. vbi Bl. Alexand. & Angel. Aretin. in id adducit Carol. Ruin. consil. 39. nu. 9. & cons. 57. n. 27. lib. 2. Cardin. Paris. cons. 69. n. 36. vol. 2. Ioh. Vincent. Honded. cons. 58. n. 27. vol. 1. vbi alios complurimos huius sententiæ sectatores refert.*

103 Verum etiam Creditores compellere possit, vt loco pecuniæ numeratæ, in solutum recipiant res hereditarias. *Iason. in l. vlt. §. & si præfatam. n. 1. Vers. quinta vltimas. C. de iur. deliberand. Montic. in tr. de inuent. hered. d. c. 9. n. 8. Phanucl. in tr. de inuent. hered. p. 5. n. 149. Marc. Anton. de Amat. decis. Ancon. 91. n. 14.*

Quinimò creditori primò venienti, etiamsi reliquis nihil amplius remaneret, rectè soluit. *Vt susius paulò post hac de re tractemus.*

Nec refragatur his, quod attamen dum ædes, de quibus agimus, diuenderetis, decretum à Iudice interponi impetrauerit.

Nam connexio bona non est: Decretum interpositum fuit. Ergo res pupillaris erat: Et vi consequentis, hereditas amplius iacens non erat, sed adita: proindeq; amissum iam est inuentarij beneficium (ita namq; argumentantur, vt video, Aduersarij)

Etenim primò certum, indubitatumq; il- 104
lud est, quod heres, cum inuentarij beneficio, non minus heres sit, quàm is heres, qui nunquam inuentarium conscripserat. *Vt latissimè prosequitur Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declarat. 12. per tot. cui alios addere operæpretium visum non est.*

Atque hoc cum ita sit, rectè concluditur 105
illud quoq;: quod etiam heredi cum beneficio inuentarij, non minus res hereditariæ, acquirantur propriæq; fiant, ac heredibus inuentarium non conficientibus. Licet de ijs satisfacere creditoribus defuncti, omninò sint obligati. *d. l. vlt. C. de iur. delib. iunct. l. precia rerum. in pr. ff. ad l. Falcid. Iason. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 123. ff. de lib. & posthum. Iason. in l. cum filiofamilias. n. 112. ff. de legat. 1.*

Et deindè ex hoc fundamento rursus rectè astruitur: rem nouam non esse, si res heredis minoris, etiamsi sub inuentarij beneficio hereditatem adierit, cum decreto alienantur.

Nam etsi plurimæ, eæq; præstantissimæ 106
confecti inuentarij vtilitates sint, qua de re adeatur *Iason. d. l. vlt. §. & si præfatam. n. 1. & ibi Richard. §. cum igitur. n. 3. C. de iur. deliber. Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declarat. 12. n. 2. Chassan. in consuetudin. Burgund. d. rubr. 7. §. 13. in v. par benefice d' inventaire. n. 4. ad fin. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 9. per tot. Dd. ac. Spino in specul. testam. d. gl. 35. n. 41. & seqq. Saxon. in consuet. Turonens. tit. 2. art. 6. & tit. 14. artic. 9.*

Hanc tamen vtilitatem, illi attribui, qua 107
res, heredis cum inuentario minoris, sine decreto etiam, alienare liceat, nusquam legitur.

Erubescamus itaq; sine lege loqui. *§. consideremus autb. de srient. & semiss l. dissentientis. C. de repud. Euerard. in topic. in loc. à leg. cessant. n. 1. Lup. ad c. per vestras not. ab. 2. §. 1. n. 21. ext. de donat. iur. vir. & vxor. Routhegal. ad l. reos. in pr. n. 21. ff. de duob. reis. Borcholt. in tr. feud. d. c. 1. n. 15. ad fin. Seraphim. in tr. de iur. am. princ. 57. n. 14.*

Quod si vlterius, quam par esset, id quod tamen inficiamur plane, hic progressi fuissent heredes, & vidua: nec in obtutu satis, inuentarij beneficium habuissent: non attamen adhuc video, quid hoc Aduersarijs proficere posset: Parata cum sit viduæ heredibus,

bus, tutoribusq; eorundem, aduersus hereditatem aditam, in integrum restitutio.

108 Sic namq; sentiunt iura: quod aduersus aditionem hereditatis, minori in integrum restitutio competat. *§. extraneu Instit. de hered. qualitat. & differenti. l. 1. & auth. si omnes ibi gl. Cyn.*
* *Br. Bl. Alber. de Ros. Castr. Fulgos. & DD. communiter. C. si min. ab her. se abstin. Anton. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 13. nu. 4. vers. octauò infertur. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. q. 6 2. n. 13. & seqq. Blarer. ad l. diffamari. c. 2. n. 23. vers. & vt alia. C. de ingen. manumiss. Iohan. Maurit. in tr. de restitut. in integr. c. 126. n. 3. Cald. in l. si curatorem in v. læsis. n. 50. C. de restit. in integr.*

109 Sed nec minus verum illud est: quod hæc restitutio, non solum ipsis minoribus verum etiam eorundem tutoribus petentibus, oãminò indulgenda sit. *Vti autore Iacob. de S. Georgio in indiuiduo scriptum reliquit Odd. d. tr. de restit. in integr. q. 6 n. 20.*

110 Etiamsi hereditas hæc, etiam cum conscriptione inuentarij, fuisset adita. *Bl. ad d. l. 1. in fin. C. si in in. ab heredit. se abstin. Cald. ad l si curatorem in v. læsis n. 53. C. de restit in integr. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. d. q. 62. n. 21.*

111 Quinimò tunc Inuentarium ipsum loco restitutionis in integrum est. *Ioh. Fabr. ad auth. omnes. C. si min. ab hered. se abstin. Montic. in tr. de inuent. hered. c. 9. n. 69.*

112 Quid? quod iuri aduersum non sit etiamsi neglectum ab initio in totum fuisset inuentarium: etiam adhuc aduersus omissam inuentarij confectionem, in integrum restitutionem petere. Pro vt hoc, quod minor ob inuentarium non confectum restituatur, *in indiuiduo scriptum reliquêre Br. in l. aut. Prætor in pr. ff. de minorib. Bl. in l. denig. in fin. ff. de minorib. Cyn. in l. semus. n. 6. C. de iur. deliberand. Guido Papæ decis. 473. n. 4. Ioseph. Ludouic. decis. Peruf. 55. n. 18. & 19. p. 2. Fr. de Portell. in tr. de inuent. c. 3. n. 15. Iob. Maurit. in tr. de restit. in integr. c. 130. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. q. 89. n. 51. text. in 5. pupillis autem Auth. de hered. & Falcid.*

Inutiliter itaq; factiuri non estis, si in omnem casum, in integrum restitutionem postulaueritis.

113 Et vt tandem ijs quoq;, quæ de SECVNDA aduersariorum petitione, dicenda sunt, finem imponamus: tandem eò res redit, quod inanis sit actio, quam debitoris excludit inopia. *l. uam ii. ff. de dol. Iaf. in l. pactum curatorii. n. 4. C. de pact. Royz. decis. Lituanic. 4. nu. 84. Coras. miscellan. lib. 4. c. 3. n. 6. Coler. in tr. de process. executiu. p. 1. c. 2. n. 168. & c. 10. n. 340. Cald. ad l. si curatorem. v. vel aduersary dolo. n. 17. C. de restit. in integr.*

114 Et qui non habet quod reddat, eius periculo nihil est. *l. itaq; fullo. in pr. ff. de furt. Tiber. Decian. consil. 49. n. 3. vol. 2.*

Nam cum in ore sit omnium, quod N. viduæ suæ, amplius nihil reliquerit, quàm dotalitium, vnde comparcere, ob aduersam præsertim valetudinem perpetuam, nihil potest: bona item eius, vt nunc apparet, vnde satisfiat creditoribus, paria non esse. Iam excusati erunt heredes viduaq; ab vlteriori æris alieni dissolutione: quantumuis inuentario planè destituerentur.

Atq; ita in specie, quod heres pauper 115
non teneatur, vltra vires hereditarias, etiamsi nullum planè inuentarium conscripsisset. *Prætore Br. docuit Cala in tr. de mod. artic. & proband. §. 2 gl. vnic. n. 102.*

TERTIAM itaq; nunc Aduersariorum petitionem examinabimus.

Porrò hoc petiuerunt, vt adigeretur vidua N. iurare, nihil ex inuentario omissum esse.

Quæ quàm sit inepta, primo etiam intuitu cuiuis cernere licet.

Etenim extra controuersiam positum est 116
illud: quod is, qui non succedit vt heres, non tenetur quoque ad conscriptionem inuentarij. *Br. in l. 1. §. an bona. n. 2. ff. de iur. fisci. Peregrin. in tr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. n. 3. Montic. ad l. vlt. n. 18. C. de iur. deliber. Montic. in tr. de confect. inuent. in pr. n. 9. vbi plures alios in id allegat.*

Atenim hic dotalitio suo contenta fuit vxor, & per consequens, vt heres, marito non successit.

Non tenebatur itaque inuentarium conscribere, & idcircò multò minus de veritate inuentarij iurare.

Sic quoq; prospexerunt iura: eum qui ad 117
rationes reddendas non tenetur, non teneri quoq; ad conscriptionem inuentarij. *l. cum oportet. §. non autem. & ibi Bl. C. de bon. quæ lib. Br. in l. 1. §. de seruis. ff. de iur. & rat. distrah. Frider. in tr. de process. in Camer extrahend. lib. 2. c. 69. n. 7. & Seufbec. consil. 3. n. 44.*

At interim longè certissimum est, quod 118
vxor, de dotalitij reditibus, atq; fructibus, cuiquam rationes reddere, proindeq; inuentarium conscribere, obstricta non sit. *pro vt hoc in indiuiduo docuit Rauchb. q. 30. n. 26. vers. ceterum.*

Cui enim rationem redderet? Cum om- 119
nibus creditoribus, etiam anteriorem expressam habentibus, iure quo etiamnum, in Marchia Brandeburgica vtimur, præferatur. Vt multis præiudicijs ni omnibus esset notissimum, possit ostendi. Et de moribus ter- 120
rarum Saxonicarum, tradunt idipsum ij, quos allegat & sequitur *Rauch. d. q. 30. n. 17.*

Nec obstat quod traditur, mulierem in- 121
uentarium facere omittentem damnum sibi accire, *vt tradit Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 36. nu. 4.*

Loquitur enim Peccius de muliere, quæ 122
hereditatem mariti adit: non verò de ea, quæ dotalitio sibi constituto contenta est.

123 Rursus non pertinet quoq; hûc illud, quod mulieri vsufructuariæ inuentarium conscribere incumbat. *Pecc. d. tr. de testam. coniug. lib. 5. c. 24. n. 3.*

124 Nam aliud, & quidem pinguius longè, est ius mulieris dotaliciariæ, aliud item, & quidem debilius, vsufructuariæ. *Rauchlib. d. quæst. 30. nu. 15.*

125 Vnde & ab ea, cautio vlla, moribus, quibus nos, & Saxones viuimus, non exigitur. *Rauchlib. d. q. 30. n. 2.*

Sic quoq; illud, aduersum decisioni nostræ, non est: quod attamen vidua, dum inuentarium conscriberetur, protestata fuerat, se non aliter, quàm inuentarij beneficio saluo, marito suo successuram.

126 Etenim protestationem hanc, interponere omnimodo potuit. Cum in ipsa constitutione Marchica cautum sit, vsu item quotidiano ita obseruetur, quod dimidia pars bonorum defuncti, dimidium item æs alienum eiusdem, coniugis supersititis. *Constit. Marchic. in Rubr.* Erbfälle zwischen Eheleuten.

127 Et præterea in optione eius situm fuerat, vel dotem repetere, vel dotalitio constituto, acquiescere: Vt ruisus nostratium moribus receptum est, & de conformi Saxonum vsu, *constat ex Constit. Prouinc. Elector. Augusti. 44. p. 2. & ibi Daniel. Mull. & annotat. Schult. in addit. ad Modestin. Pistor. q. 62. n. 9. & 10. p. 2.*

Merito itaq; , sub inuentarij beneficio, se successurum, profiteri potuit, donec certior redderetur, an satius sibi esset dotalitium, an verò dotis repetitionem, cooptare.

128 Sicuti & inuentarium quodlibet heredis, duplici fine, conscribi potest. Veluti primò, vt sciamus quæ essent bonorum relictorum vires: deinde vt consequeremur beneficium illud, quod iura inuentarium conficientibus largita sunt, *vti ex consensu Sal. Alex. Iason. Ruin. Neuiz. an. Marci Rol. à Vall. & Montic. scriptum reliquit Mascard. in d. tr. de prob. concl. 48. n. 3.*

129 Quamobrem restat illud tantùm, vt concludamus, ob omnia quæ fecerat, viduæ attamen non incumbere iurisiurandi necessitatem. Cum confecto iam inuentario, denuo opus sit, in id, vt heres obligetur creditoribus, vt hereditatem adeat, & non repudiet. *text. in l. vltim. §. fin autem. vers. non recusauerit. & ibi DD. communiter. C. de iur. deliberand.*

* Quis enim crederet, eam tam malo consilio vsam esse, quo dotalitio relicto, heres fieri cooptasset? Cum sub ipsum confectionis inuentarij tempus, iam apparere incipe-ret, defunctum æris alieni oneri subiacere?

130 Veteri quidem opus non habebat, ne de suo creditoribus quicquam soluere cogeretur (immunis enim ab hoc onere, ob confectum inuentarium iam erat) Sed iure interim verebatur, ne molestijs, sese involueret atq; implicaret, dum de rebus hereditarijs, pro ea parte, pro qua heres facta fuisset, creditoribus soluere cogeretur. *Montic. in tr. de inuent. hered. d. c. 7. n. 6. in fin.*

Ad vos autem ipsos, quod attinet, non etiam video, vt vos ad iusiurandum subeundum, adigat iusdicens.

Primò namq; vos, ex hereditate hac, nihil 131
capitis, & præterea iuris est euidentissimi, quod inuentarium ex eo capite impugnans, quod res omnes, in eo descriptæ non sint, non possit adigere eum, qui inuentarium conscripserat, vt iuret, cum ipsi pluresres fuisse, quàm in inuentario descriptæ reperiantur, probare incumbat. *Bl. in addition. ad Speculat. in tit. de instr. edition. Montic. in tr. de conuent. c. 9. n. 16. Cardin. Parisi. ad Rubr. n. 107. ff. de non. oper. nunciat. Angel. & Imol. ad l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per l. Falcid. Bl. consil. 514. n. 1. lib. 5. Roman. consil. 276. in fin. & ibi Horat. Mandos. in addit. complurimos idem volentes allegat & hanc communem esse omnium opinionem attestatur Iohan. Vincent. Honded. conf. 35. n. 3. vol. 1.*

Et ideò talis, ab Interpretibus iuris, docetur (vt vocant) practica, qua heres, iuramenti præstationem rectè euadere potest: quod scilicet heres exhibeat inuentarium, simulq; testetur, quod defunctus bona plura, non reliquerit: quodq; is, qui plura bona relicta esse dicit, plura bona fuisse probare debeat. *Tr. in d. l. vltim. § licentia. n. 1. & ibi Iaf. n. 1. Sichard. n. 2. & 3. C. de iur. deliber. Montic. in tr. de inuent. hered. in pr. n. 39. regul. 5. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Cacheran. decis. Pedemont. 181. n. 11. & seqq. Cald. in l. si curatorem. ad v. læsit. n. 52. C. de rescind. in integr. vbi & iu, de communi opinione testem se se præbet.* *

Non itaq; vobis, iurandi necessitatem in- 133
cumbere puto, sed impugnanti inuentarium, plures res in hereditate fuisse, comprobare omninò incumbit. Nam præter antea in id adducta: quod heres etiam non teneatur iurare, si inuentarium conscripsisset, *in specie scripsum reliquit Valen. Franc. in tr. de fideiuss. c. 5. n. 272.*

Quod item vtrumq; simul, & vt inuenta- 134
rium exhibeat, vtrq; contenta in eo, simul vera esse, sub sacramenti religione attestatur, heredi etiam, tantoq; minus tutoribus nobilioribus, iniungi non debeat: nec item iniungere solitum sit: sed quod è diuerso alternatiuè pronunciare: heredem aut inuentarium edere, aut iurare debere: Das beflagter ein gebürliches inuentarium fürzulegen oder in mangelung dessen / vermittelst Eydes / die Erbschafft anzuzeigen vnd zu specificiren schüldig. wie inualuerit, *in specie attestantur Domin. Dan. Mull. lib. 2. semest. q. 14. n. 5. Rauchbar. q. 29. n. 7.* Wesenb. *conf. 3. n. 47.*

Locum itaq; , ne TERTIA quidem hæc 135
Aduersariorum petitio inuenit. Etenim iusiurandum vtpote res ardua, grauissimique ponderis, nec temerè deferri, nec etiam temerè

merè subiri debet, *tradente in indiuiduo Rauchlib.q.11.n.18.text.in l.si duo in fin.ff.de iureiur. c. 2. ext.de probat.c.etsi Christus ext.de iureiur.*

Quod si omninò vos, iusiurandum subire deberetis (id quod ego non puto) videbit attamen iudex, an non Aduersarij vestri prius de malitia iuramentum præstare debeant.

136 Nemo enim est qui nesciat, quod is, qui prior iuramentum in iudicio alicui defert: prior quoq; de calumnia, dolo & malitia, si hoc petatur, iurare debeat. *l. iusiurandum.§. qui iusiurandum.& l.si non fuerit ff.de iureiur l.delata.C. eod.tit.c.appellationis in fine.de iur. cal.lib.6.Rauchb. q.10.n.1.& q.11.n.19.Marc. Anton.del' Re. in tr. de iuram.cal.c.1.n.15.Socin.in c.per tractandu.n.18.ext. de iuram.calum.*

Quartò deniq; Aduersarij, à iudice petiuerunt, vt vos ad rationes reddendas, adigeret: Vt item compelleret, quò à creditoribus, quibus soluerat is hactenus, id repeteretis, quod ijs solueratis.

Cum autem quisq; non videat, duo hæc quartæ petitionis Aduersariorum capita, contraria & pugnantia inter sese esse: non quoq; hoc, quod hic petiuerunt, obtinere à iudice poterunt.

137 Certum enim est: quod contraria petens audiendus non sit. *Br.in l.Titia per ill.text. ff. de condit.& demonstrat. Couar.var.resol.lib.1.c.19.n. 9.& 10. Menoch.in tr.præsumt.lib.6.præsumt.38.n. 27. Guid. Pancirol. cons. 127.n.9. vol.1.l. vbi repugnantia.& ibi Dec.& Caqual.ff de reg.iur.*

138 Quod item exceptio petitionis ineptæ, hîc meritò locum inueniat, litisq; ingressum impediat. *Blanc.alios referens in tr.de except. imped.lit.ing.2.n.1.*

139 Sed & exceptio tua non interest: locum sibi hac in parte vendicat. Nam cum iudex, nondum edixerit, quis prior, quis posterior inter creditores esse debeat, properant nimis hi Aduersarij. Fieri enim potest, vt talis illis locus in sententia assignetur, vt suum consequi possint, etiam non redditis rationibus. Vnde nunc quoq; ad eos, rationes reddi non pertinet: sed vt diximus, exceptio: tua non interest, locum inuenit. Hæc autem litis ingressum impedit. *Vt pluribus in id adductis affirmat Marc. Anton. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingress. c.4.n.10. Ioh. Baptist. Asin. in sua praxi p.1.§.13. c.6.n.1. Vbi Curt. Iunior. Alc.& Dec. idem voluisse testatum reliquit.*

Sed & rationes eas, quæ quotannis scribæ in id iurati, conscripserant, iam dudum, vt video, Actis inseri curastis. Atq; ideo, vt puto, priori capiti petitionis Quartæ, aduersariorum, iam satisfecistis.

140 Iuris enim controuersi non est, quod rationum liber, si à viro integro, moribusque probatis conscriptus fuerit: expensæ item verisimiles sint, & quæ maxima ex parte, per literaria documenta, veluti apochas, & obligationum literas, quas, quia solutio facta erat, à creditoribus receperant, verificari possunt, expensas factas, plenèatq; integrè probet. *Montic.ad l.vlt.n.39.C.de iur. deliber. vbi Salycet. Beued. de Phumbni. Fulgos.& Corn.idipsum quoq; voluisse testiu est Paul. Montan.in tr. de iur. iurel.& curat.c.32.Regul.8.n.3.vbi Bl.Alex.& Dec.in id adducit.Corn.cons.158.n.9.vol.4.*

Sed nunc, ad posterius caput, Quartæ petitionis Aduersariorum, accedo. Verum & de eo sentio, locum illi concedendum non esse. Nam vt antea prænonuimus, etiam hac in parte exceptio tua non interest &c. militat.

Nam si suum consecuta, hæc pars creditorum fuerit: quid de alijs fiat, illorũ non refert.

Deindè opponitis quoq; haud ineptè illis: exceptionem confecti inuentarij, vtpotè 141
quæ non solùm ad conclusionem vsq; in causa: verùm etiam post sententiam, rectè obijciatur. *Petr.Duenn.in tr.regul.250.Mar.in tr.de ordin.iudic.1.p.6.p.p.membr.9.n.17. Dilect.in tr.de art.test.tit.11.caut.9.n.2.Roder.Suarez.in l.post rem iudicatam.p.2.§.si per euidentiam.n.44. ff. de re iudicat.Padill.ad l.1.n.40. C. de iur. & fact.ignorant. Didac.Spin.in spec.testam.gl.35.n.42. vbi hanc esse communem attestatur.*

Nam inter reliquos principaliores inuen- 142
tarij effectus, etiam hic est: quod heres, qui conscribi fecerat inuentarium, illis ex creditoribus, tutò possit soluere, qui primò ad eũ veniebant, & vt, quod sibi debebatur, consequerentur interpellabant. *Vti hoc in indiuiduo docent. Iaſan d.l.vlt.§.& si præfatam.n.1.vers.tertia vtilitas.per ill.text.ibi Montic.n.78. Sichard.n.6.& seqq.& DD.communiter.C.de iur.deliber.Francisc.de Porcell.in d.tr.de confect.inuent.c.4.n.2. Guido Pap. in tr.de confect.inuent.n.18.Frider.in tr. de process. in Camera extrahend.lib.2.c.60.n.3. Aluar. Valasc. in consult.Regn.Lusit.d.consult.52.n.38. Franc. Mananens.in decis.Regni Sicil.decis.8.n.391.& 392.lib.1. Flamin.de Rub.consil.39.n.19.vol.1.*

Id quod vsq; adeò verùm est, vt heres ne- 143
minem creditorum, non interpellantium, antequam soluat, citare vel requirere necesse habeat. *Bl.in d.l.vlt.§. etsi præfatam.& ibi Corn. Montic.n.81. Sichard.n.9.per ill.text.ibi: nec ipsum heredem inquietare concedantur.C.de iur.deliberand.*

Quare iure non petitur à vobis, vt id, quod soluerat is creditoribus, denuò ab ijsdem repetatis. In bona enim fide, versati omnino fueratis, & in eo, cura, solicitudoq; vestra omnis posita erat, vt ab omni ignominia, asseruaretur defuncti nomen.

Ipsi itaq; Creditores, quibus solutum non- 144
dum est, quod exegerant alij creditores, ab ijsdem vicissim repetant. Tria enim eis, in id iuris remedia porriguntur: Veluti actio hypothecaria, condictio indebiti, & condictio ex lege. *Vt in indiuiduo tradunt Sichard.in d.l.vlt.§. & si præfatam.n.8.& 9.C.de iur.deliber.Donell.comment.iur.lib.7.c.3.n.10.Fr.d.lib.2.c.60.n.3. ad fin.*

Eligant

Eligant itaque inter hæc tria, quod illis placuerit.

145 Nec enim his repugnat illud, quod traditur: heredem cum inuentario, qui scit, alios creditores, & quidem primò venientibus potiores adhuc, reliquos esse, si absq; cautione præstita primò venientibus soluerit, in dolo esse, adeoq; nullam ex istiusmodi solutione liberationem consequi. *tradente in medium duo Br.d l.vlt.§.etsi præfatam.n.1.oppositi. 3. & ibi Angel & Paul.de Castr.n.4. C. de iur. deliberand. per l.dolo.ff.ad l. Falcid.*

146 Nam primò, opinio verior in contrarium est, ob generalitatem textus in d. §. etsi præfatam ibi nec ipsum heredem inquietare concedantur, item ibi: contra ipsum heredem qui quantitatem rerum hereditariarum expenderit, nulla actio extendatur. Veluti & hanc contrariam opinionem, heredem etiam scientem alios adesse, tutum tamen & securum effici, & inquietum reddi non posse, sectati sunt. *Bl. in d. §. etsi præfatam.nu. 5. & ibi Corn.& Montic.n.82.*

147 Nec obstat. *d. l. dolo. ff. ad l. Falcid.* Loquitur enim de legatarijs, & non de creditoribus, inter quos tamen ingens discrimen est. *per l. si vniuersa.C. de legat.*

148 Deinde loquitur etiam de herede, qui inuentarium non fecerat. Nec enim tempore Pauli ICti, qui autor d.l. dolo est, beneficium inuentarij ad inuentum adhuc, tantoq; minus publicum factum vnquam erat. *d.l. vlt in pr.C.de iur.deliber.Montic.in tr.de consect. inuent. in pr.nu. 3.*

Tertiò potissima decisionis, quæ in textu l. dolo. habetur, ratio, in eo consistit: quod heres mota iam lite, legatarijs absq; cautione soluerat. *Vt rectè expendit Ioh.de Imol. ibi.*

Non itaq; hùc pertinet l. dolo. ff. ad l. Falcid. quæq; hinc astruebatur assertio.

Quod si in contrariam sententiam eundum esset: tamen adhùc illud partes Aduersariorum, ne tantillum quidem subleuaret: vtpote cum & hæc affirmatiua opinio, locum non habeat, nisi ibi: vbi heres sciebat, creditores, quibus satisfactum nondum erat, his, quibus soluebat, potiores esse. *Vt hoc expressim docent Br.Angel.& Castr.d.§. & si præfatam.*

Desunt itaq; ei supposita eius. Nam ne hac quidem hora, certi sumus, quis creditorum, futurus sit primus, quis autem postremus.

Quinimò tempore factæ solutionis in id solum eratis intenti, vt omnibus plena solutio contingeret, neue opus esset, prioritatis causa litem exordiri.

Sed & parati etiamnum estis, aduersus illos, quibus solutum iam est, actiones, quas per solutionem consequebamini, creditoribus id petentibus, cedere.

149 Quare ab omni impetitione eorum creditorum, qui nunc suum exigunt, vel hac solùm ratione liberati estis. Cum iuris sit certissimi, quod in omni casu, in quo soluens, vel putatiuo, vel omninò falso creditori, liberationem plenam non consequitur: sufficiat eum, actiones aduersus eum, cui soluerat, cedere paratum esse. *Vt est text. ad literam. in l. cum quis. §.1. & ibi Br.& DD.ff.de solut. & in l. si is cui.in fin.pr. ff.eod. tit.*

Non enim ad id obstricti eratis, vt excitaretis creditores dormientes: sed creditorum & fideiussorum erat vigilare: heres autem crabrones (vt in prouerbio est) excitare non tenetur. *Montic.ad d.l.vlt.n.81.C.de iur.deliberand.* 150

Pergunt deinde Aduersarij, & vobis molestiam creare, ob consensum qui vobis indulgebatur à Principe, annituntur.

Cuius rei has afferunt causas: quod assensus superioris, mortuo iam N. debitore, à vobis primum sit impetratus: quod vnius creditoris immissio in bona debitoris, reliquis omnibus prosit: quod pignus, quod in re debitoris, omnibus creditoribus, æquè competit, omnibus etiam prosit: & deniq; quod vnus creditorum, re non amplius integra, sibi prospiciens, & quod sibi debebatur, exigens, in portionem vocetur: Ceterisque exæquandus sit.

Verum has ego causas omnes, ne tanti quidem fecerim.

Nam primò in eo, peccati nihil est, quod assensus concessionem indulgeri vobis effecistis. Iura enim vigilantibus scripta sunt. *l.pupill.in fine.ff.quæ in fraud.creditor.l.non negligentibus.ff.quib. ex caus. maior. Ascan. Clement. in tr. de patr.potest.eff.4.n.20.Gail.obseruat.108.n.5. obseru. 118.n.3.lib.1.Marin. Freccian tr. de subfeud. lib. 2. q.16.n.5.* 151

Sed & nemo omnium creditorum prohibebatur, quin assensum similem, si collibitum fuisset, nanciscereturi: sed & vestræ solum defidiæ ascribendum erat: siquidem alij vos in impetrando assensu, præuenissent.

Insuper in longè maiori quoq; periculo vos constituti eratis, quàm reliqui creditores omnes. Nam præter multa millia, quæ tutorio nomine mutuo acceperatis, & in vsum pupillorum conuerteratis: plurima etiam millia erant, pro quibus fideiussorio nomine, fidem vestram obstrinxeratis.

Nemo itaq; vobis tam iniquus erit, qui id vobis vitio verteret. Etenim vbi maius est periculum, ibi plus cautionis adhibendum est. *c.3.de electionlib.6.l.1.§.sed & si quis. ff. de Carb.edict.gl.in c.vltim.in v.personaliter. ext. de offic. delegat.Lup.ad c.per vestras.§.33.n.4.ext. de donat. int. vir. & vxor. Carocc. in tr. de locat. tit. de dol. & culp. nu. 2.* 152

Ceterum ad illud quod attinet: quod mortuo iam debitore, assensum demum superior vobis concesserit: id respondetur: etiam

etiam hanc exceptionem, ne flocci quidem faciendam.

153 Cum nulla adsit iuris dispositio, post mortem debitoris, assensum Domini feudi impetrari, prohibens: Ideoq; meritò audiunt iam Aduersarij illud: quod sine lege loqui erubescendum sit. *§. consideremus auth. de trient. & semiss. c. 1. §. ober atus. De feud. cognit. Lup. ad c. per vestras. notab. 2. §. 1. n. 21. ext. de donat. int. vir. & vxor. Ronchegall. ad l. reos in pr. n. 21. ff. de duob. reu. Rol. à Vall. conf. 30. n. 29. vol. 4.*

154 Et vt liqueat adhuc magis nullitas exceptionis, addamus illud: quod extra controuersiam positum sit, quod consensum Domini, ad feudorum alienationes (cuius nomine hypothecæ quoq; datio venit, vt vel sexcentis Doctorum autoritatibus in id adductis comprobauit *Rosenthal. in Synopſ. feud. concl. 13. n. 1. text. in c. 1. in pr. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.*) quod attinet, quocunq; tempore, siue ante, siue post actum, adhibere sufficiat. *Iaſ. ad l. vlt. n. 54. C. de iur. emphyteut. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 11. n. 65. verſ. ceterum. Cantunc. conſil. 1. n. 88. Burſat. conſil. 49. n. 25. & conſ. 50. n. 28. Vbi hanc magis communem opinionem atteſtantur.*

155 Quod item Domini ratihabitionem, ad ea, quæ circa alienationem perpetrabantur, ex internallo accedere satis sit. *Vtz ex conſenſu Alnatott. Laudenſ. Iſern. Bl. Rauennat. Præpoſ. Zaſ. Mozz. Iacobin. Pariſ. Schurff. Natta. Crauet. Socin. Tun. Burſat. Decian. Menoch. Camer. Dec. Kirchoff. Mynſ. & Zoſenbec. qui hanc communem, magis communem crebriorem, veriorem, quæq; extra pugnam in vſu obſeruetur, atteſtantur, docuit nos Hermann. Vult. in d. tr. feud. lib. 1. d. c. 11. n. 65. ad fin. verſ. hinc ratihabitio. Roſenthal. in Syn. d. c. 9. membr. 1. concluſ. 28. nu. 5.*

156 Quod deniq; (nec enim per emendicata suffragia ire libet) verior sit opinio existimantium, non solum viuente adhuc eo, qui feudum alienauerat, & per consequens hypotheca esse, iusserat: verum etiam eodem iam mortuo, alienationem rectè à domino feudi ratam haberi posse: *Prout hoc in iudiduo tradidit multiq; comprobauit Roſenthal. in Synopſ. c. 9. concl. 30. n. edit. parua, quem refert & ſequitur Vult. d. n. 65. in fin.*

Aberrasse itaq; toto cœlo Aduersarios, dubium non est.

157 Sic quoq; refutatu difficile non est, quod præterea adducebatur ab Aduersarijs, videlicet: quod vnius creditoris immissio in bona debitoris, reliquis omnibus prosit: iura enim quibus hoc theorema innititur, de missione, quæ ex primo decreto fit, loquuntur, *Pro vt leges hasce intelligunt DD. omnes ad d. l. cum vnus. ff. de bon. autorit. iudic. poſſid. Coler. in tr. de proceſſ. executiu. p. 1. c. 2. n. 52. & p. 2. c. 3. n. 399. Frider. in tr. de proceſſ. an Camer. extrah. lib. 3. c. 15. n. 1. Petr. Vander. in tr. de priuileg. creditor. c. 16. nu. 7. cum præcedent.*

Peregrinum itaq; dogma istud, à casu nostro est.

Sed & in creditoribus pluribus, eiusdem 158
tituli, & conditionis, puta, quia omnes sunt creditores, ex contractu, vel ex testamento, vel ex causa damni infecti, solùm procedit. *gl. in d. l. cum vnus ad v. ex creditoribus. & ibi Br. n. 9. ff. de bon. aut. iudic. poſſid. Coler. d. n. 399. Frider. d. c. 15. n. 7. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. memb. 3. p. p. n. 10 fallent. 5.*

Atenim hic, dispar est ratio, vestrorum, & reliquorum creditorum, ob consensum, in quo vos innitimini, quo autem carent creditores reliqui. Etenim si feudum domino 159
feudi inconsultò hypothecæ datur: istiusmodi datio, ipso iure nulla est. *Bl. in c. 1. §. aut si libellario. n. 4. & ibi Præpoſ. n. 3. Aſſict. n. 11. m fin. quib. mod. feud. amitt. Neguz. ant. in tr. de pignorib. in 2. membr. 2. p. p. n. 30. & in 3. membr. 2. p. p. n. 78. Tiraq. de retr. retr. p. 1. §. 26. gl. 2. n. 11. Schrad. in tr. feudal. p. 12. n. 90. 99. & 100. Coler. in tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 11. n. 154. Vult. in tr. feud lib. 1. c. 10. n. 43. & tradunt alij quamplurimi à Roſenthal. adducti in Synopſ. c. 9. memb. 1. concl. 14. n. 3.*

Et è diuerso, illa demum valida, constans- 160
que, est feudi hypothecatio, cui domini consensus accedebat. *c. 1. §. & ſi clientulus. de alienat. feud. c. 1. §. ſimiliter. de leg. Corr. c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Lot. c. 1. de prohibit. feud. alien. per Fruder. & ex conſenſu Curtij Sonsb. Borch. Blanc. Ardizon. Zaſ. Hannecton. Mozz. Schrad. Schneid. Vult. Tiraq. Chaſſan. Clar. & Schurff. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Roſenthal. d. c. 9. membr. 1. concluſ. 28. nu. 1.*

Facilè hinc computari iam potest, aliam esse rationem vestri crediti: aliam verò illius quod reliquis creditoribus debetur.

Quare vestra quoq; immissio, illis pro- 161
desse non potest. Atq; ita in specie, quod immissio vnius creditoris, qui hypothecam habet: alijs qui hypotheca destituuntur, non prosit, *decidunt Bl. in authent. & qui iurat. n. 10. C. de bon. autor. iudic. poſſid. Salycet. ad l. vltim. n. 7. C. eod. titul. Neguz. ant. in d. tr. de pignorib. in 2. membr. 3. p. p. n. 10. verſ. ſecundò reſtringe.*

Nec obstat, quod attamen feuda Marchiæ Brandeburgicæ, obnoxia sint, æri alieno Vasalli in subsidium, & bonis allodialibus deficientibus. Idq; ex pactis conuentis, quæ princeps, cum statibus Prouinciarum suarum, iam dudum inierat.

Nam idipsum non diffiteor. At interim non minus quoq; certum manet illud, quod potius quoq; ius inter creditores, etiam apud Nostrates foueat ille, qui prius à feudi domino assensum impetrarat. Vt hic stylus curiæ supremæ principis Nostri omnibus est notissimus, & vel sexcentis præiudicijs, in id, in ore esset omnium, idipsum confirmare possem.

Atq;

Atq; his simul refutatur quoq; illa Aduersariorum allegatio: quod pignus, quod in re debitoris, omnibus creditoribus æquè competit, omnibus etiam profit.

Nam cum illud: æquè, &c. verum hic efficit nullo modo quidem. Cum inæqualis sit conditio illorum, ad quorum hypothecam super feudo constituram Domini assensus accesserat: & item illorum, quibus hic Domini assensus deficit: iam innuersio, seu retortio locum sibi vendicat: atq; inde elicitur contrarium huic axioma: nempe: quod pignus, quod in re debitoris, omnibus creditoribus, æquè non competit, omnibus etiam non profit.

162 Inuersio autem optimus contrariorum dissoluendorum modus est. *Euerard. in topic. in præambul. n. 18 Martin. Coler. in tr. de alimentis lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundò.*

Et deniq; leuiusculum quoque illud est: quod vnus creditorum, re non amplius integra, prospiciens, & quod sibi debebatur exigens, in portionem vocetur ceterisq; exæquandus sit.

Nam primò: supposita quibus fulciatur allegatio hæc, non habet. Cum edoceri nunquam possit, vos, id quod vobis debebatur, vnquam exegisse. Cum item non minus verum non sit: vos re non amplius integra vobis prospexisse, & per consensus superiorius impetrationem vobis consuluisse.

Nam si hoc certò resciscere potuissetis, ad extremum omninò, ad processum de prioritate creditorum accedendum esse: satisfieri item creditoribus omnibus non posse: iam hac imbuti fuissetis ratione, qua deprehendere potueratis, satius vobis esse, ab administratione horum bonorum, in totum abstinere, quam causæ nimis fauciæ, etiam per hypothecationem bonorum vestrorum, nec non per durissimam obligationem, fidei, famæ, honoris exiitimationisq; vestræ, remedium afferre velle conari.

Et è diuerso turpe nihil commisistis dum in hac incertitudine constituti, quinimò meliora etiam sperantes, quam postea euenerant, vobis, reiq; familiari vestræ, consule-
163 re volueritis. Officium enim suum nemini damnosum esse debet. *l. si quis ex signatoribus. ff. quemadm. test. aper. l. posl legatum. §. aduocatum. & l. tutorem. ff. de hu. quib. vt indign. l. filio. ff. vt leg. nom. cau. Cravett consil. 325. n. 5 Sebast. Sap. ad l. 1. n. 1. ff. quod quisq; iur. Iohan. Bapt. Sanctoseuerin. ad l. cunctos populos. n. 64. C. de sum. Trinit. & fid. Catholic.*

164 Quod & in specie in tutore verum est: nam nec ille quidem, ob officium quod gerit, damni quicquam sentire debet: nec item de suo quicquam erogare cogitur. *Paul. Montan. in tr. de iur. tutel & curat. c. 36. reg. 2. n. 3. & c. 40. n. 3. & 4. Surd. consil. 365. n. 25. vol. 3.*

165 At esto, vos, debita vestra, iam, & re quidem amplius non integra, exegisse fingamus: non tamen Aduersarij, etiam ob id, quò volunt, peruenient. Rectè enim dicitur, quod tum demum creditor, cui primò solutio facta erat, id quod perceperat, teneatur, communicare cum creditoribus, postea venientibus, si ius eorum, vndiq; æquale fuerit. Pro vt hoc in indiuiduo docuerunt *Affict. decis. 190. n. 1. Sichard. ad d. l. vltim. §. & si præfatam. n. 9. C. de iur. deliber. and. perl. si non expedierit. §. pupillus. vers. si vtroq;. ff. de bon. autor. iud. possid.*

Atenim hic, æqualitas nulla subest: cum 166
vt superius iam recensuimus, eius hypotheca in feudis sit potior, qui primus Domini consensum impetrarat. *Dan. Muller. ad Consil. Sax. p. 2. consil. 25. n. 2. arg l. potior. ff. qui pot. in pignor. hab. iunct. c. 1. §. strenuus. De feud. cognit.*

Et præterea, hæc doctrina, hoc quoq; vlte- 167
rius pacto astringitur, vt creditor prior, posteriori creditori, qui paris est cum priori conditionis, in subsidium tantum, & excusa iam hereditate debitoris, teneatur communicare id, quod perceperat. *Br. in d l. si non expedierit. §. si pupillus ante nu. 1. ff. de bon. aut. iud. possid. Hieron. de Martino in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 190.*

Quod item in id, condictione indebiti 168
vel sine causa, opus sit *gl. in d. l. si non expedierit. §. si pupillus in v. communicandum. & ibi Br. n. 1. ff. de bon. aut. iudic. possid. Gail. observat. 25. n. 1 1. lib. 2.*

Atenim hic excusso hereditatis debitoris facta: aut condictione indebiti, vel sine causa, quibus in id opus erat, actum non fuerat.

Postremò, si ita vos, in fugam vertere posse, spem concepisse Aduersarios conspicor: si euicerint: inuentarium, quod conscriptum fuerat, non heredis, sed tutorum inuentarium esse.

Verùm quam non consistant argutiæ hæ, 169
id apparet ex eo, quod communem habeamus interpretum traditionem, quod tutoris inuentarium tunc prosit pupillo, quando in inuentario tutoris, adhibentur eæ solennitates, quas satis erat adhibuisse, & in inuentario heredis, & in inuentario tutoris, *tradente Montic. in tr. de inuent. hered. c. 5. n. 61. Borgnin. Caudcan. in tr. de tutor. & curator. n. 108.*

Seu quando tutor id conficit, non solùm, 170
vt tutor, sed etiam respectu & intuitu heredis, vtrq; is, hinc beneficium inuentarij consequatur, eas quoq; solennitates adhiber, quas loci consuetudo, in inuentario heredis interuenire desiderabat, tradente rursus in indiuiduo *Sichard. ad l. vlt. §. sin autem dubius. n. 17. C. de iur. deliber.*

Et deniq;, quando habemus consuetudi- 171
nem introducentem, quod tutoris inuentarium pupillo quoq; prosit, tradente in indiuiduo *Capoll. d. caut. 226. n. 2.*

Atenim

Atenim huic moribus Regionis, nulla alia solennitas, in confectione inuentarij tutoris: quàm in confectione inuentarij heredis requiritur: & vtroq; casu sufficit conscriptum illud esse, per tabellionem publicum: omnia item fideliter in eo recensita fuisse.

Vt taceam ex ipsa præfatione inuentarij nostri colligi, qua mente atq; intentione, conscriptionem eius exorsi fueritis: nempe, vt prodesset & vobis, & viduæ, & heredibus. Quorsum enim aliàs viduæ, heredumque protestationem, hîc inseri oportuisset?

Sed & apud nos in Electoratu Brandeburgico in vsu non est, vt aliud inuentarium conscribat tutor: aliud verò heres.

172 Atque hæc obseruantia irrationabilis non est, ne scilicet inanibus sumtibus, hereditates, quæ aliàs multo iam ære alieno obrutæ sunt, diuexentur. Constat enim, istiusmodi inuentariorum confectionem, non sine sat magnis impensis, peragi posse: *tradente in specie Cap. d. caut. 226. nu. 2. vers. verum.*

173 Video quid excipiant aduersus hæc Aduersarij: Doctori mepe de consuetudine attestanti, non esse credendum.

Verùm cum incertum sit, vtra hac in parte sectanda sit opinio, affirmatiua ne, an negatiua. Cum vel sexcenti *ab Anton. Gabr. Roman in tr. regal. lib. 1. tit. de probation. conclus. 4. n. 1. congesti*, castra affirmatiuæ sequantur, & *ex*
* *ijs ibidem nominatis, hanc communem attestentur. Dec. Bertrand. & Paris. in locis, quos ibi Gabrielius Romanus indicat.*

Sed & præter ibidem recensitos, amplectuntur eandem *Cotta in memorab. in v. Francigena. Lup. ad rubric. §. 21. n. 1. Ext. de donat. int. vir. & vxor. Caball. in tr. de euiction. §. 3. n. 37. vbi hanc*
* *communem esse exclamat. Strach. in tr. de decoct. p. 5. n. 6. Curt. in tr. feudal. 4. p. p. n. 91. in fin. Dilect. in tr. de art. testland. sit. 5. caut. 35. n. 3. Syluan. in tr. feud. q. 1. n. 36. Wesenbecc. in tr. feud. in Proëm. n. 4. Capyc. dec. 176. n. 20. Mynsing. obseruat. 96. cent. 5. vbi hanc in Camera Imper. receptam in testu est. Medic. in tr. de ll. p. 2. q. 14. n. 4. vbi hanc esse communem attestatur Rayner. Budel. in tr. de re nummar. lib. 1. c. 24. n. 35. Consil. Lup. quod extat post quæst. Pistor. 27. lib. 2. n. 14. & rursus n. 33. Vincent. Carocc. decis. 78. n. 8. vbi hanc esse veriorem & magis receptam testu est: & Socin. Iun. Hercul. Festus, Corat idem volentes allegat.* **

Tutò huic exceptioni confidere non possumus.

Quinimò, ne tunc quidem, id assequeren- 174
tur, quod volunt Aduersarij, quantumuis negatiua opinio fouenda foret; cum & hæc explicetur, vt non procedat, quatenus Doctor aliquis, attestatur de consuetudine, vsu, & obseruantia, illius iudicij, in quo diu multumq; versatus est. *Dilect. d. tr. de art. testi. tut. 5. caut. 35. Lup. d. §. 21. n. 1. Anton. Gabriel. Rom. d. concl. 4. n. 2. Mascard. in tr. de probat. concl. 528. n. 6. Andr. Knich. ad priud. Saxonic. ad v. Ducum Saxon. c. 4. sub vers. tertia obiectio. mihi fol. 100. vbi Burfat. Riminald. Iun. Franc. Hercul. Bertaz. Camill. Gallin. & Ioseph. de Rustic. in id adducit.*

Atenim hîc de obseruantia illius iudicij, in quo diu, multumq; versati fuimus, testimonium ferimus.

Et præterea illud controuersia caret, quod 175
Doctori de consuetudine attestanti ad minimum credendum sit præsumtiuè: & donec contrarium probetur & edoceatur.

Vti complurimis in id Doctorum autori- *
tatibus adductis, decidit, communemq; esse attestatur. *Mascard. in tr. de prob. d. concl. 528. n. 5. Nicol. Intrigl. in tr. feud. q. 9. n. 75. & seqq. Knich. ad d. priud. Saxon. ad v. Electorum. c. 3. vers. expedit. mihi fol. 19. Alex. Turram. ad l. cum de consuetudine. nu. 7. ff. de ll.*

Edoceant itaq; de contraria obseruantia, si possunt, iudicem Aduersarij.

Ceterum persuasum omninò habeo ex his, ius, æquitatemque vobis fauere, & ideò facilè vos in causa superiores futuros. Id quod vt fiat, seriò vobis precor, optoq; F. P. D.

CONSILIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1. Testamenti originale deferri debet ad iudicem competentem.
2. Testamentum publicari debet, conuocatis testibus omnibus, qui testamenti conscriptioni interfuerant: & aliis omnibus, quorum interest. n. 3.
4. Testes conuocati vt intersint testamentorum conscriptioni, sigilla & subscriptiones suas recognoscere debent: sed & de totius testamenti tenore deponere, in testamento nuncupatiuo.
   Si id petierint heredes. n. 5.
6. Testamentum publicatum redigitur in publicam formam, & tabulis testamenti ita in publicam formam redactis, perpetua deinde adhibetur fides.
7. Publicatio testamenti fieri debet intra tertium vel quintum diem à morte testatoris.
8. Publicatione testamenti non indigemus, si interuenerat in confectione eius, publici Notarij persona, siue hoc casu testamentum in scripris confectum, siue nuncupatiuum fuerit. n. 9.
10. Publicationis testamenti hodie ferè nullus amplius vsus.
11. Publicationis testamenti potissima causa quae olim fuerat.
    Heredes extranei olim Reipublicæ, si inopes non erant, exoluebant vicesimam, ibi.
    Publicatio testamenti olim apud magistrũ census, tantum fiebat. ibid.
12. Magister census hodie esse desyt.
    Vicesima hereditatis Reipublicæ amplius non dissoluitur. ibid.
13. Abschoß / hodiè soluitur Reipublicæ eo casu, cum hereditas peruenit, ad alterius ciuitatis, vel prouinciæ incolas.
14. Etiam in Marchia Brandeburgica Abschoß soluitur, quando hereditas, in aliud oppidum, vel prouinciam aliam, transfertur.
15. Testamentum hodiè tricesimo demum die, post mortem testatoris aperiri solet, moribus Saxonum & etiam Nostratium, in Marchia Brandeburgensium. & n. 16.
17. Testamentum inter liberos, publicatione non indiget.
18. Testamentum totum vitiatur, ob omissam relectionem tabularum testamentariarum, eo casu, quando Notarius iussus erat, testamentum conscribere.
    Et hoc casu, ne iure Codicillorum quidem valet. ibid.
19. Testamentum inter liberos relegi necesse non est.
20. Testamentum patris imperfectum valet etiam ratione filiorum.
21. Testamentum inter liberos valet, etiamsi vigore eius, ex vncgis paribus, liberi non succederent.
22. Testamentum patris, ob non factam relectionem eius, nullum sit, si praeterea inaqualiter in eo liberi heredes scripti fuerint.
    Id quod verum est, secundum ius Hispanorum tantum. n. 23.
24. Frustra suscipitur disquisitio, de vi & efficacia eius, quod non est.
25. Testator tutori, inuentarij confectionem remittere potest.
    Extenditur ad tutorem testamentarium, legitimum, & datiuum. ibid. (nisi est.
26. Cui licet, quod plus est, licebit vtig, quod minus.
27. Inuentarij confectio, quomodo rectè remittatur.
28. Inuentarij confectio, etiam heredi remitti potest.
29. Testatorem inuentarij conscriptionem remittere non posse, sunt qui sentiunt.
    Sed contrarium magis receptum est. n. 30.
31. Opinionem magis communem sequi tenemur.
32. Inuentarij confectio remitti potest non solum ratione legatariorum & fideicommissorum: verum etiam coheredum. & n. 33. (34.
    Fallit autem quo ad creditores testatoris. n.
35. Liberi, saltem post obitum patris, ratione legitimæ suæ, creditores rectè dicuntur.
    Legitima est alienum paternum rectè dicitur. ibid.
36. Inuentarium si parens conscribere prohibeat, in fraudem legitimæ, pondus aliquod prohibitio hæc non habet.
37. Inuentarij confectio, & si remittatur, oportet attamen adhuc, qualemcunq, bonorum annotationem fieri.
38. Tutor tenetur ad qualem qualem bonorum descriptionem, quantumuis ei inuentarij confectio, & liber rationũ simul fuissent remissa.
39. Vsufructuarius tenetur bonorum annotationem ad minimum conscribere: etiamsi ei, conscriptio inuentarij remissa esset, per talem qui in id, peculiarem principis concessionem impetrasset.
40. Pater administrator legitimus bonorum filij, ad aliqualem ad minimum, bonorum filij annotationem, tenetur.
41. Patrem administratorem bonorum filij, ipsa lex ab inuentarij conscriptione liberat.
42. Fideicommissarius, potest ad inuentarium conficiendum, adigere heredem, qui restituere iussus fuerat: quantumuis testator eum, ab onere conficiendi inuentarij iam liberasset: Dummodo sumtus inuentarij, ipse fideicommissarius, perferre voluerit.
43. Tutorem, cui inuentarij factio per testatorem condonata erat, rectè ad id faciendum cogit iudex, si qua ex iusta causa subesse videbitur.

44. Vxo-

44. *Vxorem vsufructuariam, cui, ne inuentarium faceret, testator concesserat, iudex ad id aggrediendum, ex causa compellit.*

45. *Heredem, cui ne faceret inuentarium defunctus prohibuerat, iudex ad id exigere potest, si senserit, confectionis inuentarij omissionem, in fraudem legitimæ vergere.*
Legitimæ fauor maximus est. ibid.

46. *Pater præcipere potest liberis in testamento suo, vt partibus sibi assignatis, contenti sint.*
Pater potest adijcere pœnam priuationis hereditatis, illis liberis, qui partibus sibi assignatis, contenti non fuerint. ibid.

47. *Voluntatem testatoris ab herede decipi, valdè inhumanum est.*

48. *Testatori non obediens, iniuriam illi facit.*

49. *Non omnia iussa testatorum capessenda sunt, sed ea tantum quæ iusta sunt.*

50. *Voluntatem testatoris in ijs demum sequi oportet, quæ voluntati eius commissa sunt, non autem in ijs in quibus lex, necessitatem imponit.*

51. *Hereditatis priuationem non quælibet heredis inobedientia meretur, sed ea tantum quæ dolo fit.*

52. *Legitimam omnium, nî prius rectè addidicerimus, legitimam quoq; singulorum diffinire rectè non poterimus.*

53. *Testator heredē, legis beneficio priuare nequit.*

54. *Testator pro libitu testari potest, dummodo quam fraudem, legitimæ non faciat.*

55. *Testator non potest cum effectu prohibere, petitionem legitimæ, aut supplementi legitimæ.*

56. *Pater si in testamento suo prospexerit, ne quid liberi, vltra id, quod assignatum eis erat, petant: non tamen potest præiudicare petitioni legitimæ, aut supplementi eius. Quod verum est, etiamsi adiecisset, liberos perdituros omnia, si voluntati eius non acquieuissent. n. 57.*

58. *Legitimæ, supplementiq; eius petitione, testamentum impugnari rectè non dicitur.*

59. *Legitimæ suppletionem petere, non prohibetur filia maritata, quamuis, dum in viuis adhuc esset pater, testamentum eius approbasset, dummodò, eo vita functo, non agnouerit simul ea, quæ ei in testamento relinquebantur.*

60. *Legitima debet solui ex bonis immobilibus.*

61. *Legitimæ suppletio etiam ab illis filiabus rectè petitur, quæ quidem dotem, aut aliud quid simile, patre adhuc viuente acceperant, dummodò illud, quod datum illis fuerat, ad legitimam nondum accedat.*

62. *Facta verbis potiora sunt.*

63. *Pater qui semel depræhenditur maiori fauore, prolem masculam prosequi, etiam in alijs in hanc partem, procliuior magis esse creditur.*

64. *Patris, qui semel repertus fuit, plus fauoris masculis, quàm fœminis impendere, nudæ assertioni, totius rei summa, postea concredenda non est.*

65. *Patris confessio, ius legitimæ deterius faciens, non astringit filium.*

66. *Testator rei suæ, onera, quæ vult, conditiones item quæ vult, apponere potest.*
Etiamsi heres esset ex liberis. ibid.
Nec per id censetur, iniuria afficere heredes. ibid.

67. *Conditio à testatore adiecta, temerè reijcienda non est.*

68. *Legitima absq; omni onere, atq; grauamine relinqui debet.*
Onera, conditio, grauamen legitimæ adiecta, pro non appositis habentur. ibid.

69. *Legitima non minus filiabus quàm filijs, sine onere, conditione, grauamine relinquenda.*

70. *Aufferri dici non potest, quod tantū differtur.*

71. *In legitimæ exolutione, lex non magis tolerat dilationem, quàm totalem legitimæ ablationem.*
Parens filium heredem scribens in legitima, cum pubes fuerit, nihil efficit, sed conditio hæc reijcitur & filius statim heres fit. ibid.

72. *A legitima reijcitur onus omne, quantumuis testator id fieri prohibuisset, addita etiam pœna priuationis hereditatis.*

73. *Legitima respuit conditiones quaslibet, etiam leuissimas, atq; facilimas.*

74. *Conditio quoq; potestatiua, reijcitur à legitima indistinctim, siue ea dando, vel faciendo, vel velle tantum, perficiatur. n. 75.*
Item siue sit facilis, siue difficilis: siue item filium valdè aggrauarit, vel non. n. 76.

77. *Conditio potestatiua quid.*

78. *Nuptiæ non vnius, sed duorum consensu perficiuntur.*

79. *Diffinitio cui non competit, nec diffinitum.*

80. *Conditio mista quæ.*

81. *A diuina prouidentia, quam Ethnici, fortunam vocant, regitur, quod hic vir, hanc vxorem ducet.*

82. *Diffinitio cui competit, eidemq; diffinitum quoq; competere necesse est.*

83. *Conditio: si nupseritis, mista est, et non potestiua.*

84. *Fideicommissa fauore prosequenda sunt, maximè si instituantur familiæ conseruandæ gratia.*

85. *Substitutio quæuis digna fauore est.*

86. *Præmissæ vbi falsæ sunt, ibi conclusionem quoq; falsam esse necessariò consequitur.*

87. *Legitima fideicommissi onere grauari nō debet.*

88. *Legitima substitutionem vulgarem admittit, ex sententia aliquorundam.*
Cuius contrarium, receptū magis est. n. 89.

90. *Substitutio vulgaris, quibus verbis efformetur.*

91. *Dispositio, ad illam speciem substitutionis, trahi non debet, cui ipsa verba repugnant.*

92. *Substitutio pupillaris illis fieri nequit, qui pupillarem ætatem egressi iam sunt.*

Substitutio pupillaris, ibi contineri nequit, vbi persone qualitas refragatur. ibid.

93. *Fideicommissum reciprocum constitui potest etiam in legitima ex sententia aliquorundā. Contrarium autem, longè est receptissimum. nu. 95.*

94. *Substitutio reciproca quæ.*

96. *Fideicommissum reciprocum, onere non caret.*

97. *Onus & conditio, in fauorem liberorum, legitimæ adiecta, non vitiantur. & nu. 98.*

Quod verum est, dummodò testator expresserit, se id pro commodo saluteq; liberorum ita statuisse. n. 99.

100. *In Marchia Brandeburgensi usura semisses, rectè accipiuntur.*

101. *Ratione legis cessante, ipsa cessat dispositio.*

102. *Testari, quid proprie dicamus.*

103. *Testator legem vllam, illi dicere non potest, qui successor non est.*

104. *Testator suis tantum, non alienis rebus, legem imponere potest.*

105. *Testamenti factio ex alterius arbitrio dependere non potest: etiam si voluisset id testator.*

106. *Pater etiamsi bonorum maternorum administrator legitimus sit, non potest attamen diuidere ea inter liberos. si aliqui liberorum minorennes adhuc fuerint.*

107. *Pater de bonis maternis, etiam cum legitimus eorum administrator est, iure tamen non testatur.*

Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valet ibid.

108. *Pater non potest testari, de mundo, ornatu, & muliebri si is cedit, vxoris heredibus.*

Idem in marito. ibid.

109. *In Marchia Brandeburgensi dimidia pars hereditatis vxoris, ea altera dimidia defuncta, liberorum est. (contra.*

110. *Vxor non potest testari per maritum vel è*

111. *Testari quis de meo, me volente rectè potest.*

112. *Voluntas & consensus morte finiuntur.*

113. *Testator potest testari de re heredis, etiam eundem aggrauando, non minus, ac de re propria. & n. 114.*

Extenditur etiamsi hæc res, pro parte tantum heredis fuerit: item siue eius propria erat, siue eidem tantum debebatur. n. 115.

116. *Hereditas adita semel, proprium nunc heredis patrimonium, esse incipit.*

117. *Testator ita demum heredem, quo ad res ipsius proprias grauare potest: si eidem tantundem reliquerit.*

118. *Legitima liberis obuenit, iure speciali, & à iure hereditario separato.*

119. *Testatorem disponere posse de re heredis propria, quando fallat. & n. 121.*

120. *Interpretatio ad l. vnum ex familia. §. sed si vno. ff. de legat. 2.*

121. *Pater in bonis maternis vsumfructum tantum habet, quò ad vixerit: proprietas verò eorundem, & quidem plena, liberorum est.*

122. *Pater non potest alienare bona materna, etiam per testamentum.*

Alienationis appellatio, ad ius testandi, legandi & fidei committendi quoq; pertinet.

123. *Pater longè minus, bona materna per testamentum abalienare potest, si id vergat in legitimæ detrimentum.*

124. *Lex rei alienæ frustrà imponitur.*

125. *Onus est, si adiciatur rei alicui, hanc in feudum dandam esse.*

Feudum est seruitus. ibid.

126. *Legitimæ apponi non potest, vt ea in feudum detur.*

127. *Feuda & fideicommissa sunt æquiparata.*

128. *Legitima detracta, quod superest, illi validè adiicitur, onus, conditio & grauamen.*

129. *Feudum etiam accedente pacto, in re mobili constitui nequit.*

130. *Feudum in pecunia hodie rectè constituitur.*

Etiam in Marchia Brandeburgensi. n. 131.

132. *Pacta derogant, cuicunq; naturæ feudorum.*

133. *Feudum non desinit esse feudum, propterea quod ad successionem eius femine vocantur.*

134. *Feudum degenerans in ius, in quibus non degenerat, feudi proprij naturam per omnia sequitur.*

135. *Filiam etiam in feudo emto succedere, pactum putum, domini feudi beneficium est.*

136. *In Marchia Brandeburgensi, quandoq; femine, ad feudi successionem vocatæ sunt, deficiente prole masculâ.*

137. *Pactum impossibile & contra substantiam contractus feudi constitutionem destruit.*

138. *Allodium & feudum sunt species non solum diuersæ, verum etiam contrariæ.*

139. *Res quæ semel feudi naturam induit, allodialis amplius esse non potest, nec econtra. Dissentientium vno posito, alterum esse confestim desinit. ibid.*

140. *Species oppositæ, in idem subiectum cadere nequeunt.*

141. *Feudum, quod semel effectum fuerat, apud primum acquirentem, successoresq; eius, vt feudum perpetuò durare debet.*

142. *Allodium esse, apud successores incipere non potest, quod per primum acquirentem feudi naturam sortitum semel fuerat.*

143. *Feudum semel hereditarium, nunquam posthac hereditarium esse desinere potest.*

144. *Feudum quando ex pecunia constituitur, tunc addi semper solet, pecuniam hanc allodialium naturam exuisse, & feudi naturam è diuerso induisse.*

145. *Extinctum semel reuiuiscere amplius non potest.*

146. *In feudum recognosci potest is fundus, qui in Emphyteusin datus semel fuerat: sed & tunc vterq; contractus simul stare non minus potest. & præterea queunt hoc casu, masculi & feminæ, sicuti in rebus Emphyteuticis fieri solet, simul succedere. Contrarium n. 149. 147. Em-*

147. *Emphyteusis propius longè ad feudum accedit, quàm ad allodium.*
Argumentum ab emphyteusi ad feudum rectè procedit. ibid.
Non sic ab allodio ad feudum. n. 148.

150. *Feudum nouum in allodium conuerti potest.*

151. *Feudum non potest simul censeri feudum & allodium.*

152. *Ratio vbi diuersa est, ibi quoq; ius diuersum statuere necesse est.*

153. *Res vna potest censeri diuerso iure diuersis temporibus.*
Quod intelligendum quo ad qualitates rei: non autem quò ad substantiam. n. 154.
Homo idem hoc tempore censeri potest indoctus, hoc verò doctus: sed qui nunc homo est, cras bos, vel asinus censeri non potest. ibid.

155. *Feudum postquam semel ex re allodiali constitutum est, femina amplius non succedit.*

156. *Feudum reuertitur ad feudi dominum, postquam linea masculina, extincta est semel.*

157. *Femine succedunt in feudo, si vocatæ ad successionem in investitura fuerint.*
Quatenus scilicet nulli heredes masculi superstites sint. n. 158.

159. *Spes succedendi in bonis parentis damnatur.*

160. *Spes nulla ponenda, in morte virorum ollo inuenum, & bona valetudine viventium.*
Homo ad centum vsq; annos viuere præsumitur. ibid.

161. *Præsumitur quilibet habilis ad procreandam sobolem.*

162. *De euictione vnus diuidentium alteri tenetur.*

163. *De euictione vnus coheres alteri obligatus est.*
Etiamsi de euictione promissum nihil. nu. 164.
Aut iudicis autoritas accessisset. n. 165.
Item quantumuis hi diuidentes fratres fuerint. n. 166.

167. *Fratrum appellatione venit etiam soror.*

168. *Diuisionem si ipse fecerit testator, coheres coheredi de euictione non tenetur.*

169. *Diuisio à patre viuente facta, differt longè à diuisione, quæ per liberos post mortem patris fit.*

170. *Diuisio à patre facta, regulatur secundum iura vltimarum voluntatum: & habet se ad instar legati specialis. n. 171.*

172. *Euictio nomine legati specialis non debetur.*

173. *Inter diuisionem à testatore, & diuisionem per partes factam, quæ sit ratio differentia.*

174. *Euictionis præstatio omnis est. Vnde testator iubere non potest, vt vnus liberorum, qui legitimam tantum acceperat, alteri coheredi suo, qui acceperat, plus quam ratione legitimæ ei debeatur, euictionem præstet.*

175. *Euictio cessat, siquidem culpa factione emtoris, vel eius, qui loco emtoris est, res euicta fuerit.*

176. *De euictione actio non datur, aduersus venditorem vniuersitatis, ob res quasdam particulares euictas.*

177. *Euictio non oritur ex contractu, qui ad retinere & non ad dare ordinatur.*

178. *De euictione actio non nascitur ex pacto de non petendo.*

179. *Euictio silet, si principis facto res euincatur.*

180. *Principis factum, casus fortuitus est.*

181. *Casus fortuitus, ad euictiones non pertinet.*

182. *Euictio etiamsi aduersus eum, qui rem vendiderat, si facto principis res euincatur, non datur: restituere tamen eundem pretium quod perceperat, oportet.*
Intellige si ipse à principe, qui rem abstulerat, pretium prius accepisset. n. 183.

184. *Euictio nunquam præstatur, si rem euinci contingat ex causa noua, quæ emerserat, post perfectum iam contractum.*

185. *Futuri casus, venditione, vel diuisione iam perfecta, ad venditorem vel coheredem, non pertinent.*

186. *Actio de euictione non oritur, nisi vbi res per sententiam, euicta sam fuerit.*

187. *Aduersus diuisionem per testatorem factam, succurritur coheredi, ope exceptionis ad minimum, si res illi auferatur.*
Intellige vt n. 188.

189. *Exceptiones eluduntur replicatione.*

190. *Scienti res conditionem, omne auxilium denegatur: & per consequens ratione euictionis agere vel excipere non potest.*

191. *In Marchia Brandeburgensi, feminis curator, dum testamentum faciunt, vel actus iudiciales exercent, dari solet.*
Quod videtur ius Saxonum: quo olim in hisce quoq; terris vinebant, post se reliquisse n. 192. & 194.

193. *Curator, mulieribus iure Saxonum, in actibus omnibus, iudicialibus, & extraiudicialibus, ciuilibus, & criminalibus, dari solet.*

195. *In Marchia Brandeburgensi, in pactorum dotalium confectione, filiabus curatorem dari solitum non est.*

196. *Curator feminis etiam in terris Saxonicis, in conscriptione pactorum dotalium non attribuitur.*

197. *Renunciationi, qua filia desponsata, paterna successioni renunciat, sponsi consensus vel dissensus nil prodest, nil etiam nocet.*

198. *Pactum de non succedendo, nisi assuerit iuramentum, momenti nullius est.*

199. *Promissio sub fide nobili, bey Adelichen ehren, eum in filiarum renunciationibus, iuramenti instar est.*

200. *Pactum de non succedendo etiam absq; iuramento, dummodò alia verba solennia apponantur, constare potest: secundum sententiam aliquorum dum.*

201. *Filia sub potestate patria constituta, de non succedendo, rectè paciscitur.*

202. Filia etiam in minori ætate constituta, successioni paternæ rectè renunciat.

203. Pactum de non succedendo parenti, valet, etiamsi filia renuncians, certior facta non fuerit, de beneficio, quod illi competierat.

204. Inter filiam cui dos dabatur, antequam renunciaret, & illam, quæ dotem consequebatur demum, postquam iam renunciarat, non distinguitur: sed utroq; casu, de non succedendo renunciatio, valet.

205. Pactum de non succedendo, ad quod filia inducebatur, patris persuasionibus, etiam iuratum per se, & ipso iure, nullum est.

206. Iuramentum fulcrum vnicum est, quo sustinetur, de non succedendo pactum.

207. Renunciatio, qua filia successioni patris renunciatura, c. quamuis: de pact. lib. 6. renunciat, neptissima est.

208. Renunciari non potest. c. quamuis: de pactis. lib. 6.

209. Iuramentum est requisitum substantiale, pacti de non petendo.

210. Iuramentum pro forma, pacti de non succedendo, requiritur.

211. Iuramenti, & non præstationis fidei verbo, c. quamuis de pact. in 6. vtitur.
Dispositionem c. quamuis de pact. in 6. vt correctoriam iuris communis extendi non oportet.

212. Iuramenti appellatione, in significatione eius propria, iuramentum solenne tantum venit.

213. Iusiurandum quando requiritur pro actus confirmatione, nunquam sufficit fidei præstatio.

214. Fidei præstatio, cum de pacto de non succedendo agitur, iuramento non equipollet.

215. Testis, qui deposuerat tantum sub fide sua bona, vel an Eydes statt/attestatio, momenti nullius est.

216. Fidei præstatio, non introducitur, per verba: sub fide bona, sub verbo veritatis, sub honore, existimatione q; mea, nisi addatur: hæc verba esse debere iuramenti loco.

217. Præiudicium Cameræ Imperialis, quo transactio quædam, quæ promissio in vim iuramenti an Eydes statt/facta non fuerat, rescindebatur.

218. Iuramentum pro sua forma, amplius tactum libri Euangelhorum, non requirit.

219. Iuramenti forma adhuc hodiè, in eo consistit, vt dum iuratur, digiti alleuentur.

220. Mulieres hodiè iurant impositis duobus digitis, manus dextræ, mammillæ sinistræ.

221. Renunciatio de non succedendo patri, filiæ, quæ legitimam iam perceperat, valet, etiam absq; iuramento.

222. Renunciationibus omnibus apponi debet ista clausula, quod facta sit ex certa scientia, nullo iuris, vel facti errore intercedente sed ex animo & proposito deliberato.

223. Filia certior esse debet, de iure, cuius gratia, pactum de non succedendo init.
Vide n. 225.

224. Renunciatio Velleiani nihil valet, si de re, certior antè non fuit mulier renuncians.

226. Pactum renunciationum (vt vocant) qua filia hereditati matris absentis renunciat, etiam valuatum iuramento, effectum attamen nullum producit.
Quod magis longè procedit, si mortua iam fuerit mater. ibid.

227. Renunciatio hereditatis iam quæsitæ donatio est; & ideo absq; insinuatione non valet.

228. Filia minor, donans hereditatem cuius vires ignorat, reuocare potest eam, quantumuis iuramentum accessisset.

229. Hereditas statim quæsita esse heredibus creditur, ac quis moritur.

230. Legitima in generali dispositione, nunquam includitur.

231. Legitima, in renunciatione de non succedendo liberorum generali, non includitur.

232. Legitima mentionem specificam fieri oportet, si exclusi ab ea liberi renunciantes debent.
Nec nocet, quod in generali renunciatione, iuramentum interuenerit. n. 233.

234. Legitima sub qua verborum conceptione, rectè renuncietur.

235. Renunciationem iuratam multi sunt, qui ad legitimam vsq; extendi velim, etiamsi alia eius mentio non fiat.
Contrarium magis receptum est. n. 237.

236. Iuramentum vbi non habemus, ibi quoq; frustra, de efficacia eius, quærimus.

238. Pactum de non succedendo, quod filia patri viventi facit, nunquam ad legitimam extendatur, quantumuis iuratum fuerit.

239. Filia qua competenter satis dotata fuerat, per renunciationem generalem, excluditur à legitima.

240. Dos congrua, minor legitima, esse non potest.

241. Dos representat legitimam.

242. Dos cum legitima, vnum & idem, quodammodò sunt.

243. Remedium l. 2. C. de rescind. vendition. non datur mulieri, in pactis dotalibus etiam vltra iusti dimidium læsæ.

244. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. si testator ipsemet hereditatis rebus, precium certum dixerit, heredibus non datur.

245. Parentum conatus omnes in fraudem legitimæ suscepti, inefficaces sunt.

246. Parentibus si etiam liberorum intuitu, precium certum impune, rebus hereditarijs dicere licebit, aperta iam est fenestra latissima, qua liberi multa maxima parte legitimæ suæ, defraudari possunt.
Parentum inceptum, si vergat in euersionem scientiæ legalis, approbari nullum habere debet. ibid.

247. Remedio l. 2. de rescind. vendit. quomodo in pactis dotalibus, locus non sit.

248. Di-

248. *Dictum Doctoris secundum legem quam allegat intelligendum.*

249. *L. si fideiussor. §. meminisse ff. de leg. 1. intelligi non potest, de remedio l. 2. C. de rescind. vendit.*

250. *L. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. Iulianum habet autorem qui Hadriani aetate florvit.*

251. *L. 2. C. de rescind. vendit. à Diocletiano lata est.*
Diocletianus secutus est Hadrianum, per 130 annos, vel sesquicentum etiam annis, ex supputatione Leandri.

252. *L. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. non loquitur, de legitima.*

253. *Legitimae parentes, eorum iure nocere poterant.*

254. *Legitima supplementum peti potest, conditione ex lege, quamuis non competat, remedium l. 2. C. de rescind. vend. eo casu, cum testator, certum rebus suis pretium dicit.*

255. *Conductio ex lege, quae pro legitimae supplemento datur, quomodo recte proponatur.*

Vidi, vir Nobilissime, atq; strenuissime, ea documenta, quae ad me miserat. Et quantum ex relectione earundem diligenti, assequi poteram, rem totam in resolutione vera, septem sequentium quaestionum, versari putarim.

Primò vt videamus an ne Testamenti tabulis, ad formalia eorum quod attinet, quicquam desit?

Secundò: An iusta sit prohibitio patris, interdicentis, ne filij, filiabus inuentarium de paterna hereditate conscriptum, ederent?

Tertiò: An filiae virgines, hoc onere affici potuerint, quo praecipiebat Testator, vt ys ita demum, à fratribus paternae, maternaeue successionis nomine debita, persoluerentur, siquidem nuptui locarentur, quodq; ijs, si nuptijs non celebratis diem supremum clauderent, soli fratres, sororibus maritatis exclusis, succederent?

Quartò, Quid de illa dispositione paterna sentiendum, qua cauerat, vt pecunia parata omnis, quae reliqua, siquidem filiae suum recepissent, esset, in feudum daretur: quodq; pecunia haec, tamdiu feudi naturam sortiretur, quamdiu quispiam, ex filijs suis descendens masculus, superstes esset: his verò deficientibus, pecunia haec rursus confestim, nullo extrinsecus accedente, allodium esse inciperet?

Quintò quid verò, de illa patris prouisione statuendum, qua mandarat, vt filiae fratribus, eiectionis nomine essent obligatae: siquidem à debitoribus suis, quod his mutuum datum fuerat, exigere non potuissent?

Sextò Anne tibi nocere quicquam possit renunciatio illa, quam tu, vxorq; tua, in pactis dotalibus, accedente ex parte mulieris curatore, sub fide vestra nobilis, fecerati.

Septimò: Ratane denique sit ea testatoris iussio, quae habebat, vt minimo precio, & cui vltra dimidium iusti laesio inerat, animalia & sese mouentia, fratribus diuiderentur?

Dicamus itaq; de singulis harum septem quaestionum.

I.

Porrò de PRIMA quaestione sic habeo: non facilè in eo quicquam, nec ratione tabellionis, nec testium, nec subscriptionis, aliarumque solennitatum testamentariarum reperiri, Vnde oppugnari, aut quod magis est, euerti possit.

Quinimò statuam, necesse est, testamentum hoc ritè confectum esse, atq; ideò, vt testamentum solenne in scriptis, vel ad minimum vt testamentum inter liberos omninò valere.

Nam etsi velimus dicere: deesse attamen testamento huic publicationem talem, qualem iura desiderant (prosperarant enim iura: quod testamentum omne, in originali ad iudicem competentem deferri debeat. *l. 2. & ibi Cyn. n. 1. Bl. n. 2. Salycet. n. 2. Dauth. n. 3. Sichard. nu. 3. & DD. C. de testament. l. testamenta, & l. consulta dualia. C. eod. tit. Mantic. in tr. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 6. nu. 7. Cont. lect. subsec. lib. 2. c. 16.* 1

Ibiq́ue conuocatis in id, testibus omnibus, qui testamenti confectioni interfuerunt. *d. l. 2. ibi Br. n. 1. Bl. n. 2. & 5. Angel. nu. 4. Salycet. n. 2. & 5. Castr. n. 7. Iason. 5. Dauth. n. 4. Sichard. n. 2. & DD. C. de testam.* 2

Nec non ijs, quorum interest. *DD. modò adducti Iacob. Put. inter consil. vlt. volunt. Zilett. consil. 121. n. 9. volum. 1. Roland. à Valle consil. 36. n. 11. volum. 1. Mont. à Cueuan consil. pro amita vxor. quod extat post decisiones eius Regn. Arragonum. decisiou. 45. p. 1. n. 36.* 3

Si prius sub iuramenti religione, testes, sigilla & subscriptiones suas recognouerint, aut in testamento nuncupatiuo, etiam de totius testamenti tenore, deposuerint. *Cyn. ad l. 2. Bl. n. 4. Alberic. n. 3. Salycet. n. 1. & 3. Dauth. n. 5. C. de testam.* 4

Petentibus id heredibus. *Bl. ad d. l. testamenta. n. 3. C. de testam. Dauth. ad d. l. 2. n. 4. sequos. 3. C. eod. tit.* 5

6 Per iudicem debeat publicari, & deinceps in formam publicam redigi, quò dignæ fiant tabulæ, quibus æterna fides posthac adhibeatur. *Cyn. in d. l. 2. & ibi Br. n. 1. Bl. n. 2. & 5. Angel. n. 4. Salyc. n. 4. Dauth. n. 6. Suchard. n. 2. & 12. C. de t. flament. Roland Passeg. an 1r. de testament. Rubr. 62. n. 6. Inuert. autor: controuersar. quæstion. decis. Cam. Imp. ad V. testamentum, vbi totum processum, quo Camera Imperialis in publicatione testamentorum vti solet, describitur mucnies.*

7 Sed & necesse est, vt isthæc omnia, paucis à morte testatoris diebus, veluti tribus: vel quinq;, perficiantur. *Paul. sentent. lib. 4 tit. 6. Dauth. ad l. 2. n. 10. C. de testament. qui Barnab. Brisson. in id adducit.)*

Quæ omnia hîc facta non fuêre.

Vereor attamen plurimum, ne non hæc omnia tanti facere nequeamus, vt inde Testamenti euersionem, astrueremus.

8 Memini enim doctrinam, quam tradidimus hactenus, ita etiam à suis proprijs assectis astringi, vt nulla tunc publicatione opus sit, si cum conscriberetur testamentum, publici Notarij persona, adhibita fuerit: *Dauth. in tr. de testament. n. 454. vbi Br. Bl. Castr. Alex. Angel. Imol. Bologn. et Petr. Iacob. Dilect. & Montuel. autoritates in id adducit. Dauth. ad d. l. 2. n. 9. C. de testament.*

9 Nec distinguemus, an testamentum in scriptis fuerit confectum: an verò nuncupatiuum tantum fuerit. Neutro enim casu publicatione indigemus. *Vti in individuo docuit Iohan. Sichard. ad d. l. 2. n. 1. C. de testament.*

10 Indeq; fit, cum hodiè, omnibus ferè testamentis, tabellio publicus adhibeatur: quod nullus ferè amplius publicationis testamentorum vsus sit, *Vt ex Duareno attestatur idem Dauth. ad d. l. 2. n. 9. vers. hinc fit. C. de testament.*

11 * Quinimò, receptum ferè inter iuris interpretes est, hodiè nunquam testamenti vires labascere, etiamsi pœnitus omissa, neglectaque fuisset publicatio. *Vti in individuo tradiderunt Alex. de Imol. consil. 105. in fin. lib. 7. Menoch. consil. 224. n. 44. vol. 3. & esse magis receptam opinionem testem* Ic præbet *Ernest. Cothm. consil. 39. n. 274. vol. 1.*

Cessat enim hodiè, potissima publicandorum testamentorum ratio. Quæ erat, vt ab exteraneis, isdemq; nec inopibus, heredibus, vicesima hereditatis pars, Reipublicæ solueretur, vnde etiam apud magistrum census, tantum, publicatio hæc rectè peragebatur. *Vti ex Duareno. Cont. Bodin. & Brisson. autor rursus est Dauth. ad l. 2. n. 3. C. de testam.*

12 Hodie verò magister census esse omninò desijt, vicesima item illa, Reipublicæ ærario persoluenda, iam dudum sublata est. *Bodin. de Republ. lib. 6. c. 1. Dauth. ad d. l. 2. n. 3. Cuiac. ad Paul. sent. lib. 4. d. tit. 6.*

Nec hodie testamentorum causa, Reipub. quicquam diffoluitur, nisi tunc, cum hereditas, ad alterius prouinciæ, vel ciuitatis incolas, defertur.

Tunc enim magistratui illius loci vbi hereditas sita est, certum vectigal (vulgò Abschoß) penditur. *Frider. in tr. de processib. in Camer. extrahend. lib. 2. s. 51. in fine.* 13

Id quod etiam constitutio nostra Marchica admittit. *Constit. March. Rubr.* von Kindergeld vnd Erbgeldt. §. wer aber. *& §. was aber.* 14

Quare cessasse quoq; publicationem testamentorum, haud immeritò concludimus.

Sed & hodie, necesse non est, testamenti tabulas intra tertium vel quintum post mortem Testatoris diem, statim aperiri: sed moribus Saxonum: (*wie sie beeder. in part. n. 7. ff. de acquir. hereditat. Dauth. ad d. l. 2. n. 10. C. de testament. Frider. d. tr. de process. in Camer. extrah. lib. 2. d. 6. fin fin.* 15

Quibus etiam Nostratium in Electoratu Brandeburgico mores conformes sunt, hoc post diem tricesimum fieri (Nach dem vier wochen tage) satis est. 16

Atq; si hæc omnia cessarent, non attamen adhuc infringeretur Testamentum nostrum.

Cogitandum enim, patrem hîc inter liberos testamentum conscripsisse: quinimò, vt ad minimum testamentum inter liberos valeret, iussisse.

Nam hoc cum ita sit, publicatione vlla rursus opus non est. Non enim testamentum inter liberos publicationem vllam desiderat. Vti hoc in individuo scriptum reliquit *Dauth. ad l. hac consultissima sub n. 23. vers. in testamento paterno. & n. 36. C. de testament.* 17

Considerabam deinde illud quoq;, quod tamen non appareret, hîc testamenti tabulas, postquam eas conscripserat Tabellio, coram testatore, & Testibus congregatis, relectas esse. Cum interim longe certissimi iuris sit, quod sola omissio relectionis tabularum testamentariarum, eo casu, cum de testamento Notarius instrumentum facere iussus est, vitiet totum testamentum, vsq; eò vt nec iure Codicillorum valere possit. *Angel. Aret. in tr. de testam. in gl. ad v. lectum & perfectum. Petr. Pecc. in tr. de testam. comm. lib. 3. c. 10. n. 4. Guilelm. Bened. in repet. c. Raynutius in v. in extremis positus n. 40. ext. de testam. Facult. Iurid. Louan. int. conf. Molin. consil. 32 n. 5. vol. 1. Collegium Iurid. Patauin. int. conf. vlt. volunt. diuers. conf. 1. n. 13. Schurff. conf. 11. n. 28 inter consil. diuersor. vol. 2. Ernest. Cothman. conf. 29. n. 96. & 97.* 18

Verùm ne sic quidem, Testamenti tabulas, tolli posse, animaduertebam.

Nam & quod de relectione dicitur, hanc patitur restrictionem, vt verum non sit, in testamento paterno inter liberos. Nam huic, iliusmodi quoq; relectionem, factam non esse, non nocet. *Guilelm. Bened. ad d. c. Raynutius in v. in extremis positus d. n. 40. extr. de testam. Marc. Anton. Natta in auth. quod sine. n. 1. C. de testament.* 19

Cuiacr.

Couarr. ad c. relatum. n. 12. extr. de testament. Menoch. in tr. de præsumt. tomo 4. p. 1 præsumt. 5. n. 7. ad fin. Roderic. Aluarad. in tr. de coniect. ment. def. lib. 2. c. 3. §. 1. n. 23. Ruin. conf. 1. n. 11. & 12. vol. 3. Cephal. consil. 99. n. 7. & 8. vol. 1. & conf. 409. n. 11. vol. 3.

Atenim hoc testamentum, ad extremum, vel vt testamentum inter liberos saltem, tuebimur.

20 Nec obstat, quod tamen præsens testamentum etiam filias concernat: nam & testamentum patris imperfectum, filiarum quoq; ratione, omninò valet, atq; efficax est. *l. hac consultissima. 6. ex imperfecto ponderando verbum: liberorum. & ibi Natta. n. 64. C. de testam. iunct. l. cognoscere. §. 1. ff. de verbor. signif. Alex. conf. 176. n. 9. vol. 5.*

Et eiusdem valoris illud quoq; est, quod attamen liberi hic ex portionibus inæqualibus, heredes scripti sint.

21 Nam & illud, testamentum inter liberos, corruptioni obnoxium non facit. Propterea

** quod crebriori calculo receptum sit, valere etiam testamentum imperfectum, quantumuis in eo, liberi inæqualiter heredes scripti sint, *Vt plurimis in id adductis, in individuo decidi, magúq; communem atteſtatur, Anton. Gamma. in decis. Lusitan. decis. 61. vers. sed plures sunt numero.*

22 Nec obstat, quod attamen Rodericus Aluaradus voluerit: testamentum patetnum non relectum, si in eo liberi præterea, ex inæqualibus portionibus, heredes instituti fuerint non valere. *Aluar. in d. tr. de coniect. ment. def. lib. 2. c. 3. n. 23. vbi Burg. Paconsi. in id allegat.*

23 Nam vt inibi videre est, Aluaradus de lege quadam Tauri, Hispanis peculiari, in qua assertio hæc inædificatur, loquitur. Quarè decisio eius ad nos non pertinet.

24 Et præterea de inæqualitate hac, huc vsq; nihil planè constat. Frustra itaq; suscipi videtur inquisitio de vi & efficacia eius, quod non est. *vt docit Faculr. Iurid. Louan. int. consil. Molin. d. consil. 32. n. 8. vol. 1.*

Concludamus itaq;, validum esse, quò ad formalia sua, quod conscripserat hic parens, testamentum.

II. QVÆSTIO.

NVnc transeamus ad illam quæstionem, quæ de prohibitione editionis inuentarij est.

Atq; hic quoq;, prima fronte dicendum videbatur, dispositionem paternam hanc, legibus aduersam non esse.

25 Est namq; certum primò: quod testator posit prouidere in testamento, vel alia sua vltima voluntate, ne tutor, ad inuentarij confectionem, teneatur: *Br. in l. tutor qui repertorium. n. 18. ff. de adm. tut. Br. in l. nemo potest. n. 12. & ibi Ias. lect. 1. n. 51. & lect. 2. n. 65. ff. de legat. 1. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 6. §. 6. ad v. par inuentaire. n. 23. Anton. Pisag. in tr. de tut. & cur. at. q. 7. n. 15. Boer. in consuet. Bitur. tit. de stat. person. §. 7. gl. 1. ad fin. Mascer. in addit. ad pract. Papiens. in for. lib. quo agit. ad vedd. rat. tut. in v. in suo vlt. test. n. 15. Plot. in tr. de in lit. turand. §. 5. n. 33. & n. 37. vers. tertiò. Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 14. n. 14. Gail. observ. 145. n. 1. lib. 2. Montuc. in tr. de inuent. hered. in pr. n. 36. Seraphin. de Seraphin. in tr. de iuram. prud. 20. n. 32. & prud. 31. n. 115. Tiber. Decian. conf. 85. n. 30. vol. 5. Franc. Burſat. conf. 421. n. 1. vol. 4. Guido Pancirol. conf. 47. n. 18. vol. 1. per text. l. vlt. §. vlt. C. arbitr. tut.*

Nec distinguitur, an tutor testamentarius, an legitimus, an verò datiuus fuerit is, cui inuentarij confectio remittitur. *gl. in l. tutores ad v. publicatum. ad fin. de admin. tut. gl. ad l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor. Ias. ad l. nemo potest lect. 1. d. n. 51. & lect. 2. n. 70. ff. de legat. 1. Alex. Pomat. in addit. ad Br. in l. tutor qui repertorium. n. 18. in addit. sub lit. E. ff. de adm. tut. Chassan. ad v. par inuentaire. nu. 24. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 32. regul. 5. n. 99. Pfeil. conf. 96. n. 2. vol. 2.*

Sin itaq; id, in omnis generis tutore obtinet: cuius tamen mores, atq; ingenium, testatori explorati satis non sunt, maximè cum scire testator non potuerit, quem iudex, tutorem daturus esset: obtinebit id rectè, multò magis in heredibus, liberisq; testatoris. Cui enim licet, quod est plus, licebit vti- 26
que quod est minus. *c. ini licet. De reg. iur. lib. 6. l. non debet cui plus. ff. eod. tit. Cotta in memorabl. in v. stuta. el. 6. Muscorn. in tr. de iuridict. n. 55. vers. sed quoniam. Coler. in tr. de proceſſ. executiu. p. 1. c. 7. n. 7. Schrad. in tr. feud. p. 2. c. 3. n. 76.*

Nec obstat, quod tum demum disp ositio, 27
qua inuentarij confectio remittitur, momenti alicuius sit, si loquatur per prohibendi, non autem per finendi modum, seu cum id testator non solum, ne fieret inuentarium simpliciter fineret, sed ne fieret expressè prohibuerit. *Angel. Aretin. ad §. præterea. el. 2. n. 39. Instit. de except. Ias. ad l. nemo potest. lect. 1. n. 53. & ibi Ripa. n. 85. Ioh. Hannib. n. 386. ff. de legat. 1. Dilect. in tr. de art. test. tit. 7. Caut. 3. n. 2. Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum. q. 66. u. 5. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholosan. decis. 288. post pr. Paul. Montan. in tr. de iur. tut. & curat. c. 32. regul. 5. n. 101. & est communis opinio teste Burſato. conſ. 130. n. 21. vol. 2. per text. d. l. vlt. §. vlt. & ibi Salyc. C. arbitr. tut.* *

Nam cum hic expressam testatoris prohibitionem habeamus; hac de re pluribus agere, operæprecium non est.

Sic quoq; secundò, vt propius adhuc, ad 28
rem accedamus, ignaros nos non esse oportet: quod præterea iuris sit expressi & indubitati: quod etiam remissio confectionis inuentarij, respectu heredis valeat. *Ias. ad d. l. nemo potest lect. 1. n. 55. & ibi Ioh. Hannib. n. 407. Ioh. Crott. n. 52. vers. secunda conclusio. ff. de legat. 1. Sebast. Montuc. in tr. de inuent. her. in pr. n. 36. Cinac. Nouell. 1. ad fin. ferè. vers. adhæc quærunt. Paul. Montan. in tr. de iur. tutel. & curat. c. 32. regul. 5. n. 98.*

Neq; verò, tefragatur his illud, quod attamen aliqui reperiantur, qui istiusmodi testa- 29
toris

toris remissionem, momenti alicuius esse, pernegent, *velut tradunt Franc. Porcellin. Iacobum Butrigar. & Baldrin id referens, in tr. de confect. inuentar. c. 1. n. 15. Franc. Aretin. tit. consil. Alex. consil. 62. n. 1. vol. 4. vbi hanc esse communem & testis est.*

30 Nam, quicquid eius rei sit, magis communis est in contrarium, *scilic Iul. Clar. recept. sent. §. testamentum d. q. 66. n. 2.*

31 Vnde hanc, non verò illam sequi tenemur *Dominic. de S. Gemin. ad c. 1. tit. ab. 6. de fum. Trinit. lib. 6. Iaf. ad auth. si qua mulier. n. 14. C. de sacrof. Eccl. & alij per Corat. adducti in tr. de com. opin. lib. 2. tit. 9 nu. 3.*

32 Et hoc iure eatenus vtimur, vt remissio inuentarij, valida, & constans sit, non tantum intuitu legatariorum, & fideicommissariorum: *Ioh. Hanib. ad l. nemo potest. n. 407. vbi Crott. n. 52. d. verf. secunda conclusio. ff. de legat. 1. Michael. Graff. recept. sententi. §. testamentum. q. 71. n. 4. Conarr. ad c. 1. n. 17. ext. de testam. Montic. d. tr. de inuent. her. in pr. d. n. 36. Iul. Clar. d. §. testamentum. d. q. 66. n. 2. Paul. Montan. d. tr. de iur. tutel. d. l. 32. reg. 5. n. 100. Rol. a Vall. in tr. de confect. inuent. p. vlt. §. an Testator. Fachin. controuers. iur. lib. 6. c. 25. per tot. Menoch. consil. 177. n. 31. vol. 2. Guid. Pancirol. d. consil. 47. n. 19. vol. 1. Cardin. Paris. consil. 68. n. 57. vol. 2. Crau. consil. 174. n. 11. Zoesenbec. consil. 86. n. 2.*

33 Verùm etiam ratione & intuitu coherendum. Pro vt hoc in indiuiduo docuit *Simon. de Proët in tr. de vlt. voluntat. interp. lib. 2. interp. 2. dubit. 2. solut. 2. n. 2. 2. Euan. Soarez. com opinion. lit. I. n. 273. Cardin. Paris. d. consil. 6 8. n. 57. vol. 2. Conarr. ad c. 1. n. 17. ext. de testam.*

Ample tenda itaq; videbatur hæc sententia. Verùm etsi non diffiteor, hæc iusti speciem ab initio præ se ferre: rectius tamen nos facturos arbitror: si dispositionem hanc paternam, robur obtinere non posse, respondemus.

34 Neminem namq; esse crediderim, qui nesciat: quod in creditorum præiudicium, etiam à testatore, heredi facta, inuentarij conscribendi remissio, pondus, momentumq; nullum planè, habeat. *Bl. ad l. vlt. §. 1. col. penult. verf. sed audi nouam. C. de iur. delib. Bl. in l. vlt. C. arbitr. tut. Iaf. ad d. l. nemo potest. n. 55. & ibi Ioh. Hanib. n. 405. Crott. n. 52. ff. de legat. 1. Montic. in tr. de inuent. her. in pr. d. n. 36. Graff in d. §. testamentum. q. 71. n. 4. verf. secundo casu. Iul. Clar. d. §. testamentum. d. q. 66. n. 2. Simon. de Proët. d. tr. de interp. vlt. vol. lib. 2. interp. 2. dubit. 2 solut. 2. n. 21. Euan. Soarez. com. opin. liter. I. n. 174. Paul. Montan. d. regul. 5. n. 105. Schrad. in tr. feud. p. 15. 8. n. 20. Vasq. in tr. de succeff. creat. §. 10. n. 69.* vbi hanc veram & communem esse opinionem attestatur. *Crau. communem dicens consil. 174. n. 11. Zoesenb. consil. 86. sub n. 2. verf. non etiam.*

35 Iam verò rursus, & certum, & extra omnem controuersiæ aleam positum est: quod legitimæ ratione, & intuitu filius, vel filia, saltem post obitum patris, eius rectè dicantur creditores: legitima item rectè censetur æs alienum paternum. *Paul. de Caftr. ad l. 3. n. 3. & ibi Anton. Menef. de Padill. n. 30. C. de iur. & fact. ignorant. Bl. ad l. vlt. §. si in computatione. n. 12. verf. sed contra hoc. C. de iur. deliberand. Iaf. ad l. filiusfamilias. §. Diui Iect. 1. n. 12. & Iect. 2. n. 15. ff. de legat. 1. Tiraq. ad l. si vnquam in v. suscepcerit liberos. n. 114. C. de reuocand. donat. Capsferr. in tr. de num. teſt. p. 2. c. 3. n. 56. Graff. receptar. sententiar. §. legatum. q. 14. in pr. vbi hanc post Franc. Becc. communem esse attestatur. Afcan. Clement. in tr. de pat. poteſt. eff. 16. n. 29. Anton. Quett. consil. 58. n. 4. vol. 1.*

Consequatur itaq; oportet, in præiudicium, & fraudem legitimæ, leuiusculam esse, prohibitionem patris, de non conficiendo inuentario: & vi consequentis, cum hîc verè, scire nequeamus, an reuera filiabus obuenerit legitima, nî habuerimus inuentarium, vnde de viribus hereditarijs constet: inuentarium omninò hîc, spreta, insuperq; habita Testatoris prohibitione, edi, conficiique oportet. 36

Quod si hæc omnia partes nostras non adiuuarent: æquitas tamen ipsa ad minimum deposceret: vt qualisqualis designatio bonorum, per fratres, sororibus exhiberetur. Idq; ideò, vt certiores hinc redderentur, num consecuti sint tantum, quantum sibi solui, legitima eorum exigebat.

Nam hoc controuersi iuris non est, quod nunquam is, cui inuentarij confectio remissa est, excusetur ob id, ab editione qualiscunq; desfignationis, annotationis, & descriptionis bonorum. 37

Sic enim etsi tutori, inuentarium non facere concessum sit: quininò etsi testator sinnit quoq; illi, ne librum rationum conscriberet, indulserit: tutor tamen astringitur ad qualem qualem bonorum pupillarium consignationem faciendam, atq; exhibendam. *vti ex Ioh. Andr. Alex. de Imol. Socin. Sen. & Socin. Iun. Ripa. Capell. Tholoſan. & Nicol. Arclat. in indiuiduo docet nos Cacheran. decif. 57. n. 19. Qui loquitur in matre Teſtatrice, cui neceſſitas conficiendi inuentarium per teſtatorem, condonata fuerat.* 38

Sic etiamsi alicui, etiam ab ipso Principe, data fuisset licentia, quo vsufructuarium, ab onere conscribendi inuentarij, liberare posset: teneretur attamen nihilominus, & hic quoq; vsufructuarius, ad bonorum descriptionem, annotationemq; accedere, eiusdemq; copiam, aduersario petenti, facere: *tradente in indiuiduo Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 5. tit. de vſufr. concluſ. 1. n. 35. Cardm. Paruis. conſil. 61. m fine vol. 3. Ioſeph. Ludouic. decif. Peruſ. 61. n. 37. p. 2. Qui hanc omnes communem eſſe opinionem atteſtantur.* 39

Sic quoq; parens, legitimus bonorum filij administrator, qualemcunq; bonorum filij confignationem conscribere debet, quæ condoceſaciat nos, quid in bonis liberorum fuerit: quid item ijſdem reddi oporteat. 40

l. Iuis

Illric. §. si pater. & ibi Br. ff. de negot. gest. Mynsing. observ. 93. n. 7. & 8. cent. 2. vbi Ioh. Bastian. ad consuet. Aruer. an id addu: it. Pinel. ad l. 1. p. 2. n. 24. C. de bon. matern. Nicol. Boer. decis. 6 1. n. 7. Ascan. Clement. in tr. de patr. potestat. effect. 2. n. 50. Rauch. q. 30. n. 32. Zoesenbecc. d. consil. 86. n. 4. vers. nec tamen.

41 Quamuis ipsa lex, parentem bonorum filij, qui in potestate sunt, administratorem, ab onere conscribendi inuentarij, liberet, atq; eximat: *tradente Mynsing. d. observat. 93. n. 2. & 3. cent. 2. vbi hanc sententiam in Camera quoq; imperiali receptam in testu est.*

42 Non dicam nunc: heredem, qui hereditatem restituere iussus erat, cui item simul, inuentarij conscriptio erat remissa, compelli nihilominus posse, per fideicommissarium, ad inuentarium conficiendum, sumtibus tamen fideicommissarij. *Capell. Tholosan. q. 314. vbi Stephan. Auffer. in addit. Carol. Molin. in consuet. Parisat. 1. §. 6. gl. 6 sub n. 35. Plot. in tr. de in lit. iurand. §. 26. n. 2. in fin. Caual. in tr. de tut. & curat. n. 211. Br. consil. 43. n. 18. vol. 2. Paul. de Castr. consil. 367. n. 3. vol. 1.*

Quod si verum id est, in fideicommissario: multò magis id verum etit, in herede, in id tantum elaborante, ne quam legitimæ suæ partis iacturam faciat.

Qui item filijs, sine prole decedentibus in omni eo, quod ad allodium pertinet, expresse simul substitutus est.

43 Imò etiam & hoc, exinde confirmatur, quod in illis casibus, in quibus testator tutorem, ne inuentarium conscribere teneretur, allenarat: iudex nihilominus posit, si qua ei causa videbitur, tutorem ad inuentarij confectionem adigere. *Br. ad l. tutor. qui repertorium. n. 18. ff. de admin. tutor. Iaf. ad d. l. neme potest. dect. 1. n. 52. & dect. 2. n. 69 ff. de legat. 1. Bernard. Diaz. in tr. regular. regul. 769. Angel. Aretin. in §. actionum. sub n. 34. Instit. de action. Iul. Clar. d. §. testamentum. q. 66. vers. sed quid si testator. vbi hanc* * *esse communem attestatur. Borgnin. Caual. in tr. de tut. & curat. n. 210. Couarr. Variar. resolut. lib. 2. c. 14. n. 4. Emanuel. Soarez. som. opin. lit. I. n. 172. Thom. Gram. decis. Neapol. 7. n. 6. Didac. Segur. ad l. si ex legatis. caus. n. 12. ff. de verbor. oblig. at. Dulac. Spin in Speculat. stam. gl. 35. n. 11. Zoesenbec. d. consil. 86. n. 6. Crau. consil. 190. n. 9. & consil. 195. n. 9.*

44 Id quod etiam ad vxorem vsufructuariam, cui testator, liberationem ab onere conficiendi inuentarij legarat, extendit *Franc. Marc. decis. Delphinat. 818. n. 5. vers. quantum verò. p. 1.* Nam & hæc ex iusta causa, vt inuentarium conscribat, per iudicem cogitur.

45 Quod cum ita sit, porrigemus quoq; hoc ius, rectè ad coheredes inter se se, de confectione inuentarij, in eum finem, vt vera, legitimæ portionis quantitas addiscatur, controuertentes. Quæ enim iustior causa, ob quam, ad istiusmodi præceptum descendat iudex, esse potest, quàm ea, ne qua fraus legitimæ fiat? Cuius fauorem permagnum esse constat. *arg. c. vlt. 17. q. vlt. gl. in l. si quis ad declinandam C. de Episc. & Cleric. gl. ad l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffic. testam. fac. trad. Tir. aq. in tr. de priuil. pia. caus. in præfat. ad fin. ferè vers. quam etiam Alex. de Imol. cons. 18. in pr. vol. 4.*

Neq; verò refragatur his illud: quod attamen parens, dum testaretur simul adiecerat: ne aduersus hæc, quicquam præsumerent filiæ: Scire enim se, quod amplius eriam, quàm eis, secundum legitimas constitutiones, & patrimonij sui vires debebatur, dari eis iusserit.

Nam quamuis non inficiemur, iuris esse 46
non incogniti: quod quilibet testator in testamento suo, eiusmodi præcepta posit apponere, quibus iubet, vt vnus, pluresue liberorum, portionibus sibi alsignatis contenti sint, atq; acquiescant: Cum & denegatum testatoribus non sit, pœnam priuationis hereditatis totius, aduersus heredes iussa sua, fideliter non capessentes dictare. *gl. in c. Raynutius ad v. adiecens. & ibi Couarr. §. 1. n. 6 in fin. vbi hanc esse communem attestatur ext. de testam. Alex. consil. 138. n. 1 2. lib. 1. Cardinal. Paris. consil. 91. n. 61. & seqq. vol. 2. & cons. 26. n. 15. & seqq. vol. 4.* * *Vbi ita omnes tenere in testu est Iacob. Mandell. consil. 57. n. 11 lib. 1. Ioh. Vincent. Honded. cons. 68. n. 1. vol. 2.*

Et præterea scriptum in iure extare: quod 47
valde inhumanum sit, testatoris voluntatem, ab herede decipi *l. Pamphilo liberto. in pr. ff. de leg. 3. Francisc. de Claper. in cent. caus. fisc. caus. 1. q. 1. n. 32.*

Quod item, Testatori non obediens, iniu- 48
riam illi inferat. *Vt ex Bl. Angel. Alex. Card. Paris. & Ruin. in specie autor est Ilamm. de Rub. consil. 50. n. 88. vol. 1.*

Video attamen è diuerso talia hæc esse o- 49
mnia, quæ resistere, re pœnitius perpensa, Decisioni nostræ non posse: Latet enim in adductis hactenus, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Cum non omnia iussa testatorum capessenda sint, sed ea demum, quæ iusta sunt. *gl. ad l. 1. ff. de his quæ pœn. nom. gl. ad c. Raynald. d. v. adiecens. et ibi Couarr. §. 1. n. 7. ext. de testam. Anton. Corset. in frugal. in v. pact. el. 2.*

Sed & in ijs demum testatoris voluntatem 50
sequi oportet, quæ eius voluntati commissa sunt: non autem in ijs, in quibus lex necessitatem imponit. *Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicom. art. 36. n. 7 2. in fin. per l. nemo potest. ff. de leg. 1.*

Sicuti quoq; non quælibet inobedientia 51
heredis: sed ea demum, quæ dolo fit, pœnam priuationis hereditatis meretur. *Cephal. cons. 24. n. 14. lib. 1. Burs. cons. 167. n. 1. & seqq. vol. 2. Mandell. consil. 97. n. 35. & seq. vol. 1. Ioban. Vincent. Honded. consil. 68. n. 20. volum. 1.*

Iam verò, præsens præceptum Testatoris nostri, quo ne inuentarium vel etiam descriptio bonorum tantum, hiisbus edi retur, prohibuit, iustum non est: nec id facere, hac in parte eius voluntatis arbitrio, relictum fuit.

Quia

Quis enim non perspicit, vergere hoc in interrimentum legitimæ, quam verè rescire, siquidem vires patrimonij celentur, non possumus?

52 Nisi enim legitimam omnium rectè prius addidicerimus, qui legitimam singulorum, rectè addiscere quimus? *Vt rectè animadvertit Anton. Quetta consil. 39. n. 1. vol. 1.*

53 Exequendum itaq; tale præceptum, testator is non erit. Non enim in genere solùm, testatorem legis beneficio, heredem priuare non posse: *Rosenthal. in synops. feud. c. 6. concl. 69. in gl. quæ literis N N. notatur.*

54 Verùm etiam in specie verum est: testatorem quidem, pro libitu, testari, disponereq; posse: sed ita tamen, vt ne qua fraus legitimæ fiat: *tradente in induiduo Flamin. de Rubeu. consil. 32. n. 184. vol. 1. per l. parentibus & l. quatitur. C. de inoff. testam. cum similib.*

55 Et quod propius adhuc ad rem accedit, fieri nullo modo potest, vt testator rectè, legitimæ, suppletionisq; legitimæ petitionem, prohibeat, liberisq; ea interdicat. *§. ceterum. auth. vt cum de appellat. cognosc. Bl. in l. omnimodò in pr. C. de inofficios. testam. Ioh. de Imol. in l. quod de bonis. §. cum fideicommissum. ff. ad l. Falcid. Roder. Suarez. ad l. quoniam in prioribus. ampl. 9. n. 3. C. de inoffic. testam. Vasq. de success. creat. §. 10. n. 252. qui hanc esse communem opinionem attestatur. Gerard. Maxoll. consil. 34. n. 2. vol. 1.*

56 Quinimò, etiamsi parens in testamento suo, expressè prospexisset, ne liberi quid, præter id, quod eis in testamento relinquebatur, peterent: *Roder. Suarez. d. ampliat. 9. Vasq. d. §. 10. n. 252. Graff. receptar. sententiar. §. testamentum.* * *9. 35. n. 10. Graff. communem dicens. in v. legitima. q. 32. n. 3. Nicol. Intriglol. in tr. subst. cent. 2. q. 18. n.* * *13. vbi & in hanc communem esse, testem se præbet, & Antonij Cucchi autoritatem in id adducit Marc. Anton. Peregr. in tr. de fideicom. art. 36. nu. 94. Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 11. n. 23. Eman. Soarez. commun. opin. lit. L. n. 95. Guid. Pancirol. cons. 124. n. 21. vol. 1.*

57 Aut etiam comminationem adiecisset, vt filius, qui relicto contentus non fuerit, omnia perdat: legitima attamen, supplementumque eius, iure non refragante, adhuc rectè petuntur. *Vti post Bl. & Paul. de Castr. rursus docuerunt Roder. Suar. ad d. l. quoniam in prioribus, ampliat. 9. n. 3. vers. & Paulus de Castr. Vasq. d. tr. de success. creation. §. 10. d. nu. 252. vers. quod vltimum. & nu. 303.*

58 Sed & petitione hac legitimæ, supplementiq; eius, testamentum impugnari, rectè non dicimus. *l. omnimodò & ibi Iaf. n. 5. C. de inofficios. test. Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 11. n. 23. Anton. Quetta. consil. 49. n. 8.*

59 Neq; verò rursus obstat his illud: quod attamen filiæ maritatæ, testamentum hoc patris sui, viuente adhuc patre, & dum pacta dotalia conficerentur, semel expressim agnouerint.

Nam nec illud filiabus obstaculum præbet. Nam nisi filia, viuente patre testamentum eius approbarit, & deinde post mortem eius, simul agnouerit, & gratum acceptumq; habuerit, quod ei, in testamento relinquebatur: adhuc ius petendi supplementum legitimæ nullatenus auritit. *Guid. Pap. decis. Gratianopolit. 96. n. 2. Marc. Anton. Peregrin. intr. de fideicom. d. art. 36. n. 95. Marc. Anton. Peregr. consil. 67. n. 17. vol. 1. per l. si quando §. illud. C. de inoffic. testam.*

Cum attamen hic, quod sibi relinquebatur, filiæ neutiquam, patre defuncto acceptarint, atq; agnouerint.

Vt taceam, idipsum, ad filias virgines adhuc, nihil planè pertinere.

60 Vt item taceam, etiam assignationem legitimæ hic factam, ex alia causa infringi atq; eneruari. Assignabatur enim ea, in pecunia signata & rebus mobilibus: cum attamen eam, ex iuris præscripto, in bonis immobilibus assignari, omninò oporteat. *l. sumus. vers. repletionem. & ibi Iaf. n. 7. C. de inoffic. testam. Ripa in l. in quartam. n. 126. ff. ad l. Falcid. Roder. Suarez. in repet. l. quoniam in prioribus. ampliat. 11. C. de inoffic. testam. Couarr. ad c. Raynaldus. §. 2. n. 5. ext. de testament. Ascan. Clement. in tr. de patr. potest. effect. 16. n. 39. Didac. Spin. in speculi testament. gl. 17. n. 57. Peregrin. in tr. de fideicom. art. 36. n. 72. Carol. Ruin. consil. 56. n. 4. & 6. vol. 2. Cephal. consil. 42. n. 8. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 79. n. 35. vol. 2.*

Rursus non repugnat quoq; id, quod attamen filiabus maritatis, secundum præscriptum, pactorum dotalium, paterna, maternaue hereditas, iam sit soluta.

61 Nam ne hinc quidem, actionum confusionem vllam, introductam esse non existimamus. Et per consequens non cessabit quoq;, vt Inuentarium, vel ad minimum descriptio bonorum edatur, petitio. Nam etsi ratione eius, quod iam filia nuptui elocata, percepérat, actio omnis cesset, atq; solutione, indeq; resultante additione paternæ hereditatis, peremptasit: si tamen idipsum, quod solutum erat, ad legitimam nondum accederet, eiq; esset æquiualens (id quod ex editione Inuentarij vera, deprehendetur demum,) iuri petendi supplementum legitimæ, præscriptum neutiquam esset: sicuti nec actiones, quæ in id dantur, hoc casu essent confusæ, per tradit. VVesenbec. d. consil. 86. n. 7.

Deniq;, prætualere quoq; aduersus hæc, illud non potest, quod attamen ipse parens Testator, enunciet: se rectius reliquis, patrimonij sui vires nouisse: se item admussim, quæ singulis liberorum deberentur, perpendisse: & adhæc, exactam vndiq; æqualitatem, obseruasse.

Nam cum videamus inæqualitatem summam, quæ illi parti Testamenti inhæret, qua precium animalium & seseé mouentium diffinit, iam non ad eá, quæ parens dixerat, sed

quæ

quæ fecerat, respiciendum omnino erit.
62 Cum facta verbis potiora esse, nemo sit qui neſciat. *l. si tamen. 5. ei qui. ff. de adul. edict. l. vlt. ff. de donat. Cravett. consil. 408. n. 5. consil. 415. n. 14. Consil. 624. n. 15. & consil. 638. n. 7.*

63 Cum item patrem, qui semel procliuior magis, in liberos masculos, quam feminas reperiebatur, etiam in alijs in hanc partem propensiorem esse, rectè statuatur. *arg. s. semel malus. De regul. iur. lib. 6. s. paruuli. 22. q. 5. c. scribam. ext. de præsumt. l. 2. §. ad hoc. ff. de accusat. l. eos. ff. de decur.*

64 Vnde nudæ eius assertioni, tota posthac rei summa, concredenda non est. *Marc. Anton. Natta consil. 352. n. 3. & consil. 543. n. 13. Cravett. consil. 954. n. 14.*

65 Quinimò innoxia est filio, patris confessio omnis, si per eam, ius legitimæ eius, deterius fieret. *Br. in l. cum quis decedens. 5. codicillis n. 4. ff. de legat. 3. Iaſ. ad l. 1. in pr. n. 4. ff. de eo per quem facti erit. l. f. in l. nam & posteа. 5. sed & si quis in fraudem n. 2. ff. de iureiurand. Tiraq. de utr. retr. p. 1. §. 1. gl. 13. n. 80. Cravett. consil. 954. n. 15. vbi Dyn. Iob. Andr. Alex. & Neuiz. an autoritates in id adducit.*

Reliquum itaq; illud tantum fit, vt nunc, SECVNDAM hanc quæstionem, hoc pacto diffiniamus, spreta patris iussione, obligatos omninò fore fratres, ad editionem inuentarij, vel aliam inuentario similem, bonorum descriptionem faciendam.

Quod si sorores, sumtibus proprijs hanc bonorum descriptionem, vel inuentarij confectionem, ipsæ aggredi velint, fas eis hoc multò magis fore.

III. QVÆSTIO.

SEquitur nunc Quæstio TERTIA: quæ illud testamenti caput respicit, in quo legebatur, debere singulas filias, singulas sex mille florenorum paternæ materneæque successionis nomine, habere. At non debere sex millia hæc, nondum maritatis, ante diem nuptiarum solennem, dissolui: Nam si qua eram, moritis debitum, virgo adhuc, persoluisset, tota hæc sex millia fratrum, non participantibus de his quicquam sororibus maritatis, fore.

Videndum itaq; numnam patris hæc dispositio, iuri, æquitati; innitatur.

66 Ceterum & de ea quoq; ab initio statuendum videbatur, eam frustrà adiectam non esse. Nam non minus euidentissimi iuris est, quod testator, etiamsi is parens fuerit, rei suæ onera, conditiones q; quas vult, imponere possit: quod; per id, iniuriam nullam facere heredibus, etiamsi hi ex liberis fuerint, rectè dicatur. *Franc. Bec. consil. 101. n. 25. & seq. vol. 1. Ioh. Petr. Surd. d. consil. 350. n. 15. vol. 3. per l. in traditionibus. C. de pact.*

67 Quod item conditio, à testatore adiecta, temere reijcienda non sit. *Menoch. in tr. præsumt. lib. 4. p. 1. præsumt. 83. n. 19. per l. non omne. ff. de statutis. l. si vehemda. 5. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Verum vndiq; consideratis negocij circumstantijs, in eam iui sententiam, non posse etiam huic dispositioni, opem ferri, quin collabatur.

Ineſt enim sex millibus hisce, legitima quoq; filiarum quarta.

Quare disponi per Testatorem, iure non potuit, vt sex hæc millia post tempus demum, filiabus virginibus dissoluerentur, aut vtà successione horum millium sex, sorores reliquæ repellerentur.

Nam primò certò illud constat: quod legitima, sine vllo onere, atq; grauamine, relinqui debeat, quodq; grauamen, & conditio, etiamsi legitimæ adijciantur, ipso iure tollantur, atq; reijciantur, perindè ac si nunquam appolita fuiſſent. *l. quoniam in prioribus. ibi Iaſ. n. 1. Roder. Suar. in euident. in pr. & communis ſchola interpretum. C. de inoffic. teſtam. Anton. Capyc. decis. Neapol. 176. n. 10. Casbetan. decis. Pedem. 148. n. 8. & decis. 20. n. 4. Anton. Gomez. variar. reſolut. lib. 1. c. 11. n. 24. vbi de communi atteſtatur Vin. communis opin. lib. 1. opinion. 199. Montic. in tr. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 3. n. 1. Marc. Anton. Peregr. in tr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 10. n. 22. Tiraq. in tr. de priuil. pia cauſ. priuil. 84. Sichard. ad auth. nouiſſima. n. 24. C. de inoffic. teſtam. Angel. Matthæus. in tr. de legat. & fideicom. lib. 4. c. 11. n. 2. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicom. art. 36. n. 61. And. Kohl. exercitat. lib. 1. exerc. 1. n. 17. Franc. Milanenſ. in deciſ. Regn. Sicil. deciſ. 10. n. 21. lib. 1. Gail. obſeruat. 144. n. 1. lib. 2. Daniel. Mull. in ſemeſtrib. lib. 3. c. 11. nu. 2. vbi ita à Scabinis Lipſenſibus interrogantibus ſe, ſæpius reſponſum eſſe, in teſtem ſe probet.* 68

Nec obstat, quod attamen legitima, de qua hic tractatur, filiabus non verò filijs danda sit: nullum enim discrimen lex, hac in parte inter filios, filiasq; agnoscit, sed vtrisq; sine onere, sine grauamine, sine conditione, legitima exoluenda est. *Vasqu. in tr. de succeſſ. creation. 5. 10. n. 221. & 445. & ſ. q. Mich. Graſſ. receptar. ſententiar. 5. legitima. q. 39. n. 1. vbi vterq; hoc communiter inter interpretes receptum atteſtatur.* *

At inquis, non tamen aufertur, per dispositionem paternam filiabus legitima earum: sed tantum solutio eiusdem differtur, quousq; nupserint, valere itaque meritò debebat, paterna dispositio. Etenim quod differtur non aufertur. *Tiraq. ad l. boues. 5. hoc ſermone limit. 3. n. 7. ff. de verbor. ſignificat. gl. ad 5. libertas in v. differtur. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. Ioan. furioſus. ff. de iudic. Iquamuis. ff. de arbit. ancillam. 32. q. 2. c. memo deſperandus. diſtinc. 7.* 70

Nam rursus respondeo: legem intuitu legitimæ, nullam discriminationem inter abiationem, & dilationem ferre: sed & adhæc, tempus, moram, dilationemq; omnem, in legitima, expressè repudiasse, non minus ac 71

si pænitus, non relinqueretur legitima. *d. l. quoniam in prioribus sibi Iaſ.n.1.C. de inofficioſ. teſtament. Laurent.Tennin.Rodulph.in tr. caut.caut.219. n.17.Vincent.de Franch.deciſ.Neapol. 186.n.12.& deciſ.127.n.6. Anton.Queſt.conſil.49.n.5.vol.1.*

72 Sic ſi parens, filium heredem, in legitima ſcripſerit, cum pubes fuerit, dilatio hæc reijcitur, ac filius impubes, ſtatim heres fit. *Vti Eman.Acoſt.Br.Cuus.Paul & Aretin. allatis autor eſt in indiuiduo Vaſq.in tr.de ſucc.creat.§.10.n.405.*

At inquis: Iuſsit attamen parens, ne filiæ: aduerſus teſtamentum ſuum, quicquam molirentur:

Ego verò, proſpexiſſe eum hac de re ſcio, ac interim ſimul quoq; audio: quod onus à legitima reijciatur, quantumuis parens teſtator, reijci illud vetuiſſet, addita etiam in id pœna priuationis hereditatis. *Vt autor ruſſus in indiuiduo eſt, Vaſq.d.tr.de ſucceſſ. creation. d.§. 10.n.303.*

73 Ruſsus momenti quoq; alicuius illud non eſt: quod attamen filiæ virgines, nubilis iam ætatis ſint: quodq; ideò ſub conditione hac, ſi nupſerint, heredes ſcriptæ, ſub conditione poteſtatiua duntaxat, inſtituti videantur.

Nam & hoc refutari poteſt per id, primò: quod legitima reſpuat conditiones quaſlibet etiam leuiſsimas, & facilimas. *Vti in indiuiduo docuit Eman. Acoſt. ad l. vltim.n.7.ff. de condit. inſt.*

74 Deindè refellitur quoq; per id, quod à legitima, reijciatur omnis conditio, etiam poteſtatiua, indiſtinctim, ſiue ea dando, vel faciendo: *Vti Accurſ. Alex. Dec. Iaſ. Imol. Gomez.,*

* *Suar. & Vasq. antetoribus, docet nos. & communiter approbatum eſſe teſtu eſt Graſſ. receptar. ſentent. §. legitima.q.38.n.12.*

75 Vel velle tantum, perficiatur. *Iaſ. ad l. quoniam ampliat.1.C. de inoffic. teſtam. Gomeſ. var. reſol.*

* *lib.1.c.1 1.n 30. communem dicens. Alciat. ad l. ſi filius. n.48.ff. de vulgar. Eman. Acoſt. ad c. ſi pater in v. Trebellianicæ.n.4. ext. de teſtam. Graff. receptar. ſentent. § legitima.d.q 38.n.13. vbi Bl. Burſ. Roder. Suar. & Vasq. hanc ſententiam ſectatos eſſe atteſtatur, eamq, communi calculo approbatam, ait.*

76 Sed nec diſtinguimus an conditio hæc poteſtatiua facilis, an verò difficilis fuerit, an valdè, an verò non, filium grauet, atq; oneret. *Iaſ. ad l. quoniam. & amplıat. 1. & ibi Roder. Suar. ampl. 5.n.2.C. de inoff. teſtam.*

77 Sed & tertiò, rectè reſpondetur id: hanc conditionem: ſi nupſerit, inter conditiones poteſtatiuas recenſeri non poſſe, ſed ad miſtas conditiones, pertinere. Diffinitur enim conditio poteſtatiua, quod talis ſit, quæ modo velit is, cui aſcribitur, adimpleri poſſit. *l.vnic. §. ſin autem aliquid ſub conditron. C. de caduc.tollend.l.ſuus quoq.ff. de heredib.inſtit. Iaſ. ad l. filius à patre.n.1.ff. de liber. & poſtum. Menoch. in tr. de præſumt. lib. 4. p. 2. præſumt. 183. n. 4. Didac. Spun. in ſpecul. teſtament. gl. 14. n. 10. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicom. art. 16. nu. 123.* 78

Iam verò hæc diffinitio, conditioni huic: ſi nupſerit: non competit. Quippè cum nuptiæ non vnius, ſed duorum conſentu perficiantur. *l. nuptiæ. ff. de regul. Iur. Menoch. d. præſumt.183.n.11.*

Non competit ergò diffinitum *l.1.§.1.&* 79
ibi Br.ff. de dol Heron. Muſcorn.in tr.de iuriſd. n.28. verſ. poſtremò. Sylueſt. Aldobrand. ad § cum autem. ante n.1. Inſtit. de ingen. Borcholt. in tr. feud. c.1.n.11. Coler. in tr. de proceſſ. executiu. p.1.c.10.nu.242. Euerard.in topic. in loc. à diffinit.n.1.

E diuerſo verò, conditio miſta, ſic diffini- 80
tur: quod talis ſit, quæ partim dependeat à voluntate eius, cui aſcripta eſt: partim verò ex voluntate alterius, vel ex fortunæ quoque arbitrio. *l. hæc conditio. & l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſtrat. Menoch. d. præſumt. 183.n.9. & 10. Iaſ. ad d.l. 2. filius à patre. n. 5. ff. de liber. & poſtum. Mantic. in tr. de coniect. vltim. voluntat. lib. 10. tit. 5. n. 3. Did. ac. Spin. gl. 14. n. 10.*

Competit hæc diffinitio huic conditioni: 81
ſi nupſerit: Etenim quod hic vir & hæc mulier conueniant, atq; matrimonio iungantur, à fortuna (vt Ethnici loquuntur) ſiue vt Chriſtianos loqui addecet, à prouidentia diuina moderatur atq; regitur. *Menoch. d. præſumt. 183.n.12.*

Competet itaq; diffinitum quoque DD. 82
paulò antè adducti.

Et vi conſequentis miſta, non autem po- 83
teſtatiua, conditio hæc: ſi nupſerit, erit: *Pro vt hoc in indiuiduo ſcriptum reliquere. Iaſ. ad d. l. filius qui à patre. d.n.5. ff. de liber. & poſtum. Mantic. d. tit. 5. nu. 3. Menoch. d. præſumtion. 183. n. 10. & ſeqq. Didac. Spino. in d. Specul. teſtamentor. d. gl. 14. nu. 10. in fin.*

At, quod ſubſtituti tamen per fideicommiſſum, vel alius generis ſubſtitutionem, fratres ſororibus, ſi virgines deceſſerint, in teſtamento fint, conſpicor: Ideoq; rationis 84
etit dicere, ais: quod fidei commiſſa fauore proſequenda ſint. *Vti in ſpecie autor eſt Franc. Marz. ar. in tr. de fideicom. p. 2. q. 1. n. 7. qui alios complurimos in id adducit. Mantic. in tr. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 7. tit. 1. n. 14. & ſeqq. Graff. recept. ſentent. §. fideicommiſſum q. 2. Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideic. art. 1. n. 23. & 24.*

Id quod tunc maximè obtinet, cum fidei- 85
commiſſum expreſſum habuerimus, cui id quoq; adiectum ſit: quod fideicommiſſi huius conſtitutio, familiæ conſeruandæ gratia ſuſcepta ſit. *Menoch. in tr. præſumt. p. 1. præſumt. 67. n. 20. & ſeqq. Graff. d. § fideicommiſſum. q. 2. verſic. contrariam latiſſimè. Intrigl. in tr. ſubſtit. cent. 3. q. 75. n. 1. & multis ſequentibus.*

Sicuti & ſubſtitutio quoque alia quæuis, fauore digna eſt, *tradente in indiuiduo Sfort. Odd. in tr. de ſubſt. p. 1. q. 5. n. 10. Menoch. in tr. præſumt. lib. 4. p. 1. præſ. 65. n. 2.*

Nam

Nam hoc per id vicissim diluimus: quod maxima adhuc inter Interpretes sit altercatio, an odio, an verò fauore digna sint fideicommissa. *Veluti ex Marc.Ar.Graff.Mant. Peregr. & cumprimis ex Intriglol. videre est.*

Quare firmum, in hoc argumento, fundamentum ponere, non possumus.

Sed nec fideicommissum expressum, in testamento scriptum esse, nec vllam conseruationis familiæ, mentionem in eo fieri, animaduerto.

86 Non moror itaq; illam, quæ hinc astruebatur, assertionem. Etenim, vbi præmissæ falsæ sunt, sequi necessariò aliud non potest, quàm conclusionem quoq; falsam esse. *Cranett.consil.486.n.4.Cephal.conf.602.n.9.lib.4.*

87 Et præterea iuris est quotidiani: quod legitima filiorum, frustra oneretur, fideicommissi onere. *gl. ad d. l. quoniam.in prioribus. & ibi*
* *Roderic.Suar. qui hanc omnes indifferenter tenere attestatur limit.1.n.13.C.de inoffic.testament.Graff.receptar.sentent. §. legitima. q.38.n.3. Menoch.in tr. præsumt.lib.4.p.1.præsumt.67.n.25.*

Saluari itaq; hac, via præsens, de qua nunc quæritur, paterna dispositio, non poterit.

88 Et quamuis non desint, qui velint, quod liberis vulgariter, etiam in legitima substitui
* queat: *veluti veram & communem esse attestatur Vasq.in tr.de succes.creat.§. 10.n.421.*

89 Sciendum attamen est: plures ferè repe-
** riri, qui opinioni huic contradicant, quam sint, qui eam amplectantur. *Vt ex Grasso.d.§. legitima.q.38.n.9.videre est.*

90 Vt taceam, hanc dispositionem paternam vulgari substitutioni applicari non posse. Talibus enim verbis vulgaris substitutio cõcipitur: si Mœnius heres non erit: Titium eidem substituo. *Br.ad l.1.n.5.ff.de vulg. & pupill.Ias.ad Rubr.n.8.ff.eod.tit.Prætt.Papiensi.in for.lib. quo agit. ex substit. ad v. substituit vulgariter.nu.1. Graff.recept.sentent.§ substitutio.q.8.nu.2. Claud. Chisset.in lib.de substit.c.1.1.verf.quarit.deinde Bartol.Odd.in tr.de substit.p.2.q.4. Nicol. Intrigl.in tr. substit.cent.1.q.19.n.2.*

Hæc verborum conceptio autem, adaptari dispositioni nostræ non potest. Vulgarem itaq; substitutionem, dispositio nostra non
91 continet. Nec enim dispositio ad illam speciem substitutionum trahi debet, cui verba ipsa repugnant atque aduersa sunt. *Vti prætore Ripa autor est. Menoch.in tr.præsumt. lib.4.p.1. præsumt.60.n.33.*

92 Eodem quoq; modo resoluitur illa obiectio, quod attamen licitum sit parenti, etiam in legitima, substitutionem pupillarem facere. *l.ex tribus.& ibi Br.Ias.in 1.Vasq.n.1. commu-*
* *nem dicens,& communis schola interpretum. C. de inoffic.testament. Roder.Suar.ad d.l.quoniam. in prioribus.limit.3.C.eod.tit.Ferdinand.Vasq.d.tr. de succeff. creat.§.10.n.409.Graff.receptar.sentent.§.legitima. q.38.n.8.Gerard.Mazoll.conf.55.n.16.vol.1.*

Nam rursus hic, nullum adest verbum, quod cum pupillari substitutione commune quicquam habeat. Vt de eo fileam nunc, quod etiam filiæ hæ virgines, decimumquartum ætatis annum egressæ iam sint. Vnde personis quoque earum pupillaris substitutio, accommodari non potest. Ceterum vbi qualitas personæ repugnat: ibi pupillaris substitutio contineri nequit. *Menoch.d.tr.præsumt.lib.4.p.1.præsumt.60.n.32. per c. si pater. ext. de testam.*

Veluti quoq; illud negocium non faciesit, si quis asserere vellet, extare hic fideicommissum reciprocum: propterea: quod filiæ elocatæ, sibi solæ ad inuicem parentis iussu succedant: soli item inter sese filij. Hinc 93
namq; fieri quod nunc locum sibi vendicet illud: quod etiã ratione & iutuitu legitimæ, fideicommisso reciproco, locus sit. *gl. in d.l. quoniam in prioribus.& ibi Raphael.Fulgos. C. de inoffic. testam.*

Nam primò reciprocam hic factam esse 94
substitutionem planè pernego. Est namque reciproca substitutio, quæ mutua, & inuicem, fit pluribus, dummodò æquales sint. *Vis Br. Lanc.Polit.Zaf.Paul.Leon.& Couarr.adductis in specie docuit Menoch.d.tr.præsumt.lib.4.præsumt.59.n.2. Prætt.Papiens.in for.libell.quo agit.ex substit.ad v. breuiquè. nu.2.*

Quæ vt hîc quadrent, ipsi videbunt iudices, nec inductione aliqua eget.

Deindè, etiamsi ex verbis, fideicommissum reciprocum, enucleare possemus: non tamen, quæ fiebat obiectio, momenti alicuius esset.

Nam longè receptissima opinio illa est, 95
quæ habet, ne reciprocum fideicommissum quidem, respectu legitimæ factum, locum vllum reperire: *gl.ad d.l. si pater. la. 2. & ibi Br. qui dicit, opinionem hanc vsu inualuisse. Bl. qui dicit, puram hanc esse veritatem. Salycet. qui hanc obseruantia coli, captam esse attestatur. Paul. de Castr. Ias.* *
n.1.verf. sed an istud. Vasq.nu.3. communem dicens. Sichard.n.7.& DD.C.de inoffic.testam. Alex.de Imol. ad l.cum ex filio in fin.princ.ff. de vulgar. & pupill.ar. Roder. Suarez. communem dicens ad d.l. quoniam. *
ampliat.6.n.5.C.de inofficios.testament. Anton. Gabriel. Roman.in tr.regular lib.6.tit.de legitim.concl.1.n. 6. Graff.recept.sent.§.legitima.d.q.38.n.19. Hieron. Gabriel.conf.136.n.29.vol.2.

Cum & reciprocum quoq; fideicommis- 96
sum, onere planè vacuum esse non credatur: *tradentibus in induiduo Crauett. consil. 638.n.10. Ioh.Petr.Surd.consil.350.n.21.vol.3.*

Et deniq; non tollit Decisionem nostram illud: quod videndum, ne non parens, filiabus virginibus consulere volens, ne forte bona earum, in iuuenili hac ætate, vel ab alijs interuerterentur, vel ab ipsis malè perderentur, ita in testamento suo sanxerit, atque disposuerit.

97 Nam etsi non negem, benè verum esse illud: quod onus & conditio ipsorum liberorum, favorem, commodumq; respicientes, veluti cum parentes verentur, ne liberi in primo ætatis feruore, sua abbligurient, atque dilapident, vel tutores, curatoresúe ijsdem dati, hæc interuertant: Ideoq; conditionem hanc, si filiæ meæ nupserint, tunc tot millia, legitimæ paternæ, maternæq; nomine, ijs numerari velim, adijciant: *Alex. de Imol. ad d. l. cum ex filio. n. 6. vers. esset tamen videndum. ff. de vulgar. & pupill. Iaf. ad l. multi non uotæ. n. 1. ff. de liber. & postum.*

98 Etiam à legitima non reijciantur, remoueanturq; *Ibi Ias. n. 2. communiem dicens. Vasq. n. 4. qui hanc veram & communem esse attestatur. & DD. C. de inoffic. testament. Iaf. ad l. quotiam. limitat. 1. & ibi Roder. Suarez. n. 1. C. eod. ritul. Iaf. ad d. l. multi non nota n. 5. ff. de liber. & postum. Hippol. Rimnald. ad l. postumo. n. 505. C. de bonor. possess. contr. tabul. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 6. tit. de legitima. conclus. 1. n. 20. Anton. Gomez. variar. resolution. lib. 1. c. 11. n. 27. Ferdinand. Vasqu. in tr. de succes. prog. in præfat. nu. 12. Graff. receptar. sentent. §. legitima. d. q. 38. nu. 14. Dauth. in tr. de testam. n. 293. in apostill. marginal. Vincent. Carocc. dec. 70. n. 7. Gerhard. Maz. oll. consil. 34. n. 4. vol. 1.*

99 Non tamen hinc elici potelt assertio illa, quam modo tetigimus. Cum plura in id sint necessaria. Veluti primò, quod testator idipsum, quodq; hanc dispositionem taliter conscripserit, bono animo, intentioneq; ea, vt ea quæ liberis vtilia, atq; salutaria essent, procuraret, expresserit, *tradente in specie Laurent. Tenn. Rodulph. in tr. cautelar. caut. 219. n. 20.*

Nihil autem tale, in præsentibus testamenti tabulis, expressum legitur.

Sed & causa nulla subest, ob quam vereamur, ne non filiæ hæ Testatoris virgines, sua malè perdant. Sunt enim bonæ indolis, optimè educatæ: tutoribus item vtuntur, viris probis, nobilitateq; conspicuis.

100 Vt taceam etiamsi omnia, quæ antea requirebamus, in id præstò essent: hanc tamen dispositionem, filiabus nullo modo emolumento, commodoque esse posse: ob vsuras semisses, quæ inter Nostrates licitè accipiuntur, quibus donec nupserint ad minimum careturæ essent.

101 Cessante itaq; ratione legis, ipsa quoque dispositio. l. filijs matrem. C. de inofficios. testament. haud iniuria cessabit. vt multis scriptum reliquit *Tiraq. in tr. cessant. cauf. p. 1. n. 130. & mult. seqq. Tiraquell. in tr. de priuileg. pia cauf. priuil. 27. vers. sed his contimo posit mod. Everard. in topic. in loc. à cessat. rat. n. 2. Cacheran. decis. Pedemont. 14. n. 3.*

His itaq; omnibus consideratis, concludendum nunc puto: illam paternam dispositionem, quæ cauerat, filiabus prius solui non debere id, quod eis paternæ, maternæue hereditatis nomine, obuenerat, quàm matrimonio alicui iungerentur, nullam, & inefficacem esse.

Quod si fieri vllo pacto posset, vt constans esset hæc patris voluntas (id quod fieri posse non puto) astringenda attamen omninò etiam hoc casu foret, vt valeret, paternæ hereditatis respectu, non autem maternæ: ficuti nec eius fratris, qui ante patrem, fato functus erat, bonaque sua patri, fratribus item, & sororibus æqualiter detulerat, intuitu, procedere vllo modo potens esset.

Nam primò, nemo est, qui nesciat quod 102
testari nil aliud sit, quam suum, non verò alterius animum declarare: siue disponere de eo, quod quis post mortem suam, non verò alterius & de hereditate sua: non autem de hereditate vxoris fieri vult. *l. scire. §. fere autem. & ibi gl. ff. de excus. tut. l. 1. ff. de testam. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 4. p. 1. præsumt. 104. n. 13. Dauth. in tr. de testam. n. 12. Graff. recept. sent. §. testamentum. q. 1.*

In hanc autem legem, noster commisit Testator. Non enim suam, sed alienam, vxoris scilicet, iam dudum demortuæ voluntatem: non quod post mortem suam, de sua hereditate, sed de hereditate vxoris, atque sic alterius fieri vellet, hac in parte explicuerat.

Deinde certum quoq; illud est: quod te- 103
stator illi, qui successor eius non est, legem quoq; vllam dictare non possit. *Bl. ad l. 2. n. vlt. C. pro emtore. Simon. de Proët. in tr. de vlum. volunt. interp. lib. 3. dubit. 4. n. 115.*

Sicuti suis quoq; tantum, non verò alienis 104
rebus legem imponere potest. *gl. ad l. confiscantur. §. huius autem. ad v. testatur. in fin. per ill. text. ff. de iur. codicill. Simon. de Proët. d. n. 115.*

Valere itaq; rursus dispositio Testatoris, de qua agimus, nequit. Legem enim illis hic, dixerat, qui hoc respectu, heredes, successoresúe eius, effecti nunquam fuerant.

Sic quoq; prospexerant iura: testamenti 105
factionem, ex alterius arbitrio & potestate, etiamsi id voluisset Testator, dependere non posse. *l. captatorios. & l. illa institutio. ff. de hered. inst. l. tam u. §. 1. ff. de donat. cauf. mort. Ias. in l. semum. n. 9. C. qui testam. facer. poss. Ascan. Clement. in tr. de patr. potest. effect. q. n. 2. & effect. 18. n. 2. Pecc. in tr. de testament. comun. lib. 3. c. 1. n. 2. & 6 fac. trad. Dauth. in d. tr. de testam. n. 36.*

Iustum itaq;, quantum ad hereditatem maternam spectat, præsens testamentum non est. Mariti enim arbitrio, & non proplacito matris proprio, conscribebatur.

Et vt rem, quod dicunt, acu attingamus 106
peruulgatissimi quoq; iuris est: quod pater, etiamsi illi, vsustructus bonorum maternorum debeatur: etiamsi item horum bonorum, libe-

rum, liberis in potestate constitutis, legitimus administrator sit: non tamen ea inter filios, autoritate propria inter viuos, si aliqui adhuc liberorum minorennes sint, posit diuidere, *tradentibus in indiuiduo Bl. ad l. generaliter. ante fin. pr. C. de secund. nupt. Iaf. ad l. præses. n. 5. C. de transaction. Caccialup. in tr. de transactione. q. 7. n. 5. Oldan. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 4. n. 18. & titul. 8. n. 6.*

107 Quod si diuidere ea, parens inter viuos nequit, iure quoq; de ijsdem non testabitur. Firmum enim à contractibus ad vltimas voluntates argumentum est. *Euerard. in topic. in loc. à contr. ad vltim. voluntat. n. 1. Afflict. decision. Neapol. 260. n. 5. Thoming. decis. 17. n. 3. Coler. in tr. de proceff. executiu. p. 1. c. 1. n. 1. Franciscan. à Caldas. in l. si curatorem ad v. minoribus. n. 6. C. de restitut. in integr. Capiferr. an tr. de numer. test. p. 3. c. 2. nu. 2. Menoch. in tr. de remed. possess. adipiscend. remed. 5. n. 31. & in tr. de remed. possess. retin. retinend. 3. n. 645.*

108 Et præterea ab interpretibus quoq; traditum est: quod pater vel maritus in ijs casibus, in quibus mundus, ornatusq; muliebris, heredibus vxoris cedit, de eo testari neutiquam vel possit vel debeat. *Vti ex Boër. Arnold. Ferron. Ludouic. Roman. & Bl. in specie autor est Pecc. in tr. de testament. coniug. lib. 2. c. 14. n. 5.*

109 Iam verò illud apud nos extra controuersiam positum est: quod non solùm mundus, ornatusq; muliebris: verùm etiam dimidia hereditatis pars, matris, quæ decedens, coniugem, liberosq; ex se procreatos, reliquerat, liberis debeatur. *Consil. March. Rubr.* von Erbsälen zwischen Eheleuten *m pr. vers.* Das andere halbe theil.

Testamentum itaq; conscribere, de hisce omnibus parens non potuit.

110 Et deniq;, præsto quoq; est expressa Doctorum doctrina, volens, vxorem per maritum testari non posse, vel è contra. *Pro vt hoc rursus in indiuiduo scriptum reliqui Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 1. c. 27. n. 2. vers. conclusio. & n. 13. vbi alias quamplurimas autoritates in id adduxit.*

Fieri itaq; nequit, veluti antea dicebamus, vt rata sit hac in parte, patris dispositio.

111 Nec enim repugnat his illud: quod quis etiam de meo, me volente rectè testetur. *Vti in indiuiduo docuit Bl. ad l. certum. n. 31. vers. est quintus casus. C. vnd legit. Pecc. in tr. de testament. coniug. lib. 1. c. 43. n. 4. vers. & ideo inquit. per l. nec fratru. C. de donation. cauf. mort. & l. cum quis decedens. in pr. ff. de legat. 3.*

112 Nam vt alias theorematis huius refutationes, recensere nunc superfedeam: illud tantùm cogitemus, quod illa vxor, de qua res est, multis antè annis, vitam cum morte commutarit, quam testamentum conscribere aggrederetur maritus. Impossibile itaq; erat, eius consensum adhibitum esse. Nemo enim est qui nesciat, voluntatem quoq;, & per consequens consensum, morte finiri. *Iaf. Iaf. ad l. non solùm. §. morte. n. 2. ff. de nou. oper. nunciation. Hippolit. de Marsi. ad l. vltim. n. 42. ff. de quæstionib. Gozadin. consil. 22. n. 6. & alij quamplurimi, quorum nomina recensent Medic. in tr. mors omnia soluit. p. 2. n. 306.*

Colligere itaq; iam promtum est, deesse theoremati huic, in quibus innitatur, supposita.

Denique obtinere quoq; aduersus hæc, illud non potest: quod attamen testator non minus de re heredis, etiam eundem aggrauando, *tradente in indiuiduo Surdo. consil. 215. n. 14. vol. 2. per §. non solum Instit. de legat. & l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2.* 113

Ac de re propria, disponere omninò possit. *Petr. Benint. decision. Bonon. 98. n. 10. Andr. Rohl. Exercitat. lib. 1. exercit. 1. n. 6. vers. accedit Borgnin. Caualcan. decis. Fauiz. 14. n. 21. p. 3. Gomez. variar. resolution. lib. 1. c. 12. n. 14. Cardinal. Paris. conf. 2. n. 35. volumin. 3. Bellon. conf. 9. n. 9. Crauett. consil. 135. n. 3. Menoch. consil. 129. n. 29. volum. 2. Rol. ind. à Vall. consil. 71. n. 68. volum. 2. Surd. consil. 350. nu. 3. vol 3. Ioh. Bapt. Ladercb. consil. 111. n. 2. vol. 1. Flamin. de Rub. consil. 23. nu. 179. & cons. 32. n. 183. volum. 1. Anton. Galeat. Maluas. consil. 12. nu. 54. volum. 1.* 114

Quo iure eatenus etiam vtimur, vt procedat, siue integra res heredis, siuè pro parte tantum, eius fuerit: Item siue eius propria iam, siue eidem debita sit. *Mandell. consil. 73. n. 1. vol. 1. per Iaum filium. §. dominus. ff. de legat. 2. & l. vnum ex familia. §. sed si vno. ff. eod. titul.* 115

Quamen non minus quoq; certum sit, quod bona materna hic, pro re heredis propria, iure censeantur. Hereditas enim postquam iam adita est, amplius hereditas non est, sed nunc proprium heredis patrimonium esse incipit. *Iaf. ad l. si quis filium familias. §. in omni. n. 20. ff. de acquirend. hereditat. Iaf. ad l. 1. §. veteres. nu. 20. ff. de acquirend. possess. Riminald. ad l. quisque patri. nu. 101. & 102. C. vnd. liber. Coras. in prælud. l. si ater à fratre. nu. 25. ff. de conditione. indebit.* 116

Nam ad hoc respondetur primò: quod in id, vt testator rectè oneret rem heredi propriam, necesse sit, vt tantundem in testamento de suo proprio patrimonio reliquerit, quantum valet res heredis propria, quæ onere affecta est. *Cuman. consil. 52. n. 3. Surd. d. consil. 215. n. 14. vol. 2. per l. generaliter. §. si cui in fin. & l. filiofam. §. apud Marcellum. ff. de fideicom. libertat. l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2.* 117

Atenim hîc parens, filiabus suis plus longè auffert, siquidem iudex sequi voluntatem eius voluerit, quàm eis reliquerat. Nam ipse bona materna, summam trium millium, adæquare debere, edixerat.

Iam verò deducatur de hereditate paterna legitima (non enim hæc ad hereditatem patris pertinet. Cum filijs obueniat iure speciali & à iure hereditario separato, ceu debitum 118

bitum quod. *gl.ad l.si quis ad v.posse. ff. ad l. Cornel.de falsi. gl.ad l.3.in v.debitum. C. de mofficios. donat. Myusing.observation. centur. 6. obseru.43. n.2. vbi Bl. & Alex. de Imol. in id adducit. Menoch.in tr. præsumt.lib.4.p.1.præsumt.101.n.59.*)

Et facilis iniri ratio poterit, tantundem patrem, filiabus minimè reliquisse.

Incrementum itaq; vllum, ex traditione hac, præsens disp ositio patris, non capit.

119 Insuper astringitur quoq; illa iuris Regula, quæ habet: testatorem posse quoq; disponere de re heredis, hoc pacto; vt procedat tantum in re heredis particulari non autem respectu alicuius totius hereditatis, quæ heredi aliundè, quàm à Testatore obuenerat. *d. §. non solum. Instit. de legat. d. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2. l. cum filius. §. dominus. ff. eod. titul.*

Et per consequens, accommodari sese, nostro casui, non patitur. Hic enim de vniuersa hereditate matris, pater disposuerat.

120 Nec obstat textus. *l. vnum ex familia. §. sed si vno. ff. de legat. 2.*

Nam etsi non eamus inficias, illum textum de fideicommisso loqui, vt etiam rectè animaduertit *Mandell. d. consil. 73. n. 1. vol. 1.*

Dandum attamen nobis simul quoq; erit illud: loqui eum de fideicommisso particulari: non autem de fideicommisso vniuersali. *d.l.vnum ex familia. d. §. sed si vno ponderando verbum: ille fundus. ff. de legat. 2.*

Quare declarationi à nobis facta, non oberit.

121 Et denique declarari quoq; illam, quam diximus Regulam ita oportet: vt non procedat, respectu bonorum maternorum filij. In his enim parens, quo ad vixerit, tantum vsum fructum habet. Plena proprietas autem eorum liberorum est: atq; ita quidem liberorum est, vt parens ea nullo modo alienare possit. *l. 1. & ibi Cyn. Br. Bl. Alberic. Sal. Castr. Fulgos. Pmel. p. 1. n. 1. & DD. C. de bon. matern. Afflict. decis. 393. n. 1. Molin. ad l. 1 in pr. n. 26. ff. de verbor. oblig.*

122 Quod si alienationem bonorum maternorum, parens nullam habet, disponere quoque de ijs, in testamento non poterit. Etenim alienationis appellatio, ad ius testandi, legandi, & fideicommittendi quoq;, pertinet. *l. si quis priorin. §. certum. vbi gl. C. de fecund. nupt. Br. in authent. res quæ. n. 5. C. commun. de legat. & fideicommiss. Cuc. in Clin. Redoan. in tr. de rcb. Eccl. q. 2. c. 21. n. 1. & per tot.*

123 Id quod tunc maximè locum habet, siquidem disp ositione hac paterna, legitimæ quoque filiorum, eis in bonis maternis debitæ, siue per directum, siue per obliquum nocetur. *Vincent. de Franch. in decision. Neapol. 127. nu. 6. per d. l. quoniam in prioribus. C. de inofficios. testam.*

Inconcussum itaq; iam perstat illud: iniustam esse hanc patris voluntatem: Est enim de hereditate matris, atq; sic de bonis aduentitijs concepta. Atq; si sequi eam deberemus, multùm incommodaret legitimæ quoque filiarum. Vtpotè cum hanc non assequerentur, nisi iam viro coniugatæ fuerint. Id quod, veluti euicimus, ab incerto adhuc euentu dependet.

Quare in eo res tota posita erit: quod rei 124
alienæ, lex frustra imponatur. *l. vlt. in fin. C. de pact. Crauett. consil. 974. n. 9.*

IV. QVÆSTIO.

QVARTÒ quærebatur: quid nam efficeret illa disp ositio paterna, qua iubebat: vt omne, quod in pecunia numerata, nominibusque debitorum supereesset, postquam iam satisfactum esset filiabus in feudum recognoscentur: quodq; illud ipsum omne, tamdiu feudum remaneret, donec quispiam ex filijs & eorundem descendentibus, supereesset: His verò deficientibus, quod hactenus feudum fuerat, nunc nullo alio extrinsecus accedente, allodium rursus fieret?

De ea sic sentio: disp ositionem hanc pa- 125
ternam, filios, quatenus de legitima eorum agitur, nullatenus obligare. Nam cum onus sit, siquidem rei adijciatur, vt id in feudum detur. Cum feudum sit seruitus. *gl. ad l. si vsusfructus ad v. oportet. ff. de vsufr. Intrigl. in tr. feud. q. 43. n. 2. Menoch. in tr. præsumt. 91. n. 2. Rosenthal. in synopf. feud. c. 12. concl. 14. n. 11. vbi infinitos ferè, in gl. ibid. sub litera D. idem sentientes adducit.*

Consequitur iam, istiusmodi quid, legiti- 126
mæ apponi non posse. *d. l. quoniam. in prioribus. C. de inoffic. testam.*

Sed & feuda, & fideicommissa, æquipara- 127
ta sunt. *Andr. de Isern ad c. 1. §. hoc quoq;. n. 9. ibi Afflict. n. 8. de succ. feud. Isern. ad c. 1. §. quid ergo. n. 7. ibi Afflict. n. 20. de inuest. de re alien. fact. Isern. ad c. 1. n. 10. de alienat. feud. pat. Afflict. in pralud. feud. n. 178. Cardin. Paris. conf. 65. n. 16. lib. 3. Cephal. conf. 313. n. 30. vol. 3. Dec. conf. 445. n. 33. Rum. conf. 151. n. 3. & conf. 159. n. 6. vol. 2. Roland. à Vall. consil. 100. n. 15. lib. 1.*

Quæ fideicommissa, à legitima rursus re- ijci, superius iam ostendimus.

In eo verò, quod filijs præter legitimam 128
reliquum est, validè filios, ad exequendum id, quod præceperat parens, hac disp ositione astringi, omninò putarim. Pro vt de eo, quod illi, quod supra legitimam resiđuum est, onus, conditio, grauamen validè adijciatur, atq; apponatur. *textus est, ad literam in l. scimus. & ibi Cyn. Br. Bl. Castr. Salycet. Tas. n. 1. & DD. communiter. C. de inoffic. testam. Roder. Suarez. in l. quoniam. amplisat. 2. C. eod. tit. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 11. n. 24. ad fin. Roder. Alturad. in tr. de coniect. ment. defuncti. lib. 2. c. 2. §. 1. n. 102. ad fin.*

Atq;

Atq; hæc omnia, controuersia carere existimo.

Ceterum de illo admodum dubito, an rata sit hæc dispositio, quatenus modò, pecuniam, nominaq; debitorum, feudum modò allodium rursus, esse iubet.

129 Non quidem hanc ob causam, quod sciam: quod pacto effici nequeat, vt feudum in re mobili, constituatur. *Andr.de Isern.ad c.vnic. usu. 2.& ibi Aluarott.n.6.& Afflict.n.17. si de feud. vasall.Ab aliq.interpellet. Hieronym.Schurff.conf. 11. n.1.& seqq.centur. 1. Ernest.Cothm. cons.29. n.78. volum.1.*

130 Nam etsi eius rei non sim nescius, simul tamen eius quoq; recordor quod vbiq; ferè, nec non inter Nostrates quoq;, moribus receptum sit, vt ex pecunia, feudum iam constitui possit; *tradentibus in indiuiduo Aluarott.c. 1. n. 2.& 3.& ibi Præpos.n.2.de feud.cognition.Ioh.Andr. in addition.ad Specul.tit.de feud.in fin.Vdalric. Zasius in tr.feudal.p.12.n.31.Henning.Goden.conf.18.n.3. Zwesenbecc.consil.41.n.170.Dan.Muller. ad Constit. Saxonic.p.3.const.30.n.6.*

131 Et in specie, quod in Electoratu Brandeburgensi, hic mos iam inualuerit, testem se præbet, *Cothm.consil.48.n.18.vol.1.*

Quare hæc ratio vrgens non est.

132 Sed & illius non obliuiscebar: quod pactis, cuicunq; feudorum naturæ derogetur. *c.1.§.vlt.de fuic.feud.2.1.& ibi Bl. vers. nota egregium.de duob.fratribus. à capit. imuest. Schenck, ad c. 1. de feud.cognit.& c.1.n.9.de duob.fratrib.de no. benef. imuest. Zwesenbecc.in tr.feudal.c.8.n.18. Afflict. decis. 265.n.102.& decision.293.n.2. Laurent. Syluan.in tr.de feud. recognition. q.78. Hart. Pistor.q.3.n.35. lib.2. Catheran.decis. Pedem. 23.n.3. Borch.in tr. feudal.c.1.n.25.& c.7.p.2.n.66. Dauth.in tr.de testam. n.84. Knich.in tr.de imuest.pact.c.1.n.9.& seqq. Ernest. Cothm.consil.9.n.84. volum.1. Consil. Ingolst.ad. posit quæst. Hartm. Pistor.41.lib.2.n.28.& 29.*

133 Sic quoq; eius certus eram: quod feudum propterea, quod ad successionem eius, feminæ quoq; vocantur, feudum esse non desinat. *Knich.d.tr.de vestitur.pact.d.c.1.n.19 Modest. Pistor. consil.23.n.12.vol.1.*

134 Quod item feudum, cuius natura in vno & altero alterata, ideoq; feudum degenerans & improprium factum est, in reliquis nihilominus omnibus, feudi proprij naturam sartam tectam tueatur. *c.1.§.vlt.& ibi DD. communiter: quid sit imuest.Schrad in tr.feud.p.2.c.3.n. 103. Ioh. Thom. de Matth.in tr. de gener. & qualit. feud.tit.18.n.22. Mozz.in tr.feudal. tit.de natur. feud.n.14. Rosenth.in synopf.feud.c.2.concl.54.n.2. & c.7.conclus.33.n.7. Tilem.de Benig.in Resp. testamento feud.quod extat in syntagm.4. decis. Cameral. conclus.1.n.71. Fr. Milanens. in decis. Regn. Sicil. decision.8.n.55. lib. 1. & alios in id adducit Knich. de vestitur.pact.d.c.1.n.16.*

Facile itaq; colligere poteram feudum hic improprium, ni aliud obstaret constitutũ esse.

Nec repugnat his: quod attamen purum 135
putum sit Domini beneficium, siquidem etiam in eo feudo, quod ratione pecuniæ oritur, ad successionem, filiam vasalli admiserit: *tradente in indiuiduo Heigio.q.25.n.47.*

Nam hoc attamen, validitati dispositio- 136
nis, non oberit: sed vtiq; res adhuc tentanda erit, vtq; apud principem promouenda, operæ danda. Cum non simus nescij, etiam apud nos quandoq;, sub conditione, si masc̃ula proles defecerit, fœminas ad successionem fuisse euocatas: maximè verò in feudis nouis, aut precio emtis.

Hæc itaque omnia, me vt dixi non mo- 137
uebant, sed ad ita sentiendum, adigebant me illa, quod iuris sit non controuersi: quod pactum impossibile, contra subst antiam contractus, inuestitioni adiectum, totam inuestitionem, consequenterque ipsam feudi constitutionem, destruat atque euertat. *Vt complurimis in id adductis, quibus aliquos addere operæprecium visum non est, docuit Rosenthal. in synopf. feud.c.6.concl.22.n.2.*

Iam verò dispositionem hanc, impossibile quid continere, omninò censeo.

Nam vt omnes scimus, duo hæc, allodi- 138
um & feudum non solum species diuersæ, verùm etiam contrariæ sunt. *tradente Intrigl. in tr.feud.d.q.43.n.1.& patet per se.*

Pacto itaq; effici nequit, vt hæc duo simul, 139
in eodem subiecto concurrant. Si enim res, feudi naturam semel induerit, allodium esse amplius non poterit, nec è contra. Necesse enim est, vt si vnum dispararorum, vel contrariorum posuerimus, alterum confestim remouearur. *l. ille aut ille ponderando verba: aut dies aut nox est.ff.de verbor.signif. l. inter me & te. ff. de except.rei iudicat. Euerard.in top. in loc. à contrar. n. 10. Tiraquell. de ll. connub.l.9.n.142. Crauett. ad Rubric.n.66.ff.de legat.1.*

Nec enim fieri potest, vt species oppositæ, 140
in idem subiectum cadere possint. *Anton. de Prat.vet.int.consil.feud.varior.conf.49.n.29. text. in l.vbi repugnantia.ff.de regul.iur.*

Atq; idipsum confirmatur etiam per id, 141
quod inter interpretes præterea receptum * sit: quod res quæ semel feudum effecta fuerat, apud primum acquirentem, omnesq; successores eius, perdurare atq; permanere, vt feudum debeat. *Rosenthal.in d.synopf. feud.c.12. concl.14.n.31.cum ijs quæ ibidem adducit.*

Quod cum ita sit, qui hic, res semel effecta 142
feudalis, eueniente certo casu, nullo alio accedente, apud eiusdem acquirentis successores, allodium rursus esse inciperet?

Sic quoq; ab interpretibus traditum esse 143
reperitur: feudum semel hereditarium factum, nunquam posthac hereditarium esse, desinere posse. *Vti ex Minadoo & Zuchar. scriptum reliquit Knich.d.tr.de imuestitur.pact.iomb.c.1.n.179.*

Sin itaq; fieri nequit, vt feudum hereditarium, vllo vnquam tempore degeneret, in illi oppositam feudi speciem, ex pacto & prouidentia: Quî sine euersione omnium principiorum iuris, degenerare rursus, atq; conuerti, in allodium poterit?

144 Et quod propius adhuc, ad rem accedit, longè est certissimum: quod in illis casibus, in quibus pecunia in feudum recognoscitur, addi semper soleat, inuestitionum literis: extinctam esse, in pecunia hac, naturam, & proprietatem allodialium, illudq; vicissim feudorum generibus, esse insitum: Es sey dem gelde die art vnd eigenschafft des erbes benommen / vnd es in lehen gemacht / oder in lehen verwandelt. *Dan. Mull. autore ad constit. Saxonic. p. 3. d. constit. 3. n. 6.*

145 Reliquum itaq; illud tantum sit: fieri non posse, vt contra notissima iuris principia, illud quod diutius, iam extinctum fuerat, denuò reuiuiscat, atq; hunc vel illum effectum, producat, *contra notata ad l. si res. §. aream. ff. de solut. & l. cum ex causa. & l. vltim. C. de remission. pignor.*

146 Atq; his non obsistit primò illud quod attamen ab interpretibus traditum reperiatur: eum qui à me, certum fundum in emphyteusin perpetuam recognouerat: posse illam ipsam quoq; rem emphyteuticam, à me in feudum recognoscere: quodq; si nihil præterea, in feudi contractu exprimatur, vterq; contractus, & emphyteuticus, & feudalis, simul valeat: succedant item in hoc fundo, masculi & feminæ, veluti in rebus emphyteuticis, fieri solet. *Vti in individuo post Alberic. de Rosat. Isf. & Albertum Galeoti consulendo tenuit. Alc. conf. 13. n. 14. lib. 5.*

147 Nam respondetur ad hoc, quod longè propius ad feudum, accedat emphyteusis, quàm allodium. Sic namq; ab emphyteusi, ad feudum, rectè deducitur argumentum. *Euerard. in topic. in loc. ab emphyt. ad feud. per tot. Hippol. de Marsil. ad l. de vnoquoq; n. 106. ff. de re iud. Garf. in tr. de expens. c. 12. n. 47. Schrad. in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 120. Aluar. Valasc. in tr. de iur. emphyt. q. 39. nu. 19. versè contra verò.*

148 Cum interim ab allodio ad feudum, vel è diuerso, fruſtrà omnis suſcipiatur argumentatio, *per tradita superius.*

149 Et præterea scire quoque oportet: quod hæc doctrina, à nonnullis, ceu falsa, & erronea redarguatur: quodq; è diuerso statuatur, magis esse vt dicatur, contractum emphyteuseos, per posteriorem feudi contractum, fuisse nouatum. Nec enim duos hosce contractus, simul stare posse. *Ita tradunt Zas. in tr. feud. d. p. 3. n. 5. dum dicit: notabis si verum est. Rosenthal. in synopf feud. c. 12. concl. 26. in addit. sub litera A. ad fin.*

Leuiuscula itaq; est obiectio hæc.

Deindè non nocet etiam illud: quod attamen feudum nouum, in allodium conuerti possit: *Vti rursus in specie autor est Rosenth. d. in d. Synopf feud. c. 6. concl. 69. n. 2.* 150

Cogitandum enim est, quod ibi feudum, iam in allodium conuersum, feudorum ius & naturam exuat, & solius allodij naturam retineat: hîc verò feudi & allodij iure simul iudicari idq; simul retinere debet. 151

Non itaq; argumentum hinc deductum rectè procedit. Cum vbi est ratio diuersa, ibi quoq; diuersum statuere ius necesse sit. *Questa consil. 29. n. 7. vel. 1. per. l. si ex plagis. §. cum eiuo. ff. ad l. Aquil.* 152

Et postremò, refelli quoq; id, absq; opere & labore vllo, potest, quod vna eademq; res, diuersis iure, diuersis temporibus censeri possit. *l. Papinianus. §. sed nec impuberi. ff. de inofficios. testam. Cruuett. conf. 6 26. n. 5. vers. non obstat. vbi Signor. de Homod. in id adducit.* 153

Nam ne sic quidem inferre licitum est: rem, qua semel feudum effectum fuerat, posse iure allodialium post deindè, ex nuda voluntate constituentis, censeri. Nam ea quæ in contrarium adducebantur, de re vna, eademq; diuersis temporibus, diuerso iure censenda, loquuntur; de diuerso iure, ratione qualitatum, rei insitarum: non autem quò ad substantiam, essentiamq; ipsius rei. Sic enim idem homo, hoc tempore censeri potest doctus, alio verò indoctus: non autem fieri potest, vt qui nunc est homo, cras sit bos, vel asinus. *Hippolit. Rimin. ad l. precibus. nu. 467. C. de impub. & aliis substit. Lancilet. Polit. in tr. compend. substit. nu. 29. per l. Pomponius. ls. 2. ff. de negoc. gest.* 154

Concludo itaq; etiam hanc parentis voluntatem, irritam pronunciandam esse. Nam si pater filiabus suis, rectè prospicere voluisset, feudum femineum in pecunia hac numerata, & nominibus debitorum, constituere: filiasq; nemine ex fratribus, eorundemq; descendentibus iam superstite, expressim ad successionem vocare debuisset. Sic consuli rebus filiarum potuisset.

Nam etsi non eam inficias, quod eo casu, cum quis rem, quæ hactenus ei allodialis fuerat, in feudum accipit & recognoscit, non succedat femina. *Ioh. Barthol. de Scaramp. inter consil. Alb. Bruni consil. 108. nu. 27. Rosenthal. in Synops. feud. c. 7. concl. 34. n. 8.* 155

Sed quod linea masculina deficiente, ad feudi Dominum, hæc res, quæ allodialis hactenus fuerat, redeat. *c. vnic. §. quinetiam. & ibi Bl. Episc. vel Abbat. c. quidam. & ibi Bl. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contr. Iohan. Bartholom. de Scaramp. consil. 108. d. nu. 27. vers. sed deficientibus.* 156

Illud tamen, eo casu tantùm verum erit, quando masculi, & feminæ, ad successionem, in inuestitionum literis vocatæ sunt. 157

lgn in l.necessarios. §. non aliàs.p.4 n.98. ff. de S.C. Syllan. Coler.in tr.de proceff. executiu. p. 1.c.9 n.56. Myuſinger.obſerua.t.7 4.n. 2. cent. 5. Borcholt.in tr. feudal.c.1.n.19.c.5.n.44.2.7.p.2.n.68.Sonnbecc. in tr. feudal p. 9. n. 128. VVeſenbec. in tr. feudal. c.6. nu. 22. verſic. quarto Schrad. in tr. feudal. p. 7. c. 4. nu. 41.

158 Hoc etenim caſu, maſculis non ſuperſtitibus, ſucceſsio iam femellarum erit, & feudum penitus extinctum, ad feudi dominum redibit. d.c.1.§.quinetiam.ibi Bl.n.1.Aluar.n.2.Præpoſ.n.1. Schenck.n.1.Iſern.Afflict. & DD. Epiſc. vel Abbat. Schenck.ad c.1.§.hoc autem.n.17. & ad §.filia.n.2. de ſucceſſion.feud.Hartman.Piſtor.q 21.n.12.lib. 2. & q.35.n.1.cod. lebr. VVeſenbec.in tr. feudal. c. 2. n.5.& d.n. 22.verſ. quarto. Couarr. variar. reſolut. lib.3.c.5.n.5.verſ.ſeptimo. Henric. Breul.in tr. de recept. renunc. mor. cauſ. 2.c.7.n.3. Knich. ad priuil. Saxonic,mihi folio. 180.

Hac via,adimplere voluntatem ſuam vltimam,parens rectè potuiſſet.

Nolim tamen ego autor eſſe, vt rigoroſius hæc exagitentur. Non video enim, quid hinc ſperare, expectareq; filiæ poſsint. Viuunt enim, etiamnum fratres octo, ijque iuuenes.

159 Quare ſpem probabilem,filiæ nullam habent. Si enim ſpes ſuccedendi, in bonis parentis,dum viuit, damnatur, atq; confiderabilis non eſt. Br.in l.poſt emancipationem.§. illud. n.1.ff.de liber.legat.Br.ad l. vltim.n. 18. & ibi Curt. n.6.C.de pact. Hippolit. Rmun.dd. ad l.1.n. 202. C. qui admitt.Cranett.conſil 938. n.6.

160 Multò magis vana, fallaxq; illa erit ſpes, quæ in morte octo fratrum, hominum iuuenum & bona valetudine vtentium; ſiquidem ſine liberis deceſſerint,radicata eſt. Quemlibet enim hominem, vitam ad centum vſq; annos extendere poſſe, ſtat præſumtio. l.vltim.C.de ſacroſ.Eccl.Tiraq.de retr.retr.p.1.§.11.gl.1. n.11.Mar.ad l.ſi poteſt n.180.& 181.ff. de acquir. hered.Neuiz.an.in ſyllab. nupt. lib. 2.n. 111. Aſcan. Clement.in tr.de patr.poteſt.c.Vlr.n.108.

161 Sed & impotentia, & frigiditas, in nemine præſumitur: ſed magis rationis eſt, vt dicamus, quemlibet ad liberos procreandos, habilem,aptumq; ; præſumendum eſſe. c.1. c.Laudabilem.& c.fraternitatis.extr.de frigid. & maleſic. Maſcard.in tr.de probat.concl.311.816.& 888. per tot.Menoch.in tr.preſumt lib.1.q.36.n.6. Marcell. Cala. in tr. de mod. prob. & attic. §. 2.gl.vnic. num. 285.

V. QVÆSTIO.

PRoxima nunc eſt QVINTA quæſtio.Eam ſic enucleo : quod filiæ compelli, iure aliquo nequeant,ad ſe,de euictione, fratribus obligandum : Siquidem hi, quod eis debebatur,integrè à debitoribus hereditarijs,exigere non potuiſſent,

Nam etſi, hoc etiam in loco, recolam illud : quod natura diuiſionis hæc ſit, vt vnus diuidientium, alteri, de euictione regulariter obligatus,remaneat. gl.in l.ſi familiæ.C. famil.herciſc.Gerh.Mas.oll.conſ. 75.n. 7.vol. 1. Carol. Ruin.conſ.111.n.3.vol. 1. Rol.à Vall.conſ. 51.n. 5.volum. 4. 162

Quod & in ſpecie, in heredibus pluribus, familiam herciſcentibus. l. ſi familiæ.& ibi Sichard.n.3.C.famil. herciſc.& l. ſi fratres. C. comm. vt iudic.Caballin tr.de euict. §.4.n.52.verſicul.coheres tenetur.Gail.obſeru.14.n.6.lib. 2. Modeſtin. Piſtor. conſil.35.n.21.vol.1. 163

Etiamſi de euictione, promiſſum nihil eſſet. d.l. ſi familiæ. C. famil herciſc. Modeſt. Piſtor. d. conſil.35.n. 21. vol. 1. Ioh.Petr. Surd.conſil.311.n. 26.volumin.3. qui aliorum complurium, autoritates in id adducit. 164

Item etiamſi ad diuiſionem hanc, iudicis autoritas acceſsiſſet : d.l.ſi familiæ.& ibi Sichard. d.n.3.C.famil.herciſc.Caballin.d.tr. de euict. §.4.d. n.52.d.verſ. coheres tenetur. 165

Nec non,etiamſi hi coheredes,fratres fuerint : d.l.ſi fratres.C.com.vt iudic. Cephal.conſil 648. n.60.vol.4. Burſat.conſil.173.n.19. volum. 2. VVeſenbec.conſil.51.n.54.p.2. 166

(Quorum appellatione etiam ſoror comprehenditur. l.tres fratres.& ibi Br.n.1.Iaſ.n.2.& DD.ff.de pact.Capyc.deciſ.Neapolit.32.n.12.) 167

Verum eſt atq; obtinet.

Non tamen hæc omnia moror. Præſtò enim eſt, alia iuris regula habens : diuiſione facta, per teſtatorem ipſum, fratres coheredes,ad euictionem non fore obligatos. Vt in indiuiduo traditi gl.ad l.ſi cogitatione ad v. voluntatem.C.famil.herciſc.Caball.in tr.de euict.d.§.4.n.52. Ripa.in l.qui Romæ.§.duo fratres.n.95. & DD.ff. de verbor.obligat.Sichard.ad d.l.ſi familiæ.n.4. Vbi hanc communem eſſe opinionem atteſtatur. C.famil. herciſc. Guido Pancirol.conſil.193.n.18.vol.1. Cardinal. Pariſ.conſ.34.n.22. vol. 2. Tiber. Decian. conſ.41. nu. 154.vol.1.Menoch.conſil.87.n.82.vol.1. 168

Etenim longè differt,diuiſio à patre facta, à diuiſione per liberos,poſt mortem tandem patris peracta, atq; celebrata. tradentibus in indiuiduo Tiber. Decian.d.conſil.41.n.154.volum.1. Menoch.d.conſil.87.n.82. 169

Etenim poſteriori hoc caſu, diuiſio tota, ſecundum ius vltimarum voluntarum regulatur,atq; moderatur. Cacheran.deciſ.Pedemont. 125.n.1.Cardin.Pariſ.d.conſ.494.n.22.vol 4. Ioh. Vincent.Honded.conſil.59.n. 1.vol. 1.per l.ſi filiæ. §. pater.ff.famil.herc.& l.quoties.C.eod.tit. 170

Et ſeſe,ad inſtar legati ſpecialis habet. Ripa.ad d.l.qui Romæ.§.duo fratres. d.n. 95.ff.de verbor.obligat.Caballin.d.§.4.n.52.Cephal.conſil.495. n.27.vol.4.Simon.de Prætis. conſil.65.n. 27.vol. 1. Ioh.Vinc.Honded.conſ.59.n.22.vol.1.per l. quid ergo. La.2.ff.de leg.2. 171

Cuius nomine euictionem non præſtari, in confeſſo eſt. l. à ſubſtituto. §. 1. & ibi Br. in ſummar. 172

summar. Iaſ. n. 1 & 2. & DD. ff. de legat. 1. Ripa ad d. § duo fratres. d. nu. 93. Sichard. ad l. 2. nu. 11. C. de legat.

Iam verò hîc ipſe parens, certam bonorum partem filiabus aſsignarat. Vt itaque iure obſtrictæ eſſent, ad præſtandum id, quod ob inopiam debitorum, vel magiſtratus facto, fratribus non eſſet perſolutum?

173 Nam vt rectè me iudice loquitur Sichardus, ratio differentiæ gemina, inter diuiſionem per teſtatorem, & diuiſionem per partes, vel per iudicem factam, in eo conſiſtit, quod in hac quædam fiat permutatio. Cum in domo, quam tu diuiſione conſequebare, ego partem habeam: tu verò viciſsim, partem in eo prato, quod diuiſione meum fiebat, habebas. Non immeritò itaq; tu, mihi meam, ego viciſsim, tibi tuam, euictione ablatam, præſto partem. At in diuiſione per teſtatorem facta, res nunquam ad eum caſum, vt res mihi, tibiq; communis eſſe inciperet (nam viuente teſtatore neuter noſtrorum partem in bonis eius habebat) peruenit. Sed ante, vllam communionem bonorum inter nos coortam, diuidebamur iam ab inuicem. Meritò itaque hoc caſu, ob rationem ceſſantem, ceſſat quoq; euictio. *Sichard. ad d. l. ſi familiæ. n. 4. C. famil. herciſc.*

Quare & hîc meritò, ceſſabit omnis defectus, allegatio, atq; de euictione actio.

Non enim ob diuiſionem, quam ipſe fecerat parens, dum in viuis adhuc eſſet, vlla vnquam inter liberos, bonorum communio extitit.

174 Accedit adhæc illud: quod filiabus, nil amplius, quàm legitimam ad ſummum, parens reliquerit.

Nam hoc cum ita ſit, inefficax iam planè erit tota, de euictione patris diſpoſitio. Cum vt ſæpius iam inculcauimus, à legitima omne reijciatur onus, grauamen & conditio, *per ſuperius in id adducta.*

Cum tamen nemo non videat, euictionis præſtationem, onus eſſe. *facunt tradit Caball. in tr. de euict. in præfat. n. 9. & tradit in ſpecie Bertarol. conſil. criminal. 455. n. 11. vol. 2.*

175 Et præterea, hûc quoq; referendum illud eſt, quod in illis caſibus, vbi aliàs dari ſolet de euictione actio; ibi ea ceſſet, ſiquidem facto, culpaúe, emtoris, vel eius, qui emtoris loco eſt, res euincitur. *Bl. ad l. ſi controuerſia ad fin. per ill. text. C. de euiction. Caball. in d tr. de euiction. § 5. nu. 50. Anton. Rub. ad l. non ſolum. § morte. n. 111. ff. de nou. oper. nunciat. Tiraq. de utr. retract. p. 1. ad fin. titul. nu. 49. Mozz. in tr. de contract. Rubric. de natur. emt. n. 4. Crauett. conſil. 716. nu. 17. Marc. Anton. Peregrin. conſil. 93. nu. 12.*

Enimuerò hîc, non niſi facto, culpaúe ipſorum fratrum, euictio contingere poteſt.

Etenim in hunc uſque diem, omnia adhuc nomina debitorum, bona ſunt. Diligentes itaque in exigendo, interpellandoque creditores, modò ſe præſtent fratres, & nulla omninò euictio, euenire poterit.

At fac, præter legitimam, hic quicquam recepiſſe ſorores, & ideò eas fratrum reſpectu, pro uenditoribus hereditatis habendas: non tamen etiam hoc pacto, quo volunt, fratres peruenient.

Nam etiam hoc de caſu, iuris eſt conſtituti: euictionem à venditore vniuerſitatis, ob res quaſdam particulares euictas, non præſtari. *l. 1. C. de euict. Boër. deciſ. Burdegal. 33. nu. 26. Maſuer. in ſua pract. tit. de retr. nu. 9. Tiraq. de utr. retr. p. 1. § 1. gl. 5. n. 11. Caball. d. tract. de euict. § 5. n. 30. Rum. conſil. 146. n. 1. verſ. nec obſtare, vol. 1. Crauett. conſil. 896. n. 14.* 176

Veluti id quoq; obſcuri iuris non eſt, quod ex contractu, qui ad retinere, & non ad dare, ordinatur, non detur euictio. *Bl. in l. ſi pro fundo. notab. 3. & ibi Iaſ. n. 1. C. de tranſact. Caball. in tr. de euict. § 4. nu. 46. Franc. Cremenſ. ſingul. 131. inc. volo dare. Simon. de Proct. conſil. 71. nu. 42. volum. 1.* 177

Sicuti, de euictione quoq; actio, non naſcitur, ex pacto de non petendo. *Alex. de Imol: ad l. ſi de certa. n. 4. C. de tranſact. Simon. de Proct. d. conſil. 71. n. 43. vol. 1.* 178

Nam & hanc ob cauſam, nulli de euictione querelæ aditus iam patet. Sorores enim fratribus, totam hereditatem reliquerunt, & legitima contentæ, pactum quaſi de non petendo fecerunt.

Sic quoq; expreſsi iuris eſt, quod omnis ſileat, confeſtim de euictione actio, ſiquidem principis facto, res euicta fuerit. *l. Lucius. in pr. ff. de euict. Caball. d. tr. de euict. d. § 5. n. 56. Natt. conſil. 181. n. 4. Alciat. conſil. 21. ante n. 1. lib. 6.* 179

Eſt etenim principis factum caſus fortuitus. *Caball. in tr. de euict. d. § 5 d. n. 56. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 54. n. 2. & ibi Iohan. Angel. Piſanell. in addit.* 180

Caſus fortuitus autem, ad euictiones non pertinet. *d. l. Lucius. ff. de euict. Caball. d. n. 56. fac. trad. Sebaſt. Medic. in tr. de fortuit. caſib. p. 1. q. 16. nu. 1.* 181

Quare aliud nihil præterea reſtat, quàm vt dicamus, iniuriam fieri ſororibus, ſiquidem vllam nominum debitorum euictorum præſtationem, ſubire deberent.

Nec obſtat, quod traditur, illum attamen, qui de euictione obligatus erat, ad precij reſtitutionem teneri, ſiquidem principis facto rem habere, non liceat. *Caball. d. nu. 56.* 182

Nam cum id eo demum caſu verum ſit, ſi precium à principe, præ re ablata datum fuerit. *Vti ſeipſum interpretatur Caball. d. § 5. d. nu. 56.* 183

Hæc

Hæres nihil ad nos attinet: Nam si pretium hic, vtpote in mutuo cum simus, haberemus, de euictione stipulatio, non committeretur.

184 Et vt breuiter dicam, eò res tota redit, quod communis interpretum conclusio præsto sit, habens: quod nunquam præstetur, rem euictam esse, si euictio ex causa noua, quæq; rei, contractus tempore non inerat, euenerit. *l. 3. & ibi not. id expressum. Bl. ff. de euict. Cabell. in tr. de euict. d. §. 5. n. 52. Tiraquel. de utr. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 36. Br. ad l. 1. n. 1. & ibi Bl. Sályc. & Castren. l. C. de peric. & commod. rei vend. Ioh. Petr. Surd. consil. 15. nu. 27. & consil. 70. n. 18. volumin. 1.*

185 Futuri enim casus, post perfectam iam venditionem, vel familiæ diuisionem, ad venditorem, vel coheredem diuidentem, non pertinent. *d. l. Lucius. ff. de euict. Cabell. d. tr. de euict. d. §. 5. n. 52. Surd. d. consil. 15. n. 27. vol. 1.*

Quare rursus concluditur, hanc quoq; patris dispositionem irritam omninò esse.

Nam in hanc vsq; horam, debitores rectè valent, atq; soluendo sunt. Cessat itaq; omnis etiam vsq; in hanc horam, de euictione
186 meritò actio. Non enim actio de euictione oritur, nisi vbi iam res, per sententiam iudicis, euicta, ablataq; fuerit. *l. qui rem. C. de euict. Br. in l. at qui natura. §. cum me absente. n. 1. per ill. text. ff. de negoc. gest. Br. in l. vtiq;. nu. 1. ff. de rei vendicat. Br. in l. emtorem. in pr. n. 1. ff. de act. emti. Cabell. in tr. de euict. §. 3. n. 160. Anton. Gomez. communem dicens variat. resolut. lib. 2. c. 2. n. 39.*

* Et si peracta iam diuisione, aliquod nomen debitorum, non soluendo esse appareret, est, quod idipsum pro casu, post diuisionem peractam & perfectam superuenientе, qui ad coheredem diuidentem non pertineret, censeremus, *per iura proximè in id adducta.*

187 Nec obstat, quod attamen iuris sit haud incerti: quod heredi, cui per actionem de euictione, eo quod ipse testator, familiam diuisillet, prospectum non est, succurratur attamen, aduersus coheredem suum, ope exceptionis. *Br. ad l. cum pater. §. cuidis. n. 3. per ill. text. ff. de legat. 1. Ripa. ad l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 95. & ibi Raph. Cumanus. n. 25. ff. de verbor. obligat. Menoch. consil. 87. n. 98. vol. 1.*

188 Nam cum sorores maritatæ, suum iam receperint: non video, quid aduersus illas, fratres excipere possint. Sin verò contrà non maritatas, exceptione aliqua vterentur, elideretur attamen exceptio ista, hac replica: pater non potuit me grauare, in legitima mea: Ego vobis nomina hæc debitorum non dedi, sed vos ipsi ea retinuistis: item euictio facto principis contigit: item causa euictionis perfecta iam diuisione familiæ nostræ, demum superuenit. Vnde ad me ille casus non pertinet, & si quæ sunt alia.

Non multum itaque proderit has exceptiones interposuisse: quandoquidem replicationibus, excludantur, resoluantur que semper exceptiones. *l. 2. §. 1. ff. de except. Butigell. ad l. lecta. n. 93. ff. si cert. petat. Speculat. in tit. de except. & replicat. §. vltimum in pr. Abb. ad c. a nobis. n. 14. extr. de except. Angel. Aret. Inst. de replicat. in pr. n. 5. & ibi Mynsing. n. 2. Baldwin. in pr. Borcholt. in pr. VVesenbec. ad Rubr. n. 2. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 16. c. 1. n. 2. 3. & 4.* 189

Quinimò cum scienti rei conditionem, dum diuidit, omne auxilium denegetur, vti pluribus in id adductis autor est *Marc. Anton. Peregrin. conf. 93. n. 27. vol. 1.* 190

Censuerim ego, ne exceptionem quidem hic dandam esse. Eò quod fratres conditionem debitorum suorum optimè nouerint: quos attamen sorores, ne nomine quidem notos habent, vtpotè, quibus editio inuentarij, vel nudæ saltem descriptionis bonorum, denegata hactenus fuerat.

VI. QVÆSTIO.

NVnc porrò videamus, qui sint effectus renunciationis successionis, quam filia, in pactis dotalibus fecerat. SEXTA hæc erat quæstio.

Et sanè conspicor, eam multis, etiam à lege & consuetudine, non desideratis solennitatibus, esse peractam.

Nam primò certus hîc tutor feminæ, successioni paternæ & maternæ, in pactis dotalibus renuncianti, datus fuerat: Id quod ego nouum putarim.

Nam etsi non nesciam, etiam inter Nostrates, feminis in confectione testamenti, nec non in alijs quoq;, præsertim verò actibus iudicialibus, tutores certos datos esse (id quod ex iure Saxonum deriuari adhuc censeo: Quo iure in omnibus ferè actibus iudicialibus, extraiudicialibus, ciuilibus vel criminalibus, mulieri curator dari debet. *art. 44. & 47. Landr. lib. 1. Dan. Mull. ad Const. Sax. p. 2. const. 15. n. 33. Rauch. q. 2. n. 50. Dan. Mull. in semest. lib. 2. c. 3. in pr. & n. 1.* 191 192 193

Sed & hoc iure, in hisce quoq; terris olim viuebant. *Constitut. nostr. Marchic. Rubr.* von gemeinen Erbfällen *& Rubr.* von den Brandenburgischen Rechten.) 194

Non recordor attamen tutorem vnquam, ex parte mulieris, in pactis dotalibus, quantumuis hæ, renunciationem aliquam successionis continerent, intercessisse. Sicuti id quoque in terris Saxonicis, vsitatum non est. Pro vt hoc, quod in pactis dotalibus, etiam in terris Saxonicis feminis curator dari non soleat. *in individuo traditur Dan. Mull. ad Const. Saxon. p. 2. const. 43. n. 5.* 195 196

Sic

197 Sic quoq; accesit adhæc, ipsius quoque sponsi renunciatio, id quod rursus, mihi insolitum quid esse videtur. Nam & hæc renunciatio sponsi necessaria non est: & si accesserit, pondus aliquod non habet. Creduntenim Interpretes, quod consensus, vel dissensus, sponsi, renunciationibus, planè nec prosit nec obsit. *Vti in individuo scriptum reliquit Henric. Breul. in tr. de renunciat. rec. mor. cauf. 3. c. 9. n. 1. & 2.*

198 Tertiò sub hac quoq; verborum formula, renunciatio fiebat: renuncio paternæ, maternæque successioni, sub fide meanobili femineæ, & honore meo: nec non verbis meis veris: bey meinen Adelichen frewlichen ehren/ wahren worten vnd glauben/ &c.

Videbatur itaque consequens esse dicere: renunciationem hanc valere. Nam etsi non inficiemur, quod ad validitatem pacti de non succedendo, iuramentum expressè, iura exigant. *c. quamuis & ibi Dauth. n. 21. de pact. lib. 6. Iaf. ad l. pactum. n. 3. C. de collat. Rober. Mar. ad l. si potest. n. 218. ff. de acquir. hered. Trider. Schenck à Tautenb. ad c. 1. §. filij. n. 1. Si de feud. defect. cont. fil. Seraphin. de Seraphin in tr. de iurament. privil. 21. n. 13. Borchol. in tr. de pact. c. 5. n. 61. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 2. c. 8. n. 34. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 153. C. de revoc. donat. Anton. de Petrut. ad l. 1. eff. 5. vers. veruntamen præd. ff. de iureur. Tieleman. de Benig. Decis. Relat. Syntagm. 3. decision. 2. voto. 10. n. 135. consil. incerti autoris 1. quod extat post Breul. d. tr. in pr. vers. atq; sic. Crauett. consil. 856. n. 12.*

199 Stare tamen simul, illud quoque potest, quod promissio, sub fide sua nobili bey Adelichen ehren/ etiam in renunciationibus filiarum, iuramentum introducat. *Dictus Autor incertus consil. 1. post Breul. tr. excus. vers. deinde respondeo & ibidem in consilio 2. vers. aber da entgegen & vers.* dieſem ſtimmen.

200 Quinimò si Breulæo credimus, valet renunciatio absq; iuramento omni, dummodò iuramenti loco, alia verba solennia apponantur. *Breul. d. tr. de renunc. rec. mor. d. cauf. 1. 6. 2. nu. 9. & 10.*

201 Quartò non obest quoq; renunciationi, quod attamen filia renuncians, in sacris adhuc paternis constituta fuerit. Nam & filia, sub potestate patria constituta, pactum de non succedendo, rectè facit. *Iaf. ad d. l. pactum. ante n. 1. per ill. text. ibi Dec. n. 1. Sichard. n. 1. vers. casus & DD. C. de collat. Crott. ad l. stipulatio hoc modo. n. 77. ff. de verbor. obligat. Couarr. ad c. quamuis. p. 3. §. 1. n. 5. & ibi Dauth. n. 77. de pact. lib. 6.*

202 Sic quoque quintò, innocuum renunciationi huic illud est, quod præter id, quod in patria potestate fuerat, constituta filia, simul quoq; minor fuerat.

Nam itidem iuris est, haud obscuri, quod filia etiam minor, rectè successioni paternæ, & cum effectu renunciet. *Georg. Natan. ad d. c. quamuis. p. 1. n. 22. & seqq. & ibi Couarr. §. 1. n. 3. vbi hanc esse communem omnium sententiam testis est. Dauth. n. 60. qui Bologner. & Simoncell. in id adducit. & DD. de pact. lib. 6. Graff. receptar. sententiar. §. successio ab intestato. q. 11. n. 2. Cardin. Paris. consil. 26. n. 13. volum. 3. VVesenbecc. consil. 23. n. 20.*

Et denique, non tollit renunciationem istud: quod attamen non appareat, de iure suo certiorem factam filiam.

Nam c. quamuis de pact. lib. 6. disposito, 203
vsque adeò dilatatur, vt valeat renunciatio filiæ, de non succedendo parentibus, etiamsi iuris sibi competentis, certior facta non fuerit, *Archidiac. ad d. c. quamuis & ibi Ioh. Andr. Domenic. de S. Gemin. n. 5. Georg. Natan. n. 78. & seq. Couarr. §. 1. n. 4. Dauth. n. 75. & DD. de pact. lib. 6. Guilelm. Benedin repet. c. Raynutius. ad v. duas habens filias. n. 260 extr. de testament. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 2. tit. de iureur. concl. 3. n. 1. vers. contrarium. Cephal. consil. 405. nu. 42. volum. 4. Tiber. Decian. consil. 39. nu. 74. & 75. volum. 2.*

Nec repugnat his illud: quod attamen dotata, cum renunciaret nondum esset filia.

Nam ne sic quidem rectè concluditur, desinere nunc c. quamuis de pact. lib. 6, vtpote, quod de filia dotata, expressim loquitur.

Numerabatur enim post deinde filiæ huic, dicto tempore dos sua: sed & ipsa hanc sibi numerari, sine contradictione vlla passa est.

Satis fiebat itaque quoq; simul. c. quam- 204
uis de pact. in 6. dispositioni. Veluti cum id inter filiam, cui dos dabatur, antequam renunciaret, & illam, cui dos, renunciatione iam facta demum, numerabatur, non distinguit.

Atque ita in specie, quod valeat pactum de non succedendo iuratum, siue id interponatur ante dotis receptionem, siue eodem momento, cum dotis numeratione: siue denique post, concludunt. *Ioh. Monach. Archid. Iohan. Andr. Gemin. Phil. Franc. Corarr. Gabriel. Roman. & Guilelm. Bened. in locis à Dauth. designatis ad d. c. quamuis. n. 78.*

Fateor equidem hæc, si pœnitius res non introspiciatur, talia esse, quæ mouere aliquem, ad applaudendum renunciationi factæ, possent.

At interim, hisce adduci me non feram, vt renunciationi successionis, quam video vitiosè factam, subscribam.

Nam primùm video, parentem lactasse filiam, & falsa spe produxisse, ad renunciandum, promissione tali, qua ipse promittebat vicissim filiæ, se inæqualitatem vllam inter liberos, per testamentum suum non introducturum.

Rectè

205 Rectè itaq; concludimus, quòd pactum de non succedendo, ad quod filia per patrem inducebatur persuasionibus, quas euanuisse postea apparet, etiam iuratum, per se & ipso
* iure nullum sit. *d. c. quamuis, & ibi Dauth. n. 120. de pact. lib. 6. vbi hanc esse communem ex Cacherano Natan Guilelm. Bened. Gabriel. Roman. Vasq. Simoncell. Castr. Cephal. & Hotom. ostendit.*

Secvndo, perspexi quoq; sub inepta planè verborum conceptione, renunciationem hîc factam esse.

206 Renunciauerat enim filia dispositioni c.
207 quamuis. de pact. in 6. Cui tamen, vtpote cum vnicum sit fundamentum, quo pactum de non succedendo, in honorem iurisiurandi stabilitur. (*Iust. ad d. l. pactum. n. 3. & ibi Sichard. n. 1. ad fin. C. de collat.*) minimè renunciatum esse oportebat.

208 Vt taceam non potuisse quoque, à quoquam, c. quamuis de pact. lib. 6. vtpote quod ob vtilitatem publicam, animarumq; salutem, latum fuit, validè renunciari. *per trad. Br. ad l. peenult. sub n. 3. & ibi Ias. n. 14. C. de pact. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 5. n. 66. Seraphin. de Seraphin. in tr. de iurament. priuil. 65. n. 7. Tiber. Decian. consil. 21. nu 72. vol. 1. per l. 2. §. sed quia veremur. C. de iureiur. propt. calum.*

209 Tertio, Indubitati quoq; iuris est, quod pacti de nõ succedendo requisitum substantiale, sit iuramentum. *text. in d. c. quamuis de pact. lib. 6. consil. 2. quod extat post Breul. d. tr. de recept. renunc. modo. vers.* Als erstlich).

210 Quinimò iuramentum de forma eiusdem pacti de non succedendo esse censetur, *vt tradit in induiduo Bercholt. d. tr. de pact. c. 5. n. 61.*

Iam verò iuramentum vllum etiam per equipollens, hîc intercessisse, etiamsi id, diligenter admodum indagassem, deprehendere non potui.

Nullam itaque, vanamq; esse renunciationem, de qua hîc agitur, rectè pronunciamus.

211 Nec obstat, quod attamen superius indicauerimus, sufficere hac in parte, loco iuramenti, eiusq; vices supplere, simplicem fidei præstationem. Nam hanc opinionem falsam & erroneam esse duxerim. Vtitur enim textus c. quamuis. de pact. lib 6. iuramenti verbo, non autem fidei præstationis. Quare cum isipse textus, iuris ciuilis sit correctorius, strictissime quoque eum accipiemus, nec de iuramento loquentem, ad fidei præstationem extendemus, *Vt rectè censuit Pet. de Ancheran. quem refert Georg. Natan ad d. c. quamuis. n. 24. vers. quintò limita de pact. lib 6.*

212 Sed & iuramenti appellatio, in dubio, in potiori suo significatu, atq, sic de iuramento solenni, non autem de nuda fidei præstatione, accipienda erit. Vti in induiduo tradidit *Rutg. Ruland in tr. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 35. per. l. 1. § si aduersus venditionem & l. si alterius. C. si mun. se mator. dixer.*

Vt taceam nunquam, quando pro actus 213
confirmatione, iusiurandum exigitur, fidei præstationem, siue promissionem per fidem suam, paris cum iureiurando, virtutis esse. *Bl. ad c. etsi Christus. n. 8. extr. de iureur. Ias. ad l. 3. §. iurari. n. 1 & 2. ff. de iureiur and. Dauth. ad c. quamuis. n. 21. de pact. lib. 6. Modestin. Pistor. consil. 19. n. 42. cum seqq. volum. 2.*

Atq; sic in specie consulendo tenuit *Richard.* 214
consil. 54. n. 1. lib. 1. Modest. Pistor. consil. 19. n. 47. & seq. vol. 2. VVesenbec. consil. 15. n. 27. & consil. 23. n. 30. Borcholt. in tr. de pact. c. 5. n. 61. Rutger. Ruland. in tr. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 36.

Sic quoq; in simili deciditur: nulla esse at- 215
testata eius testis, qui non leuatis digitis, ante depositionem suam, iurarat: sed tantum, sub fide sua bona, & an Eydesstadt / se veritatem dicturum, spoponderat. *Rutg. Rul. d. tr. de commiss. d. p. 2 lib. 2. c. 11. n. 34. cum præced. & seqq.*

Et præterea Doctores omnes, quos ceu 216
contrarios, huic sententiæ adduximus, de illo agunt casu, cum non solùm illa verba: sub fide bona, sub verbis veritatis, sub honore existimatio, neq; mea apposita fuerant: verumetiam aderat quoque illa verborum expressio: quod hæc omnia facta essent loco iuramenti an Eydesstadt / *Vt cognoscere licet ex Dauth. ad d. c. quamuis. n. 23. de pact. lib. 6. Item ex Breul. in d. tr. de reuunc. recept. mod. cauf. 3. c. 1. post finitam formulam renunciationis, vers. quamuis autem. Item ex consil. 2. quod post Breul. extat. vers.* Vnd was darff es. *ibi.* Als were solcher verzug vor vnserm ordentlichen Richter nit vollbracht en Trewen vnd Eyden geschehen. *& paulò post:* Geredten vnd versprechen für vns vnd alle vnsere Erben / bey vnserm Glauben / an Eydesstadt.

Cum itaq; nihil tale, in nostra renunciatione insertum legatur: doctrina quoq; horum Doctorum, ad nostrum casum, adaptari non poterit.

Atq; sic ob illa verba tantum: An Eydes- 217
stadt omissa: transactionem quandam, irritam esse, in causa Endorff / contra Endorff / fuisse pronunciatam testis est. *Rutger. Ruland. d. tr. de commiss. p. 2. lib. 2. d. c. 11. n. 28.*

Neq; verò his repugnat illud: quod atta- 218
mẽ hodie, illa iurisiurandi formula, qua dum iurabatur, Euangeliorum liber tangebatur, amplius in vsu esse desierit, *gl. in authentic. iusiurandum quod præstatur ab his, qui ingred. ad appellat. ad v. quatuor. gl. ad c. 1. §. item sacramenta de pact. iuram. firm. Anton. Gabriel. Roman. in tr. reg. a. lib. 2. tit de minorib. conclus. 5. n. 36. Octau. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 8. n. 188. VVesenbec. consil. 25. n. 29.*

Lubens enim idipsum agnosco. At interim. 219
nullibi, cessauit illa iurisiurandi forma, qua dum iuramus, digitos adhuc hodie alleuamus. *Rutg. Ruland. in d. tr. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 34.*

Aut etiam, si mulieres fuerint, quod duo- 220

bus digitis, manus dextræ, mammillam sinistram, tangant. *Qua in re ad experientiam quotidianam provoco.*

Atque illud ipsum est, quod in præsentia desidero.

221 Sic quoq; magis infestum, illud nobis non est, quod attamen filia, quæ legitimam suam integram receperat, renuncians: teneatur abstinere sese, ab omni ulteriori paternæ hereditatis petitione, etiamsi hanc renunciationem, iurato non feciſſet. *Vti poſt Ludouicum Roman. communem hanc eſſe ſententiam, teſtis eſt Georg. Natan. ad d.c.quamuis.p.1. n.6. & ibi Dauth. n. 43. de pact. lib.6.*

Nam & id rursus conceſſerim, dummodò prius fides fiat, legitimam integram, filiabus hîc vnquam, perfolutam fuiſſe.

222 Quarto in renunciatione noſtra, illud quoq; deſidero: quod contrà, quàm cautum in iure est, quod in omnibus renunciationum inſtrumentis, apponi debeat, iſta clauſula: quod filia ad renunciationem, ex certa ſcientia, nulloq; iuris, vel facti errore, ſeducta, ſed animo, & propoſito deliberato, acceſſerit: *tradentibus in indiuiduo Ant. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de iur. dot. concluſ. 1. n. 42. Dauth. ad d.c. quamuis. n. 143. de pact. lib. 6. Cardin. Pariſ. conſil. 96. n. 70. Volum. 1.*

Nihil tale, in inſtrumento noſtræ renunciationis, reperiatur.

Nec obſtat: quod attamen ſuperius annotauerimus: conſtare renunciationem, etiamſi mulier de iure, cui renunciat, certiori facta non fuerit.

223 Nam etſi non nego, nos hoc ita annotaſſe: Scire tamen velim, Dominos Conſulentes, plures eſſe, qui hoc non admittant, ſed inefficacem eſſe renunciationem velint, niſi certioratio mulieris, quæ renunciabat, præceſſiſſet. *Veluti diſertis verbis tradunt Breul. in tr. de renunc. ret. mod. cauſ. 3. c. 8. n. 3. & cauſ. 4. c. 6. n. 6. Autor incertus. conſ. 2. poſt. d. tr. Breul. in verſ.* Zum dritten.

Sic communiter interpretibus placuit, 224 * nullius eſſe momenti, renunciationem illam, qua mulier Velleiano Senatuſconſulto, eius rei certior non facta, renunciat *Br. ad l. in repudianda. n. 1. ibi Alex. n. 2. Laſ. n. 1. & DD. ff. de acq. hered. Gaul. obſeruat. 77. n. 3. lib. 2. Thoming. deciſ 1. n. 33. Capyc. deciſ. 159. n. 30. Tiraq. ad l. ſi vnquam in præfation. n. 98. C. de reuoc. donat. Seraph. in tr. de iurament. priui. 63. n. 2. Breul. in d. tr. de rec. renunc. mod. d. cauſ. 3. c. 8. nu. 4. Valent. Franc. in tr. de fideiuſſ. c. 2. n. 197. & eſt communis aſſertio teſte Vuio comiuun. opinion. lib. 1. opin. 220.* *

225 Sed & illiipſi Doctores, quos ſuperius, ceu aduerſum nos ſtantes, introducebamus: ipſimet, hanc ſuam doctrinam attringunt, atque limitant. Vt vera non ſit, ſi tabellio, vel is, qui renunciationem à filia pro patre ſtipulatur, omnem omninò certiorationem omiſerit. Etenim ipſi cenſent, certiorem ad minimum faciendam filiam, de opulentia hereditatis, cuius renunciationem nunc aggredimur. *Veluti ſeipſum explicat Dauth. ad d.c.quamuis.n.76. declar. 2. de pact. lib.6.*

Quinto: inſanabili etiam hoc morbo, renunciationem noſtram laborare, omnino cenſuerim, quod non ſolùm paternæ hereditatis, verumetiam materne, renunciationem, filia parti fecerat.

Nam hoc ipſum, omni iuri, diametraliter aduerſum eſt, cumq; eo pugnat.

Nam de hoc caſu renunciationis, ſic pro- 226
ſpexerunt iura, tradiderunq; item interpretes eius, quod pactum renunciatiuum vt vocant, inter filiam, & patrem, de hereditate matris abſentis, tantoq; magis, ſi mortua iamfuerit, etiamſi iuramento vallatum ſit, pondus tamè nullum planè habeat *Anchoran. & Imol. ad d.c. quamuis. & ibi Gemin. n. 13 Couarr. p. 3. in pr. n. 5. & 7. verſ. ceterum. Dauth. n. 37. de pract. lib. 6. Dec. ad d.l. pactum. n. 9. ſallent. 6. C. de collat. Alex. de Imol. ad l. ſtipulatio hoc modo. n. 12. ibi. Laſ. n. 9. Zaſ. n. 31. ff. de verbor. oblig. Ioh. Bolegnet. ad l. vlt. n. 59. 60. 112. 113. & 115. C. de pact. Tiraq. de iur. primog. q. 29. n. 9. Graſſ. receptar. ſent. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10. n. 6. Roderic. Suar. ad l. quotiam in prioribus ad l. Regni limit. 5. n. 3. C. de teſtam. Vbi atteſtatur de communi. Seraphin. de Seraphin. in tr. de iurament. priuil. 21. nu. 36.*

Sexto: iuris quoque eſt expeditiſsimi, 227
quod renunciatio hereditatis, iam quæſitæ, donatio eſt, quodq; iccircò, absq; inſinuatione, ſi quingentis ſolidis maior fuerit, non valeat, *Alexan. de Imol. ad l. ſtipulatio hoc modo. n. 10. & ibi Bologn. n. 88. qui de communi ſe teſtem prebet. ff. de verbor. obligat. Anton. Rub. ad l. Titia Seio. 9. Imperator. n. 130. & in 31. ff. de legat. 2. Georg. Natan. ad d.c. quamuis. n. 46. & ibi Couarr. p. 3. §. 4. n. 3. verſic. Sextò ex præmiſſu Dauth. n. 41. & DD. de pact. lib. 6. vbi Dauth. alios complurimos idem volentes adducit.*

Sicuti quoq; Septimo: extra controuer- 228
ſiam, poſitum eſt illud, quod filia minor, donans hereditatem, cuius vires cognitas, perſpectasq; non habebat, etiamſi ad donationem hanc, iuramentum acceſſiſſet: illam attamen, reuocare poſſit. *Marc. Mant. locor. communib. lib. 3. loco 46. Octau. Simoncell. in tr. de decret. tit. 8. n. 185. limitat. 20. Dauth. ad c. quamuis. n. 41. verſ. donatio. Carol. Rum. conſil. 107. n. 15. & 16. volum. 1.*

Iam verò longè eſt certiſsimum, matrem, 229
cuius hîc hereditati renunciabatur, longè antè diſceſsiſſe, quàm fieret renunciatio. Et ideò, cuius quoq; hereditatem, filię iam quæſitam fuiſſe. Statim enim, ac quis moritur, hereditas eius, hæredi iam quæſita eſſe creditur. *argum. l. qui ſuperſtitiſ. ff. de acquir. heredit. l. 1. §. ſi puberi. ff. de collat. bonor.*

Et è diuerſo, certò quoq; illud conſtat: vires, tum temporis hereditatis maternæ, filiam renunciantem neſciuiſſe, & etiamnum neſcire,

nescire, donec ei inuentarium legitimè confectum, exhibeatur.

Et præterea, nulla quoque hìc insinuatio eius donationis, quæ in renunciatione includebatur, quantumuis ea 500. solidis maior esset, facta est.

Patet itaq; conclusio per se, inutiliter scilicet planè, maternæ hereditati renunciatum esse.

At esto, ponamus, renunciationem hanc, suum vndequaquam obtinere robur: hæc tamen OCTAVO, filiæ adhuc recluſa erit via, qua aduersus renunciationem quam fecerat, legitimæ supplementum, petere poteſt.

230 Approbati enim iuris est: quod nunquam in generali disposítione includatur legitima. *§. ceterum. auth. Vt cum de appellat. cognoscent. l. si quando. §. & generaliter. & ibi Bl. Salyc. Castr. Iaſn. & DD. C. de inofficioſo teſtament. Nicol. Intrigl. in tr. ſubſtit. cent. 1. q. 91. n. 8. & cent. 2. q. 34. n. 12.*

231 Quod non ſolùm in alijs viuentium, & morientium actibus: verumetiam in specie, in renunciatione generali, qua liberi ſeſe paterna hereditate abdicant, obtinet, atq; verum est. *Iaſ. ad. d. l. ſi quando. §. & generaliter d. n. 5. per ill. text. C. de inofficioſ. teſtament. Tiraq. ad l. ſi vnquam in v ſuſceperit liberos. n. 115. C. de reuocand. donation. Pece. in tr. de teſtament. coniug. lib. 1. c. 41. n. 4. Caball. ad l. ſi tot. n. 77. C. de inoffic. donat. Minſing. obſerv. 36 cent. 1. Rimin. ad l. precibus n. 93. C. de impub. & al. ſubſtit.*

232 Nam ſi legitima, liberi renunciantes excludi debent: ſpecificam eius mentionem fieri, omninò oportet. *Vt traduunt DD. modò adducti. & præter illos, docet quoq; hoc Vincent de Franc. deciſ. Neapol. 20. n. 6. & deciſ. 125. n. 21.*

233 Quod verum est, etiamſi iuſiurandum, ad ittiuſmodi renunciationem generalem, acceſsiſſet. *Thom. Gram. deciſ. Neapol. 57. n. 26. & deciſ. 101. n. 5. & n. 49. Nicol. Boër. deciſ. Burdeg. al. 3. n. 9. Guid. Pap. deciſ. Gratianop. 427. Fab. de Ciocch. in rep. auth. nouiſſima. n. 228. C. de inoffic. teſtam. Tiraq. ad l. ſi vnquam in præfation. n. 160. C. de reuocand. donat. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 6. tit. de legat. concl. 8. n. 9. Vbi hanc magis receptam ita teſtis eſt. & infinitum ferè numerum hanc ſectantium adducit, & lib. 3. tit. de iur. dot. concl. 1. n. 63. Michael Graſſ. recept. ſentent. §. ſucceſſio ab inteſtato q. 10. n. 17. Laurent. Tennin. Rodulph in tr. cautelar. cautel. 231. n. 1. vbi & in hanc crebriori calculo approbatam atteſtatur. Hieron. Buttigell. ad l. ſtipulatio hoc modo. n. 31. & ſeqq. ff. de verb. obligat. Alciat. ad c. cum contingat. n. 58. & 59. ext. de iureiur. Afflict. ad c. 1. §. ſi quis mueſtierit n. 26. faller. 6. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 21. n. 47. & 48. p. 1. Majcard. in tr. de probat. concl. 1264. n. 30. & 33. Dauth. ad c. quamuis. n. 82. & 119. de pact. lib. 6. Card. Pariſ. conſ. 26. n. 70. & ſeq. vol. 3. vbi ab hac opinione, duri partibus de iure reſpondere ſis, vel de ſententia rectè efformanda res eſt, recedere nos non debere, ſi autor eſt. Alb. Brun. conſ. 82. n. 14. Mandell. conſ. 66. n. 4. Conſil. incerti autoris 2. quod extat poſt Breul. in tr. de renunc. recept. mor. verſ. Item ſechſten.*

At enim nulla hìc omninò, legitimæ mentio fiebat (nam ſi includi, in renunciatione legitima debuiſſet, eam ita concipere oportuiſſet: confiteor, me pacatam esse, atq; contentam, de parte, & legitima omnium bonorum veſtrorum, *vt tradidit Oldrat. conſ. 132. n. 2.* 234

Non itaq; ad legitimam vſque, iure portigemus renunciationem.

Atque his aduersum non est illud, quod attamen magna pars Doctorum censuerit, iuratam renunciationem hereditatis paternæ, ad legitimam alia eius mentione non facta, progredi, *veluti recenſet hos Tiraq. ad l. ſi vnquam in præf. n. 144. C. de reuoc. don. nec non Ant. Gabriel. Rom. in d. tr. regul. lib. 6. tit. de legit. concl. 8. n. 8. quos ex nouiſſimis quoq, ſequitur Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. pruiil. 70. n. 11. & priuil. 84. n. 16.* 235

Nam in noſtra renunciatione nullū omninò iuramentum interuenit. Fruſtra itaque, de vi, & efficacia eius, quærimus. *argum. l. eius qui in prouincia. verſ. quoniam. ff. ſi cert. pet. at.* 236

Quod ſi interueniſſet, non tamen hanc posteriorem, ſed priorem illam ſequi, nos oporteret. Cum teſtibus Antonio Gabrielio Romano, Tennino & Pariſio, maior pars interpretum huic aſtipuletur: Cum item non minus, ſed magis communem in conſulendo, iudicandoq; ſequi nos addeceat. *Vt plurimis in id adductis autor eſt Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opinion. tit. 9. n. 3.* 237 **

Et præterea, illa ipſa contraria opinio, à proprijs ſuis ſectatoribus aſtringitur, vt non procedat: in filia, patri viuenti adhuc, pactum de non ſuccedendo, faciente.

Nam illud, absq; expreſſa, & ſpecifica legitimæ nominatione, etiamſi iuratum fuerit, ad legitimam vſq;, attamen non extenditur. *vt ſeipſum declarat Seraph. d. tr. de iur. d. pr. 70. n. 19.* 238

Leuiuſcula itaq; eſt obiectio hæc. Sic quoq; non refragatur: quod attamē filia, quæ tempore factæ renunciationis competenter ſatis dotata erat, renunciatione generali, renunciet etiam legitimæ. *Ant. Gabr. Rom. d. concl. 8. n. 15. Socin. Iun. conſ. 122. n. 24 lib. 1. Menoc. conſ. 71. n. 9. vol. 1. Ludouic. Morot. conſ. 9. n. 23. vol. 1.* 239

Nam de illo adhuc quæritur, an dos filiæ, in præſenti aſſignata, congrua ſatis fuerit. Etenim dotem, vt congruam rectè dicamus, legitima non minorem esse, omninò oportet. *Auth. res quæ & ibi Salyc. C. comm. de legat. Rub. ad l. pater filium. n. 169. ff. de moſſ teſt. Ang. conſ. 357. n. 4.* 240

Cum dos legitimam repræſentet. *Menoch. in tr. præſumpt. lib. 1. q. 43. n. 11.* 241

Quinimò cum legitima, quodammodò vnum & idem ſit. *Menoch. de tr. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. n. 106.* 242

Ceterum de legitima hìc, eiuſdemque quantitate, nihil adhuc certi conſtat: Cum inuentarium conſcriptum non ſit, aut ſi

idipsum fratres inter sese conscripserint, filiabus attamen istud celetur.

Quod restat, conspicuum nunc omnibus fieri censeo, renunciationem hic illegitimè factam, sed & eam maternâ hereditate, sicut & legitimam, attingere nullo modo posse.

VII. QVÆSTIO.

NVNC verò examinandam sese offert, SEPTIMA, eademq; VLTIMA Quæstio: quid scilicet efficere possit illa dispositio, qua parens Testator, certum, at minimum certè precium, bonis sese mouentibus, veluti armentis, & gregibus dixerat?

243 Ceterum ad hanc quod attinet, optimè ad-
* hanc memoria teneo: communiter equidem placuisse Interpretibus, quod mulieri, in pactis dotalibus, etiam vltra iusti dimidium læsæ, remedium tamen l. 2. C. de resc. vend. non detur. *Vt in indiuiduo scripsit Dan. Mull. in semestr. lib. 1. c. 13. n. 10. & idem Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 3. constit. 20. n. 11. vbi ita aliquoties collegium Iurisdicum, quod Vitebergæ est, respondisse attestatur.*

244 Sed & scio, omnem remedij l. 2. C. de resc. vend. institutionem, planè cessare: siquidem ipse testator, sciens, prudensq; certum precium, rebus hereditarijs, dixerit. *L. si fideiussor. §. meminisse. & ibi Bl. Alex. Aret. Ias. n. 3. Lancil. Dec. notab. 2. & DD. ff. de legat. 1. Tiraq. de vtr. ret. p. 1. ad sin. tit. n. 5. Ant. Menc. de Padill. ad l. 2. n. 64. & ibi Pinel. p. 1. c. 1. n. 19. & DD. C. de resc. vend. Mozz. in tr. de contractib. Rubr. quib. mod. annul. emtio & vendit. n. 16. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 225. n. 3.*

Videbatur itaque, & hic quoque, rationis esse dicere: denegatum esse filiabus aduersus precium armentorum, gregumq; à Testatore dictum, quicquam præsumere.

Verùm enimverò, re apprimè magis considerata, etiam hoc statuere, à iure dissentaneum esse animaduertebam.

Certò enim certius est: quod id, quod hîc, armentis, gregibusque minimum precium à Testante dictum sit, vergat in detrimentum legitimæ.

245 Fieri itaque vllo modo non potest, vt rata sit hæc, patris testantis æstimatio. In casum cum sint omnia, quæ parentes vt legitimæ liberorum noceant, præsumunt atq; moliuntur. *d. l. quoniam in prioribus. & d. l. scimus. §. & generaliter C. de inofficios. testam.*

246 Et si res, hac via succederet, latissima iam aperietur parentibus iniquioribus fenestra, qua multa maxima parte legitimæ, liberos suos, sub specie recti, defraudare, priuareque possent. Quale inceptum parentum, vtpotè cum in euertione totius legalis scientiæ vergat, applausum nullum apud iurisprudentes reperire potest. *fac. tradit. Grammat. decis. Neapolit. 101. n. 31. & 32 per l. 4. ff. de inoffic. testam. & l. si quando. C. eod. tit.*

Nec obstant ea, quæ ceu aduersa nobis, adducebantur. Cum in vtroq; fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, inhæreat. Quod enim dicitur, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. locum in pactis dotalibus non esse: generaliter verum non est: sed eo tantum respectu, quatenus in pactis dotalibus, de successione coniugis superstitis, respectu coniugis prædefuncti, disponitur. Idque eam habet rationem: quod hic ab initio incertum erat, vter coniugum prius, forsitem humanæ conditionis, esset subiturus. *Veluti se ipsum explicat Muller. in locis quos antea designabamus.* 247

Nihil itaq; hæc doctrina, cum nostro casu, commune habet.

Ad eundem quoq; modum, sese res, cum altera illa conclusione habet, quod aduersus precium, ab ipso Testatore dictum, l. 2. C. de rescind. vendition. remedium, ineffacx sit: Nã si pœnitius inspexerimus. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. veluti fieri debet:

(Cum hic textus, fundamentum conclu- 248
sionis illius sit, de qua nunc agimus, dictum Doctoris autem, secundum legem quam allegat, intelligi debeat. *Br. in l. non solum. §. si liberationis n. 7. ff. de lib. legat. Ias. ad l. Barbarius n. 44. ff. de officio Prætor. Matan tr. de ordin. Iudic. 3. p. 6. p. act. 2. n. 227. Matant. ad l. si actor. n. 50. C. de procurat. Afflict. decis. Neapol. 73. n. 4. Petr. Ger. de Petrat singul. 11. ad fi. Menoch. in tr. de remed. possess. adipisc. remed. 4. n. 870.)*

Nihil eum de remedio l. 2. C. de resc. vend. 249
locutum esse, nec etiam loqui potuisse, continuò deprehendemus. *Veluti etiam aduertit Pinel. ad d. l. 2. p. 1. c. 1. n. 19.*

Est enim illa l. si fideiussor. §. meminisse. ff. 250
de legat. 1. Iuliani Iureconsulti. Qui tempore Hadriani floruit: *teste Freimon. in Symph. iur. Chronolog. mihi fol. 257. & Iacob. Labitt. in Ind. iur. mihi fol. 112.*

L. verò 2. C. de resc. vendit. autorem habet 251
Diocletianum, qui 130. annis, vel circiter, Hadrianum in imperio secutus est. *Vt ex eodem Freimon. in Symphon. iur. fol. 256. & fol. 748. videre est.*

Vel vt Leandri supputatio habet, plus quàm sesquicentum annis, Diocletianus Hadriano fuit posterior, *Leand. in descr. Ital. in Latio mihi fol. 193. & 194.*

Quare fieri non potuit, vt Iulianus, etiam per somnium, quicquam de l. 2. C. de rescind. vendit. cogitare potuerit.

Sic quoq; de legitima, nihil in d. §. memi- 252
nisse, disponitur, vnde cum §. haud iniuria. de extraneo tantùm herede, cuiq; legitima non debeatur, accipiemus.

Quod si is §. meminisse, expressam quoq; sui heredis, vel legitimæ, mentionem faceret, iure tamen Codicis, procedere non posset.

Scimus enim iure Pandectarum, parentes 253
legitimæ liberorum, nocere nonnihil potuisse. *d. l. quoniam in prioribus ponderando verba: hoc in præsen-*

præsenti. C. de inoffic. testam. Did. ac. Spin. in specul. testam. gl. 16. n. 41.

Iure Codicis autem, non item. *d. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.*

254 Vt taceam, etiam cessante l. 3. C. de rescind. remedio: non tamen simul cessare conditionem eam, quæ ad consequendum legitimæ supplementum, competit. *gl. ad l. omnimodò ad v. exigere. C. de inofficios. testam. Coras. ad l.* * *filium quem habentem. n. 104. vbi communem dicit. C. famil. herciscund. Paul. de Mont. Pic. ad l. in quartam. n. 93. ff. ad l. Falc. cum similib. per Graff. adductis in tr. recept. sentent. § legitima. q. 48. n. 1. vers. secundo casu. vbi & in hanc communiter approbati refert.*

Concludamus itaque & hic, virum bonum non arbitraturum, quod filiæ necesse habeant, etiam hac in parte, paternam voluntatem sequi.

Nam cum condicio hæc ita rectè proponatur: si liberi, qui plenè legitimam consecuti non sunt, narrarint: I. Quod parens tot bona, tantiq; valoris, reliquerit. II. Quod verò illis legitimę nomine, tot tantùm assignarit. III. Quodq; summa assignata, ad iustam legitimæ portionem nõ accedat: ideoque tot, vel tot addenda sint, *Br. cons. 17. vol. 1. Boer. decision. 250. n. 7 Graff. comm. ducens. d. § legitima in fine.* 255 *

Rectè adijci quoq; poterit ille articulus: patrem tot bona reliquisse: verùm illis, tam iniustum precium dixisse, vt hinc vehementer, siquidem precium à patre dictum, sequendum foret, imminueretur legitima. F. P. D.

De eodem facto interrogati, Domini Iureconsulti, qui in Academia Marpurgensi sunt, sic responderunt.

S. D. Z. Edle vnd Ehrntveste / &c. So haben wir demnach solches alles mit fleiß verlesen/ erwogen vnd seind es bey erster Fragen/ mit gedachtem Herrn Consulenten einig/ das berürtes Testament/ seiner formalien halb bestendig/ vnd so wol vor ein herrlich/ zierlich/ als vor ein Testamentum inter liberos, zu halten.

Dieweil denn auff die zweyte Frage zu antworten/ ob demselben Testament/ so viel befindlich/ das bemeltes Testatoris N. gründlicher/ eigentlicher wille vnd meinung gewesen/ das seine Söhne vber seine Erb vnd Verlassenschafft/ kein Inuentarium machen vnd auffrichten solten: dessen auch/ ausser allem zweiffel/ seine besondere / ansehenliche motiuen vnd vrsachen wird gehabt haben: Ob denn wol in berürtem bedencken allerhand Gründe angezogen / warumb man dißfalls solchem des Testatoris legten willen nicht nachzugehen habe: So halte wir es doch an vnserm ort dafür/ das die Söhne mit auffrichtung eines Inuentarij, vber ihren willen/ von Rechts wegen/ nicht können oder sollen beschweret werden. Sie seind aber/ auff der Töchtere begeren/ ein vngefehrlich verzeichniß derselben/ fürzulegen schüldig/ damit sich die Töchter ihrer gelegenheit nach/ darinnen zu ersehen haben/ wie solches der Herr Consulent/ in euentum, aus gutem grund Rechtens/ deducirt vnd geschlossen/ vnd wir dessen mit ihme bey dieser Fragen so weit/ als jetzo gemeldet/ einig sein.

Wie wir denn auch bey der dritten Fragen des Herrn Consulenten schluß vns wolgefallen lassen/ das die von dem Testatore seinen Töchtern / vnd einer jeden besonders vermachte 6000. Gülden/ jhnen den Töchtern so bald gefolget werden/ vnangesehen/ das der Testator verordnet/ das dieselbige Gülden jhnen ehe nicht / biß zu jhrer ehelichen bestattung/ wircklich zugezehlet werden sollen. Dabey man aber gleichwol auch dieses in acht zu nemen hat / das solches ferner nicht / als auff die Legitimam zuuersehen. Darumb denn/ vnd im fall etwan berürte 6000. Gülden/ die Legitimam vberlieffen/ so bliebe der vberschuß bey den Söhnen billich. Solte sich aber auch in vberlegung der Legitimæ, im anschlage befinden/ das die 6000. Gülden die Legitimam nicht außtragen würden/ vnd daher dieselbige suppliret werden müste/ so wird den Töchtern weniger nicht/ solch supplementum legitimæ, als die 6000 Gülden erstattet/ aus der vrsachen denn auch / vnd dieweil es zu dieser disputation, ob den Töchtern jhre völlige Legitima vermacht sey / oder nicht/ gelangen wird/ es die notturfft vmb so viel mehr erfodert / das der Güter description vnd verzeichniß / von den Söhnen fürgelegt werde/ den anschlag legitimæ, (darinn gleichwol auch mit eingereichnet werden müste/ was den Töchtern / ausserhalb besagten 6000. Gülden vermacht worden/ oder sie allbereits bekommen) darnach zumachen haben. Da aber auch die Söhne auff der Töchtere suchen/ Inuentarij oder descriptionis bonorum begeren würden / das sie die Töchter zuförderst / iuramentum calumniæ schweren/ vnd werden sie sich dessen/ gestalten sachen nach/ nicht benemen können.

Wann es nun dahin gelangen würde/ das die Söhne den Töchtern die Legitimam folgen lassen müsten / So seind hinwiderumb auch die Söhne an den jhnen / auff den wiedrigen Fall/ anbefohlenen vnterhalt der Töchter/ nicht verbunden/ sondern bleiben damit billich verschonet.

Was aber den Paß anlanget/ darinnen der Testator dispontre/ das die Söhne die Töchtere/ so vnbestattet verstelben möchten/ in jrem antheil allen Erben/ vnd die andere Töchtere vnd deren Kinder/ dauon außgeschlossen sein solten: hat man sich dessen auff den Fall / billich zugehalten / Es were denn/ das die verstorbene Tochter / mit der sich der Fall also begeben/ etwa deßwegen besondere verordnung inter viuos oder mortis causa gemacht hette/ welches jhr zuthun nicht benommen.

Die vierdte Frage bestehet ex præsuppositio in effectu dahin / ob solte der Testator alle vbrige bahrschafft zu lehen gemacht haben / also das dieselbige nicht mehr zum Erbe / sondern zum Lehen gehörig sein solte. Wann nun dieses des Testatoris eigentlicher wille vnd meinung gewesen were / so müsten wir dem Herrn Consulenten auch dißfalls beypflichten. Wir lassen vns aber bedünckē / des Testatoris will vnd meinung habe dahin / wie es der Herr Consulent deutet / nicht gestanden / das die vbrige bahrschafft re ipsa ein Lehen sein / vñ zu lehen einem andern auffgetragen sein / sondern quòd ad successionem, zwischen des Testatoris Kindern vnd Nachkommen / allein die Natur vnd eigenschafft eines Lehens haben / vnd die Weibsbilder / so lang als Mannespersonen vnd im Leben sein würden / dauon außgeschlossen sein solten / bleibt also die vbrige bahrschafft vor an / vñ an sich selbsten allodial vnd erbe / nur allein / das sie der succession halb / den lehen gleich sollen geachtet vnd gehalten werden. Vnd leufft ein solchs / das ein Gut allodial sey / vnd nichts desto weniger der gestalt affstrirt werde / das es sich gleich dem Lehen vererbe / vnd das dieselbe qualitet als denn erlesche vñ auffhöre / vnd seine vorige natürliche qualitet wider bekomme / wenn die rechte Lehenserben allerdings abgehen / nicht wider einander / sondern kan eins neben dem andern gar wol bestehen / inmassen auch ein solchs die tägliche erfahrung bezeuget / das wir es dahero / vnd ex hoc præsuppositio alio, dißfalls mit dem Herrn Consulenten nicht einig sein können.

Bey der fünfften Frage lassen wir vns des Herrn Consulenten / der Euiction halben / gemachten Schluß wolgefallen / doch mit der erklerung / wenn etwan / ohn der Söhne schuld vñ verursachen / an den Gelden was abgehen solte / das dem abgang nach / wann sich derselbe jetzo ereugete / die Legitima so hoch / als jetzo geschicht / nicht anlauffen würde / das alsdenn auch die Töchtere / solchen abgang an der Legitima, jhnen prorata abkürtzen zu lassen / vnd also den abgang mit tragen zu helffen / schüldig sein.

Vnd nach dem obberürter Extract der Eheberedung in seinem Buchstaben außweiset / das bemelte S. sich jhres zuspruchs an väterlicher vnd mütterlicher Erbschafft / durch ein besonder pactum de non petendo, begeben / vnd beneben dem / das es viel Rechtserfahrnen / sonderlich aber auch in Teutschlanden / es dafür gehalten / vnd noch / ob gleich die renunciation vermittelst leiblich geschworen Eyds nicht / sondern bey Adelichen Ehren / glauben vnd treuen geschehen / dieselbige im Rechte bestendig: sie S. das Testament angenommen / vnd demselben sich zugehalten / zugesagt: Ob vns denn wol nicht vnbewust / was de renunciationibus hereditatis futuræ, im Rechten / vnd von dero Ehrern disputirt wird / so wollen wir jedoch allen hiebey fürlauffende vmbstenden / vns in gegenwertigem fall / zu der meinung bequemen / das sie S. vber das / was jr in der Eheberedung vnd Testament vermacht / ein mehrers / aus väter vnd mütterlicher Erb vñ verlassenschafft / zu fodern nicht befugt sey.

Was dann die siebende vnd letzte Frage anlangt / halten wir es auch dafür / das die Tax des Viehes / vnd anderer fahrender Haab / im anschlag den Töchtern / gebürender legitimæ, dem landleufftigem werth nach / zu machen / vnd dißfalls aus dem von dem Testatore gemachten Tax / nicht zusehen sey / benorab / weil es das werck an jhm selbst gibt / das er einen solchen geringen Tax / vmb keiner andern vrsachen willen / als in meram fraudem legitimæ, gemacht hat. Alles V. R. W.

CONSILIVM XLIX.

SVMMARIVM.

1. *Actum ne agas.*
2. *Solem facibus illustrare velle supervacaneum est.*
3. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. locum in emtionis venditionisq; contractu omnino habet.*
4. *Contractus tales sunt, quales à constituentibus eos, nominantur.*
5. *Emtionis venditionisq; substantialia tria: consensus, pretium & res.*
6. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. locum habet, in omnibus bonæ fidei contractibus.*
7. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. succurritur alicui, etiam aduersus transactiones.*
8. *Transactio, si dolus ex proposito interuenit, nulla iam est, absq; ope remedij, l. 2. C. de rescind. vendit.*
9. *Ipsum se esse dicens, probabit id.*
10. *Valor rei, rectè probatur, per æstimationem à Deputatis in id factam.*
11. *Probationes antè litem contestatam non sunt recipiendæ, & si facta fuerint, viribus carent.*
12. *Tarpitudinem propriam allegans, audiendus non est.*
13. *Ad probationem eius, quod probantem reluat, quisq; admittendus.*
14. *Læso vltra iusti pretij dimidium, quando existat. Et n. 15.*
16. *Confessio partis aduersæ, omnium probationum regina est.*
17. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. etiam is instituit, qui persticacior, & fagax est.*
18. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. datur etiam ei, qui sciens quid res valeret, vendiderat illam.*
19. *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non cessat etiam ob consensum geminatum.*
20. *Remedium l. 2. non cessat etiam propter ratificationem, ex interuallo secutam.*

21. *Pr in-*

21. *Principialia talia sunt, qualia principia eorum, ea esse ostendunt.*
22. *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. non cessat, ob iudicis decretum interueniens. Quod tunc potissimum obtinet, cum decreti huius interpositionem, nulla causæ cognitio præcedit. n. 23.*
24. *Causæ cognitionem ex brevitate temporis non præcessisse arguitur.*
25. *Remedium l. 2. C. de rescind. vendition. etiam in diuisionis contractu, locum habet.*
26. *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. excluditur in contractu feudali. Et quatenus id verum sit. n. 27.*
28. *A separatis mala fit illatio.*
29. *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. non admittitur in transactionibus. Quod receptum quoque est in Camera Imperiali. n. 30.*
31. *Verbo* Vergleichung *correspondet verbum transactio, in stricta sua significatione.*
32. *Verba in contractibus, propriè & strictè, accipienda sunt.*
33. *Substantialia transactionis quæ. & n. 34. & 35.*
34. *Transactioni locus conceditur, etiam tunc, cum timor tantum est, ne lis exardescat.*
35. *Transigi potest non super lite solùm, verum etiam super controuersia.*
36. *Controuersiam quid rectè dicamus.*
37. *Transactio inita, etiam super controuersia extraiudicialis stabilis est.*
38. *Transactionem vt plurimùm tunc celebratam esse, rectè dicimus vbi interuenerunt mediatores.*
39. *Transigitur tunc rectè, cum de diuisione bonorum inter partes controuertitur, etiamsi alia non subsit lis.*
40. *Bona fides vbiq; præsumitur. (n. 41.*
Etiamsi iniustæ & temerariæ adsint causæ.
42. *Bona fides in nobilibus maximè præsumitur. Nobiles præsumuntur, optimæ & integerrimæ vitæ esse. ibid.*
43. *Vnum adesse non sufficit, si plura adesse requiruntur.*
44. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. scienti rei valorem non datur. Etiamsi præsumtiuè tantùm illum valorem sciat. n. 45.*
46. *Scientia de valore rei, probatur per id, quod is, qui nunc remedium l. 2. C. de resc. vend. proposuit, ante rem dimendatam, versatus in ea fuerat.*
47. *Impedimenti eius excusatio nulla est, quod facilè amoueri potest.*
48. *Ad remedium l. 2. C. de resc. vend. excludendum, paria sunt, scire, vel scire debere.*
49. *Ignorantia asinina est, non inquirere ea, quæ scire opus erat, ante quàm transigeretur. Atq; huiusmodi ignorantia excusationem non præstat. ibid.*
50. *Hominis ingenui nõ est, addicere sese certo loco.*
51. *Excusatio sibiipsi contraria, admitti non solet.*
52. *Excusatio impedimenti, cui remendum afferri facilè poterat, pondus non habet.*
53. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. cessat, quando in contractu exprimitur, Partes ea quæ fecerant, ex certa scientia, fecisse.*
54. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. cessat, ob verbum* wissentlich / *contractus insertum.*
55. *Verbum* wolbedacht / *maioris importantiæ est, quàm verbum* wissentlich.
56. *Verbum* wolbedacht / *cuius significationis.*
57. *Remedy l. 2. C. de resc. vend. vsus, denegatur homini astuto atq; industrio.*
58. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. excluditur, si accesserit contractui principis confirmatio.*
59. *Verba vbi clara sunt, ibi frustra argumentatiuncule, in medium proferuntur.*
60. *Nodum in scirpo quærere, valdè dedecet.*
61. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. euertitur, ob ratificationem contractus præcedentis, vel consensum geminatum.*
62. *Argumentum vitiosum sit, si fundatur in ys, quæ maximè controuersa adhuc sunt.*
63. *Exceptio omnis aduersus actum qui geritur, præcedente deliberatione, planè conticescit.*
64. *Clausula: animo deliberato:* mit rath vnd wolbedacht / *totam erroris, & ignorantiæ memoriam, ad inferos amandat.*
65. *Læsum se quis esse, vltra dimidium iusti frustra conqueritur, cum in actu, de quo res est, interueniunt amici, autoritatis præsertim, atq; existimationis, singularis.*
66. *Imputet sibi, qui mediatores rei ignaros elegerat, atq; coram his transegerat.*
67. *Imputet sibi, qui ea non indagarat, quæ transactionem necessario præcedere debebant. Impetrari quod facilè poterat, si neglectum, petitumq; non fuerit, aliy nulli, quàm non petenti, accepto ferendum. ibid.*
68. *Ad transactionis esse, nunquam requiritur rei, de qua transigitur, æstimatio. Lex quod non requirit, nec nobis requirendum. ibid.*
69. *Absurdum est, si rationes à quouis excogitatæ, ad instar legis habere debent.*
70. *Contractus omnis, qui à viris prouidis, prouidentibus, & multa rerum experientia decoratis, fit, atq; confícitur: præsumitur eo ordine, modo, & forma gestus, quo debebat.*
71. *Remedio l. 2. C. de rescind. vend. vt locus concedatur, intueri oportet, non precium solum, quod soluebatur: verum etiam onera, à quibus vendens, vel transigens, liberabatur.*
72. *Precium diminuitur, ex persona eius, qui rem dimisit, & pecuniam accepit.*
73. *Precium rei diminuitur ob id, quod domicilium eius, qui rem dimittit, longè distat à re, qua dimittitur.*
74. *Domini oculus pascit bones.*

75. Interest nostra, nos potius allodialia, quàm feudalia possidere.
76. Communio sua habet incommoda. (finalis.
77. Causa quelibet in proœmio recensita, censetur
78. Causa finalis totam regit dispositionem, illamq; extendit, atq; restringit.
79. Argumentum à possibili ad esse, vitiosum est.
80. Hominis vita singulis diebus imò horis, atq; momentis, mille periculis exposita est.
81. Consequentia mala est: Vxorem duxit: ergò liberos procreabit.
82. Consequentia mala est: liberos procreabit: Ergò masculos procreabit.
83. Consequentia mala est, masculos gignet: Ergò superstites erunt, patre morte defuncto.
84. Matrimonium sterile sæpè experimur, præsertim in senioribus.
Fœminas non minus, quàm masculos, natura procreare festinat. ibidem.
85. Pater sæpius, ordine turbato, filio succedit.
86. Oua hodierna, pullis crastinis meliora sunt.
87. Futura ad esse, & non esse, se habere possunt.
88. Fallacia consequentis, tota destruit argumenta.
89. In remedio l. 2. C. de rescind. vendition. inspicitur tempus contractus, & non illud, quod contractum sequitur.
90. Æstimatores, cum agitur l. 2. C. de rescindend. vendit. tales eligendi sunt, qui sciunt valorem rei, qui erat rei, tempore contractus, non tempore præsens.
91. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. ob incertum euentum, qui sæ ad commodum, & incommodum habere potuit, non datur.
92. Remedium l. 2 C. de rescindend. vendit. in fideicommissis locum nullum inuenit.
93. Ad remedium l. 2. C. de rescindend. vendit. non pertinet, si res posit contractum perfectum, cultior & melior efficiatur.
94. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. desinit ob lites, quas vicini instituunt, aduersus possessorem rei, de, qua an vltra iusti dimidium dimissa sit, queritur.
95. Remedium l. 2. C. de rescindend. vendit. auitum non habet, si venditor, ab euictionis onere eximatur.
96. Venditor frustra proponit l. 2. C. de rescind. vendit. remedium, si in electione ipsius propria fuerat, vel rem retinere, vel dimittere. Læsus dici non potest, cui fas erat, pecuniam accipere, & rem dimittere: Vel rem retinere, & pecuniam numerare. ibid.
97. In contractibus ne syllaba quidem ociosa esse debet.
98. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non datur illi, qui se clericum esse ait.
Sicuti nec viro nobili addescat. n. 99.
100. Remedio l. 2. C. de rescindend. vendit si quis nobilis vti voluerit, cogitandum illi erit, quod iactura quidem rei familiaris, si vincat, illi resarcitur: at quod interim nobilitatem, pietatem, existimationem fædè conspurcet.
101. Transactio in dubio, ob allegatam lœsionem rescindi non debet.
102. Contra remedio l. 2. C. de rescind. vend. agentem, in dubio pronunciandum.
Per remedium l. 2. C. de rescind. vendition. dominia rerum, quasi in incerto constituuntur: ideoq; dignum fauore non est.
103. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. in Gallijs proponi nequit, nisi prius impetrata à Gallorum rege, venia.
104. Ex remedio l. 2. C. de resc. vend. agenti, non potest in supplementum probationis, iuramentum deferri.
105. Conclusionem falsam esse, si præmisse falsæ fuerint, necesse est.
106. De contractu potius ex effectu, quàm partium denominatione, disudicatio facienda.
107. Inuersio optimus contrariorum dissoluendorum modus.
108. Transactio quid denotet si in significatione lata accipiatur, quid item si in significatione propria.
109. Fallacia æquiuocationis, totum euertit argumentum.
110. Transactio venit appellatione venditionis.
111. Transactioni non repugnat, si res per compositores ita determinatur, vt vna partis rem totam, altera verò pecuniæ tantum habeat.
112. Donationis verbum sæpius vsurpatur, pro iuris sui remissione siue cessione.
113. Argumentum bonum non est, si ex vna tantum contractus vocula, cui reliqua contractus verba repugnant, deducatur.
114. Emtio & venditio celebrari nequit, nisi interuenientе partis vtriusq; consensu.
115. Actus agentium vltra intentionem eorundem operarinon debent.
116. Rem ipsam quemq; magis appetere, quàm ius ad rem, verosimile est.
117. Emtio & venditio, ibi celebrata esse non creditur, vbi nulla sit precij mentio.
118. Emtionis & venditionis requisitum substantiale inter cetera est, rei venditæ possessionem vacuam tradi.
119. Argumentum ab insufficienti partium enumeratione deductum, non valet.
120. Fallacia consequentis destruit argumenta, quibus inest.
121. Consequentia mala est: l. 2. C. de resc. vendit. locum habet in omnibus bonæ fidei contractibus. Ergò locum quoque habet in transactionibus.
122. Transactio est stricti iuris.
123. Remedium l. 2. C. de resc. vend. adstum ad stricti iuris contractus, non habet.
124. Opinio magis communis & non communis, in iudicando consulendoq; sequenda.
125. Opinio magis communis illa est, à qua stat maior pars Doctorum.

126. Trans-

125. Opinio magis communis illa est, à qua stat maior pars Doctorum.
126. Transactio non rescinditur, ne ob quadruplam quidem laesionem.
127. Transactiones si semel rescissa fuerint, finis nullus tumultuum & litium in Republica erit.
128. Transactio quam firmiter partes custodierant, per multum tempus, maiori adhuc fauore prosequenda est, quam illa quae recenter facta fuit.
129. Precij iniustitia nunquam contractum dolosum efficit, etiamsi iniustitia isthaec iusti dimidium excessisset.
130. Argumenta quibus non causae, vt causae fallaciae inest, pondus aliquod non habent.
131. Vis quam elegisti, haec tibi pateat.
132. Libelli in remedio l. 2. C. de resc. vend. conclusio, quomodo formari debeat.
133. Sententia libello conformis esse debet.
134. Contractus quoties ob dolum rescindi debet, opus habet actione de dolo, non verò l. 2. C. de rescind. vendit. remedio.
135. Dolus non quiuis, sed is tantum qui prudentissimos fallit, ad transactionem rescindendam, satis est.
136. In bona fide, is non versari creditur, qui contestatur proponere ea, quae proponenda omninò fuerant.
137. Valoris probatio per aestimatores, momenti nullius est.
138. Aestimatores sunt decernendi à magistratu.
139. Talem qui se esse dicit, talem quoque se esse probabit.
140. Aestimatores iuramento deuinciendi sunt.
141. Iuramentum quando actum praecedere debet: tunc actus absq; iuramento gestus precij nullius est.
142. Aestimatio quae fit alio, & alio fine: alium quoque, & alium producit effectum.
143. Precia rerum indies mutantur, augentur, atq; decrescunt.
144. Tempore variante, variatur quoque, quod secundum temporis cursum, regitur.
145. Aestimatio vt probet aliquid, conscriptam eam esse oportet, vel in ipso contractu, vel paulò ante.
146. Veritas ita praesumitur sese habere, prout communiter fieri assolet.
147. Turpitudo nulla in eo versatur, qui quem per exceptiones litis ingressum impedientes, à probando excludit.
148. Turpitudinem contra turpitudinis socium, allegare, denegatum non est.
149. Actor non potest vrgere litis contestationem, tantoq; minus ad probationes accedere, nisi prius exceptiones litis ingressum impedientes, remouerit.
150. Probari id non debet, quod probatum non relenat.
151. Probans vnum, & deducens in libello aliud, vincere non potest.
152. Ius iure semper aestimandum minus, quàm ipsa res.
153. Antecedente destructo, consequens quoq; destruitur.
154. Causae rei vnius, plures esse possunt.
155. Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
156. Inuitus nemo, emere vel vendere cogitur.
157. Venditori non licet restituere à contractu semel perfecto, quantumvis offerret pretium prius, duplicatum.
158. Pretium rei iustum, id demum dicendum, quod darent omnes, non nescientes rei conditionem.
159. Venditor, si vincat, dum agit ex L. 2. C. de rescind. vend. tenetur restituere meliorationes omnes, & quicquid aliàs impensum est.
160. Hirundo vna ver non facit.
161. Opinionem communem in iudicando, consulendoq; sequi oportet.
162. Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. rei valorem scienti non datur.
Cessat item, si partes attestatae fuerint, se omnia quae fecerant, ex certa scientia fecisse ex communi. n. 163.
Desinit rursus ob consensum geminatum ex communiori. n. 164.
165. Doctoris eius autoritas, qui sibi in eodem themate contrarius est, nihil penes facienda.
166. Doctores generaliter, & inutiliter loquentes, generaliter quoque intelligendi.
167. Petitio principij, labes facti ac quibus inest, argumenta.
168. Remed. l. 2. C. de rescind. vendit. excluditur, ob interuenientem iudicis decretum, ex receptiori vel ex aequè receptâ.
169. In opinionum conflictu, nec haec, nec illa, in considerationem venit.
170. In opinionum conflictu, illa potiùs sequenda, quae Bartolum habet propugnatorem.
171. Remedium l. 2. non cessare ob iudicis decretum, verum est, de decreto iudicis minoris: non autem decreto iudicis maioris, siue ipsius territorij principis.
Princeps in suo territorio, nihil differt, ab ipso Imperatore, nisi ambitus ratione. ibidem.
172. Clausula, iure superioritatis: aequipollet clausulae: plenitudine potestatis: & superat clausulam certe scientiae & non obstante.
173. Aduersus clausulam: iure superioritatis, nihil amplius cum effectu opponitur.
Etsamsi hinc oriretur, quod vnq; tertij praeiudicium. n. 174.
175. Princeps auferre mihi potest rem meam, accedente consensu meo.

176. Ar-

176. *Argumentum à maiori ad minus, affirmatiue, non valet.*

177. *Doctores indistinctim loquentes, indistinctè quoq; intelligendi.*

178. *Consequentia mala est: Principis confirmatio, accessit post biduum, quàm perfectus esset contractus. Ergò causæ cognitio adhiberi non potuit.*

179. *Grauissima quoq; negotia, quæ in solæ facientis voluntate consistunt, intra biduum expediri posse, dubium non est.*

180. *Fallacia consequentis, argumenta quibus inest, destruit.*

181. *Satisfit temporis, actui qui celebrabatur, datum sit, committitur iudicis arbitrio, qui id ex æquo, & bono, moderabitur.*

182. *Causæ cognitionem non interuenisse dicens, id quod asseuerat, probabit.*

183. *Causæ cognitio in confirmationibus necessaria non est.*
Confirmatio arguit rem totam perfectam esse, quam consequeretur confirmatio. ibid.

184. *Absq; causæ cognitione, ea demum fieri dicuntur, quæ fiunt in continenti, & antequam partes ad actum extraneos, discedunt.*

185. *Confirmatio, secuta rem confirmatam ex interuallo, ostendit plenam deliberationem iam præcessisse, nec quicquam hoc nomine, amplius excipi posse.*

186. *Remedium l. 2. quatenus locum habeat in diuisione.*

187. *Fallacia à dicto secundum quid ad minus valere argumenta quibus inest, efficit.*

188. *Dijudicatio de toto negocio, ex eo, quod minus principale est, fieri non debet.*

189. *Impedimento uno remoto non cessant reliqua.*

190. *Exceptiones litis ingressum impedientes, unde sint nomen sortitæ.*

191. *Exceptio transactionis, est litis finitæ. Fallit. n. 192.*

193. *Exceptio tibi nõ competit actio litis finitæ est.*

194. *Exceptio tibi non competit actio, impedit litis contestationem.*

195. *Exceptiones litis ingressum impedientes, quomodo proponendæ, & n. 196.*

197. *Exceptiones litis ingressum impedientes, etsam in vim peremtoriarum oppositæ, retinent vim suam, si edoceri statim, per instrumentum, possunt.*

198. *Exceptiones quæcunq, si indaginem altiorem requirunt, litis ingressum non impediunt.*

199. *Exceptiones litis ingressum impedientes, quæ formali ritu pronuncientur.*

200. *Exceptiones eæ, in continenti probari posse, rectè dicuntur, de quibus constat, ex instrumento publico.*

201. *Exceptionem vnam ex pluribus probare sufficit.*

202. *Exceptio quæ requirat altiorem indaginem, ipse iudex pronunciabit.*
Qui breuiores solitis dilationibus, ad id probandum terminos, partibus præfigent. n. 203.

204. *Appellari potest à iudice, qui nimis breuem præfigit terminum, ad edocendum, de exceptione litis ingressum impedientæ.*

205. *Exceptione litis ingressum impedientæ propositæ, quæ iusto tempore probari potuisset, processus totus, nullus erit, si iudex hac spreta, ad ulteriora progrediatur.*

VIdi, Vir Nobilissime, atq. Præstantissime, Domine beneuolentissime, postquam ea, quæ inter te, & G. à B. conscripta fuere, Acta, elucubrassem, tantam à Domino causæ patrono, in colligendis ijs, quæ partibus tuis conducerent, adhibitam fuisse diligentiam, vt subsisterem ferè, nec non plurimum dubitarem, ne non vitio mihi verteretur, si cum noui afferre, nihil propemodum possem, Responsi Iuris, vt pro necessitudine nostra, à me postularas, conscriptionem aggrederer.

AVt enim actum agere, aut eadem dicere, quod ridiculum est. *Marc. Mant. in subscript. consil. Decian. 2. n. 209. vol. 1.* 1

Aut solem, qui tamen lucem suam à nemine mutuatur, facibus illustrare velle, opus mihi erat, quod superuacaneum est. *c. si omnia 6. q. 1. Mant. in d. subscript. d. n. 209.* 2

Sed vtut hoc sit, malui attamen tibi petenti, nõ deesse, etiam si essent, qui me propterea repræhenderent: quàm reprehensionem, cum nonnulla offensione tua euadere.

Quare quod reliquum est, ita thema mihi, efformari deberi videbatur: conqueritur G. à B. ideoq; actionem ex l. 2. C. de resc. vendit. proposuit, quod per Transactionem, quæ anno 90. Februarij die 15. de feudis, quæ l. olim fuerant, quæq; per concessionem illustrissimi N. ad Actorem, & Dominum Reum sine prole masculà N. à S. decedente, deuenierant, peragebatur: vltra iusti dimidium esset læsus.

Nam cum secundum ea, quæ proposuit Actor, bona hæc, 5. 6. 7. 8. 9. 10. vel etiam vndecim millibus, diuendi potuissent: ipsi tamen per transactionem, non nisi mille, ducenta accessêre, atque ita quidem accessêre, vt tantum in præsentia, sexcenta ei numerarentur, reliqua verò tum temporis demum, cum dotalitium viduæ L. in eisdem bonis constitutum, finiretur.

Atq; vt actionem, quàm constituerat, confirmaret Actor, allegat primùm quandam æstimationis, eorum bonorum, quæ nunc controuersa sunt, formulam, anno 78. confectam. Atq; hanc, se tempore Transactionis initæ,

initæ, ignorasse planè, & nuper eam tantummodò reperisse, asserit.

Atq; hoc cùm ita sit, petit, vt bonorum æstimatio, denuò suscipiatur. Ita namque fore (dicit) vt de læsione vltra dimidium manifestissimè liquere possit.

Deindè adducit quoque illud: quod hos fundos, nunquam coràm intuitus sit, priùs, quàm de hisce transigeretur. Si enim cubicularium, tum temporis apud N. egisse, proindeq; aulæ, quasi addictum fuisse.

Et quamuis semel, discedendi, illucque proficiscendi veniam impetrasset: nec non V.à VV. qui de illorum bonorum reditibus, optimè erat edoctus, ad se accersiuisset: nihil tamen ob continuam quasi pluuiam, aèrisq; intemperiem, effici potuisse: sed se, re infecta prorsus, in aulam propterea, quod Domini iram, si ad diem dictum non reuerteretur, reueritus esset, redijsse.

Sed & fidem habitam fuisse à se, diris execrationibus, quibus Dominus Reus, se, siquidem fidem fefellisset, deuouerat.

Et quamuis in Transactione interuenissent Mediatores, hos attamen non minus, ac Actorem, verum harum rerum valorem, nescisse.

Non itaq; interuentionem Mediatorum, transactionem stabilire posse. Sicuti sibi nocere quoque non posset illud, quod diuersis vicibus, de ea, quæ secundum Transactionis placita, sibi numerata esset pecunia, apochas Domino Reo conscripsisset: quod & secundò, cum Domino Reo, Mediatore A. à S. transactionem inierit, qua à priori transactione recedebatur, sexcentaq; illa, quæ Actor anno demùm post mortem viduæ l. finito, atq; sine vsuris recipere dedebat: nunc cum vsuris, & semestri tantùm, ab obitu viduæ l. elapso, Actor recipit.

Nam & hæc omnia, ex eadem ignorantia, qua transactio prior, profecta esse, vult.

Et vt summatim dicam, ex eo se potissimum iuuari, Actor confidit, quod cum coram supremo tribunali Illustris. N. causa ageretur: is Domino Reo, bismille quadringenta obtulisset, si is insuper habita Transactione, bona sibi tradidisset rursus. Quæ tamen bismille, quadringenta etiam, recipere respuerit, Reus.

Hæc sunt ea, quibus initi perspicio Actoris, fundamenta.

Porrò vt Dominus Reus, hæc Actoris fundamenta labefactet, hæc adducit.

Quod illa conuentio, quæ inter se, & Actorem erigebatur, non venditio aut emtio: sed transactio propriè sic dicta, fuerit.

Quod & ad Transactionem hanc ratificatio noua, consensusque pluries geminatus, accesserit, veluti per secundam transactionem, Mediatore A. à S. perfectam: per literas illas, quas ad V. à VV. dederat, vt Dominum Reum, in feuda hæc immitteret: per apochas, quas de pecunia ei numerata consignarat Dominoque Reo tradiderat. Sed & ait Dominus Reus, adesse præterea confirmationem Principis, quæ ratam esse debere, transactionem initam, iusserat.

Allegat deinceps, Dominus Reus, id quoque: quod Actor, bona hæc omnia exactissimè contemplatus sit prius quam ipse Reus, sibi hæc deuoluta esse, vtpotè cum tunc peregrè profectus fuerit, cognouisset: item Actori, excusationis nihil præstare, etiamsi verum rerum valorem ignorarit, cum addiscere hunc annos quadraginta natus, omninò debuisset, atque etiam potuisset.

Sed & ostendere, paratum se esse, dicit, quod descriptionem quandam, horum bonorum, coram Mediatoribus, ipse Actor, sibi tradiderit.

Deinde quoque Actori permisisse, vt vel 1200. Ioachimicorum ipse solueret, bonaque integra haberet, vel 1200. acciperet, totaque bona relinqueret: Et spopondisse se præterea, se, siquidem 1200. Actor daret, 1200. illa. in feudum vicissim conuersurum, operamq; daturum, vt de 1200. illis, simultaneè inuestiretur Actor.

Sed & per se liticum fuisse, Actori, rem pro indiuiso possidere, donec, quid ferrent, quotannis fructus eius, pœnitius cognosceretur. Porrò ipsum Actorem eam, de qua transactio loquitur, viam exoptasse: proindeq; immeritò nunc, actionibus suis, Reum lacessere.

Accedere quoque ad hæc, quod Transactio hæc, cum plena deliberatione, bonoq; partium consensu, confecta, celebrataque fuerit.

Ante omnia autem, in consideratsonem hîc venire, quod Actor tunc temporis, vitam cœlibem vixerit, & prole omni caruerit, quodque si filios non genuisset, bona hæc vniuersa, ad Reum, liberosve eius, vtpote simultaneè inuestitos, ne nummo quidem hoc nomine Actori persoluto, fuissent deuoluta.

Ceterum litem nunc sibi moueri potissimum ex eo, quod filios tres, nunc habeat Actor: proindeque nunc, alia eius sit conditio, alia verò conditio eius fuerit, cum de hisce bonis transigeretur.

Insuper quoque indulsisse se Actori, ne necesse haberet, 1200. illa, quæ à Reo acceperat, in feudum dare. Quod si fecisset, iam ius simultaneæ inuestituræ, in 1200. illis, sibi fuisse paratum.

Sic

Sic obligatum non esse, de euictione Actorem, quamuis à complurimis in ius trahatur, horum feudorum causa Reus.

Et ad hæc seruitia militaria integra, fundo adhuc incumbere, quamuis horum solum nomine, 333. Ioachimicos, & grossos 8. si voluisset, iure, moribusq; regionis suffraganti-bus, deducere, à 1200. illis potuisset.

Præterea se solum N. à S. matri, & sororibus 600. florenos soluisse, quorum tamen, pro parte dimidia, solutio ad Actorem spectarit.

Præterire se ait Reus illud: quod adhuc in viuis sit vidua L. quodq; illi per amplum dotalitium in hisce bonis constitutum sit: quod item ipse, bona hæc, cultiora longè effecerit, quàm tempore Transactionis initæ fuerant: & rursus quod valor bonorum omnium intra decennium, ob carius frumenti precium, valdè adauctus fuerit.

Et deniq; excipit Reus, Actorem, propterea quod clericis connumerari velit, quod item nobilis sit, l.2. C. de rescind. vendit. remedium, non competere.

In his consistere, Domini Rei exceptiones, perspicio.

Quæstionis itaq; nunc erit, vt diffiniamus PRIMO, vtra harum partium, iustiùs nostra sententia, induerit arma?

SECVNDO, an exceptiones, quibus vsus est Reus, tales sint, quæ ad litis ingressum cohibendum sufficiant?

QVÆSTIO I.

RATIONES DVBITANDI.

SAnè si ex primò negocij intuitu dijudicatio facienda esset: dicendum videbatur, potiores fore Actoris partes.

3 Est namq; PRIMO Iuris indubitati: quod in venditionis, emptionisq; contractu, remedium l.2. C. de resc. vendit. læso vltra dimidium iusti detur, atq; competat *l.2.ibi. Br. n.4. Panthal. Crem. n.26. Arr. Pinel. p.1. c.3. n.1. Cagnol. n.56. & DD. communiter. C. de resc. vend. Anton. Burg. in c. cum causa. n.12. extr. de empt. & vendit. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. mod. annul. emt. & vendit. n.18. Gomez. var. resolut. lib.2. c.2. n.22. Hart. Pistor. quæst.23. n.1. lib.1. Ant. Gab. Roman. in tr. reg. lib.3. tit. de emt. & vend. con. l.1. n.1.*

Consequitur itaq; probata iam ea esse, quę Actori, ad victoriam consequendam sufficiebant.

Nam quis inficias ire poterit, venditionis, emtionisq; contractum hic celebratum esse? Nam vendendi verbo, Mediatores, in illo instrumento, quod de hoc contractu conscribebatur, ipsimet vsi, nec non falsi sunt, G. à B. Actorem, l.à. K. Reo, ius suum vendidisse.

Rectè itaq; dicimus, venditionem hìc factam esse. Etenim tales sunt contractus: quales à constituentibus eos nominantur. *Ripa in tr. de pruuil. contr. cauf. post n.47. Cacheran. decis. 139. n.24. Dec. conf. 32. col.1. Socin. conf. 165. n.5. vol.2. Becius conf. 35. n.9. Surd. conf. 366. n.6. & conf. 450. n.8.* 4

Maximè cum omnia præterea adsint, quæ ad sui constitutionem, emtio, venditioq; desiderant, veluti sunt consensus, precium, & res. *gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emt. Br. in l. singularia. ff. si cert. pet. Bl. in l. in ementis. C. de contrab. empt. Fabian. de Monte in tr. de empt. & vendit. quæst. princip. 5. Mozz. in tract. de contract. in Rubr. de subst. empt. & vend. in pr. Mascard. in tr. de probat. concl 608. n.3.* 5

Nam vt talis conuentio fieret, vtraq; pars, coram Mediatoribus consensit.

Adest item res, seu merx, media scilicet pars, eorum bonorum, quæ pro indiuiso hactenus, Actor & Reus, possiderant: adest item precium certum, mille ducenta scilicet Ioachimicorum.

SECVNDO fac, venditionem, contractum, de quo agimus non esse, non tamen propterea, protinus conticescet, ex l.2. C. de rescind. vend. condictio.

Est namq; rursus iuris euidentissimi, *&* commune Interpretum placitum: quod non solùm in emtionis, & venditionis contractu: verum etiam in omnibus reliquis bonæ fidei contractibus, locus huic remedio reliquus sit. *Br. in d.l.2. n.4. ibi Cremens. n.26. Arr. Pinel. d.p.1. c.3. n.1. Sichard. n.4. C. de rescindit. vend. Mozz. d. n.18. Euer. in topic. in loc. à rat. leg. larg. n.78. Anton. Gulcat. Maluas. conf.126. n.8. volum.1.* 6 *

Quinimò, etiamsi TERTIO poneremus, translationem nudam simplicemq; celebratam fuisse: non tamen excluditur, l.2. C. de resc. vendit. remedium. Nam magis communiter receptum est, quod etiam in transactionibus, hoc remedio, succurratur læso. *Odofr. in d.l.2. nu. 8. ibi Br. n.7. Ang. n.5. Fulg. n.3. Crem. n.48. Cagn. n.73. C. de resc. vendit. Guido Pap. decis.730. n.1. Br. in l. si quis cum aliter. nu.5. & ibi Roman. n.24. ff. verb. oblig. Ang. Aret. in §. si quis agens. n.5. vers. ibi in vltimo. Inst. de actionib. Straech. in tr. de sponsionib. p.4. vers. quæro igitur est facta. n.4. Caccialup. in tr. de transact. q.12. n.1. Cald. ad l. si curatorem. in v. læsis. n.153. vers. nec mouere. C. de rest. in integr. Mynsf. obs.33. cent.1. Rebuff. in constit. reg. tom.2. rubr. de rescis. contr. artic. vnic. gl.15. n.18. & 19. Costal. in l. in summa circa principium. ff. de condict. indeb. Zoesenb. in parat. nu.8. ff. de transaction. Anton. de Butr. in c. cum causa. n.13. & ibi Panorm. n.7. ext. de emt. & vendit. Roder. Suar. allegat. 22. n.4. Socin. conf.85. n.3. & 6. vol.1. Dec. conf.60. n.4. & conf.203. n.4. Schurff. conf.16. n.17. cent.2. conf. 50. n.16. & 17. cent.3. Mandell. consil.1. nu.12. VVesenbec. consil.31. nu.13. & conf.52. n.4.* 7 **

QVAR-

QVARTO, si conuentio hæc, transactionibus accensenda foret: fluxa attamen, caducaq; propterea, Actoris fundamenta, non solùm non fierent: verumetiam facilior adhuc ad victoriam adipiscendam, Actori pararetur aditus. Cùm desit hoc pacto transactioni, tertium suum substantiale, id quod, bona fi-
8 des est. Etenim si alius dolus, quàm is, qui reipsa contingit, intercedit, per se, & absq; ope remedij l. 2. transactio ipso Iure nulla est.
* *L. sub pretextu l. 1. & ibi DD. communiter. C. de transact. l. & eleganter in pr. & ibi Bruñ. de dol. l. interpositas. C. de transact. Natta. consil. 166. n. 26. lib. 1. Alex. consil. 62. n. 3. lib. 2.*

Iam verò hìc, dolus ex parte Rei interuenit. Diris enim se deuouerat Reus, si cum iactura, & incommodo Actoris, locupletior fieri, hac in parte concupijsset.

Nec iuuat QVINTO Reum id: quod attamen de læsione enormi, cui tantoperè confidit, hactenus fidem nullam facere, Actor po-
9 tuerit. Cùm attamen prouisi Iuris sit: quod læsum se esse dicens, ad id probandum teneatur: *gl. & DD. in d. l. 2. C. de resc. vendit. c. 3. ext. de emt. & vendit. Masard. in tr. de probat. concl. 962. n. 1. Natt. consil. 62. n. 8. volum. 4.*

Nam hæc allegatio refellitur per id, quod ad manus iam habeat Actor, quandam æstimationis formulam, anno 78. à viris bonis
10 conscriptam. Quod cùm ita sit, succedit iam illud: valorem rei rectè probari, per æstimationem, à deputatis in id factam. *Br. in d. l. 2. n. 20. ibi Salyc. colum. antepen. Castr. in fin. Pinel. p. 3. c. vlt. n. 3. vers. eligentur autem periti. C. de resc. vend. Iohan. Bapt. Lup. in l. 2. §. 5. n. 142. vers. succedit nunc quintus modus. C. de pact. int. emt. & vend. Campeg. in tr. de testib. reg. 32 1. vers. duodecimo. Gail. de pignor. c. 18. n. 6. cum seqq. Coler. in tr. de proces. execut. p. 3. c. 9. n. 100.*

11 Et prætereà lis, nondum contestata est. Oneraudus itaque, hoc nunc tempore, probationibus faciendis, Actor non est. Nec enim ante litem contestatam, probationes vllæ faciendæ, & receptæ vllius momenti sunt. *tot. Rubr. & nigr. ext. vt lit. non contest. fac. trad. Mar. in tr. de ord. iudic. 2. p. 6. p. 2. act. 3. n. 1. Neuiz. consil. 80. n. 2. Surdus consil. 134. n. 4.*

Vt taceam illud solùm expetere Actorem, vt æstimatio bonorum denuo instituatur. Inde enim læsionem clarissimè, sine ambagibus vllis, edoceri posse, Actor planè persuasum habet.

Ferendus itaq; Reus non est, probationem læsionis, non factam esse allegans. Cùm iste solus sit, qui per oppositum exceptionum suarum, litis ingressum impedientium, quo minus probationes fiant, præpediat,
12 Quare turpitudinem propriam huic fundamento innitens, solummodò allegat. Id quod legum humanitati aduersum est. *L. transactione. & ibi DD. C. de transact. 6. cum super quæstione & ibi Innoc. & Panorm. n. 9. ext. de consess. præb. Panorm. in c. nostri. n. 5. ext. de elect. Tiraq. in tr. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 15. Crau. consil. 106. n. 1 2. Tiber. Decian. consil. 18. n. 189. vol. 1.*

Sic & è diuerso scriptum, extat: quod 13
quisq; admittendus sit, ad probandum id, quod probatum ipsum releuet. *per l. ad probationem. & ibi DD. communiter. C. de probat.* *

SEXTO, controuersia quoque carere illud videtur, quòd Actor hìc, condocefacere possit, non solùm læsionem simplicem, verumetiam talem, quæ vltra iusti dimidium est.

Esto enim, valorem 3000. tantùm horum bonorum esse, æstimatio, quæ pœnes Actorem est, ostendat: comprobata attamen iam erit, vltra iusti dimidium, læsio. 1200. enim tantùm, Actor recepit, & quidem diuersis vicibus, varijs item appositis conditionibus, cùm tamen mille quingenta, pro medietate sua, eidem omninò fuissent persoluenda. Etenim quoties is, qui decem habere debet, 14
nondum quinq; accipit: toties exoritur læsio, vltra dimidiam iusti precij partem. *gl. in l. 2. & ibi Bl. q. 17. Alber. de Rosat. n. 6. Pinel p. 2. c. 2. n. 4. & DD. communiter. C. de resc. vend. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 46. Fab. de Mont. in tr. de emt. & vend. q. princ. 8. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 22. Couar. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 8. Eman. Soar. comm. opin. lit. L. n. 1.*

Quo iure eatenus quidem vtimur, vt ad re- 15
scissionem, ex hoc remedio l. 2. obtinendam, satis sit, etiamsi datum, vel acceptum, tantùm in vno nummo, iusti precij dimidium superarit. *Bl in d. l. 2. n. 16. & ibi Salyc. n. 1. & communiter DD. C. de resc. vend. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 22. vers. item adde. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vend. concl. 1. n. 6.* *

SEPTIMO adstipulatur quoq; Actori, ipsius Rei confessio. Nam etiamsi Actor, Reo, etiam in iudicio, 2400. obtulisset, si à contractu recessisset: Reus attamen idipsum facere renuit.

Non opus itaq; est, læsionis ergò, proba- 16
tionem aliquam facere. Cum omnium probationum regina, ipsius partis aduersæ sit confessio. *Lanfr. de Oriano. in sua praxi. rub. de conf. in pr. l. 1. in fi. ff. de interr. act. Crau. consil. 61. n. 3. consil. 171. n. 4. consil. 175. n. 1. consil. 217. n. 10. consil. 767. n. 9.*

Sed & quilibet, exactè valorem, & precium rei suæ, præ reliquis nouit. *per l. quisquis C. de resc. vend. fac. trad. Pinel. in l. 2. p. 1. c. 2. n. 30. C. eod. tit. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 4. n. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 5. n. 10.*

Passus itaq; Reus, numerari sibi, 2400. illa oblata, fuisset, ni compertum habuisset, bona, quæ ille, 1200. acquisierat, pluris etiam, quàm bismille quadringentis, diuendi posse.

OCTAVO, placuit quoq; Interpretibus: 17
quod huic remedio non obstet, etiamsi is, qui eo vti voluerit, homo fagax, & ad rem familiarem intentus sit. *Vti in iududuo docet Pinel. d. l. 2. p. 1. c. 2. n. 19. per. ill. text. C. de resc. vend.*

Non præstat itaq; Actoris intentioni impedimentum, etiamsi dicatur, illum multa sagacitate præditum esse, curaq; exactissima prouidere solere, ne quod damnum incurrat: quod item ad hæc, contractus tempore, annos quadraginta iam natus fuerit.

18 Et quod magis est, multi etiam ex Interpretibus, NONO loco scriptum reliquere: quod etiam illi, qui valorem rei scit, ideoq; sciens prudensq; lædatur, adhuc hoc l. 2. C. de resc. vendit. remedium non denegetur. *Alber. de Rosat. in d. l. 2. n. 12. & ibi Pinel. p. 1. c. 2. n. 20. C. de resc. vend. Couarr. variar. resol. lib. 2. c. 4. n. 2. vbi hanc opinionem, iure defendi posse dicit. Fachin. controu. iur. p. 1 lib. 2. c. 20. fol. 245 lit. C. Mandell. consil. 85. n. 51.*

Non destituetur itaq; Actor, vsu huius remedij, quantumuis commoda, & incommoda, horum bonorum, probè calluisset: quin & annotationē desuper conscripsisset, quām deinde Reo (ita namque factum esse Reus prætendit) exhibuisset.

DECIMO scriptum quoque reliquēre Interpretes: quod per id non cesset hoc genus remedij, etiamsi contrahentes dixerint, se id, quod faciunt, ex certa scientia fecisse: *Vti in indultum rursus docet Pinel. d. l. 2. p. 1. c. 2. n. 23.*

Non cessabit itaque hæc actio, tametsi instrumentum contractus enunciet: hic omnia cum deliberatione & consilio habito, fuisse transacta.

19 VNDECIMO, à frequentioribus quoq; in
** cam itum est sententiam: quod ne ob consensum geminatum quidem, vires remedij huius deficiant. *Fab. de Mont. in tr. de emt. & vend. q. princ. 8. v. tertiò quære. Cagnol. ad d. l. 2 n. 71. & ibi Pinel. p. 2. c. 1 n. 36. Boër. decis. 100. col. 6. Cassi. conf. 21. n. 16. Roman. conf. 53. Corn. conf. 11. & conf. 140. lib. 3. Socin. sen. conf. 85. n. 5 lib. 1. Dec. conf. 60. circa fin. quos omnes allegat, & sequitur Fachin. controu. iur. p. 1. lib. 2. c. 21. fol. 251. lit. D.*

20 Sicuti quoq; DVODECIMO concluditur: quod ne ob ratificationem quidem, etiam ex interualło accedentem, auxilium huius remedij desinat. *Cassan. d. conf. 21. n. 16. vers. & si dicatur. Ant. Gabr. Rom. in tr. regul. lib. 3. tit. de emt. & vendit. conclus. 1. n. 40.*

Quare, etiamsi negari nequeat, quod Actor noster, bis de pecunia recepta, apochas suas tradiderit: quod item confirmationem huius contractus, non minus ac Reus, à Principe petierit: quod item post absolutum iam contractum, ad V. à VV. scripserit, vt Reum in bona hęc, sui causa immitteret: quod item secundam quoque transactionem, Mediatore A. à S. inierit: non tamen ob hæc omnia cessabit l. 2. C. de resc. vendit. remedium.

21 Maximè cum hæc omnia faciens, eadem ignorantia, qua ab initio imbutus fuerit Actor. Talia enim sunt principiata, qualia principia ipsorum esse solent. *L. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. c. venerabilem. ext. de elect. Cagn. ad Rubr. n. 22. ff. de orig. Iur. Craw. conf. 579. n. 16.*

DECIMOTERTIO, ne illud quidem sufficere videbatur, quod attamen ad contractum hunc, Principis assensus accesserit. 22

Nam siue eum vim decreti, siue etiam confirmationis habere dixeris, est tamen quod respondeat Actor: iuris esse prouisi: quod & decretum Iudicis quoq; actui, vel negocio alicui interueniens, satis non sit, ad tollendum l. 2. C. de resc. vend. remedium. *tradentibus Iob. de Imol in l. precia rerum. & ibi Alex. ff. ad l. Falcid. Imol. in l. si quis eum aliter. in fin. & ibi Rom. & Alex. n. 15. ff. de verb. obl. Panorm. in c. cum causa. n. 6. ext. de emt. & vend. Ang. Aret. in §. si quis agens. n. 3. Inst. de action. Negu. z. in tr. de pignor. 1. memb. 6. p. n. 28. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 22. & esse communem effatur Otau. Simoue. in tr. de decret. tit. 7. n. 4.*

DECIMOQVARTO, atq; hoc, tunc potissimum obtinet: siquidem Iudicis decretum, absq; causæ cognitione, interpositum fuerit. Tunc enim remedium huius legis, nullo modo cassatur, aut irritum fit. *L. minoris, vbi gl. Br. Bl. & DD. C. de præd. minor. Dec. conf. 403. n. 19. Rain. conf. 107. n. 14. vol. 1. Cardin. Paris. conf. 98. n. 9. conf. 99. n. 7. vol. 1. conf. 85. col. 3. vol. 3. vbi hanc esse communem attestatur.* 23 4

At enim hîc, biduo tantùm, Confirmatio contractu est posterior. Vnde fieri non potuit, vt causæ cognitio aliqua, hîc adhibita sit. Etenim ex breuitate temporis, causæ cognitionem omissam esse, rectè arguitur. *Borsi. in singul. in v. minor. col. 1. Thom. Ferrat. caut. vlt. col. 4. Menoch. in tr. de remed. poss. recup. rem. 15. n. 140. Canale. in tr. de tutor. & curat. n. 128. Guid. Pap. decis. 348. n. 2.* 24

DECIMOQVINTO, communis quoque Doctorum Iuris assertio hæc est: quod & ad diuisionem bonorum quod attinet, remedio l. 2. C. de resc. vend. locus sit. *L. maioribus. & ibi gl. Br. Alber. Bl. Sal. Paul. de Castr. & DD. C. comm. vt. iudic. Corn. conf. 240. vol. 4. Gozadin. conf. 44. n. 17. & est communis opinio. teste Cagn. in l. 2. n. 59. C. de rescind. vendit.* 25

Etiamsi itaque dixeris, diuisionem bonorum, partes hic celebrasse: non tamen propterea finietur, l. 2. C. de rescind. vendit. prouisio.

DECIMOSEXTO & vltimò: quamuis non negem, bona, quæ hîc in controuersiam veniunt, feudalia esse: quod item commune placitum Doctorum sit, quod l. 2. C. de resc. vendit. remedium, in contractu feudali, locum nullum reperiat. *Speculin tit. de feud. §. nunc videndum. vers. sed nunquid. Bl. in l. 2. col. 5. vbi Salyc. col. 3. vers. quæro. & Castr. col. penult. vers. est tamen dubium. C. de rescind. vendit. Iohan. de Imol. in c. cum dilecti. col. penult. & vlt. ext. de emt. & vendit. Socin. in tr. regular. reg. 226. limit. 9. Fabian. de Mont. in tr. de emt. & vend. q. 8. n. 14. Alex. de Imol. conf. 79. n. 6. volum. 1.* 26

Non

27 Non tamen, ne sic quidem, vincet Reus. Nam quod dicitur in feudis, de læsione vltra dimidium, conqueri non licere: locum sibi solum vendicat, in concessione domini, facta vasallo ibi enim Dominus aliquale precium recipiens, quòd nulla ex parte, ei rei, quæ in feudum data est, respondet: frustrà se vltra dimidium iusti læsum, conqueritur. *Vt ipsos declarant, omnes iam adducti DD. tradituq; præterea Matth. de Affl. in c. 1. in pr. n. 15. de feud. dat. in vic. l. commiss. Gabr. Roman. in tr. regular. d. conl. 1. n. 74. Purel. d. l. 2. p. 1. 4. n. 2. C. de rescis. vendit.*

Porrò cùm is casus, nihil cum nostro commune habeat: nihil quoque aptè, inde, ad
28 nostrum inferri poterit. Cùm à diuersis, mala fiat illatio. *L. vlt. ff. de calum. præt. Pap. in form. appell. à diffinit. in v. & in quantum sit aliq. n. 2. d. in c. per vestras. notab. 3. §. 3. n. 16. ext. de donat. int. vir. & vxor. Ascan. Clem. in tr. de pat. pot. c. 5. n. 55. Mandell. cons. 2. n. 13.*

RATIONES DECISIONIS.

AD QVÆSTIONEM I.

ALiquid hæc, quæ adducta sunt, esse non diffiteor: sed interim ea, vt propterea victoriam causæ, Actori adiudicemus, tanti non facienda esse putarim.

Nam habet Reus in quibus imitatur, fortissima hæc argumenta.

29 Veluti PRIMO: quod maior pars Interpretum concludat: quod ad transactiones vsq; remedium l. 2. C. de rescind. vend. nunquam extendatur. Ita enim vno ore omnes, qui iam adducuntur, profitentur, *veluti gl. in l. Lucius. §. vlt. ff. ad SC. Trebell. Dyn. in l. si quis cum alter. & ibi Petr. de Bellap. n. 6. Aret. n. 5. & 6. Cuman. n. 6. & 7. Alex. n. 8. Ias. n. 13. vers. contrariam opinionem. & n. seq. Zas. n. 20. Alc. n. 13. ff. de verb. obl. Cyn. in l. 2. n. 15. ibi Bl. n. 3. Alber. n. 8. Salyc. n. 6. & 7. Anton. de Padella n. 2. C. de rescind. vend. Guil. de Cun. in l. si contra. in fin. C. de vsucap. pro empt. Florian. de S. Petro in l. cùm putarem. n. 1. ff. famil. herciscund. Angel. in l. in summa. n. 2. ff. de condict. indeb. Alc. in l. interpositas. n. 17. C. de transact. Catell. Cotta in memor. v. venditor. Ludouic. Gomes in tr. de reg. Canc. reg. de annal. poss. q. 2. col. 2. ad fin. Connan. commentar. Iur. lib. 7. c. 9 in fin. Capyc. decis. 159. n. 45. Grammat. decis. 66. nu. 63. Gail. observat. 70. n. 3. & 6. lib. 2. Sichard. in l. cum te. n. 3. vbi hanc esse communem attestatur. C. de transact. Alex. de Imol. cons. 4. 2. n. 11. lib. 1. Curt. Sen. cons. 66. n. 27. Iacobin. Rimin. cons. 102. n. 12. & n. 465. vol. 1. & cons. 209. n. 42. vol. 2. Corn. cons. 166. n. 2. vol. 1. Ruin. cons. 132. n. 3. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 96. n. 61. vol. 1. Gratt. cons. 118. n. 9. vol. 2. Steph. Bertrand. cons. 225. n. 1. vol. 1. Purp. cons. 492. n. 38. Berous cons. 176. n. 25. vol. 1. Iacob. Cuiac. consult. 48. circa med. Ceph. cons. 210. n. 70. vol. 2. Rol. à Valle cons. 28. n. 24. vol. 4. Iob. Fichard. cons. 31. n. 8. vol. 2. Anton. Galeat. Maduf. in cons. 79. n. 66. vol. 1. commun. dicens. Mynsing. obs. 91. n. 3. cent. 6. Ioh. Mauric. in tr. de rest. in integr. c. 210. Damhoud. in suo euch. par. in v. transactio. Matth. de Affl. decis. 200. Cran. cons. 151. n. 26. Zas. cons. 18. lib. 1 Ioh. Bapt. Plot. cons. 32.*

Quæ etiam opinio, in pronunciando, col- 30
libuit Cametæ Imperiali, *attestante Gailio d. obs. 70. n. 1. & seq. lib. 2.*

Iam verò, quantum ego dijudicare possum, actus, quem nunc tractamus, aliud nihil est, quàm pura puta transactio.

Sic enim nominatur ab ipsis Mediatoribus. Dum instrumentum, quod conscripserant, habet: Vnd seind dieser Vergleichung zwey in Pappir bracht.

Hoc verbum Vergleichung autem me Iu- 31
dice, nullum aliud habet, quod ei correspondeat, quam verbum: Transactio: propriè & in stricta significatione acceptum. *per tr. Brisson. in lexic. in v. transactio.*

Ceterum verba in contractibus strictè, & 32
propriè accipienda esse, extra controuersiam positum est. *L. quicquid astringenda. ff. de verb. obl. l. 1. §. si ii qui nauem. ff. de exercit. Sadolet. in l. in ambiguo. ff. de veb. dub. Cardin. in c. relatum. notab. vlr. diffinct. 37. Neuiz. cons. 92. n. 11. Bl. cons. 145. col. penult. vol. 3. Rol. à Vall. cons. 58. n. 64. vol. 3. Surd. cons. 369. n. 5. vol. 3.*

Et præterea, præsto quoq; hîc sunt requisita omnia, quæ transactio ad sui perfectionem desiderat.

Veluti primò: quod sit interposita super 33
lite aliqua, & re dubia. *L. 1. ff. de transact. l. 2. C. eod. tit. præt. Pap. in for. lib. quo agit. vt pact. seruen. 5. Del' Rio in l. transigere. n. 6. C. de transact. Azo in summa. C. eod. tit. Host. in summa. ext. eod. tit.*

Secundò quod celebrata sit, aliquo dato, 34
vel retento. *L. transactio. C. eod. tit. Gail. obseru. 70. n. 12. lib. 2. Fachin. controu. Iur. lib. 1. c. 11. fol. 28. lit. C.*

Tertiò deniq; quod dolus ex proposito, 35
nullus adsit. *L. sub prætextu l. a. 1. C. eod. tit. Gail. d. obs. 70. n. 12 lib. 2.*

Nam prius comprobari potest ex eo: quod res, pro indiuiso, ante hunc contractum, possederant Actor & Reus.

Subfuit itaq; Lis. Nam si partibus his, Dominorum Mediatorum, transactionibus non fuissent consultum, fieri potuisset, vt iudicem demum adijssent. Locus itaq; conceditur illi theoremati, quod habet: in id, vt valeat Transactio, satis esse si metuebatur, ne lis oriretur, adeoq; ad Iudicis tribunal, ad vltimum concurreretur. *L. 2. & ibi Franc. Curt. in summar. & num. 1. Ias. nu. 1. Sichard. nu. 1. Alc. & DD. C. de transact. Abb. in c. 2. extr. de transact. Del' Rio in l. transigere. num. 56. C. de transact.*

Quinimò non super lite solùm, sed & super controuersia, rectè transigitur. *tradentem in indumdo Vvesenb. cons. 52. n. 9.*

36 Cum tamen controuersia dicatur, tam de eo, de quo inter partes in iudicio: quàm de eo, de quo inter has ipsas, extra iudicium, est disceptatio. *arg. l. Lucius. §. tres heredes. & ibi Br. ff. ad S. C. Trebell. Bl. in d. l. cauſas. C. de tranſaction. Marant. in tr. de ord. iudic. p. 5. n. 68.*

37 Atque ita in ſpecie, quod ob controuerſiam etiam extra iudicialem, ſuſcepta tranſactio, ſtabilis ſit. *decidit Vvesenb. conſ. 38. n. 19.*

38 Sed & vbi adſunt Mediatores, ibi vt plurimum, tranſactionem celebratam eſſe, rectè dicimus. *Vvesenb. conſ. 70. n. 5. per l. tranſactionem ibi: amicis interuenientibus. C. de tranſact.*

39 Et quod proximè ad rem accedit, lis, ad tranſactionem quod attinet, tunc dicitur ſubeſſe, quando inter partes, de communium bonorum diuiſione controuertitur. *L. ſi cum patruo C. comm. vtr. iudic. L. 1. & 2. ibi Bl. C. ſi aduerſ. tranſact. vel diuiſ. Vvesenb. d. conſ. 52. n. 11.*

Poſtetius verò ex ipſis Tranſactionis literis, demonſtrari poteſt, vtpotè quæ oſtendunt, dationem, & acceptionem reciprocam quandam, inter partes haſce celebratam eſſe.

Cedit enim iure ſuo, Actor, G. à B. & vicißim numerantur ei, 1200. Ioachimicorum.

Sed & ſeruitiorum nomine, nihil detrahit Reus, idemq; mentor.

Ad ſexcenta illa florenorum, quæ matri, ſororibusq; N. à S. ſoluebantur, ne teruncium quidem contribuit.

Non tenetur item de cuictione, vt taceam reliqua.

40 Sic quoque non deſit nobis, requiſitum tranſactionis tertium, quod eſt bona fides. Nam bona fides, ſemper, & vbique præſumitur. *L. metuò. ff. pro ſocio. Br. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Couarr. in Epit. 4. lib. decret. tit. de ſponſal. p. 2. c. 3. n. 4. Couarr. in c. poſſeſſor. p. 2. tit. 6. §. 8. n. 2. de reg. Iur. lib. 6. Vaſq. ill. controu. lib. 2. c. 79. n. 15. Cephal. conſ. 130. n. 11. vol. 1.*

41 Etiamſi iniuſtæ, & temerariæ adſint cauſæ. *Br. in l. Celſus. ff. de vſucap. gl. in l. 1. & ibi Bl. C. vbi cauſ. ſtat. taſ. in l. ſi id quod notab. §. ff. de iuriſd. om. iudic. Alex. conſ. 125. col. 3. vol. 4.*

42 Id quod maxime in nobilibus, vtpotè qui præſumtionem pro ſe habent, quod ſint optimi, & integerrimæ vitæ, obtinet *gl. in callud. diſt. 40. Rom. ſing. 726. tne. ſciu hoc iure. taſ. in l. ſi pecuniam §. vlt. in fin. ff. de condict. ob cauſ. Luc. de Penna. in l. mulierum. col. 3. verſ. ſexto ex nobilitate in fin. C. de dignit. lib. 12.*

Concludamus itaque, non patere hîc aditum, ad l. 2. C. de reſc. vend. beneficium, inſtituendum: ſed hinc oriri exceptionem: tibi non competit actio.

Neque verò refragatur his illud: quod attamen diris ſe deuouerit, & fruſtratus fuiſſet Actorem, Reus, quodq; hiſce execrationibus, fidem adhibuerit Actor

Nam etſi hinc elici poſſe videbatur, quod hoc obſtante, tranſactio firma, confici non potuerit. Propterea quod Iuris ſit apertiſſimi: quando plura ad eſſe alicuius rei requiruntur, ibi vnum, vel duo adeſſe non ſufficere. *per tr. ad. Euer. in loc. ab. iff. cor. quæ ſim. ad effect. requir. n. 1. Capiſerr. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 10. n. 44. Valent. Franc. in tr. de fideiuſſor. c. 4. n. 3.* 43

Obiectioni attamen huic, inferius ſub SEPTIMA decißionis ratione, & reſolutione Contrarij QVARTI, ſatisfiet.

SECVNDO: Iuris quoque incerti non eſt, & propterea communiter id approbarunt Interpretes Iuris: quod remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. precium rei ſcienti, ſemper, & indiſcriminatim denegandum ſit. *Specul. in tit. de emt. & vendit. §. nunc dicendum. verſ. quid ſi aliquis ſcienter. Aſſi. in c. 1. in pr. n. 48. de feud. dat. ab vic. l. commiſ. Br. in l. 2. n. 14. Bl. n. 7. Salic. n. 11. Caſtr. n. 7. Cagn. n. 124.* C. de reſcind. vendit. *Marc. Mant. lib. 1 loc. comm. c. 6. Couarr. var. reſol. c. 4. n. 2. Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 98. Viu. comm. opin. lib. 1. opin. 43. & 431. Eman. Soar. comm. opin. lit. L. n. 3. qui omnes communem effantur. Iohan. Bapt. Aſſu. itidem communem dicens, in tr. de execut. c. 30. n. 3. Marcell. Cala in tr. de mod. prob. & artic. gl. vnica. §. 2. n. 739. Nicol. Carb. in præct. practicar. lib. 1. c. 4. n. 38. fall. 30. Vincent. Caroll. in tr. de loc. & cond. Rubr. ſimultud. locat. & ea refe. n. 5. & omnes ferè Interpretes ita docent, fateri cogitur. Fachin. controuerſ. Iur. lib. 5. c. 20. fol. 245. lit. C. Alex. de Imola. conſ. 127. n. 1. lib. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 128. n. 36. vol. 1. Iacob. Mandell. conſil. 81. n. 43. Tiber. Decian. conſil. 56. n. 79. vol. 4. communem dicens.* 44

Quinimò, vt excludatur quis, ab vſu huius remedij, ſufficit, quod præſumtiue duntaxat, rei valorem iuſtum non ignorarit. *taſ. in l. ſi quis non aliter. n. 17. verſ. prima concluſio eſt. ff. de verb. obligat. Bl. conſ. 3. n. 1. vol. 3. Roman. conſ. 474. n. 4. Alex. conſil. 27. n. 4. verſ. non obſtat quod certo.* & *conſ. 125. n. 7. vol. 1. conſ. 14. n. 23. lib. 6. Bartholom. Socin. conſ. 48. n. 4. vol. 4. Curt. Iun. conſ. 141. n. 16. Philipp. Dec. conſ. 83. n. 1. & ſeqq. Cephal. conſ. 210. n. 74. vol. 2. Vti hos omnes in id adducit, & ſequitur Erneſt. Cothm. conſ. 30. n. 289.* 45

Sed & ſcientia hæc, iam probata eſt eo ipſo, quod edocetur Iudex, illum, qui ex remedio l. 2. experitur, in bonis verſatum eſſe. *Vti in iniuidio docet Caroll. d. tr. de loc. & cond. tit. de ſimultud. locat. n. 5. Dec. conſ. 83.* 46

Iam verò diffiteri Actor nequit: quod N. à S. circa feſtum Palchatis, anni 89. mortuus ſit, quodque ex eo tempore, bona hæc, ad eum, Domipumque Reum pertinuerint.

In libello item ſuo expreſsit: quod Reus eum, circa diem Iohanni Baptiſtæ ſacrum, adhor-

adhortatus fuerit, vt videret, quonam pacto, de successione hac, certi quid statueretur.

Transactio verò, de qua agimus, perfecta est, demùm, 15. Februarij anni 90.

Et insuper in libello suo, fassus est Reus: quod per diem integrum, in feudo K. subsitierit.

Non dicam nunc, Dominum Reum comprobare posse, quod Actor, ipsi, descriptionem quandam bonorum horum tradiderit, longè antè, quàm ad transactionem accederent.

Absq; rubore itaq;, Actor, ignorantiam allegare nequit, quodq; consequens est, l. 2. C. de resc. vendit. beneficium, illi non competit.

Nec iuuat Actorem illud: quod eo tempore, cum in bonis hisce controuersis conuersaretur: Cœlum semper fuerit pluuium, illumq; prohibuerit, quo minus exactè contemplaretur omnia.

Nam hæc res, in oculari inspectione posita non erat.

Et insuper secum habuit amicum suum, V. à VV. qui qualitates horum bonorum exactè callebat: & ex quo, nullo negocio, addiscere potuit: an bona hæc, 2400. diltrahi æquum esset.

Aderant item libri censuum annui: qui quanti essent, reditus, bonorum horum faciendi, cuiuis, primo etiam intuitu, ostendebant.

47 Frigida itaque est, istiusmodi excusatio. Etenim indecens est, allegare illud impedimentum, quod amoueri facilè poterat, *Decian. cons. 46. n. 143. vol. 4.*

48 TERTIO: notissimi quoq; Iuris est: quod ad remedium l. 2. C. de resc. vendit. quod attinet, paria sint, scire rei valorem, aut scire debere. *Vt in indiuiduo decidit VVesenb. cons. 52. n. 6. per l. quod te. ff. si cert. pet. at.*

49 Etenim supinæ & asininæ ignorantiæ est, non inquirere ea, quæ inquirere debebas, antequàm transigeres. Eiusmodi autem ignorantia laborantibus, iura meritò non opitulantur. *Vt in indiuiduo rursus scriptum reliquit VVesenb. d. cons. 52. n. 8. Balb. in repet. l. Celsus p. 3. n. 22. ff. de vsucap. Tiraq. de vt ret. p. 1. §. 35. gl. 4. n. 7.*

Esto itaq; ita vt vult Actor, dicamus ignorasse eum, verum rerum harum valorem: excusatus attamen non erit. Addiscere enim precium iustum, antequam transigeret, debebat.

Nec refragatur his, illa, qua vtitur Actor, excusatio: quod scilicet tunc temporis, cubicularium apud N. egerit.

Nam & nos, conditionem cubiculariorum horum, quodq; sæpius, bona gratia, ex aula discedere, adq; sua proficisci, concessum illis fuerit, non ignoramus.

50 Quid? quod si denegatum hoc illis fuisset, propè pro mancipijs, & non pro hominibus ingenuis fuissent habiti. Etenim vni certo loco sese addicere, ingenuorum nō est, *arg. l. Titio centum §. 2 ff. de condit. & demonstrat. l. libertus. §. vlt. ff. de alim. legat. l. seruos. ff. eod. tit. l. Annua §. Attia. ff. de ann. leg.*

Sed & alios, qui in maiori, quàm Actor, erant apud Principem gratia, vt ad tempus, sua quoq; curarent, veniam impetrasse, plus quàm notorium est. An non Iupiter, Ganymedem suum, quandoque bona gratia dimisit?

Præterea, satis. superq;, vt Actor, precium horum bonorum, percontaretur, superatet temporis. Maximè cum per integrum diem, illuc fuerit commoratus: deprehendereque nullo negocio potuerit, an concedere l. à K. pro mille, ducentis, bona hæc, deberet.

Admittenda itaq; excusatio hæc, ceu sibi 51
contraria non est. Talis enim admitti non solet. *Bl. ad l. 1. C. de furt. Bl. ad l. scriptura. col. vlt. vers. quærunt. DD. C. de fid. instrum. Decian. cons. 18. nu. 372. vol. 1.*

Accedit ad hæc, quod G. à B. Actor, vtpotè annos quadraginta natus, non ignarus esse poterat eis: quod nemo de rebus immobilibus amittendis, transigere deberet, nisi habuisset prius, bonorum amittendorum æstimationem. Atq; hæc absente etiam Actore perfici poterat.

Iusta itaq; non est, qua vtitur excusatione 52
Actor. Nulla cum sit impedimenti allegatio, cui impeditus, facili negocio, remedium afferre poterat: sed idipsum facere, desies, atq; iners omiserat. *Bl. in l. fed etsi per Prætorem. ff. quib. ex caus. maior. Br. in l. quibus diebus per vll. text. & ibi Bl. ff. de condit. & demonstr. Purpur. in l. 1. apud quem n. 54. C. de edend. Anton. Rub. in l. vlt. §. ad crimen. n. 205. ff. de publ. iudic. Iosep. Ludouic. decis. Perus. 36. n. 8. p. 2. Vasq. ill. contr. c. 60. n. 10. Roman. consil. 352. n. 10. Dec. cons. 677. n. 3. Natta cons. 60. n. vlt. lib. 1. & est omnium conclusio indubitata. teste Sfort. Odd. in tr. de restit. in integ. q. 27. n. 56.*

QVARTO magis quoq; recepta est, con- 53
clusio illa: quod eo quoq; casu, cum in contractu exprimitur, partes ea, quæ fecerant, ex certa scientia fecisse: cesset, atque desinat l. 2. C. de resc. vend. beneficium. *Bl. in d. l. 2. n. 10. ad fin. & ibi Salyc. Panthal. Crem. n. 91. C. de rescind. vend. Alex. cons. 42. n. 7. lib. 1. Curt. sen. cons. 49. n. 75. Beer. decis. 142. n. 10. Menoch. cons. 1. n. 352. lib. 1.*

Repellitur itaq; meritò rursus, Actor.

Nam vt habent Transactionum literæ, plena habita deliberatione, consensuque suo bono, hæc omnia, ita inter partes transacta fuêre.

Succedit itaq; illud: quod verbum Wis- 54
sentlich: negocio, quod gerebatur, appositum, desinere faciat, l. 2. C. de resc. vend. beneficium, *vti decidit Cothm. d. cons. 30. n. 283.*

Vt taceam efficaciæ maioris esse, illa ver-

ba: Aus reiffem Rath / quàm illud verbum:
56 Wissentlich. Quippè cum illud verbum: Wolbedacht / siue animo deliberato: omnem erroris, & ignorantiæ allegationem, planè discutiat, atq; expellat. *Bertaz. in tr. clausul. clausul. 11. gl. 3. n. 2. Card. Paris. cons. 93. n. 18. vol. 3.*

57 QVINTO, communis quoque, Interpretum conclusio est: quod homini astuto, & industrio, huius legis beneficium, meritò denegetur. *Ant. de Butr. in c. quia plerig; col. 6. vers. & hoc credo. Panorm. n. 28. ext. de immun. Eccl. Barbat. in c. Raynaldus. col. 43. vers. & ad hoc potest adduci. ext. de testam. Petr. de Anchar. in c. peccatum. Cattan. de reg. Iur. lib. 6. Panthal. Crem. ad l. 2. n. 124. C. de resind. vendit.*

Iam verò negari nequit, quod noster Actor, aliàs, in re sua familiari administranda, singulari cura, atq; solertia, vsus semper fuerit: beneq; sibi semper prospexerit, ne quod detrimentum caperet, aut iacturam aliquam faceret,

58 Apertissimi quoq; iuris SEXTO illud est: quod semper, & vbiq; viribus destituatur. l. 2. C. de resc. vend. remedium, vbi adest superioris confirmatio. *Br. in l. si quis spontaneos. n. 2. & ibi Iob. de Plat. n. 2. C. de decur. lib. 10. Br. in l. si expressim. n. 17. ff. de appellat. Bl. in l. aduersus C. si aduersus rem iudicat. Bl. in l. nominationes. C. de appellat. Innocent. in c. Confirmationib. ext. de confirm. vt. & inut. Iaf. in l. more maiorum. n. 41. ff. de iurisd. omn. Iud. apostill. ad Boër. in consuet. Bitur. tit. de re traill ignatier. § 3. gl. vnic. col. 2. Gail. obseru. 1. n. 9. lib. 2. Vital. de Gamb. in tr. clausul. in clausul. qual. rit. rectè; proces. n. 12. vers. aduerte.*

Cùm itaq; hîc, Principis confirmationem habeamus, & talem quidem, quàm vtraque pars, à Principe (vt loquuntur Confirmationis literæ) ipsamet petierat.

Aliud nihil hîc reliquum fit, quàm quod conticescat. 2. C. de resc. vend. remedium.

Nec obstat: quod ex confirmatione hac, consensum tantùm simplicem, facere annitatur Actor: nam non ferunt, eiusmodi cauillationes, ipsa Confirmationis verba. Expressum cum in ea sit: Nos N. confirmamus, non autem Nos N. consentimus. Merum ita-
59 que, allegatio hæc Actoris, cauillum est. Etenim verba vbi clara sunt, frustra argumentationculæ in medium proferuntur *L. 2. §. tractari. ff. ad S. C. Tertull. l. non aliter. in pr. ff. de leg. 3. Hartm. Pistor. q. 3. n. 56 lib. 2. Rol. à Valle cons. 79. n. 85. vol. 3. Aluar. in tr. de connect. ment. def. lib. 3. c. 2. nu. 1.*

60 Cum nodum in scirpo quærere, valdè dedeceat. *Alc. cons. 72. n. 1. Phil. Port. cons. 33. n. 50.*

61 Sic quoque SEPTIMO inficias ire nemo
** potest: quod maior, & fanior pars Interpretum concludat: quod vbi is, aduersus quem, ex remedio l. 2. C. de resc. vendit. actio proposita est, docere potest, primæ Transactionis ratificationem, vel consensum geminatum agentis, interuenisse: ibi succumbat omninò, remedium l. 2. C. de resc. vend. in iudicio proponens. *Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 7. §. 12. n. 37. Cala in tr. de mod. artic. & prob. gl. vnic. §. 2. n. 736. Aegid. Bellam. decis. 24. col 5. Couarr. in c. quamuis. p. 3. §. vlt. vers. Octaua conclusio. Marc. Mant. locor. com. lib. 1. c. 6. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 114. & n. 124. Cassir. cons. 386. col. 2. lib. 2. Panorm. cons. 70. dub. 2. lib. 1. Dec. cons. 216. n. 6. Cran. cons. 151. n. 31. & 32. Rol. à Valle cons. 59. n. 30. & 53. Vbi in de magis communi testem se præbet. vol. 1. & traduntur alij complurimi per Ernest. Cothm. congest. d. cons. 30. n. 272. vbi is quoq; attestatur, longè maiorem, eorum esse numerum, qui hanc partem tueantur, atque defendant.* **

Rursus itaque Actori nostro, remedij huius vsus, rectè denegabitur.

Habemus enim duas eius apochas, quas post transactionem hanc perfectam, Domino Reo dederat, vnam in mense Februario: alteram in mense Octobri, anni 90. Sed & non primam solùm transactionem, verumetiam secundam inijt, Mediatore A. à S.

Nec refragatur his, quod vt Actoris Replicæ habent, hæc actuum geminatio, ex eodem, quo primus actus, errore, atque ignorantia prodierint.

Nam pro certo, firmoq; præsupponitur: 62
quod tamen maximè controuersum erat: quinimò quod falsum esse, iam apparebat. Vitiosum itaq; argumentum est. *gl. in l. mancipia. & ibi Br. ff. de seru. fugit. Roman. sing. 595. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 42. n. 65. Surd. cons. 150. n. 79. & cons. 315. n. 40.*

Nam edocere adhuc Actor non potuit: quod tempore primæ transactionis, in errore, aut ignorantia, vnquam constitutus fuerit; quinimò ex Actis probatum iam est: quod verum rei valorem, benè sciuerit, aut scire saltem debuerit. Sed & talem esse, ab Actore allegatam ignorantiam, quæ excusationem nullam mereatur: quæq; tanto minus l. 2. C. de resc. vend. remedium tollat, ex ijsdem Actis, iam constat: Sed & in transactione expressum est, celebratam eam esse, adhibita matura satis deliberatione, vtriusq; partis.

Locus itaque erroris, ignorantiæq; alle- 63
gationi, non datur. Etenim vbi adest deliberatio, quam præcesserunt plenæ, de iure suo, inter partes disputationes: ibi cessat omnis, aduersus actum, qui geritur, exceptio. *tradentibus gl. in c. iure gentium. Ext. de re iudic. Bl. in prima. consult. florū. Bl. in l. Duus. ff. de rest. in integr. cum similib. à Decian. adducta in cons. 35. n. 55. vol. 2.*

Clausula item, animo deliberato: mit rath 64
vnd wolbedacht / &c. quoque totam erroris, & ignorantiæ memoriam, ad inferos amandat. *Veluti ex Bertazolo & Cardin. Paris. superius huius rei fides facta est.*

Octa-

65 Octavo, receptum quoque inter Iuris Interpretes est: quod eo casu, cum transactio amicis intervenientibus, ijs præsertim, qui autoritatis & existimationis singularis sunt, semel stabilita est: ibi audiendus maximè is non sit, qui se læsum etiam vltra iusti dimidium asserit. Cum potius improbitatem suam detegere, quàm læsionem vllam allegare posse, existimetur. *Thom.Gramm.decis. 66.n.65.Iacob.Mandell.conf.11.n.22. & de remedio.l.2.C.de resc.vend.idipsum tradit Cothm.conf.30. n.285.*

Rectè itaque rursus infertur, Actori hîc aditum, ad remedium L2.C. de rescind.vendit. intercluſum esse.

Peragebatur enim transactio nostra Mediatoribus N. N. & N. viris longè nobilissimis & præstantissimis, multa adhæc rerum experientia decoratis.

66 Neque verò iuuat Actorem, quod prætendit, etiam hos Mediatores & Compositores, verum rei valorem, nesciuisse. Imputet enim sibi, qui tales Mediatores sibi elegerit, & vt negocij tractationem susciperent, atque finirent, permiserit. *arg.§.vlt.in fin.Inst.de fociet.Thoming.decis.44.n.10.Seraph.de Seraphin.in tr.de iuram.prin.57.n.11.*

67 Imputet item sibi, qui de ijs sibi non prospexerat, quæ putat, transactionem præcedere debuisse, veluti erat bonorum controuersorum æstimatio, atq; taxatio. Etenim id quod facilè impetrari poterat, si neglectum, peritumque non fuerit, alij nulli, quam non petenti, acceptum ferendum est. *Lud. Roman. in l.2.in fin.ff.de re iudic.Tiber.Decian.conf.51.n.99. vol.2.per l.qui maior.§.1 vers.neq; enim.ff.de bon.libert.l. quidam relegatus.ff.de reb.dub.l.intercidit.ff.de condit.& demonst.*

Eccur, non accersiuit V. à VV. eodemque pro Mediatore vsus est. Sicuti antea eum accersi curauerat? Hic namq; bonorum nunc controuersorum bonitatem, apprimè nouerat.

68 Non dicam nunc, transactionem ad sui essentiam, æstimationes, taxationesq; bonorum, non requirere. Non igitur id requirendum, quod lex nõ requirit. *§.consideremus.auth. de trient. & semiss.Coth.conf.1.n.591.*

69 Cùm aliàs hoc euenire absurdi, quod rationes, à quouis pro arbitrio excogitatæ, ad instar legis, custodiendæ, atq; obseruandæ essent. *L.1.§.Calumniator.ff.ad SC.Turpill.l. ordin. in pr.ff.ad municip.*

Sed & abhorret à vero, tot viros nobilissimos, atq; primarios, nisi aliquam aliam horum bonorum noticiam habuissent, ad transactionem faciendam, accessuros fuisse.

70 Stat namq; firma præsumptio: omnem actum, cum primis verò eum, qui à viris prouidis, prudentibus, & multa rerum experientia decoratis, fit, atque conficitur: eo iure ordine, modo, & forma, quo decebat gestum esse. *Abb.in c. misi essent.per ill.text.ext.de præb.fac. trad.Innoc.in c.1.ext.de clericperegr.Tiraq.de vt.retr. p.2.ad.fin.tit.n.132.Tiraq.in tr.de pœn.cauf.51.n.49. & 50.Zoanett.in l.2.n.65. C. de pact. int. empt. & vend.*

Nono, hoc iure quotidie, vtimur, quo in 71 id, vt recta dijudicatio fiat, num remedio l. 2.C. de resc.vend. locus, nec ne sit, inspiciendum sit, atque apprimè considerandum, non solum id, quod datur in pecunia numerata: verumetiam illud oneris, à quo liberatur pecuniam accipiens: nec non id, quod in se, è diuerso transfert, pecuniam dans. *Iaf.in l.1.§. si heres.n.9. & 10.ff. ad SC. Trebell. Felm. in c.cum Iohannes.col.2.ext.de fid.instr.Tiraq de vt. retr. p.2. in præfat.n.24 Ant.Gabr.Roman.in tr.regular. lib.3. tit.de emt.& vend.concl.1.n.51.Tremin.caut.236.n. 11.Masc.in tr.de probat.concl.447.n.10. Cala in tr. de mod.artic.& probat.§.2.gl.vnic. fub.n.740.Socm. conf.248.in fin.Dec.conf.648. Gratt. conf.38.col.1. vol.2. & conf.137.col.2.vol 2. Rum. conf.16.col.3. & conf.66.col.4.vol.4. Cr.au.conf.145.n.9.vers. ficut enim. Surd. conf.451.n.35.& 36.*

Oportet; itaque in præsentia quoque, vt respiciamus, non ad pecuniam illam mille ducentorum Ioachimicorum tantùm: verumetiam ad reliqua onera omnia, quibus se onerauit Reus, à quibus etiam liberauerat ex contrario Actorem.

Atque inter hæc primum illud est: quod Actor tum temporis, perpetuò ferè, in aula commorari, necesse habebat, vnde rebus suis superesse non poterat.

Deinde, quod bona hæc, procul dissita fuêre, à reliquis eius prædijs, quæ Z. & H. habet. Atque hæc ratio, in ipsis tranſactionum literis, expressa legitur.

Quod tunc remporis, cœlebs adhuc, annosque præterea quadraginta & vltra natus fuerat, Actor. Nam binæ ob simultaneam inuestituram, siue Ius, manus coniunctæ, Reus, filijque eius, sine prole decedente Actore, Ius quæsitum non in spe solùm, verumetiam propemodum in re, adepti iam fuerant.

Sic, etsi tam fortè Ius, in manibus haberent Reus, eiusque liberi: hoc tamen totum Reus remisit, inijtque præterea, vt 1200, illa Actoris essent, permanerentque, quantumuis sine omni prole decessisset.

Vt taceam, non tuliſſe, conditionem Actoris, tum temporis, vt multum pecuniæ, ad reparanda hæc bona conuerteret. Quæ tamen summè refectionem exigebant.

Succedit itaq; iam illud: quod & persona 72 eius, qui rem à se dimisit, & pecuniam accepit, quodq; ipse rebus suis præesse non possit: *Br.in d.l. 1.§.si heres.& ibi Iaf.n. 9.ff. ad S.C. Trebell. Capoll.de simul.contr.n.3. Panthal. Cremenſ.*

in l. 2. n. 253. C. de resc. vend. Iacob. de S. Georg. in l. si fideicommissum, § tractatum. n. 4. ff. de iudic.

73 Et loci distantia, à loco domicilij, & habitationis eius, qui rem dimittit, longior, precium, valoremq; rei valdè imminuant. *Ripa in dd. t. 9. si heres. n. 18. ff. ad S. C. Trebell. Tenan. d. cant. 236 n. 16.*

74 Etenim oculus domini, pascit boues, vt habet prouerbium.

75 Vt taceam, nostra referre, vt bona potius allodialia, & onere restitutionis, euenuente casu liberorum masculorum, deficientium, non affecta, quàm feudalia, & restitutioni olim obnoxia, possideamus. *per Arad. Mozz. in tr. feud. n. 36. Intrigliol. in tr. feud. quæst. 55. n. 31 fac. rubr. & nigr. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Fridericianum. tres C. comm. de legat. & fideicomm.*

Sic quoq; in se solum, tota seruitia transtulit Reus.

Sic solus N. à S. matri, & sororibus, 450. florenorum soluit. Quorum aliàs solutio, pro dimidia parte, ad Actorem spectabat.

Sic concessit, vt 1200. illa, allodialia essent, quæ aliàs, & nisi Reus, simultaneè inuestitus voluisset, feudi naturam retinuissent, & Reo accreuissent, decedente, sine herede masculo, Actore.

Et deniq;, liberum esse iussit, vt ostendit transactionis instrumentum, ab omni euictionis periculo, Actorem. Cum illi interim quotidiè fere, nouè creentur molestiæ, nouæ inferantur turbationes, nouæ denuncientur lites.

76 Quid? quod cum non nisi dimidia pars bonorum, Actoris esset, haud facilè reperiret, cui commodum esset, hæc bona emere. Habet enim sua communio, incommoda. *per trad. Hieron. de Monte. in tr. de fimb. c. 2. n. 6. Tommg. decis. 13. n. 19. Colet. in tr. de proceff. exec. p. 1. c. 10 nu. 42.*

Hæc inquam omninò, diligenter viro bono pensitanda erunt.

Nam hinc delebuntur planè, si quæ extitisset, læsionis reliquiæ.

At enim ait Actor, impulsiuæ tantùm sunt, quas vidimus hactenus causæ. In considerationem itaq; eas habere, necessum non est.

77 Sed fallitur Actor. Concedi enim illi neutiquam potest, causas has, inter impulsiuas, vtpotè cum in procemio statim transactionis, recensentur, numerandas esse. Etenim causa quælibet, in procemio recensita, principalis & finalis, non verò tantùm impulsiua est. *Br. in l. vlt. nu. 3. per ill. text. ff. de hered. Instit. Tiraq. in tr. cess. caus. limit. 1. num. 64. Cacher. decis. 23. num. 31. decis. 52. nu. 10, decis. 59. nu. 5. decis. 100. n. 9. Didac. Segur. in l. 3. § vlr. n. 2. ff. de lib. & posth. Knich. ad priuil. Saxon. mihi fol. 313. Medic. in tr. de LL. p. 2. q. 11. n. 1. Tiber. Decian. in tr. de LL. p. 2. q. 11. n. 1. Tiber. Decian. conf. 117. n. 45. vol. 3. Crau. conf. 774. n. 6. & conf. 888. n. 2.*

Et vi consequentis, assertio Actoris, quod causæ hæ magni faciendæ non sint, consistere nequit. Cum causa finalis, totam potius dispositionem, regat, extendat, atq; astringat. *Bl. in l. generaliter. opposi. 2. C. de instit. & substit. Bl. in l. eam quam. col. 1. verf. venio. C. de fideicommiff. El in c. 1. ad fin. an mut. vel alt. imperf. Tib. Decian. conf. 7. n. 21. vol. 1.* 78

Sic quoque, non facessit nobis negocium illud: quod etiam quadragenarius vxorem ducere, liberosq; gignere possit.

Argumentum enim hac ratione primùm: à possibili ad esse deducitur. Vnde vitiosum est. *Gerard. Mazoll. conf. 90. n. 127. & conf. 112. n. 24. vol. 1.* 79

Cùm enim transigebatur, fieri hoc poterat: poterat item non fieri. Cum vita hominis, singulis diebus, imò singulis horis, atq; momentis, mille periculis exposita sit. *L. senatus. § mortiu. ff. de donat. caus. mort. Gail. obs. 8. n. 2. lib. 2. Capif. in tr. de num. teft. p. 1. c. 3. n. 7. Pecc. in tr. de teftam. coning lib. 3. c. 4. n. 2. Scipio Gentil. parerg. lib. 2. c. 27. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 78. C. de bon. mat.* 80

Deindè infecta quoque est argumentatio hæc, fallaciæ consequentis vitio. Non enim sequitur vxorem duxit. Ergò liberos procreabit. 81

Item non consequitur, liberos procreabit: Ergò masculos procreabit. 82

Et deniq; non sequitur, masculos gignet: Ergò superstites erunt, patri morte defuncto. 83

Etenim matrimonium sæpè sterile experimur, præsertim in ijs, qui quadragenarij demùm, veluti noster Actor, matrimonium ineunt: teste illa rerum magistra experientia. *c. quam sit. de elect. lib. 6. Cott. in memorat. v. consuetudo el. 2. ad fin. Pecc. in tr. de teft. am. coniug. lib. 4. c. 5. n. 4. Burfat. conf. 200. n. 78. vol. 2.* 84

Non minus quoq; natura feminas, quàm masculos procreare festinat. *L. maximum vitium. C. de lib. prat. Frider. Schenck. in c. 1. § hoc autem. n. 2. qui feud. dar. poff. Sonsbecc. in tract. feud. p. 9. n. 143.* 85

Sæpius etiam pater, turbato ordine filio succedit. *Auth. defuncto. C. ad SC. Tertull. Auth. Ceffante C. de legit. hared.*

Et vt vno verbo dicam: anno 90. eo tempore, cùm perficeretur transactio, satius longè fuit Actori, habere 1200. pecuniæ allodialis, quàm multa millia pecuniæ feudalis, eius præsertim, de qua extraneus quispiam, simultaneè erat inuestitus.

Pecuniam enim allodialem, ad quoscunq; hæredes suos, transmittere poterat: hac verò hora, habere potuisset feudalem pecuniam, quæ hora insequenti, iam ad extraneum simultaneè inuestitum eò, quod filio nullo superstite, mortuus esset, pertinere incepisset.

Ideoq; & hîc verum erit, hodiè oua cras pullis 86

pullis esse meliora. *gl.in l.cum hi in pr.ff.de transact. Neuiz. in sylu. nupt. lib.4.n.130. Iaf. in l. naturaliter. ff. nubil. commune. n.109. ff. de acquir. poss.*

87 Et è diuerso, futura, ad esse; & non esse, se habere posse. *Iaf. in l. Stychum. n.2. ff. de legat. 1.*

88 Concidit itaque Actoris fundamentum. Etenim fallacia consequentis efficit, vt concidat totum argumentum, cui inest. *Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 3. n. 13.*

89 DECIMO: incerti quoque iuris non est: quod in id, vt l. 2. C. de resc. vendit. locus sit, non respiciendum sit, tempus quod actum sequitur: sed id, in quo actus, cuius nomine, ex l. 2. agitur gerebatur. *L. si voluntate. in fine. C. de rescind. vendit. Bl. in l. 2. col. penult. vers. ex iis apparet. Salyc. q. 19. Castr. col. 1. vers. dimidium. Sichard. n. 18. Padilla. n. 76. C. eod. tit. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 47. Socin. cons. 48. col. 1. vol. 4. Cardin. Paris. cons. 16. col. 16. vol. 2. Crau. cons. 114. n. 16. cons. 151. n. 7. & consil. 188. n. 4. Gratt. cons. 142. col. vlt. vol. 2. Rum. cons. 35. col. 16. vol. 1. & cons. 79. col. 2. vol. 1. Rol. a Valle cons. 59. n. 35. vol. 4. Tiber. Decian. cons. 35. n. 11. vol. 4. Iob. Petr. Surd. cons. 451. n. 33. vol. 3.*

Vana itaq; sunt omnia, quæ de noua æstimatione bonorum conscribenda, à Iudice petierat Actor.

Non enim in eo statu, quo tempore contractus initi, nunc sunt, tam persona Actoris: quàm ipsa bona.

Filios enim tres iam genuit Actor. Impedimur itaque, ius simultaneæ inuestituræ ex parte Domini Rei remissum, tanti nunc æstimare, actum temporis, meritò æstimandum erat. Cum parum abesset, quin partem iam Domino Reo, hoc feudum rectè asseremus.

Sed & cultiora, fœcundioraq; longè nunc effecit feuda hæc, Reus. Idq; propter vicinitatem, aliorum suorum feudorum, facere potuit, Id quod præter eum, nemo, commoditate hac, destitutus, facere poterat.

Quin etiam precium omnium feudorum Marchiæ, ab anno 1590. valdè accreuit. Eò, quod longe carius nunc distrahantur frumenta, & ligna.

90 Vndè traditur (nec enim per emendicata suffragia ire libet) æstimationi læsionis, vltra dimidium iusti tales præfiendos esse, qui sciant, rei valorem, non præsentis temporis, sed actus celebrati, tradente in individuo Steph. Bertrand. cons. 33. col. 2. vol. 2. quem refert, & sequitur Gabr. Roman. in tr. regul. d. concl. 1. n. 48.

91 VNDECIMO communiter quoque receptum est: quod ob euentum incertum, qui alicui commodo, & emolumento, aut è diuerso damno, & detrimento, provt res sese dedisset, esse potuisset, nulla læsio allegari, tantoq; minus l. 2. C. de resc. vend. remedium proponi possit. *L. de fideicommisso. C. de transactionibus. l. si pater puella & utroliq. DD. C. de inoff. testam. & in individuo consulendo tenuit, Vivesenb. cons. 30. num. fin. vers. nam etsi aliter. & alij innumeri per Tiraq. adducti in l. si vnquam. v. donationi. n. 128. C. de reuoc. don. it. Fachin. controuers. lur. lib. 2. c. 26. fol. 266. lit. C. Dan. Muller. ad Consti. Saxon. p. 3. Constit. 20. n. 11. Surd. cons. 451. n. 40.*

Locus itaque ursus, remedio ex l. 2. C. de resc. vend. prodeunti, præripitur.

Nam & negocium hoc totum, à futuro euentu pendebit.

Si etenim filios non procreasset Actor, nemo esset, qui inficias ire posset, quod 1200. illa, potius donata Actori, à Reo essent, siquidè paulò post, gratis nancisci potuisset, quod nunc pecunia data acquirit: quàm quod iustè læsum se, esse, conqueri possit Actor.

Atque ita in specie: quod puella, quæ fi- 92
deicommisso grauata fuerat: cuiusq; tutor cum substituto, dum adhuc maritata puella nondum esset, aliquantulam pecuniæ quantitatem accipiendo, transegerat: de læsione vltra dimidium iusti, postea conqueri non possit, quàm nupsisset, & liberos suscepisset, atq; ita fideicommissum defecisset. *in individuo decidit. Iacob. de Grocch. int. cons. Calcaneci. d. cons. 96. quarsum, & totum Surdi consilium 451. referendum est.*

DVODECIMO: constituti quoque Iuris 93
est: quod nullus remedio l. 2. C. de resc. vend. concedatur locus, si post emtionem, & venditionem, similemque contractum celebratum, res per possessorem suum, melior & cultior efficiatur. *Vti in individuo decidit Angel. in §. penult. auth. de non alien. quem refert & sequitur Nicol. Carbo. in pract. pract. lib. 1. c. 4. n. 36. fall. 12.*

At enim hic Reus, bona, de quibus controuersia est, vt in confesso est, cultiora, fœcundioraq; longè effecerat, atq; ita quidem efficerat, vt si hæc nunc inspexeris, noua planè bona aq; antiquioribus diuersa, tibi appareant.

DECIMOTERTIO: communis quoque 94
est, Interpretum conclusio: quod eius rei nomine, cuius possessor, multis litibus, à vicinis suis diucxatur, frustrà & perperam instituatur, l. 2. C. de resc. vend. remedium. *Vti in his terminis decidunt, Post. ad Panorm. in c. cum Iohannes. lit. B. ext. de fid. instrum. Marcell. Cal. in tr. de mod. artic. & prob. §. 2. gl. vnic. n. 738. Iaf. in §. sed ista. n. 106. Instit. de actionib. Ripa in l. 1. §. si heres. n. 28. ff. ad SC. Trebell. Laur. Tenuin. in tr. cautel. caut. 236. n. 10. & n. 17.*

Cum itaque noster Reus, idemque bonorum Possessor, & Dominus, vndiq; à vicinis impetatur. Hodiè enim litem illi mouent, illi à VV. in VV. cras verò Vniuersitas R. perendiè villa Z. Extimescendumq; plurimum est, ne non Dominus Reus, longè maximam partem, syluarum, pascuorum, prætorumq;, si hi obtinuissent, amittat.

Frustrà

Frustra quoque remedium l. 2. C. de resc. vend. propositume rit.

95 Sic DECIMO QVARTO, receptaest inter
* Interpretes traditio: ob id solum, quod rem dimittens, à præstatione euictionis, eximitur. l. 2. C. de resc. vend. cessare, atq; desinere. *Iaſ. in d. l. 1. & ſi heres n. 13. ff. ad SC. Trebell. Angel. in §. ſi quis agens. n. 4. Inſt. de action. Alc. conſ. 10 an pr. & n. 5. Franc. Burſat. conſ. 9. n. 37. vol. 1.*

Enimvero hic, omnem de euictione regressum, remiserat Reus.

96 DECIMO QVINTO, hoc ius non didicimus, sed ex ipsius æquitatis naturalis fonte, hausimus, quo statuitur: quod is remedio l. 2. C. de rescind. vend. vti non possit, cui integrum, permissumq; erat, rem ipsam retinere, si tantùm nunmorũ persoluisset, quantum ipse acceperat. Etenim hoc casu, ob illam concessionem vicissitudinariam, qua non minus rem retinere, & pecuniam numerare: quàm rem dimittere, & pecuniam accipere, fas erat, eligens pecuniam, & rem dimittens, læsus neutiquam dici, tantoque minus, re non integra, sed dominio, & possessione rei à se iamdudum abdicata, ad rei restitutionem, aut eius, quod deesse sibi putat, suppletionem, amplius agere potest. *L. apud Auſidium. ff. de opt. legat. fac. trad. Laſ. in l. ſerui. electione. n. 2. & ſq. ff. de legat. 1. Fortun. Garc. in l. 1. n. 8. ff. de pact. Crott. conſ. 11. dub. 2. Surd. conſ. 412. nu. 17. & 18. Boer. deciſ. 33. 15. Molin. in conſuet. Pariſ. p. 1. §. 10. n. 2.*

Iam verò à Reo, priusquam transigeretur, optio dabatur Actori: vt vel ipse 1200. Reo solueret, & tota bona sibi retineret: vel è diuerso, 1200. numerata reciperet, & bona tota Reo relinqueret.

Summè itaq; iniquum esset, si hîc, adhuc, locum l. 2. C. de rescind. vend. concederemus. Iple enim Actor. 1200. recipere elegerat: & prætereà Reus, se adhuc plura additurũ promiserat, si pecunia hæc feudum remanere deberet: si item Reo Actor, ius inuestituræ simultaneè impetraret.

Atq; idipsum condocefacere possumus ex eo: quod transactionis literis insertum sit: non placuisse Actori, bona hæc, sibi retinere.

Nam hæc verborum adiectio, frustrà apposita esset, nisi integrum, atq; fas, Actori fuisset, bona hæc retinere, & à socio bono-
97 rum, hæc tota sibi acquirere. In contractibus autem, ne syllaba quidem, otiosa esse debet. *Iohan. Hamb. in Rubr. n. 55. & 168. ff. ſol. matrim. Parpal. in l. 2. n. 3. ff. eod. tit. Grott. in l. reconuentis n. 178. ff. de legat. 3. Berengar. à Paulbaco. in l. vnic. n. 311. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.*

98 DECIMOSEXTO: certo quoq; illud constat: quod hoc remedium l. 2. non detur illis, qui se ordines clericales suscepisse profitentur. Quippè his piaculo esse debet, quicquam attentare, contra semel à se initam transactionem. *Vti Petro de Anchar. conſ. 136. n. 3. Socin. ſen. conſ. 15. n. 31. vol. 1. Decio conſ. 474. n. 10. conſ. 564. n. 15. conſ. 650. in fin. & Deciano conſ. 28. n. 12. vol. 3. in id adductis in induſiuo decidit Ernest. Cothm. conſ. 30. n. 279.*

Iam verò Actor, de quo agimus, in exceptione sua, quam actione Iniuriarum Domini Rei, oppositi, ipse fatetur: se clericum esse, ideoq; forum, coram sæculari iudice, non sortiri.

Indignus itaq; est, quem Iudex sæcularis, remedium l. 2. C. de resc. vend. proponentem, audiat.

Sic commune quoque placitum Doctorum habet: quod Vir nobili familia oriundus, remedio huius legis, experiri nec possit, nec debeat, si præsertim cum alio nobili, quid gesserit, idq; quòd gestum est, suo sigillo, manuq; subscriptione, & fide confirmarit. *tradente in induiduo Cothmanno. d. conſil. 30. nu. 281.* 99 *2*

Alioqui enim dum læsionem, in re familiari perceptam, resarcire cupit, fiet, vt pietatem, existimationem, verecundiam, nobilitatem commaculet, atque fœdè inquinet. *Cothm. d. conſ. 30. n. 282. per l. filius qui. ff. de condit. inſtit.* 100

Obseruemus itaq; & hoc, in præsenti casu, vbi Vir, nobili genere natus, cum alio. nobili genere oriundo contraxerat.

Quod si DECIMOOCTAVO scrupus adhuc alicui insideret: num hoc genus remedij competat hîc, an verò non: hunc cogitare velim contra Actorem, & pro Reo hic pronunciandum esse.

Primò, propterea quod Iuris sit expressi: quod in dubio transactio, ob allegantem læsionem, rescindi non debeat. *Vti in induiduo decidit Crau. conſ. 151. n. 3. Cothm. d. conſ. 30. n. 300. Beroud. conſ. 176. n. 15. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 28. n. 10. vol. 4. Cephal. conſ. 24. in fin. Surd. conſ. 451. n. 19. vol. 3.* 101

Nec non secundò propterea: quod in illis casibus, vbi res vndiq; expedita non est, non pro, sed contra agentem ex l. 2. C. de rescind. vend. sententia ferenda, atq; promulganda sit. *tradentib. in induiduo Panthal. Crem. ad d. l. 2. n. 213. & ibi Pinel. p. 3. c. 4. n. 43. vbi hoc in praxi magis receptum esse atteſtatur. C. de reſcind. vendit. Boer. conſ. 30. n. 8.* 102

Cùm enim rerum dominia, hoc remedio, quasi in incerto, contra recepta iuris principia, collocentur: vsq; adeò fauore dignum non est: vt etiam in ambiguis confestim obtineat. Sic namq; videmus alibi, hoc remedium prorsus fere exulare, veluti in Gallijs, vbi proponi nequit, nisi priùs à Galliarum Rege, venia impetrata sit. *Teſte Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 32. gl. vnic. n. 41.* 103

Facie

Facit item quod traditur: quod agenti ex l. 2. C. de resc. vend. & læsionem, semiplenè probanti, iuramentum in supplementum, semiplenæ probationis, deferri nequeat. *Ripa in l. admonendi. n. 183. ff. de iureur. Cagnol. in l. 2. n. 270. & ibi Pinel p. 3. c. 4. n. 13. C. de resc. vend. Alex. de Imol. cons. 109. n. 12. vol. 4.*

RESOLVTIO CONTRARIORVM.

POrro his, reuera non obsistunt, quæ ceu contraria, antehac adducebantur.

Nam quod dicebatur PRIMO: in emtionis, venditionisq; contractu, l. 2. de rescind. vend. eiusque remedio, locum esse, caret id suis præsuppositis. Negamus enim hîc, alium, quàm verum, simplicemq; transactionis contractum, celebratum esse.

105 Cum itaque falsæ sint præmissæ: falsum quoque fore conclusionem, omninò necesse est. *Tradentibus in specie. Socin. cons. 275. n. 12. lib. 2. cons. 127. n. 3 lib. 3. Dec. cons. 233. n. 7. Cephal. cons. 532. n. 27. vol. 4. Crau. cons. 486. n. 4.*

Nec obstat, quod attamen instrumentum transactionis, verbum vendendi, seu quod G. à B. ius suum in bonis controuersis vendiderit, habeat: quodque propterea ob nominationem, quam ipsæ fecerant partes, concludendum sit, non hîc transactionem, sed emtionem, & venditionem initam fuisse.

106 Non magis est, vt dicamus: de contractu, semper, & vbique potiùs, & effectu ipsius, quàm ex nominatione contractus illi indita, dijudicationem faciamus. *L. si vno in pr. ff. locat. l. insulam. ff. de præscript. verb. Br. in l. totem ferro. §. qui maximas ff. de public. Bl. in Rubr. C. de iur. Empt. Bl. in l. Imperator. col. 3 ff. de stat hom. Angel. in l. illud. §. tractari. ff. de iur. Cod. ill. Rom. cons. 509. dub. 1. Alex. cons. 141. circa finem. & cons. 117. n. 7. & seq. vol. 3. Decius cons. 35. n. 3. Crott. cons. 93. n. 5. & seq. Surd. cons. 450. n. 34. vol. 3.*

At enim hîc, nullum alium huius contractus effectum, fuisse deprehendere possumus, quàm vt à communione bonorum discederetur.

Qui tamen effectus, emtionis, venditionisq; esse nequit. Veluti apparet ex ijs, quæ sub prima decisionis ratione, probata fuere.

107 Deinde obiectio quoque hæc non malè diluitur, optimo illo contrariorum dissoluendorum modo, qui est Inuersio. *Tesse Euerh. in præamb. topic. n. 18. Coler. in tr. de aliment. lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundò.*

Nam si verum est; talem esse contractum, qualem partes eum nominarunt: iam verum omninò erit, transactionem, non venditionem, nos præ manibus habere.

Dederunt enim ipsæ partes, & Mediatores earundem, huic contractui nomen transactionis, einer Vergleichung: sicuti & instrumento eius: nunquam autem expresserunt instrumentum præsens, venditionis, emtionisque instrumentum esse.

Nec iuuat Actorem isthæc replicatio: quod transactionis verbum, sit quid generalissimum, & sub quo omnes contractus commutatiui, compræhendantur. Inest enim illiusmodi Actoris allegationi, fallacia æquiuocationis. Nam etsi verum sit, appellatione 108
transactionis, quemlibet actum, per quem à lite disceditur, si latissimam & impropriam huius vocabuli significationem inspicias, cõtineri: longè tamen aliter res se habet, si propriè & strictè illud vocabulum sumeris. Ibi enim certum, & peculiarem à reliquis contractibus, differentem contractum, constituit *Caccialup. in tr. de transact. q 1. n. 1. Loriott. in tr. de pact. axiomat. 78. Fr. Curt. in l. 2. n. 3 C. de transact. And. ab Exea. in tr. de pact. n. 9. Del Rio in l. transigere. n. 6. C. de transact.*

Iam verò incogniti Iuris non est: quod verba in contractibus, strictè, & propriè, non autem in significatione impropria, & lata accipienda sint. *Veluti superius comprobauimus.*

Inepta itaq; est, Actoris assertio latetq; in 109
ea fallacia æquiuocationis. Quæ totum euertit argumentum. *gl. in l. natura cauillationis. ff. de verbor. signif. gl. 1. quoties in stipul. tionibus. ff. de verb. obligat. Euer. in præamb. topic. n. 24.*

Sic quoque pondus aliquod, vendendi verbum: siue quod Actor Domino Reo, ius suum omne, vendiderit, non habet.

Nam cum transactio, venditionis appel- 110
latione veniat, tradente in indiuiduo *Deciano. cons 54. n. 6 1. vol. 2. Angel. cons. 230. incip. instrumentum ducit per l. 1. & l. litu. ff. pro emt.*

Rectè dicimus, id quoque venditum esse, quod transigendo in alium transferebatur.

Sed & idipsum subsstantiæ transactionis, 111
minimè repugnat. Cum & prouisum in iure extet, & ab Interpretibus ciusdem, in indiuiduo tradatur: naturæ transactionis, id minimè repugnare, quando ita per mediatores, lis de re, duobus communi componitur, vt vnus habeat rem totam, alter verò certam pecuniæ portionem. *Iaf. in l. si super possessione. n. 3. ff. de transact. Alex. consil. 124. n. 6. vol. 2. Surd. cons. 451. n. 45. vol. 3.*

Quid? quod vendendi verbum, hîc solum positum non fuerit: sed quod verba cessit, & transtulit: coniuncta habeat. Nam hæc verba proximè accedunt, ad transactionem, in specie sic dictam, & deinde vocatam vendidit, declarant, ita vt vendere, nunc idem sit, quod ius suum alicui cedere, atq; in ipsum, neredesque eius, accepto aliquo transferre. Id quod nouum, inauditumq; nõ 112
est. Cum videamus in simili ꝛapius quoq; donationis verbum, pro iuris sui remissione siue cessione vsurpari. *L. si vno. ff. locati. Crau. in Rubr. n. 137. ff. de legat. 1*

Ex

Ex vendendi itaq; verbo, vti hic ſtat, nulla adhuc venditio, & emptio, elici poteſt.

113 Neq; enim vna tantùm totius contractus vocula arrepta, cui præſertim, tot manifeſtiſsima contractus verba, imò totus contextus orationis, reſiſtunt, atq; repugnant, rectè argumentamur. *arg l.incipiente.ff. de ll fac.trad. Didac. Perez.in addit.2. ad Didac. Segur.in l.3.§.vlt. n.1.ff. de lib.& poſtum. Chaſſan.in catal.glor.mund.p.1.conſid.38.concluſ.24.verſ.ex hoc. Dilect.in tr. de art.teſt. tit.2.aut.7.n.2. Capiferr. in tr.de num.teſt.p.3. c.3. n.109.*

Quod deindè ad illud attinet: quòd hic omnia emptionis & venditionis, requiſita ſubſtantialia, adeſſe videantur: falſis itidem præſuppoſitis innititur.

Caremus enim tam perſona venditoris, quàm perſona emptoris (poterat enim G. à B. ſi voluiſſet, tota bona retinere, vt inſtrumentum tranſactionis loquitur) ſed & vt vendentes, & ementes, hic nunquam conſensère partes: ſed id vnicè percupiebant, vt à communione per tranſactionē diſcederetur.

114 Deſit itaq; hic primò conſenſus, ſine hoc autem, nulla celebrari poteſt emtio aut venditio. *Inſtit.de obligat.ex conſenſu in pr. Inſt.de emt. & vend. in pr.l.1. §.vlt. ff. de contrab. emt. Henric. Bocer.in l.contractus.c.4.n.7.ff. de reg. Iur. Maſcard. in tr. de probat.concl.69.nu.7.*

115 Nec enim actus agentium, vltra eorundem intentionem, extendi oportet. *L. non omnis.ff. ſi cert.petat.*

116 Præterea, Tranſactio ita quoque habet: vendidiſſe ius ſuum omne, G. à B. Domino Reo. Sin itaq; vera, genuinaq; eſt emtio, & venditio, & cur non ipſa diuendidit bona Actor, aut cur non ipſa emerat bona, Dominus Reus? Nemo enim tam rerum ſuarum negligens eſt, qui cum poſsit, rem ipſam, ſibi ſuisq; acquirere, malit tantū ius ad rem adipiſci. *arg l.plus cautionis.ff. de reg. Iur. l.minus eſt ff. eod.tit fac.trad. Tiraq.in tr.de vt.retr.p.1.§.1.gl.18. n.33.*

117 An verò è diuerſo, non rectè dicimus, cùm hic ius ſolùm tranſlatum ſit, in Dominum Reum, tranſactionem, non autem emtionem celebratam fuiſſe? Huius enim proprium eſt, aliquo dato, vel retento, alicui ius ſuum cedere, atq; concedere, controuerſiæ ſopiendæ gratia. *per antea in id adducta.*

Quid? quod pecunia, quæ hîc à Reo, numerabatur, precium nullibi dictum fuerit?

An non idipſum ſolùm ſufficiens eſt, ad excludendam omnem emtionis, venditionisq; introductionem. Etenim, vbi nulla ſit precij mentio: ibi quoque nulla emtio, aut venditio celebrata eſt. *arg l. vlt. & ibi gl. C. de præd.decur.lib.10. Ioh. And.in addit.ad ſpeculat.in tit. de emt.& vend.§.nunc dicendum verſ.ſed pone ſtatum. Becc. conſ.42.n.2. Surd. conſ.5.52.n.4.& conſ.433.n.27.*

Falſa itaque ſunt, quæ ſubſternebat Actor.

Et præterea, inſufficiens quoque partium, emtionem venditionemq; conſtituentium, hîc ſit enumeratio. Omittitur enim quarta pars eſſentialis, emtionis, atq; venditionis, videlicet, vt ſe venditor obliget, ad vacuam, & liberam rei venditæ poſſeſsionem tradendam, *vti in indiuiduo docet Maſcard. in tr. probationum.conci.608.n.4.per l.1.in fin. & ſeq.& l. in venditione ff. de action.emt.* 118

Hac de re enim in toto contractu, ne ſyllaba quidem habetur. Cùm tamen haud facilè reperias, emtionis, & venditionis literas, in quibus expreſſum id non ſit, quod venditor teneri velit, atque debeat, ad poſſeſsionem vacuam rei venditæ tradendam.

Ex omnibus itaque, quæ dicta, ab Actore 119 fuêre, vera non concluditur, emtio, aut venditio. Conſiſtere enim nequit argumentum ab inſufficienti partium enumeratione deductum. *L.filius.§.filiusfamil.is miles iunct.ibi.gl.ff. de lib.& poſtum.c.venerabilem.& ibi Panorm.& DD. ext.de elect.Euer.in top.in loc.à part.cnum.n3.Oldau. Simonc.in tr.de decret.tit.6.n.93.*

Sequitur nunc Obiectio SECVNDA, inde deducta: quod in omnibus bonæ fidei contractibus, & non tantùm in emtione, & venditione, remedio l. 2. C. de reſc. vend. locus eſt.

Verùm de hac pluribus agere fruſtrà eſt. 120 Laborat enim conſequentis fallacia: proindeque ob latitantem in ea fallaciam Conſequentis, nulla atq; irrita fit. *Caler. in tr.de alim. lib.1.c.3.n.13.*

Nec enim ſequitur, in contractibus bonæ 121 fidei, omnibus, locus datur, l.2. C.de reſcind. vend. remedio.

Ergò locus quoque eidem, ad tranſactiones quod attinet, erit. Eſt namq; Tranſactio, 122 ſtricti iuris, *gl.in l.ſub prætextu inſtrumenti.ibi Br. n.6.Salyc.n.5.C.de tranſact.Cyn.in l.maior.& ibi Iaſon.n.2.C.eod.tit.Alc.in Rubr.C.eod.tit.VVeſenb.conſ. 15.n.4.conſ.51.n.57.& conſ.76.n.1.Surd.conſ.313. n.34.*

In contractibus ſtricti Iuris autem, locus 123 remedio l.2.C.de reſc.vend. non eſt. *tradentibus Br.in d.l. 2. verſic. Quæro tertiò, & ibi Bl.col.2. verſ.7. oppono. & col.4, verſ.3. quæro Angel.col.1. Caſtr.col.penult.verſ.in ſecunda quæſtione. Salyc. col. 2. verſ.quæro ſecundò. C.de reſc.vend. Br. in l. ſi quis cum aliter.verſ.quæro circa primum. & ibi Imol.col.2. Iaſ.n.18. communem dicens.ff. de verb.obligat. Ioh. de Imola in c.cum cauſa.col.vlt.ext.de emt.& vend. Ant. Gabr. Rom. in tr. regul.lib.1. tit. de emt. & vendit. concl.1.n.105. Iaſ.in l.de quibus.n.29.ff.de ll. Iaſ.in l. 1.n.76.rurſus magis communem dicens. C.de Iur. Emphyt. Sychard.in l.2.n.11.& ibi Anton. Meneſ.de Padill.n.21. Cagn.n.65.& n.68. C.de reſc.vend. Garſan tr. de expenſ. c.18. n.42. Fachin. controu. iur. lib.2. c.22. fol.257. D.& fol.258. D. Mozz. communem dicens,*

dicens in tr. de contract. Rubr. quib. cas. tib. annull. emt. & vend.

Nolim hîc repetere ea, quæ antehac ex recepta magis opinione concludebamus; quod scilicet, quicquid sit, in alijs vel bonæ fidei, vel stricti iuris contractibus: locum tamen nullum in transactionibus, remedium l. 2. C. de resc. vend. reperiat.

Sed confero me nunc ad obiectionem TERTIAM, huius enim resolutio, inseruiet quoq; nobis pro resolutione obiectionis SECVNDÆ, sicq; vna fidelia, duos parietes, vt in prouerbio est, dealbare poterimus.

124 Ceterum obiectio TERTIA hoc habet: etiam transactiones hoc remedio rescindi: Verum ad id, hæc parata est responsio: inspiciendum non esse in iudicando, quid habeat communis Doctorum opinio, si adsit magis recepta, atq; communior sententia in contrarium. Hæc enim sola attenditur, & in considerationem habetur. *Dominic. de S. Gemin. in c. 1. not. ab. 6. de summ. trinit. lib. 6. Ias. in auth. si qua mulier. n. 14. C. de sacrof. Eccles. Purpur. in l. si idem. §. si vna actio. n. 14. ff. de iurisd. om. iud. Neguz. ant. in tr. de pignor. in 2. memb. 1. p. p. n. 5 post medium vers. tamen indubitanter. Alc. in l. 1. in v. Celsus ait. n. 44. ff. si cert. petat. Ant. Mar. Corat. in tr. de comm. opin. in præfat. n. 12. & lib. 2. sit. 9. n. 3. vbi hanc sen-*

* *tentiam contradicentem, non habere attestatur.*

Iam verò negatiua, quodq; aduersus transf-

** actionem, nil iuuet remedium l. 2. intentasse, longè receptior est, vt, si interpretes, qui pro vtraq; parte stant, numeraueris, facilè deprehendere poteris. Hanc itaq; communem esse omninò dixeris.

125 Etenim magis communis opinio illa est, à qua stat maior Doctorum numerus. *Abb. in c. 1. n. 15. & ibi Felin. n. 59. Borous. n. 168. ext. de constit. Ferrat. cons. 31. n. 2. & alij quamplurimi à Carot. adducti in tr. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 4. Graual. in addit. ad Vestr. in sua praxi lib. 4. c. 5. n. 23. circa med. vers. sed certè prior. Schrad. in tr. feud. p. 9. c. 7. nu. 108.*

126 Et hoc, quod l. 2. C. de resc. vend. remedium, transactione imbecillius sit, vsq; adeò verum est, vt ne ob quadruplam etiam læsionem, transactio rescindatur. *tradente in vtroq; duo Gail. obs. 70. n. 12. lib. 2.*

127 Etenim quas turbas dabit? quis finis litium erit? si transactionum rescisionem, semel irruptionem in Rempub. facere, permiserimus. *l. fratris. C. de transact. l. transactione finita. & l. quamuis. C. eod. tit. & l. tutumus. c. ex literis. ext. eod. tit. Vvesenbec. cons. 50. sub n. 20. Tiber. Decian. cons. 29. n. 11. vol. 3.*

Atq; hæc in præsenti casu tanto magis obtinent, propterea: quod transactio, de qua agimus hic, per decennium integrum, fideliter ab vtraq; parte obseruata, cultoditaq; fuerit, donec tandem exacto iam decennio, Actor damnum ab hac reliqui, Reumq; aduersus transactionis placita, in ius vocaret. Maiori namq; adhuc fauore digna est, illa 128 transactio, quam per multum temporis, partes coluerant, atq; amplexati fuerant. *c. contingit ext. de transact. Tib. Dec. d. cons. 29. n. 11. vol. 3.*

Dehinc QVARTA quoq; obiectio, in præsuppositis non veris, ex ædificata est.

Negat enim Dominus Reus, quod vnquam diris se deuouerit, aut machinationibus dolosis Actorem vnquam circumuenerit. Sed & edocere idipsum Actor, nusquam adhuc potuerat.

Accedit ad hæc, quod iuris sit apertissimi: 129 ex iniusticia precij, etiamsi isthæc iniusticia dimidium iusti excessisset, nunquam contractum dolosum, fraudulentumúe fieri. *Vti in specie decidunt Cyn. in l. emtionc. quæst. 3. C. plus. val. quod ag. Innoc. in c. ad nostram. ext. de emt. & vend. Ang. in l. interpositas. C. de transact. Affl. in c. 1. in pr. n. 46. de feud. dat. in vic. leg. commiss. text. in l. dolus. & l. ad rescindendam. C. de resc. vend.*

Fac itaq; probari posse ea, quæ de dolo ex 130 proposito attulerat, in QVARTA obiectione Actor: nihil tamen proficies. Cum hinc noua exoriatur, non causæ, vt causæ fallacia. Quæ obiectionem totam concidere efficit. Etenim alicuius ponderis, argumenta, quibus fallacia non causæ vt causæ inest, non sunt. *Coleran tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 75. & c. 10. n. 31. vers. & sic.*

Præterea, consideratione quoq; dignum est, quod ex conclusione libelli Actoris, omninò appareat, agere eum tantummodò ex l. 2. C. de resc. vend. voluisse.

Nam hoc cum ita sit, patet iam conclusio 131 per se: necesse scilicet eum habere, vt id remedij etiam prosequatur. Etenim via, quam elegisti, hæc tibi pateat. *l. si mulier. in fin. ff. de eo quod met. caus. Cotta. in memorab. in v. statuto. el. 11. Tiraq. in tr. de iur. constit. p. 1. n. 39. Montic. in l. vlt. n. 55. C. de iur. delib. Menoch. in tr. de remed. poss. adipisc. remed. 5. nu. 157. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 6. n. 20.*

Iam verò, per l. 2. C. de resc. vend. remedi- 132 um, nunquam hoc consequi possumus, quod contractus ceu dolosus rescindatur. Enimuerò, aliud nihil, remedio l. 2. C. de resc. vend. petitur, quàm vt, vel precio, quod deest, adijciatur, vel vt res ipsa restituatur. *Fabian. in tr. de emt. & vendit. q. princip. 8. n. 24. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. cas. annull. emt. & vendit. n. 27. Rol. à Valle cons. 59. n. 8. vol. 1.*

Aliud itaq; hîc, quod dicamus, non restat, quàm quod opera huius remedij, nolter Actor, ad rescisionem contractus, tanquam dolo ex proposito initi, peruenire nequeat.

Etenim sententia, conformis libello, om- 133 nino esse debet. *c. licet Helv. ext. de Simon. Br. in l. vinum. n. 14. ff. si cert. petat. Roncheg. in l. caudem in pr. n. 27. ff. de duob. reis. Caball. in tr. de addi. act. c. 2. nu. 11. Contard. an l. diffamari. c. 6. nu. 14. C. de in-*

genuin. num. Del' Rio in l. transigere. nu. 151. C. de transact.

134 Et ne per emendicata camus suffragia, in specie, quod actione de dolo, neutiquam verò remedio l. 2. C. de resc. vendit. opus sit, quoties transactio doli nomine, rescindi debet, *decidit Iaf. in l. sub pretextu. la. 1. n. 4. per ill. text. C. de transact. & tbi DD. reliqui fac. trad. Br. in l. & elegantèr. n. 8. ff. de dol.*

135 Deniq; sciendum quoq; est: quod non quiuis dolus, sed is tantum, qui prudentissimos quosq; fallit, ad transactionem, ob dolum rescindendam, satis sit. *Ita in induuiduo docet. Innoc. in c. cum dilectus. ext. de his, quæ vi. met. fiunt. Bl. in Rubr. C. de resc. vend. Curt. in l. interpositæ. n. 15. & ita Iaf. n. 4. Sichard. n. 3. C. de transact. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 14. n. 27. Mozz. in tr. de contr. rubr. in quib. caf. annull. emit. & vend. n. 7.*

Vrautem istiusmodi dolum, Actor vnquam edoceret?

Allegare enim ampliùs quicquam nescit, quàm quod promiserit Reus, se Actorem non deceprurum, sed & DEVM, se, liberosq; suos malè perditurum, siquidem Actorem decepisset. Quid hoc cum dolo, qui prudentissimos falleret, commune habet? Eccur partem bonorum suorum, antequam transigeret, æstimari non petijt?

Infirmior itaq; QVARTA quoq; est obiectio, quàm vt in ea, acquiescere tutò queamus.

QVINTA obiectio, de lœsionis probatione erati, duoq; complectitur capita: videlicet, quod vel iam probata sit lœsio, ex instrumento æstimationis, quod anno 1578. conficiebatur, vel si id satis non sit, oporteat, vt noua etiamnum conscribatur æstimatio:

136 Ad prius, quod attinet, nunquam adhuc, æstimationis literas, quibus tantopere gloriatur Actor, viderat Reus: sed vtut sit, quandoquidem eas, secum, tandiu retinet Actor, nec lucis huius vsura, frui sinit, meritò exurgit aduersus eas, illa iuris præsumtio, quæ vult: cum minus iustam, bonamque causam fouere, meritò præsumi, qui ea proponere, aut producere in iudicio cunctatur, quæ proponenda omninò fuerant. *tradentibus Boër. decis. 42. n. 20. Bl. cons. 37. vol. 1. Crau. cons. 75. n. 9. Mascard. in tr. de probat. concl. 531. n. 59.*

137 Sed & aliàs de æstimationibus dici solet; valoris probationem eam, quæ per æstimatores fit, nihil valere. *Vti in induuiduo decidit Angel. in l. precia rerum. n. 3 ff. ad l. Falcid.*

138 At sit ita, dicamus, æstimationes, omninò in consideratione, vtpote legitimam probationem facientes, habendas esse: non dabitur attamen Actori: quousque velit, etiam ne hoc quidem pacto, progredi. Opus enim in id omninò est: vt æstimatores, qui æstimationis instrumentum conscripserant, deputati, datique à magistratu fuerint. *Atq; ita loquuntur DD. omnes in contrarium adducti, & præter illos Mascard. in tr. de probat. concl. 1396. nu. 21.*

Qui itaq; dicit, nostros quoque æstimatores, à magistratu constitutos fuisse, aut omninò probabit idipsum, aut cum æstimatione sua, succumbet plane. Qui enim aliquem dicit esse talem: probabit quoque illum esse talem. *Br. in l. non ignorat. arg. ill. text. C. de his, qui accus. poss. vel non. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 1. n. 9. Franc. Hercul. in tr. qui teneat. prob. negat. n. 86. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 18. n. 161. Dec. cons. 471. n. 2.* 139

Sic quoq; iuris est constituti: quod prius 140
astringendi sint iuramento, æstimatores, quàm ad æstimationem accedant. *l. hac edictali. §. hic illud. C. de secund. nupt. Alex. in l. precia rerum. n. 6. vers. prabenda. ff. ad l. Falcid. Br. in l. Creditores. l. 2. n. 29. C. de pignor. Br. in l. Theopompus. n. 8. ff. de dot. præleg. Panthal. Cremens. in l. 2. n. 244. cum seq. C. de resc. vend. Curt. Iun. cons. 165. n. 20. vers. præterea ad probandum.*

Probabit itaque, idipsum quoq; G. à B. 141
Alioqui enim ea, quam se habere dicit, bonorum æstimatio, partuifacienda erit. Etenim, vbi iura requirunt, actum aliquem, iuramentum præcedere: ibi actus, iurisurando omisso gestus, per se, & ipso iure nullus est. *per trad. Felin. in c. cum dilecta. n. 6. vers. sextum signum ext. de resc. Bl. in l. 1. ibi ex dicto C. ne lic tert. pronoc. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingress. qui extat. in tr. de compromiss. sub q. eius tractatus. 4. c. 3. nu. 6.*

Rursus inspiciendum quoque esset, quo 142
fine, bonorum hæc taxatio, esset suscepta. Cum prouisi sit iuris: quod æstimatio, quæ fieri potest, diuerso respectu, & fine: alium quoque & alium producat effectum, secundum finem, ad quem fit. *Br. in l. si vt certo. §. nunc videndum ff. commodati. Salyc. in l. 1. C. cod. tit. Euer. in loc. à vtt. fin n. 4.*

Sic iuris quoq; est peruulgatissimi: pre- 143
cia rerum, indies mutari, adangeri, atq; imminui. *d. l. precia rerum. §. vlt. ff. ad l. Falcid. Br. in l. 2. in fin. C. de resc. vend.*

Quod enim regitur, & determinatur, se- 144
cundum temporis cursum: tempore variante, variatur quoq; ipsum. *Gomez. var. resol. lib. 1. c. 7. n. 6. vers. tertia.*

Ideoq; opus esse in id, vt æstimatio aliquid 145
efficiat, atq; probet quod facta, atq; conscripta sit, vel in ipsa conuentione, vel paulo antè. *Vti in induuiduo decidit Castr. d. l. 2. ad fin. ibi Bl. n. 28. Salyc. col. penult. vers. quæro an lor. Pinel. p. 3. c. 4. n. 15. C. de resc. vend. Capoll. in tr. de simul. contract. n. 30. Matth. de Affl. dec. 316. Lanf. de Orian. in c. quoniam contra. v. testium. n. 160. ext. de probat. Sigism. de Neap. cons. 23.*

Atque hæc omnia, cum ita sint, reliquum tantum illud fit: hanc æstimationis notulam, ceu anno 1578. confectam, cum duode-

cim an-

cim annis post, iniretur transactio, nec non interim bona, à L. ad S. deuoluta fuerint, vndè tandem G. à B. & I. à K. esse incœperant, pondus plane nullum habere.

Non dicam nunc, ostendere hoc experientiam quotidianam, quod etsi sæpius secundum iuris ordinem, æstimationes conscribantur, non tamen reperiri, qui secundum taxationis præscriptum, emere velint: sed sæpius, imò semper ferè oportere, vt res vilius longè distrahantur, quàm æstimantur. Inspici itaq; magis semper oportet id, quod in venditionibus, emtionibusq;, vt plurimum contingere solet, quàm id, quod fert æ-
146 stimatio. Etenim pro vt communiter, & frequenter, quid contingere solet: ita sese habere præsumitur veritas. *Ias in l. vnum m. 19. ff. si cert. petat. Euer. in topic. in loc. à comm. accid. n. 1. Lup. in c. per vestras. not. ab. 1. n. 1. ext. de donat. int. vir. & vxor. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 6. n. 29. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 29. Cacher. decis. 44. n. 4. decis. 108. n. 10.*

Pergamus nunc ad reliqua.

Illa verò habent, etiamnum, vt æstimationem bonorum conscribat, Actori permittendum esse: sed & iam dudum illum perfecturum illud fuisse, ni Reus per obiectum exceptionum suarum, litis ingressum impedientium, illud præpediuisset. Ideoq; Reum, de taxatione non facta excipientem, propterea, quod turpitudinem propriam alleget, audiendum non esse: verùm ad hæc re-
147 spondetur primò: turpitudinem nullam in eo versari: si exceptionibus litis ingressum præpedientibus, quem à probando excluseris. *per l. nullus videtur. ff. de reg. iur. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. 3. §. in tamen ff. de liber. hom. exhib.*

148 Quod si turpitudo aliqua, huic rei inesset, refelleretur attamen, obiectio hæc, per id: quod nemo prohibeatur, quo minus alleget turpitudinem, contra turpitudinis socium. *Alex. consil. 111. col. 2. lib. 3. Fr. Aret. consil. 65. col. vlt. dubit. 3. Socin. consil. 264. col. 5. verf. quibus omnibus visis. Dec. consil. 14. ante fin. & consil. 587. col. fin. circa med. Crau. consil. 764. n. 2. verf. secundo.*

Cum attamen Actorem, pro turpitudinis socio, in præsentia, merito habeamus. Vtpotè, qui transegerit suapte sponte, atque sic, exceptioni litis finitæ: quodque illi non competat actio, ansam præbuerit.

Nec refragatur, quod attamen lis, nondum contestata sit: quodq; adhuc probationibus non indigeamus.

149 Nam quod dicitur: probationes post litem contestatam demum faciendas, eatenus tantùm verum est: quatenus nimirum Reo, tales non sint exceptiones, quæ litis ingressum, quodq; consequens est, litis contestationem impediant.

Hæ etenim si affuerint: ne ad litis contestationem quidem: tantoq; minus, ad probationes progredi actor potest. *Vti in specie docet Bl. in l. fratris. C. de transact. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingr. in pr. n. 1. Zanger. in tr. de exceptionibus. Rub. de except. fatid. & guar. n. 14.*

Sic quoq; quod quisq; ad probandum id, sit admittendus: quod probatum releuat, diluitur per inuersionem. Nam fac, probare posse Actorem, læsionem vltra iusti dimidium vllam, non tamen alleuabitur. Cum eidem adhuc, Exceptio non competentis actionis, nihilominus aduersa sit, illumque impediat, quo minus iure, remedio. l. 2. C. de resc. vend. experiatur.

Restat itaq;, vt concludamus, ad id pro- 150
bandum, quod probatum non releuat, neminem admittendum. *l. ad probationem, & ibi Br. n. 1. & DD. C. de probat. Specul. in tit. de probat. §. nunc videndum. n. 1. Abb. in c. ad id notab. 3. per ill. text. ext. de sponsalibus. Crau. consil. 800. n. 15.*

Accedit ad hæc, si G. à B. intentio, obtinere omninò debet: quod attamen, non ipsa bona, sed tantum illud ius, quod I. à K. in bonis, vt habet transactionis instrumentum, cesserat, in æstimationem veniant.

Quodq; propterea, etiamsi nos, G. à B; de bonorum valore, edocuisset, nihil adhuc actum esset.

Nec enim potest is obtinere, qui vnum, in 151
iudicio deducit, & aliud probat. *l. habebat. ff. de instit. c. Abbate de re iudic. lib. 6. Alex. consil. 61. col. 1. verf. moueor. vol. 2. & consil. 150. col. penult. vol. 5. Cephal. consil. 101. n. 14.*

Sic quoque expendemus, quale illud sit: quod G. à B; nunc heredes, feudi capaces habeat: quibus tempore transactionis initæ destituebatur, quodque illi ius simultaneè inuestituræ, tunc temporis Reus remiserit.

Hinc enim consequitur iam illud, quod non secundum præsens tempus, sed secundum illud tempus, quo inibatur contractus, de æstimatione bonorum, dijudicatio facienda sit.

Quid? quod hic ius tantum suum, G. à 152
B; transigendo I. à K. cedebat, non autem bona ipsa, *veluti ostendunt transactionis literæ.* Nam hinc rursus succedit illud: quod semper & vbiq;, ius in re, minus valeat, atque æstimanda sit, quàm ipsa res. *Pinel. ad d. l. 2. p. 3. c. 4. n. 37. C. de resc. vend. text. in l. minus. ff. de reg. iur.*

SEXTA postea obiectio volebat: G. à B. vincere, etiamsi edoceret, tribus tantum millibus, bona tota, æstimari posse. Cum & hoc casu, vtpotè cum 1200. tantum recepisset, læsio vltra iusti dimidium, contractui insit.

Verum ad hoc respondetur primò: non opus esse, vt de eo, soliciti simus, quantum probationibus suis, proficere valeat Actor.

153 Non enim ad probationem vllam faciendam accedere poteſt, niſi prius ſuſtulerit è medio, exceptiones, quas illi, vt litis ingreſſum præcluderet, Reus obiecerat. *Nam deſtructo antecedente, conſequens quoq; deſtrui neceſſe eſt. Euer. in top. in loc. à deſtr. antecedad deſtr. conſeq. n. 1. Harem. Piſtor. q. 38. n. 59. lib. 2. Cacheran. deciſ. 35. n. 2. Frid. m tr. de proceſſ. in Camer. extrab. lib. 3 4. 23. n. 1.*

Deinde ſi æſtimatio vlla facienda eſſet, quod non arbitramur, oporteret tunc, vt non ipſa bona per ſe, ſed ius tantum in bonis, & quod tunc temporis Actor, liberos nullos habuiſſet, quodq; onere ſimultaneè inueſtituræ, bona hæc aggrauata fuiſſent, omnino æſtimari. Et è diuerſo ex parte Domini Rei, non ſolum 1200. illa, quæ numerauerat, in taxationem venirent: verum etiam id, quod ius ſimultaneè inueſtituræ, quod propemodum ob liberos non extantes, radicatum in actu erat, Actori condonarit: quod item permiſerit, vt 1200. illa, allodialia eſſent, quodq; cuictionis nomine, obligatus non eſſet Actor.

Arguitur itaq; in obiectione hac SEXTA, ex inſufficienti partium enumeratione. Cuiſmodi argumentationes, vitioſæ ſunt. *Vt ſuperius fides facta eſt.*

SEPTIMÆ obiectioni reſpondetur ineſſe ei, fallaciam non cauſæ, vt cauſæ.

Malè enim concluditur: Actor ſi bona dimiſiſſet, Domino Reo, 2400. thaleros obtulerat: cum is 1200. tantum numeraſſet: ſed Reus id, ratum habere noluit: Ergo vltra iuſti dimidium læſum eſſe, Actorem, iam apparere incipit.

154 Nam præter id, quod id factum eſſe vnquam, inficias planè eat Dominus Reus, prodiderunt quoq; legumlatores: quod vnius rei, multæ poſſunt eſſe cauſæ. *DD. in l. accepiant. C. de vſur. Euer. an top. in loc. à Virt fin. n. 4.*

155 Non probat itaq; hoc eſſe, quod ab hoc cõtingit abeſſe. *l. non hoc. C. vnde legit. Abb. in c. illud. n. 13. ext. de præſumt. Stracch. in tr. de decoct. 2 p. vlt. p. n. 3. Bard. in tr. de temp. vt. & contin. c. 16. n. 3. Royz. deciſ. Lituanic. 1. n. 16.*

156 Inter reliquas verò huius rei cauſas, vel hæc vna eſſe potuit: quod Reum non latebat, iuris prouiſi eſſe: quod inuitus quis emere, vel vendere non cogatur. *l inuitum. C. de contrah. emt. Couarr. reſol. lib. 3. c. 14. n. 1. Tomm. deciſ. 13. n. 7. Mynſing. obſ. 27. cent. 5. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 1. n. 21.*

157 Quod item alienatori, à contractu, quem ſemel inierat, reſilire, licitum non ſit, quantumuis id, quod acceperat, duplicatò reddere paratus ſit. *l. non eſt probabilis. & ibi DD. C. de reſc. vend. Surd. in conſ. 330. n. 6. & conſ. 391. n. 33. Dec. conſ. 592. circa fin. Ceph. conſ. 393. n. 38. Tiraq. de vt. retr. p. 2 in præfat. n. 22.*

Prætereà vicina quoq; ſunt hæc bona, aliis Domini Rei feudis, obq; vicinitatem hanc, facilè illi eſt, adminiculantibus reliquis ſuis feudis, hæc cultiora, preciofioraq; efficere. Meritò itaq; hæc cariora habuit, quàm vt 2400. receptis, illa dimitteret, quantumuis communiter, bis mille, quadringentis illa non æſtimarentur. Proindeq; hoc omne hîc, vbi de comprobanda læſione vltra iuſti dimidium agitur, poſthabendum eſt. Etenim 158 verum precium rei non eſt id, quod vnus, aut aker, pro re ſingulari aliqua affectione, aut commoditate commoti, numerarent: ſed quod omnes communiter, rei conditionem, & qualitatem ſcientes, ſoluere non recuſarent. *Ioh. Bapt. Lup. communem dicens. in l. 2. §. 5. ſub n. 121. verſ. ſed ſcilicet. C. de pact. inter. emt. & venditor. Couarr. var. reſol. lib. 3. c. 3. Pinel. ad l. 2 §. 3. c. 4. n. 17. & 18. C. de reſcind. vend. Maſc. in tr. de probat. concl. 1396. n. 6. Hieron. Gab. conſ. 74. n. 8. vol. 1.* *

Huc quoq; referendum eſt illud: quod precium bonorum feudalium, vniuerſaliter, in Electoratu Brandeburgenſi, valdè accreuerit: quod etiam Dominus Reus, ſumtibus nullis parcens, meliorationibus varijs, hæc adornarit. Vndè excuſatus meritò habebitur, etiamſi hæc tradere rurſus Actori, bis mille quadringentis etiam oblatis, recuſarit. Nam rurſus certò illud conſtat: quod in 159 illo etiam caſu, vbi res, l. 2. beneficio, emtori, precium ſupplere nolenti aufertur, non precium tantum, pro ipſa re datum: verum etiam, melioriationum precium reſtituendum ſit. *Bl. in l. 2. q. 19. & ibi Crem. n. 95. Cagn. n. 153. Pinel. p. 2. c. 3. n. 1. Padill. n. 53. & DD. C. de reſc. vendit. Anton. de Gamma in deciſ. Luſit. an. 291. nu. 5. Alex. ad Br. in l. intra vtle. §. vlt. ff. de minor. Anton. Burgoſ. in c. cum cauſa. n. 56. ext. de emt. & vendit. Iacob. de S. Georg. in l. ſi res. §. 1. ff. de tut. dot. Fabian. de Mont. in tr. de emt. & vendit. 8. q. pr. n. 4. Boer. deciſ. 47. n. 8. Fachin. controu. tur. p. 1. lib. 2. c. 20. in pr.*

Sed & quicquid impenſum aliàs eſt, ſolui debet. *Bl. in d. l. 2. nu. 23. & ibi Pinel. receptiorem hanc eſſe dicens. p. 2. c. 3. nu. 1. Padill. nu. 54. C. de* ** *reſc. vendit.*

Non dicam nunc, illum, qui pro feudo aliquo, cuius iuſtum precium, 2400. erant, 1200. receperat, iniuria conqueri, læſum ſe vltra iuſti dimidium eſſe. Cum non is, cui quinque dantur, cum decem dari deberent: ſed is demum, qui ne quinque quidem accipit, vltra dimidium læſus dici poſſit. *Et videre eſt, ex ipſismet Doctoribus, ſub VI. rationc dubitandi adducta.*

Fluxa itaque, caducaque eſt, hæc obiectio.

Ad OCTAVAM deinceps obiectionem, habentem: homini naſuto, & benè induſtrio, remedium l. 2. non denegari: hæc parata eſt reſponſio: quod vna hirundo non faciat ver. 160 *traden.*

tradentib. Bl. in l. iura constituti in pr. ff. de V. Bl. in l. vlt. vers. ponè in instrumento. C. de bonor. poss. sec. tab. Bl. in c. 1. §. rusticus de pace constant. Tir. aq. in tr. de pœn. can. 51 n. 159.

161 Quare etiamsi id sentiat Pinelus, sequenda attamen sententia eius non est. Cum in
* contrariam reliqui omnes Doctores, pedibus fuerint. *Vt sub Quinta decisionis ratione, ostendebamus.*

Nam hinc reliquum, tantum illud fit: quod à communi, in consulendo, & iudicando non fit recedendum. *Ias. in auth. nouissima. n. 22. C. de inoff. testam. Neuiz. an. in sylu. nupt lib. 3. n. 1. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de sent. n. 21. Tonung. decif. 23. n. 17. Hartm. Pistor. q. 5. n. 23. lib. 2. Capsferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 54. & vel sexcenti, à Carot. in tr. de comm. opin. lib. 2. tit. 3. n. 16. congesti, & coaceruati.*

Atq; eadem quoq; responsione, refellitur obiectio NONA: remedium hoc scilicet, etiam scienti rei valorem, competere.

162 Nam cum iterum contraria, crebriori lon-
** gè calculo recepta sit. *Vti sub Secunda decisionis ratione, cuicumus: tradità, præterea Fachin. controu. lut. p. 1 lib. 2. c. 20 fol. 245. lit C.*

Restat, vt illam ceu minus communem, deseramus, hanc verò ceu receptiorem, amplectamur.

Eò quoq; res, cum obiectione DECIMA redit: non nocere nempè, l. 2. C. de rescind. vend. remedio, etiamsi partes expresserint, se omnia, quæ fecerant, ex certa scientia fecisse.

163 Nam & hîc, maior pars Interpretum, con-
*** trarium concluserat. *Veluti ex inspectione eorum, quæ pro confirmanda, Decisionis Ratione Quarta congerebamus, cernere licet: sed & fatetur idipsum Pinelus (licet autor sententiæ contrariæ extiterit) in d. l. 2. p. 1. c. 2. n. 23. C. de rescind. vend.*

164 Porrò, obiectioni VNDECIMÆ, opponimus vicissim, rationem Decisionis SEPTIMAM.

** Ex ea enim elucet, quod magis communis opinio sit, aditum ad remedium l. 2. C. de rescind. vendit. ob geminatum consensum interseptum esse.

Sic quoq; ad obiectionem DVODECIMAM respondetur, carere hanc assertore omni, vnico excepto Chassanæo, in adducto consilio. Nam ad Antonium Gabrielium quod attinet, is sibijpsi, hac in re, è diametro contrarius est.

In ea enim conclusione, quam indicabamus. n. 114. expressim docet: quod ob ratificationem insecutam, redire amplius, ad l. 2. C. de rescind. vend. remedium licitum non sit.

165 Nihili itaque facienda est, hac in re, Gabrielij autoritas. Eius enim Doctoris autoritas, qui sibi in eodem themate aduersus est, nihil pensi facienda est. *tradente in individuo Pinel. in auth. nisi tricennale. n. 58. vers. cum autem. Alex. C. de bon. matern. Corat. in tr. de com. opin. lib. 1. tit. 5. n. 72.*

Nec iuuat, quod palliolo ignorantiæ, hanc consensus geminationem, eludere conetur Actor:

Nam primò, quibus innitatur, fulcra non habet. Non enim concedimus, G. à B; verum rei valorem ignorasse, aut si qua ignorantia subfuerit, eam talem esse, quæ venia digna sit. *Vt Latius vidimus sub Decisionis ratione* SECVNDA.

Et adhæc, ij Doctores, quorum autoritates, sub ratione Decisionis SEPTIMA protulimus, nullum inter scientem rei valorem, & eum ipsum ignorantem, discrimen constituunt. Quinimò concordi consensu, hi omnes volunt, ex actus geminatione, & ratificatione, scientiam valoris, concludendam esse. Cum itaq; hi Doctores omnes generaliter & indistinctè loquantur, generaliter quoq; & indistinctè intelligendi erunt. *Socin. cons. 55 n. 7. lib. 2. Corat. in tr. de comm. opin lib. 2. tit. 9. n. 10. arg. l. 1. §. generaliter ff. de legat præstand.* 166

In obiectione DECIMATERTIA, quæ vult: etiam Iudicis decretum interueniens, l. 2. remedium non remorari: latet petitio principij. Cum assumatur id, pro certo, & confesso, quod maximè controuersum est. Etenim, quod Actor, decretum Iudicis dicendum affirmat, Dominus Reus, Principis confirmationem esse, & rectè quidem, *veluti sub VI. decidendi ratione commonstratum est*, contendit.

Constare itaque, obiectio hæc, nequit.

Etenim argumenta, quibus petitio Prin- 167
cipij inest, constare nequeunt. *Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 2. n. 43.*

Deindè, etiamsi nudum hîc tantum Iudicis decretum adesset: in ambiguo attamen adhuc versaremur, & incerti relinqueremur, num affirmatiuæ, quodq; Iudicis decretum, l. 2. C. rescind. vend. remedium perimat: an verò negatiuæ, quodq; Iudicis decretum id efficere, potens satis non sit, subscribere deberemus. Nam si diligentius peruoluerimus, iuris Interpretum volumina, reperiemus, non minorem Doctorum numerum, à partibus negatiuæ huius stare: quàm is est, qui
affirmatiuam tuetur, atq; defendit. Huius 168
namque negatiuæ assertores sunt: *Br in l. 1. n. 4. per ill. text. & ibi Bl. Iob. de Plat. n. 2. Luc. de Penna. & DD. C. de pred. Decur. lib. 10. Ang. in l. precia rerum. n. 3. ff. Ad l. Falcid. Ang. in l. 1. n. 2. C. de præscr. 30. annor. Ang. in l. sciendum sect. 2. n. 12. ff. de verb. obligat. Paul de Castr. in l. 1 limit. 2. & ibi Suchard. n. 5. C. de rescind. vendit. Felin. in c. quoniam contra. n. 13. ext. de probat. Ias. in c. 1. n. 9. de hiu. qui feud. dar. poss. Socin. in tr. regular. reg. 226. limit. 2. & reg. 436. limit. 2. vbi u, hanc veriorem esse attestatur. Capoll. caut. 221 n. 1. Turz. an. comm. opin. 152. Anton. Gabriel. Roman. in tr. Reg. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 57. vbi u hanc magis communem esse attestatur.* **
Matth. Gribald. in tr. com. opin. in v. remedium. l. 2. *

communem dicens, Lancil. Conrad. in templ. Iudic. lib. 1. c. 1. de Imperat. §. 4. de præst. & potest. Imperat. vers. tertio. n. 18. & 19. in fin. Angel. cons. 142. in fin. Franc. Curt. cons. 67. Socin. cons. 57. col. vlt. vol. 4. Iaf. cons. 119. col. 2. vers. accederet etiam. vol. 1. Bertrand. cons. 12. col. 1. in fin. & seq. vol. 1. Dec. cons. 210. n. 8. vers. tertio principaliter. communem dicens Marc. Mant. consil. 82. col. 1.

Vides itaq; , rem satis ancipitem , atque dubiam esse: proindeq; haud facilè vel hanc,
169 vel illam , in indicando sequendam. Nam quando versamur in conflictu communium opinionum : perindè est , ac si nulla adesset, vel videretur communis opinio. Proindeq; nec hæc, nec illa , in consideratione erit. *Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. n. 74. Dec. in c. 1. lect. 1. n. 3 2. ext. de constit. Lancil. Conrad. in tr. de off. prætor. Rubr. de sentent. n. 25 limit. 14. Nicol. Moron. in tr. de treug. & pac. p. 2. q. 12. n. 4. Corat. in tr. de comm. opin. tit. 9. n. 1. & 2. Ripa resp. 1. n. 10.*

170 Quinimò cum Bartolus , & Baldus , reliquiq; celeberrimi iuris Interpretes , à partibus affirmatiuæ stent , illa negatiua reiecta: affirmatiuam tutò sequemur. Cum in conflictu communium opinionum , eam potius semper sequi debeamus , quæ Bartolum habet propugnatorem. *Neuiz. in sylual. nupt. lib. 5. ampl. 2. n. 25. per tot. Corat. in d. tit. 9. n. 16.*

171 Præterea, ij quoq; Doctores omnes , quos ceu negatiuam propugnantes , superius adduximus, de decreto tantum, Iudicis inferioris agunt: nequaquam verò illis, de decreto iudicis maioris , siue ipsius Principis , & Domini territorij , qui nihil amplius, ab ipso Imperatore , quàm scapha à naui , & minoris ambitus ratione, differt. *Cacher. decis. 88. n. 17. Borch. in tract. feud. c. 5. n. 37. Borchelt. in c. 1. n. 8. quæ sint reg. i.*) res est.

172 Sed & multò minus tractant illud thema, cum decreto salutaris illa clausula : ea quæ facta sunt, vi supremi territorij iure, facta esse, indicans , apposita est. Hæc enim clausula, illi, ex plenitudine potestatis respondet, atq; æquipollet : quam superare etiam clausulas, certæ scientiæ , & non obstantibus : *Abb. in c. adhæc. v. ex hiu infertur. ext de restr. Fel. in c. nonnulli. n. 51. extr. de restr. Tib. Dec. consil. 41. n. 21. vol. 2.*

173 Adeò, vt inter omnes constet, quod illi nihil amplius cum effectu opponatur. *Br. in l. conficiuntur. §. codicilli. n 3. ff. de iure codicill. Bl. in proem. Decret. n. 34. Hipp. de Marsil. in l. de vnoquoq;. n. 16. ff. de re iudic. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. v. Princips. Pedemont. n. 3. Iob. Iacob. de Leonard. int. cons. Brunn. cons. 117. n. 233. Gerard. Maz. oll. cons. 36. n. 28. vol. 1. Rol. à Valle cons. 71. n. 49. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 47. n. 20. volum. 1.*

174 Etiamsi hinc oriretur , quodcunq; tertij præiudicium. *Alcyat. in tr præsumt. reg. 3. præsumt. 11. in fin. Decian. d. cons. 4 1. n. 21. vol. 2.*

175 Quid? quod ipse Actor hic institerit, apud Principem, quo is , confirmationem contra-

ctus , concedere non dedignaretur. Nam hinc locum nuno inuenit illud : quod res mea, consensu meo accedente, mihi per Principem auferri possit. *arg. §. per traditionem Inst. de rer. diuis. l. id quod nostrum ff. de reg. iur. fac. trad. Sonsb. in tr. feud. p. 13. n. 101. Chassan. in cat. d. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 44. vers. secundo. Garc. in tr. de vlt. fin. iur. n. 447. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 14. nu. 7.*

Accommodari itaq; illorum Interpretum traditio, nostro casui nequit.

Taliter enim argumenta ducerentur, à 176 maiori ad minus affirmatiuè. Cuiusmodi argumentationes vitiosæ sunt. *Euer. in top. in loc. à maior. n. 1. Tiraq. in tr. le mort. p. 2. declarat. 10. n. 25. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 1. n. 67. Schrad. in tr. feud. 1. p. q. p. s. 4. n. 3. in fin. Surd. cons. 453. n. 18.*

Nec obstat, quod aduersarius tandem confiteri necesse habeat, hæc, quæ de decreto diximus, vera quidem esse : sed cum adiectione hac: si subhastatio publica , decretum præcesserit:

Nam si sedulò , quos tibi nominauimus Interpretes , intuitus fueris , nullo negocio deprehendes , nullam eos subhastationis mentionem facere: sed generaliter , & indistinctè loqui.

Concludamus itaq;, horum quoq; doctri- 177 nam , generaliter , & indistinctim accipiendam. *Per ea, quæ supernis ex Coratio in tr. de comm. opin sub XII. contrary resolutione adducta sunt.*

In Dᵉ CIMA QVARTA dehinc obiectione, 178 consequentis fallacia inest : nec enim sequitur: Principis Confirmatio , per biduum pòst secuta est, quàm contractus stabiliretur.

Ergo causæ cognitio adhiberi non potuit. 179 Cum quotidiana experientia edoceat, de grauissimis quibusq; negocijs , quæ in sola voluntate facientis posita sunt, intra biduum, certi quid diffiniri posse. Et si interpositione cuiusliber decreti , biduum esset consumendum, plurimum mehercle temporis , frustrà perderetur, atq; contereretur.

Vitiosum itaq; est argumentum , vtpotè 180 cui consequentis fallacia inest. *Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 3. n. 13.*

Et adhæc meritò illud audimus: num sat 181 temporis, actui alicui, qui celebrabatur, adhibitum, nec ne sit, Iudicis arbitrio, & moderationi relinquendum esse. *Br. in l. si insulam. n. 3. & vbi Ripa. n. 35. ff. de verb. obl. Iaf. in l. 2. n. 48. C. de iur. emphyt. Iaf. in §. in bona fides. n. 82. Inst. de action. Menoch. in tr. de arbit. iud. quæst. cas. 7. Cardm. Paris. cons. 108. n. 44. vol. 1. Dec. cons. 138. n. 7.*

Atq; ita relinquendum , vt non proprio marte , sed ex bono, & æquo , rem diffiniat. *tradente in individuo Decian. cons. 84. n. 21.*

Imprudentissimum autem , & præterea malesanum, censuerim iudicem, qui ad causæ cognitionem, hic vltrà biduum sibi dari, deposcereret. Non enim opus est, vt hic quicquã

insuper

insuper fiat, quàm vt contractus in forma authentica conscriptus, principi, vel officialibus eius exhibeatur. Id quod absolui potest, breuiori, quàm minutissima horæ parte.

181 Sic quoq; certò illud constat: quod illi, qui causæ cognitionem, non interuenisse dicit, eius assertionis probatio incumbat. *tradente in induuduo Speculat. in tit. de emt. & vend. §. nunc dicendum restat. verfic. breuiter sciat. Mascard. in tr. de probat. concl. 276. n. 3.*

Cum itaq; Actor noster id asseueret, posito, sed non concesso, ea, quæ prætenderat vera esse, non tamen quicquam allegatione hac proficiet, nisi edocuerit prius, causæ cognitionem, non interfuisse.

183 Perpendendum deindè hoc in loco, illud quoq; est: quod, vti diximus, in terminis confirmationis, non autem decreti versemur. Nam hoc cum ita sit, momenti alicuius, hæc Actoris assertio non est. Clari enim iuris est: quod in confirmatione, causæ cognitio non sit necessaria, quinimò ex confirmatione rectè arguitur, rem antè inesse deductam fuisse, quàm confirmatio consequeretur. *tradente in induuduo Decian. conf. 22 n. 31. vol. 1. Bero. conf. 84. n. 40. & seq. vol. 1.*

184 Sic rectè quoq; dicitur: absq; matura deliberatione, & causæ cognitione fieri, quæ fiunt in continenti, & antequam partes, ad actus extraneos, & rem præsentem non attinentes, discedunt. *alc. in tr. præs. reg. 2. præs. 29. n. 2. Seraph. de Seraph. in tr. de iur. prin. 30. n. 16. Alex. conf. 54. n. 14. vol. 7. Thom. Gram. conf. ciuil. 79. col. 2. in pr.*

Cum itaq;, vt ipse nobiscum fatetur Actor, biduo post, confirmatio hic interposita fuerit, quàm contractus, iam perfectus, & absolutus fuisset: nec verisimile sit, partes, interea temporis, ad actus extraneos non accessisse.

185 Reliquum nobis aliud nihil fit, quàm vt dicamus: quod confirmatio, rem confirmatam ex interuallo secuta, plenam deliberationem, & causæ cognitionem coarguat, adeò, vt frustrà hoc nomine, quicquam excipiatur. *per trad. Decij conf. 583. n. 8. Decian. conf. 2. n. 158. volum. 1.*

186 DECIMAQVINTA posteà obiectio, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter laborat: quod enim dicitur: remedium l. 2. C. de resc. vend. etiam in diuisionibus dominari: procedit secundum quid tantum, & quatenus diuisio, in nudis terminis diuisionis consisterit, & transactionem, in se includam non habuerit. *Veluti ex prima decidendi ratione apparet.*

Si item diuisio, cum sciente, aut rei valorem scire debente celebrata non fuerit. *Vti constat, ex II. III. & IV. decidendis rationibus.*

Si præterea is, cum quo fit diuisio, homo astutus, & sagax non sit. *Id quod commonstratum est in V. decidendi ratione.*

Si deniq; cõfirmatio superioris, non accessisset. *Cuius rei fides facta est, in VI. decidendi ratione.*

Vt insuper habeamus, eiusdem generis alia, sub decidendi rationibus adducta.

Firma itaq; istiusmodi argumentatio non 187
est. Fallacia enim à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta, quibus ineft, euertit. *Euer. in præamb. top. n. 24. verf. quando autem sit mutatio à tali. Coraf. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8. Molin. in l. 1. §. si quis simpliciter n. 67. ff. de verb. oblig. Pecc. in t. de testam. coniug. lib. 5. c. 25. n. 4. verf. porrò. Hartm. Pistor. q. 38. n. 38. lib. 2.*

Et præterea apertissimi quoq; iuris est: ex 188
eo, quod minus principale in negocio est di iudicationem, de toto negocio fieri non debere. *l. si quis in causam. tun. ibi gl. 1. & ibi Iaf. nor. ff. si cert. pet. l. 1. in pr. ff. de autor. tut. l. cum qui nocentem. § si iniuria. ff. de iniur. Felin. in c. cum essent. n. 2. ext. de Simon. Hipp. de Marsi. in pract. crimin. §. sequitur. n. 20. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 30. gl. 1. n. 4. Capoll. cant. 248. Dan. Mull. ad Constit. Saxon. p. 2. constit. 23. Alex. conf. 63. & ibi Molin. in addit. vol. 7.*

Quod cum ita sit, locus, obiectioni huic, rursus non relinquitur. Principaliter enim hîc agebant partes, vt à communione discederetur, & posteà minus principaliter bonorum diuisio accesit. Id quod comprobant, illa satis Transactionis verba: quod Actor retinere, tota bona potuisset, si modò id commodum illi fuisset.

Quare lubrica admodum, hæc argumen- 189
tatio est: nec tutò illi inhærere possumus. Nam semper, & vbiq; transactioni, quædam ineft diuisio, sed non econtra. *VVesenb. conf. 52. n. 11. Blin l. 2. C. si aduers. transact.*

Restat nunc, vt videamus, de obiectione DECIMASEXTA, eademq; vltima: remedio scilicet l. 2. in feudis quoq;, præterquam in illo casu, cum feudum conceditur, inq; illa concessione, vel Dominus, vel vasallus, vltra iusti dimidium lœditur, locũ esse.

Sed fundamentum hoc, etiamsi dandum foret, bonum illud ceteris paribus esse, reuera, prodesse quicquam Actori nequit. Nam quis nescit, quod iuris sit expeditissimi, vna ex pluribus impedimenti causis cessante: reliquis porrò superstitibus, nihilo magis, impedimentum cessare? *§. socrum. Inst. de nupt. Iaf. in l. more. n. 18. ff. de acquir. hered. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 91. C. de reuoc. donat. Cacheran. decis. 100. n. 22. & decis. 118. n. 6. Cald. in l. si curatorem in v. hunc contractum. n. 6. C. de rest. in integr. p. 1. c. 21. n. 18. Gail. obs. 95. n. 12. lib. 2.*

Cum itaq; hac obiectione etiam concessa octodecim illæ rationes reliquæ, quas pro Domino Reo adduximus, supersint.

Parum quoq; erit, quod hac obiectione, efficere poterit Actor.

Talem itaque efformabimus decisionem, quod iura Domini Rei, tam si ad ius, quàm si ad factum respexeris, potiora longè sint, quàm ea omnia, quæ pro se adduxerat Actor.

Ideoque absoluendum esse Dominum Reum, prius etiam, quàm lis vnquam contestata fuerit. Semper attamen illi opinioni, quæ mea, hac in parte sanior, doctiorq; fuerit, locum dare paratus sum.

II. QVÆSTIO.

ALterà quæstio, controuersia ferè caret. Ex ijs enim, quæ sub priori quæstione allata sunt, apparere iam posse arbitror, num litis contestatio, domino Reo iniungenda: an verò is absoluendus, etiam nondum adhuc facta litis contestatione.

190 Nam cum indubitatum planè illud sit: quod exceptionibus, litis ingressum impedientibus, ab effectu earundem, quodq; litis contestationem, fieri non sinant, tale nomen impositum sit: tradente in indiuiduo *Bl. in l. fratris n. 4. per ill. text. ibi Ias. in pr. Sich. n. 3. & DD.* * *C. de transact. c. 1. & ibi DD. Canon. communiter de lit. contest. lib. 6. Ias. in l. post quam n. 4. C. de pact. Marc. Anton. Blanc. in tr. de except. lit. ingress. imped. in pr. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi p. 1. §. 13. c. 3. n. 5. Ioh. de Amic. cons. 4. 8. n. 1. 6. 8. & 12. cons. 63. n. 2. & cons. 333. nu. 3.*

Opus præterea factu nihil est, quàm vt videamus, num exceptionum harum aliqua, præsto sit.

Iam verò negari nequit, si consideraueri-mus rationes illas, quas sub decisione, quam pro Domino Reo fecimus, posuimus, quod hic tam transactionis, quàm illa, qua opponitur: tibi competit actio: exceptiones adsint.

Necesse itaq; litem contestari, Dominus Reus non habebit, si alterutra harum, vim impediendi litis ingressum habuerit.

191 Et sanè ad priorem illam Transactionis exceptionem quod attinet, extra controuersiam positum est: quod litis finitæ sit, siue illi classi exceptionum, quæ litem ingredi impediunt, accensenda sit. *Pro vt hoc in specie scriptum reliquêre Bl. & Ias. in d. l. fratris in summar. &* * *ibi quoq;. DD. reliqui concordi consensu per ill. text. C. de transact. Fr. auc. Curt. in l. vbi pactum. n. 17. C. de transact. Caccialup. in tr. de transact. q. 18. n. 1. vers. ex parte autem rei. Blanc. in d. tr. de except. imped. lit. ingress. p. 1. n. 11. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi p. 1. §. 4. x. 3. vers. decimo. n. 2. & §. 13. c. 9. n. 1. Panthal. Cremens. in l. 2. n. 46. C. de rescind. vendit. Vvesenb. cons. 15. n. 70. Surd. cons. 451. n. 16.*

192 Et quamuis, ex aliquorundam sententia: hæc regula astringatur, vt locus illi, ita demum sit, si transactio bona fide transacta fuerit. *tradente Socin. in c. 1. except. 2. de lit. contest. lib. 6. quem refert, & sequitur Blancus. d. tr. d. c. 1. n. 11. limit. 3.*

Non tamen idipsum, ad nos pertinet. *Veluti inclarescit ex ijs, quæ referebamus sub septima decisionis ratione, sub resolutione item IV. rationis dubitandi.* An non enim verum est, quod in optione, electioneq; Actoris, positum fuerit, vt tantundem numerarèt, vti receperat, & bona tota sibi retineret?

Sic quoq; incerti Iuris illud non est: quod 193 exceptio: Tibi non competit actio: litis finitæ sit. *Speculat. in tit. de except. §. dello. sol. vlt. Br. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negoc. gest. Br. in l. cum quæretur. ff. iudic. solui. Br. in l. Papinianus. §. si quis impubes. & in l. mater. ff. de inoffic. testam. Br. in l. nam & postea. in pr. col. vlt. & ibi Ang. Alex. & Ias. qui illam legem contungunt, cum l. ait prætor. la. 2. ff. de iniur. Alex. in addit. ad Br. in l. vir bonus. & vbi Castr. ff. iudic. solu. Blanc. d. tr. de except. imped. lit. ingress. c. 4. in pr. vbi is, hanc veram. & magis communem esse* * * *attestatur. Coler. in tr. de proces. execut. p. 4. c. 1. n. 156. Ernest. Corbm. cons. 30. n. 311.*

Sed & in speciè, quod exceptio: tibi non 194 competit actio: litis contestationem fieri impediat. *tradit Socin. d. c. 1. q. princip. 7. except. 16. de lit. contest. lib. 6.*

Quæ itaq; hîc facienda sit collectio, omnibus patere arbitror.

Nec refragatur: quod attamen receptum 195 sit, in id, vt hæ exceptiones vim, & potestatem suam retineant, opus esse, vt in forma dilatoriarum: & non peremtoriarum interponantur. *Br. in l. cum quæretur in fin. ff. iudic. solui. Br. in l. vlt. ff. pro suo. Angel. in l. vir bonus. ff. iudic. solut. Pract. Pap. in for. resp. rei conuent. in v. quo ad imped. proces. n. 1. Marant. in tr. de ord. iudic. 1. p. 6. p. 5. numb. 9. n. 12. Menoch. in tr. de remed. poss. adip. remed. 4. n. 76. 9. Arnold. de Reyer. disput. 4. tbes. 32. & 33.*

Nam huic requisito, satisfactum iam est, 196 eum Rei exceptio ita sonet, ago te agere non posse, quia actionem non habes: aut cum aio, litem contestari nolo, quia actione destitueris, *Vt tradunt DD. omnes iam adducti, & præter eos Nicol. Carb. in pract. pract lib. 3. c. 7. n. 71.*

Et deindè diluitur quoque obiectio hæc, 197 eo ipso: quod hoc discrimen proponendi exceptiones, impedientes litis ingressum, toties attendendum non sit, quoties ex instrumento, de exceptionibus interpositis constat. Tunc etenim vtroque casu, siue in vim dilatoriarum, siue in vim peremtoriarum, propositæ fuerint. Actorem, à petitione litis contestationis, arcent, atque remouent. *Vti post Dec. in l. fratris. C. de transact. decidit Bl. d. tr. in pr. vers. regula autem cum seqq.*

Atenim hîc, exceptiones omnes, Domini Rei, vel ex iure scripto, vel ex Transactionis instrumento, sine remora vlla, comprobari possunt.

Et deniq; leuiusculum illud est: quod at- 198 tamen exceptiones, litis ingressum impedientes, suo effectu careant, eo casu, cum alteriorem indaginem requirunt. *Br. in l. nam & postea. & ibi Ias. ff. de iureur. Br. in d. l. vlt. sub n. 3. vers. item prædicta. ff. pro suo. Angel. Aret. in §. æquè. col. penult. Instit. de except. Franc. Herculan. in tr. de attentat.*

Ital. c. 17. nu. 10. Coler. d. tr. de proceſſ. execut. d. p. 4. c. 1. nu. 157. Franc. Marc. deciſ. Delphinat. 429. n. 16 p. 1 Tennin. cant. 75. n. 3. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram priuil. 77. n. 79. & priuil. 174. nu. 16. Ioh. Bapt. Aſin. in ſua praxi p. 1. §. 13. c. 3. in fin. & 6. q. 9. n. 23. Zanger. in tr. de except. rei iudic. n. 9.

199 Solet enim tunc pronunciari: Das beklagter ſeines gethanen fürwendens/oder eingewanter behelff. eingeachtet/auff erhobene klag zu antworten / vnd den Krieg zubefeſtigen ſchüldig/ vnd das jhme ſeine exceptiones, ſo viel deren erheblich/nach der kriegsbefeſtigung zerſtörlicher weiſe einzuwenden/vorbehalten. *De qua pronunciandi formula videatur Dan. Mull. ad Conſtit. Saxon. p. 1. Conſt. 3. ſub n. 4.*

Nam & hoc requiſito, non deſtituimur.

200 Certum namq; eſt primò: quod eæ exceptiones, de quibus ex inſtrumento conſtat: in continenti probari rectè dicantur. *tradente in indiuiduo Blanc. in d. tr. de except. imped. lit. ingreſſ. in pr. n. 3.*

Hic itaq; exceptiones noſtri Rei, in continenti, probari quoq; poſſunt.

Apparent enim ex inſtrumenti Tranſactionis perlectione.

201 Quod ſi in vnius, alteriusq; probatione momentanea deficeremus, non tamen ad litem vſq; conteſtatam, progredi oporteret. Vnam enim, ex pluribus propoſitis exceptionibus, probatam eſſe, ad cauſæ victoriam obtinendam, ſufficit. *Bl. in l. interpoſitas. & ibi Salyc. Fulgoſ. Iaſn. 6. Sichard. n. 10. & DD. C. de tranſact. Maſuer in addit. ad pract. Papien. in ſum. reſp. rei conuenti in v. quoad impediendum proceſſum.*

202 Et ſi omnia nobis deſierent (quod negamus) in arbitrio attamen Iudicis adhuc, res tota poſita eſſet.

Is enim arbitrabitur, quæ exceptio altiorem indaginem requirat, nec ne. *tradentibus in indiuiduo Br. in l. ſi is à quo in pr. n. 2. ff. vt in poſſeſſ. legator. Schrad. in tr. feud. p. 9. ſect. 2. n. 126. & ſect. 11. n. 52. Caſ. Contard. in l. vnic limit. 12. n. 6. & 7. C. ſi de moment. poſſ. fuer. appellat. Menoch. in tr. de remed. poſſ. recup. remed. 1. n. 260.*

Atq; ita ex iuris præſcripto, rem moderabitur, vt ad probandam hanc ipſam exceptionem, indaginem altiorem requirentem, ſi ita videbitur, terminum aliquem, ſolitis dilationibus breuiorem, ad teſtes tamen producendos, & examinandos, aptum, & congruum, qui ad minimum 14. vel quindecim dies continebit, aſsignabit. *Abb. in c. veniens. el. 2. n. 11. ext. de teſtib. Bl. in d. tr. de except. lit. ingreſſ. imped. in pr. n. 4. Dan. Mull. ad d. Conſtit. 3. p. 1. n. 12. Modeſt. Piſtor. conſ. 10. lib. 1. & conſ. 24. lib. 2.* 203

Alioquí enim, ſi Iudex, terminum breuem nimis, huic probationi aſsignaret. *c. 1. & ibi Abb. ext. de dilat. Bl. in d. l. 2. n. 8. C. de Epiſc. audient. Schrad. in tr feud. 2. p. 9. p. ſect. 2. n. 126. verſ. ſimiliter.*

Vel pronunciaret, exceptionem litis ingreſſum, impedientem, in continenti probari non poſſe: quæ tamen confeſtim probari poterat: iure ab eo, ad ſuperiorem ſit prouocatio. *Vti poſt Br. Alex. Anton. de But. Felin. Iaſ. & Dec. in ſpecie decidit Schrad. in d. ſect. 2. d. n. 126.* 204

Quinimò, ſi oppoſita exceptione, litis ingreſſum impediente, quæ iuſto, & in id à legibus requiſito tempore, probari potuiſſet: Iudex contradicente parte, ad vlteriora progrederetur, proceſſus per ſe, & ipſo iure nullus eſſet. *gl. & DD. in c. cum contingat. ext. de offic. deleg. Bl. in l. 1. carta penult. & in l. ſi crimina. C. de his qui accuſ. poſſ. vel non. Ludouic. Roman in l. nam & poſtea. col. 2. & 3. Caſtr. col. vlt. ad fin. Iaſ. n. 25. ff. de iureiur. Bl. in l. ad peremtorias. C. ſent. reſc. non poſſ. Imol. in l. à quo. §. ſi de teſtamento. ff. vt in poſſ. legat. Imol. in l. ſi quando ff. de legat. 1.* 205

Sic itaq; de altera hac Quæſtione habeo: ad litis conteſtationem faciendam, reum noſtrum adigendum non eſſe: ſed illi, ſi quid probationi plenæ, earum exceptionum, quas ad litis ingreſſum impediendum obiecerat, deeſſet, dilationes iuſtas, à Iudice concedendas eſſe.

Nolim autem, ſi contrarium verius eſſe apparuerit, hac mea Deciſione, veritati præiudicium facere, &c. F. P. D.

CONSI-

CONSILIVM L.

SVMMARIVM.

1. *Consilia integrorum Collegiorum, pluris facienda, quàm consilia Doctorũ unici, quamuis excellentissimi.*
2. *Prouerbium: ne Hercules quidem aduersus duos.*
3. *Doctores singuli, sepius feliciter arma, aduersus integras Facultates Iuridicas, induerunt, dum de iure respondent.*
4. *Canis non magnus, quandoq; aprum tenere, visus est.*
5. *Homerus bonus, quandoq; dormitat.*
6. *Causis efficientibus omnibus positis, effectum non sequi, per rerum naturam, impossibile est.*
7. *Transactio, ex verbis transactionem indicantibus, maximè si ea, diuersis vicibus, atq; temporibus, repetita fuerint, rectè colligitur: sicuti quoq; ex eo, quod partes literas, quæ de conuentione conficiebantur, vertrag oder verträgbriefe nominarint. & n. 8.*
8. *De verbis claris, & perspicuis, superuacanea est, omnis disputatio.*
9. *Verba id dicere, nunquam possunt, quod non significant.*
10. *Verbis aliam obtrudere sensum, quàm eum, quem sonant, in auribus, rectè intelligentium, viris bene in iure versatis, graue admodum est.*
11. *Verbis standum, nec nodus in scirpo quærendus.*
12. *Vbi verborum sonus clarus est: ibi interpretatio, ad cauillationem tantùm accedit.*
13. *Probare aliquid, non potest id, quod non est.*
14. *Obscura, & ambigua, quæ actui, vel contractui alicui insunt, per obscuriora adhuc, vel magis ambigua, eiusdem actus, declarare velle, amentium est.*
15. *Ambiguitatis minus inest illi, quod decies ad minimum, in eodem contractu repetebatur, præ illo, quod semel tantum, in eundem irrepserat.*
16. *Actui simplici, præ actu, decies repetito, plus virium tribuere velle, absonum est.*
17. *Verba sepies repetita, præ semel tantum dictis, vel scriptis, intentionem agentium finalem, atq; enixam, ostendunt atq; adaperiunt.*
18. *Verba obscura, atq; ambigua præcedentia, recipiunt interpretationem, ex clarioribus insequentibus.*
19. *Verbum, vnicum præsertim, sepius, præter intentionem, profertur.*
20. *Verba semper potius, naturæ contractus, quàm è diuerso, inseruunt.*
21. *Verborum multiplicatio non necessaria, rerum substantiam non mutat.*
22. *Verbum ambiguè positum, ex alia parte scriptum, vbi ambiguè non stat, declaratur.*
23. *Verba propriè, actui qui geritur, non conuenientia, iuncta cum verbis, actui propriè congruentibus, amittunt significationem suam, & naturam verborum propriorum, assumunt.*
24. *Verba, vno contextu posita, ita interpretanda sunt, ne hoc de vno, illud verò de alio actu explicetur.*
25. *Verba non peritorum in iure secundum quod, iuris subtilitatem, accipienda non sunt.*
26. *Verbum transigendi & vendendi, vulgus promiscuè, & aliud pro alio, vsurpat. Transactionis appellatione generali, omnis contractus venit. ibid.*
27. *Emtionem, venditionemq;, si contrahentes, certò, celebrare voluisse constiterit, non nocet tunc, contractui apposita esse, illa verba, dedit, tradidit, cessit.*
28. *Transactionem, sic celebrare contrahentes voluisse certum sit, non nocebit transactioni, etiamsi conscribentes instrumentum transactionis, vendendi verbo, vsi fuerint. Oppositum in oppositio, idem quod propositum in proposito operari debet.*
29. *Verba, dubiam significationem habentia, pro innitente in ijs, maximè si quid inde, acquirere sibi voluerit, interpretanda non sunt.*
30. *Verba superflua planè esse, tolerabilius semper est, quàm vt, contra naturam actus explicentur, cùm ei accommodari nequeunt.*
31. *Fructum nemo ex eo, consequi debet, quod annexus fuerat, impugnare.*
32. *Princeps, etiam vi solutæ potestatis, ex vna contractus specie, aliam efficere non potest. DEVS non facit, quæ contradictionem implicant. ibid.*
33. *Confirmans, nihil noui dat.*
34. *Confirmare, est actui qui geretur, robur, & validitatem addere, non autem eundem extendere.*
35. *Confirmari dici nequit, quod immutatur.*
36. *Dispositio referens, ex relata explicanda omninò est, non è diuerso.*
37. *Confirmatum inest confirmanti, cum qualitatibus suis omnibus.*
38. *Verbo Vergleichung, in Latina lingua, acquipollet, transactionis verbum.*
39. *Interpretatio, optimus contrariorum dissoluendorum modus.*
40. *Transactionis effectus minimus non est, si per eam, à bonorum communione discedatur.*
41. *Emtionis, venditionisq; effectus, primarius est, possessionis vacuæ traditio.*
42. *Res communis mea est.*
43. *Emtio rei meæ, nulla est.*

45. *Vendi,*

45. Vendi, vel emi illud, quod pro mercale nunquam extitit, non potest.
Antecedenti destructo, destruitur quoq; consequens. ibid.
46. Tractatus præcedentes, quid de contractu insecuto, statuendum sit, arguunt.
47. Tractatus indicant, qualis sit contractus, etsi tamen si contractus, tractatus hosce, ex longo interuallo sequatur.
48. Emtio, & venditio nunquam celebratur, nisi eò spectarint, verùsq; partis tractatus.
49. Consensus, non constituit differentiam, inter transactionem & venditionem.
Consensus inest, tam in venditione, quàm in transactione. ibid.
50. Consensus, ad vnum effectum præsitus, rapi non debet, ad inducendum effectum alium, cuius intuitu non interponebatur.
51. Verba aliter accipi, quàm de materia, ad quam partes, se præparauerant, iuris principys, aduersum est.
52. Argumentum, à communiter accidentibus, vtilissimum in materia probationum est.
53. Precy mentio expressa producit demum, emtionem, & venditionem, propriè sic dictam.
54. Precium, ex eo, inferre, licitum non est, quod ipsæ partes, precium non dixerant.
Contrahentes, vt hanc, vel illam rem, actum, vel contractum, appellarunt, eo iudicem, contentum esse oportet. ibid.
55. Pecunia interuenire potest, etiam in alijs contractibus, quam emtionis, aut venditionis: precium non item.
56. Pecunia interuenit in locatione, & conductione sed & de substantia eiusdem est.
57. Pecunia interuenire potest, etiam in contractibus innominatis.
58. Pecunia interuenire potest, etiam in transactione.
59. Emtionem & venditionem, ex sola precy commemoratione non colligimus, nisi conuenerint quoq; reliquæ cõtractus circumstantiæ.
Precy verbum generale est, conueniens quoq; alijs contractuum speciebus. ibid.
60. Consequentia mala est, in contractu precy mentio fit: Ergo celebratus est, emtio & venditio.
61. Emtionem efficiunt, non rei datio, non si pecunia, vt precium, numeretur, sed conuentio, & tractatus, de re, & precio.
62. Emtio & venditio & diuisio nunquã sunt idẽ.
Diuisio habet vicem emtionis. ibid.
63. Diuisio habet quandam similitudinem, cum emtione & venditione.
64. Aliud est: esse emtionem & venditionem; aliud rursus habere, pro emtione et venditione.
65. Simile nullum est idem.
66. Simile omne est dissimile.
67. Emtio & venditio: & diuisio, in plurimũ differunt.
68. Diuisio sapit quandoq;, naturam vltimarum voluntatum.
69. Emtio & venditio, ad naturam vltimarum voluntatum, accedere nequit.
70. Diuisio, ad instar transactionis est, cuiusq; vicem, per omnia obtinet.
71. Diuisio omnis, est quoq; simul transactio: & quidem propria & n. 72.
73. Remed. l. 2. C. de resc. vend. in diuisionibus, non obtinet, si in diuisione, simul transigatur.
74. Interpretatio ad Molin. in consuet. paris. tit. 1. §. 22 n. 69. vers. & pro resolutione.
75. Incipule est, de lege aliqua iudicare, tota lege nondum perspecta.
76. Verbum cedendi, & concedendi, pertinet quãdoq;, ad contractus innominatos.
Verbum cedendi, & concedendi, generaliter vendendi verbo non est. ibid.
77. Verbum vendendi, prædicatur de omnibus contractibus commutatiuis.
Etiam in ys, quæ restrictius interpretari solemus, veluti sunt statuta n. 78.
79. Præsupposito amoto, corruit assertio.
80. Contractus de emtione propriè sic dicta, accipi nequit: etiamsi vendidit verbum, in eo legatur, si præterea nulla ibidem, precy fit mentio.
81. verba: vertrag/vergleichung/abhandelung/ sunt verba specialia, quæ aliud nihil, quam transactionem indicant.
82. Paria sunt non dicere, & non probare.
83. Probati vbi debet: ibi iuris præsumtionem aliegasse, satis non est.
84. Exceptiones certæ sunt, quibus, si quis communitus fuerit, litem contestari, non tenetur.
85. Exceptiones, litis ingressum impedientes, si amplius, eum effectum non habuerint, vt litis contestationem præcedere possint: frustra tam data erunt leges omnes, de exceptionibus litis ingressum impedientibus, sequentes.
86. Lagẽ etsi dura sit, tamen ita scriptã esse sufficit.
87. Exceptiones litis ingressum impedientes, multò fortius quoq; impediunt, quò minus ad probationes faciendas, accedatur.
88. Rationem diuersitatis nullam assignare, & interim dicere, hoc ab illo diuersum est, miserorum est refugium.
89. Fallacia non causæ, vt causæ, labasfere efficit argumenta, quibus inest.
90. In remedio l. 2. C. de resc. vend. expensæ meliorationum, omninò restituendæ sunt.
91. Liberalis nemo, in necessitatibus positus, censetur.
92. In læsione, quæ in medietate consistit, nec eam, etiam in nummo excedit, cessat l. 2. C. de rescind. vendit.
93. Consequentia mala est: noluit Mœuius venditori rem, pro qua, mille ducenta dederat, pro bis mille quadringentis cedere: Ergo venditor læsus est, vltra dimidium.
Plus, vbi est in conclusione, quàm in præmissis, ibi argumentum constare nequit. ibid.

94. Cau-

94. *Causæ plures, rei vnius esse possunt, & potentior ex his, effectum perficit.*

95. *Emtor, plures habere potest causas, quarum ratione, à re discedere nolit, etiamsi duplo maior, offeratur ei precium.*
Interest nostra, vicinos fundos habere. ibid.

96. *Non pbat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse.*

97. *Inuitus, ad venditionem rei suæ, nemo cogi debet.*

98. *Interesse voluntatis, seu ne quid, contra voluntatem nostram, facere compellamur, leue dicendum non est.*

99. *In remedio l. 2. C. de resc. vend. in arbitrio victi situm est, vel rem controuersam dimittere, vel rem, de qua lis erat retinere, & id, quod iusto precio deest, supplere.*

100. *Oblatio verbalis, nunquam sufficit.*

101. *Retortio optimus, contrariorum dissoluendorum modus.*

102. *Venditoris, ob dupli precij oblationem, emtionem rescindi petentis, improba est petitio.*

103. *Precia rerum ex varietate temporum, & rei qualitate, atq; reditibus, crescunt atq; decrescunt.*

104. *Emere fundos, qui bono aliquandiu patrefamilias, caruerant, & ob id, inculta iacuerant, sæpius consultum est.*
Experientia rerum magistra. ibid.

105. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. locus non est, ob incrementum rei, post contractum accedens, etiamsi id incrementum, emtor, nullo suo facto, excitarit: etiamsi item tantum sit, vt si præsentem rei statum, intuitus fueris, precium, ad dimidium iusti, non accedat.*

106. *Prouerbium: sorex, se suo prodit iudicio.*

107. *Æstimatores, valorem rei, rectè non probant.*

108. *Interpretatio ad Angel. ad l. precia rerum. n. 3. in fin. ff. ad l. Falcid.*

109. *Æstimatores eligi debent, à partibus, etiam, cum de rei valore probando, in eum finem agitur, vt de læsione, vltra dimidium, edoceatur Iudex.*

110. *Æstimatoribus discordantibus, Tertius eligitur.*

111. *Æstimatores eliguntur à partibus, etiam ex generali omnium terrarum consuetudine.*

112. *Æstimatorum dictis, vel factis, absq; iuramento, fides nulla adhibetur.*

113. *Æstimatores, sub ingressum officij sui, semel iurare sufficit.*

114. *Clausula: nolo tacitè, aduersario meo, quicquam concedere, sed eis, ad quæ, in specie non responderam, generalia iuris, & facti contraria, oppono: cuius sit effectus.*

115. *Æstimatione, vt rei valor probari possit, oportet æstimationem fieri, vel in ipso contractu, vel paululum ante.*

116. *Consequentia mala est: anno 1578. feuda l. vendebantur, millibus vndecim: Ergo millia vndecim, anno 1590. iustum eorundem feudorum, sunt precium.*

117. *Æstimatio vt valeat, adesse debet, præter æstimatores, certus commissarius, certus item adiunctus.*

118. *Argumentum à tempore, ad tempus, & in specie, à præterito, ad præsens, quomodo procedat.*

119. *Precium rei, ex tempore præterito, in præsens, quomodo rectè colligatur.*

120. *Tempus quatuordecim annorum, recens dici non debet.*

121. *In remedio l. 2. C. de resc. vendit. allegatione præsumtionum iuris, nihil proficitur.*
Nec in eo locus est, iuramento suppletorio. ibid.

122. *Probationibus vbi opus est, ibi iuris præsumtiones, nihil valent.*

123. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. ad res incorporales non pertinet.*

124. *Rei appellatione, veniunt etiam iura, & actiones.*

125. *Fundi appellatione, iura, & actiones non veniunt.*
Fundus quid. ibid.

126. *Argumentum firmum, ex verbis enunciatiuis non depromitur, maximè autem in contractibus, & cum aliud ostendunt, verba dispositiua.*

127. *L. 2. C. de resc. vend. à Diocletiano, & Maximiniano lata est, inter annum Christi 286. & 305.*
Diocletianus, & Maximinianus, rerum diutius potiti non sunt, quàm ab anno Christi 286. vsq; ad annum 305. ibid.

128. *Feuda inceperunt, post irruptionem demum Longobardorum, in Italiam.*

129. *Longobardi, profectionem in Italiam, anno Christi 568. ipsis Kalend. April. susceperũt.*

130. *Longobardi, à Narsete, vt in Italiam irrumperent, instigati fuêre. Narses euocans Longobardos, vlcisci voluit iniurias, sibi à Sophia Imperatrice, muliere stolida, illatas. ib.*

131. *L. 2. C. de resc. vend. ad feuda extendi nequit, cum trecentis antè annis, lata sit, quàm feuda orirentur.*
De feudis, si Diocletiano, aut Maximiniano rediuiuis, quicquam narraretur, feuda monstrum aliquod esse, putarent. ibid.

132. *Natura nouas quotidiè, edere formas, deproperat.*
Legum veterum laqueis, innodata non sunt, quæ postea emergunt. ibid.

133. *Natura nouitatibus subindè vtitur, vnde, ad opus quoq;, multarum legum, legislatorem protrahit.*

134. *L. 2. C. de resc. vend. vt potè, quæ emtores, possessoresq; rerum, inquietos efficit, fauore digna non est.*
Remedio l. 2. C. de resc. vend. nemo in toto Galliarum Regno, vti potest, nisi impetrata prius, à Rege venia. ibid.

135. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. in Gallijs, venia etiam, à Rege impetrata, vltra duodecim attamen annos: apud Lusitanos vltra quin-*

ira quindecim, & apud Hispanos, vltra quatuor annos, non durat.

136. Remedium l. 2. C. de resc. vend. inter populos Beticæ prouinciæ, qui Hispalim accolunt, in totum, abrogatum est.

137. Remedium l. 2. C. de resc. vend. potius coërcendum est, quàm vt, ad nouas rerum species, trecentu annis post primum ortas extendatur.
Odia astringi oportet. ibid.

138. Fundi appellatione, non venit feudum.
L. 2. C. de resc. vend. vtitur fundi vocabulo, & per consequens, feudum, in sua dispositione, non includit. ibid.
Erubescimus sine lege loqui. ibid.

139. Rationes, pro libitu cuiusq; excogitare, flatim pro lege, cols non debent.

140. Ius commune sequendum esse, etiam in feudalibus, quando iura feudalia, aliud non sanxerant, quando verum.
Remedium l. 2. C. de resc. vend. locum habere in feudis, iuris feudalis compilator, exprimere debuisset. ibid.

141. Interpretatio ad c. ad nostram ext. de reb. Eccl. al. vel non & segq. numer.

142. Lex varios fortita intellectus, ad causarum decisiones, allegari non meretur.

143. Lex, seu canon omnis, interpretatione ita adumbrandus, vt conueniat Rubro, seu titulo, sub quo positus est.

144. Rubrica, seu titulus, clauis, vniuscuiusq; legis est.

145. De remedio l. 2. C. de resc. vend. textus c. ad nostram, ext. de reb Eccl. non al. non loquitur, sed de restitutione in integrum.

146. Ius Canonicum, præ ciuili sequendum, in feudalium decisionibus, quatenus verum.

147. Iuramento fidelitatis excepto etiam in causis feudalibus, ciuile ius, in foro ciuili: & Canonicum, in foro Canonico sectamur.

148. Frater maior diuidet, minor verò eligit, secundum sanctiones Canonici iuris.
Fallit in feudalibus n. 149.

150. Feudum in persona emtoris est nouum planè, in persona verò venditoris, extinctum prorsus est.

151. In remedio l. 2. C. de resc. vend secundum ius ciuile præcisè, ad rei restitutionem agitur.

152. Remedium l. 2. C. de resc. vend si in feudis locum haberet, cogeretur dominus, quem non vellet, contra iuris feudalis principia, vasallum agnoscere.

153. Fallacia consequentis committitur, cum non omnes partes enumerantur.

154. Libellus ineptus quis.

155. Libellus omnis, debet esse clarus, certus, atq; itu efformatus, vt reus, hinc certus fiat, an velit cedere, an cum actore manum conserere.

156. A libelli duplicitate, sedulò cauendum.

157. In libello, vocibus alternatiuis, item dictionibus, plus, minus, vltrà, rectè non vtimur.

158. Libellus in remedio l. 2. C. de resc. vend. rectè effformatus, & certi quid concludere debet.

159. Exceptio ineptitudinis libelli rectè obijcitur, etiam in remedio l. 2. C. de resc. vend.
Et opponi potest, etiam in instantia appellationis n. 160.

161. Libello inepto, respondere nemo tenetur.

162. Aduersus libellum ineptum, exceptiones aptè proponi nequeunt.

163. Exceptione, de libelli ineptitudine propositæ, totus cursus processus, sistitur.
Et ml præterea restat, quàm vt absoluatur Reus, & in expensas, condemnetur actor n. 164.

165. Libelli ineptitudo, destruit, atq; euertit omnia.

166. Libellus ineptus, ex probationibus non supletur.

167. Clausula: peto, ius, & iusticiam, mihi administrari, vindicat libellum ab omni ineptitudine.
Et quatenus id verum sit. n. 168.

169. Exceptio ineptitudinis libelli, in quacunq; iudicij parte, rectè obijcitur.

170. Exceptionem ineptitudinis libelli, primo loco opposuisse satius semper est.

171. Iuramentum respondendorum, rectè à Reo, actor non exigit, nisi prius se, iuraturus, iuramentum dandorum, obtulerit.

172. Iuramentum de calumnia, & iuramentum dandorum, & respondendorum, differunt.

173. Iuramentum de calumnia, in Camera Imperiali, iuratur, in termino secundo.

174. Iuramentum dandorum, & respondendorum iuratur, in quarto termino, in Iudicio Imperiali, quod Spiræ est.

175. Remedium l. 2. C. de resc. vend. instituens, non auditur, nisi paratum se esse ostenderit, præter precium ipsum, melioramentorum quoq; impensas, refundere.

176. In remedio l. 2. C. de resc. vend. locus non est, iuramento suppletorio.

177. In remedio l. 2. C. de resc. vend. quid articulandum, atq; probandum.

178. Consequentia non valet: multi erant, qui rem tanti emere voluerunt: Ergo emerun tanti.

179. Consequentia mala est: res tanti æstimata est: Ergo tanti vendi potuit.

180. Prouerbium: tax vnd anschlag kan ein jeder machen: aber Leute zuwegen zubringen, so drauff kauffen / ist nicht eines jeden thun.

181. Prouerbia, ad causarum decisiones, rectè allegamus.

182. Bona millibus septem æstimata sæpius pro tribus tantum, distracta fuere.
Experientia rerum magistra.

183. Precium rei, vilescit ex paucitate emtorum.

184. Precium res iustum, ex vnius alterius ue licitatoris calore, rem plus iusto licitantis diffiniendum non est.

185. *Aliud est æstimatio, in id susceptu, vt ostendat rei valorem, aliud item, ipsa emtio, & ven-*
186. *Separatorum separata ratio est.* (*datio.*
187. *Probari id non debet, quod probatum, non releuat.*
188. *Æstimatio rerum, variatur ex diuersitate locorum.*
189. *Frumenti precium hereditarium* (im Erbkauff) *aliud est, in Neomarchia, aliud in Marchia media.*
190. *Fallacia amphibologiæ, euertit libelli, cui inest.*
191. *Transactio strictis iuris est.*
192. *Stipulatio strictis iuris est. Quantumuis bonæ fidei contractibus apponatur. n. 193.*
194. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. si locum, aduersus transactionem haberet, oporteret tamen tunc, vt non alternatiuè, sed simpliciter, ad rei restitutionem, concluderetur.*
195. *Rescindens, & rescissorium iudicium, in eodem libello, cumulari nequeunt.*
196. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. cum restitutione in integrum, cumulari nequit.*
197. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. agens, contractum autem rescindi petens, omninò succumbit.*
198. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. agens, narrare debet, qualiter errore seductus, tantam læsionem incurrerit.*
199. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. vsuræ precij eius, quod suppletur, peti nequeunt.*
200. *Fructus, nec percepti nec percipiendi restituuntur venditori, qui, dum ex l. 2. C. de resc. vend. egerat, vicerat.*
Nec distinguitur, inter fructus perceptos ante, & perceptos, post litem contestatam. n. 201.
202. *Libellus ineptus, ex officio reijciendus est.*
203. *Libellus ineptus, dantibus lacerandus est.*
204. *Vitia duo, vno plus nocent.*
205. *Libellus, decem vitijs scatens, meritò decies quoq; lacteratur.*
206. *Remedium l. 2 C. de resc. vend silet prorsus, in transactionibus.*
207. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. in transactionibus, locus non sit, etiã in Camera Imperiali.*
208. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. locus non est dandus, in transactionibus, etiamsi transactione iam perfecta, noua reperirentur instrumenta, vnde enormem læsionem subesse, apparere inciperet.*
209. *Barbarè enuncianda, quæ barbarè, & nulla veritatis ratione ducta, temerè, contra ius asseruntur.*
210. *Doctorum pauperum, & pœnitentiarum est, ex genericis traditionib. causam diffinire velle.*
211. *Prouerbium: crambe, bis cocta, non est apponenda.*
212. *Transactionum substantia, in tribus omninò versatur, & quæ illa sint.*
213. *Transactio subsistit, etiamsi in præsentia, lis nulla existat. sed probabiliter timeatur, ne non lis paulò post, quacunq; de causa oriatur.*
214. *Transactio, non requirit litem actualem, sed virtualem sufficit.*
215. *Transigi potest, etiam super controuersia. Controuersia dicitur tum de eo, de quo in iure, quam de eo, de quo extrajudicialiter, disceptatur. ibid.*
216. *Prouerbium aduersus Cretenses, Æginetam, in actum producere. Transigi potest, de quacunq; re dubia. ibid.*
217. *Mediatores, rei controuersæ, adhiberi non solent. Mediator quid. ibid.*
218. *Syllaba, in contractibus, otiosè appositæ esse non debet.*
219. *Ponens confiteri censetur, ea quæ ponit.*
220. *Lis, ad stabiliendum transactionem quod attinet, satis subesse dicitur, si controuertatur, de bonorum diuisione.*
221. *Discordia, communionis est filia.*
222. *Diuisio, parit concordiam, tumultus, & turbas sedat.*
223. *Argumentum, à communiter accidentibus, probabile, frequens, & vsitè est.*
Sed &, in materia probationum, necessario concludit n. 224.
225. *Communio bonorum, vbi subest, ibi tantum litis, semper superest, vt propterea, ad diuisionem, rectè accedatur.*
226. *Argumentum, à possibili, ad ineptè, non valet.*
227. *In communione nemo inuitus, stare cogitur.*
228. *Prouocatio ad diuisionem, causa satis est, ad transigendum.*
229. *Turpe Doctori est quem ipsa culpa redarguit.*
230. *Consequentia mala est: ingens de facto, potest repelli à limine iudicij: Ergò repelletur.*
231. *Absq; actione agentem, à limine iudicij repellere, in mero tui dicentia ex bitrio, positum est, qui, si id non fecerit, reprehendi nequit.*
232. *Iudicis potestati, quicquid permittitur, non statim, iuris necessitati supponitur.*
233. *Causa etiam pessima, & quæ laborat, contra transactionis fidem, suos meruit patronos.*
234. *Doctori nihil alleganti, credendum non est, etiamsi fuerit celeberrimus.*
235. *Transactio valet, etiamsi ineatur, non ratione ipsius rei, sed litis, rei tantum occasione exorta.*
236. *Transactio valet, qua tu ius ad rem dimittis, ego tibi verò vicissim, decem numero.*
237. *Diuisionis omni inest, transactio, & e diuerso.*
238. *Absurdum quid.*
239. *In transactionibus, mediatores longè sapius, quàm in aliis contractibus interueniunt.*
240. *Mediator, & proxeneta, differunt.*
241. *Proxeneta alio nomine, dicitur parator, & conciliator. Proxeneta quid. ibid.*
242. *Proxeneticum salarium, vnde dicatur.*
243. *Philantrophum quid.*
244. *Argumentum à proxenetis, ad mediatores non procedit.*
Diffinitio, cui non competit, nec diffinitum. ibid.
245. *Proxenetæ sordidum genus hominum sunt.*

246. *Tra-*

246. *Proxenetarum officio, cerdones, & veteramentarij: in Poloniæ Regno, Iudæi defunguntur.*

247. *Proxeneta, non est mediator simpliciter, sed quodam tantùm modo.*

248. *Argumentum, ab eo, quod est secundum quid tale, ad id, q; est simpliciter tale, non ꝓcedit.*

249. *Proxeneta dicitur quoq; Mercurius communis, & proximè magis, ad mediatoris, quàm ad testis naturam, accedit.*

250. *Confessio aduersarij, fortior est, reliquis omnibus, probationum generibus.*

251. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. locus non est, etiamsi quis, pro re valente mille, centum tantum accepisset.*

252. *Respondentes de iure, rabulas agere non debent.*

253. *Parcius, de iure respondentes, viris, vitia sua, obijcere debent.*

254. *Doli coniecturas, allegare non sufficit, nisi eæ, plenissimè comprobentur.*
Etiam eo casu, cum ex dolo læsio enormissima, probari debet. n. 255.

256. *Tempore egemus, vt rectè geramus omnia.*

257. *Tempus sex mensium, dicitur tempus dimidiũ.*

258. *Heres ad deliberandum, an hereditatem adire, an verò repudiare velit, nouem tantum menses habet.*

259. *Tempus nouem mensium, heredi ad deliberandum datum, coarctari adhuc, per Iudicem, etiam sine causa potest.*

260. *Heres antequam deliberat, cognitas hereditatis vires non habet.*

261. *Valorem rei rectè addiscimus, ex librorum censualium inspectione,* aus den Erb vnd zinßregistern.

262. *Festinanti nimis, in re quapiam peragenda, morem gerere non tenemur, quin potius, eum increpamus, quo ab incæpto suo præpostero desistat.*

263. *Ad transigendum nemo cogi potest, ne à magistratu quidem.*

264. *Mediatores imperitos, si quis dixerit, sibi id imputabit.*

265. *Turpitudinem propriam allegans, audiendus non est.*

266. *Scienti, & consentienti, de dolo & iniurijs querela, competere non potest.*

267. *Aliud est cum Iudex, vel Mediator, quid facit per imprudentiam, aliud item, cum illijpsi per sordes, dolo, precioq; corrupti, quid facere aggrediuntur.*

268. *Tale propter quod vnumquodq; est, illud multo magis tale est.*

269. *Doli allegatio omnis cessat, si transactio fuerit celebrata, interuenientibus viris, nobilitate, dignitate, experientia conspicuis, transactio ad hac palam, celebrata fuerit.*

270. *Actoris, vel accusatoris assertionibus nudis, standũ si foret, nemo posthac, innocens erit.*
Testis nemo idoneus, in causa propria. ibid.

271. *Terminus probatorius, litis contestationem sequitur, non autem præcedit.*

272. *Litis contestatio vbi exclusa est, ibi multò magis, productio, examinatio, & probatio per testes, exclusa erit.*
Antecedente destructo, consequentia multo magis destruetur. ibi.

273. *Testis vnicus nil probat, in re graui, et ardua.*
Etiamsi esset, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. n. 274.

275. *Testis vnicus, probat semiplenè.*

276. *Ad iuramentum suppletorium legitima probationis, quod dicitur, peruenitur, facta probatione semiplena.*

277. *Consequentia mala est: ille, aut ille, vt id attestaretur, in testem productus est: Ergo, deposuit id, cuius gratia producebatur.*
Argumentum à possibili tollitur per aliud possibile. ibid.

278. *Testis, omni exceptione maior, non est is, quo altera partium, amicissimè vtitur.*

279. *Testis amicus, semiplenè non probat.*

280. *Iuramentum in supplementum, nunquam ob testis vnici asseuerationem defertur, nisi is omni exceptione maior fuerit.*

281. *Iuramentum in supplementum, non defertur in causis, in quibus agitur, de fama bona, existimationeq; alicuius.*

282. *Dolus, per iuramentum in supplementum, non probatur.*

283. *Iuramentum in supplementum non defertur, nisi testis vnici, omni exceptione maioris assertio, necessariò concluserit.*

284. *Consequentia mala est: Caius, circa festum Iohannis Baptistæ, anno 89. diris se deuouit, si sempronium fefellisset: Ergo in transactione, inter illos, 15. Februarij, anni 90. inita, interuenit dolus.*
Syllogismus, habens quatuor terminos, deficit in forma, proindeq; constare nequit. ibi.

285. *Dolus superueniens inefficax est, ad retractãda ea, quæ diu ante, legitimè facta fuerant.*

286. *Dolus, qui ex longo interuallo, contractum præcedit, contractui innocuus est. Potuisset enim is, qui nunc, se dolo deceptum, conqueritur, de tota rei serie, plenè se, interea temporis, informare.*
Oppositum in opposito: idem quod propositum in proposito, operabitur. ibid.

287. *Protestatio trahi non debet, ad actum, qui protestationem interpositam, ex interuallo sequebatur.*

288. *Odia, astringenda sunt.*

289. *Dolũ omnem, remisisse censetur is, cui ab initio, insidiæ struebantur, si ex interuallo tanto, vt rem rectius, explorare potuerit omnẽ, post deinde, ad transactionem descenderit.*

290. *Doli suspicionem omnem abolet, amicorum, mediatorumq;, præsentia.*

291. *Contractus, quando, ob dolum rescindi debet, oportet talem adesse dolum, qui prudentissimum quemq; falleret.*

292. Transactio, dolo ex proposito facta, non rescinditur, ope remedij l. 2. C. de resc. vend. sed per actionem de dolo.
293. Sine actione nemo experitur.
294. Interpretatio, ad l. sub pretextu la. 1. C. de transact. & n. 297.
295. Doctoribus iuris, diuinare non licet, sed solida afferre debent, legum interpretationes.
296. Glossæ autoritas, magna est.
298. Doctorum annotatiunculæ, precij alicuius non sunt.
299. Superfluum quid, in iure esse non debet.
300. Dolo ex proposito interuenire, ad contractus rescissionem non datur remedium l. 2. C. de resc. vend. sed actio de dolo.
301. Dolus, vt ex lesione enormissima, rectè concludatur, oportet, lesionem in totū factā esse.
302. Dolus ex proposito, eo quod maior annis, vltra iusti dimidium lesus est, non colligitur.
303. Actio de dolo, biennio viuacior non est. Etiam tunc, cum ob dolum ex proposito, contractus rescindi debet. n. 304.
305. In actione de dolo præscribenda, non dies scientiæ, sed dies commissi doli, in considerationem venit.
306. In libello, quo agitur, vt contractus, ob dolum ex proposito rescindatur, diem commissi doli, exprimere oportet.
307. Stipulatio omnium contractuum fortissima.
308. In stipulatione non habetur ratio, enormissimæ lesionis, nec etiam l. 2. C. de resc. vend.
309. Vni, duo prepondérant.
310. Impedimenta duo, tantoq; magis viginti, fortiua impediunt.
311. Interpretatio ad pedillam, consentem aduersus stipulationem, l. 2. C. de resc. vend. locum esse. & n. 312. & 313.
314. Stipulatio, omnibus contractibus, ex stylo notariorum adijci solet.
315. Remedium l. 2. C. de resc. vend. non datur scienti, verum rei valorem.
316. Prouerbium: durum est, contra stimulum calcitrare.
317. Verisimilia quæ non sunt, falsitatis imaginem habent.
318. Præsumtio in eo, quod à verisimili, alienum est, fundari non potest.
319. Ad probandum id, quod verisimile non est, nemo admitti debet.
320. Præsupposium vbi non datur: ibi, non obtinet dispositum.
321. Ignorantia, ex lesione enormi, iuris tantum præsumtione, colligitur.
322. Verisimile per magis verisimile tollitur. Præsumtio fortior, tollitur per minus fortem. ibid.
323. Valorem verum, non ignorare eum, qui ea coram aspexit, conditionemq; eorundem explorauit, rectè concluditur.
324. Scientia veri valoris rei, aduersus ignorantiam, quæ ex enormi lesione deprimitur, malitiæ modis, edoceri potest.
325. Remedium l. 2. C. de resc. vend. denegatur illi quoq;, qui tantum præsumtiuè, verum rei valorem scibat.
326. Interrogationes à Iudice, regulariter, ante litem contestatam sunt.
327. Interrogationes à Iudice, fieri possunt, ante omnem libelli oblationem, quinimo antequam vlla instituatur petitio.
328. Interrogatus à Iudice, respondere debet, mediante iuramento calumniæ speciali, vel malitiæ.
329. Scientia veri valoris rei, ex commoratione aliquali in bonis, rectè concluditur, nec opus est, hāc triennalem, vel quadriennalem esse.
330. In probationibus multa iuuant, quæ singula non prosunt.
331. Precium hereditarium quod, reditibus bonorum feudalium, in Electoratu Brandeburgensi, constitutum sit.
332. Malitijs hominum, obuiam eundum.
333. Remota, ea rectè non dicuntur, quæ non nisi milliaribus sedecim, & in eiusdem Principis territorio, ab inuicem distant.
334. Remota illa dicuntur, quæ vltra mare sunt, & extra prouinciam, in qua quis habitat.
335. Ignorantia veri valoris rei, nunquam ex eo solum, quod res procul posita est, rectè concludetur.
336. Dictum Doctoris, secundum legem, quam allegat intelligendum.
337. Interpretatio ad l. nouum C. de hered. vel act. vend. & n. 339. 340. & 341.
338. Dietæ verbum, accipitur non de diaeta legali, sed de dieta, in regione vsitata.
342. Clausula, ex deliberatione matura: efficacior est clausula, ex certa scientia.
343. Remedium l. 2. C. de resc. vend. totum, in errore seu deceptione ex errore proueniente, fundatum est.
344. Opponi aduersus ea, quæ post deliberationem plenam, siue maturā sunt, nihil potest.
345. Deliberando, errare quoq; possumus.
346. Doctoris dictum, secundum legem, quam allegat, intelligendum.
347. Interpretatio ad l. de etate. §. ex causa. ff. de interrogat. act. & n. 348. Instrumenta non reperta esse, remedium l. 2. C. de resc. vend. non confirmat. ibid.
349. Geminatu ab actu, omnis procul remota est, suspicio erroris, & deceptionis.
350. Dispositio generaliter loquens, generaliter quoq; intelligenda ita, vt casum quoq; priuilegiatum, in se comprehendat. n. 351.
352. Contractum approbans, omnia eius pacta, & qualitates, simul, approbasse censetur.
353. Verba: bergestalt vnd also, indicant formam, siue hoc verba, affirmatiuè, siue negatiuè, dispositioni inserta fuerint. & n. 354.
355. Disputandum non est, cum iis, qui negant principia.

356. Pro-

356. *Prouerbium: incidit in scyllam, qui Charybdim, euitare vult.*

357. *In remedio l. 2. C. de resc. vend. nil prodest, probasse lesionem vltra iusti dimidium, nisi simul edoceatur, hanc, tempore contractus initi, adfuisse. Ampliatur, vt n. 358.*

358. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. excluditur, quantumuis haec clausula: Titius sciens, bona pluris diuendi potuisse, consultò attamen ea, minoris vendidit: contractui non inseratur.*

360. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. repellitur, ob solum verbum* wissentlich / *contractui appositum.*

361. *Vendidisse quem, ex necessitate causatiua, quando rectè dicatur.*

362. *Ad remedium l. 2. C. de resc. vend. excludendum, paria sunt, rei valorem verum scisse, vel de facili, scire potuisse.*

363. *Interpretatio ad VVesenb. conf. 52. n. 37.*

364. *Probatio nulla admitti debet, aduersus confessionem iudicialem, in scriptis factam.*

365. *Transactio, vt ob dolum rescindatur, oportet hunc dolum proficisci, ex subtractis, & occultatis instrumentis, vnde veritas rei addiscì debuerat, per aduersarium, fuisse eum, qui nunc de dolo, arguitur.*

366. *Dolus, quando culpae praeponderet.*

367. *Dolus, quando est causa remota, culpa verò causa proxima, tunc inspicimus culpam, & non dolum.*

368. *Causa proxima, & immediata: non autem remota, & mediata, inspicienda.*

369. *Doctor vnicus, quamuis excellentissimus, opinionem communem, non constituit.*
Opinio communis quid. ibid.

370. *Opinionem communem, in consulendo, iudicandoq, sequi tenemur.*

371. *Verba generalia legis, ita astringi oportet, vt habiles tantum, in se includant.*

372. *Sagax inhabilis est, qui remedio l. 2. C. de resc. vend. fruatur.*
Sagacem quem esse, & patisse vltra iusti dimidium laedi, incompatibilia sunt. ibid.
Professio tua, & desiderium tuũ discrepant ibi.

373. *Erratur longè facilius, in excessu modico, etiam à non sagace, quàm in eo, qui vltra iusti dimidium est.*

374. *Verba generalia, non porriguntur ad ea vsq, quae rationem diuersam habent.*

375. *Remedy l. 2. C. de resc. vend. beneficium, nouum est.*

376. *Lex correctoria, extra fines suos, trahi non debet.*

377. *Minor, de cuius sagacitate constat, propria facilitate laesus, non creditur, licet hoc aliàs praesumeretur.*

378. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. non dari sagaci, verum est, non tantum in sagacissimo, verumetiam in sagaci tantum: verum item est, quantumuis laesio, dimidium iusti, longè excesserit.*

379. *Ius poli, aut conscientiae, ad respondentem, de iure non pertinet.*

380. *Alexander Tartagni de Imola, obijt anno Christi 1477.*
Rustici, tempore Alexandri de Imola, iam sciebant, quod rem, vltra 400. ducatos valentem, pro 136. ducatis, vendere non deberent. ibid.
Rustici, tam astuti vti nunc sunt, tempore Alexandri de Imola, non erant. ibid.
Iuniores sunt perspicaciores. ibid.

381. *Rustici huius saeculi, astuti omnes esse, praesumuntur.*

382. *Homines hoc saeculo viuentes, omnes, astutos, sagacesq, esse, stat praesumtio.*

383. *Sagax quis rectè dicatur.*

384. *Confirmationes contractuum, in multis locis, non interponuntur, nisi id petierint amba partes, aut nisi pars absens, ad videndum confirmari, vocata fuerit.*
Id quod etiam obseruat\, Camera Imperialis. ibid.

385. *Stylus cuiuscunq, aulae, aut iudicij, valet derogare omni legi, constitutioni, & ordinationi.*

386. *Stylus, & obseruantia, ex instrumento non solenni, solemne efficiunt, & effectum plenae probationis, attribuunt.*

387. *In Marchia Brandeburgensi, quid opus sit, vt confirmationes contractuum, impetrari possint.*

388. *Confirmatio principis, instrumentis publicis, accensenda est.*
Instrumento publico stat ur. ibid.

389. *Princeps diuinare non potest, hunc, vel illum contractum, celebratum esse, nisi ei, contractus instrumentum, exhibitum fuerit.*

390. *Consequenti concesso, antecedens concessum esse, omninò oportet.*

391. *In instrumento contenta, intelligere non possumus, nisi prius, id instrumentum nobis exhibeatur, nosq, illud, legamus, & perspiciamus.*

392. *Stylus, & obseruantia, quibus introducitur, vt decretum, vel confirmatio, etiam in alienationibus rerum minorũ, in continenti, & absq, alia causae cognitione, interponantur, valent.*

393. *Causae cognitionem praesisse, constat ex eo, quod decretum vel confirmationem adesse, appareat.*
Extenditur n. 394.

395. *Cum causae cognitione, illud etiam geri, rectè dicitur, quod summariè fit.*

396. *Cum causae cognitione aliquid fieri potest, etiamsi pars aduersa non vocetur.*

397. *Ter regulas genericas, occurrentes controuersiae, aptè non diffiuntur.*
Regula: nulla ferè est, quae non plerunq, subuertatur. ibid.

398. *Negatiua probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*

399. Negatiua probanda est ab eo, qui negat id, quod iuris præsumtionem pro se habet.
400. Speculator, pater præluces.
401. Argumentum à Notario ad Principem, negatiue non procedit.
Argumenta ab inferiore, ad superiorem, negatiue deducere, licitum non est. ibid.
402. Notary sæpius sunt homines obscuri, & vilissimi.
Princeps & Notarius, eadem iure, censeri non debent. ibid.
403. Notario attestanti, causæ cognitionem adhibitam fuisse, standum.
404. Confirmatio Principis valet, etiam absq; eo, quod Princeps, de valore rerum maioris, quarum gratia, confirmationem interponit, certiorem sese fecerit.
405. Ernbescimus, sine lege loqui.
406. Transactio pro sui substantia, non requirit cognitionem, de valore vel precio.
407. Causæ cognitionem excludi, per temporis brevitatem, quomodo verum.
408. Causæ cognitio, ex temporis angustia, nunquam remouetur, si Iudex confirmans, habuerit de re confirmata, notitiam prius, quàm ab eo, confirmatio peteretur.
409. Donator, non præsumitur ignorare, qualitates rerum, quas donat, maximè si has ipse, autoresq; eius, circiter ducentos annos, possederint.
410. Causæ cognitioni, temporis brevitas non obest, siquidem id, quod in causæ cognitionem veniebat, tale erat, de quo illicò, confirmans, cognoscere poterat.
411. Separatorum, nulla est communitas.
412. Interpretatio ad Paris. cons. 85. n. 49. vol. 3. & Mascard. concl. 486. n. 25.
413. Paria sunt fieri aliquid, ex plenitudine potestatis, & fieri autoritate regia, vel iure superioritatis.
414. Clausula: omnia, quæ contra sunt, sint irrita, cuius potestatis.
415. Plenitudo potestatis Principis, iusta non efficit, quæ iniqua hactenus fuerunt.
416. Praxis optima, legum, iurisq; interpres.
417. Praxis maximi semper facienda, atq; attendenda.
418. Praxis, effectus mirabiles, clausulæ plenitudinis potestatis, & his similibus, vbiq; terrarum tribuit.
419. Decreto, in maiorũ contractibus, opus non est.
420. Decretum idem quandoq; est, quod principis confirmatio.
421. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. tollitur per superuenientem decretum Iudicis, ex receptiori.
422. Decretum Iudicis, etiam ex illorum traditione, qui hoc, remedium l. 2. C. de rescind. vend. non tolli sentiunt, afficit tamen, ex hoc remedio agentes, clariori adhuc, probationis onere. Maximè si decretum Iudicis, apponebatur in contractibus, qui sui natura, hoc non requirebant. n. 423.
424. Opinio communis est, in cuius confirmationem, Doctores plures, adduci possunt.
425. Transactio, pluribus apochis confirmata, non infringitur, etiam per lesionem, iusti dimidium excedentem.
426. Speciale aliquid dicere, interim autem nullam, specialitatis rationem assignare, miserorum refugium est.
427. Geminatio semper, ius, à simplici diuersum, introducit.
428. Geminatio actus, semper coniunctam habet, deliberationem, consequenterq; scientiam rei veram.
429. Geminatio idem potest, quod iuramentum.
430. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. cessat, si in eodem venditionis instrumento dicatur: & quod plus valet: dono.
431. Dubio forsitan, incertitudinis nota est.
432. Per sortem verbum, respondent sæpè periti. Et quomodo id verum. n. 433.
434. Dubio fortè, ex proprio suo significatu, nihil affirmat, etiam dum legislator, ea vtitur.
435. Geminatio, vt effectus suos adipiscatur, longum temporis internallum, non desiderat.
436. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. tunc maximè, ob geminationem cessat, si ad hanc, cursus, decem, vel viginti annorum, accesserit, & singulis annis, vel tertio, aut quarto quolibet anno, nouus actus confirmatorius, interuenerit.
437. Instrumenta, nouè se reperisse affirmans, iuramento suo, id probare tenetur.
438. Instrumentum nouè reperta, regulariter, non retractatur.
439. Consequentia mala est: gessit quis ignorantia, errorisue deceptus, primum actum: Ergò, ignorantia, erroresue, seducebatur quoq;, cum secundum, tertium, quartum, quintum, sextum actum, celebraret.
440. Cogitationes posteriores, semper sunt prudentiores.
441. Aduersus geminatum, tantoq; minus sextuplum actum, erroris, ignorantiæue allegatio, non admittitur.
442. Mulier, percussa à marito, eo quod ad certum contractum, consensum adhibere nollet, si postea, quantumuis ex interuallo, consenserit: censetur attamen id fecisse, ob eundem verberum metum.
443. Metus, quem maritus incusserat vxori, vapulando eam, tollitur, per liberam cohabitationem vxoris, per annum, & dimidium, aut per breuius etiam tempus, Iudicis arbitrio diffiniendum.
444. Actus trigeminus, tantoq; magis sextuplus, maioris quàm geminatus, est efficacis.
445. Pharmacopolæ mali, quid, pro quo, pharmacis commiscere solent.

446. Ge-

446. Geminatus consensus, minori, non aufert, remedium l. 2. C. de resc. vend.

447. Venditio tunc demum, semel perfecta esse dicitur, si idem consensus, tempore conuentionis, tempore numerationis precij, & tempore traditionis rei assuerit.

448. Immobilia bona, etiam hodiè sæpius parata pecunia, emuntur.

449. Consequentia mala est: remedium l. 2. C. de resc. vendit. cessat, ob consensum geminatum: Ergò totaliter cessat.
Remedium l. 2. C. de resc. vendit. locum habet, in omnibus, bonæ fides contractibus. ibid.

450. Consequentia mala est: remedium l. 2. C. de resc. vend. cessat, siquidem solutio statim non fiat, ob iteratum, in diuersis terminis solutioni dictis, interuenientem consensum: Ergo nullus amplius huius remedij usus est.

451. Absq; vsu remedij l. 2. C. de resc. vend. constare potest Respublica.

452. Ante remedium l. 2. C. de resc. vend. promulgatum, status Reipub. Romana, erat florentissimus.
L. 2. C. de resc. vend. lata est, à Diocletiano, & Maximiniano. ibid.
Diocletianus, & Maximianus, 189. annis, Traiano posteriores sunt. ibid.

453. Respub. Romana, tempore Traiani in maximo fuit flore.

454. Hispalim accolentes populi, l. 2. C. de resc. vend. exterminarunt.

455. Prouerbium: quem DEVS amat, huic Hispali, domum, & victum, largitur.

456. Geminatus consensus, ipsum remedium l. 2. C. de resc. vend. sollit, & non solum præsumtionem deliberationis maioris operatur.

457. Petitio principij, destruit, quibus inest argumenta.

458. Contrarietas Doctoris, maximè si ea deprehendatur, in responsis iuris, arguit nequitiam.

459. Contrarietas, quo crebrior est, eò magis reprehensione digna est.

460. Remedium l. 2. C. de resc. vend. definit, siquidem in contractu celebratione, amici, mediatores sj, interuenerunt.
Improbitatem suam detegit, qui contractum, in quo præsentes erant mediatores, atq; amici, etiam ob lesionem, vltra iusti dimidium, rescindi petit. ibid.

461. Interpretatio ad Cephal. cons. 210. n. 83.

462. Interpretatio ad Boërium decis. 100. n. 9.

463. Interpretatio ad Panthaleonem Cremensem ad l. 2. n. 108. & nu. 110. C. de resc. vendit.

464. Interpretatio ad Ruin. cons. 140. n. 10.

465. Interpretatio ad Pinel. ad l. 2. p. 2. 6. 2. n. 22. C. de resc. vend.

466. Interpretatio ad Gomez. var. resol. lib. 2. §. 2. n. 23. ad fin.

467. Argumentum à metu, ad lesionem vltra iusti dimidium non procedit.
Metus semper, facili atrocitatem coniunctam habet. ibid.
Lesio vltra iusti dimidium, stare potest, etiam absq; vlla, facili atrocitate. ibid.

468. Lesione, vltra iusti dimidium probata, non tamen propterea probatur metus.

469. Interpretatio ad l. vlt. in pr. ff. de eo, quod met. caus.

470. Interpretatio ad l. etiam si patre ff. de minor. & seqq. numer.
Captiones, longè facilius, à pluribus anteuerti possunt, quàm ab vno solo. ibid.

471. Minor alio iure vtitur, quam maior annis.
Minor, mulier est fauorabilior est. ibid.

472. Argumentum, a restitutione in integrum, ad lesionem vltra dimidium iusti, non concludit.
Restitutio in integrum longè, quàm remedium l. 2. C. de resc. vend. pinguior est. ibid.

473. Restitutio in integrum, facilius longè, quàm remedium l. 2. C. de resc. vendit. locum inuenit.
Restitutio in integrum, datur etiam ei, qui rei valorem verum scit, l. 2. C. de resc. ven. remedium non tem. ibid.

474. In restitutione in integrum, faciliores longè sunt probationes, quàm in remedio l. 2. C. de resc. vend.

475. Separatorum, separata quoq; est, iuris determinatio.

476. Restitutio in integrum, illi deneganda, qui in contractu suo, amicos adhibuerat, quantumuis minor sit.

477. Paria sunt, non esse, & non apparere.

478. Generalitas transactionem. C. de transact. non patitur, discrimen inter amicos verum rei valorem scientes, & non scientes, constituere.
Restrictio dispositionis generalis, admittenda non est, vbi nullam eam suadet, vel lex, vel ratio. ibid.

479. Doctoris, etiam excellentissimo, credendum non est, si nullam dicti sui, rationem afferat.

480. Metus frustrà ab eo allegatur, qui metus causam dedit.

481. Argumentum ab æquiparatis, validum in iure est.

482. In lesione, vltra iusti dimidium, rectè dijudicanda, non solum quæ dabatur pecunia: verumetiam reliquæ omnes, rei qualitates considerandæ.

483. Precum rei minuunt, renunciationes, & alia clausulæ asperiores, contractibus inserte.

484. Precium rei imminuitur, si alienator eius, non inueniat facilè fideiussorem, qui pro eo euictionis causa spondeat.

485. Precium rei imminuitur, propterea quod res, procul, à loco domicilij nostri, dissita est.

Prouerbium: Oculus Domini pascit boues. ibid.
Prouerbia rectè, ad causarum decisiones, allegantur. ibid.

486. *Communiter, quod fieri solebat, nunc quod factum esse, creditur.*

487. *Interpretatio, pro illo faciendo non est, aduersus quem stant, verisimilitudines, & iuris præsumtiones.*

488. *Pecuniam suam nemo facilè, in emtiones bonorum, quæ sibi, cum alio communia futura sunt, conuertit.*

489. *Consequentia mala est: fundus Tusculanus, alys vicini fundis, vicinus est: Ergo carius eum, emere debet.*
Vicino fundo facilius longè caremus, quàm vt eũ nobis, cariori precio, acquiramus. ibi. Leges ad ea, quæ rarissimè eueniunt, adaptare non solemus. ibid.

490. *Precium rei, imminuit loci qualitas, in quo res sita est.*

491. *Marchia Brandeburgica Vladislai Loblici temporibus, à Polonis, Hungaris, & Lituanis, miserè deuastata.*

492. *Regula, per exempla, non astringitur.*

493. *Feudi noui portio, possessore eius, sine masculis decedente, ad simultaneè inuestitum deuoluitur.*
Etiam ex Marchiæ Brandeburgicæ constitutionibus.

494. *Læsum se esse, in conqueri non debet, qui hodiè, pro re aliqua 1200. accipit, si paulò pòst, situs non habens, nihil planè, pro eadem re accepisset.*
Precio, vel precibus, acquirere non debemus, quæ gratis adipisci possumus. ibid.

495. *Tempus totum, quod contractum sequitur, vbi de probanda læsione, vltra iusti dimidium, res est, in considerationem non venit.*

496. *Futurum omne despicitur, & præsentia, fructum suadent.*

497. *Morimur omnes.*

498. *Moritur semper citius, secundum naturæ ordinem, senex quàm iuuenis.*

499. *Mors iuuenum dicitur immatura: senium verò matura.*

500. *Familia, quatuor masculis, ex quibus tres iuuenes sunt, constans, durabilior longè, semper censetur, quàm ea, cuius caput, & finis, vnicus tantum masculus est.*

501. *Feudum in Marchia Brandeburgensi, nec alienari, nec hypotheca dari potest, nisi consentiant in id, inuestitus simultaneè, vel etiam is, qui tantum, in casum mortis possessorij, inuestitus est.*

502. *Iudex, iudicans contra consuetudinem regionis receptam, tenetur in syndicatu.*

503. *In læsione rectè æstimanda, inspiciendum est, an vsu alienatoris, desinere paulò pòst, potuisset.*

504. *Pro equo, quem Vassallus, domino feudi abit, ratione feudi: in Marchia Brandeburgensi, deducuntur Ioachimici mille, dum feudum alienatur.*

505. *Precium rei imminuitur, quantumuis is, in quem res alienata est, onera rei incumbentia, non nescierit.*

506. *Interpretatio ad l. 1. in fin. ff. de æd. emti, & l. si fundum. C. de euict.*
Dictum Doctoris, secundum legem quam allegat, intelligendum ibid.

507. *Sciuisse onera rei non nocet, quando non agitur, actione ad interesse, vel ad duplæ præstationem.*
Item non nocet, si ipse alienator, vel heredes eius, onera hæc, sibi vsurpare voluerint. & n. 508.

509. *L. si fundum. C. de euict. ex aliquorundam sententia, per l. vlt. §. vlt. C. com. de legat. correcta.*

510. *Sciuisse, onera rei incumbentia, ita demum nocet, si res aliena, scienter ematur.*

511. *Scienti onera rei, etiamsi non daretur actio de euictione, vel ad interesse, non tamen propterea, aliorum remediorum vsu, denegaretur.*

512. *Scienti onera, quæ res debet, datur nihilominùs exceptio & retentio.*

513. *Fundamentum intentionis suæ, quilibet probare tenetur.*

514. *Probatio nihil concludens, non solùm momenti nullius: verumetiam indigna est, quæ nomine probationis vocetur. & n. 515.*

516. *Scriptura priuata, subscripta à tribus testibus, habet vim instrumenti publici, instrumento publico, in omnibus standum. ibid.*

517. *In Marchia Brandeburgensi, pecunia ex feudo redacta, feudalis est: etiam alio pacto non accedente.*

518. *Pecunia ex re feudali redacta, secundum legitimas sanctiones feudalis non fit.*

519. *Syllabam frustra, in contractu adiectam, dicere non conuenit.*

520. *Pecuniam, quæ redigebatur, ex feudi alienatione, feudalem esse, multis antehac annis, pronunciarunt scabini Lipsenses.*

521. *Remissio æqualis spei, ibi intercessisse, dici nequit, vbi ex parte vna, stat vnus tantum, & præterea annos 50. natus: ex altera verò parte, quatuor, inter quos tres, ætate adhuc sunt integra.*
Senium incipit, à quinquagesimo ætatis anno. ibid.

522. *Homines quinquagenarij, ad generandum, inepti esse incipiunt.*

523. *Homo quilibet, infra quinquagesimum ætatis annum constitutus, aptus, ad generandum esse, creditur.*

524. *In valore rei, rectè determinando, inspiciendum est, an emtor remittat ea, quæ venditori grauia fuerant.*

525. *Pre-*

525. *Pretium rei imminuitur, propterea, quod non facilè quis ad eam, emtorem reperire possit, eò, quòd is, qui eam emit, in communione cum alio, stare cogeretur.*

526. *Pretium fundi, qui dominorum quatuor, vel quinq; est, non adaugetur, etiamsi ex his, quatuor, vel quinq; dominis, unus, fundi dominus esse desierit.*

527. *A venditore securo, quilibet libentius, carius emeret, quàm ab eo, qui non securus est, precio viliori.*

528. *Ratio, vbi amplior, & generalior dicto est, ibi ad amplitudinem rationis, extenditur quoq; dictum.*

529. *Pretium imminuitur, si is, in quem res transfertur, satisdicanda nullam, euictionis causa, ab alienante, exegerit.*

530. *Fideiussor dandus, vbi in limine contractus, imminet euictio.*
Isq; fideiussor cauebit, etiam de duplæ præstatione. n. 531.
Item non solùm, respectu eorum, qui nunc litem mouerant: verumetiam omnium eorum, qui fortè posthac, litem exsuscitare poterant. n. 532.

533. *Euictio, quando in limine contractus, imminere dicatur.*

534. *Actio ad duplæ præstationem, datur emtori quantumuis venditor dixerat, se de euictione, obligatum esse nolle.*

535. *Pactum inter emtorem, & venditorem, vt venditor, re euicta, in nulla re teneatur, efficeret, vt ne ad precy quidem restitutionem, obligatus sit venditor.*

536. *Minoris semper, æstimatur ius in re, quàm ipsa res.*

537. *Pretium rei imminuitur, propterea, quod tantum pars eius venundata sit.*

538. *Læsus is dici nequit, qui leditur, quò ad ius quærendum tantum, non autem quo ad ius quæsitum.*

539. *Marcelle nimium properas.*

540. *Reus vincere potest, propterea, quod actor, exceptiones litis ingressum impedientes, repellere non poterat.*

541. *Læsus nemo rectè dicitur, ob factum, quod se ab initio, ad lucrum, & commodum habere poterat.*

542. *Læsa ea puella, dici non potest, cuius tutor, paucules acceperat nummos, & transegerat, cum fideicommissario, dum innupta esset: quantumuis postea, hac liberos peperisset, læsam itaq; eam esse, si posterius tempus inspicias, vltra iusti dimidium, appareat.*

543. *Filia dotem recipiens, & patris viuentis hereditati renuncians, ob incertum, ab initio renunciationis euentum, remedio l. 2. C. de resc. vendit. vti non potest, licet eam læsam esse nunc, si tempus obitus patris respexeris, vltra iusti dimidium constiterit.*

544. *Conditio: si nupserit, dependet à casu.*

545. *Conditio: si liberos susceperit, à casu dependet.*

546. *Liberorum appellatione, in feudalibus, soli filij, continentur.*
Feudi omnis, de quo duo inuestiti sunt simultaneè, hac natura est, vt vno eorum, sine filijs, in fatis concedente, feudum sit, simultaneè inuestiti. ibid.
Idq; potissimum, moribus Saxonum, & vicentium in Marchia Brandeburgensi receptum, n. 547.

548. *Euentus, casusq;, futurus, plurimum potest, in rectè dijudicanda commoditate, & incommoditate, eius conuentionis, quæ inter duos, simultaneè inuestitos, de feudi translatione onerosa, fiebat.*

549. *Læsus is dici nequit, qui quantum satis est pecuniæ, acceperat, pro iure, quod frustra amissurus erat, si liberos non habet, licet nunc, ea pecunia, postquam filios susceperat, iusto precio non respondeat.*

550. *Inconuenienti vno dato, sequuntur infinita.*

551. *Feudum, & fideicommissum, iisdem regulis moderantur.*

552. *Ratio, vbi fortior adhuc militat, ibi idem ius statuendum.*

553. *Conditio: si sine liberis decesserit, fideicommissis omnibus, quibus ab descendentibus, grauantur, descendentes, inest.*

554. *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. cessat, si fundus, melior, post alienationem, factus fuerit.*

555. *Ex remedio l. 2. C. de resc. vend. agens, non auditur, nisi simul offerat, expensas etiam meliorationum, se restituturum.*

556. *Exceptione, quod melioramentorum, oblatio, facta non sit, repellitur is, qui instituerat actionem ex l. 2. C. de resc. vend.*
Quod de meliorationibus, quæ ponderis alicuius sunt, intelligendum, non de minimis. n. 557.
Minima non curat prætor. ibid.

558. *Læsum se esse, iure non conqueritur is, qui lites dubias, & periculosas effugit, quantumuis alleget læsionem, vltra iusti dimidium.*

559. *Pactum, ne de euictione teneretur, frustra adiecisse venditor, vel alius alienator, non videntur.*

560. *Timens, de lite futura, rumusculos vanos, veras lites subesse, confiteri videtur.*

561. *Optio rectè colligitur: si in instrumento dicatur, socium communium bonorum, bona tota retinere noluisse.*
Consequens qui vult, hunc antecedens velle, omninò necesse est. ibid.

562. *Ex*

562. *Ex instrumento aliquid asserere, quod in eo non continetur, temerarium est.*

563. *Venditor etiam eo casu, cui ille, nulla permittitur optio, vt vel bona communia vendat, vel emat, non admittitur tamen, etiamsi pretium duplum obtulerit, si rem, à possessore suo, auocare voluerit.*

564. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. proponens, narrabit Iudici, qualiter errore seductus, rem vltra pretio, quàm vt ad iusti dimidium accedere possit, alienarit.*

565. *Optio, vbi inter duo tantum facienda est, ibi nunquam ob electionem malam, contractus rescinditur. Quantumuis error iuris, vel facti præsto sit.*
Et quæ sit eius rei ratio ibid.

566. *Remedio l. 2. C. de resc. vend. non experitur Clericus.*

567. *Pacta seruare, omnibus, quotquot sunt, in orbe terrarum hominibus, ductum est.*

568. *Ecclesia, & membra eius, præ reliquis, iustitiæ cultrices, auctrices q; esse debent.*

569. *Calumniator dicitur omnis is, qui agit aduersus ea, quæ manus sua subscriptione, & sigillo, confirmarat.*

570. *Clericum agere, & calumniatorem agere, incompatibilia sunt.*

571. *Clericus miles, cœlestis militia dicitur.*

572. *Clericus cauere sibi debet, ne incessu, vestitu, moribus, dictis, vel factis, vllam committat turpitudinem.*

573. *Clericus abstinere debet, ab omni suspicione etiam, turpitudinis.*

574. *Clerici fugere scandalum, omnè debent.*

575. *Calumnia turpitudinem coniunctam semper habet.*
Calumnia sæpius infamiam secum trahit. ibid.

576. *Calumniator omnis mendax est.*

577. *Scandalum præbet laicus, si viderint clericis non denegari, sub prætextu lesionis enormis, vente aduersus ea, quæ post tot tractatus, interuenientibus amicis inierant, & sextuplo etiam consensu confirmarant.*

578. *Scandalum intus reconditum habent quæ fidei humanæ, bonoq; publico, ruinam minantur.*

579. *Clerici olim erant aurei, & ligneis vtebantur calicibus, hodie sunt ligniei, sed vtuntur calicibus aureis.*

580. *Argumentum, ab Ecclesia, ad Clericum non procedit.*
Ecclesia est mater religionis, vnde patrimonium eius, intactum conseruare, omninò addeces ibid.

581. *Vniuersitatis siue Ecclesiæ, alia habenda est ratio: alia item singularum personarum, eius vniuersitatis, aut singulorum Clericorum eius Ecclesiæ.*

582. *Interpretatio ad c. cum causæ & c. cum delecti, ext. de emt. & venat.*

583. *Ecclesia tenetur, non de lesione tantum vltra iusti dimidium, sed de ea etiam lesione, quæ vtra iusti dimidium consistit.*

584. *Ecclesia non debet recipere, etiamsi quis, ei vltrò, obtulisset plus, iusto precio.*

585. *Recipere se, contrahentibus licitum est.*

586. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. non datur clerico, siue enormiter, siue enormissimè is læsus fuerit.*

587. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. non datur nobilibus.*

588. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. vnicuiq; dari, an verum, & quomodo.*

589. *Pro lege protenus obseruandum non est, quod quisq; pro libitu, absq; legis ductu, excogitarat.*

590. *Dictio vnicuiq; astringi debet, vt tantum de habilibus, loquatur.*

591. *Dispositio legis generalis, & vniuersalis, ad habiles tamen, tantummodo astringitur & n. 592.*

593. *L. 2. C. de resc. vend. nona est, & antiqui iuris correctoria.*
L. 2. C. de resc. vend. ad Lupũ scripta est ib.
L. 2. C. de resc. vend. qui ad nobiles pertinere asseuerat, is edoceat prius, Lupum illum, ad quem lex hæc scribebatur, nobilem fuisse & n. 594.
Nobilium nemo, è cœlo delapsus est. ibid.
Nobilitas non præsumitur, sed probanda est. ibid.

595. *Lex noua, & correctoria, extra casum, in ea expressum, extendi non debet.*

596. *L. 2. C. de resc. vend. à venditore, extenditur ad emtorem, ex communi.*

597. *L. 2 C de resc. vend. ab ignobilibus, ad nobiles extendi non debet.*

598. *Princeps an vtatur remed. l 2. C. de resc. ven.*

599. *Argumentum à principe, ad nobilem, valdum non est.*

600. *Princeps vtitur iure minoris, & restitutionem in integrum, rectè postulat.*

601. *Nobilis iure minoris, non vtitur, nec in integrum restitutionem, impetrare potest.*

602. *Interpretatio ad VVesenbec. conf. 32. n. 22.*

603. *Stipulatio probatur, ex verbo promittendi, & tanto magis ex tactu manus, siue aus handgebener zusage.*

604. *Stipulatio sola, cursum l. 2. C. de resc. vend. sistere potest.*

605. *Nobilem, inter promissionem sub fide Christiana, & inter promissionem, quam verbis, manuq; data, confirmarat, distinguere velle, improbum est.*

606. *Nobilibus fidem fallere, graue est.*

607. *Posse non dicimur, quod honestè non possumus.*

608. *Rustici quidam Aurelianenses, inter fidem Christianam, & fidem simplicem Alemannam, distinctionem nullam faciebant, sed quicquid, sub vtraq; forma promiserant, fideliter exequebantur. Videatur Brenlæus.*

609. *Reme-*

609. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. an detur aduersus iuramentum. & n. 611.*

610. *In opinionum conflictu, etiam illa, quæ ab vno, alterone communia dicitur, non attenditur.*

612. *Iuramentum vnica tantum transactionis, vim habet.*

613. *Transactio geminata, nunquam ob læsionem vltra iusti dimidium rescinditur. Transactio geminata, iuramento fortior est. ibid.*

614. *Funiculus duplex, difficilius rumpitur.*

615. *Argumentum, à maiori ad minus affirmatiuè, non valet.*

616. *Actor, qui actionem aliquam proposuerat, ante omnia edocere debet, se talem esse, qui istiusmodi actione, rectè vti possit.*

617. *Actor, exceptiones litis ingressum præpedientes, replicationibus suis remoueat, aut accedere, ad intentionem suam probandam, nequit.*

618. *Remedium l. 2. C. de resc. vend. durat, ad triginta annos vsq;*

619. *Consilia collegiorum, quanti facienda.*

620. *In Collegijs, plerisq; Doctores rudes sunt. Ideoq; vix integrum Collegium, cum autoritate excellentis Doctoris, conferri potest.*

Etsi non dissitear, vir Nobilissime, atq; strenuissime, Domine, Collega, & Amice exoptatissime, me nonnihil perterritum, posse aquam allatum esse ad me, tot viros iuris scientia præstantissimos, quos ego maximi semper, siquidem de iure respondendum erat, facere hactenus solitus fueram, partes Aduersarij tui, G. à B. Canonici in H. capitulo, defendendas suscepisse illudq;, quod vt tuas partes tuerer, conscripseram iuris Responsum, clanculum arrosisse, aut potius arrodere annixos esse.

1 Cogitanti enim mihi hac de re, veniebat in mentem id, quod scriptum extat: pluris semper facienda facultatum, collegiorumq; integrorum, quàm vnici, quantumuis excellentissimi Doctoris, consilia atq; responsa *Veluti docent hoc nos. Abb. ad c. prudentiam. n. 4. ext. de offic. delegat. Lancil. Galiaud. ad l. centurio. n. 459. ibi Ferdin. Loaz. an addit. ff. de vulgar. & pupillar. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 1. tit. de testib. conclus. 4. n. 91. Gail. obser. 33. n. 3. lib. 1. Anton. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 9. n. 50. Dec. consil. 400. n. 1. Simon. de Proet. cons. 307. n. 15. vol. 1.*

2 Verebar itaq; ne non solus, tot viris, ætate, doctrina & experientia conspicuis, resistere posset. Cum vt in prouerbio est: Hercules vix, & ne vix quidem, aduersus duos, præualere queat. *Ernest. Cothm. cons. 40. n. 119.*

3 Verum, posteaquam ad ipsius Responsi lectionem sedulam, accessissem; & singula quæq; perlustrassem; Dominos Consulentes, quandoq; in facto ipso hallucinatos, sibi ipsis nonnunquam contradicere, plura scripsisse, in cuius confirmationem, nec legem nec autoritatem adduxerint, animaduertissem: cogitassem item sæpius etiam à singulis Doctoribus, aduersus Facultates, seu collegia Iureconsultorum in Academijs integra, feliciter arma induta esse, *veluti contra vniuersam Facultatem iuridicam Louaniensem facere aggressus est Carolus Molinæus, vt constat ex consilio eius 34. ante n. 1. volum. 1.*

Contra aliam item Facultatem iuridicam ipse dominus *Ernestus Cothm. d. cons. 40. n. 119.* (vt de domesticis exemplis, ne res inuidiæ pateat, nihil nunc afferam.)

Perpenderem quoq; 4 , quod canis non magnus, sæpius etiam tenere aprum visus sit: Secundum Ouidianum illud, *cuius mentionem faciunt Neuizan in syluul. nupt. lib. 5. n. 10. & Paul. de Mont. Pic. in l. Titia. cum testamento. §. Titia. n. 100. ff. de legat. 2.*

Sæpius etiam bonum dormitare Homerum, mihi in memoriam redegissem: *Verdicit Crem. ad l. 2. n. 125. & ibi Padill. n. 40. C. de resc. ven.* 5

Non solum totum recollegi me, animumque recepi: verùm etiam in spem maximam veni satisfieri posse omnibus, mediocri labore atq; industria, quæ ad adiuuandas partes B. Domini consulentes adduxerant.

Quod vt rectius perficiamus, rem bipartitò aggrediemur.

Et primò quidem videbimus, quid efficere valeant rationes istæ binæ, in quibus fundamentum Decisionis suæ, Domini Consulentes collocarant? I

Deinde quid de Resolutionibus, quos ad dubitandi rationes accommodarunt, sit sentiendum? Nam de ipsis dubitandi rationibus, vtpotè quæ eædem cum illis sunt, quas in priori Responso nostro afferebamus, videre operæprecium non est. II

I.

Et primò quidem tali argumento rem totam complecti posse, Domini Consulentes confidebant: Vbi adsunt requisita omnia ad Remedium l. 2. C. de resc. vend. introducendum, necessaria, ibi cessare id remedij impossibile est.

Hîc adsunt requisita omnia.

Ergo cessare in præsens, hoc remedij impossibile est.

Sanè: etsi non habeam, quo impugnem 6 propositionem maiorem: Etenim causis efficientibus omnibus positis, effectum non sequi, per rerum naturam, impossibile est per tradita. *Euerard. in top. in loc. ab eff. eor. quæ sim. ad esse requir. n. 1. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 44. & 45. & c. 21. n. 4. Valent. Franc. in tr. de fideiuss. or. t. 4. n. 3. arg. 6. cum cessante. ext. de appellat.*

Mino-

Minorem tamen propositionem, quam illi verissimam iudicant, ego falsissimam statuo.

Etsi enim ipsi adesse hîc, emtionis venditionisq; contractum, verum & perfectum: item læsionem vltra dimidium iusti, item rem immobilem, seriò affirment: illudq;, vt ostendant, manibus pedibusq; enixè elaborent, nos tamen, ni plurimum fallimur, verè & iuridicè, adesse hîc transactionem veram, genuinam, & propriam, atq; sic talem contractum, in quo remedio l. 2. C. de resc. vendit. locus nullus relictus est: de læsione item vltra dimidium iusti precij, non constare: & deniq; non ipsam rem immobilem, sed tantum ius in re, per transactionem Dn. K. obuenisse, recte nuebimur.

Adduco autem in id, ipsas transactionum literas, vtpote cum in ijs syllabatim expressum legatur: Das J. von K. vnd G. von B. auff dato der vorgleichunge / wegen solcher gesambten güter mit beyderseits reiffem raht / vnd gutter bewilligung von einander gesatzt vnd zu grunde verglichen.

Item paulò pòst sequitur: Sie sein also vergliechen / das B. dem von K. alle vnd jede seine anforderunge vnd gantzes Recht / so er vermöge Churf. G. angefeiß vorschreibung vnd gesamten hand / an solchen Lehengütern gehabt / nichts durchaus außgenommen / erblichen verkaufft / cedirt vnd abgetreten.

Item paulò pòst: K. solle B. noch diese woche bey auffgerichtem vortrage zuzehlen 300. Thaler.

Item fast zu ende stehet: Dieser vergleichungen sein zwey eins lauts verfertiget / vnd zu papier bracht.

Adduco rursus, ipsas B. apochas quarum vna, quæ 20. Februarij Anno 90. dabatur, ita habet: er habe der getroffenen vergleichunge zu folge / die ersten 300. Thaler empfangen.

Altera verò ita loquitur: jhme B. sein abermalen / wegen der getroffenen abhandelung vnd vergleichung 300. thaler / vermüge des darüber auffgerichten vnd besiegelten vortrages / erleget vnd bezahlet. Signabatur illa 4. Octobris, anni 90.

Adduco tertiò Epistolam quandam B. quam ad V. à VV; Martis post Iudica anni 90. dederat. Nam & in ea legitur: er sey mit K. der angefallenen güter halben verglichen / vnd neme ein stück geldes darfür.

Adduco deniq; literas Reuersales ipsius K B. 22. Februarij anni 90. datas, vbi rursus tractatus hi, ein vorgleichung / ein vortrag dicuntur.

Quin itaque ex tot actibus iteratis sæpiusque repetitis, ex perpetua illa: verglichen / vertragen / abhandeln / von einander gesetzen / cedi ren / abtreten / quæ perpetuò partes vsæ sunt, verborum analogia, maximè, cum & de emtione & venditione nec non de precio, altissimum inter partes silentium sit, transactionē in specie sic dictam: non autem emtionem & venditionem, quodq; consequens est, contractum talem, in quo facesit pœnitus l. 2. C. de resc. vendit. remedium rectè colligamus, inferamus, introducamus, meherclè ambigendum non est.

Etenim ex verbis transactionem indicantibus, maximè si ea diuersis vicibus atque temporibus, vel sexcenties repetita fuerint, rectè inferri, atque concludi transactionem, propriè sic dictam, nemo est qui nesciat, traditq; in indiuiduo *Dom. Ernestus Cothman. conf. 30. nu. 207. vbi consilia collegiorum Iuridicorum, quæ Lipsiæ & Francofurti ad Viadrum sunt nec non Iohan. Fichard. & Hieron. à Glauburg in id adducit.* 7

Quid? quod ex eo solum, quod partes literas, quæ super conuentione conficiebantur, vertrag oder vertragsbrieffe / appellarint transactionem rectè colligi atque introduci censuerit. *Is ipse Cothman. d. consil. 30. n. 208.* 8

Disputationem itaque vllam, hîc admittere, non oportuit. Superuacanea enim de verbis claris atque perspicuis omnis est disputatio. *Ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. Franc. Monald. consil. 4. nu. 2. cenſil. 19. n. 8. conſ. 32. n. 1. & conſil. 121. n. 2. vol. 1.* 9

Cum fieri id nullo modo possit, vt verba id dicant, quod non significant. *Mar. Salom. ad l. 1. n. 2. ff. de offic. eius cui mand. eſt iurisd. per d. l. ille aut ille. ff. de legat. 3. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. & l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs.* 10

Sed & verbis alium obtrudere sensum, quàm eum, quem sonant, in auribus rectè intelligentium, viris benè in iure versatis, graue admodum est. *Vt ex Baldo autor nobis rursus est Butigell. ad l. 2. §. creditum. n. 7. ff. ſi cert. petat. per c. ex literis el. 1. ext. de Sponſalib.* 11

Vt taceam verbis standum, nec nodum in scirpo quærendum, *vt autor est conſulentibus Dominus Ernest. Coth. conſil. 17. n. 12.* 12

Cum ibi, vbi verborum sensus clarus est, interpretatio ad cauillationem tantam accedat. *Dec. conſil. 633. n. 4. Alex. Turram. ad l. & ideo. n. 11. ff. de ll.* 13

Et pluribus de his agemus, postea quam ad refutationem eorum quæ pro resolutione primæ rationis dubitandi, Domini Consulentes attulerant, peruenerimus.

Ceterum his non refragatur illud: quod in contrarium adduxerunt Domini Consulentes: in ipso documento literario, vel vt illi volunt, im Kauffrecess / Mediatores, vocula verkauffen vsos esse.

Quod item Princeps in confirmatione sua, similiter id quod gerebatur, emtionem & venditionem fuisse interpretatus sit.

Nescio enim primum, quæ mihi hic in-

stru men-

ſtrumenta emtionum & venditionum, ſiue Kauffreceß / Domini Conſulentes narrent.

14 Tabulas quidem transactionum extare: easq; tum à Mediatoribus ipſis, tum ab ipſis partibus pro tabulis tranſactionum agnitas atque approbatas fuiſſe perſpicio: de tabulis autem emtionum & venditionum, ne nomine quidem quicquam vnquam audiui. Tantum abeſt, vt per imaginarias illas tabulas quicquam probatum eſſe, rectè dicere poſsimus. Quod enim non eſt, probare quoque aliquid neutiquam poteſt. *arg. l. eius qui in prouincia verſ. quoniam. ff. ſi cert. petat. l. ex eo. C. de mutuis. ſtipulat. cum ſimilib.*

Etſi autem fatear Mediatores dum transactionem conſcriberent, vnica tantum vice, vocula verſauſſen / ſiue diuendere vos eſſe: hinc tamen contra apertiſsimum transactionem demonſtrantium verborum ſenſum, emtionem venditionemque aſtruere velle, iuridicum eſſe, non putarim.

15 Quæro enim, quid iuri æquitatiq; magis conueniat, an vt ex vocula vnica, ſemel tantum. non conſideratè ſatis poſita: ſed nec ſolem ſtantem, ſed alia verba naturam eius alterantia, appoſitam habentem (veluti hic, voculæ verſauſſen / adiecta fuêre verba, cedirt und abgetreten) iudicium ſumatur, de toto contractu, quem quid eſſet, ipſi Mediatores, ipſæ item partes vel ſexcenties iam explicarunt: an verò è diuerſo ſatius ſit, vt vocularum vnius, inconſideratè nimis, & impropriè ſemel tantum poſitæ, interpretationem, ex verbis actibusq; decies iteratis, petamus atque ſumamus: & mehercle, ſi dicere, quod res eſt, debeamus, poſterius hoc, iuri longè eſſe conſonantius, ambigendum non erit.

Etenim rationem prorſus non habet, ſi quid ambigui aut obſcuri, actui vel contractui inſit, declarare illud interpretariq;ue velle, per obſcuriora adhuc & magis ambigua. *Vti in induiduo docuit rurſus Erneſt. Cothman. conſil 26. n. 63. & 64.*

16 Iam verò naturaliter ſentimus, minus ambigui, vel obſcuri, ineſſe ei, quod decies in diuerſis actibus, temporibusq; diuerſis, eodem modo, verbisq; idem ſignificantibus, repetebatur, atque geminabatur, quam ei, quod forte fortuna, ſemel tantum in diſpoſitionem aliquam irrepſerat. *per tradit. Intrigl. in tr. ſubſtit. centur. 3. q. 66. nu. 27. Iacob. Ayrer. ad l. vnic. nu. 110. C. de error. calc. Mant. in tr. de conſect. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 8. nu. 18.*

17 Quî enim fieret, vt in præſenti caſu, nouum quaſi ius, aduerſus perſonam Domini K. introduceremus, & actui ſimplici, plus virium, contra notiſsima iuris principia attribueremus, quam actui decies renouato, atq; iterato? *Euerard. in topic. in loc. à vi gemi-*

nat. nu. 1. Tonning. deciſ. 13. n. 54 Piſtor. q. 3. nu. 61 lib. 2. Seraphm. de Seraph. in tr. de turam. priuil. 106. n. 15.

Nouumne hodiè eſt, quod verba ſæpius 18
repetita, non autem per incogitantiam ſemel dicta, vel ſcripta intentionem diſponentium, finalem atque enixam oſtendant, atque indicent? *c. eam te. & ibi Bl. n. 2. verſ. ibi mandamus. ext. de reſcript. Euerard. in topic. in loc. à vi geminat. n. 1. Crott. ad Rubric. n. 19. ff. de nou. oper. nunciat. Ripa. ad l. femina. n. 37. C. de ſecund. nupt. Loſæus in tr. de iur. vniuerſ. p. 3. c. 10. n. 17. l. ſi mulier. la. 2 C. ad Velleian. l. 1. §. debitum. ff. de conſtit pecun.*

An neſcimus, verba obſcura atq; ambi- 19
gua præcedentia, ex clarioribus inſequentibus, interpretationem recipere? *Lancelot. Polit. in tr. comp. ſubſtit. ſub n. 44. Roder. Alaarad. in tr. de coniect. ment. def lib. 1. c. 2. n. 5. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rub. 4. §. 7. ad 9. per teſtamentum. n. 7. per l. ſi ſeruus plurimis. §. vlt. ff. de legat. 1. & l. ſed ſi adijcia-tur. ff. pro ſoc.*

An ne ignari ſumus, verbum vnicum præ- 20
ſertim, ſæpius præter intentionem proferri? qua de re atteſtatur *Ripa. ad l. vltim. n. 35. C. de reuoc. donat. Mantic. in tr. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 5. tit. 15. n. 5. per c. dilecti. ext. de appellat. c. aſtiment. 11. q. 3.*

Quid? quod verba ſemper magis natu- 21
ræ contractui, quàm natura contractus, verbis inſeruiant? *Bl. ad l. 2. nu. 2. C. commod. Plnl. Dec. ad l. ſi donatione. nu. 37. C. de collat. Simon. de Proet. in tr. de vltim. voluntat. interpret. lib. 2. interpretat. 1. ſolut. 13. n. 5. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 11. n. 6. l. ſi vno in pr. ff. locat. l. vſufam ff. de præſcr. verb l. donationes in concubinam. §. 1. ff. de donat.*

Quod item non neceſſaria verborum mul- 22
tiplicatio, rerum ſubſtantiam non mutet? *Bertaz. oll. in tr. clauſul. clauſ. 4. gl. 3. n. 3. text. in l. pediculu. §. Labeo. ff. de aur. & arg legat.*

Et deniq; verbum ambiguè poſitum, ex 23
alia parte ſcripturæ, in qua ſine ambiguitate poſitum viſitur, interpretandum eſſe. *l. qui filiabus in pr. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. ff. de legat. 1. Br. ad l. centurio. n. 27. ff. de vulg. Mant. in tr. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 9. n. 3. Alex. conſil. 197. n. 7. vol. 6. Corneus conſil. 136. n. 8. vol. 4. Surd. conſil. 313. n. 88. vol. 3.*

Atenim hic, ex alijs diſpoſitionis de qua res eſt, partibus, vtpote cum in ijſdem verbum tranſigendi nudè, ſimpliciter & ſine dubitatione vlla appoſitum reperiatur, ſatis iam conſtat, quid de verbo diuendendi, iam ſentiendum ſit.

Rectius itaque facturi ſumus, ſi illud verbum vendidit, quo Mediatores ſemel tantum, in tranſactionum literis conſultò vtebantur, ad tollendam contrarietatem omnem, per verba eidem voculæ appoſita explicauerimus, vt idem ſonet, vendidit, id eſt, ceſsit atq; conceſsit.

24 Iam dudum enim ante nostra tempora à viris in iure præstantissimis, scriptum est: quod verba, propriè actui qui geritur non conuenientia, iuncta cum verbis actui propriè congruentibus, amittant significationem suam & verborum propriorum naturam assumant. *Iob. Hannibal. ad Rubric. n. 45. & 324. ff. solut. matrim.*

25 Sed & verba vno contextu posita, ita interpretanda sunt, vt hoc, non de vno, illud verò, de alio actu explicetur. *tradente in individuo Gerard. Mazoll. consil. 1. n. 53. vol. 1.*

26 Quo in loco animaduertendum ad illud quoq; erit, etsi Domini Mediatores, viri primæ nobilitatis, generalem aliquam iuris cognitionem habuerint; quod attamen pœnitiori eiusdem cognitione destituti fuerint. Vnde quoq; verba eorundem, ad amussim non examinabimus, sed vulgari modo, seu vt vulgus loquitur, ea explicabimus. Cum verba non peritorum in iure, secundum quoque iuris subtilitates, accipienda non sint. *Angel. in l. si cum ante. C. de donat. ante nupt. Simon. de Proët. in tr. de vltim. volunt. interpret. lib. 2 interpret. 2. dubit. 21. solut. 1. nu. 21.*

27 Constat autem vulgus, verbà transigendi, & vendendi promiscuè vsurpare: & Iæpius eum dicere hoc vel illud vendidisse: qui attamen illud tantum transigendo, in alium transtulerat: Id quod multoperè à iure dissentaneum non est, cum transactionis appellatione, in genere accepto vocabulo, omnis contractus veniat. *l. transacta. ff. de verbor. significat. Connan. commenti. iur. lib. 5. c. 6. n. 1. Coler. in tr. de aliment. lib. 2. c. 8. n. 49.*

28 Accedat adhæc, quod iuris sit non obscuri, quod eo casu cùm certò constat, contrahentes, emtionem, venditionemq;, celebrare voluisse, nil noceat illijpsi contractui, verba dedit & tradidit, siue cesserit, in instrumento emtionis & venditionis, apposita esse. Nam etsi naturæ emtionis & venditionis hæc verba non conueniant: facta tamen tecta remanet venditio: ipsa verò verba: dedit & tradidit, impropriam nunc naturam sortiuntur, & induunt. *Vti in individuo autor est Fabian. de Monte. S. Sab. in tr. de emt. & vendit. 5. quæst. princip. nu. 79. & 80. per l. vlt. ff. de condict. ob caus.*

29 Rectè itaque dicimus hîc, vbi tam ex præcedentibus, quàm ex sequentibus, partes transigere voluisse, dilucidissimè constat, transactioni non nocere, conscribentes transactionis instrumentum, vendendi verbo vsos esse, sed verbum hoc, hic significatum suum genuinum amittere, atque nunc impropriè stare. Vt idem oppositum in oppositio, quod propositum in propositio, operetur atque efficiat. *l. vltim. in fin. ff. de legat. 3. Euerard. in topic. in loc. à contrar. nu. 8. Exea in tr. de pact. nu. 406. Catheran. decis. 25. nu. 16. & decis. 97. nu. 3. Capiferr. in tr. de numer. test. p. 1. c. 18. n. 64.* 129

Quod si dubium adhuc aliquod supereſſet, quorsum verbum vendidit, transactionis instrumento insertum, referendum esset (id quod falsum esse, ex hactenus dictis, iam omnibus apparere posse arbitror:) non tamen vinceret tunc, opinio Dominorum Consulentium.

Iuris enim est notissimi, quod verbà dubiam significationem habentia, non pro innitente in ijs, sed contra illum ipsum, maximè si hinc aliquid acquirere concupierat, interpretanda, declaranda, explicandaque veniant. *Curt. in l. si pactenda. nu. 5. C. de pact. per l. stipulatio ista. 5 in stipulationibus. ff. de verbor. obligat. l. veteribus. & ibi DD. communiter. ff. de pact.* 30

Quare, vt tandem locum hunc concludam, firma nulla, ex eo, quod verbum vendidit, reliquis verbis, in instrumento transactionis adiunctum legitur, ducitur argumentatio. Nam satius, tolerabiliusque semper est, verba nil operari sed superflua planè esse, quàm vt contra naturam actus accipiantur, si ei accommodari nequeunt. *tradentibus in individuo Molin. in consuetud. Paris. §. 3. gl. 1. n. 5. VVesenbec. consil. 73. n. 23. Rosenthal. in synops. feud. c. 9. memb. 1. concluſ. 42. in addit. sub lit. H. verſ. accedit, quod tolerabilius per l. si vno. ff. locat.* 31

Neq; verò magis ad rem pertinet, quod attamen ipse princeps, in confirmatione sua, contractum qui gerebatur, emtionem, venditionemq; esse, interpretatus fuerit. *Velutè ipsum loquitur confirmationis instrumentum.*

Primò etenim iuuare sese Domini Consulentes, ex confirmationis instrumento non possunt, vtpote cum confirmationem hanc, sub refutatione argumenti contrarij QVINTI, miserè lacerarint, & quantum in eis situm fuit, in totum destruxerunt atque euerterunt.

Fructum autem ex eo, nemo consequi debet, quod quantum in se situm fuerat, strenuissimè impugnauerat, & tantum non expugnauerat. *c. ex eo. de regul. iur. lib. 6. l. Papinianus. §. memuisse. ff. de inoff. testam. Zoanett. in l. vt vim. p. 1. n. 9. ff. de iust. & iur.* 32

Deinde, etiamsi confirmationem hanc nunquam impugnassent, vel vt rectius loquar allatrassent: non tamen confirmatio, ex transactione venditionem efficere posset. Non enim superior, quinimò etiam ipse Princeps, etiam vi solutæ suæ potestatis, vnam contractus speciem, in aliam immutare potest. Implicaret enim contradictionem. Cum attamen ipse DEVS non faciat, quæ contradictionem implicant. *Card. in Clement. 1. de immunit. Eccles. lit. in l. tx his verbis in fin. C. de testam. milit.* 33

An non

34 An non confirmans, nihil noui dat? *Ias. in l. more. n. 27. ff. de iurisdict. omn. iud. Gail. obs. l. n. 3. lib. 2. Sylu. an tr. de feud. recogn. q. 34. n. 2. Frider. Schenck à Tautenb. ad c. 1. n. 8. per quos fiat inuest. Modestin. Pistor. in suo consil. quod est, post quæst. Harem. Pistor. 20 lib. 2. n. 36. per l. si donaste. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.*

Qui itaq; fieret, vt hîc, contra notissima iuris principia, confirmatio superioris, hactenus inaudita metamorphosi, ex transactione emtionem, venditionemq; gigneret?

35 An non certum est: quod confirmare sit addere robur, & validitatem actui, qui geritur, non autem illum ipsum extendere? *Ias. ad d. l. more. n. 4 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Dec. ad rubric. n. 1 ext. de confirm. vtil. vel inutil. Schrad. in tr. feud. p. 5. c. 2. n. 33. Oldrad. consil. 164. n. 2. & 3. Corn. consil. 9 n. 5. & consil. 25. n. 21. vol. 3. Ruin. consil. 111. n. 18. vol. 5. Cothm. consil. 9 n. 117. vol. 1. per l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. legat.*

Quomodo itaq; hîc, transformatione rerum celerrima, & improuisa, superior non extendisset solum transactionem, verum etiam ex transactione, nouam contractus speciem, subitò conflasset, atq; cudisset, emtionem venditionemq; scilicet.

36 Quid? quod id, quod immutatur confirmari rectè dici nequeat. *per trad. Pecc. in tr. de test. coniug lib. 1. c. 11. n. 1.*

Cum itaq; hîc confirmationem superioris adesse, vtrinq; fateamur, oportet quoq; nos simul fateri, immutatum in nihil contractum pristinum fuisse. Alioqui enim confirmatio, esset non confirmatio.

Et vt tandem Dominos Consulentes dimittamus, cogitandum tantum illud est, quod confirmatio referat tantum verba transactionis.

37 Quod cum ita sit, non de transactione ex confirmatione: sed de confirmatione ex transactione iudicabimus. Etenim dispositionem referentem, ex relata declarandam esse, obscuri iuris non est. *tradent. Roderic. Aluarad. in tr. de coniect. ment. defunct. lib. 4. c. 2. n. 29.*

38 An ne ignoramus, confirmatum inesse confirmanti, cum qualitatibus suis omnibus? *tradentibus Bott. consil. 69. nu. 42. Knich. ad priuil. Saxonic ad v. priuil. c. vnic. vers. & quatenus.*

Iam verò aliter hac de re loquitur confirmatio, aliter item rursus ipsæ transactionum literæ. Cum enim confirmatio ita sonet K. statim ac perfecta esset venditio (beim kauff) trecenta se numeraturum spopondisse.

Transactionis instrumentum ita habet: vnd sol vnd will H. von K. jhme G von B. jgo dieſe woche bey auffgerichtem vortrage jtzgehen dreyhundert thaler/ ꝛc. Item cum in confirmatione legatur, laut des vortrages vnd kauffbriefes: in ipsa transactionis notula negry quidem, vom kauffbrieff habetur: Sed simpliciter dicitur atq; nominatim ein vergleichung cuius æquipollens est in latina lingua transactionis verbum. *Ernest. Cothman. consil. 30. n. 208.* 39

Imitabimur itaq; hac in parte transactionis formulam, & missam faciemus confirmationem: illa verò partibus nostris fauet, atque astipulatur & ex diuerso, Dominorum Consulentium argumentum, labascere efficit.

At inquiunt nomen tamen appellatiuum, à partibus contractui inditum, qualis sit contractus arguit: maximè verò eo casu, si effectus nomini huic corresponderit.

Ego verò, iniquior hac in parte, Dominis Consulentibus non ero, sed vtrumq; admisero, atq; concesserim. At interim oßendam illud partibus nostris, ne ad latum quidem vnguem, officere.

Quod enim dicitur: talem præsumi contractum, qualis per nomen appellatiuum profertur, nostræ sententiæ non obest. Cum partes vltra decies, & quidem in diuersis scripturis, in diuersis actionibus, diuersisq; temporibus, hunc contractum, transactionem (einen vertrag/ vergleichung/ abhandlung) appellitarint.

Rectè itaq; argumentum hoc, in aduersarios ipsos inuertemus atq; retorquebimus. Nam cum partes hunc contractum, in nullo actuum omnium, in nulla item scripturarum, nullo deniq; tempore, venditionis, emtionisq; nomine, vocarint.

Restat vt concludamus, hunc contractum, emtionem, venditionemq; nec esse, nec fuisse, nec vnquam futurum. Inuersio autem 40
sue retortio, optimus contrariorum dissoluendorum modus est. *Euerard. in præambul. topic. n. 18. Coler. in tr. de aliment lib. 2. c. 12. n. 122. vers. fic. secundo.*

Sic quoque non impedit sententiam nostram illud: quod effectus contractus, ante omnia in considerationem veniat.

Nam & hîc talem effectum habemus, qualem ex sese gignere, atq; procreare transactio solet.

Etenim haud minimus, transactionum 41
effectus est, si per eas, à communione bonorum, discessum fuerit. *l. si cum patruo. C. com. vtr. iudi. l. 1. & 2. & ibi DD. C. si ad transact. vel diuis. V Veſenbec. d. consil. 52. n. 11.*

Id autem hîc factum est: Qua in re testes habeo ipsas Transactionis literas.

Quid? quod è diuerso, de vacua rei possessione tradenda, in tota contractus serie, verbum nullum.

An non inde rectè astruemus, de emtione, venditioneq;, hîc non conuenisse partes.

Cum possessionis vacuæ traditio, primarius contractus emtionis & venditionis, effectus sit. *l. 2. §. vacua. & l. ratio. §. 2. ff. de act. emti. l. fistulas. §. fundum. ff. de contrah. emtion. l.* 42

ad eum §. penultim. ff. de donat. l. fundi venditor. & l. si me in vacuam. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi pater. C. de act. emt. l. cum res. C. de probat. l. minus inſtructus. C. de acquir. poſſeſſ. & l. ſi prædium. C. de diſt. pignor. Vveſenbec. in parat. n. 1 2. ff. de contrah. emtion. Anton. Cont. diſput. lib. 1. c. 8. Mozz. in tr. de contract. Rubric. de natur. emt. n. 28.

At pergunt Conſulentes argumentari: adeſt hic conſenſus, præſtò eſt res, nec deficit precium: Rectè itaq; ex contractu qui celebrabatur, emtionem venditionemq; elicimus.

Ego verò hiſce dictis, fidem nullam adhibere poſſum. Video enim contrahentes, etſi voluiſſent emtionem, venditionemq; attamen, perficere non potuiſſe.

43 Etenim certum eſt, quod res communis, pro indiuiſo poſſeſſa, mea iam ſit. *l. ſeruis electione. § Iubeo. ff. de legat. 1. l. pupillus. §. vltimo. ff. de verbor. ſignificat.*

44 Nulla itaq; de re communi, pro indiuiſo poſſeſſa (ſicuti & hic bona, per l. obitum aperta, ab vtroq;, & K. & B; communiter, & pro indiuiſo poſſidebantur) conſtare poteſt emtio.

Quandoquidem emtio, rei meæ nulla eſt. *l. cum res. C. de contrah. emt. l. ſuæ rei. & l. ſi emtione. § rei ſuæ. ibi Br. n. 2. ff. eod. tit. Neguz. in tr. de pignor. in 1. memb. 6 p. p. n. 33. Fabian. de Mont. S. Sab. in tr. de emt. & vend. q. 4. n. 49. Tiraq. de vtr. retr. p. 2. §. 2. gl. vnic. n. 12. Dec. in l. ueq, pignus. n. 5. ibi Cagnol. n. 5. ff. de reg. iur. Mozz. in tr. de contract. Rubric. de reb. quæ emi poſſ. n. 55.*

Quod ſi concedendum omninò eſſet, etiam rei communis pro indiuiſo poſſeſſæ emtionem, iuſtam eſſe, non tamen adhuc, illud quod volunt Domini Conſulentes, efficerent.

Negamus enim, vnquam partes in contractum hunc, aliter quàm vt in transactionem veram & ſpecificam conſenſiſſe. Ideoq; ex conſenſu eiuſcemodi, venditionem quoq; produci non potuiſſe.

Cogita enim quæ hunc contractum præceſſerint: & conſpicuum continuò fiet, conſenſiſſe, hic partes transactioni & non emtioni, & venditioni.

Primò namq;, neutri partium ius, vel bona ſua, erant promercalia. Id quod initium inſtrumenti transactionis, manifeſtum efficit. Loquitur enim ita: feuda hæc vtrique hactenus fuiſſe communia, noluiſſe autem ea ſibi acquirere B; cum hæc in locis remotioribus eſſent ſita. Ideoq; à communione diſceſſum eſſe, hoc pacto, vt omne ius ſuum B. diuenderet, cederet, atque transferret in K. atque heredes eius. K. verò numeraret mille ducentos Ioachimicos, monetæ probæ, ad legem Electorum & Ducum Saxoniæ cuſæ. Ecce bona hæc promercalia fuiſſe alterutri partium, ne ſyllaba quidem indicatur.

45 Vendi itaque, vel emi id, quod promercale nunquam proſtarat, quomodo potuit? An non deſtructo antecedente, deſtructionem conſequentis illicò ſequi, neceſſe eſt? *Euerard. in topic. in loc. a deſtruct. antec. ad deſtruct. conſeq. m pr. Hartm. Piſtor. q. 3 8. n. 59. lib. 2. Cacheran. deciſ. 35. n. 2. Frider. in tr. de proceſſ. in Camer extrah. c. 23. n. 1.*

Deindè alia mens, alij item tractatus, inter haſce partes non interceſſerunt, quàm vt à communione diſcederetur, & vt bona quæ hactenus communia fuerant, diuiderentur. Id etenim ruſus, indicant abundè ſatis illa verba, quæ ex transactionis inſtrumento paulò antè aſſcribebamus, & præterea fatentur idipſum ingenuè, ipſi Domini Conſulentes paulò inferius in §. *Dann es iſt allbier.*

Ruſus itaque hinc, exoriri non potuit 46 emtio, aut venditio. Tractatus enim præcedentes, quid de contractu inſecuto ſentiendum ſit, ſatis arguunt, & palam omnibus faciunt. *Alex. Pomat. in addit. ad Br. in l. ſi voluntate in addit. ſub lit. E. el. 1. C. de reſcindend. vendit. Alex. de Imol. conſil. 1. nu. 3. volum. 3. Cruuet. conſil. 350. n. 22.*

Quod verum eſt, etiamſi contractus, ex 47 longo etiam interuallo, poſt hoſce tractatus demum, fuiſſet initus. *Cruuet. conſil. 464. n. 3. vbi Caſtr. Curt. Sen. & Alex. in id adducet. l. vxori. §. vltim. & ibi Br. ff. de legat. 3.*

Sed & in ſpecie verum eſt, nunquam iniri 48 emtionem, niſi tractatus vtriuſque partis præcedentes, expreſiè eò ſpectarint. *tradente in individuo Arr. Punel. ad Rubric. p. 2. c. 3. C. de reſcind. vendit. Eveſt. Cothman. conſ. 4. n. 16.*

Nec requiring his, quod attamen hîc 49 vtring; conſenſus ſit adhibitus. Non enim conſenſus differentiam, inter transactionem, & emtionem & venditionem conſtituit, cum conſenſus non minus in transactione, quàm in emtione & venditione inſit. *gl. in l. contractus in v. transactionum. C. de fid. inſtrum. Vveſenbec. conſil. 70. n. 3.*

Sed & antea reſpondebamus, conſenſiſſe 50 hic partes, vt tranſigentes: non autem ementes, vel vendentes. Non oportet itaq;, conſenſum quoq; earum, aliò rapi, quàm ab ipſis interponebatur: Cum valdè indecens ſit, conſenſum ad vnum effectum præſtitum, alium operari, cuius intuitu, & ratione, non adhibebatur. *l. inter officium. ff. de rei vendicat. l. 1. §. 1. ff. de reb. eorum l. iubemus. C. ad Velleian. Bl. ad c. 1. n. 19. an agnat. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 12. n. 54. Andr. Kohl. exercit. lib. 1. exerc. 3. nu. 4. verſ. & conſenſus.*

Cum item aduerſum ſit, notiſſimis iuris 51 principijs, verba aliter accipi, atque explicari, quàm de materia, ad quam partes ſeſe præparauerant. *Marc. Anton. Natt. conſil. 94. nu. 3. Franciſc. Becc. conſil. 105. n. 32. Surd. conſil. 3. nu. 24. volum. 1. & conſil. 395. n. 32. vol. 3.*

Reſtat

Restat nunc, vt videamus, an precium hic interuenisse, colligere promptum sit? (Nam qualis res vendita fuerit, corporalis ne, an incorporalis, commodius sub tertio à Dominis Consulentibus constituto, remedij l. 2. C. de rescind. vendit. requisito, videbimus.)

Et sanè ad illud, quod attinet, ipsos appellos dominos Consulentes, an vnquam in vita sua, viderint instrumentum emtionis, aut venditionis, in quo expressum non fuerit, quod pecunia, quæ dabatur, esset precium: Daß das gelde so dargezahlt wurde/ nicht ein schlecht gelde/ sondern die Kauffsum were.

52 Cum itaq; hic, nec in instrumento, nec in apochis, nec etiam in ea quam adduximus Epistola B; expressum vlpiam legatur, quantitatem illam 1200. Ioachimicorum, quam numerare debebat K. precium esse: tam multa item, variaq; hic ad sint, quæ cum natura, & substantia emtionis, venditionisq; pugnant, ducto argumento à communiter accidentibus, quod vtilissimum, præsertim in materia probationum est: *Euerard. in topic. in loc. à commun. accident. n. 2. Iaf. ad l. vnum. n. 19. ff. si cert. pet. Lup. in c. per vestras not. 1. §. 1. n. 2. Extr. de denat. int. vir. & vxor. Plot. in tr. de in lit. iur. and. §. 6. n. 29. Strach. in tr. de mercatura. p. 2. n. 29. Cacher. decis. 44. n. 4. decis. 108. n. 10.*

53 Rectè concludemus, nullum hîc precium, nullam item venditionem, subesse. Etenim precij mentio expressa demum, producit emtionem, & venditionem, propriè sic dictam. *l. vlt. & ibi gl. Br. Luc. de Penn. col. 6. C. de prad. ciuil. lib. 10. & infinitos ferè, idem volentes comportauit Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 1.*

54 Qui enim ex eo, quod ne ipsi quidem contrahentes, precium vnquam dixerant, precium inferemus? Cum attamen ex iuris communis regulis, eo nos contentos esse oporteat, quo illi, inter quos conuenerant, hanc vel illam rem, actum vel contractum nominauerant, tradente in indiuiduo *Tiraq. in tr. de vtr. retr. act. p. 1. §. 30. n. 7. vbi Br. Ang. Anch. Imol. Aret. & Barbat. autoritates in id adducit. Socin. consil. 19. n. 7. vol. 1. Vvesenbec. consil. 12. n. 30. vers. tamen in dubio.*

At inquis, 1200. Ioachimicorum attamen, expressa hic fiebat mentio. Ego verò non negarim, 1200. Ioachimicorum mentionem fieri, sed non vt precij, sed tantum vt pecuniæ. Ideoq; rursus, ad emtionem, venditionemq; introducendam, sat firmiter argumentum inde, non deduci.

55 Etenim pecunia, etiam in alijs contractibus, quam emtionis, venditionisq; interuenire potest: precium autem non item.

Sic in locatione, & conductione, interuenit pecunia, quinimò de substantia etiam eiusdem est. *Instit. de locat. & conduct. in pr. & ibi Borcholt. vers. deinde. Pantz. schm. q. 17. n. 13. Vincent. Carocc. in tr. de locat. & cond. p. 1. tit. 1. n. 2. & sub tit. subst. locat. n. 1. Cephal. cons. 626. n. 58. volum. 5.*

Sic in contractibus innominatis, permutatione, & similibus, interuenire potest pecunia. *per tradit. Pinel. ad Rubric. p. 1. c. 3. n. 15. C. de resc. vend.* 57

Sic deniq; in ipsa etiam transactione interuenire potest pecunia. *l. transactio. & ibi Curt. Senior. n. 10. & 11. & DD. communiter. C. de transaction.* 58 *

Quinimò, nisi respondent reliquæ contractus circumstantiæ, ex eo solum, quod precij mentio in contractu fiebat, adhuc venditio, emtioq; non oritur. Est quippè precij nomen, non minus ac pecuniæ generale, & alijs quoq; conuentionibus commune. *l. si quis ante. & ibi Br. n. 5. Alexand. de Imol. n. 9. Iaf. n. 4. & DD. ff. de acquirend. possess. Arr. Pinel. ad Rubric. p. 1. c. 3. n. 26. C. de rescind. vendit. Fabian. de Monte S. Salvin. in tr. de emt. & vendit. q. 5. n. 19.* 59

Vnde mala est connexio: in contractu precij mentio fit: Ergo apparet iam, emtionem, venditionemq;, celebratam esse. *tradente in indiuiduo Raymund. Senul. ad l. eum qui vetigal. n. 8. ff. de verber. significat.* 60

Quid? quod non rei datio, non si pecunia, vt precium numeretur, sed conuentio & tractatus, de re, & precio, emtionem efficiant. *l. 2. §. 1. ff. de contrab. emtion. Modest. Pistor. consil. 27. n. 70. vol. 1. Cephal. consil. 10. n. 14. lib. 1. Ernest. Cothm. consil. 4. n. 9. vol. 1.* 61

His tractatibus, & conuentionibus autem, in præsentia planè destituimur.

Et quid opus est, pluribus hac de re agere: cum non solùm primam, verùm etiam secundam transactionem, Mediatore Domino A. à S; 22. Februarij anno 90. confectam, qua à prima transactione nonnihil recedebatur, & Dominus à Kobligebatur, citius etiam residuos 600. Ioachimicos, moriente L. vidua, quàm ab initio conuenerat, dissoluere, præ manibus habeamus. Aduersus quam ne mutire quidem hactenus, Domini Consulentes, ausi sunt. Non enim habent voculam aliquam, qua hanc ceu priorem, ob voculam verfeuffen/ cauillentur.

Non dicam nunc, Dominos Consulentes, mirè inconstantes sibijpsis mihi hac in re visos esse: aliud item stantes, aliud sedentes, de huius contractus genere, sensisse.

Conser enim, cum hactenus à Dominis Consulentibus dicta, cum ijs quæ paulò post, in §. denn es ist allhier/ leguntur, & statim conspicabere, illos priori suæ sententiæ nuncium remisisse, & in aliam pedibus totos iuisse.

An non enim verum est, quod vsq; huc, acerrimè depugnarint super eo, quod actus, qui gerebatur, esset emtio, & venditio, propriè sic dicta?

An non vides autem, in eo, quem indicauimus. §. dann es ist allhier/ apertè eos velle,

diuisionem hîc, non autem emtionem & venditionem celebratam esse?

Quî hæc conueniunt?

At etenim aiunt, etiam in diuisione remedio l. 2. C. de rescind. vendit. locus est.

Ego verò hîc non quæri, an remedium l. 2. C. de rescind. vendit. in diuisionibus quoq; detur: sed an diuisio, emtio & venditio propriè sic dicta sit, videndum assero. Illud me prius edoceant Domini Consulentes, & de inceps, an & quatenus, in diuisionibus, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. locus reliquus, nec ne sit, rectius contemplabimur

Sanè quantum ego in iure versatus sum, cui me plurimum temporis tribuisse, nunquam hactenus penituit, nunquam legi, nec vidi, nec audiui, emtionem, venditionemq; ; & diuisionem, idem esse.

62 Benè recolo me legisse, quod diuisio habeat vicem emtionis. *Ambros. de Opiz. ad l. filiusfamilias. §. Dui. n. 108. ff. de legat. 1. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 3. §. 6. n. 4. Modest. Pistor. q. 152. n. 6. p. 4. VVesenbec. consil. 38. n. 18.*

63 Seu, quod quandam similitudinem, cum emtione & venditione habeat. *Sichard. ad l. 1. n. 1. per ill. text. C. comm. vtr. iudic. Crau. consil. 377. n. 6. Flamin. de Rub. conf. 44. n. 8.*

64 Sed hisce omnibus, sententia Dominorum Consulentium, stabiliri adhuc, non potest. Cum aliud longè, & diuersum sit, esse emtionem, & venditionem, & rursus haberi, pro emtione, & venditione. *per trad. Br. ad l. si maritus. §. legis Iuliæ. n. 1. ff. ad l. Iul. de adult.*

65 Cum item nullum simile, idem sit. *Felin. in c. capitulum. n. 4. ext. de refcript. Ioh. Lup. ad Rubr. §. 68. n. 14. extr. de donat. int. vir. & vxor. Sylueft. Aldobrand. Inftit. de iur. perf. in pr. n. 39. Borch. in tr. de pact. c. 2. pact. duuf. 4. n. 6. Vasq. illuftr. controu. c. 21. n. 32.*

66 Quinimò, omne simile sit dissimile. *Lancel. Polit. in tr. exempl. fubftit. n. 1.*

67 Quid? quod non solum non idem sit, emtio & venditio & diuisio: verum etiam in plærisq; hæ, ab inuicem differant. *Vt latius profequitur Sichard. ad d. l. 1. n. 8. & 9. C. com. vtr. iud.*

68 An non fit quandoq;, quod diuisio vltimæ voluntatis naturam sapiat? *teste Sim. de Prætt. in tr. de vlt. volunt. interp. lib. 3. interpret. 1. dubit. 5. n. 9.*

69 Quomodo itaq; vnum & idem erit venditio & diuisio? Est ne quispiam, qui vnquam auditu saltem perceperit, emtionem & venditionem vllo pacto, ad naturam vltimarum voluntatum, accedere posse?

70 Et vt propius adhuc, ad rem ipsam accedamus, communiter quoq; iuris interpretibus placuit, diuisionem ad instar transactionis esse, eiusq; vicem, per omnia obtinere. * *tradentibus in tuduiduo Br. in l. tres fratres. & ibi Taf. n. 21. ff. de pact. Mont. à Cueua. in decis. regni Arrag. ciuilib. decis. 42. n. 12. Hadrian. Gilm. in fymphor. fupplicat. p. 4. tom. 1. voto. 31. n. 16. Flamin. de Rub. conf. 44. n. 29. vol. 1. per l. qui Roma. §. duo fratres: ponderando verba: quafi de hoc quoq; tranfactum fuiffet. ff. de verbor. obligat.*

Quin etiam diuisionem omnem, esse quo- 71
que transactionem, traditur. *Mont. à Cueua. d. decif. 42. n. 12. Tiber. Dec. conf. 11 n. 44. vol. 4.*

Et quidem propriam, tradente in indiui- 72
duo *Iason. ad d. l. tres fratres. n. 21. ff. de pact. per l. diuifionis placitum. ff. eod. tit.*

Videtis itaq; æqui Iudices, Dominos Consulentes, eo ipso, quod diuisionem hic factam esse asserunt, simul confiteri necesse habere, quod transactio quoq; celebrata simul fuerit: Ideoq; eos in castra nostra nûc transire: iamque manum porrigere, licet multis verborum ambagibus, & sinuosis anfractibus, contrariù egregiè se tutatos esse, sibi hactenus visi sint.

At inquis, quid iuuat hoc euicisse, cum interim aditus, ad decisionis quoq; contractum l. 2. C. de resc. vendit. remedio, pateat?

Ego verò hæc euicisse, plurimum prodesse putarim: rectè enim nunc etiam confelsione sua propria, ipsis consulentibus subscribentibus, nobisq; applaudentibus, sententiam nostram tutati sumus, nil scilicet aliud, quàm transactionem veram, & propriam, peractam hîc fuisse. Nec terret me, quod etiam remedio l. 2. C. de resc. vend. obnoxia sit diuisio: nam præter id, quod adhuc non concedimus, diuisionem hîc facere, partes voluisse: sciendum præterea est, non semper & vbiq;, in diuisionis quoq; contractu, sed in illa demum diuisione, quæ prorsus à transactione aliena est, remedium l. 2. C. de resc. vendit. obtinere. Conticescit enim ilicò, id genus remedij, si 73
diuidatur, & super diuisione, simul transigatur. *Pro vt hoc in induiduo docuerunt Hadrian. Gilm. in fymphor. fupplicat. 3. p. 1. p. p. voto 16. n. 4. Tileman. de Benign. Decif. cam. imp. decad. 2. vot. 1. n. 4.*

Vt recensere hîc supersedeam, reliqua impedimenta omnia, quorum supra viginti sunt, quæ in præsentia, remedium hoc l. 2. in totum eneruant. De quibus deinde suo ordine disputabimus.

Nec obstat id, quod præterea ex Molinæo, 74
à Consulentibus adducebatur tum potius contractum, emtionem, quàm diuisionem esse, cum res ita diuiditur, vt vni tota res cedat: alteri verò pecunia, satisfiat.

Si enim Consulentes, memores fuissent 75
eius: quod inciuile admodum esset, de lege aliqua iudicare nisi ea tota perspecta. *Lancelot. ff. de ll. Didac. Perez. in addit. ad Segur. ad l. 3. §. vlt. n. 1. ff. de lib. & poftum. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. confid. 38. concl. 3. 4. verf. & ex hac.*

Perspexissent item, Molinæum, in loco ab ipsis adducto totaliter, etiam absq; perspicillorum vsu, animaduertere potuissent, Molinæum id non velle, ad quod autoritate eius abuntur: quinimò contrarium eius diametraliter, statuere: videlicet ne hoc quidem casu, quando vnus diuidentium consequitur rem to-

rem totam, alter verò loco partis ſnæ pecuniam, emtionem & venditionem celebrari: ſed nec laudimium vllum inde, Domino directo deberi. Eò, quod principalis intentio fuerit, diuidere, non autem diuendere. *Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 22. n. 6 9. v. & pro reſolutione.*

Pergunt deinde conſulentes, & nobis obijciunt, inniti ſe, in verbo ſpeciali vorkeuffen: per quod inſtrumentum loquitur: nos verò non niſi verbis generalibus inniti poſſe, cedendi ſcilicet, & concedendi. Proindeq; hiſce meritò, per illud ſpecialius, derogari.

76 Porrò, etſi hoc in loco, non inficiemur, cedendi & concedendi verba, generaliora eſſe, cum quandoq; ad contractus quoq; innominatos referantur, *per tradita Fab. de Mont. S. Sabin. in tr. de emtion. & vendit. q. 5. n. 79. & 80.*

77 Concedere tamen quoq; ſimul nequeo, vendendi verbum his ſpecialius eſſe. Quis enim, niſi iuris valdè ignarus, neſcit, verbum vendendi quoq;, prædicari de omnibus contractibus commutatiuis. *Fabian. de Mont. S. Sab. in d. tr. de emt. & vendit. 2. q pr. n. 1. Mozz. in tr. de contract. Rubr. emt. & vendit. n. 26. Tiraq. in tr. de vtr. retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 1. Marc. Ant. Peregr. conſ. 89. n. 18. ad fin. vol. 1. per l. ſtatuliberi à ceteris. §. Quintus. ff. de ſtatulib.*

78 Quod verum eſt, etiam in materijs, quæ reſtrictioris naturæ ſunt, veluti ſunt ſtatuta. *Vti anteitore Speculatore & Bl. expreſſim decidit Fab. de Mont. S. Sab. in d. tr. emt. & vendit. 2. q. pr. n. 9. per d. §. Quintus.*

Nec audieris, etiamſi reponas mihi, verba attamen in dubio, in ſpeciali ſuo ſignificatu, & non in generali accipienda: Ideoq; hìc venire non poſſe, niſi talem venditionem, quæ conſenſu, re, & precio perficitur: & cui l. 2. C. de reſc. vend. dominatur: Nam negamus iterum, in dubio nos verſari *: per ea quæ hactenus dicta ſunt.* A moto itaq; præſuppoſito, corruit aſſertio. *Cravett. conſil. 486. n. 4.*

79

80 Et præterea iuris eſt expreſsi: quod tunc de venditione propriè ſic dicta, contractus accipi nequeat, etiamſi verbum vendidit in eo legatur, ſi præterea nulla precij mentio, ibidem fiebat. *Vti Abb. & Ioh. And. adductis in ſpecie autor eſt Mozz. in d. tr. de contract. Rubric. emtio & venditio. n. 30. per l. 1. & ibi gl. C. de reb. decur. ſin. dec. non alien. lib. 10.*

Atenim hìc, in tot documentis, atq; inſtrumentis, quæ numerabatur pecunia, precium nuſquam gentium, vocata fuerat.

81 Non dicam nunc, nos præterea non ad verba, cedendi & concedendi confugere: ſed firmiſimum potius fundamentum, in verbis vertrag/ vergleichung/ abhandelung quâ rectiſsimè poſuiſſe. Quæ verba ſpecialia ſatis ſunt, vtpote cum nihil denotent, vel indicent, niſi tranſactionem in ſpecie ſic dictam. Conſpicuum itaq; iam eſſe arbitror omnibus, nos hìc non habere præ manibus emtionis, venditionisq; contractum. Videamus itaque nunc, quid nam de lœſione vltra dimidium iuſti Conſulentes boni apportent.

Et ſanè vera eſſe omnia ea, quæ de lœſione vltra dimidium rectè computanda attulerunt, non nego. Neq; enim id, in controverſiam hìc vnquam venit. Sed de eo quæritur, quomodo in præſenti transactione perueniamus eò, vt lœſionem vltra dimidium, rectè eliciamus. Ibi verò non ſufficit dicere, bona 5500. Ioachimicorum, tempore initæ transactionis valuerunt. Ergo ſubeſt iam vltra iuſti precij dimidium, lœſio: ſed hoc probandum omninò, veluti in priori noſtro conſilio: latius iam demonſtrauimus, omninò erat. Non dicere enim & dicere, ſed non probare, 82
parta ſunt. *gl. ad l. 1. in pr. ad v. dicatur. ff. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicat. Cravett. conſil. 762. n. 18. & conſ. 978. n. 7. vbi alios, idem volentes allegat.*

Quinimò vbi probari debet, ibi iuris et- 83
iam præſumtionem allegaſſe, ſatis non eſt. *Vt Bt. Innoc. & Iohan. Andr. adductis in ſpecie autor eſt Rauchb. q. 26. n. 29.*

At inquiunt, litem conteſtari nolitis, & interim probationem lœſionis vrgetis: nihil itaq; efficitis, quàm quod turpitudinem propriam allegetis. Cum edocere hactenus non potueritis, etiam dum de remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. res eſt, probationes ante litem conteſtatam, faciendas eſſe.

Ego verò dico adhæc, nos litis conteſta- 84
tionem ſubire, hactenus iure recuſaſſe. Quis enim tam prorſus iuris ignarus eſt, qui neſciat, exceptiones certas, à iure adinuentas, conſtitutasq; eſſe, vt ne quis hiſce munitus, litis conteſtationem ſubire compellatur? *Qua de re adeatur Bl. in d. tr. de except. imped. lit. ingreſſ. p. tot.*

Quis item non videt, ſi hunc, hiſce exce- 85
ptionibus, effectum ademerimus, fruſtra iam latas eſſe leges, conſtitutionesq; omnes, de exceptionibus litis ingreſſum impedientibus, loquentes? Id autem dicere, abſonum, atq; abſurdum eſt. *l. 2. C. com de legat. & fideic. Prax. Pap. in form lib. in act. real. in v. ſummariè. n. 15. Sylueſt. Aldobr. ad §. penult. n. 7. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Gail. obſer. 89. n. 2. lib. 1. et obſer. 39. n. 9. lib. 2.*

Quod ſi duriuſculum hoc alicui videatur, 86
cogitet, ſufficere legem etſi perquam dura ſit, ita ſcriptam eſſe. *l. proſpexit. ff. qui & à quib. Capoll. caut. 227. n. 1. Cacher. deciſ. Pedem. 71. n. 63. Royz. deciſ. Lituan. 1. n. 251. Capiſ. in tr. de num. teſt. p. 1. c. 3. n. 24. et n. 28. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 3. n. 14.*

Sed & antea, ex Baldo, Blanco & Zangero, 87
oſtendimus, vbi exceptiones litis ingreſſum impedientes, in medio ſunt: ibi ne ad litis cõteſtationem quidem vſq;, progredi poſſe: tantum abeſt, vt ad probationes faciendas rectè tunc accedamus.

Et licet reſponderint ad ea Domini Con- 88
ſulentes Baldum, Blancum & Zangerum, loqui, in alijs terminis: attamen hoc dicere nihil eſt. Cum dicere hoc, ab illo diuerſum

esse,& interim nullam diuersitatis rationem allegare, miserorum sit refugium. *argum. gl. ad l.filium quem habentem.C. famil. hercisc. fac. tradit.l.af.ad l.quod te.n.28.ff.si cert.petat. Neguz.ant.in tr.de pignorib.in 4.membr.2 p.p.n.11.& 4. p.p. n. 7. Cæs Contard. ad l. diffamari. c. 1. n. 4. C. de ingen. manum.Afcan Clement.in tr.de pat pot.effect.1.n.10.*

Deinde pernego, nos vnquam probationes ab Actore efflagitasse: quinimò expressè diximus, eum, etsi probationes, de rei valore susciperet,easq; etiam aliqua ex parte perficeret: ob obstacula, quæ illi obiecimus, dum prius nostrum Responsum conscriberemus, propter quæ probationes, de valore rei susceptæ,eum adiuuare nihil queunt, audiendum attamen non esse.

Iniquiores itaq; Domino Reo, Domini Consulentes sunt, dum nescio cuius turpitudinis,eum accusant. Præsupponunt enim ea, pro certis, atq; indubitatis, quæ controuersa adhuc maximè, quinimò falsissima, per to-
89 tum sunt. Quare consistere non possunt, ab eis effomatæ ratiocinationes. Cum labascere iam incipiant, ob fallaciam non causæ, vt causæ in eis commissam. *tradente Colero. d. tr.de alim.lib. 1.c.2.n.75.& c.10.n.31.vers. & sic.*

Atenim inquiunt,paratam iam habemus, & quidem per probationum illam reginam, confessionem scilicet ipsius Rei, de lœsione vltra iusti dimidium,probationem. (Etenim aiunt) Reus ipse difficeri nequit, quod sibi Actor, cum in Camera Electorali Brandenburgica, hæc controuersia agitaretur, bis mille quadringenta Ioachimicorum, vt à contractu desisteret, præter meliorationum expensas, obtulerit: quodq; ea adhuc recipere, Reus noluerit. Quis itaq; non conspicatur, probatam iam esse læsionem talem, qualem.l.2.C.de rescind.vendit.desideratur?

Egregia verò læsionis vltra dimidium iusti, probandi ratio.

90 Nam quod ad meliorationum expensas attinet,illas oblatas esse,agenti ex Remedio l.2.C.de rescind. vendit.nil prodest. Nil enim hæ, cum precio rei communne habent, sed ab agente,ex remedio. l. 2. C. de rescind. vendition. præter rei precium, refundendæ omninò sunt, ni liti cedere maluerit, *Veluti tradunt hoc in individuo Sichard..ad l. 2. in fin. Panthal. Cremen.n.95.Arr.Pinel.p.2.c. 3.n.1. vbi hanc*
** *receptiorem esse atteſtatur Iacob.Gourr.mihi fol. 171. & seq.in edit. parn. Anton. Menes.de Padill.n. 53.& 54.& DD.C.de rescind. vendit. Anton. Gamma. decis.Lusitan.291.n.5.vbi is multotes ita, quod ipse videret,judicatum fuisse refert Sim.de Prucl. consil.74. n.28.& consil.109.n.29.vol.1.*

91 Non itaq; opus est, vt pro benevola hac Actoris voluntate, illi gratias habeamus. Cum in necessitate positus, nemo liberalis existat. *l.proximè.& ibi Br.ff.de rit.nupt. l. rem legatam.ff.de admend.legat. Afflict. decis.13. n. 1. & decis.80 n.4.Lup.ad Rub. §. 11 n. 3. Cæs. de locat.int. vir.& vxor.Cald.ad l.si curatorem.ff.v. [illegible] non absimilu.n.48. C. de restitut. in integ. Mol. [illegible] tr. de contract.Rubric.donatio sub n.4.*

Eiusdem farinæ illud quoq; est, quod attamen 2400.Ioachimicos, Actor Reo obtulerit,coram Cameræ Electoralis iudicibus, si à contractu discederet: Nam vt vides, etiamsi illud ius, de quo Actor, cum Reo transegit, 2400. valuisset: inde tamen lœsionem,vltra iusti precij dimidium consuere, licitum non esset.

Consisteret enim etiam tunc læsio, in medietate, & vltra medietatem (vt nunc de oneribus,à quibus Actorem, præter precium, Reus liberauit nihil afferam) ne ad nummum quidem vsq; progrederetur.

Quod cum ita sit, patet iam conclusio per 92
se,in læsione scilicet, quæ præcise in medietate consistit,nec medietatem, ne in nummo quidem excedit, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. nullum locum relictum esse. *Fabian. de Mont.S. Sab.in tr.de emtion. & vendit.8.q. princ. n.7.vers.& dicitur.Bl.ad d.l.2.n.26. & vbi Padill.n. 41.& DD.C.de resc.vendit.*

Sed & consequentia mala est: Reus qui 93
pro re,mille ducenta tantum numerarat,noluit ea cedere, etiamsi offerrentur ei,bis mille quadringenta: Ergo venditor lœsus est vltra dimidium iusti. Plus enim,vt nemo non animaduertere potest,in conclusione, quàm in præmissis est, vnde subsistere quoq;,istiusmodi argumentatio,non potest. *Coler.in tr.de aliment.lib.1.c.2.n.35.& 76.& c.10.n.51.*

Et præterea nihil plane concludit: pos- 94
sunt enim,vnius rei, plures esse causæ, & potentior ex his,effectum perficit. *Matth. de Afflict.ad c.1.§.item si fuerint.n. 14. per ill.text. quib. mod.feud. amittat.*

Nec sequitur: emtor recusauit pro precio 95
duplò maiori illo, quod is numerarat, rem dimittere: Ergò infra dimidium iusti precij,res vendita fuit. Cum possit, id iure recusare alio,quàm precij respectu, affectionis puta, vel commoditatis illius, quam ex rei vicinitate capit,causa. Interest enim nostra: fundos vicinos habere. *l.si cui fundus.ff.de legat. 2.Iaf.ad l.1.n.77.vers.& potest interesse.ff. de legat. 1.Cran.consil.809.n.18.*

Non itaq; probat hoc esse, quod ab hoc 96
contingit abesse. *l.non hoc.C.vnd. legit. Stracch. in tr.de decoct. 2.p.vlt.p.p.n.3. Bardul. in tr. de temp. vtil.& contin.c.16.n.3.*

Vt sciens, prudensq;, præteream nunc, 97
neminem inuitum: ad venditionem rei suæ, cogi posse. *l.inuitum.C.de contrab.emtion.& vendit.Couarr.variar.resolut.lib.3.c.14.n.1. Tomm. decis.13.n.7.Mynsing.obseruat.27.cent. 5. Royz. decis. Lituanic.5.n.410.Schrad.in tr.feud.p.3.c.1.n.21.*

Sufficit itaq;, si vel ob hanc solum causam, à trans-

à transactione discedere, Dominus Reus abnuerit.

98 Non enim id interesse, ne quis contra voluntatem suam, quid facere cogatur, leue ducendum est. *per tradit. Cranett. consil. 461. n. 62. & consil. 724. n. 12. quamuis. ff. de vsufr. l. vlt. ff. de vsu & habit. §. præterea Inst. de action.*

99 Maximè cum quis certus est, auferri, à se rem non posse, etiamsi in lite succumberet. Veluti hic, vbi adhuc in libero arbitrio, victi situm est, vel rem ipsam dimittere, vel id, quod iusto precio deest, supplere. *Br. ad. 2. n. 16. vers. primo. & ibi Pinel. p. 3. c. 3. n. 6. & seqq. Padill. n. 52. & DD. C. de rescind. vend. Gail. obser. 62. n. 10. lib. 1. Mynsing observat. 42. cent. 2. Seraphin. de Seraph. in tr. de iuramento. priuil. 83. n. 58.*

100 Accedit adhæc, quod Actoris oblatio, verbalis tantum fuerit, quæ vel nunquam sufficit. *l. acceptam. & ibi Br. n. 2. Sichard. n. 3. & DD. C. de vsur. Caccialup. in tr. de pact. q. 6. n. 31. Tiraq. de vtr. retract. p. 1. §. 7. gl. 3. n. 1. Iacob. de Nigr. Ad l. si insalam. n. 45. ff. de verbor. obligat. Simon. de Prætt. cons. 74. n. 28. vol. 1.*

101 Sed & præterea, retortione hîc rectè vtimur: Nam si sciuerat Actor, bona diuendita, veluti libellus eius ineptissimus, continet, 5300. valere: eccur tantum 2400. emtori obtulit? Factum enim eum hoc, longè est probabilius, si conscientia ipsi non dictasset, vera non esse, quæ libello suo, inconsultò infarciri iusserat.

Reliquum itaq; illud tantum fit: Inuersionem optimum contrariorum dissoluendorum modum esse. *Euerard in præamb. topic. n. 18. Coler. in tr. de alim lib. 2. c. 12. n. 128. vers. secundo.*

102 Et sanè, si Consulentibus in mentem venisset (vti tantos iuris prudentes addecebat) prouisum iam esse, disertis verbis in iure: improbam esse causam venditoris, ob dupli precij oblationem, ad rescindendam venditionem, emtorem vrgeri petentis. *l. non est probabilis. & ibi Bl. & Salyc. C. de rescind. vendit.*

Non dubito, quin modestius se aliquantulum, erga Dominum Reum, hac in parte exhibuissent: ne rumores ante salutem (quod prudentium non est) ponere viderentur.

Vrgent deindè nos, sed non premunt, illo: quod ipsi confessi fuerimus, in priori nostro responso, bona diuendita, longè maioris nunc vendi posse, quàm illo, bis mille quadringentorum precio, quod Actor Domino Reo verbotenus obtulerat, indicant item folium, in quo hoc scripseram, veluti 110.

Ego verò diligenter, prius responsum meũ perlustraui, sed nihil tale, in eo reperire potui. Illud tantum scripsi: Daß das gut zu der zeit/ da es an K. durch die vergleichung kommen/ öde gewesen/ vnd gar darnider gelegen/ vnd nun wider eingerichtet/ das auch die Lehengüter in gemein in der Chur/ vnd Marck Brandenburg gestiegen/ in dem holtz vnd kornkauff/ sey hero gewachsen/ auch sehr gestiegen vnd zugenommen.

Sed hæc, quid ad læsionem vltra iusti dimidium, edocendam pertineant, non video: nisi manifestissimum verbis nostris (quod de tantis viris, vehementer miror, & tantum iuniori illi, qui vti mos Academicorum reprobus esse solet, consilium hoc, ni fallor, conscripserat, imputare possum) Consulentes, fucum faciant.

Nam primò prouocauimus ad mores regionis huius. Illis verò omnibus notum atq; perspectum est, quod intra decennium, valor feudorum valde adauctus sit. Nam cum ob nauigationes, ad exteras nationes, frumenti precium, haud mediocriter creuerit: iam præter experientiam communem, ipsa dictat naturalis ratio, precium quoq; bonorum, vnde frumentum hoc percipitur, vt de ligni vsu, nihil nunc dicam, omninò accreuisse. Etenim 103
precium rei ex varietate temporum & rei qualitate, atq; reditibus, variatur, crescit, atq; decrescit. *l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. Masc an tr. de probat. concl. 1225. n. 7 & concl. 1396. n. 14. Martell. Cala. in tr. de mod. art. et proband. §. 2. gl. vnic. n. 902.*

Sed & omnibus, qui rem rusticam (vt cum 104
Columella loquar) norunt, cognitum atq; exploratum est, non aberrare eum, qui diues positis in fœnore nummis est, si fundum, qui bono hactenus patrefamilias caruerat, atq; ob id incultus nunc iacet, emerit: cum ope pecuniæ, illum cultiorem longè, atq; fertiliorem, magno suo lucro, paulò pòst, efficere possit. Testor experientiam, rerum illam magistram. *c. quam sit. de elect. lib. 6. Affl. decis. 13. n. 18. Cott. in memor. in v. consuetudo. el. 2. ad fin. Pecc. in tr. de test. coniug. li. 5. c. 4. n. 4. Burs. cons. 200. n. 78. vol. 2.*

Et præterea addidimus, melioramentis, 105
ope, atq; industria Domini Rei feuda hæc, cultiora, atq; preciosiora, fuisse effecta. Quis itaq; nisi iuris imperitissimus, hinc læsionem vltra iusti dimidium, exædificare conabitur? Habemus enim traditionem Doctorum in indiuiduo, quod rei incrementum, etiamsi absq; facto possessoris contigerit: etiamsi hîc tantum sit, vt si præsentem rei statum, cum isto, qui tempore contractus erat conferas, precium, pro re dissoluta, neutiquam ad iusti dimidium accedat: non tamen efficiat, vt remedio l. 2. C. de resc. vend. aditus iam pateat. *Ita ipsissimis verbis docet Panthal. Cremens. ad l. 2. n. 64. vers. & contra Romanum C. de resc. vendit.*

Considerent itaq; Domini Consulentes, num ad me, num verò ad illos, falsitatis imago, de qua nescio quid, Responso suo immiscuerunt, pertineat. Porrò cum videant, rem deploratam esse, nec per rara agmina argumentatiuncularum, de quibus egimus hactenus, iuuari se posse Consulentes, ad æstimationem, qua ni fallor, Noah adhuc, cum terrarum orbem, tribus suis filijs diuideret, vius erat, ceu ancoram sacram, nunc confugiunt.

Nobis

106 Nobis verò æstimatio hæc, non solum aduersa non est: sed lubentissimè quoq; eam admittimus. Iam enim Sorex se suo prodit indicio. Nisi enim ad sistendas, quas oppositimus, ad litis ingressum arcendum exceptiones, probatione opus esset, etiam lite non contestata: eccur hasce æstimationis literas inutiles, Actor lite nondum cæpta, protulit? Sin autem hoc facto opus est, eccur Consulentes, cum Dominus Reus, hoc ab Actore requireret, idipsum turpitudinem, & tantum non scelus, & piaculum, vociterunt? Vnde inconstantia rursus eorum, & quod modò aiant, modò negent, notanda venit.

107 Ceterum aduersus æstimationem hanc, ante excepimus, & etiamnunc excipimus: quod controuersi adhuc iuris sit: an rei valor, per interuenientes æstimatores, rectè probetur: *Pro vt negatiuam in individuo tuetur Angel. ad l. precia rerum. n. 3. in fin. ff. ad l. Falcid. Cuius doctrinam veriorem esse ex nouissimis attestatur Mascard. in tr. de probat. conclus. 1396. n. 29.*

108 Et quamuis Consulentes negent, Angelum id dicere, ad quod à me autoritas eius allegabatur: vereor tamen plurimum, ne non compilator consilij istius, Angelum nunquam inspexerit.

Nam cum id, quod ego, addiscere ex Angelo potuerint. *Castrensis ad l. 2. ad fin. & ibi Pinel. p. 3. c. vlt. n. 2. vers. circa probationem. C. de rescind. vendit. Campeg. in tr. de testib. reg. 321. versic. duodecimo in fin. Masc. in tr. de probat. d. concl. 1396. n. 27. & seqq.* mirabimur fanè, neq; id abs re, qui fieri potuerit, vt illud animaduertere, solis Consulentibus (modo Angeli copiam habuerit iunior iste, qui hoc responsum nomine Collegij consuerat) denegatum fuerit?

Quod si subscribendum, illi omninò esset sententiæ, qua rei valorem, per æstimatores rectè probari statuitur: nihilo tamen magis, opinioni Consulentium, locus concederе-

109 tur. Etenim omnes scimus, æstimatores bonorum, vbiq; terrarum, & etiam apud nos, à partibus ipsis, non autem à iudice, vel principe nominari, atq; eligi. Idq; non tantum in alijs casibus, verum etiam tunc, cum de probando valore rei, in illum finem, vt de lœsione vltra dimidium iusti, edoceatur Iudex, agitur: obtinet, atq; verum est. *tradente in individuo Iohan. Sichard. ad. l. 2. n. 19. C. de rescin. vendit.*

110 Certum item est, quod eo casu, cum hi, à partibus electi æstimatores inter se, de rei valore discrepant, Tertius (quem vulgo Ob man dicimus) eligatur, qui illos ad concordiam reducat, vel ad minimum iudicem, dum huic, vel illi, æstimatorum parti accedit, commoueat, vt & is, in hanc vel illam æstimatorum sententiam fiat propensior. *Sichard. d. n. 19.*

Tales hîc æstimatores non habemus, qualis itaq; erit eorum æstimatio? Atq; sic in 111
specie: quod æstimatores à parte, & non à Iudice, eligi debeant, autor est *Cagnol. ad d. l. 2. n. 259. C. de rescind. vendit. Pancirol. consil. 48. n. 15. vol. 1. vbi hoc obseruare consuetudinem in testu est.*

Accedit adhæc: quod de iuramento ho- 112
rum æstimatorum, nihil planè constet. Cum tamen nullo in casu, absq; iuramento, æstimatorum dictis, vel factis, fides adhibeatur. *Rebuff. in tr. de præcon. & licitation. art. 1. gl. 2. n. 12. Dan. Mull. in semest. lib. 1. c. 10. in fin. vbi se plures animaduertisse attestatur, quod ob defectum iuramenti æstimatorum, tota æstimatio euersa fit. Dan. Mull. ad Constit. Saxonic. p. 1. const. 32. n. 14. & seqq. Franc. Burfat. consil. 260. n. 5. vol. 3. Fabian. Turret. consil. 30. n. 12. vol. 1.*

Neq; verò iuuat partes Actoris (vt Con- 113
sulentes volunt) illud: quod tempore Ioannis Marchionis Brandeburgici, certi quidam æstimatores fuerint ordinati, qui sub ingressum officij sui, semel, pro omni vice, iurarunt: Id quod fieri sufficit. *Mull. d. consti. 32. n. 15.*

Nam de hoc factum, ex nuda assertione Actoris, constat. Quare reijci tam facilè potest, quàm admitti, cum vt antea ostendimus, dicere non sufficiat, vbi probatione opus est.

Et quamuis nescio quam probationem huius rei, ex tacita Domini Rei confessione, dum scilicet, ad has Replicas Actoris, in Actis nihil respondent, assuere conentur Consulentes: frigidiuscula attamen, & hæc quoq; allegatio est. Si enim absq; oscitantia, is, quo Compilatore consilij huius vsi sunt, Consulentes, Acta introspexisset, vidisset ilicò, singulis Domini Rei productis iudicialibus, hanc sub finem adiectam fuisse clausulam: nolle se tacitè quicquam fateri, vel aduersario concedere: sed his, quæ in specie tacta non reperiantur, se etiamnum opponere, generalia iuris & facti contraria.

Quod cum ita sit, irriti iam erunt conatus omnes, de introducenda confessione Rei, 114
à Consulentibus suscepti. Eiusmodi enim clausula protestatoria (vt ita loquamur) ius protestantis ne violetur, custodit, nec aduersus illam, confessionem tacitam oriri finit. *l. 1. & ibi DD. ff. de nou. oper. nunciat. Ernest. Cothm. conf. 33. n. 41. vol. 1. Franc. Marc. decis. Delphinat. 208. n. 10. p. 2. Marc. Anton. de Amat. decis. Anconit. 24. n. 34. Rutg. Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib. 16. n. 5.*

Cogitandum præterea illud est, quod in 115
omnibus casibus, vbi æstimatorum taxatio, probationem aliquam facit: oporteat illam factam esse, vel in ipso contractu, vel paululum antè. *Vti hoc in individuo tradunt Paul. de Castr. ad l. 2. ad fin. & ibi Cagnol. n. 264. vers. quarto secundum. Pinel. p. 3. c. vlt. n. 14. C. de rescind. vendit. Raph. Cum. ad l. precia rerum. & ibi Alex. n. 6. ff. ad l. Falcid. Ioh. Bapt. Lup. ad l. 2. §. 5. n. 155. C. de pact. int. emt. & vend.* Ate-

Atenim noſtra taxatio, fiebat anno 78. tranſactio autem anno 90. demum, facta eſt. *Vt vtriuſq; rei inſtrumenta ipſa oſtendunt.*

116 Nihil itaq; probare poteſt. Etenim conſequentia mala eſt: Anno 78. ſupra ſesquimilleſimum, feuda l. vndecim millibus vendi potuerunt. Ergo anno 90. quoq; iuſtum eorundem precium, millia vndecim erant. *teſte in indiuiduo Ioh. Bapt. Laderch. conſil. 129. n. 1. volum. 1.*

117 Sed &, vt conſtet æſtimatio, adeſſe præterea oportet æſtimatoribus, certum commiſſarium, certum item adiunctum, *Pro vt hoc in indiuiduo docuerunt Vincent. de Franch. deciſ. Neapolit. 54. n. 7. vbi hoc ſequi ſacrum conſilium Neapolitanum u teſtiu eſt. Rutger. Rulandin tr. de commiſſ. p. 1. lib. 4. c. 24. n. 3. & per tot.*

Atenim in iſta taxatione, de qua Conſulentibus res eſt, nulla planè Commiſſariorum, qui Æſtimatoribus in peragenda taxatione affuerant fit mentio.

Nec obſtat, quod Conſulentes, vitia quæ nomine indicauimus, taxationi huic ineſſe, bellè cognoſcentes: hæcq; anteuertere volentes, indicent: hoc tantum fine, hanc taxationem prolatam eſſe, vt inde verus bonorum horum valor, qui anno 1578. erat, addiſceretur. Nam hinc præſumtiue, valorem rei præſentem, inferre licitum eſſe:

118 Nam præter id, quod in genere, argumentum à tempore, ad tempus, atq; ſic à præterito, in præſens, in quo hac in parte innitunt Conſulentes, in tempore tantum præterito recenter, ſiue proximè effluxo, procedit: *tradente in indiuiduo Euerard. in topic. in loc. à tempor. ad temp. n. 16. verſ. ſed pro concordia.*

119 Verum quoq; eſt, illud ipſum argumentum, ad precium rei iuſtum, ex tempore præterito, in præſens conſtituendum, aliter non procedere, tradente in indiuiduo *Berengar. Paulbac. ad l. vnic. n. 160. C. de ſent. qua pro eo quod int. profert. per l. ſiue poſſidetis. C. de probat. & l. non ignorabit. C. ad exhibend.*

120 Non pertinet itaq; ad nos, argumentatio hæc. Quis enim tempus duodecim annorum, tempus recens, niſi amens ſit, dixerit. *per tradit. gl. ad l. vltim ff. ſi ag. vect. vel emphyt. Petat. Redoan. in tr. de reb. Eccleſ. q. 2. 6. 14. n. 2. Sichard. ad l. emtorem. n. 9. C. locat.*

Et inſuper præſumtionibus, dum ex l. 2. C. de reſc. vend. actio inſtituta eſt, nihil proficimus, ſed ibi clara & probata omnia, eſſe
121 oportet. Nam in eo remedio, ne ſuppletorio quidem iuramento locus eſt. *Bl. ad l. 1. n. 4. C. ſi min. ſe maior. dixer. Gilman. in d. Symphor. ſupplicat. tom. 2. p. 2. vot. 49. n. 19. Tileman. de Benign. in deciſ. Camer. ſyntagm. 4. decad. 3. vot. 5. n. 19. Arr. Pinel. ad l. 2. p. 3. c. vlt. n. 13. C. de reſc. vend. vbi Alex. Rip. & Cagnol. in id adducit.*

122 Quid igitur valebunt, l. 2. C. de reſc. vend. reſpectu, præſumtiones? Cum iuris ſit euidentiſſimi, quod vbi probationibus opus eſt, ibi præſumtiones nihil valeant. *vti antea ex Rauchb. q. 26. n. 29. comprobauimus. Qui in id Br. Innoc. & Ioan. Andr. Adducit.*

Non habent itaq;, quo læſionem vltra dimidium iuſti comprobent, Domini Conſulentes. Atq; ſic deficit eos quoq;, ſecundum requiſitum, ad l. 2. C. de reſc. vend. remedium, cum effectu introducendum.

De tertio porrò, l. 2. C. de reſc. vend. quod itidem adeſſe hic Conſulentes contendunt, requiſito: rem nempe immobilem hic venditam eſſe, paucis agemus. Nam cum inſtrumentum tranſactionis, hac de re ita, ſyllabatim loquatur: Als ſind ſie heute Dato / durch die Geſtrengen / Edlen vnd Ehrenveſten / ꝛc. wegen ſolcher güter / mit beyderſeits reiffem rahtſchlag vnd guter bewilligung / von einander geſatzt / vnd zu grunde verglichen: Dergeſtalt vnd alſo / das G. von B. für ſich ſeine Lehenserben / vnd Erbnemen / weil jhme ſolche güter weit abgelegen / vnd ſeine gelegenheit nicht geweſen / ſelbſt annunemen / alle vnd jede ſeine anforderung vnd gantzes recht / ſo er vermüge Churf. G. angefelß vorſchreibung / vnd geſamten hand / an obgemelten Lehengütern gehabt / nichts durchaus ausgenommen / jme H. von K. vnd ſeinen leibes Lehenserben erblich verkaufft / cedirt vnd abgetretten / vnd ſich alles ſeines habenden rechtens vnnd geſamter hand / gentzlich verzihen vnd begeben gehabt.

Nam cum hiſce verbis, tam aperte, & expreſſe oſtendatur, non hic de ipſis immobilibus rebus, ſed de iure manus coniunctæ, & aliis in bonis hiſce, Actori competentibus iuribus, actum, tranſactumq; fuiſſe, vt apertius nihil dici queat, actum mehercle agere putarim, ſi me, ad refellenda ea, quæ primo etiam intuitu, falſa eſſe apparent, pluribus accingerem: iudicibusq; moleſtus eſſem.

Temperabo itaq; mihi, ab inani verborum altercatione & loco reſolutionis vlteriores concludam: etiam tertium requiſitum, quod ad remedium l. 2. C. de reſc. vend. Conſulentes exigunt, hic omnino deeſſe. Quis 123
enim vnquam aſſerere ausus eſt, etiam ad iura, & res incorporales, l. 2. C. de reſc. vend. remedium, pertinere? Cum potius contrarium eius appareat *ex l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. l. ſi pater puella. C. de inoff. teſt. l. verum. §. ſciendum verſ. item non reſtituetur. ff. de minor. fac. ad rad. Bl. ad l. 1. n. 8. & ibi Alex. de Imol. n. 3. C. de pact.*

Nec obſtat: l. 2. C. de reſc. vend. verbo Rei vti: dicit enim: rem maioris precij, ſi tu paterue tuus, vænundediſti, &c. 124

Rei verò appellatione, etiam iura, & actiones venire. *l. rei appellatione. ff. de verb ſignif. Laurent. Sylu. in tr. de feud. recognit. q. 109. n. 34. Calld. ad l. ſi curatorem. in v. res. n. 1. C. de reſt. in integr. Petr. Gilkgn. ad tit. de ver. diuiſ. in prælud. nu. 3. Barnab. Briſſon. in tr. de verbor. ſignificat. lit. 16. in v. Rei appellatio.*

Nam

Nam vt alias, huius obiecti resolutiones, hic recensere supersedeam: diluitur ista, per illum ipsum textum in d.l.2. C. de rescind. vend.

Quod enim ab initio rem dixerat, postea per fundi verbum exprimit, ibi: fundum vænundatum recipias.

125 Iuridicum autem non est dicere, fundi quoq; appellationem, iura & actiones quoq;, comprehendere. Cum fundus nil aliud, quàm integrum aliquid, & agrum cum ædificio, & villa, significet l. locus. §. fundus. *l. fundi appellatione. ff. de verbor. significat. Garc. in tr. de expens. c. 1 1. n. 39. Connan. commentar. iur. lib. 4. c. 6. n. 8. Forcatul. ad l. 6 ff. de seruit. Brisson. in d. tr. de verbor. significat. lib. 6. in v. fundus.*

Sic quoq; momenti alicuius illud non est: quod attamen in transactionis instrumento legatur, das diese beyde Partenen/ Actor scilicet, & Reus meegen dieser güter (atq; sic ratione rerum immobilium) von einander gesagt vnd zu grunde verglichen.

126 Nam vt vides, hæc verba enunciatiuè tantum stant, & nihil planè disponunt. Quis autem nescius est, ex verbis narratiuis, siue enunciatiuis firmum argumentum, maximè in contractibus, si item aliud ostendant verba dispositiua, non deduci. *l. ex hac scriptura. ff. de donat. l. ex his verbis, & ibi Las. n. 1. Stchard. n. 4. & DD. C. de testam. milit. Everard. in topic. in loc. à milit. ad Eccles. n. 3. & in loc. à vi gemin. n. 6. Ernest. Cothman consil. 4. n. 62. vol. 1. vbi Butr. Dec. Gedden. & Rimin huius rei testes adducat.*

Quod si affirmandum omninò esset, de bonis ipsis immobilibus, hîc actum fuisse (id quod ponimus quidem, sed nentiquam concedimus) cogitandum attamen interim foret, bona hæc, de quibus nunc controuersia est, feudalia & non allodialia esse.

Quare hoc cum ita sit, noua, eaq; difficilima exoritur difficultas, quæ omne ad l. 2. C. de rescind. vendit. remedium, iter, interseptt atq; præcludit.

127 Ponito enim tibi ob oculos, quod l. 2. C. de rescind. vendit autorem, patremq; agnoscat, Diocletianum, Maximianumq; Imperatores, quodq; propterea eam, inter annum à Christo nato 286. & annum Christi 305. latam esse oporteat. Nam etsi in subscriptione l. 2. C. de rescind. vendit, nulla diei, vel consulis fiat mentio: diutius tamen, quàm vt modò indicabamus, Imperatores hi, rerum potiti non sunt. *Vt ex Freimon. in Symphon. iur. Chronolog. mihi fol. 748. & fol 768. addiscere licet.*

128 Deinde redige tibi paulisper in memoriam, feudorum originem admodum nouam esse. Vtpote, quam maior & senior interpretum pars ad Longobardorum in Italiam irruptionem, referat. *Vit Ilser. Afflict. Laud. Belluis. Molin. Marin. Frecc. Clar. Duar. Vvesenbec. Hotom. Vult. Rosenthal. Bodm. & Mozz. in id adducti, nouissimè sentt Petr. Heig. q. 1, n. 31. & seqq.*

Quos tamen anno Christi 568. ipsis Kalendis Aprilis demum, profectionem in Italiam suscepisse, constat. *Carol. Sigon. de rego. Ital. lib. 1 mihi folio. 6 vers. 42.* 129

Postquam ad transcendendum alpes, à 130
Narsete, qui hoc consilij apud se, vt vlcisceretur iniurias, à Sophia Imperatrice, muliere temeraria sibi illatas ceperat, fuissent euocati. *Carol. Sigon. d. lib. 1. fol. 4. vers. 7. Stumpff. in Cron. Heluet. lib. 2. c. 11.*

Atq; hæc bene considerata, nunc inter sese 131
conferas, & illico deprehendes, fieri non posse, vt ad feuda vsq;, legem quampiam à Diocletiano & Maximiniano, latam, porriganus. Cum enim trecentis, vel circiter, annis primum, feuda orta fuerint, postquam iam mortuus esset Diocletianus, & Maximinianus: Ideoq; duo hi Imperatores rediuiui fi essent, illisque aliquid de feudis narraretur, monstrum aliquod feudum esse, dubio procul statuerent, *veluti iam ostendimus.*

Qui fieri posset, vt leges eorum, ad nouam 132
rerum speciem extenderemus? Nescimus ne scriptum esse: naturam nouas multas, vt edat formas deproperare, & ideo ea quæ posteà emergunt negocia, legum veteriorum laqueis, nondum adhuc esse innodata. *l. 2. §. sed quia. C. de vet. iur. enucleand. gl. 1. in auth. de non alig. fec. nubent. collat. 2. gl. in auth. quib. mod. natur. effic. fra. in pr. ad 9. naturæ varietatem. Tiber. Decian. in apolog. aduers. Alc. c. 10. n. 9.*

Et quia natura nouitatibus subinde vti- 133
tur, ad opus quoq; multarum legum, legillatorem protrahit, *vt loquitur ipse Iustinianus in Auth. de confangu. & vterin. fr. atrib. in pr.*

Quid? quod lex illa 2. C. de rescin. vendit. 134
vtpote, quæ emtores, possessores q; rerum, inquietos efficit, fauore digna non sit. Hinc namq; videmus, illam in toto Galliarum regno exulare, nec cuiquam inibi fas esse, nisi peculiari in id, à Rege venia impetrata, illud proponere. Qua in re, testem habeo luculentissimum *Tiraq. in tr. de vtr. retr. p. 1. §. 32. gl. vnic. n. 61. Padill. ad d. l. 2. n. 1. C. de rescin. vendit.*

Sic in alijs Regnis, vt possessores rerum, 135
quietè rebus suis acquisitis fruantur, remedium hoc l. 2. C. de rescind. vendit. durabile non est, sed ad paucissimos annos, vita eius astringitur: veluti in Gallijs, etiamsi gratia Regis accessisset duodecim: apud Lusitanos quindecim: apud Hispanos verò, quatuor tantum annos durat. *Pinel. ad l. 2. p. 2. c. 1. n. 26. ibi Padilla. n. 47. C. de rescind. vendit. qui Melin. & Gomez. in id adducit Cald. ad l. si cui autorem in vanfra legitimum tempus. n. 10. vers. quamuis apud Gallos. C. de restit. in integr.*

Sic in Betica Prouincia, maximè inter il- 136
los populos, qui Hispalim accolunt, in totum exceptio hæc, de deceptione vltra iusti dimidium, lege municipali sublata est. *refte cod. Ant. Mexer. de Padill. Ad l. 2 n. 68. C. de resc. vend.*

Coerce-

Coërcebimus itaq; potius, l. 2. C. de resc. vendit. dispositionem, tantum abest, vt iure suffragante, eam ad species vsq; rerum, trecentis post annis natas, prolatemus. Odia quippe astringere, omninò conuenit. *c. odia. de reg. iur. lib. 6. c. quod scripsi. 35. q. 3. c. tua. el. 1. ext. de decim.*

Imò aiunt Consulentes: l. attamen. 2 C. de rescind. vendit. generaliter loquitur, & per rei verbum: quod feudum etiam compræhendere, incerti iuris non est.

Haberem rursus solutiones varias, cum vniuersaliter verum non sit, in appellatione rei, feudum semper includi: sed vnica hac contenti nunc erimus: quod vt antea monebamus, incmile sit, lege non tota perspecta, de parte aliqua eius iudicare. Nam si totum l. 2. C. de resc. vend. textum, ea qua par erat, diligentia, Consulentes perlustrassent, animaduertere continuò potuissent, ipsam l. 2. C. de rescindend. vendit. generalius Rei vocabulum, per fundi vocabulum postea explicasse: consequenterq; generale illud Rei verbum, amplius aptum non esse, quod in se feuda complectatur, cum illi magna ex parte, per fundi vocabulum subsequens de-
138 rogatum sit. Cuius fundi appellatione, feudum quoq; venire, nulla vnquam dixerat constitutio. Erubescamus autem sine hac, aliquid loqui. *§. considerennus auth. de Trient. & semiß. l. dissentientis. C. de repud. Euerard. in topic. in loc. a leg. ceff. n. 1. Anton. Quett. consil. 47. n. 4. vol. 1.*

139 Nec rationes pro libitu cuiusq; excogitatæ, statim pro lege coli debent. *l. 1. §. calumnator. ff. ad SC. Turpil. l. ordine in pr. ff. ad munic. Facult. Iurid. Tenens. in subscript. conf. Cothm. 1. n. 592.*

140 Quid verò ad id respondes, inquiunt Consulentes: quod attamen iuris ambigui non sit, iura ciuilia in casibus, vbi feudale ius, aliud nō sanxerat, ad feuda quoq; pertinere. &c.

Ego verò ad id respondeo, genericam hanc traditionem, periculosam admodum esse, cum plærunq; subuertatur: In specie autem fallat, si in odiosis (quale remedium l. 2. C. de rescind. vendit. esse, iam comprobauimus) vel etiam in ijs, quæ notabilia præ ceteris sunt, versati fuerimus. Ibi enim sufficit, quod iurium feudalium promulgator, nihil tale expresserit. Potuisset enim vtique, imò etiam debuisset cum Legislatori, notabiliora negligenda non sint, si id voluisset, iurium feudalium conditor, exprimere, quod l. quoq; 2. C. de rescind. vendit. in feudis, locum sibi vendicare debeat. *arg. l. at si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sumtib. funer. fac. gl. ad c. vltim. extr. de iur. patronat.*

141 Exuimus hactenus Dominos Consulentes, iuris ciuilis propugnaculis: retrocedunt itaq;, & ad munitiones iuris Canonici, iam se recipiunt. Indeq; aduersus nos detonant; ex c. ad nostram. ext. de reb. Eccl. alienand. vel non apparere iam, vt habent iuris Canonici sanctiones, in feudis quoq;, ob læsionem vltra dimidiam recti precij partem, contractus rescissionem interuenire: proindeque cum ius Canonicum in feudalibus, si à iure ciuili discreparit, omninò sequendum sit: indecens esse, si dubitare velimus amplius, quin in nostro quoq; casu, vbi de feudis res est, locum sibi l. 2. C. de resc. vend. vindicet.

Verum nos, brutis hisce Consulentium fulminibus, non solùm non terremur: sed & certi per ea de victoria reddimur. Extorsimus enim ab inuitis etiam, proprij oris confessionem, qua fassi sunt, nullum in iure ciuili, vel feudali, extare textum, vnde in feudis quoq;, l. 2. locum esse, colligere promtum sit.

Sed & ictus d. c. ad nostram: facilè euitabimus. Age namq; presius aliquantò, d. c. ad nostram. ext. de reb. Eccles. alienand. vel non. &c. examinabimus.

Et primò quidem constat, ex Doctorum iuris traditis, illum textum varios sortitam esse intellectus, seu interpretationes, *Pro vt hoc in indiuiduo scriptum reliquit Pinel. ad l. 2. p. 2. c. 4 n. 16. C. de rescind. vend.*

Non meretur itaq;, ad causarum decisio- 142
nem allegari: *Socin. Sen. ad l. 1. n. vltim. ff. quis & à quo appellet. Iaf. ad l. captatoriae. n. 12. vers. totum. C. de testam. mil. Polyd. Rip. in tr. de nocl. temp. c. 19 n. 23.*

Et deinde, quamuis vniformem tantum intellectum haberet, apparet tamen rursus ex ipso, ipsius d. c. ad nostram textu, agi in eo, de re Ecclesiæ. *ponderando scilicet verba Tusciense monasterium.*

Sed & indicat idipsum satis, Rubrica, seu titulus, sub quo istud capitulum positum est. *vtpote, cum inscribatur, de reb. Eccl. alienandis vel non.*

Nemo enim nescius est, quod in dubio o- 143
mnis lex, omnis item Canon, ita interpretatione adiuuari debeat, vt Rubricæ seu titulo, sub quo à iuris compilatoribus collocatus reperitur, conueniat. *l. imperatores. & ibi Br. ff. de in diem addict. Euerar. in topic. in loc. à Rubr. n. 6. Lup. ad rubric. §. 35. n. 5. ext. de donat. int. vir. & vxor. Didac. Perez. in addit. ad Segur. ad l. 3. §. vlt. n. 5. ff. de liber. & post. Ludouic. Bender. in tr. reuis. consil. 25. n. 5. Caball. ad l. si totas. n. 33. C. de inoff. donation. Nicol. Bellon. supput. lib. 2. c. 13. n. 3.*

Etenim rubrica, seu titulus clauis vniuscu- 144
iusq; legis est, vt *rectè loquitur Cuiac. obseruat. lib. 14. c. 31.*

Et præterea, de Ecclesia illum ipsum textum interpretati fuêre. *Matth. de Affl. ad c. 1. in pr. n. 85. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Schrad. in tr. feud. p. 5. c. 6. n. 10. in fin. Boer. decis. Burdegal. 44. n. 23. Pinel. d. p. 2. c. 4. n. 14.*

Concidit itaq; rursus, ex c. ad nostram depromta argumentatio. Quis enim B. Ecclesiam esse agnoscere? quis item eius Ecclesiæ membrum, esse vellet?

145 Deinde non loquitur quoq; is ipse textus, de læsione vltra dimidium iusti, sed de læsione omnium maxima, vtpote, cum ex reditibus rei concessæ vnius anni, totum id, quod pro concessione numerabatur, & amplius etiam, redigi, percipiq; rursus, poterat. *d. c. ad nostram ibi præsertim cum idem laicus, primo anno, de ipsius prouentibus, vltra summam perceperit, prætaxatam. ext. de reb. Eccl. alien. vel non. Pinel. ad l. 2. p. 2. c. 4. n. 14. C. de resc. vendit.*

Quo pacto autem hîc, demonstrare poterit Actor, Dominum Reum vno anno, ex bonorum horum satis sterilium reditibus, vltra mille ducenta percepisse? Et vi consequentis prodesse quoq; non poterit, Actori hæc, c. ad nostram allegatio.

Deinde de remedio l. 2. C. de rescind. vendit. in toto illo d. c. ad nostram contextu, negry quidem visitur, nec vllus vnquam iuris interpres, qui illud de remedio l. 2. C. de rescind. vendit. interpretaretur, repertus fuit, sed vno ore omnes attestantur, in integrum restitutionem postulasse ibi, monasterium Tusiense, non autem ex l. 2. C. de rescind. vendit. actionem proposuisse. *gl. ad d. c. ad nostram. & ibi Host. Anton. de Butr. Iohan. de Imol. n. 4. & 5. Panorm. n. 1. & 5. extr. de reb. Eccles. non alien. & alij quos adduxit Pinel. ad d. l. 2. p. 2. c. 4. n. 14. & seqq. & ibi Eman. Soarez. in addit. C. de resciss. vendit.*

Rursus itaq; hîc non quadrat. Non enim Actor, restitutionem in integrum petierat: sed remedium l. 2. C. de resc. vendit. (quamuis longè ineptissimè) proposuerat.

Videtis itaq; iudices, qua in classe, hæc c. ad nostram ext. de reb. Eccles. non alienand. à Consulentibus facta allegatio, cui tantoperè confiderant, recensseri mereatur.

Verum fac, illum ipsum canonem, respectu omnium ordinum, hominum procedere: loqui item de læsione vltra dimidium iusti simplici: & præterea disertis verbis remedij l. 2. C. de rescind. vendit. mentionem facere (id quod ponimus, non autem concedimus) non attamen ope huius Canonis, eò quò vultis, Actorem vestrum perducentis Consulentes.

146 Cogitate enim Consulentes, illam quam adduxistis Regulam: In causarum feudalium decisionibus, relicto iure ciuili, Canonicum ius sequendum esse, si qua differentia inter vtrumq; ius, sese ostenderit, secundum quid tantum procedere: & quatenus de ijs res est, quæ in iuramento fidelitatis continentur, seu quando periurium Vasalli, in quæstionem venit, *tradentibus in indiuiduo Bl. ad c. 1. 5. præterea. el. 3. n. 10. De proh. feud. alienat. per Fridericum. Franc. Curt. in tr. feud. alienat. per Fridericum. Franc. Curt. in tr. feud. p. 1. q. 12. per tot. Cott. in memor. in v. feudi. el. 2. Roch. de Curt. ad c. vlt. sect. 9. n. 50. ext. de consuet. Mozz. in tr. feud. Rubric. de natur. feud. nu. 112. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. in v. & dicti vasalli. n. 17. Seraphin. de Seraphin. in tr. de iuram. priuil. 66. n. 6. Schrad. in tr. feud. p. 1. q. 6. n. 18. Rosenth. in Synopf. feud. c. 1. concl. 19. Intrigl. in tr. feud. q. 17. n. 6.*

Quod cum ita sit, nobis verò, nostroque 147 casui, cum iuramento fidelitatis, commune nihil sit: lubentes credo, Domini Consulentes fatebuntur, se à vero aberrasse. Iuramento enim fidelitatis excepto, etiam in causarum feudalium decisionibus, ius ciuile in foro ciuili: Canonicum verò, in suo foro sequimur. *Vti antecitore Curtio totidem verbis scripsit d. Intrigl. in d. tr. feud. d. q. 17. n. 5.*

Sic videmus velle interpretes, etsi iura 148 Canonica sanxerint, quod maior natu fratet diuidere, minor verò, quam partem velit habere, eligere debeat. *Panorm. ad c. 1. n. 4. ext. de Paroch. Eman. Soarez. recept. sentent. lit. D. n. 91. & seq. Mynsing. observat. 37. cent. 4. Gail. observat. 116. n. 14. lib. 2.*

Hanc tamen Pontificij iuris sanctionem, 149 in feudorum diuisionibus, sequendam minimam esse: sed diuisionem vel sorte, vel iudicis officio, tunc peragendam, *Vti in indubio scriptum reliquit Schrad. in tr. feud. p. 7. c. 5. n. 69. cui subscripsit Rosenth. in Synopf. feud. d. c. 1. conclus. 19. in addit. sub litter. A. vers. idem tradit.*

Concludamus itaq; denuò, in feudalibus, 150 remedio l. 2. C. de rescind. vendit. locum nullum esse. Feudum enim in persona emtoris, nouum planè est: in persona verò venditoris, planè extinctum iam est: *Matt. de Afflict. ad c. 1. n. 21. De vasall. decisp. stat. Thom. de Marsil. in tr. de gener. & qualit. feudor. tit. 3. n. 20. Alex. consil. 28. n. 1. & per tot. vol. 5. Socin. int. consil. Alb. Brun. consil. 10. n. 17. vers. nec obstat. Sigism. de Neap in tr. consil. Bruni. consil. 52. n. 3. 4. & 5. Zas. consil. 12. n. 60. & consil. 13. n. 11. lib. 1.*

Quomodo itaq; cogi posset feudi Domi- 151 nus inuitus (quandoquidem in remed. l. 2. secundum præcepta iuris ciuilis) aliud enim de iure Canonico est (concluditur vt res ipsa restituatur. *Br. ad d. l. 2. n. 16. versic. primo potest & ibi Bl. n. 22. Salyc. nu. 18. & n. 22. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Castr. n. 16. & DD. C. de rescin. vendit. Mynsinger. observat. 42. nu 5. cent. 2. Vbi hoc in Camer. receptum attestatur Gail. observat. 62. n. 10. lib. 1. Mozz. in tr. de contract. Rubric. quib. casib. annullet. emt. & vendit. nu. 11.*) 152 contra omnia iuris feudalis principia, alienatorem feudi, in quo per omnia feudum extinctum erat, si agens ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. obtineret, rursus Vasallum, respectu rei alienatæ, agnoscere, atque habere. *c. 1. §. 1. de fratr. de nou. benef. inuest. Schrader. in tr. feud. p. 8. c. 5. nu. 19. Angel. consil. 110. nu. 4. versicul. tertio probatur: Alex. de Imol. consil. 10. nu. 2. vers. octauo. Iohan. Iacob. de Leonard. inter consil. Bruni. consil. 114. nu. 59. & seqq.*

Atq;

Atq; his, comprobaſſe mihi nunc ſatis, ſuperq; video, aduerſus rationem primam, quam Conſulentes Deciſioni ſuæ ſubſtraueraat, nos non habere hîc, vel contractum, vel rem, remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. accommoda: non item de læſione vltra iuſti dimidium, fidem vllam fieri poſſe: at nunc limæ ſupponemus ea, quæ Conſulentes attulerant. dum libellum Actoris, ab ineptitudine vindicare, cordi illis fuit. Videtis enim Iudices illos leuiter admodum, atq; ſuperficialiter tantum, hæc tradidiſſe.

Dicunt enim vt Actor remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. inſtituens victoriam reportet: hæc tantum eſſe neceſſaria: vt aptè narretur, qualiter rem. 10. tempore contractus valentem, pro quatuor, errore ſeductus, Actor diſtraxerit: & quod deindè concludatur, Reum condemnari, vt vel rem teſtituat, vel id quod iuſto precio deeſt, ſuppleat. Hæc ſunt omninò, quæ in ſententiæ ſuæ confirmationem, Conſulentes adducunt, in quibus fallaciam conſequentis committi, ideoque totam hanc deciſionis rationem collabi, nemo eſt, qui non animaduertat. Cum plures longè modi ſint, ex quibus libellus fiat ineptus.

153 Tunc autem ſemper committatur conſequentis fallacia, cum partes omnes non enumerantur. *Euerard. in topic. in loc. à part. enumerat. n. 3. in fin. Octau. Simonc. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 6. n. 93.*

Age itaq;, rem altius paulò, exordiamur.

154 Vbi ſciendum eſt primò: quod omnis libellus dicitur ineptus, ex quo Reus certò addiſcere non poteſt, an cedere, an verò contendere debeat. *Vti hoc in induiduo ſcripſit Zanger in tr. de except. ſub Rubric. libell. inept. n. 8. verſ. primò.*

155 Notum enim eſt, ex communiſsimis iuris principijs: quod libellus omnis clarus, certusq;: atque ita compoſitus eſſe debeat, vt Reum certiorem faciat, an liti cedere, an verò Actoris conatibus obuiam ire, velit. *c. 1. & ibi DD. Canon. commun. ext. de lit. obtat. l. 1. ff. de edend. l. edita. & ibi Iohan. de Vicomerc. n. 10. Corn. n. 5. Ludouic. Gozad. n. 1. & DD. C. cod. tit. Laurent. Tenn. Rodulph. in tr. caut. caut. 148. n. 1. Tiletan. de Benig. in Synt. ag. dec. Can. Imper. Synt. 2. decis. 2. vot. 8. n. 10. Marant. in tr. de ordin. iudic. in 2 p. 6. p. p. memb. 3. n. 2. Nicol. Bellon. conſ. 23. n. 17. Modeſt. Piſtor. conſ. 28. n. 18. vol. 1. VVeſenbec. conſ. 3. n. 12.* *

157 Sicuti è diuerſo, ab omni duplicitate (vt ita loquar) libelli *Nicol. Carb. in pract. pract. lib. 3. c. 3. n. 45. verſ. aduertas per c. 1. & quæ ibi DD. annotant ext. de emt. & vendit.*

Item à vocibus alternatiuis, nec non à dictionibus, plus, minus, & vltrà, ſedulò cauendum eſt. *Eberh. Speckh. q. 64. n. 18. & ſeqq. cent. 1.*

158 Id quod non ſolum in alijs actionum generibus, verum etiam tunc, cum ex l. 2. C. de reſc. vendit. agitur, obtinet, atq; verum eſt. Nam & hic articuli certi quid continere debent, veluti rem valentem decem, pro quatuor diuenditam eſſe. *Br. ad l. 2. n. 16. & ibi Communis ſchola interpretum. C. de reſc. vend. Sed & ipſi Conſulentes idipſum iam faſsi ſunt.* *

Niſi enim hoc fiat, etiam ex remedio l. 2. 159
C. de reſc. vendit conuento, hac libelli ineptitudine parata iam ad victoriam, via eſt. *tradente in induiduo poſt Bl. Panthaleone Cremenſ. ad l. 2. n. 193. C. de reſcind. vendit.*

Etiamſi ad appellationis vſq; inſtantiam, 160
res proceſsiſſet. *Panthaleon. de Crema. d. n. 193.*

Atenim ex noſtri Actoris libello, Dominus Reus ſtaturæ ſecum non potuit, an cedendum eſſet lite, nec ne: eſt item obſcurus, incertus & ferè ſextuplex.

Meritò itaq; aduerſus eum militat ineptitudinis libelli exceptio. In articulo namq; ſuo poſitionali 56. poſuerat Actor, bona, quæ per tranſactionem dimiſerat, tum temporis æſtimari potuiſſe tribus millibus & pluris: In 57. rurſus variat dicitq; æſtimari ea potuiſſe 3500. & pluris. In 58. ait: æſtimari ea potuiſſe 4000. & vltra. In 59. poſuit: æſtimationem eorum fuiſſe quatuor millia quingenta. & vltra. In 60. aſſerit, iuſtè ea æſtimari potuiſſe 5000. & pluris & tandem in 61. articulo poſitionali concludit, æſtimari ea potuiſſe, ex regionis moribus, quinq; millibus, quingentis & amplius etiam.

Quæ hæneniæ atq; ineptiæ? quid porrò hîc faceret Reus, cederet ne an exciperet Actoris impetus? Cum videret, longè aliam diuerſiſsimamq; fore rationem eius, ſi bona hæc valuiſſent 5500. aliam item, ſi tantum 3000. vel 3500. æſtimari potuerint. Nam ſi bona valuiſſent 5500. ageretur iam non de læſione vltra dimidium iuſti, ſed læſus iam eſſet, vltra duplum. Id quod tamen allegare vnquam Actor, hactenus auſus non fuerat.

Vitio itaq; Domino Reo dari non poterit, quod tam ſubdolo, inepto, obſcuro, & ſextuplo libello, non reſponderit: ſed ſe abſoluit à iudicio petierit.

Non enim iure tenetur quis, ad ineptum 161
libellum reſpondere. *c. 2. & ibi Felin. n. 5. ext. de lib. obl. t. c. vlt. & ibi Socin. n. 6. extr. eod. tit. Lanfranc. de Orian. ad c. quoniam contra. ad v. petitiones. n. 4. ext. de probat. VVeſenbec. conſ. 38. n. 7.*

Et quî reſponderet? cum aduerſus libel- 162
lum ineptum, exceptiones aptè proponi nequeant. *Vti in induiduo tradidit Flamin. de Rubeis. conſil. 3. n. 2.*

Cum item confeſtim, ac de libelli inepti- 163
tudine excipitur, totus proceſſus curſus, ſiſtatur. *Iohan. Bapt. Aſin. in ſua prax. §. 31. c. 63. n. 2. per l. libellorum. verſ. quid ſi libelli. & ibi Br. ff. de accuſat.*

Et nihil amplius reſtet, quàm vt abſoluatur Reus, inq; expenſas condemnetur Actor. 164
Vti Specul. Anton. de But. & Caſtr. adductis, in indi-

uiduo docuit Felin. ad d.c. 2. n. 5. declarat. 5. ext. de libell. oblat. Marant. in tr. de ordin. iudic. p. 5. n. 50. Modestin. Pistor. consil. 50 n. 16. vol. 1. Iohan. Sichard. cons. Testamentar. 3. n. 53. per c. examinata. ext. de iudic.

265 Omnia enim libelli ineptitudo, prorsus
* vitiat, labefactat, pessundat, atq; destruit. Vti hoc commune interpretum placitum esse attestatur Eman. Soarez. com. opin lit. L. n. 166. vbi Br. Alex. Dec. Crau. Bellon. & Roland. à Vall. autoritates in id affert.

Neq; verò suppetias Consulentes, mirè afflictis Actoris vestri partibus, feret illud: quod si ad probationes ventum fuerit, certum fieri quoq; possit, quis verè valor bonorum dicendus sit.

166 Nam hoc remedij, minus efficax est, ad tantum defectum supplendum: Et præterea iuris est apertissimi: quod libellus ineptus, ex probationibus suppleri nequeat. Ias. ad l. 1. n. 7. & ibi Iacob. de Nigr. n. 22. ff. de offic. assessor. Modestin. Pistor. consil. 27. n. 14. vol. 1. vbi hanc esse
* communem opinionem attestatur.

At aitis, Actoris nostri libellus, clausula illa salutari: ius & iustitiam mihi administrari peto, &c. communitus est. Tutus itaq; iam
167 erit ab ineptitudine omni. Hic enim huius clausulæ effectus est. tradentibus in indiuiduo Parid. de Puteo. in tr. fyndicat. §. an dictum. n. 11. qui Innoc. Ioh. And. Bl. & Imol. idem voluisse refert. Mar. in tr. de ordin. iudic. in 2. p. 6. p. p. memb. 3. n. 9. Mar. Anton. de Amat. decis. Anconit. 6 in. 72.

368 Itane verò censetis? Sed quid respondebitis ad id, quod vbi libelli ineptitudo tanta est, vt ob eam certus fieri nequeat Reus, an cedendum sit, an verò pugnandum: ibi enerua planè fiat clausula ista, cum tantoperè confiditis: peto mihi ius & iusticiam administrari. gl. magn. ad l. vltim. C. de annal. except. Alex. ad l. vltim. n. 3. vers. si ex narratione. ff. de liber. & postum. Mar. in tr. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 9. n. 14. vers. item dicta. Ioh. Bapt. Asin. in sua prax. §. 4. c. 4. n. 2. vers. secundo quia. Marcell. Cal. in tr. de mod. artic. & prob. §. 1. gl. 3. n. 14.

Non obtinebitis itaque, etiam vi huius clausulæ. Videtis enim tantam lepidi vestri libelli ineptitudinem, vt incertus in totum, vt prius, etiam eo perspecto, remaneat Dominus Reus.

At adhuc litem ingressi non sumus, forsitan dicetis: Itaq; immaturè ad obiectionem huius exceptionis, acceditis.

169 Sed & hæc obiectiuncula leuis est. Cum in nulla iudicij parte, exceptioni huic, de ineptitudine libelli præclusa sit via. Bl. in l. si exceptionem. n. 283. C. de probat. Modestin. Pistor. consil. 50. n. 20. volum. 1. Ias. in l. si patronus. n. 2. ff. de iureiurand. Marant. in tr. de ordin. iudic. in 2. p. 6. p. p. membr. 9. n. 5. VVesenbec. consil. 13. n. 7.

170 Quinimò satius semper est, hanc primo loco opposuisse. Br. in d. l. exceptionem. n. 7. C. de probation. Ias. ad l. 1. n. 2. ff. de edend. Innocent. in tr. de except. n. 25. Ias. ad §. omnium. n. 126. Instit. de actionib. Kilian. König. in suo proceff. c. 43. nu. 4. Zanger. in tr. de exception. Rubric. de except. libell. inept. n. 1. Iohan. Bernardin. Muscatell. in praxi ciuil. p. 1. in gloss. ad v. declarans. n. 18. & p. 3. in gl. ad v. obscurum. n. 14.

Videtis itaque vos, etiam hac ratione, telum immedicabile exceptionis nostræ, effugere non posse, quin libellum vestrum trucidet atq; configat.

Noua deinde libelli ineptitudo prodit ex eo: quod positiones suas simpliciter, & absque eo, quod se paratum esse ostenderet, ad iuramentum dandorum subeundum, iudici, Actor exhibuerat. Interim verò petierat, vt Reus adigeretur, ad præstationem iuramenti respondendorum.

Cum tamen certum sit, ritè rectèque à 171
Reo, iuramentum respondendorum non exigere Actorem: nisi ipse prius iusiurandum dandorum iurauerit. Vti hoc totidem verbis scripsit Tileman. de Bening. obseruat. Camer. Imper. pentecost. 5. obseru. 42.

Nec se iuuare Actor, hac in parte, ex eo 172
potest: quod tamen se obtulerit in libello suo, ad præstationem iuramenti de calumnia, siquidem hoc visum, iudici fuisset.

Aliud enim longè, iuramentum de ca- 173
lumnia, aliud verò iuramentum dandorum, & respondendorum est. Tilem. de Bening. d. pentec. 5. obseruat. 42.

Et comprobatur ex eo, quod videamus in 174
Camera Imperiali, de calumnia in secundo termino: ordin. p. 3. tit. 13. §. Dergleichen so ist der Eyd für gefehrde.

Iuramentum verò articulorum, siue dan- 174
dorum & respondendorum, in quarto demum termino præstari. Ordin. p. 3. titul. 15. in princ.

Quare per id, quod se iuraturum de calumnia, Actor ostenderat, remedium illi malo, quæ iuramentum dandorum omiserat, afferri nequit.

Tertia verò libelli ineptitudo, inde resultat, quod similiter in libello suo Actor, non obtulit Reo, siquidem rem restituere maluisset, meliorationum precia.

Cum attamen certi sit iuris, quod Actor, 175
ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. agens, audiendus non sit, nisi simul quoque, separatum esse, precia, impensasque meliorationum refundere, Reo denuncier. tradentibus Bl. ad l. vltim. n. 3. C. si aduers. Fisc. Fabian. de Monte. S. Sabin. in tr. de emtion. & vendit. 6. q. pr. membr. 5. in fin. & 8. q. princip. in pr. n. 2. Roland. à Vall. consil. 59. n. 7. volum. 1. Laurent. Calcan. consil. 126. n. 6. Simon. de Proct. consil. 74. nu. 28. & consil. 109. n. 29. volum. 1. per l. vicre. C. de præd. minor. & l. vnica vtile. §. vlt. ff. de minor.

Quarta

Quarta postea libelli ineptitudo, ex eo, conspiciendam sese præbet, quod causæ suæ fauciæ, & iam ad mortem vsque vulneratæ, diffidens Actor, iuramentum suppletorium, sibi deferri petierat.

Id quod rursus, manifestissimè cum iuris prouisionibus pugnat.

176 Nolunt enim iura, in hoc genere actionum, delationi iuramenti suppletorij, locum esse. *tradentibus in indiuiduo Bl. ad l. 1. n. 4. C. si minus se maior. dixer. Gulmann. in symph. supplicat. tom. 2. p. 2. voto. 49. n. 19. Tiletan. de Benign. in Decis. Camer. Imper. Systagm. 4. decad. 3. vot. 5. n. 19. Arr. Pinel. ad l. 2. p. 3. C. vlt. n. 13. C. de rescind. vendit. vbi Alex. Rip. & Cagnol. in id adducit.*

Quinta dehinc libelli, Actoris nostri, perhorrescenda ineptitudo, inde promanat: quod ipsius articuli, nihil planè concludant, sed ad instar scoparum dissolutarum, sese habeant. Etiamsi omnia contenta in ijs probata fuerint. Nihil enim articuli eius præterea habent; quàm quod bona, à millibus tribus, ad millia quinq; & quingenta vsque (veluti superius recensuimus) æstimari potuerint: non autem id dicunt, vendi quoq; ea, omni eorum conditionem scienti, pro tanto precio

177 potuisse. Id quod tamen articulandum, & probandum, necessariò fuerat. *gl. not. ab. in l. mortua causa. capimus. §. vltim. & ibi Br. Ioh. de Imol. & DD. ff. de donat. mortis caus. Br. m l. si seruum. n. 7. ff. de condict. furtiua. Alex. de Imol. ad l. precia rerum. n. 3. ff. ad l. Falcid. l. si. ad l. 1. §. si heres. n. 9. ff. ad SC. Trebell. Rebuff. ad l. vnic. n. 505. C. de sent. qua pro eo quod interest. Art. Pinel. ad l. 2. p. 3. C. 4. n. 18. C. de rescind. vend.*

178 Si enim hæc consequentia non concludit: multi erant, qui rem tanti emere voluerunt. Ergo emerunt rem tanti, vel res vendi potuit tanti: *tradente in indiuiduo Cagnol. ad d. l. 2. sub n. 234. vers. sed modus iste. C. de rescind. vendit. Mascard. in tr. de probation. concl. 1396. n. 4.*

179 Multò minus illa connexio bona erit: res tanti æstimata est; Ergo tanti vendi potuit.

180 An non creberrimæ eo, in sermonibus vti solemus: Ein Tax könne ein jeder machen: Aber kenen wege zubring n/ die auff den gemacht. u Tax kauffen sey nicht ein s jedern thun?

181 Certum autem est, quod & prouerbia istiusmodi, ad causarum decisiones allegari recte possint. *etsi Iudoc. & ibi Hoss. & DD. ext. de Iudæi. l. solent in fin. ff. de offic. proconsul. & l. si chorus in pr. ff. de legat. 2. la. ad l. 1. n. 36. ff. si cert. petat.*

182 An non vidimus sæpius, bona millibus septem æstimata, pro tribus tantum diuendita esse? Testor experientiam rerum illam magistram. *Hieron. Pappon. ad Rubric. n. 372. ff. de verbor. oblig. at. Flamin. de Rub. consil. 1. n. 49. vol. 1. c. cupientes. & c. quamsit de el. El. lib. 6. c. statutum. ext. de rescript.*

183 An non verum est, ex paucitate emtorum, precium quoq; rei vilescere? *atteslante Aluar. Valasc. in consult. at. Regn. Lusit. an. consult. 43. n. 8. tom. 1.*

Vnde necessariò id quod diximus articulandum, probandumq; fuerat, omnes rei conditionem scientes, tot numeraturos fuisse, quot æstimatores dixerant.

Quis porrò nostrùm nescius est: ex licitatoris vnius, alteriusue calore, plus iusto licitantis, iustum rei precium, diffiniendum neutiquam fore? *Capoll tit 17. de simul. contract. n. 14. Pinel. ad l. 2. p. 3. C. 4. n. 18. C. de rescind. vend. Aluarus Valasc. in consult. Regn. Lusit. consult. 43. n. 11.* 184

Quid? quod aliud semper sit æstimatio in id suscepta, vt rei valor addisceretur: aliud item ipsa emtio & venditio. *Cyn. in l. ex conuentione. & ibi El. Salyc. Curt. n. 12. limit. 4. Iaf. n. 2. & DD. C. de pact.* 185

Vnde ab vno ad aliud, inferre velle, irriti conatus est: separatorum cum sit, separata ratio. *l. si maritus. C. de donat. int. vir. & vxor. l. de bonis. ff. de carbon. ed. Ludouic. Schuuartzmeyer. int. consil. celebr. Iurec. consil. 8. n. 11. volum. 1. Acidem. Altorfian. inter d. consil. celebr. Iureconsi. consil. 30. n. 16. volum. 1.* 186

Quæ omnia, cum ita sese habeant, certi 187 autem expressissimiq; iuris sit: quod nemo ad id probandum, quod probatum nil reluaret, adnitti debeat. *L. ad. probationem. & ibi Br. n. 1. C. de probation. Anton. Corset. sing. 148. Andr. Gail obseruat. 21. in pr. lib. 1. Franisc. Personal. in coron. quæst. Iuridic. q. 11. n. 17. in fin. Franc. Monald. consil. 165. n. 2. vol. 2.*

Notter quoq; Actor, ad id, quod in Articulis posuerat, probandum non poterit admitti: & per consequens, ineptus planè, eius libellus est.

Sexta quoq; libelli huius ineptitudo, inde dinoscitur. quod generali & obscuro illo verbo: rem valuisse 3000. vel etiam 5500. secundum æstimationem regionis, nach Landsbrscher Taxa ꝛc. vtitur.

Nam præter id, quod omnes scimus ex 188 varietate locorum, variari quoq; æstimationem rerum. *Andr. Kohl. exercit. lib. 1. exercit. 10. n. 15. per l. precia rerum. §. nonnullam. ff. ad l. Falcid.*

Omnes quoq; scimus, aliter, & quidem 189 vilius æstimari modium frumenti, in Neomarchia, aliter apud nos, in Marchia Brandenburgensi media. Sicuti quoq; res, cum æstimatione operarum, quas rusticis præstant, eodem modo, sese habet. Procul enim dissita sunt, à fluminibus nauigalibus, plæraq; bona Neomarchiæ, cumprimis verò illa, de quibus hîc contentio est. Vnde frumentum quod ibi nascitur, tam facilè inibi exportari nequit, sed viliori semper precio, distrahitur: Sed & finitima sunt Poloniæ oris, ideoq; incursioni, irruptioniq; hostium, obnoxia.

Vnde si apertè, cum Domino Reo, Actor 190 agere voluisset, exprimere debuisset, quamnam prouinciæ æstimationem denotaret, vt

inde certus, quid facto opus esset, fieret Reus. Sic verò amphibologiæ fallacia committitur, quæ totum libellum, meritò destruit, atq; euertit. *Euerard.in præambul.Topicor.n. 24. versic.quando autem fit mutatio, in oratione. fac. gl. l.si quoties.ff.de verbor.obligat.gl. in l. fundum cuius. ff.de cuict.gl.in l.cum filium.C. de inoff.testam.*

Porrò scatet quoque libellus ineptitudine septima, dum in eo alternatiuè concluditur, vt vel rem restituat, vel id, quod iusto precio deest, suppleat.

191 Nam istiusmodi libellus, in præsentia procedere nequit. Versamur enim, vt antea euicimus, in transactione, quæ stricti iuris est. *l.sub prætextu.la. 1 ibi gl.& Br.n.6.Salycet.n.5. circa medium. & DD. C. de transaction. Alciat. ad Rubric.vbi communem dicit.C.eod.titul.Iaf.ad l.si maior. la.2.n.2.C.eod.tit.VVesenbec.consil.15.n.4. & cons. 76.n.1.Iohan.Petr.Surd. consil.313.n.34. vol.3.*

192 Sicuti & stipulatio huic contractui accessérat. Dicit enim transactionis instrumentum: Die Partt haben dieses mit hande vnd munde einander zu halten gewilliget vnd zugesaget. Quæ rursus stricti iuris est. *Padill. ad d. l. 2. n. 22. C. de rescind. vendit. Hieron. Pappon. ad Rubric.n.747.ff.de verbor.obligat. Andr. Kohl. exercit lib.1.exercit.9.n. 6. verf. hoc autem arg. §. actionum. Instit. de actionib.*

193 Quod verum est, etiamsi bonæ fidei contractui, apponeretur. *gl. in l. in bonæ fidei & ibi Cassr.ff.de eo quod cert.loc.Br.ad l.singularia. n. 9. ff. si cert.petat.Bl in l.si eum.§.qui iniuriarum.n. 5. ff si quis cautionibus.Iaf.ad l.qui Romæ.§.Seia.n.25. ff. de verbor.obligat.Bl.Nouell.ad Rubric.n.29.& ibi Iacob. de Nigr.n.158.ff.eod.tit.*

194 Dato itaq; quod hîc remedio l. 2. C. de rescind.vendit. locus esse posset (id quod vehementer negamus) non tamen alternatiuè foret concludendum, sed simpliciter ad rei restitutionem agendum. *Vti antetuere Augustino Beroo in indiuiduo autor est: Garf. in tr. de expens.c.18.n.40.*

Id quod malè, ab Actore vestro, Consulentes, obseruatum fuit.

Octaua libelli ineptitudo in eo consistit: quod petierat B. primò, vt emtio & venditio, inter se & Reum inita, rescinderetur: Secundò, vt Reus condemnaretur, ad iusti precij vnà cum vsuris eiusdem supplementum: Tertiò, vt vel cogeretur, rem vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis omnibus, siquidem quod soluerat, Reus rursus recepisset, dimittere atq; restituere.

Nam dum petit contractum rescindi, iam non ex l. 2. C. de rescind. vendit. sed restitutione in integrum agit. Vnde libellum ineptum fieri, Actoremque succumbere, necesse est.

195 Nam præter id, quod generaliter verum est, rescindens, & rescissorium iudicium, in eodem libello cumulari non posse: *gl. in §. rursus. & ibi l.si n. 86. Instit. de actionib. Speculat. in tit.de restitut.in integr.§.1. verf. sed nunquid in libello Guido Pap.decis.Gratianopolit. 143. Soft. Odd. in tr.de restit.in integr.q.33.n.36. vbi hanc esse communem opinionem attestatur Tileman. de Benig. in decis. Camer.Imper.Syntagm.1.decis.1.voto.6.n. 2. vbi & is hanc communem esse testis est.*

In specie quoq; verum est, remedium l. 2. C. de rescind. vendit. cum restitutione in integrum, cumulare velle, ineptum esse. *Vtim indiuiduo scriptum reliquit VVesenbec. consil. 42. n. 103. & n.104.* 196

Et eum, qui ex l.2.C. de rescind.vend.egit, contractum autem rescindi, siue se restitui perit, omninò succumbere, docuit in indiuiduo *Crauct.cons.7.n.12.* 197

Nonam posita libelli ineptitudinem, inde deducimus, quod concordi consensu tradi- 198
tum sit, ab interpretibus: in libello, qui in Remedio l.2.C.de resc.vend. iudici porrigitur, narrari deberi, quod errore seductus, tantam læsionem agens, incurrerit, *tradente in indiuiduo Br.ad d.l.2.n.16.& ibi Sichard.n.17. & 18. Panthal.Crem.n.198.& DD.reliqui.C.de resc.vend.*

Atenim hîc in 26. & seqq. articulis libelli sui, narrabat Actor, non quod errore seductus, talem contractum inierit: sed quod ad taliter contrahendum, inducebatur dolo, & deierationibus Domini Rei.

Incertus itaq; rursus redditur Dominus Reus, an verò quam aliam actionem proponere, Actori cordi fuerit: & per consequens, saluari iterum libellus hic, ab interitu non poterit.

Decimò, & vltimò, ineptum esse libellum Actoris, liquet ex eo, quod petierat hic Actor, vt vsuras vnà penderet Reus, siquidem precium vellet supplere: Item vt fructus perceptos & percipiendos, vnà restitueret, siquidem rem dimittere vellet.

Nam hæc omnia, contra substantiam, essentiamq; illius actionis sunt, quæ ex l. 2. C. de rescind.vendit. datur.

Peregrinam itaq;, & indecentem, Actionem, Actor hic instituerat.

Nam quod nullæ ab emtore, qui precium 199
supplere elegerat, venditori ex l.2.C. de resc. vend. agenti, vsuræ eius preci, soluendæ sint, *expressu verbis scripsit Padilla. ad d.l. 2. n. 52. C. de rescind. vendit.*

Sic quoq; longè receptissima inter Inter- 200
pretes est opinio, quod nec fructus percepti, nec percipiendi, actione ex l.2. C. de rescind. vend. prodeunte, peti possint *Fabian. de Monte. S.Sabin.in tr.de emtion.& vend.q.8. n. 24. Panthal. Cremens.ad l.2.n.40.ibi Cagnol.n.40. Arr. Pinell p. 2.c.4.n.1.& 2.Padill.n. 50. & DD. qui hanc omnes receptissimam esse sententiam, cuius praxin Hispania & alibi suffragia suadet, attestantur. C. de rescind. vendit. Anton. Gomez. variar. resol. lib. 2. c. 2. n. 24. & c.4.n.21. ad fin. Matth. de Afflict. ad c. 1. n. 83. de feud.*

de feud. dat. in vic. leg. commiss. Marc. Mant. Mocor. commun. lib. 1. c. 6. ad fin. Vasq. ill. controu. c. 38. n. 1. vers. sed contrarium. Eman. Soarez. com. opinion. lit. F. n. 353. Borgnin. Canalcan. in tr. de tut. & curat. n. 145. Sebast. Medic. in tr. de compensat. p. 1. q. 10. n. 23. Mozz. in tr. de contract. Rubric. quib. mod. annull. emtio & vendit. n. 26.

201 Nec distinguemus hoc casu, inter fructus ante, & fructus, post litem contestatam perceptos. Vtroq; enim casu, id quod diximus verum est, *tradentibus in individuo Franc. Marco. in decis. Delphinat. 179. p. 1. Padill. ad l. 2. n. 52. C. de rescind. vendit.*

Animaduertere nunc, Iudices potestis, frigidiusculas admodum esse rationes Consulentium, quibus se, Libellum Actoris sui, ab ineptitudine egregiè tutatos, non solum confidebant, verùm etiam gloriabantur ferè

202 in iure extat: libellum ineptum non solum ex officio reijciendum: *gl. ad l. 1. & ibi Ias. n. 4. ff. de offic. assessor. Ias. ad l. 1. n. 3. C. vt nem. priuat. Daniel. Mull. ad Constit. Saxon. p. 1. const. 2. n. 1.* Consulentes: proindeque non dubito, vos ad illud omninò respecturos, quod scriptum

203 Verum etiam dentibus lacerandum esse, *gl. ad d. l. 1. & ibi Br. n. 2. Ias. n. 4. Iacob. de Nigr. n. 9. ff. de offic. Assessor. Ioh. Franc. Purpurat. in l. edita n. 92. C. de edend. Practi. Papiens. in form. resp. rei connent. in v. dentibus. & ibi Ioh. Bapt. Zilett. in addit. Marc. Anton. Blanc. in tr. de except. imped. lit. ingress. c. 3. n. 1. Lancilot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubric. de libell. n. 8.*

204 Proindeq; vestro officio in dilacerando quoq; hoc libello, re ctè defunctures.

Cum enim decem notandis ineptitudinibus, pollutus, commaculatusq; hic libellus iaceat: in iure verò expressum sit, duo vitia, vno plus nocere, *tradente in individuo Schrad. in tr. feudal. p. 5. c. 6. n. 16. arg. l. si adulterium cum incestu. in pr. & l. vim passam. §. præscriptione. ff. ad l. Iul. de adult.*

205 Vel decies ad minimum, hic libellus, dentibus conscindendus erit.

REFVTATIO EORVM, quæ vt prioris nostri Responsi rationes, & fundamenta refellerent, comportarant, Consulentes.

AT nunc ijs Sophismatibus, quibus veritati, nostræque decisionis rationibus (quas ipti in speciem pro dubitandi ratione adduxerant) tenebras offundere conabantur Consulentes, nubeculam detrahamus. Vt quàm frigida, ieiunaq; sint omnia, manibus etiam palpare, & non oculis solum intueri liceat, clucearq; rursus, splendescatque è diuerso ipsa veritas.

206 Ceterum PRIMVM decisionis nostræ fundamentum in eo iecit, & etiamnum iacio:

** quod adsit hîc transactio: quod item in transactionibus, ex longe receptiori, inter interpretes sententia, sileat prorsus omne, l. 2. C. de rescind. vend. remedium. *Pro vt huic sententiæ subscribunt gl. ad l. Lucius. §. vlt. per ill. text. ff. ad S. C. Trebell. Dyn. in l. si quis cum aliter & ibi Petr. de Bellapert. n. 6. Franc. Aret. n. 5. & 6. Cuman. n. 6. & 7. Alex. n. 8. Ias. n. 13. versic. contrarium opinionem & n. seq. Zas. n. 20. Alciat. n. 13. ff. de verbor. oblig. at. Cyn. ad l. 2. nu. 15. ibi Bl. n. 3. Alber. de Rosat. n. 8. Salyset. n. 6. & 7. Anton. de Padill. n. 23. vers. contrarium opinionem Iacob. Gourr. mihi fol. 159. communiorem esse attestatus. Panthal. Cremens. n. 43. communem dicens & DD. C. de rescind. vend. Guilelm. de Cun. ad l. si contra. in fin. C. de Vsucap. pro emt. Florian. de S. Petr. ad l. cum putarem. n. 1. ff. famil. herciscæ. Angel. in l. in summa. n. 2. ff. de condict. indebit. Ias. ad l. si patris. n. 1. C. de transaction. Abb. ad c. 1. n. 2. ext. eod. tit. Lancilot. Dec. ad l. sub prætextu. l. 4. 1 & ibi Curt. Iun. n. 2. C. eod. tit. Alciat. ad l. quamuis. n. 5. C. de pact. Anton. Burgens. ad c. cum causam. n. 32. ext. de emt. & vendit. Tiraquell. de vtr. retract. p. 1. §. 24. gl. vnic. n. 4. Ioh. Francisc. Purpurat. ad l. 1. n. 99. C. de edend. Bl. ad rubric. n. 7. ext. de transact. Bl. ad l. ordo. n. 5. C. de exec. rei iudicat. Guid. Pap. decis. Gratianopolit. 736. Afflict. decis. Neapolit. 220. n. 2. vbi hanc esse communem attestatur Iodoc. Damhoud. in suo Enchirid. pariun. in v. transactio. Alciat. ad l. interpositos. n. 17. C. de transact. Catell. Cotta. in memorabil. in v. venditor. Ludouic. Gomez. in tr. de reg. cancell. regul. de annal. poss. q. 2. col. 2. ad fin. Connan. commentar. iuris lib. 7. c. 9. an fiu. Capyc. decis. Neapolit. 159. n. 45. Thom. Grammat. decis. Neapol. 66. n. 63. Gail. observat. 70. n. 3. & 6. lib. 2. Stephard. ad l. cum te. n. 3. vbi hanc esse communem attestatur. C. de transact. Mynsing. observat. 91. n. 3. cent. 6. Ioh. Maurit. in tr. de restit. in integr. c. 210. Tilemann. de Benign. decision. Camer. Imper. Syntagmat. 1. decis. 1. vot. 6. n. 20. & seqq. vbi communem dicit Paul. Fusc. in singular. lit. M. n. 54. Paul. Monton. in tr. de iur. tutel & curat. c. 33. n. 295. communem dicens. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 159. n. 7. Alex. de Imol. consil. 42. n. 11. lib. 1. Curt. Senior. consil. 66. n. 27. Iacobin. Ruminald. consil. 102. n. 12. & n. 465. vol. 1. & consil. 209. n. 42. vol. 2. Corn. cons. 166. n. 2. vol. 1. Ruin. cons. 132. n. 3. vol. 1. Cardin. Pati. consil. 96. n. 6 1. vol. 1. Gratt. consil. 118. n. 9. vol. 2. Stephan. Bertrand. consil. 225. n. 1. vol. 1. Purpur. cons. 492. n. 38. Berouius cons. 176. n. 25. vol. 1. Iacob. Cuiac. consult. 48. circa med. Ceph. al. cons. 210. n. 70. vol. 2. Rol. and. à Vall. cons. 28. n. 24. vol. 4. Ioh. Fichard. cons. 31. n. 8. vol. 2. Ant. Galeat. Mat. consil. 79. n. 66. vol. 1. communem dicens. Crauett. cons. 151. n. 26. Zas. cons. 18. n. 16. lib. 1. vbi dicit hanc non solum communem esse, verumtetiam infructuosum fore, ab ea recedere, cum omnes huic decisioni essent reclamaturi, veluti olim orthodoxi patres, Eutychetis Ioh. Bapt. Plot. cons. 32.*

Id quod etiam, Cameræ Imperialis stylus, recipit, atq; admittit. *Gail. d. observat. 70. n. 11. & seq. lib. 2.* 207

Sicuti hoc quoq; verum est, etiamsi post transactionem initam, demum, instrumenta nouè, ad manus transigentium peruenerint, 208

vnde læsionem hanc, grauem, & enormem, addiscere licitum erat. *tradentibus in indiuiduo Panormitano ad d.c. 1 n. 2 per ill. text. ext. de transact. Paul. Montan. d. tr. de iur. tutel. & curat. d. c. 33. n. 295.*

Consulentes, tam refertam, clarissimorum, celebriorumq; Iureconsultorum phalangem, iam iam in fesè, irrupturam videntes, iustus eius, declinare se posse, si rursus vocularum verbum sit, qua semel tantum Mediatores, in conficiendo transactionis instrumento inaduertenter vsi sunt, in prima acie: & post hanc, plaustra aliquot, generis traditionibus onusta, collocarent, veluti sunt: ab effectu, non à nominatione, de contractu iudicium faciendum: verba Mediatorum, abusiuè accipi oportere: verba contractuum strictè esse accipienda: rursus verò impropriè sumi, si ita posita sunt, vt naturæ rei non conueniant: Item vbi partes seipsos glos-
209 sant (barbarè enim enuncianda quæ barbarè, & nulla veritatis ratione ducta, temerè, contra ius asseruntur) glossema aliud non esse quærendum, & si quæ sunt eius farinæ alia, vt longiorem catalogum quisquiliarum harum recensere, superfedeam.

Verum hæc omnia, ne primo quidem ictu expectato, terga iam vertunt. Adest enim inuersio, optimus ille contrariorum dissoluendorum modus, qui hæc omnia, in Consulentes ipsos, iustiori longè ratione retorquet, atq; adeò, in nostra transfugere castra adigit, atq; compellit. *Veluti sub initium concertationis huius palam omnibus fecimus.*

210 Quapropter cum etiam me tacente omnes sciant: Doctorum pauperum, atq; postiuorum esse, causas, negociaq; ardua. per genericas istas traditiones diffinire velle. *tradente in indiuiduo Telin. ad c. cum ordinem n. 3 in fin. ext. de refer. Ludouic. Gomez. in tr. de non toll. iur. quæs. q. 16 in fin.*

211 Item cramben bis coctam non esse apponendam, *Vt ex Suida affert Tiraq. in tr. de ll. connubial. l. 9 n. 26.*

Operæprecium visum non est, palantes Consulentium argumentatiunculorum manipulos, denuò adoriri. Spero enim me impetrare posse, ab æquo iudice, vt quæ antea dicebamus, hùc referat, & vtra pars arma iustiùs inducrit, inde colligat.

Quare confero me nunc ad id, quod Consulentes abnegare ausi sunt, ea scilicet in præsenti negocio adesse, demonstrari posse, quæ ad sui essentiam. Transactio deposcit.

212 Ego verò inficias nunquam iui, tria omnino esse, in quibus omnium transactionum cardo, atq; substantia, versetur: veluti: I. quod de lite, & re dubia, & incerta, sit transactum: II. quod aliquid datum vel retentum sit: & III. quod dolus alius, quàm re ipsa, non intercesserit. *Tiletanus. de Benign. in decis. Camer. Imper. Syntagmat. 4. decis. 1. voto 6. n. 24. vers. ego Zas. d. consil. 18 n. 16. vers. nam vt posteriora. lib. 1. Francisc. Pseull. consil. 78 n. 111. vol. 1.*

Nec putarim plura, à Consulentibus quoque aduersus iuris principia communia, desiderari posse.

Et quoniam perspexi de eo, quod hic aliquid datum, aliquid item vicissim retentum fuerit, Consulentes mihi, litem non mouisse ego quoq, omnem hac de re, dissertationem intermittam.

At litem hîc aliquam subfuisse, negant Consulentes.

Sanè video Consulentes, litis vocabulo fucum nobis facere: illudq; de lite saltem iudiciali, & iam existenti, interpretari velle, sed id absonum, atq; absurdum est.

Nam primò necesse non est, in id vt con- 213
sistat, valeatq; transactio, litem reipsa existere, sed sufficit, si probabiliter timeatur, ne non lis paulò post, quacunq; de causa oriatur. *l. 2. & 3. ff. de transact. l. causas. C. eod. tit. Sichard. cons. crimin. 9. n. 9. Guid. Pancirol. cons. 44. n. 15. vol. 1. Anton. Quett. consil. 28 n. 4. vol. 1.*

Deinde ad stabiliendam quoque transi- 214
actionem, necesse non est, vt lis coram iudice ventiletur, sed satis erit, si qua lis extraiudicialis, inter transigentes suborta fuerit: *decadente in specie VVesenbec. consil. 38 n. 19.*

Sic non solum super lite, sed etiam super 215
controuersia, quam tamen, tam de eo, de quo in iudicio, quàm de eo, de quo extra iudicium, inter partes disceptatur, rectè dici, ambigui iuris non est. *arg. d. l. Lucius. 5. tres heredes & ubi Br. ff. ad SC. Trebell. Bald. in l. causas. C. de transact. Mar. in tr. de ordin. iudicior. p. 5. n. 61.* Rectè transigitur. *tradente VVesenbec. consil. 52. n. 9.*

Sic, vt aduersus Cretenses, Aegineta, vt 216
in prouerbio est (*de quo Tiraq. in tr. de ll. connubialib. l. 5. n. 21. vers. & illud, mentionem facit*) in aciem producamus, quod non solum de lite, siue ea iure, & coram iudice, siue de facto, & absq; iudice suscepta fuerit: verum etiam de quacunq; re dubia, rectè ad transactionem peruenitur, *Anteoritibus Br. Ioan. Mar. Rimin. ad. Paris. & Natt. decadit ipse Cothman. consil. 30 n. 215. & 216. vol. 1.*

Quod cum ita sit, panoplia hæc Consulentium vniuersa, armaturæ leui ascribenda omninò erit.

Nam primò, lis hîc, & res dubia, omninò suberat. Erant enim omnia bona communia, quæ administrari oportebat: erant item talia, quæ refectione, reparatione, renouatione, & adhæc cum primis melioratione indigebant (vastum enim chaos, bona hæc, tempore priorum successorum, iam dudum insederat.

Iam verò, nec de administratione, nec de reparatione, renouatione, & refectione, tantoq; minus de melioratione, inter partes conue-

conueniebat: nec item certus adhuc satis erat Actor, num vellet partem bonorum dimidiam sibi retinere, atq; ita diuidere: an verò satius sibi esset, pecunia accepta, rem totam Domino Reo dimittere: litem itaque controuersam & rem dubiam, quomodo hic remouebimus?

Cogita enim Mediatores hîc interueniſſe, vt ipſum loquitur tranſactionis inſtrumentũ.

217 Ad quid autem, his opus habuiſſent, niſi lis, controuerſia, vel res dubia inter partes interceſſiſſet? Quis vnquam rei claræ, perſpicuæ, certæ, atq; minimè controuerſæ, mediatores adhiberi audiuit?

An non Mediator ſiue amicabilis compoſitor, ita diffinitur: quod ſit perſona, electa, ſuper lite tranſigenda, & ad concordiam, via æquitatis inter partes inducendam. *Diffinente.gl. in addut. ad Speculat. Rubr. de arbitr. in pr. Br. ad l. vlt. n. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Gul. de Tulalt. ad l. quod Neruа. n. 7. ff. depoſ. Camill. Borell. in tr. de compromiſſ. §. 3 gl. 1 n. 18.*

218 Quare cum iuris ſit, ne ſyllabam quidem, in contractibus ocioſe appoſitam eſſe, cenſeri deberi. *Iaſ. conſil. 184. n. 4. verſ. nec obſtat in quantum volumin. 2. Socin. Iun. conſil. 89. n. 15. vol. 3. Erneſt. Cothman. conſil. 38. n. 19. vol. 1.*

Rationis quoq; non erit dicere, tot perſonas nobiles mediatorum, fruſtra & præterem, hîc interueniſſe.

Accedit adhæc, quod ipſe Actor, in poſitionali ſuo 24. expreſſè poſuerat, interpellatum ſe eſſe à Reo, diu antè, quàm tranſactio iniretur, hiſce verbis: an non ad controuerſias communes tractandas, progredi vellet? ſeu vt verba, in vernacula lingua ſonant: was wollen wir zu vnſern ſachen/nicht ſchretten?

219 Quod cum ita ſit, nõ defit quoq; nobis proprij oris Actoris confeſsio, quod lis, controuerſia, res dubia hic extiterit. Ponens enim, quæ ponit, confiteri omninò cenſetur. *Br. ad l. 1. n. 5. ff. de interrog. action. Br. ad l. 2. §. quod obſeruari. n. 19. & ibi Franc. Curt. n. 21. C. de iureiur. propt. calumn. Marant. in tr. de ordin. iudic. 2. p. 6. p. act. 4. n. 7. Gail. obſerv. 79. n. 7. lib. 1.*

220 Quinimò ne per emendicata ſuffragia eamus, expreſſè deciſum extat: quod tunc tranſactiones, quantum ſpectat, lis rectè dicatur ſubeſſe, ſi de diuiſione bonorum, inter partes controuertitur. *l. ſi cum patruo. C. com. vt. iudic. l. 1. & 2. & ibi Bl. C. ſi aduerſ. tranſaction. VVeſenbec. d. conſil. 52. n. 11.*

Verum fac (id quod tamen pernegamus planè (hic liceat controuerſiam, rem dubiam nullam inter partes haſce, cum primus initretur contractus, ſubfuiſſe: aderat tamen lis, controuerſia & res dubia, tempore ſecundæ tranſactionis ſolo Mediatore Commendatore S. 22. Februarij anni 90. vt habent literæ Reuerſales à Domino Reo, Actori traditæ confectæ. Ibi enim plus petebat tempore Actor, Reus verò rogationibus Domini commendatoris concedens, etiam hac in parte, quæ Actor volebat, præſtare non recuſauit.

Quis itaq; non videt, inuerecundum ſatis eſſe, aſſerere tranſactionem nullam eò, quod deeſſet litis materia iniri hic potuiſſe?

Atq; his reſiſtere non poſſunt, adducta à 221
Conſulentibus. Quod enim dicũt, connexionem illam bonam, non eſſe partes habuerunt fundum communem: Ergo lis ſubfuit: Idipſum deturbatur ex eo, quod generale ſit, diſcordiam communionis eſſe ſiliam. *l. cum pater. §. dulciſſimis ff. de leg. 2. l. ſi re communi. ff. de ſeru. vrb. prad. Hieron. à Mont. in tr. de finib. c. 2. n. 6. Tom. dcciſ. 13. n. 19. Capyc. deciſ. Neapol. 174. n. 8. Coler. in tr. de proceſſ. executiu. p. 1. c. 10. n. 42. Seraph. de Seraph. in tr. de iur. priu. 58. n. 1. & priu. 55. n. 19. Socin. ad l. 4. §. Cato. n. 21 8. ibi Hormanoſt. Dec. n. 154. & Sylueſt. Aldobrand. in addit. ff. de verbor. obligat.*

Cum è diuerſo, diuiſio concordiam pariat, 222
tumultuq́; & turbas, quas communio dederat, ſedet. *Paul. Fuſc ſingul. ſur lit. N. n. 7. Card. Pariſ. conſ. 69. n. 16. vol. 2. Hippolit. Rimin. conſil. 21. n. 20. vol. 1. Erneſt. Cothm. conſ. 23. n. 43. vol. 1.*

Nam hinc rectè infertur, atq; concluditur, 223
per argumentum à communiter accidentibus, quod probabile frequens & vtile eſt: *Iaſ. ad l. vnum. n. 19. ff. ſi cert. pet. Lup. ad c. per veſtras. notab. 1. §. 1. n. 2. ext. de donat. int. vir. & vx. Stracch. in tr. de merc. p. 2. n. 29. Plot. in tr. de in lit. iur. §. 6. n. 29.*

Quinimò, quod in materia probationum, 224
neceſſariò concludit: *teſte Bl. in l. conuenticula. n. 5. C. de Epiſcop. & Cleric. Bl. ad c. vlt. n. ext. de cauſ. poſſ. ff. & propriet. Bl. ad c. 1. §. vaſallus ſi de feud. fuer. controu. Euerard. in top. in loc. à commun. accident. n. 2.*

Vbicunq; ſubeſt rerum communio: ibi 225
quoque tantum litis ſemper vnà ſubeſſe: vt propterea ad diuiſionem rectè accedatur, *veluti ex Bl. & VVeſenbec. nunc, & etiam in priori noſtro Reſponſo, vbi id attingere Conſulentes auſi non fuere, planum iam fecimus.*

Ito itaq; nunc compilator, & prius ipſe addiſce, quid ſit, à poſsibile ad ineſſe argumentari, quàm id temerè alijs obijcias. Et quoniam video, te autoritatem aliquam adducere 226
non potuiſſe, qua id, quod à poſsibili ad ineſſe, argumenta deducenda non ſint, confirmares: Sed te ad Scholas philoſophorum redire coactum fuiſſe: En locum tibi indicabo, vbi hoc ſcriptum ſit, quo poſthac in confirmando hoc, vti poteris, *apud Gerard. Maz. oll. ſcilicet conſ. 90. n. 127. & conſ. 112. n. 24.*

Pergunt deinde Conſulentes, nos vlterius velitaria pugna laceſſere, dum aiunt: neutrã partium aduerſus alteram actionem habuiſſe ideoq; ne timorem quidem litis iuſtum, & probabilem prætò fuiſſe: ſed & potuiſſe eum, qui de facto litem inſtituerat, de facto, à limine iudicij repelli.

Verùm nec hoc moror: Cum nemo ſanus inficiari queat, hîc ſocios horum bonorum, præter actiones, quas de negletis in Oeconomia,

nomia, nec non reparationum renouationum, meliorationumq; nomine mille etiam vijs, ad inuicem habuerunt, etiam ad diuisionem prouocationem habuisse. Nemo e-
227 nim inuitus stare in communione cogitur. *L. vlt. C commun. diuid. Schrad. in tr. feudal. p. 8. c. 2. n 33. Paul Fusc. in singul. iur. d. lit. N. n. 7.*

228 Atq; hanc solam prouocationem ad diuisionem, causæ satis, ad ineundam transactionem, fuisse. *Bl. et VV. Fenbec. in locis antea designatis, testibus.*

Sed & antea, ex Cothmanno ostensum est, inter litem iure, & litem de facto motam, in transactionum materia, differentiam constituendam non esse.

Quid? quod hoc in loco commune illud, meritò audiant Consulentes: turpe Doctori esse, si culpa ipsum redarguerit, *tradente ex Nostratibus in individuo Crau. consil. 924. n. 21. conf. 928. n. 5. & conf 953. n. 4.*

230 Quis enim non conspicatur: argumentari hic eos, à possibile ad esse voluisse? Cum bona non sit collectio: agens de facto, potest repelli à limine judicij: Ergò repelletur.

231 Nam cum hoc, in mera voluntate, arbitrioq; ius dicentis, positum atq; collocatum sit: qui si id non fecerit, reprehendi non potest. *Speculat. in tit. de offic. Iudic. §. deferunt n. 18. Castr. in l. vbi pactum. n. 7. & alij Curt. in addit. C. de transact. Iaf. ad l. 1. n. 6. ff. de offic. assess.*

Incerti adhuc, relinquimur, an id fiet nec
232 ne. Non enim quicquid judicis potestati permittitur, consensum quoq; iuris necessitati subijcitur *l. non quicquid. ff. de iudic.*

233 Quis item non videt, pessimæ etiam causæ, & vbi contra transactionum placita, fidemq; nobilem datam, actio instituitur corruptissimo hoc sæculo, plurimos patronos reperiri posse? Exempla ni essent in propatulo, scirem adducere.

Quæ deinde sequuntur paradoxa, atque monstrosa sunt. Aiunt enim Consulentes super lite, quæ occasione rei quidem oriebatur, sed de re ipsa non erat, recte non transigi.

234 At quoniam Consulentes nihil adducunt, quo nouum hoc tuum dogma fulciant: Iuris verò expressi sit: quod Doctoribus celebrioribus etiam, fidem adhibere non teneamur, siquidem nihil afferant, in quo fundamentum, doctrina eorum habeat. *Archid. ad C. nolite timere per ill. text. 11. q. 3. Felin. ad c. 1. n. 54. in fin. extr. de constit. Everard. in topic. in loc. ab autor.*
* *n. 12. Anton. Mar. Corat. in tr. de commun. opin. tit. 1. n. 13. & tit. 9. n. 129. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Tiber. Decian. consil. 6. n. 33. vol. 1.*

235 Nudo quoq; negocio, monstrosam hanc doctrinam, ad extremas Lybias vsq; veluti monstrorum omnium matrem, deportari curabimus: interim verò nos, legum, veritatisq; fontes sectabimur, statuentes: non solum valere omnem transactionem, etiam super lite, rei tantum occasione, non autem re ipsa exorta. *arg l. 2. ponderando verba: de re dubia & lite. ff. de transact l. transactio. C. de transact.*

Verum etiam in specie, eam effectus, vi- 236
resq; suas habere transactionem, qua tu rem, vel ius ad rem dimittis, ego verò (qualis hæc nostra quoq; transactio est) decem tibi do, vel numero. *Br. in l. cum Aquiliana. n. 2. ff. de transaction.*

Nec obstat, quod hic nouum comminiscantur absurdum. Consulentes diuisionem scilicet aliàs omnem transactionem fore. Id quod ipsi absurdum putant.

Sed cum nos superius iam euicerimus, 237
quod diuisio omnis sit transactio proprie sic dicta, *quod hic referri à Iudicibus petimus.*

Nec non certum quoq; sit, quod in omni transactione insit diuisio, & omni rursus diuisioni insit transactio. *l. si cum patruo. C. commun. vtr. iudic. tot. Rubr. & nigr. C. si aduers. transact. vel diuis. VVesenbec. conf 52. n. 11.*

Nemo est qui non videat, Consulentes, ab- 238
surda ibi fingere, vbi non sunt. Quippe id demum absurdum dici meretur, in quo neq; ratio, neq; æquitas militat, sed ex quo non nisi malum sperandum, expectandumq; venit. *Ita diffusiuente Everard. in topic. in loc. ab absurd. n. 8.*

Applicent, hoc si possunt, ad rem præsentem, Consulentes.

Porrò ad id, quod notari me hoc *in loco* à 239
Consulentibus video, quasi abusus Domini VVesenbecij autoritate fuerim. (Non enim VVesenbecium dixisse: in solis transactionibus, mediatores interuenire: quinimò hoc VVesenbecium, ob Lvlt. ff. de proxenet dicere non potuisse: A me verò autoritatem VVesenbecij eo fine, & quasi hoc diceret iniuria adductam esse) respondeo: Compilatorem cum hoc scriberet, veternum ex oculis nondum excussisse. Nec enim VVesenbecius hoc dixit: nec ego autoritatem eius taliter, vt me compilator incusat, adduxeram. Sed id tantum volebam, in transactionibus vt plurimum interuenire Mediatores, in reliquis contractibus autem non tam sæpè.

Id autem benè dixisse, non solum VVesenbeccium, verum etiam Ioannem Cothmannum, C. de transaction. etiam num censeo.

Et sin VVesenbeccius, aut textus legis id non loquerentur, astipularetur attamen mihi hac in parte, quotidiana illa rerum magistra, experientia.

Sed &, me inde rectè collegisse, cum per communiter accidentia, in transactionibus, præ reliquis contractibus adhiberi soleant Mediatores: hìc verò Mediatores adhibitos esse videamus: etianisi in dubio adhuc positi essemus, & alia præterea adminicula nulla habe-

haberemus (id quod tamen vehementer negamus) transactionem hic celebratam esse, omnino crediderim. Non vidi enim adhuc, solidam aliquam refutationem huius rei, à Consulentibus allatam esse. Licet more Rethorum irridere ea, ad quæ respondere nesciunt, occeperint.

Neq; verò ferendi sunt Consulentes, crepundia sua, ex l. vlt. ff. de proxenet. intellectu deprauatissimo, & corruptissimo depromta, exponentes.

240 Cum dispar longè mediatorum, & proxenetarum sit ratio, indeq; fieri non possit, vt concinnæ hinc deducãtur argumentationes.

241 Nam mediatorem superius diffinuimus, proxeneta verò, qui alio nomine pararius, & conciliator quoq; dicitur, *teste Barnab. Brissonio in tr. de verbor. signif. lib. 14. in v. proxeneta. Cuiac. obseruat. lib. 11. c. 18. Molin. ad l. 1. §. vlt. n. 27. ff. de verbor. obligat. Marc. Anton. Del. Rio. ad l. contractus. c. 18. vers. proxeneta. ff. de Regul. iur. &c.*

Ita diffinitur, quod sit persona, inquirens voluntates aliorum, vel ad munera, vel ad contractus, vel ad amicitias faciendas, quæstum inde faciens. *gl. ad rubr. ff. de proxenet. Cuiac. d. lib. 11. obs. c. 18. Molin. ad d. l. 1. §. vlt. d. n. 27. ff. de verbor. obligat.*

242 Vnde etiam Proxeneticum salarium, *l. 1. ff. de proxenet. Brissonius d. v. proxeneta.*

243 Quod alio nomine Philanthropum. *d. l. 1. ff. de proxenet. Cuiac. d. obseruat. lib. 11. c. 18.*

Vel vt in meo Codice vetustissimo scribitur, philotrophum dicimus, nomen inuenit. *d. l. 1. ff. de proxenet.*

Intelligitis Consulentes, diffinitionem, Mediatoribus nostris adaptari non posse. Hi enim non voluntates partium rogarunt: Sed ab Actore precibus exorati, præsenti negocio interfuerunt: & vt homines hos Nobilissimos, suiq; amantissimos ad concordiam reducerent, operam dederunt, non autem ad quæstum, lucrumq; faciendum, animum appulerunt vnquam.

244 Rude itaq;, atq; imperitum erit, à proxenetis, ad id genus mediatorum, quales nostri sunt, argumentari velle. Qui enim illi, cui definitio non competit, diffinitum competiturum est? *Euerard. in topic. in loc. à diffinit. n. 2. Alc. Paradox. lib. 6. c. 9. m. 4. Borcholt. in tr. feud. c. 1. n. 11. Schrad. in tr. feud. p. 9. sect. 3. n. 115.*

245 Sed & sordidum, vilesq; genus hominum, proxenetæ sunt. *gl. ad d. l. vlt. ff. de proxenet. Vvesenbec. in parat. n. 1. ff. de proxen.*

246 Quemadmodum etiam apud nos, cerdones, & verecramentarios, vt cum Suetonio loquar, in Poloniæ verò Regno, Iudæos proxenetarum officio defungi toto die videmus. *Prouoco ad experientiam.*

Quomodo itaq; hos Nobilissimos, probatissimosq; viros, qui suo tempore, Principes officialium, in aula Electoris Brandeburgici erant, Proxenetis assimilabimus?

Quid? quod scriptum in iure extet: non 247
esse proxenetam simpliciter mediatorem, sed quodam tantum modo. *Br. ad d. l. vlt. n. 1. ff. de var. & extraord. cognit.*

Quomodo itaq; ab eo, quod est secundum 248
quid tale, ad id, quod simpliciter tale est: rectè efformabimus ratiocinationem? Cum id fieri nequeat, quin fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, committamus. Hæc autem argumenta quibus inest, omninò destruat. *Euerard. in præamb. top. n. 24. ad fin. Celer in tr. de aliment. lib. 1. c. 2. n. 4. Hartman. Pistor. q. 38. n. 38 lib. 2. Coras. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8.*

Et ne per emendicata eamus suffragia, 249
quod Mercurius ille communis, qui & proxeneta dicitur, non sit mediator, vel arbitrator, sed magis ad mediatoris, quam ad testis naturam accedat, in specie autor est *Molin. ad l. 1. §. vlt. n. 31. ff. de verbor. obligat.*

I nunc & discе prius Compilator, vt à Proxeneta, ad mediatorem, rectè argumentari liceat, quàm alios carpere, & nescio cuius vitij insimulare, vecordi corde aggrediaris.

Porrò ad id: quod hic iterum inculcant, ipsam rem, non autem ius in re, Domino K. diuenditam esse: respondere opus non est. Superius enim euicimus iam, Consulentes contradicendi studio, veritatem amisisse. Ideoq; malesanæ eorum opinioni, cui scilicet, ipsum Transactionis instrumentum, syllabatim refragatur, accedendum non esse. Videant quæso Iudices, quæ ibi dixerimus.

At nunc me conferam ad refutationem eorum, quæ in sequentibus §§; à Consulentibus adducta esse, videmus.

Gratias autem habeo primùm Consulentibus, quod tandem respiscant, errataq; sua agnoscere incipiant.

Videtis enim Iudices, fateri eos, quod frustrà hactenus pugnarint: quod item vera sit assertio nostra, qua transactum non autem emtum, venditumque hic fuisse, affirmabamus.

Id verò, quod dicunt, etiam aduersus Transactionem, non inutile omninò fore, l. 2. C. de rescind. vendit. remedium, siquidem assuerit, non enormis tantum, sed enormissima læsio, procedere hic, nullo modo potest.

Nam primò pernegamus, hîc vnquam læsionem enormissimam extitisse. *Id quod confessione Actoris propria, confestim edocere possimus.*

Nam vt habet Articulus eiusdem 52. ipse etiam Actor, non nisi 2400. tantum Reo, vt partem eam bonorum, quam in Reum transigendo transtulerat, recuperaret rursus, soluere voluit: Cum attamen ipsi Actori, præter one-

ter onera reliqua, quæ in se receperat Reus, 1200. in pecunia parata, partim numerata iam essent: partim verò suo tempore, secundum Transactionis primæ & secundæ placitum, dissolui debeant.

250 Quod cum ita sit, dicere læsionem hîc enormissimam intervenisse, contra ipsam Actoris confessionem est. Hæc autem propriè oris confessio, maximè iudicialis, & in scriptis, reliqua omnia probationum genera, facilè vincit, atq; superat. *tradentibus Fr. Aret. ad Rubric. n. 17. & ibi Dec. n. 8. ext. de probat. Alvar. Valasc. in tr. de iur. Emphyt. q. 27. n. 28. Paul. Fusc. in singular. iur. lit. P. n. 6. Ioh. Baptist. Cas. int. consil. celebrior. Iureconst. consil. 22. n. 2. vol. 1.*

251 Sed & sciendum est, multos velle: quod etiam eo casu, cum læsio enormissima adest, prætualere attamen aduersus transactionem, remedium l. 2. C de rescind. vendit. nec possit, nec debeat. *veluti in induiduo faciunt Bl. ad l. ordo n. 5. C. de execut. rei iudicat. vbi Baldus expresse & ad literam scribit, etiamsi quis transigendo accepisset, rem valentem centum tantum pro re, quæ mille valuerat. remedio l. 2. C. de rescind. vendit. attamen adhuc locum concedendum non esse Tileman. de Benign. in decisionib. Cam. Imper. Syntagm. 4. decis. 1. vot. 6. n. 21. qui itidem dicat, remedium l. 2. C. de rescind. vend. cum transactione nihil commune habere, etiamsi quis vltra quadruplum læsus esset, quod etiam fatetur Coth. consil. 30. n. 258. Gail. observat. 70. n. 12. lib. 2. Et hanc* ★★ *esse veriorem & magis communem testis est locupletissimus Anton. Menes. de Padill. ad d. l. 2. n. 23. vers. verior tamen. C. de rescind. vendit. text. in l. Lucius. §. vltimo. ff. ad SC. Trebell.*

Quare vt diximus, turò in hoc quoq; fundamento Consulentium, acquiescere non possumus.

At enim inquiunt Consulentes, dolo etiam ex proposito, & non reipsa tantum Rei, ad taliter transigendum, inductus fuerat Actor.

Labascit itaq;, in qua tantoperè confidebas, Transactio.

Ego verò hoc in loco cogitare vos primum iubeo Consulentes, quod doli tam procaciter arguere virum nobilitatis primariæ, qui adhæc, circiter quadraginta fermè annos in aula Principis Electoris Brandeburgici, vita, moribusq; integer, & cum laude versatus, sed & senatoris officio defunctus, rectè, probèq; fuerat, vos valdè dedeceat, meritò etiam pudeat.

252 De iure enim respondebatis: Non itaque rabulas & causidicos agere debebatis. Ingens enim horum, & vestri officij discrimen est. *facsunt tradit. Tiber. Dec. in Apolog. aduers. Alc. c. 19. n. 21.*

253 An non in mentem veniebat tibi Compilator, vulgatissimi istius versiculi.

Parcius ista viris tamen obijcienda memento.

Quo versiculo, ad modestiam hortatur Pinelum, inuerecundè nimis, totam ante se interpretum scholam, reprehendentem *Straech. in tr. de adiect. p. 3. n. 75.*

Deindè perpendere vos velim illud: quod 254
non sufficiat, doli coniecturas allegasse, nisi ex plenissimè comprobentur. *Vti in induiduo docent Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. diligenter. n. 29. Hieronym. Gratt. consil. 30. n. 10. v. nam etsi dolus. vol. 2.*

Quod non solum alibi, verum etiam tunc, 255
cum ex læsione enormissima, dolus elici debet, verum est atq; obtinet. *tradente in induiduo Tileman. de Benig. in d. Syntagm. decis. Camer. 4. decis. 1. vot. 6. n. 28.*

Nam hoc si fecissetis: si aliqua polletis iudicij perspicuitate facilè assequi potuissetis, virum Nobilem, eundemque innocentissimum, ita vt à vobis factum, conuitijs lacerandum non esse.

Videtis enim indicia, coniecturasq; doli omnes, quas ex nuda solum Actoris assertione, vera esse statuistis, vndeque Reum condemnandum esse exclamatis, talia esse, quæ in æternum, edoceri non poterunt.

Nam quod adduxistis primum, Reum accelerasse transactionem, priusquam resciscere Actor, eorum bonorum, quæ S. obiit, sibi obuenerant, valorem & precium posset, ex ipsius Actoris libello, nec non ex ipsis etiam Consulentium, in hoc suo responso assertionibus, falsum, fucatumq; esse, demonstrare possumus.

Nam in octauo positionali Articulo Actoris, expressum legitur: S. anno 1589. mortis debitum persoluisse.

Et ipsi Respondentes, falsi iam sunt, sub refutatione, vel quasi, SECVNDÆ rationis dubitandi §. in dem sind sie allererst newlichste. circa Paschatis festum, Anni 89. mortuum esse S. 15. verò Februarij, anni 1590. actum, transactumq; fuisse.

Quare rectè non dicimus, hîc præproperè partes, ad transactionem conuolasse. Vndecim enim & amplius menses elapsi iam erant, antè, quam ad transigendum partes conuenirent.

Vnde ferenda non est, hæc de festinatione nimia, allegatio.

Nam etsi non inficias eam, quod tempore 256
indigeamus, vt rectè geramus omnia. *c. ponderet dissinct. 50. Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæstion. lib. 1. q. 19. n. 6.*

Satis tamen, superq; temporis, Actorem nostrum habuisse, quo statueret secum, an transigere, sibi vtile foret nec ne, mihi vicissim detur, necesse est.

Eccur enim dissimulatis vos scire Consu- 257
lentes: quod sex etiam mensium tantum tempus, dimidium tempus dicatur? *l. vsuræ. & ibi Bl. n. 1. C. de vsur.*

Eccur vobis non redigitis in memoriam, 258
quod

quod tantum nouem menſes, legiſlator, heredi deliberanti, an hereditatem adire, an verò repudiare ſatius ſibi eſſet, ſufficere putarit? *l. vlt. §. ſed quia. C. de iur. deliberand.*

259 Quod item hoc tempus, etiam ſine cauſa, coarctari adhuc per iudicem poſſit? *teſte Menoch. in tr. de arbitr. iudic. quæſt. cauſ. 1. n. 20.*

260 Cum tamen heres, non magis ab initio exploratas habeat, hereditatis ad ſe delatæ vires, quàm B. hîc, ſe vires, bonorum ad ſe deuolutarum, neſciuiſſe conqueritur. *c. cum quis in iu. de Regul. Iuris. lib. 6. l. qui in alterius. ff. eod. tit. Iaſ. ad l. admonendi. lect. 2. n. 18. ff. de iureiur. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 12. gl. 1. n. 17. Vasq. illuſtr. controu. c. 71. n. 5.*

261 Quid quod verus rei valor rectè deprehendatur, ex inſpectione libri cenſualis, ſiue reditiuum, aus erſehung der Erbregiſter / ſiue der Zinßbücher? *docente idipſum Cothman. conſil. 30. n. 287. volum. 1 fac. trad. Rutig. Rul. in tr. de commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 9. n. 7. Albert. Crant. inter conſil. German. varior. conſil. 4. n. 14. vol. 4.*

Cui itaq; bono, hîc vndecim menſes, & amplius etiam, ad addiſcendum rerum, morte S. apertarum valorem, ſibi indulgeri poſtularet: aut ſibi indultas non eſſe quiritaret, Actor veſter?

An non potuiſſet pauciſsimo tempore, præpoſitos agriculturæ magiſtros, item foreſtarum accerſere, & ex ijs, qualia bona ſibi relicta eſſent, ſi non exactiſsimè, ſaltem eatenus, vt ſibi à læſione, vltra dimidium iuſti cauere potuiſſet explorare?

Ceterum fac (id quod tamen pernegamus planè, cum & ipſe faſſus ſit Actor, in poſitionali ſuo Articulo 24. quod eum maturè ſatis, de tranſactione facienda admonuerit Reus (quod importunius aliquantò Reus, vt tranſigeret, vrſerit Actorem. Non tamen hinc quippiam, cum dolo affinitatem habens, naſcitur.

Nam niſi ad tranſigendum, appuliſſet quoq; animum, ipſe Actor, etiamſi decies millies, pro tranſactione facienda, inſtitiſſet Reus, nulla tamen inde tranſactio nata eſſet. Cogere enim eum ad tranſigendum Reus
262 non poterat. Etenim feſtinanti nimis in re quapiam peragenda, morem gerere non tenemur, ſed iure eum increpamus, quò ab incepto ſuo præpoſtero deſiſtat. *Speculat. in tit. de libell. concept. §. ſequitur videre n. 3. & 4. per c. inter hæc, de pœnitent. diſtinct. 3.*

263 Sed ad tranſigendum nemo per magiſtratum (tantoq; minus ab eo, qui iurisdictione caret) cogi, inuitusq; adigi poteſt, *ttradentibus in indiuiduo Br. ad l. congrutt. n. 4. per ill. text. ff. de offic. præſid. Br. in l. furti. §. qui ruſſu. n. 2. ff. de his qui not. infam. Caccialup. in tr. de tranſ. q. 20. Felin. ad Rubric. in pr. extr. de treug. & pac. Matth. de Afflict. deciſion. Neapol. 149. nu. 6. Blanc. in tr. de compromiſſ. q. 1. n. 3. Marant. in tr. de ordin. iudic. 6. p. p. rubric. de inquiſit. n. 164. Gail. lib. 2. de pac. public. c. 18. nu. 9. Hippolit. Riminald. ad l. qui ſe patris. n. 436. C. vnd. liber. Petr. Frider. in tr. de proceſſ. extrah. lib. 2. c. 53. n. 7.*

Animaduertiſſe itaq; vos iam, puto Conſulentes, quod munitio veſtra hac in parte ſtraminea ſit, quam vos æneam eſſe, ni plurimum fallor, hucuſq; cenſueratis.

Secundò dolum, ex propoſito Rei, inde aſtruere volebatis: quod tales nominaſſet Mediatores, qui ipſi quoq; neſcij erant, quâti æſtimanda eſſent bona ea, de quibus controuerſia erat: verum faciâ, vt paulò poſt videatis, & etiam ipſi fateri neceſſe habeatis, nec hanc quidem argumentatiunculam, conſiſtere vllo modo poſſe. Committitis enim non cauſæ vt cauſæ, fallaciam. Sanctè enim vobis affirmare poteſt Iudices Reus: quod nemo horum Mediatorum omnium à ſe nominatus ſit: ſed quod nominationem totam Actori permiſerit, eidemq; iam factæ, legalitati, integritatiq; Mediatorum confiſus, acquieuerit.

Non eſt itaq;, in quo accuſetis Reum. Sed ſi quid vitij hac in re contractum fuerit, quod nos negamus, imputet ſibi ipſi B. quod tales ſibi mediatores delegerat. *arg. §. vlt. Inſtit. de ſocier. Tomm. g. deciſ. 44. n. 10. Seraphin. de Seraphin. in tr. de inſtrument. priuil. 57. n. 11.*

Reliquum itaque illud tantum vobis fit, Conſulentes, vt ipſi concludatis, vos, veſtrumq; Actorem allegatione hac, non audiendos, cum nihil præterea faciatis, quàm quod glorietur Actor veſter, & vos vnà cum illo, de turpitudine ſua propria, qua in eligendo Mediatores, nec non in referenda Mediatoribus gratia, vſus erat.

Ferendi itaq; cum Actore veſtro non eſtis. 265
Nemo enim turpitudinem propriam allegans audiri debet. *Vt multis proſequitur Iacob Schult in addit. ad Modeſt. Piſtor. q. 1 o. n. 9. & ſeqq.*

Verum demus & hoc Actori, & Conſulentibus, (id quod tamen edoceri nullo vnquam tempore poterit) electionem Mediatorum per Reum, & non per Actorem fuiſſe adminiſtratam: nihilo tamen minus, adhuc incaſſum laboratis Conſulentes. Eccur enim ad electionem mediatorum iſtiuſmodi aſſenſum præſtitit? Eccur coram illis comparuit? Eccur de cauſa illos cognoſcere ſiuit? Eccur non ſemel tantum, verum etiam bis de re tota, opera horum mediatorum Actor veſter tranſegit?

Nam hoc cum ita ſit, abite modò ô mei 266
Conſulentes, cum allegatione veſtra. Quis enim tantus vnquam legum contaminator fuit, qui ſcienti & volenti de iniurijs, doloue querelam competere, proloqui auſus fuerit. *Contra quam ſcriptū eſt, in c. ſcienti, de Reg. iur lib. 6. l. nemo videtur fraudare. ff. eod. tit. Vasq. illuſtr. controu. 6. 48. n. 12. Tiraq. de vtr. retr. p. 1. §. 12. gl. 1. n. 8. Zoan.*

ad l.2.n.118.vers.neq; C.de pact.int.emtor. & vend. Zoanett.ad l.vt vim.p.1.n.4.ff.de iustic.& iur. Coler. in tr.de process.exec.p.1.c.5.n.45.

Porrò, ne me expaueſcere, terriculamenta Sophiſmatum veſtrorum inania, credatis Conſulentes, dicam rurſus, ceſſare hæc omnia, quibus ſolidè hactenus, ſecundum veſtrum, de dolo Rei argumentum, ad inferos vſq; iam amandauimus: & tamen victoriam nullam prorſus reportabitis.

267 Cogitate enim, ſi quid hic deliquiſſent Mediatores, id per imprudentiam, ignorantiamúe factum eſſe, neq; fieri poſſe, vt ipſos Mediatores, quis doli meritò coarguat. Cogitate item, aliud longè eſſe, ſi quid fiat per imprudentiam ius dicentis, aut inter partes Mediatoris officio defungentis: aliud item, ſi per ſordes, doloúe, precio, precibusúe corrupti, his ius dicens, aut Mediator quid fecerint. *l.ſi per imprudentiam. & ibi gl. ad v. autorem. ff.de euict.l.venales.C.quand.prou.non eſt neceſſ. Anton.Capyc.deciſ.Neapolit.155.n.13.Neuizan.in ſylu. nupt.lib.5.n.101.*

268 Cum itaq; ipſi Mediatores, omnis doli vacui ſint, qui fieret, vt Reum propter factum non doloſum Mediatorum, doli fraudisúe, iuſtè accuſaremus? Cum tamen ipſa dictet naturalis ratio: propter quod vnumquodq; tale eſt, illud magis adhuc, tale eſſe. *auth.multò magis.C.de ſacroſ.Eccleſ.Bl.in tr.compenſat.q.3.n.22.Zoanett.ad l.2.n.117.C. de pact. int. emtor. & venditor. Hartm.Piſtor.q.31.n.4.lib.2.Reub.in tr.de teſtib.p.2.n.24.*

Proindeq; excuſandum à dolo omni eſſe Reum. Propter factum enim Mediatorum, ipſe doli accerſebatur. Cum tamen ipſi Mediatores, à dolo omni, puri ſint.

269 Quinimò eo ipſo, quod Mediatoribus hîc, viris antiqui ſanguinis nobilitate, nonnulla eruditione, multa etiam experientia conſpicuis, partes hic vſæ ſunt, nec clam tranſactionem hanc celebrarunt, omnis iam ſileat prorſus doli allegatio. *Crau.conſil.129.n.11. & conſ. 178.n.6. Dec. conſil.235. Ernеſt. Cothm.conſ.1.n.322.& n.726.vol.1.*

Vnde rectè ſic efformabimus ratiocinationem: etiam hæc ſua molli, effeminataq; captiuncula, Conſulentes tentare quidem bonitatem cauſæ Domini Rei poſſe, ſuperare autem eam non poſſe.

At aitis, diris etiam ſe deuouit Reus, ſi B. fefellitſet: iſtiuſmodiq; deuotionibus fidem habuit B. Ergo in dolo iam conſtitutus eſt Reus.

Sed & hæc illatio veſtra, calua, & frigida eſt.

Primum enim fingitis, pro libitu Conſulentes, more amatorum, & vinolentorum, quæcunq; collibuerant vobis, ſomnia, & deinde arripitis, quaſi iam conceſſa, quæ tamen maximè adhuc controuerſa ſunt, atq; inde admirabiles conſuitis cothurnos, tum paſsim alibi, tum verò hoc potiſsimum in loco.

Nam quis ſpirituum reuelauerat vobis, diris ſe execrationibus, obnoxium feciſſe, aut fidem fefelliſſe Reum? An non ex nuda Actoris aſſertione, ceu oraculo quodam Delphico, hoc collegiſtis? & meherclè, ſi verum dicere vultis, diffiteri id non poteritis.

Quapropter hoc cum ita ſit, memores quoq; eſſe vos illi præcepti, quod paulò poſt in contextu reſponſi veſtri, veluti in §. Und wird jeder beklagte, ꝛc. ipſimet Reo dictaueratis: nempè quod allegare non ſufficiat, niſi allegatum probetur, omninò addecebat: & quādoquidem id ſomnolentia quadam, à Compilatore veſtro inſuper habitum eſſe, animaduerti, meritò vobis in mentem reuoco illud, quod turpe Doctori ſit, cum culpa redarguit ipſum, veluti ſuperius comprobauimus.

Nam ſi nudis aſſertionibus, ſeu mauis calumnijs agentium, vel accuſantium, ſtandum erit, quis poſthac innocens erit? quis per DEVM immortalem, condemnationes vnquam effugiet? quas nam vires poſt deindeilla iura habebunt, neminem in cauſa propria, teſtem eſſe idoneum nobis annunciantia? *l. nullus. ff. de teſtib.l.omnibus.C.eod.tit.Speculat.in tit.de teſte. §. 1.n.88.Afflict.deciſ.Neap.400.n.7.Romul.in l.vt vim. n.8.ff.de iuſtic.& iur.Tiraq.in tr.de iudic.in reb.exig. in pr.Lauid.in tr.de offic.Præt.Rubr. perſ. teſt. aggred. n.47.Reuber.in tr.de teſtib.p.2.n.1.cum ſeqq.Cald.ad l.ſi curatorem ad v.minoribus.n.13.C.de reſtit. in integr.Royz.deciſ.Lituan.2.n.11.* 270

Abſonam itaq;, & abſurdam, opinionem eſſe, quam fouetis, ipſimet conſpicamini.

At forſitan reponetis mihi aduerſus hæc illud: quod nondum quidem hactenus *probarit* idipſum Actor, verum illum poſthac, cum iam ad probationes peruentum fuerit, benè quæ aſſeuerauerat, comprobare poſſe.

Ego verò nec facilis, nec credulus vobis, hac in re, ero. Optimè enim conſpicor, Actorem ad probandum admitti non poſſe: & ſi admitteretur, probare eum attamen adhuc non poſſe, quæ affirmauerat. Et quod ad probandum admitti non poſsit, nec debeat, oſtendo per hoc: quod ad viginti quatuor, vel circiter hic adſint exceptiones, quæ litis conteſtationem fieri, impediant. *veluti eas in priori noſtro Reſponſo, ordine enumeraumus, & etiam hic denuò recenſebimus.*

Iam verò terminus probatorius litis conteſtationem ſequitur, nunquam autem præcedit. *tot.tit.ext.vt lit.non conteſt. Ordinar. Camer. p.3.tit.13.& tit.16.in pr.Marant.in tr.de ordin.iud. 7.p.6.p.9.memb.10.n.1.& per tot.& 2.p.6.p.p. act. 3.n.1.& per tot.Seraphin.de Seraph.in tr.de iurament. priuil.33.n.166.Hartm.Piſtor.q.39.n.1.lib.1.& infinitos in id adduxit Proſper.Farinac.in tr.de teſtib. q.76.n.2.Rutger.Rulandin tr.de commiſſ.p.2.lib.1. c.1.n.1.& ſeqq.* 271

Vbi

272 Vbi itaq; excluſa eſt litis conteſtatio: productio, examinatio, & probatio per teſtes: multò magis excluſa erit. Deſtructo enim antecedente, conſequens multò magis deſtrui, vel ipſa ratio naturalis dictat. *Euerard. in topic. in loc. à deſtruct. antec. ad deſtruct. conſeq.in pr.Inſt. Pyſi.q. 38.n.59.lib.2.Cacheran.decyſ.Pedemont.35.n.2. Frider. in tr. de proceſſ.in Camer. extrab.c.23.n.1.*

Quod item, etiamſi ad probandum admitteretur Actor veſter, probare attamen non poſſet, dolum hic commiſſum eſſe, ſic edoceo: quod non niſi vnici teſtis, C. ſcilicet à G. teſtimonio, innitatur. *Vt ex poſitionibus ipſius Articulo 28. & 29. cernere potuiſtis.*

273 Iam verò longè eſt certiſsimum, vnici teſtis teſtimonio, in re graui & ardua, magnæ item quantitatis, edoceri nihil poſſe: ſed dictum vnius, hac in parte, dictum nullius eſſe. *Laurisiurandi. C. de teſtib. Coraſ.in l. admonendi. p. 2. n. 32. ff. de iureiur. Ign. ad l. neceſſarios. p. 1. n. 209. ff. de S.C. Syllan. Tiraq. ad l. ſi vnquam in v. donatione. n. 127. C. de reuoc. donat. Capſerr in tr. de num. teſt. p. 1. c. 1. n. 34. Iuſt. Roub. in tr. de teſt. p. 3. n. 147.*

274 Nec obſtat, nobilem attamen fuiſſe Teſtem B. Nam etſi Cardinalitia dignitate præfulſiſſet, dum tamen vnicus eſt, teſtimonium eius, etiam faba vnica adhuc, non redimerem. *Abb. ad c. cum à nobis. n. 1. verſ. nota pulcrum. ext. de teſtib. Blanc. in tr. de compromiſſ. q. 8. poſt. n. 35. verſ. & ſi regula ſit. & idem voluiſſe Tiraq. Couarr. Petraſ. Socin. Cephal. Rimin. Ioſeph. Ludouic. & Pet. Anton. à Petr. teſtis eſt locupletiſſimus. Proſper. Farinac. in tr. de teſtib. q. 63. n. 3. vbi de magis communi atteſtatur.*

275 Sic quoq; non audietur Actor veſter Conſulentes, etiamſi dixerit: vnicum teſtem attamen ſemiplenè probare. *Specul. in tit. de teſte. §. teſtat. n. 11 in fin. Nell. in tr. de teſtib. n. 85. in fin. Lanfranc. de Orian. in tr. de teſtib. n. 28. in fin. verſ. & ſic cum duo. Bomfac. de vita. in tr. malefic. Rubric. de probat. n. 18. Corſet. in ſingul. in v. teſtis. el. 3. Hipp. de Marſil. ſing. 373. in pr. Curt. ad l. admonendi. n. 187. ff. de iureiur. Maſc. in tr. de probat. q. 11. n. 2. & 3. vbi & in, de communi ſe teſtem præbet.*

276 Proindeq;, iam ad iuramentum ſuppletorium, ſibi patere aditum. Cum nemo ſit, qui neſciat, facta iam ſemiplena probatione, peruenirì ad iuramentum illud, quod in ſupplementum legitimæ probationis deferri ſolet. *Br. ad d. l. admonendi. n. 57. & ibi Iaſ. lect. 1. n. 118. verſ. tertio facit. Schrad. n. 195. & communis ſchola interpretum. ff. de iureiur. Mynſ. obſeruat. 68 cent. 1.*

Nam & hoc plurifariam modis refelli poteſt. Nego enim primò, Teſtem hunc C. G. illud dixiſſe, ad quod producebatur.

277 Cum connexio bona non ſit: Ille aut ille, vt id atteſtaretur in teſtem productus eſt. Ergò depoſuit id, quod atteſtari debebat. Cum fieri poſsit, quod vel neſciuerit id, de quo interrogabatur: aut ſin noticiam aliquam rei eius habuerit, aliter tamen de ea locutus ſit, quàm vt habebant articuli eius, qui eum in teſtem producebat. Meritò itaque argumentatio iſtiuſmodi, ceu à poſsibili deducta per aliud poſsibile tollitur. *Vt dicit Maſcard. in tr. de probat. concl. 1 17. n. 12.*

Sed & per Dominum Reum licet, vt iudex atteſtata G. quæ nunc clauſa, & Actis inſerta ſunt, adaperiat, indeq; ſe de dolo, quem commiſiſſe, remotiſsimus à dolo cum fuerit, arguitur, informet. Nec enim dubitat quin vera ſint, quæ nunc iudici aſſeuerauerat.

Deindè nego iterum, C. G. teſtem omni 278
exceptione maiorem fuiſſe. Non ſolum enim amiciſsimè & coniunctiſsimè, cum B. vixerat, verum etiam fraternitas quædam, inter eos conſtituta fuerat. Tales autem teſtes, omni exceptione maiores non ſunt. *gl. ad §. cogitandum ad v. teſtes ad fin. auth. de monach. Ioh. Andr in addit. ad Speculat. tit. de teſte. §. 1. ſub n. 1. in addit. ad v. quoties. Matth. de Afflict. ad c. 1. §. porrò. n. 20. quæ fuit prima cauſa. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regul. tit. de teſtib. concl. 11. n. 2. Maſcard. in tr. de probat. concl. 86. n. 3. & 5. Proſp. Farinac. in tr. de teſtib. q. 55. n. 234. & n. 242. vbi hanc veram & in praxi receptam eſſe opinionem atteſtatur, alioſq; in id adducit.* *

Nec item ſemiplenè probant. *Br. ad d. l. ad-* 279
monendi. n. 36. & ibi Iaſ. lect. 1. n. 92. Schrad. n. 283. ff. de iureiur. Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubric. perf. teſt. agg. n. 64. Maſcard. d. concl. 86. n. 5. Heſt. Aemil. in tr. de teſtib. in lit. A in v. Teſtu amicus. n. 13. Farinac. communem dicens. d. q. 55. n. 235. Martin. Coler. in tr. de alim. lib. 1. c. 14. n. 42. *

Eſto itaq; depoſuerat, vt voluerat B. teſtis ille vnicus, C. à G. auium tamen adhuc iter B. ad iuramenti in ſupplementum præſtationem erit. Hoc enim nunquam defertur, niſi 280
quis per teſtem vnicum, integrum atq; maiorem exceptione omni, fidem fecerit. *Pro vt Alex. de Imol. & Corn. autoritatibus in id adductis, in ſpecie docet Mynſing. d. obſeru. 68. n. 1. cent. 1. Seraph. de Seraph. an tr. de iurament. priuil. 33. n. 5.*

Sed & agitur hîc, de cauſa graui & ardua, cum de dolo accuſetur, vir Nobiliſsimus, I. à K. Eccur itaque famam, integritatem, exiſtimationem ampliſsimi viri, aduerſario, odio, liuore, inuidia excæcato, committeremus?

Cum ſcriptum in iure ſit, in cauſis vnde 281
fama bona, exiſtimatioque alicuius lædi poteſt, iuramentum in ſupplementum probationis, non deferri. *gl. ad c. cum ſunt partium iura. De regul. iur. lib. 6. Iaſ. ad d. l. admonendi. lect. 2. nu. 228. & ibi Schrader. nu. 296. ff. de iureiur. Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubric. iuramentum. ſub nu. 5. caſu 4. Stephan. Auffrer. in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſion. 243. Seraphin. de Seraphin. in tract. de iurament. priuil. 33. nu. 108.*

282 Sic vt de remedio l. 2. C. de rescind. vendit. quodq; in eo, suppletorio iuramento, locus nullus relictus sit, taceam nunc (cuicimus namq; id, iam bis superius) expresse quoque decisum extat, quod toties exulent iura omnia, de iuramento suppletorio loquentia, quoties de dolo probando res est. *Ita in individuo docuit nos Bl. ad l. 1. n. 5. ad fin. per ill. text. C. qui & ad quos. Seraph. de Seraphin. d. priu. 33. n. 97. Fr. Curt. in l. admonendi. n. 213. ibi Caccialup. n. 157. & Lanfr. de Orian. n. 71. ff. de iureiur.*

Et denique, etiamsi hæc omnia in medio non essent, interseptus adhuc attamen teneretur Actori aditus, ad iusiurandum suppletorium.

283 Nam inter reliqua, quæ iamdum nobis ad illud genus iuramenti adeundum patefaciunt, desideratur id quoq; maximè, vt vnici, omniq; exceptione maioris testis depositio, concludat necessariò. *gl. in l. 3. §. 1. ad v. si leuior. ff. de minor. gl. ad l. non est verisimile ad v. præsumtioni. ff. de eo, quod met. caus. Hippol. de Marsil. singul. 83. versic. tene etiam. Mynsing. d. obseru. 68. d. n. 1. cent. 1. Ludouic. Roman. consil. 91. n. 10. & ibi Horat. Mandos. in addit.*

284 Iam verò, etiamsi G. depositisset: circa diem Iohanni Baptistæ dedicatum, anni 89. ditis se deuouisse, Dominum Reum: non tamen aptè inde astrui poterit: Ergo in contractu illo, qui inter hasce partes, anno 90. 15. Februarij inibatur, dolus interuenit: Sed eiusmodi inconcinna ratiocinatio, similior illi erit: Baculus stat in angulo: Ergo Iulius vincet Pompeium: Proindeq; sibilis etiam excipienda veniet. Nam quis ignarus est, Syllogismum habentem quatuor terminos, ob formæ defectum vitiosum fieri? *Coler. in tr. de aliment. lib. 1. q. n. 4*

285 Quis item nescit, vti dolus superueniens, ad retractanda ea, quæ legitimè facta antehac fuerant, inefficax est? *tradente in individuo Verio. ad l. ex facto. n. 9. ff. de vulgar. & pupill. per l. quid ergò. in pr. ff. de his qui not. infam.*

286 Ita quoq; dolum contractui, qui longo ex interuallo, dolum sequebatur, ita vt is, qui se dolo deceptum nunc conqueritur, interim, plenissimè de tota rei serie, se informare, dummodò voluisset, potuisset, innocuum esse. Vt oppositum in opposito, idem quod propositum in proposito, operetur. *l. vlt. §. vlt. ff. de legat. 3. Neuiz. in sylual. nuptiali. lib. 1. n. 212. Exea. in tr. de pact. n. 406. Tiraq. in tr. de pœn. caus. 44. n. 58. Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 18. n. 63.*

287 Sin protestatio ad actum, qui interpositam protestationem, ex interuallo sequebatur, trahi non debet: *Constant. Rogger. in tr. de protest. §. tertio, videndum. n. 2. Iohan. de Agusell. in tr. de protest. n. 24. Francisc. Pfeil. consil. 182. n. 73. volum. 2. Iohan. Crott. ad l. non solum, §. morte. n. 45. ff. de non. oper. nunc. Coras. in prælud. admonendi. n. 39. ff. de iureiur.*

Longè magis indecens erit, dolum ad contractum, qui per septimestre, & amplius spacium, alium actum, qui dolo gestus dicitur, insequebatur, referre velle. Odia enim astringenda omninò sunt. *Vti ex Camerar. & Raudens. scriptum reliquit Heig. q. 27. n. 48. text. in c. odia. de Regul. Iur. lib. 6.* 288

Dicite mihi Consulentes: an non verum sit: quod is, cui sat temporis ad rem integram, & ab ouo quasi explorandam suppetebat adhuc, postquam ei, insidiæ iam structæ fuerant, si postea, nihilominus ad transactionem descenderit, dolum omnem remisisse censeatur? *Bl. ad l. 2. n. 2. C. de transact. Castr. ad l. post rem. n. 4. & seqq. ff. eod. tit. Alex. de Imol. ad l. sub prætextu. col. 1. n. 9. C. eod. tit. Socin. cons. 59. col. penult. vol. 3. Crau. consil. 717. n. 39.* 289

Atque idipsum multò magis locum sibi vendicabit in præsentia, cò, quod in actu hic posteriori, amici, propinqui, & Mediatores, fuerint adhibiti. Horum enim præsentia sola, omnem doli reatum aufert, abstergit, delet, atq; tollit. *Burs. at. consil. 40. n. 66. vol. 1. Iohan. Vincent. Hond. cons. 40. n. 4. lib. 1.* 290

Quid? quod in annullando contractu ille tantum dolus, qui prudentissimum quemq; fallit, in considerationem veniat, *tradentib. Innocent. ad c. cum dil. Ius. n. 2. ext. de his, quæ vi met. caus. fiunt. Ias. ad l. interpositas. n. 4. C. de transact. Gomes. ad §. fuerat. n. 14. Inst. de actionib. vbi communem dicit Padilla ad l. 2. n. 5. C. de rescind. vendit.* 291 *

Quem hic abesse, tam est certissimum, vt cuni vobis Consulentes hoc in priori nostro responso opponeremus, ne quidem mutire contra, ausi fueritis.

Videtis itaq;, quò ruant res laceræ, atq; diruptæ Actoris vestri.

Quod si Reum nostrum, omninò de dolo conuinceritis, id quod facere tamen vobis frendatis, frematisq; licet, impossibile erit: non tamen melius posthac, cum Actore vestro habebitis. Nam si dolo transactionis contractus initus fuerat, iam non Remedium l. C. de rescind. vendit. sed de dolo actionem, ad rescindendam transactionem, proponere actor vester debuerat. *Pro vt hoc antehac ostendi volui, & est textus ad literam in l. sub prætextu. la. 1. & ibi videatur Cyn. Br. Bl. Salyc. Castr. Alexand. Fulgos. Curt. Ias. n. 8. Sichard. n. 10. Alciat. n. 28. & DD. C. de transact. Padill. ad l. 2. n. 3. & ibi ante eum Pinel. p. 1. c. 4. n. 19. C. de resc. vendit.* 292

Et vi consequentis, cum hoc facere neglexerit, nulliter quoq;, & ineptè egit, ideoq; in causa succumbere, necesse omninò habet.

Nemo enim sine actione apta agens, ferendus est. *l. si pupillus. §. videamus. ff. de negoc. gest. Gomez. variar. resolut. lib. 2. c. 1. n. 24. Cæs. Contard. ad l. diffamari. c. 4. n. 153. C. de ingen. manumiss. Menoch. in tr. de remed. possess. adipisc. remed. 9. nu. 47.* 293

Et quam-

194 Et quamuis nebulam nobis offundere studeatis, persuadereq; conemini, quasi in hac l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. de læsione quæ vltra dimidium iusti non excederet, tractaretur: ariolos attamen vos agere, & somniando diuinare aliquid voluisse, iam dudum sensi. Nam nihil tale scriptum legitur in illo textu, nec nemo vnquam doctissimorum interpretum, excepto compilatore vestro, legem hanc ita interpretatus est.

195 Inconuulsa itaq; adhuc stat sententia nostra. Summum enim dedecus est, viris benè in iure versatis, diuinare velle, seu illas interpretationes sequi, quæ diuinationem magis, quàm solidi quid & de quo ex textu ipso apparet, continent. *tradentibus Neuizan. in tyuul. nupt. lib. 1. n. 191. Marc. Anton. de Amat. decis. Anconit. 1. n. 24. & decis. 99. n. 6. Mantic. in tr. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 3. tit. 2 n. 2. & 3. Intrigl. in tr. substit. cent. 3. q. 76 n. 18. Crauct. cons. 162. n. 12. Natta consil. 470. n. 7. & consil. 678. n. 34. Alciat. resp. 44. n. 33. in fin lib. 9. Iohan. Vincent. Honded. cons. 65. n. 23. vol. 1. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & post. l. si aliy. ff. de vsufr. legat. l. qui filium. §. vltim. ff. ad SC. Trebell.*

196 At dicitis ipsa glossa, hanc legem ita ante nos explicauerat: Ego verò maximam quidem eorum glossematum, quæ Accursij sunt, autoritatem esse scio. *Vt videri potest ex Br. in l. vt vim. n. 3. & ibi Ias. n. 34. Franc. Zoan. p. 1. n. 105. ff. de iustic. & iur. Thom. Ferrat. caut. 17. n. 2. cum seqq. Hippol. Riminald. ad Rubric. n. 61. & 62. C. qui admitt. Coler. in tr. de proces. executiu. p. 1. c. 10. n. 263. Budell. in tr. de re num. lib. 1. c. 24. n. 4. & seqq. Martin. Coler. in tr. de alimentis lib. 1. c. 4. n. 11.*

Interim autem certus sum, Accursium id nusquam scripsisse: aut etiam scribere potuisse: Sed nec legislatori vnquam venisse in mentem, quantitatem læsionis in d. l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. diffinire: Sed de illo tantum prouidere, legislatori cordi erat, quali remedio esset reparandum, quod transactione in qua dolus ex proposito, veluti instrumentorum aduersarij subtractio, vnde rei, quæ gerebatur, veritatem addiscere non potuit, interuenerat: fuisset amissum atque deperditum. Inq; id, de dolo actionem porrigit.

Quod cum ita sit (veluti ipsa textus verba, omnesq; classicorum Doctorum Interpretationes doctissimæ, ibidem ostendunt) absonum iam, atq; tantum non stultum erit, ex illo textu colligere velle, instrumenta subtracta, de decem fuisse locuta, transactum autem per quinq; fuisse: atq; sic in medietate læsionem constitisse.

298 Quare si quam glossulam, hoc dicentem habueris compilator (quam in meo Codice non extare, verè prohteri possum) Doctissimi sui temporis Accursij hanc esse, ne statuito: Sed indocti cuiusdam Doctorelli (vt vocant) mentem legis, legislatorisq; non percipientis. Cuiusmodi annotatiunculæ Doctorellorum, attendendæ non sunt. *Vti anteriore Bl. dixit Ias. ad l. quidam cum filium. n. 38. ff. de verbor. obligat. Iohan. Francis. Purpurat. ad l. 1. n. 455. ff. de offic. eius cui mandat. est. iurisd. Anton. Mar. Corat. in tr. de comm. opin. 1. q. n. 39.*

Oblitos ne esse Diocletianum & Maximinianum Imperatores in l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. quod in l. 2. C. de rescind. vendit (quæ etiam eos autores agnoscit) errore seductis, quantitatem læsionis, quæ vltra iusti dimidium esset, vt accedere turò, ad contractus rescisionem pati sent, iam diffinierant censetis? aut creditis eos immemores fuisse, quod Scæuola in d. l. Lucius. §. vlt. ff. ad SC. Trebell. nullam transactionis rescisionem etiamsi in ea læsio, vltra quadruplum intercesisset, agnouerat?

Cui itaq; bono, hic in l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. nouè læsionis quantitatem (quæ vestra vox est Consulentes) diffinire inciperent?

An nescitis, superuacaneum quid in toto 299
iure esse non debere? *§. quibus. C. de nou. cod. fac. Br. ad l. si constante. nu. 6. §. fol. matrim. Benuonut. Stracch. in tr. de merc. p. 1. n. 40. Hippol. Riminald. ad l. emancipata. n. 10. C. qui admitti. Alex. Turram. ad l. iura. n. 2. ff. de ll.*

Cum tamen l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. secundum interpretationem hanc, quam vos illi obtruditis, planè esset superflua, nec rationem, nec vtilitatem vllam haberet.

Emergere itaque non potestis, Domini Consulentes.

Nam erroneum quoq; illud est: quod asse- 300
ueratis: emtori doloso, non tolli electionem, vt vel rem restituat, vel precium suppleat, siquidem ex l. 2. C. de rescind. vendit. actum fuerit. Etenim principium hic repetitis, sed & controuersiæ statum, more Sophistarum mutatis. Dum enim edocere nos debebatis, ante omnia remedio l. 2. C. de rescind. vend. aduersus emtorem doloso locum esse. Vos hoc sicco pede transitis, & interim assuitis illud: etiam doloso emtori, licitum esse, vel rem dimittere, vel precij suppletionem subire, dummodò aduersus eum, actione de dolo, actum non fuerit.

Hæc itaq; qualia sint, ipsimet contemplamini. Acquiescere enim obtusis vestris subtilitatibus non possumus, donec prius l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. l. si superstite. C. de dolo. & l. dolus. C. de rescind. vendit. satisfeceritis. Omnes enim hi textus, dolo ex proposito interueniente, etiamsi enormissima fuerit læsio, remedium attamen l. 2. C. de rescind. vendit. desinere, & nunc actionem de dolo progredi, clarius luce meridiana te-

ſtatum faciunt, omnibusq; annunciant. Id autem erat, quod nos volebamus.

Poſtremò, vos præclarè munere veſtro defunctos, circa refutationem PRIMI noſtri fundamenti, vt video putatis, ſi illud, freti Cornei, & Zaſij autoritatibus protuliſſetis: ex enormiſsima læſione, nullo alio accedente, dolum iam præſumtiuè probatum eſſe.

Atenim toto cœlo aberratis, plurimumq; fallimini.

301 Nam prius vos ſcire oportebat, quid eſſet hac in parte, vbi de dolo eliciendo agitur, enormiſsima lœſio: Et ſanè ſi circumſpectius hîc verſatus Compilator, & iuris interpretum volumina ſedulò magis, perrimatus eſſes, facilè certiorem te, ſodalesq; tuos facere potuiſſes: eam hac in parte duntaxat læſionem enormiſsimam dici, quæ in toto fit, atq; contingit. *Vti ex conſenſu Rumi. Iaſon. Alex. de Imol. Abbat. & Soſon. docet nos Maſcard. in tr. de probat. concl. 531. n. 28. Borgnin. Caualcan. in tr. de tut. & curat. n. 141.*

302 Et è diuerſo conſpicari tibi facilè erat: dolum ex propoſito, nondum argui adhuc, ex eo, quod quis maior annis, etiam vltra iuſti dimidium læſus fuerat. *Pro vt hoc in individuo docuit ipſe Corn. ad auth. ſacramenta puberum. n. 15. & n. 107. C. ſi adu. vendit. Crauet. conſ. 636. n. 6.*

Valde itaq; indecens eſt, dolum ex propoſito, vos hic concludere velle. Vtpote cum pro re, quam 2400. & non vltra redimere Actor voluerat (teſtem aduoco ipſius libellum) 1200. ſignati argenti, præter onera alia, quæ in ſe ſolum ſuſceperat, Reus hîc, dederit.

Sed & in eundem lapidem bis impingitis. Quantumuis enim læſionem in toto, & dolum inde reſultantem, edocere vllis modis, potueritis: nihil tamen aliud, præter id, inde fiet, quàm quod valedicendum ſit l. 2. C. de reſc. vendit. remedio: & ex contrario actionis de dolo auxilium aſciſcendum. Idipſum porrò eſt, quod hactenus concedere nobis, noluiſtis.

Non dicam nunc, etiam de dolo actioni præſcriptum iam eſſe: ideoq; ad eam nullum amplius patere reditum.

Die enim Februarij 15. anni 90. tranſigebatur: Lunæ verò poſt feſtum Trinitatis anni 99. Actor demum iudici libellum exhibuit. Quis itaq; non videt, nouam hinc porrigi reo, præſcriptionis ſcilicet exceptionem?

303 Nunquam enim de dolo actio, biennio eſt viuacior. *l. vltim. & ibi Suhard. n. 1. C. de dol. gl. in §. non autem. ad v. heredem Inſtit. de perpet. & temp. action. Dyn. in tr. de præſcript. tit. 22. n. 2. Cacheran. deciſ. Pedemont. 58. n. 17. Iohan. Criſp. de Montib. in tr. de term. action. tit. 33. verſic ſeptimo.*

304 Quod non ſolum in alijs caſibus, verùm etiam tunc, cum de reſciſsione tranſactionis, dolo ex propoſito aduerſarij conciliatæ, agitur, verum eſt, atq; obtinet. *d. l. ſub prætextu. l. 1. ponderando verba: infra conſtitutum tempus, iuncta ibi gl. C. de tranſact.*

Nec præſtat excuſationem aduerſario, quod dicis gratia, in Artic. ſuo poſit. 49. profert: quod anno 95. primum, dolum, inſidiasq; ſibi ſtructas, deprehenderit.

Nam adhuc, etiamſi hoc verum eſſet, rectè 305
valeret præſcriptio. Et præterea iuris eſt apertiſsimi: quod inde dolo actione, non tempus ſcientiæ, ſed doli (ſi dijs placet) commiſsi, in conſiderationem veniat. *text. in d. l. vltim. & ibi Suhard. n. 2. C. de dolo. Dyn. d. tit. 22. n. 2. Cacheran. d. deciſ. 58. d. n. 17. Oldendorp. in tr. præſcrip. tit. de actionib. n. 8. Ioh. Criſp. de Montib. d. tr. de term. act. d. rubr. 33. verſ. ſeptimo.*

Vnde quoque in libello, diem commiſsi 306
doli, apponere oportet. Vt iudex conſpicari inde queat, an actioni de dolo præſcriptum, nec ne ſit. *Suhard. ad d. l. vlt. in fin. C. de dolo.*

Et vt ſummatim rem complectar, rogatum vos volo, iudices æquiſsimi, vt perpendatis, nos non ſolum præ manibus hic habere tranſactionem, quæ ſola ad impetus remedij l. 2. C. de reſcind. vendit. ſuſtinendos, quinimò etiam retundendos, fortis, robuſtaque ſatis eſt: Sed & adeſſe eidem ſtipulationem ob verba illa, tranſactionis inſtrumento inſerta: mit hand vnd mund eingetroffiget: Quæ ſi quas vires, remedium l. 2 C. de reſcind. vendit. iam robore tranſactionis contritum, & penè confractum, anhelans recuperaſſet, potens ſatis iam eſt, ad illud in totum tollendum, & (vt cum Plinio loquar) delumbandum.

Eſt enim non ſolum fortiſsimus omnium 307
contractuum ſtipulatio. *Cyn. in l. ſi ex precio. n. 1. per ill. text. C. ſi cert. petat. Coraſ. ad Rubr. n. 13. & ibi Hieron. Verius. n. 16. Bl. Nouell. n. 7. Hieron. Pappon. n. 554. & DD. ff. de verbor. oblig. Sichard. ad l. 1. n. 1. C. de vſur. Mozz. in tr. de contract. Rubric. ſtipulatio. n. 2.*

Verùm etiam in ſpecie ſcriptum de ea le- 308
gitur: quod in ea nulla habeatur ratio, nec enormiſsimæ læſionis, nec item l. 2. C. de reſcind. vendit. *Vti ex conſenſu Br. Bl. Angel. Caſtr. Sal. Cagnol. Iaſon. & Anton. Gabr. Roman. in individuo docet nos Ioh. Petr. Surd. conſ. 46. n. 7. vol. 1.*

Fac itaque, tranſactionem per ſe, & ſolam conſideratam (id quod tamen non concedimus vobis Conſulentes) euerti potuiſſe, per aliquod eorum argumentorum, quibus hanc conquatiebant Conſulentes: iàm tamen in ſtipulationis robore, firmitateq; innixa, inclinari non poterit.

Maximè cum & alia vndeviginti & amplius adſint obſtacula, remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. in fugam propellentia, quæ in priori noſtro Reſponſo, ſuo ordine recenſuimus.

Nam

309 Nam quis nescius est, quod duo etiam vnum præponderent? *tradente Benincas. in tr. de priuileg. paupert. in 3. special. circa vltimas voluntates n. 35. Intriglioli, in tr. substit. cent. 2. q. 42 n. 18. per c. 1. ext. de treug. & pac. authent. itaq. C. com. de succeff. § sed hodie. Instit. de adopt.*

310 Quod item impedimenta duo (tantoq; magis viginti etiam) fortius longè impediant? *Marc. Anton. de Amat. in decis. Ancon. 98. n. 27. Angel. Matth. in tr. de legat. & fideicom. lib. 1. c. 15 n. 9. Vincent. Caroct. decis. 120. n. 16. Anton. Quett consil. 66. n. 6. per iura modò adducta.*

311 Nec mouet me, quod sciam præstantissimum Padillam censuisse: aduersus stipulationem, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. adhuc satis virium superesse. *Padill. ad d. l. 2. n. 22. C. de rescind. vendit.*

312 Nam primò Padillam loqui de stipulatione per se considerata, non autem quatenus cum transactione copulata atq; coniuncta, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. resistit, ipsimet videtis Consulentes.

313 Deinde loquitur quoq; de eo tantum casu, cum stipulatio in instrumento transactionis, ex stylo & consuetudine Notariorum apposita esse reperitur *Padill. d. n. 22.*

314 Nam cum Tabelliones, semper & vbiq; ferè, indiscriminatim, omnibus contractibus, stipulationes adijcere assueuerint. *Pro vt attestatur quoq, Br. ad l. 2 n. 11. C. de condict. ob caus. Bl. Nouell. ad Rubric. n. 1. & ibi Hieron. Ver. n. 2. Carol. Molin. n. 36. ff. de verbor. obligat. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 8. n. 4. vers. secundo & principaliter.*

Veretur iam Padilla, ne non frustra posthac condita sit l. 2. C. de rescind. vendit. *Padill. d. l. 2. n. 22.*

Quare doctrina eius, themati nostro applicari nequit. Non enim vllus hic confectioni instrumenti Transactionis adhibebatur Notarius. Sed per Mediatores, partibus volentibus, & consentientibus, stipulatio transactionis instrumento, inserta fuit.

Atq; his, asseruisse me satis, veritatem PRIMI nostri fundamenti, aduersus Consulentium argutias, existimo.

315 Confero itaq; me, ad SECVNDVM nostrum fundamentum: quod de illo erat: quod rei precium scienti, vel verè, vel præsumtiuè, inutile sit, & sine effectu, ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. agere velle. *Vti hoc tum temporis comprobauimus autoritate & consensu Speculat. Afflict. Br. Bl. Salyc. Castr. Cagnol. Mant. Couarr. Anton. Gabr. Rom. Vuij. Soarez. Asin. Cala. Carb. Caroct. Fachin. Alex. de Imol. Paris. Mandell. Dec. Ias. Rom. Soc. Curt. Iun. Dec. Cephal. & ipsius Cothm.*

Et quamuis Compilator hæc vera esse, ad ius quod attinet diffiteri nequeat: statim attamen ad eos mores, quibus semel imbutus fuerat redit, & negat: ad factum quod attinet, veritatem huius rei, demonstrari posse. Nec enim Actorem, vel verè, vel præsumtiuè, rei valorem verum, ante contractum initum resciuisse. Ex lœsione namque enormi non scientiam, sed ignorantiam iusti valoris oriri, &c.

Verùm faciam, vt sentiat paulò post Compilator: durum sibi fore, aduersus stimulum calcitrare. *Vt est in prouerbio, quo vtitur Isern. ad c. 1. § illud. n. 63. vers. non sic frequenter: de prohib. feud. alienat. per Frideric. Anton. Quett. consil. 7. nu. 21.* 316

Nam quod aduersus illud, quod scienti remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non porrigetur, proferre nihil omninò sciuerunt, accepto primum, & deinde Actorem vestrum, valorem bonorum horum, cognitum, exploratumque habuisse, euincam. Vbi recolant primum iudices velim, eius quod antea etiam inculcauimus: in fata concessisse S. circa Paschatis festum, anni 89. circa diem item, quem Iohanni Baptistæ, ex Papæ institutione feriari solent, interpellasse Reum Actorem, vt tandem ad transigendum, de bonis sibi hactenus communibus, accederet. Actorem post deinde illuc profectum: Valentinum à VV. (qui bonorum horum conditionem, exactè callebat) ad se accersiuisse: vnà cum eo, per diem integrum, illuc substitisse, bona ipsa coram contemplatum esse, cum VV. item hac de re collocutum, habuisse item ad manus libros censuales, quotannis de hisce bonis confectos: audiuisse administros, qui bonis hisce hactenus præpositi fuerant, & tandem animum ad transigendum coram deputatis Mediatoribus, quos ipse elegerat, ac nominauerat, 15. die Februarij anni 90. & sic postquam iam Menses vndecim ab obitu S. transierant, appulisse: atque ita appulisse, vt in ipsis Transactionum literis, testatum quoque faceret, se omnia quæ fecerat, feciße, præuia matura deliberatione, consensuq; spontaneo, mit reiffem rath / ꝛc. Sed & secunda vice, Mediatore Commendatore Sch. de terminis solutionis, 22. Februarij eiusdem 90. anni, postquam iterum septendium ad deliberandum habuisset, nouè transegisse.

Putatis ne itaque, æqui iudices, hunc hominem, quem si noueretis, summè ad rem attentum, prouidum, circumspectum, tenacissimumque esse, cognosceretis, illotis vt aiunt manibus, compositionem hanc aggressum esse dicere: verisimilitudinem vllam habere? Ego mehercle, si ingenuè, quod sentiam, dicere debeo, irrationabile hoc planè esse, omnino existimo.

Apage itaque sis Compilator, cum præsumtionibus istis tuis leuidensis, & vix ossibus cohærentibus.

317 Nam præter id, quod ea, quæ carent verisimilitudine, falsitatis imaginem præ se ferant, *tradentibus Afflict. decision. Neapolit. 345. n. 2. & decis. 363. n. 7. Cotta in memorabil. in v. verisimile. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. n. 57. C. de revocand. donat.*

318 Nulla quoq; iuris præsumtio, fundari in eo potest, quod à verisimili alienum est. *Cuiac. ad l. vlt. in pr. ff. de eo quod met. caus. Everard. in topic. in loc. à verisimili. n. 24. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 1. q. 4. n. 1.*

319 Quinimò, admitti nemo debet ad probandum id, quod verisimile non est. *Vt ex Imol. & Anchoran. docet nos Tiraq. ad d. l. si vnquam in præfat. n. 39. in fin. C. de revoc. donat.*

At inquis, enormiter attamen læsus est, iustum itaq; bonorum valorem nescivisse Actor:

Atenim & hæc obiectio, ipsa frigida, frigidior est. Quomodo enim vnquam demonstrabitis, læsionem hîc enormem subesse? Cum ipsa Actoris confessio, à partibus nostris stet, summumq; horum bonorum pretium, 2400. fuisse, atq; sic læsionem, si qua subesset (quod non arbitramur) ad dimidium vsq;, nondum ascendere, ostendat.

Falsis itaq; innitimini Consulentes suppositis, proindeq; falsæ quoq; sunt argumen-
320 tationculæ vestræ. Vbi enim præsuppositum non datur, ibi nec dispositum obtinet. *Incert. Autor int. consil. illustror. Iureconsult. conf. 13. n. 22. vol. 1. Mont. à Cuenca in decis. Regni Arragon. ciuil. decis. 3. n. 21. Ioh. Petr. Surd. conf. 45. n. 20. volum. 1. per gl. in l. mancipia. C. de seruit fugitiu.*

At fac, id quod ponimus, vt faciles tibi nos exhibeamus, Compilator, non autem concedimus: subesse hîc, edoceriq́ue posse, læsionem aliquam enormem, non tamen adhuc eluctabere.

321 Cogita enim quod id, quod dicitur: ex læsione enormi, rectè colligi ignorantiam: iuris tantum præsumtio sit. *Prout hoc in induiduo scriptum reliquit Panthal. Cremens. ad d. l. 2. n. 205. C. de rescind. vend.*

322 Et fateri statim simul cogeris: tolli hanc siquidem verisimilitudo maior, ex aduerso steterit. Eò quod iuris sit expeditissimi: quod vnum verisimile, vna item præsumtio: per magis verisimile: item per præsumtionem fortiorem, tollatur atq; perimatur. *Bl. in l. siue possidetis in fine. C. de probat. Menoch. in tr. præsumt. lib. 1. q. 30. n. 3. Paul. Fusc. in singularib. inr. lit. A. n. 54. Thom. Grammat. consil. crimin. 22. n. 11.*

Et vi consequentis, cum longè fortiora sunt, quæ supra ordine recensuimus, quàm ieiuna hæc tua præsumtio: maximè cum & descriptionem quandam bonorum, quæ nunc in controuersiam rapiuntur, coram Mediatoribus Actor, ipsi Reo obtulerit: nemo est, qui non conspicetur: tuam istam præsumtionem macram, per nostras tot fortissimas præsumtiones, pœnitus collidi, inq; nihilum redigi.

Sic, cessare præsumtionem hanc tuam, si- 323
quidem fides fiat, læsum in bonis, quæ cum
læsione immodica alienasse se, nunc conqueritur fuisse, eaq; coram aspexisse, conditionemq́; eorundem explorasse, *in specie in scripta immisit Panthal. Cremens. ad d. l. 2. n. 205. in fin. C. de rescind. vendit.*

Sic varias, ad colligendam scientiam veri 324
valoris rei, aduersus hanc præsumtionem
ignorantiæ, ex enormi læsione prodeuntis, coniecturas, & præsumtiones, prodiderunt nobis. *Bl. ad d. l. 2. n. 23. & ibi Cagnol. n. 125. C. de rescind. vendit. Dec. consil. 383. n. 4. Socin. cons. 48. vol. 4.*

Sic deniq; præsumtiuè tantum, scienti rei 325
valorem, remedium hoc denegari, docere vos potuisset, dummodò inspexisletis, *Corbinvester. d. consil. 300. n. 289. vol. 1. quos alios complurimos, sententia huius sectatores recenset.*

Fluxa itaq; atque lubrica esse omnia, quæ hac quoq; in parte, apportaras compilator, probè te nunc conspicere arbitror.

Neq; verò euades, etiamli dixeris: Reum attamen probare hactenus, de oblatione designationis bonorum, coram Mediatoribus, sibi per Actorem factæ, quicquam non potuisse: vos item hoc factum esse vnquam, pernegare planè: Nam cum in eo, negocij cardo, non versetur: de hac quoq; re probanda, solicitus parum fuerat, vlq; huc, Dominus Reus. Quod si totius negocij summam, in eo positam æstimauerit æquus iudex, parata iam ad probandum via est, si nimirum iudex, Actorem iuramento calumniæ, vel seu mauis malitiæ, præuio, interrogarit, an non annotationem hanc bonorum, Reo, prius coram Mediatoribus, quàm transigeretur, obtulerit. Nec enim diffiteri hoc Actorem, conscientia illæsa posse, putat Dominus Reus.

Nec obstat, quod attamen lis contestata 326
nondum sit: nam fiunt interrogationes, &
quidem regulariter ante litem contestatam. *tot. tit. ff. de interrog. act. Br. Ad l. ybucung. n. 7. ff. cod. tit. Lancillot. Conrad. in tr. de offic. Prætor. Rubr. de interrogat. n. 2. Marc. Anton. Del' Re in tr. de iuram. cal. c. 19. n. 92. Ludouic. Roman. consil. 373. in pr. & ibi Horat. Mandos. in addit.*

Quinimò fiunt hæ, non solum ante litis 327
contestationem: verùmetiam ante, quàm
fieret, vlla libelli oblatio vel petitio. *Specul. in tit. de interrogat. quæ fiunt ante lit. contest. §. 1. n. 7. & ibi Ioh. Andr. in addit. ad v. dicunt quidam. Abb. ad c. cum causam. n. 13. ext. de iuram. calumn. Lancil. Conrad. d. Rubr. de interrog. n. 3.*

Sed & responsiones, ad interrogationes 328
hasce, sub iuramento calumniæ speciali, vel quod idem est malitiæ fieri, longe est certissimum. *Pract. Pap. in formam interrog. fiend. ad v. compellatu. n. 22. Mascard. in addit. Lancil. Conrad. d. tr. de offic.*

de offic. Prætor. d. tit. de interrogat. n. 10. Marc. Anton. Del' Re. d. tr. de iurisd. calumn. c. 19. n. 93.

Pergitis deinde tergiuersari adhuc Consulentes, nihil pensi habentes, dummodò Actori vestro, benè sit, dum abusi autoritatibus. Bl. Dec. Alex. Paril. Crauett. Gabriel. Roman. Menoch. Caroct. & VVesenbec. asserere ausi fuistis: ita demum ex conuersatione in bonis controuersis, scientiam valoris bonorum exoriri, si hæc conuersatio fuerit diuturnior, veluti triennalis, vel quadriennalis, vel etiam à primis incunabilis eius, qui valorem rei sciuisse, nunc arguitur.

329 Nam nemo horum omnium, mentionem huius rei fecerat: Sed si quis veluti Crauett. Menoch. VVesenbecc. certum annorum numerum, in Responsis suis expressérant, id ex facto, quod in Responsis suis decidebant, fiebat: non verò quod hoc iure desiderari, ad scientiam valoris rei introducendam, existimarent. Qua in re ad inspectionem eorum Doctorum etiam subitaneam tantum, quos ipsi adduxeratis, prouoco. Me enim, non aliud nisi verum narrasse, inspectores horum interpretum, deprehendent.

Verum rursus esto ita, dixerant illi interpretes, id, ad quod autoritate eorum vtebantur Consulentes: non tamen vincetis nos.

Nos enim scientiam valoris rei in Actore, non ex eo solum, quod per vnum diem, in fundo commoratus fuerat, collegimus, sed ex alijs complurimis, robustissimisq; probationibus, reiq; verisimilitudinibus.

Quare alia vobis opus est resolutione, ni cedere malueritis.

Plura enim prodesse scitis, quæ singula non iuuarent, etiam dum in probationum materia conuersamur. *gl. ad l. 2. in pr. ad v. legitimis. ff. de exequt. tutor. Afflict. decis. 13. n. 24. Neuiz. in Synul. nupt. lib. 5. n. 121. in fin. Mynsing. obseruat. 33. centur. 5. Hippolit. Riminald. ad l. postumo. n. 317. C. de bonor. possess. cont. tabul. Cotta in memorabil. in v. malitia & in v. probationes. Seraph. de Seraphin. in tr. de iurami. priuil. 17. n. 26. Mynsing. conf. 1. n. 30.*

Sciens, prudensq; præterea nunc, etiamsi rursus dixissent interpretes, ea, pro quorum confirmatione, Consulentes eos adduxerant: etiamsi item, nos nullo alio freti, quam ista vnius diei, in bonis immorationem Actoris, sciuisse eum rei valorem verum affirmasemus: nos tamen idipsum conculcatis Consulentium obiectiunculis, rectè adhuc defendere posse.

Cogitate enim iudices, apud nos, & etiam in Neomarchia, singulis partibus horum bonorum, suum iam dictum, constitutumque esse precium, atq; valorem: si itaq; addideris tantum, numerum harum partium, id quod semihoræ spacio fieri potest, constitutum iam habes, iustum harum rerum valorem.

Atqui vt rectius adhuc percipiatis, quid velim iudices, hoc dico: B. cum C. accessisset, opus tantum habuisse ab agrestissimo omnium bubulco, vel puerulo etiam, qui anserum curam gerebat, perscisitari: quotnam ibi habitarent agricolæ, vulgò Pauren oder Hüfener / quot item alterius generis rustici, quos vulgo Cossaten / oder Cotzen dicimus. Hoc si resciuisset, iam facile computum facere poterat, quot thaleris hi venditi possent, (quippe cum precium vnius Hüfeners sint 150. Ioachimici: precium verò vnius Cossaten / 75. Ioachimici, apud nos in Marchia media.)

Si perrexisset deinde, & percontatus similiter fuisset, quot nam frumenti omnis generis modios, quot nam gallinas, quot oua, quantum nummorum census nomine, quotannis hi penderent: iam rem totam, de valore harum rerum, exploratum habuisset Viginti quatuor enim modij hordei & farris, emuntur bis centum florenis, auenæ autem centum: pro singulis gallinis numeratur grossus vnus, pro sexagenis ouis, numerantur grossi sex, & pro tribus Ioachimicis annui census, dantur Ioachimici.

Sic si quæsiuisset, à villico suo, quot nam frumenti medimnis quotannis ad sementem faciendam indigeret: iam quoque simul precium sementis resciuisset. Eò quod apud nos, 24. medimni sementis, similitèr æstimentur bis centum florenis, nisi cum auena seritur. Hæc enim vltra florenos centum, æstimari nequit.

Sic si interrogasset opilionis seruum quot nam per hyemem ali possent oues: Iam certior fuisset factus, quid tota valuisset (vt cum Varrone loquar) ouiaria. Solemus enim singulas oues, singulis æstimare florenis.

Sic quoq; valorem reliquæ rei pecuariæ, nullo negocio addiscere licitum fuisset. Cum pro diuersitate pascuorum, vel quatuor, vel quinq; vel sex, vel septem vaccas, vni tonnæ butyri, duabus item tonnis casei faciendis, deputare soleamus. Tonna rursus Butyri, 20. Ioachimicis, casei verò 5. vel sex æstimari soleat. Prouet de hisce æstimationibus mediæ Marchiæ, nonnulla in scripta immisit. *Ioh. Cop. in suis quæst. q. 44. n. 13.*

Piscationes, apiaria, horti vt audio nulli ibi sunt: opus itaq; quoq; non erat, de valore horum omnium, disquisitionem instituere.

Glandem quoq; nullam ibi nasci ferunt, quare nec de eius precio scisciatari, operæ precium erat.

Nemoribus, venationibus, iurisdictioni, iuri patronatus Ecclesiastico item, suum iam dictum est precium certum, atque constitutum.

Sed &

Sed & ædificia per fabros lignarios, cæmentarios, & plastas, æstimari facilè poterant, præterquam quod in eo, rei summa sita non erat, oculariis item inspectio, quanti hæc facienda essent, satis demonstraret.

Sic (vt dixi) breuius, quàm horæ spacio, totius feudi valorem tenuisset, modò voluisset B.

Atenim putatis ne iudices, hoc ab illo neglectum fuisse, cum omnes norimus, eum tali ingenio natum esse, vt rei familiaris adaugendæ gratia, per saxa, per ignes (vt in prouerbio est) volitet: maximè cum habuerit adiutorem hac in re, instigatoremq;, optimum patrem familias V. á VV.

Imò sedulò hæc administrauit omnia, licet se hæc non fecisse, aut facere non potuisse, nunc simulet. Sed dicam, quid res est, celebs tunc erat, quadragenarius & vltra iam erat, lucrum itaq; ducebat omne, quicquid pro bonis hisce sub conditione hac, vt pecunia inde redacta feudalis amplius non esset, acciperet. Extimuerat enim, ne non paulò pòst, si prole mascula non procreata decessisset, integrum feudum competitoris, & simultancè inuestiti, absq; præmio vllo, vtpote cui tres filij, in viuis erant, foret: nunc posteaquam nupsit, prole mascula quarta adauctus est, pænitet eum facti, læsum esse enormiter comminiscitur, valorem rei se
332 nesciuisse simulat: sed vestrum ô Iudices, erit officium, istiusmodi hominis malitiæ, acuta aliqua castigatione, amissionis scilicet causæ, & condemnationis in expensas, obuiam ire. *l. in fundo. ff. de rei vindicat. Piag. in tr. de tut. & curator. q. 10. n. 9. Lup. ad c. per vestras. §. 21. n. 13. ext. de donat. int. vir. & vxor. Ronchegal. ad l. eandem. in pr. n. 112. ff. de duob. reis. Stracch. in tr. de mercat. p. 2. n. 80. Oldan. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. in præfat. n. 25.*

At dicitis Consulentes, 40. tamen milliaribus Germanicis, bona hæc ab eo loco, in quo tum temporis degebat B. distabant: iure itaq; valorem eorum, ignorare potuit.

Ego verò, verè asserere possum, tum temporis B. in aula Principis Electoris Brandeburgici, quæ Coloniæ ad Spream est, vixisse: cuius rei fidem, ex articulo eius positionali 23. facio, & præterea in ore omnium est.

C. verò Colonia ad Spream, tum temporis, cum moreretur S. vltra milliaria Germanica sedecim, non distitisse: idq; iter bidui spacio, ei qui expeditus est, conficere, eo tempore licuisse: nec puto posthac illud retrocessisse, aut nunc longius, quàm antea iter, illac eunti, emetiendum esse.

333 Non præstat itaq; hoc ignorantiæ, qua se circumuallat B; prætextum vllum. Nam quæ per milliaria sedecim tantum, in eadem prouincia, eiusdemq; principis territorio ab inuicem distant: in remotis posita esse, aptè non dicuntur. *arg. l. vlt. C. de præscript. long. tempor. l. 1. §. domos ubi longissimè. C. de fals. monet.*

Sed illæ res, in remotis demum positæ 334
censentur, quæ vltra mare sunt, & non in illa regione, vbi quis commoratur. *l. in fraudem. la. 1. ff. qui & á quib. manum. lib. non sunt. Mozz. in tr. de contract. Rubric. condict. indebit. n. 6. fall. 3.*

Quinimò id solum, & per se, quod res pro 335
cui posita est, nunquam præsumtionem illam, qua quem rei valorem verum nesciuisse statuitur, producit. *l. quisquis. C. de rescind. vendit.*

Porrò hac quoq; ratiuncula, percellere nos molimini Consulentes: quod nouè tamen bona hæc, B. obuenissent, antequam de ijs transegisset: quodq; propterea, ei vitio verti nequeat, siquidem horum valorem non calluisset. In cuius confirmationem *Br. in Authent. sed cum testator, & Castrens. & Salycet. ibid. C. ad l. Falcid. & ruffus Salycet. ad l. quisquis. n. 5. (cum tamen Salycet. ibid. numeros quinq, non habeat.)* C. *de rescind. vendit. adducitis.*

Sed & hoc in loco incassum laboratis 336
Consulentes. Nam ad doctrinas interpretum horum quod attinet, ipsi videtis, exædificatam illam esse, super l. qui nondum. C. de hered. vel act. vendita: proindeq; oportere, vt has quoq;, secundum terminos d. l. qui nondum, interpretemur: Eò quod vulgatissimum illud sit: quod dictum Doctoris, secundum legem, quam allegat, interpretari debeamus. *Br. ad l. non solum. §. fi liberationis n. 7. in fin. ff. de liberat. legat. Iacob. Benius. in tr. de priuil. Iureconsult. p. 3. priuil. 80. n. 3. Elamin. Chartar. in tr. de execut. sent. capt. bannit. c. 1. n. 453. Dec. consil. 622. n. 5. Cephal. consil. 186. n. 60. lib. 2. Roland. á Vall. consil. 39. n. 32. lib. 4.*

Non itaq; pertinet ad nostrum thema, do- 337
ctrinæ huius allegatio. Nam loquitur l. qui nondum. C. de hered. vel action. vendit. de eo, qui nondum certus erat, de hereditatis quæ ad illum deuoluebatur, viribus: item de eo loquitur, qui hereditatem precio viliori, non per imprudentiam, sed dolo, machinationibus, & persuasionibus aduersarij circumuentus, distraxerat, arq; diuenderat. *Veluti interpretantur hanc legem gl. & Salycet. ibi.*

Quî itaq; textus huius dispositio, B. applicari poterit? Vndecim enim mensibus antè, obuenerant ei bona hæc, quàm cordi ei esset de hisce transigere: per septem menses integros deliberarat adhuc, quod nam sibi consilium de bonis hisce sequendum esset, postquam iam diris deuouerat sese (vt ait Actor & Consulentes, nos verò constantissimè negamus.) Reus: tam prope quoq; ei bona hæc erant, vt si computum feceris, à die, quo moriente S. succesio Actori, in bona hæc aperiebatur, ad diem vsq; transactionis: centies, & quinquagies, si vt nostri homines solent, septem, vel octo milliaria, dictim confecisset, (vti obstrictus erat, cum dicta, non de dicta 338
legali,

legali, sed de dixta, quæ in regione illa, de qua res est, vsitata sit, accipienda veniat. *gl. ad c. cupientes. §. 1. ad v. commodè de elect. lib. 6. Ioh. de Imm. ad l. 1. n. 4. ff. si quis caut.*) ire illuc, redireq; potuisset, & rem totam ad vnguem vsq; explorare.

339 Sed & de venditione d. l. qui nondum prouidet, cum nos præmanibus transactionem habeamus.

340 Sed & illum casum non attingit, vbi certum precium vniuersale, reditibus bonorum feudalium, per totam prouinciam constitutum fuerit: Vnde minus semihorulæ spacio, opulentissimæ etiam hereditatis vires, addiscere difficile non est. Proinde d. l. qui nondum: dispositio ad nos non pertinet. Certam enim in Electoratu Brandeburgico æstimationem bonorum feudalium habemus.

341 Et deniq; cessat l. qui nondum. C. de hered. vel act vendit. dispositio, quoties in claris, perspicuisq;, versati fuerimus: *tradentibus in unduduo. gl. 1. ad d. l. qui nondum. & ibi Salyc. n. 1. per l. 1. in fin. ff. de action. emti.*

Cum tamen (vt alia taceam) hîc ex ipsis Transactionum literis constet, quod habita prius deliberatione matura, & bono suo placito, atq; consensu, mit reiffem raht vnd gutter bewilligung/sic contraxerit B.

At aitis rursus, nondum tamen Clausula ex certa scientia: transactioni huic, apposita, fuit: proindeq; non cessat adhuc, l. 2. C. de rescind. vendit. remedium.

Ego verò, vos Consulentes, vt voti tantum compotes fiatis, Bq; quo iure, qua iniuria defendatis, totos occæcatos esse video: Alioqui enim fieri non potuit, quin veritatem cerneretis.

342 Dicite enim mihi, vtrum horum maius sit: facere aliquid, ex certa: an verò facere aliquid, habita deliberatione matura? & nisi manifestissimè cauillari volueritis, dicturos vos, maioris efficaciæ illud esse, quod fit matura habita deliberatione, omninò putarim. Proindeq; cum ipsi fateamini, ea, quæ scientes, prudentesq; facimus, remedium l. 2. C. de rescind. vend. non admittere: simul quoq; conceditis, ea multò magis reijcere hoc genus remedij, quæ fiebant, præcedente deliberatione matura: aus reiffem raht/& vi consequentis: cum B. Transactionem de qua agimus, cum omnibus eius qualitatibus, atque circumstantijs, habita deliberatione matura, inerit, vt locum hic daremus, l. 2. C. de rescind. vendit. remedio?

343 Est quippe l. 2. C. de rescind. vendit. einsq; dispositio tota, in errore, siue in deceptione, quæ ex errore promanabat, exædificata: *Fr. ad d. l. 2. n. 16. & ibi Suchard. n. 18. C. de rescin. vend. vbi instruunt venditorem ex l. 2. C. de rescind. vend. actionem instituturum, vt ante omnia ponat atq; articuletur, se ex errore, tum nociuam & læsiona plenam, venditionem fecisse. Dicitq; Sichardus, narrationem, nisi addatur & hoc, planè ineptam fore.*

Aduersus ea autem, quæ fiunt, atq; peraguntur, post plenam, siue maturam deliberationem, opponi amplius nihil potest, *Vti autoritati gl. & Bl. consissus, in induuduo decidit Tiber. Decian. consil. 35. n. 55. vol. 2. per l. Tutor qui repertorium. §. tutor. ibi præcipiti festinatione. ff. de adm. tut. & l. 1. ibi sententia, festinari non solet. C. de requir. reu.* 344

At scio, quid dicturi sitis, nempe etiam deliberando, errare quem posse. *Pro vt hoc scriptum reliquerunt Iaf. ad l. 1. n. 8. & ibi Iacob. Arret. n. 33. & n. 112. C. de error. calcul. per l. de ætate. §. in causa. ff. de interrog. action.* 345

Sed ad id parata etiamnum vobis est responsio. Nam cum Fæpius iam admonuerimus, dictum Doctoris semper, secundum legem quam allegat, intelligendum esse. *Bertaz. ol. cons. crim. 480. n. 7. vol. 2. Thom. Trusf. decis. Venet. 55. n. 33. lib. 2. Hier. Marilun. decis. Parmens. 15. n. 8. & decis. 64. n. 19. Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opin. tit. 6. n. 140. qui magnum numerum eorum, qui hoc dogma secuti sunt, recenset.* 346

Etiam hoc Iasonis dictum, secundum d. l. de ætate. § ex causa. ff. de interrog. action. explicandum erit: & cum inibi, ne literula quidem habeatur, quæ de liberationis maturæ mentionem faciat: Verum in illo textu illud tantum disponatur: quod quandoq; ex causa illi, qui in iudicio interrogatus respondebat (id quod fieri ablq; præmeditatione vlla rectè potuit) succurratur: patet iam conclusio, per se, ad nos scilicet non pertinere, Iasonis decisionem, atq; doctrinam. 347

Sed & inibi illi, qui respondebat, ob instrumenta nouè reperta succurritur: quæ tamen instrumenta nouè emergentia, in lœsione, vltra dimidium iusti, vbi affuerit simul transactio, in confiderationem non veniunt. *Veluti superius ex Abbat. ad c. 1. n. 2. per illum text. ext. de restit. in integr. Paul. Montan. in tr. de tut. tutel. & curat. c. 33. n. 295. scripsimus, fidemq; fecimus.* 348

Et præterea accedit adhæc: quod duplicem hic transactionem habeamus. Nam postquam per vndecim menses integros, maturiori deliberatioe vsus esset Actor vester: 15. Februarij demum die, anni 90. primam celebrauit transactionem: & postea rursus deliberans secum, per dies septem, alteram quoq; 22. Februarij die eiusdem anni, iniuit transactionem. Nam hoc cum ita sit, succedit iam illud, quod ab actu geminato, vtpote, qui magis adhuc deliberatum animum ostendit, procul remota sit, omnis præsumtio, omnis coniectura, atq; suspicio erroris atque deceptionis. *Vti tradunt in induuduo Ruin. cons. 128. n. 19. vol. 2. Dec. consil. 185. n. 13.* 349

Remedium itaque afferre, etiam hoc pacto, Actoris vestri rebus afflictis, non potestis.

Atenim

Atenim subtili aliqua distinctione adhibita, vos adhuc perrumpere posse, confidi tis. Dicitis enim: verba hæc: mit beiderseits reiffem rath vnd guter bewilligung / quibus instrumentum transactionis vtitur, ad contractum quidem referenda esse: ad læsionem autem, in contractu inhærentem, non item. Propterea quod nemo suum iactare velle, credatur.

Ex cuius cerebro subtilior hæc distinctio nata sit, nescio, sed veram & iuridicam eam non esse, certò scio.

Fiet itaq; vobis id, quod nimis subtilibus accidere plerunque solet, id est, explodent subtilitates, & sophismata vestra, æqui iudices.

350 Nam præter id, quod peruulgatissimum illud sit: quod dispositio generaliter loquês, generaliter quoq; & indistinctè: *l. 1. § cum vrbem. ff. de offic. pref. vrb. l. regula. § vltim. ff. de iur. & fact. ignorant. & 2. ext. de obs. seiun. Schrad. in tr. feud. 1. p. 9. p. 5. c. 2. n. 79.*

351 Atq; ita intelligenda sit, vt casum etiam priuilegiatum (atq; sic læsionem quoq;) in sese compræhendat. *Menoch. in tr. præsumt. lib. 3. præsumt. 131. n. 63. per l. in fraudem. § vlt. ff. de milit. testam.*

352 Quod item approbans contractum, omnia eius pacta, atq; qualitates, simul approbet. *l. Pomponius. 9. cum quis. ff. de acquir. possess. Cravett. consil. 747. n. 5. & consil. 866. n. 7.*

Hic quoq; partes, Mediatoresq; verbis expresserant, quod post maturam deliberationem, & bona sua voluntate, non solùm ad contrahendum, verùm etiam ad sic contrahendum, siue ad contrahendum cum læsione, vt volunt Consulentes, demum descenderint. Id quod apertissimè ostendunt illa verba: Der gestalt vnd also in tranſactionum lite-

353 ris appolita. Hæc enim formæ indicium, atq; nota semper sunt. *Br. ad. l. vlt. n. 4. C. de vendend. reb. cinut. lib. 11 Stracch. in tr. de mercat. tit. mandat. n. 7. Cacheran. decis. Pedemont. 165. n. 13. Felin. ad. c. cum dilecta. n. 6. verſ. ſeptimum ext. de reſt. Otau. Simonc. in tr. de decret. in reb. minor. in præfat. n. 95.*

354 Nec distinguemus. an negatiuè an verò affirmatiuè, verba hæc dispositioni inserta fuerint. *tradente in indiuiduo Taraq. in tr. de retr. retr. p. 2. §. 4. gl. 7. n. 14.*

355 Quare longiores in refutatione ineptiarum harum non erimus. Dum enim aduersus ipsa contractus verba pugnatis, similes fitis ijs, qui artium & disciplinarum principia negant, cum quibus disputandum non est. *reſte Mornac in tr. de verit. relig. Chriſt. c. 1. in pr. verſ. hoc autem illud. &c.*

Porrò noua adhuc figmenta alia excogitatis: dum verba hæc, mit reiffem rath / vnd guter einwilligung: idem sonare, atq; esse, ac si dictum esset: es sey beyden Partey rahtſam geweſen / also zu contrahiren / nobis persuadere totis viribus, annitimini: Sed præterquam, quod vos non fert, cum expositione vestra, ipse sonus verborum: video quoque vos miserè in Charybdi perire, dum Scyllam euitare voluistis. Iam enim proprio vos gladio iugulo.

Nam si verum est, quod satis non sit læsio- 357
nem probasse, etiam talem, quæ iusti precij dimidium excedit: nisi simul quoq; edoceatur, fidesq; fiat, hanc læsionem tempore contractus affuisse, atq; interuenisse. *text. in l. ſi voluntate in fin. & ibi DD. communiter. C. de reſcind. vendit. El. ad l. 2. n. 59. & ibi DD. communiter. C. eod. tit. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 47. vbi Bl. Roman. Salyc. Caſtr. Imol. Socin. Lofred. Pariſ. Cravett. Gratt. Ruin. & Bert. autoritates in id affert. Maſcard. in tr. de probat. concl. 962. n. 4. And. Kohl. exerc. lib. 1. exercit. 10. n. 23. Hadr. Gilm. in Sympborem. ſuppl. tom. 2. p. 1. vot. 34. n. 8. Andr. Fachin. contr. iur. lib. 8. c. 69. lit. D. el. 2. Anton. Theſaur. Dec. Pedemont. 239. n. 4. Vaiq. ad l. pater puella. n. 1. in fin. C. de inoffic. teſtam. Petr. Heſus. q. 25. n. 72. Mynſing. obſeruat. 73. n. 7. cent. 4. Borgnin. Caualcan. deciſ. Fiuiz. 46. n. 25. & n. 169. Sichard. ad l. minoribus. n. 2. C. de reſtit. in integ. Sichard. ad l. 1. n. 4. C. de pact. Mozz. in tr. de contract. Rubr. quib. mod. annullet. emt. n. 13.*

Quod verum est, vsq; adeò, vt etiam hoc 358
in casu, ipsum momentum, in quo celebrabatur contractus, sit inspiciendum, *tradentibus in indiuiduo Cagnol. ad d. l. 2. n. 213. & ſeq. & ibi Art. Puncl. p. 3. c. vlt. n. 15. C. de reſcind. vendit. Roland. à Valle conſ. 59. n. 3. vol. 1. Joh. Bapt. Laderch. conſ. 129. n. 1. vol. 1. per c. cum dilecta, ponderando verba: tunc valentem ext. de emt. & vendit.*

Iam verò ipsimet, talem confessionem, & quidem vestra sponte, edatis, quod hîc, contractus tempore, vtile, consultumq; vtrique contrahentium fuerit, sic contrahere. Pro vt etiam reuera erat, eò quod liberos tunc temporis B. nullos habuisset, proindeq; eo mortuo, bona hæc tota, sine vllo redemtionis precio, K. competitori, simultaneé; inuestito, accreuissent.

Vestrum erit iudicare, quidnam clientulo vestro, de causæ huius victoria, sperandum, expectandumq; sit? Cum videlicet spem suam totam, in læsione quæ post, vt vultis contigerit, veluti, cum iam quatuor susceperit filios, repositam habeat.

At pergitis nobis infesti esse, etiam hac ratione, quod exprimendum in contractu fuerat, quod B. sciens etiam, bona hæc pluris diuendi posse: consultò attamen ea, tantò minoris vendiderit.

Sed & hæc obiectio, friget admodum. 359
Nam conspexisse vos arbitror, quod minus rectè, Compilator vester, in huius confirmationem, Bartoli, Boerijq; autoritates adduxerit. Cum tamen neuter horum hoc necessariò faciendum dicat. Sed ille illud tantum velit: ex notariorum consuetudine quadam,

hanc

hanc clausulam apponi solitam esse: hic verò dicat, vtile id fieri, esse, non autem totum, ob clausulam hanc omissam, protenus labefactari contractum, aut commune placitum interpretum, ob veri valoris scientiam, remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non porrigentium.

360 Retrocedite itaq; ô Consulentes, cum vestra hac obiectiuncula rancida, atq; arida. Nam & si Cothmanni scripta inspexissetis, reperiissetis eum in indiuiduo, in scripta immisisse: quod ob solum verbum wissentlich: siue scienter (id quod verbo, ex deliberatione plena, triffem rath / longè inferius est) remedium l. 2. C. de rescind. vendit. consessum cessare atq; desinere. *Cothm. d. cons. 30. n. 283. vbi Panthal. Cremens. & Iacob. Menochij autoritates in id affert.*

Et vt tandem, locum hunc absoluamus (non moror enim reliqua vestra Consulentes, quæ de enormissima læsione, de fortiori præsumtione, de Albert. de Rosat. Eman. Soarez. Mandell. & Fachin. à communi opinione discedentibus in medium proferebatis: Nam hæc omnia, tœdiosæ tantum, priorum, quæq; falsa, fucata, simulataq; esse omnia, iamdudum demonstrauimus, repetitiones sunt) limæ nunc supponemus, illam limitationem, qua asseritis, scienti etiam rei valorem, hoc remedium non denegari, si aliqua necessitate, saltem causatiua (vt loquimini) coactus rem distraxerit.

361 Et quandoquidem ipsos Doctores, quorum autoritate freti hoc asseruistis, exemplum dent, veluti si quis, quoniam præter vnicum emtorem, reperire non poterat: cum attamen ipse, valde, & vehementissimè, æris indigeret, sciens rem pluris valere, necessitate attamen hac coactus, rem minoris venderet: *Crau. d. consil. 151. n. 25. Anton. Burgos. ad c. cum dilectus. n. 19. ext. de emt. & vendit.* (de cuius veritate, nunc, quoniam præsentis instituti non est, nihil afferam.) Me non admonente, animaduertere vos puto, quod fallaciam non causæ, vt causæ, commiseritis: quodq; propterea, nec calida, nec tepida, sit vestra argumentatio. Potuisset enim, modò voluisset Actor vester, quamdiu collibitum fuerat, partem bonorum suorum retinere, nec necessitate aliqua adigebatur, vt dimidiam eorum partem, transigendo in Reum transferret, atq; eidem concederet.

Reliquum itaq; illud tantum fit: scienti ex longè receptiori interpretum sententia, remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non dari: B. item vestrum, cognitum, & exploratum habuisse, antequam transigeret, quanti vendere partem suam dimidiam, debuisset.

362 Sequitur nunc TERTIVM nostrum argumentum: Paria scilicet esse, etiamsi l. 2. C. de rescind. vendit. beneficium spectes, scire debere vel de facili scire posse: *Id quod VVesenbeccij autoritate consil. 52. n. 6. corroborauimus.*

Aduersus hanc regerunt nobis Consulen- 363
tes, VVesenbeccium ita reuera non sensisse, sed illa tantum quæ nos autoritate eius freti, scripseramus, pro ratione dubitandi adduxisse. Constare enim ex n. 37. eiusdem consilij 52. VVesenbeccij, quod ipse Dominus VVesenbeccius, expresse docuerit, si respexeris ad læsionem, iusti dimidium longè excedentem, tunc paria non esse, scire debere, vel de facili scire posse.

Sed nec VVesenbeccium, vti nos volumus, docere vnquam potuisse, cum dolus semper præponderet culpæ. Reus verò noster in dolo: Actor verò, cui Consulentes patrocinium præstant, tantum in culpa fuerit constitutus. Atque sic Oedipodionio quasi modo, argumentum nostrum diluisse, Compilator vester Consulentes iam sibi persuasum habet.

Verùm ego hanc quoq; resolutionem, ne flocci quidem fecerim. Primum enim Domini VVesenbeccij consilium 52. n. 37. diligentissimè perscrutatus sui. Sed nec in eo, nec in sequentibus pluribus numeris, tale quid, reperire potui.

Quare quid Compilatori factum sit, cum hanc Resolutionem excogitaret, aut si manis fingeret, equidem nescio. Videat quæso ipse, & errorem corrigat.

Deinde animaduerto quoq;, in hac sententia non solùm perstitisse VVesenbeccium, verùm etiam Accursium ad l. quisquis ad v. paulò vilioris. C. de rescind. vend. qui illum textum disertis verbis, etiam ad læsionem vltra iusti dimidium, porrigit: Sed & omnes interpres huic sententiæ subscribere, qui ad excludendum l. 2. C. de rescind. vend. remedium, scientiam veri valoris etiam præsumtam, sufficere, nos docuerunt *quos refert & sequitur ipse Cothman. cons. 30. n. 289. vol. 1.*

Esto itaq;, non ita reuera sensserat VVesenbeccius, sed eo, quod à nobis adductum fuerat, tantum pro dubitationis ratione, more de iure Respondentium, vtebatur: non tamen propterea autoritate interpretum carebit argumentum nostrum.

Tertio duplicem etiam committunt Con- 364
sulentes fallaciam non causæ vt causæ. Nam cum antehac palàm omnibus, & quidem ipsius Actoris confessione iudiciali scripta, fecerimus: bona hæc ad summum, 2400. Ioachimicis distrahi posse (tantum enim Actor Reo, vt à transactione recederet, obtulerat, vt habet Articulus ipsius Actoris positionalis 52.) ideoq; aduersus confessionem istiusmodi iudicialem in scriptis factam, nulla amplius admitti possit, aut debeat, probatio: *Iohan. Andr. ad c. bona. el. 1. ext. de elect. Bl. ad l. si ex cautione. n. 29. & 30. C. de non numer. pecun.*

Iodoc. Damhoud in prax. ciuil. c. 172. n. 4. Mascr. in tr. de probat. q. 7. n. 11.

Consulentes rursus supponunt, clientem eorum, B. dico, vltra iusti dimidium, & amplius, læsum esse.

365 Sic cum dolo omni, maximè verò ex proposito, carere Dominum Reum, superius euicerimus, simulq; ostenderimus: iura, quæ de dolo hac in parte loquuntur, subtractionem & occultationem instrumentorum, vnde aduersarius, rei veritatem reseisere debuerat, disertis verbis requirere: alioquin verò, omne de dolo remedium cessare, expresse edicant: *d. l. sub pretextu. l. 1. C. de transact.*

Illi rursus Dominum Reum, iniuriosè admodum, doli insimulant. Etiamsi sciant, ipsum quoq; B; eum non arguisse vnquam, de subtractis, occultatisq; ad rei valorem cognoscendum idoneis, instrumentis.

366 Et deniq; perpetuò quoque regula: quod dolus, culpæ præponderet: vera non est: sed ita demum, si culpa præcesserit, dolus verò partis aduersæ, insecutus fuerit. Nam si dolus præcesserit, culpa verò sequatur: aduersus doli allegationem, altera partium recte de culpa replicatione, quodq; aduersarius culpa propria damnum sentiat, vtetur. *Ita in induuduo scriptum reliquit Rum. ad l. 1 in pr. n. 144. ff. de nou oper. nunciat.*

367 Est namq; hoc casu posteriori; dolus, eius quod fiebat, causa remota, culpa verò causa proxima. Vndè culpam tunc, & non dolum inspicere oportet. *Rum. d. n. 144.*

368 Generale cum sit, causam proximam & immediatam: non autem remotam & mediatam, inspiciendam esse. *l. focum, qui in eo. §. 1. ff. pro soc. l. penult. ff. de cond. ob turp. caus. Cardin. Paris. consil. 1 27. n. 4. vol. 1. consil. 41. n. 7. volum 3. Crauett. consil. 8. n. 24. & consil. 163. n. 4. Natt. consil. 600. n. 25. Ioh. Petr. Surd. cons. 64. nu. 6. & 7. vol. 1.*

Et vi consequentis, cum hic dolus, vt ipse habent Actoris allegationes, præcesserit, culpa autem secuta fuerit (nam vt in positionibus suis posuerat Actor, circa diem, qui Iohanni Baptistæ, ex Papæ ordinatione sacer est, anni 89. diris se deuouerat Dominus Reus: si sciens, prudensq; fidem fefellisset: sub finem verò Februarij anno 90. primùm res transactione decidebatur. Vnde culpa Actoris iam eminere incipit, qui tam longo tempore, quod inter dolum domini Rei) demus hoc Consulentibus (& ipsam transactionem initam elabebatur, se certiorem facere neglexerat) haud quaquam malè dicimus, hic dolum culpæ præponderare non posse: sed & præcipitem, lubricamque esse Resolutionem totam, quam Consulentes Tertio nostro fundamento, applicare concupierant:

Accedam itaque nunc ad Refutationes eas, quas QVARTO nostro fundamento obtruserunt Consulentes. Id de eo erat, quod B. ceu homini sagaci, & astuto, beneficium huius legis, competere nullo modo posset.

Respondent primò Consulentes: distinctionem hanc, inter sagacem, & non sagacem, ferre non posse, generalitatem. l. 2. C. de rescind. vendit. autoremq; huius sententiæ laudant, *Pinelum ad d. l. 2. p. 1. c. 2. n. 19. C. de rescind. vendit.*

Enimuerò aduersus hæc, reponam Consulentibus illud: quod solum Pinelum, quem sequantur habeant: cum interim partes nostras tueantur. *Anton. de Butr. Panorm. Barbat. Pet. de Anchor. Panthal. Cremens. quos antea in id adducebamus, nec non Marc. Mant. locor. commun. lib. 1. locor. commu. c 6.*

Mirandum itaque, quod Consulentes, 369 tanto adiuuandi B. studio ardeant, vt eius causa, summa etiam imis miscere fere non reuereantur. Neque enim ignari esse poterant, Doctorem vnicum, quantumuis excellentissimum, opinionem communem non constituere. Est quippe communis opinio, de iure controuerso, à plærisq;, vel illustrioribus probata sententia. *Definente Netuz. an sfluel. nuptial. lib. 5. n. 4. ad fin. & seq. num. Anton. Mar. Corat. in tr. de commun. opin. tit. 1. n. 6.*

Sicuti nec illud eos nescisse verisimile 370 est: quod in consulendo, iudicandoq;, communem opinionem sectari teneamur. *Vt infinitis ferè Doctorum autoritatibus in id adductis, autor est idem Ant. Mar. Corat. in tr. de com. opinon. tit. 8. n. 16. Capiferr. in tr. de numer. tes. p. 1. c. 16. n. 5 e. Conrad. Lancell. in tr. de offic. Prætor. Rubr. de sent. n. 21. cum seqq. Tuning. de cas. 23. n. 15. Harm. Pistor. q. 5. n. 13. lib. 2. Knich. ad prim Saxon. rubr. fol. 18.*

Neq; verò pondus aliquod habet: quod 371 l. 2. C. de rescind. vendit. nullam de sagace, mentionem expressam faciat: sed generaliter, indistinctimq; loquatur: Quis enim vsq; adeò iuris ignarus est, qui nesciat: verba generalia legis, semper ita astringenda esse, vt habiles tantum complectantur? *l. vt gradatim. §. etsi lege. ff. de muner. & honor. l. si ad l. 2. n. 26. ff. de vulgar. & pupill. Lancel. Polit. in tr. pupillar. subst. n. 36. Rosenthal. in Synopf. feud. c. 7. concl. 6. in gl. subliter. A. And. de Besset. ad l. 1. n. 29. C. de sacrof. Eccles. Bartbol. Bologn. ad auth. habita n. 296. C. ne fil. pro patr.*

Iam verò sagax inhabilis est, qui remedio 372 l. 2. C. de rescind. vendit. vtatur. Quomodo enim conuenire possunt, sagacem quem esse, interim verò in rerum suarum distractione tantoperè errare, vt cœdi etiam se, vltra iusti precij dimidium, patiatur? An non, sagax quispiam huius l. 2. C. de rescind. vendit. remedio vti volens, meritò id audit: professio tua, & desiderium tuum discrepant, ideoque cum allegatione tua, ceu sibipsi contraria, ferendus non es. *l. professio. & ibi Andr. de Butul.*

Bard.n.1 & 2.C.de munet. patrimon lib. 10. Marquar. Freh.pareg. lib. 1.c. 1. Petr. Fab. ad l. 1. vers. nec mirum. mihi fol. 718. in edit. Paris. ff. de iust. & iur. Medic. in tr. de ll.p. 3.q. 17. in fin. Anton. Augustin. ad Modestin. mihi fol. 246. & seq.

373 Rationis itaq; non est, l. 2. C. de rescind. vendit. indefinitè loquentem, ad fagacem vsq; extendere velle. Maximè cum & ipse, opinionis huius primus assertor Pinelus, alibi fateatur, facilius longè errari, in excessu modico, etiam à non fagace, quàm in eo, qui vltra iusti dimidium est. *Pinel. ad d.l. 2. p. 1. c. 2. n. 11. in fin. C. de rescind. vendit. quod etiam facit Fachin. controuers. iur. lib. 2. c. 20. vers. respondent diuersa.*

374 Sic astringitur quoq; generalitas verborum, vt non protendatur ad ea, quæ rationem diuersam habent. *l. creditor. §. datur in fin. ff. de bon. aut. iud. possid. l. obligatione. ff. de pignorib. Schrad. in tr. feudal. p. 7. c. 2. n. 75. Crau. consil. 144. n. 6. Ioh. Petr. Surd. consil. 445. n. 54. vol. 3.*

Quis autem non perspicit, in ijs, quæ super errore exædificata stant, veluti quoq; remedium l. 2. C. de rescind. vendit. est, diuersam longè rationem esse, non fagacium, & fagacium?

Non est itaq;, si l. 2. C. de rescind. vendit. dispositionem generalem, porrigere voluerimus, ad fagaces quoq;.

375 Quid, quod nemo omnium interpretum, inficias vnquam iuerit, quod l. 2. C. de rescin. vendit. beneficium nouum sit, *vt rectè aduertit Padill. ad d. l. 2. n. 10. C. de rescind. vendit. licet idipsum sibi soli, sed falsò arroget Pinel. ad d. l. 2. p. 1. c. 1. n. 2. & seqq. C. de rescind. vend.*

Quodq; iuris antiqui, vtpote quo iure, etiam ob quantumcunq; maximam lœsionem, rescissio locum nullum inueniebat, sit correctorium. *Pinel. ad d. l. 2. p. 1. c. 1. n. 4. & ibi Padill. d. n. 10. vers. unde infero. C. de resc. vendit.*

376 Sufficit itaq;, quod nulla in eo, fagacis expressa mentio, hat. Cum legem correctoriam, haudquaquam extra fines suos, trahere debeamus. *Vt ipse attestatur Pinel. ad Rubr. p. 2. c. 1. n. 32. in fin. C. de rescind. vendit. vbi hanc traditionem receptam esse is testem se se præbet.*

377 Quorsum & illud referendum est, quod minor etiam, de cuius fagacitate, atq; industria constat: non præsumatur amplius, sua facilitate lœsus, licet idipsum aliàs regulariter, præsumatur. *Vt scriptum in indiuiduo reliquit Bl. ad l. 1. sub n. 6. C. qui & ad. quos.*

Vt facilè intelligas, legem, eiusq; interpretes, vbiq; ferè, inter homines fagaces, & non fagaces, cuiuscunq; hi ætatis fuerint, discrimen constituisse.

Missos itaq; iam faciamus Consulentes, cum sua generalitate.

Videtis enim Iudices, quod ipsi titubent, & se efficere aliquid posse, hac generalitatis allegatione desperent: Dum nouè nobis objiciunt, Doctoribus, qui à partibus nostris stant, rem non esse de lœsione vltra dimidium iusti, multoq; minus, de lœsione tali, quæ adhuc dimidium iusti longè excedat, atq; superet: item non agere eos, de fagaci, sed fagacissimo.

Id verò quale sit, nunc porrò examinabimus.

Velim autem primò recordentur Iudices, Consulentes dum imaginantur sibi, veluti fæpius iam monuimus, lœsionem iusti dimidium valdè excedentem, fallaciam non causæ, vt causæ committere: eaq; supponere, quæ in rerum natura, nunquam extitêre, vel nunc extant, aut vnquam posthac extitura sunt.

Operæprecium itaq; non est, multis cum illis, hac de re agere. Sed & perspexi, compilatorem rursus, hic pristina sua oscitantia, vsum finamq;. *Panorm. ad d. c. quia plerique, n. 28.* 378 *& ibi Anton. Francisc. in addit. ext. de immunit. Eccles. Pantal. Cremens. ad l. 2. n. 124. C. de resc. vend. Marc. Mant. locor. com lib. 1. c. 6. Cald. ad l. si curatorem. in v. læsis sub n. 35. vers. iuxat. quod tradit. C. de rest. in integr. qua* par erat assiduitate relegisset, reperisset hosce omnes de l. 2. C. de rescind. vendit. & de re vendita, pro valde minori iusto precio, expressam mentionem facere, sed & de fagace, non autem de fagacissimo loqui.

Sileat itaq;, resolutio Compilatoris, quam nostro fundamento, dederat.

Nam quod inter ius fori, & ius poli distin- 379
guere conamini, res planè inutilis est. Non enim ius Poli, aut conscientiæ, ad respondentem de iure, pertinet. *Vt rectè dicit Gour. ad d. l. 2. vers. quid hac in re. mihi fol. 94. C. de resc. vendit.*

Quare cum resolutionem hanc Consulentes, à Thoma Aquinate deriuaueritis, ablegabimus vos, cum illa vicissim ad Monachos Capucinos.

Rursus fundamentum nostrum QVARTVM, obiectione hac, non læditis, quod attamen Panthaleon Cremensis statuat: solam fagacitatem alienantis, ad remedium l. 2. C. de rescind. vendit. excludendum, non sufficere, nisi aliunde appareat, eum scientem fuisse iusti rei valoris: nam rursus ad eundem lapidem offenditis. Cum videatis præter Cremensem, hoc voluisse neminem. Atq; idcircò non vnici Doctoris, sed plurimum sententiæ inhærendum esse, *vt superius ostendimus.*

Et sin vera esset Cremensis hæc traditio, de scientia tamen valoris iusti, præter fagacitatem B; sub defensione TERTII nostri argumenti, pluribus iam egimus. Quæ huc referre æquus iudex non dedignabitur, Nam inde colligere promtum est, quod præter fagacitatem B; scientia quoque iusti valoris, hîc, ex parte ipsius, etiam aliàs interuenerit.

380 Et deniq; aiunt Consulentes, non liquere attamen adhuc, quod sagacitate aliqua polleat B. id quod sic refuto: quod etiam Alexandri Tartagni de Imola temporibus (licet is anno diuinæ patientiæ 1477. diem suum obijsset. *teste Anton. Nicol. Grauat. in vita eiusdem, cuius descriptio extat ante consilia Alexandri*) licet tunc, tam perspicaces, vti nunc sunt, non essent, iuxta illud: Quò iuniores, eò perspicaciores. *gl. ad l. Gallus. in pr. ad v. si filius ibi Br. n. 10. Ias. lect. 1. n. 57. ff. de lib. & postum. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 9. n. 37. Alc. parerg. lib. 10. c. 21.* rustici attamen nouerant, quod rem valentem Ducatos 400. & vltra, 136. Ducatis, vendere non deberent, *teste Alex. de Imol. cons. 1. n. 10. vol. 6.*

Quantò magis itaque, sagacitatem istiusmodi, in homine clerico, & nobili genere oriundo, hodiernis temporibus reperiemus?

Sed & sagacitas B; inde satis superq; elucescit, quod vndecim & amplius menses, præstolatus fuerit, antequam ad transactionem accederet: quod item eam non inierit, nisi eò profectus, bona coram contemplatus, & amico suo VV. ad se illuc euocato, cum eo de bonitate, valoreq; rerum, quæ sibi obuenerant, collocutus fuisset, & nisi denique transactioni huic Mediatores, quos ipse voluisset, interuenissent. Videtis enim iudices, quàm astutè, quàm prudenter, quàm circumspectè egerit omnia.

381 Quî igitur de sagacitate viri huius dubitare conuenit? Sagax enim prudens & circumspectus is meritò dicendus est, qui tales facit actus, quos homines sagaces, astuti, atque prouidi, facere consueuerant, *per tradit. Bertrand. consil. 222. n. 3. vol. 3. Flamin. de Rub. consil. 47. n. 65. volumin. 1. per l. quidam in suo. & ibi gl. ad v. amoueri. ff. de condit. instit. l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. l. is qui. §. Diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.*

Non pellitur itaq; loco suo, Consulentium obiectiunculis, quam feceramus conclusio: Sagaci nimirum, remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non dari: Actorem item nostrum, multa sagacitate, præditum esse.

382 Atque sic in specie: quod non solùm rustici hodierni. *Iohan. Vincent. Honded. consil. 33. n. 83. vol. 2. Sfort. Odd. in tr. de restit. in integr. q. 9. nu. 67.*

383 Verùm etiam, in genere homines omnes, astuti, & sagaces præsumantur, *post Alb. de Ros. Bl. & Paul. de Castr. autor est, idem Odd. d. q. 9. d. n. 67.*

Sequitur nunc fundamentum nostrum QVINTVM. Quod inde efformabamus: quod ob confirmationem principis nostri clementissimi, ad contractus hosce accedentem, iam exulare incipiat. l. 2. C. de resc. vendit. remedium.

Atenim illud, plurifariam quidem impetunt Consulentes, vincere attamen nequeunt.

Nam etsi dicant, non valere confirmationem, nisi ea fiat, vtraque parte præsente, aut saltem ea parte, quæ abest, vt confirmationis actui interesset, vocata: dicere nihil est.

384 Nam etsi non nesciam, id quod volunt Consulentes, in pluribus locis obseruari, nec confirmationes superiorum interponi solere, nisi vtraque pars id petierit, aut saltem pars absens citata sit. Veluti etiam in Camera Imperiali fieri assolet, *testante idipsum incerto autore. Quæstion. in iur. contr. decision. seu præiudic. Cam. Imp. ad v. confirmatio.*

385 Teneant tamen vicissim, velim Consulentes, illud: quod stylus & obseruantia, cuiuscunque aulæ, cuiuscunque item iudicij, potens sit, ad derogandum omni legi, omni constitutioni, omni deniq; ordinationi. *text. in c. ex literis. ibi Abb. nu. 6. ext. de Constit. Cardin. Paris. consil. 44. in fin. volumin. 1. Cacheran. decis. 1. nu. 9. Tilemann. de Benign. in obs. pract. Camer. Imper. pentec. 4. obs. 31. nu. 4. Hieron. Gabr. consil. 193. nu. 1. volumin. 2. Iohan. Petr. Surd. consil 377. n. 38. volum. 3. Crau. consil. 766. sub n. 7. vbi pluribus, hac de re agit.*

386 Id quod non solùm aliâs, verùm etiam tunc, cum de instrumenti validitate res est, verum est atq; obtinet. Nam & obseruantia, stylusque: instrumento etiam non solenni, quodq; aliâs cessante hoc stylo, plenè non probaret, plenam fidem tribuunt. *Vti rursus in indiuiduo scriptum reliquerunt Crau. consil. 379. nu. 8. vbi Cynum ante se, id voluisse attestatur. Franc. Becc. consil 6. n. 16. Ioh. Petr. Surd. cons. 262. n. 26. vol. 2.*

Proindeq;, hoc cum ita sit, ratiocinatione sua futili, posthac Consulentes, auribus iudicum amplius obstrepere nolint.

387 Nam hîc nostræ aulæ cancellariæque stylus est, hi mores regionis, qua confirmatio per Principem, vel ab ijs, qui hac in re vice principis sunt, indulgetur, etiam vtraque parte non apparente, nulla etiam præcedente in ius vocatione: dummodò is, qui illum vel illum contractum confirmari petit, contractum vndique perfectum, hoc est, ab ambabus partibus obsignatum, atq; subscriptum, exhibere, proferreq; possit.

Testor omnes, qui in foro Electoratus Brandeburgici, vnquam versati fuêre, quotidianam item experientiam.

Non dicam nunc, ipsam confirmationem expressè eloqui: quod vtraque pars, apud Principem vt id, quod gesserant, confirmaretur, institisse: auff jhre suchen / nicht auff sein K. suchen.

Proin-

388 Proindeq; , cum hæc confirmatio Principis, inſtrumentis publicis meritò accenſeatur, ſtandum quoq; illi omninò erit. *l. cum precibus.C.de probat.Schrad ad l.admonendi.n. 275. ff.de iureiur.Tuaq.de vtr.retr.p.1.§.4.gl.1.n.10.*

Eodem quoq; modo reſoluitur id, quod præterea ad infringendas Confirmationis, per Dominum Reum, à Principe impetratæ vires, de cauſæ cognitione non adhibita, attulerant Conſulentes.

Nam vt iam diximus, ex ſtylo noſtræ aulæ, nulla quoq; alia cauſæ cognitio, in contractuum confirmationibus expetitur, quàm exhibitio contractus, in ſuo originali. Id quod hic factum eſſe ex ipſo confirmationis inſtrumento, veluti in quo totus ferè contractus tenor enarretur, data item huius tranſactionis exprimitur, liquidiſsimè apparet.

389 Diuinare enim de contractu, Princeps non potuiſſet, niſi inſtrumentum contractus vidiſſet, legiſſet atq; intellexiſſet, *per tradit.Cravett.conſil.366.n.5.& conſ.501.n.2.text.in l.ſi putator. ff. ad l. Aquil. & in c. vt debitum ext. Vt Eccl. benef.*

390 Et qui concedit conſequens, hunc antecedens neceſſarium, vnà quoq; concedere, neceſſe eſt. *Euerard. in topic. in loc.à conceſſ. conſeq. ad conceſſ. anteced. Matth. de Afflict.deciſ.392.nu. 11. Capyc deciſ.Neapol.182.n. 10. Riminald. ad Rubric. n.227.cum ſeq.C.qui adm.Seraphin de Seraph.in tr. de iuram.priuil.3 1.n.78. cum ſeqq.*

391 Cum attamen longè ſit certiſsimum, quod aliquod contractus inſtrumentum, intelligere, contentaq; in eo, referre poſſe, conſequens ſit: Cuius antecedens neceſſarium eſt, exhibitio, inſpectio, lectio eiuſdem inſtrumenti. *text.in ſalut.Gregoriana. in pr. ibi lectis & intellectis, & ibi Panorm.n.14.Felin.n.18.Br. ad l.1. §.tutor.n.1.ff.de autor.tut. Anton. Capyc. dec. Neapolit.102.n.3.Catellan.Cotta.in memor.ad v. legere.*

392 Sed & longe eſt certiſsimum, quod iſtiuſmodi ſtylus, conſuetudo, & obſeruantia, qua decretum, vel confirmatio in continenti, & alia cauſæ cognitione non adhibita, etiam in bonorum minoris alienationibus interponitur, iure quo vtimur, non reprobetur, *Vt in* 393 *individuo autor eſt Achill. de Graſſ.in deciſ. Rot. Rom. deciſ.199.n.3.*

393 Et præterea conſiderandum quoq; illud eſt, etiamſi hæc controuerſia, ex iuris communis præſcripto, & non noſtri fori ſtylo (id quod attamen vehementer negamus) determinanda eſſet, quòd attamen iuris ſtet præſumtio, qua concluditur, vbicunq; apparet de decreto vel confirmatione, ibi quoq; præſumatur confeſtim, præceſsiſſe cauſæ cognitionem ſufficientem. *Vt eſt gl. communiter receptaad l.1.& ibi Alex in addit. ad Br. n. 1. C. de fid. inſtrum.lib.10.Vasq illuſtr.controu.c.39.n.1. Ioban. Petr.Surd.in tract.de alim.tit.8.priuil.56.n.114.*

394 Id quod potiſsimum, in factis, decretis, atq; confirmationibus, iudicorum maiorum, verum eſt, atq; obtinet. *gl.ad l.iuſte.ff.de acquir. poſſeſſ. Vasq.ill.controuerſ.d.c.39.n.3.*

Doceat itaque, aduerſus inſtrumentum 395 publicum, principis præterea ſigillo communitum, ſi poteſt Actor veſter Conſulentes, cauſæ cognitionem hic, negletam fuiſſe. Maximè cum inficias ire nequeatis, quod & illud, quod ſummariè fit, nihilominus cum cauſæ cognitione geſtum eſſe, recitè dicatur. *Vt in ſpecie autor eſt Sapia ad l.de etate.n.2.ff. de minorib.per l.1.& l.3.§.cauſa cognitio.ff. de Carbon.ed.*

Sicuti & illud quoq;, in quo nulla inter- 396 uenerat, partis aduerſæ citatio, cum cauſæ cognitione geri, haud fruſtrà aſſerimus. *gl. ad l.3.§.penult.ad v.pro tribunali.ff. de bonor. poſſeſſ. Alex.de Imol.ad l.ſed ſi hac.§.liberos.n.10.ff. de in ius voc.Sapia ad d.l.de etate.n.2.ff. de minor. Hippol. de Marſ.ad l.de vnoquoq;,n.75.ff.de re iudicat.*

Nec audiuerim vos, Conſulentes, etiamſi dicatis, hoc attamen pacto, negatiuæ probationem, Actori iniungi. Id autem iuris antiqui Regulis, aduerſum eſſe.

Nam niſi ex memoria depoſuiſſetis id, 397 cuius antea vos monueram, genericiis nimirum Regulis, confidendum non eſſe, cum ratiò aliqua earum ſit, quæ non ſubuertatur. *l. omnis diffinitio.ff. de regul. iur. Muſcorn. in tr. de iurud.n.151.Coraſ.miſcell.lib.2.c.6.n.2.Marz.ar. in tr.de fideicomm.p.2.n.2.Heinr.Bocer.ad l.contractus c.1.n.1.ff.de regul.iur.Heinric.Brocl.in tr.de renunc. recept.mor.cauſ.1.c.1.n.1.& ſeqq.Ludouic.Bender.in tr.de reuiſ.con.l.2.o.n.146.*

Meminiſſetis item, negatiuam ab eo, qui in 398 ea ſe fundat: *Vti ex conſenſu Br. Alex. Corn. Deciſ Pariſ. Crau. Tiraq. Roman. Franciſc. Aret. Iaſ. Ripa. Innoc. Abbat. & Orian.in ſpecie ſcriptum reliquit Hercul.in tr. quis teneat. probar. negat.n.2. vbi hanc eſſe communem opinionem ut teſtis eſt.Iohan.Vincent. Hon-* * *ded.conſ.68.n.8.vol.2. qui itidem de communi teſtem ſe præbet.*

Nec non ab eo quoq;, qui negat id, quod 399 iuris præſumtionem pro ſe habet, comprobandam eſſe. *tradente rurſus Herculan. in d. tr. quis teneat.probar. negatiu. n.4. vbi ante ſe idipſum Iaſ.Dec.Pariſ. Socin. Iun. & alios plerosq; atteſtatur.*

Facilè perſpicere potuiſſetis, allegatione hac, operam oleumq; omne, vos perdituros.

Sic quoque erroneum illud veſtrum eſt, quod dicitis Doctrinam Speculatoris, quã tradidit: in omni decreto, cauſæ cognitionem interueniſſe præſumi, à Caſtrenſe reprobari. Ideoq; ei inhærendum non eſſe.

Nam vt nunc Caſtrenſem cum Specula- 400 tore non conferam, nec vtrius autoritas, maioris facienda ſit aperiam (certè enim Speculatorem, practices patrem, Iureconſultorum Coryphæi, fatentur. *Iaſ. in l.hac conſultiſſima.n.1.verſ.ego autem.C. de his qui teſt. fac. poſſ. Tiraq.in tr.de pan.cauſ.1.n.12.)* vidiſtis antea, non

solum Speculatorem, in hac sententia fuisse, sed alios quoque plærosq; iuris interpretes primarios.

Quare commenta vestra Consulentes, ne hilum quidem proficere possunt.

401 Eiusdem quoq; farinæ illud est, quod ex Mascardo adduxistis: fidem nullam adhiberi Notario, causæ cognitionem, in actu aliquo interuenisse, attestanti: nam vt video rectam iam ratiocinandi scientiam amisistis. Cum à Notario, atq; sic à minori, ad Principem, atq; sic ad maius, negatiuè argumentum efformetis, atq; sic in Regulas Dialecticorum, impingatis.

Nec enim ab inferiori, ad superiorem argumentum, negatiuè deducere, licitum est. *Ias. ad l. si stipulatus fuerim. notab. 3. ff. de verbor. obligat. Dec. ad l. si maritus. n. 7. C. de collat. Crauett. cons. 958. n. 40. per l. qui ergò casu. ff. de pecul. iunct. l. vnic. C. vt act. ab hered. & cont. her.*

402 Et præter vos, nemo vnquam sanus, eodem iure censuit principem, & Notarium, hominem sæpius obscurum, & vilissimum. *arg. l. vniuersæ, vbi Br. n. 1. And. de Barul. n. 1. Luc. de Penn. & DD. C. de decur. lib. 10. Abb. ad c. sicut. n. 5. ext. ne cler. vel monach. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 29. n. 14. Oldrad. cons. 75. n. 2. & ibi Rainald. Cors. in addit.*

403 Sciens, prudensq; præterea nunc id, quod vos vultis, plærosq; etiam, ne in Notario quidem admittere voluisse. Sic namq; Notario attestanti: quod causæ cognitio interuenerit, fidem adhibendam esse. *censuit Castr. ad l. cum hi. §. si prætor. vers. nisi in instrumento. ff. de probat. Alex. ad l. sciendum. sub n. 26. vers. hoc etiam. ff. de verb. obligat. Dec. ad c. quoniam. contr. n. 29. vers. non obstant. n. 34. n. 180. & n. 191. ext. de probat. Ostan. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 7. n. 33. vers. siquidem. Alex. de Imol. cons. 80. n. 6. vol. 5. & cons. 213. n. 7. vol. 7.*

Porrò, nouum atq; inauditum hactenus, illud quoq; est, quod inde confirmationem Principis nostri arrodere conamini Consulentes, quod ipsius Illustrissima Celsit. confirmationem indulgens, prius non addiderit rerum valorem verum: quinimò eundem, ob temporis breuitatem, cum intra biduum vel triduum, confirmatio ipsum contractum insecuta sit, explorare neutiquam potuerit.

404 Dicas enim mihi obsecro Compilator, vbi nam legeris, quod Princeps, vtraque parte petente (veluti nostræ confirmationis instrumentum loquitur) contractum maiorum, sibi in forma authentica exhibitum, & non solùm à partibus ipsis, verùm etiam, à tot Mediatoribus, nobilibus, probatisque personis confignatum, confirmatione sua roborans, tutoris vel curatoris personam in se susc ipere, & de quantitate, valoreque bonorum, de quibus contrahebatur, certiorem se prius facere, quàm confirmationem addat, debeat? Et si verum proloqui velis, hoc nullibi in iure extare: sed te miserè lapsum esse, confiteri omninò necesse habes.

Vides itaque illud, te solum manere, quod 405
erubescendum sit ijs, qui absque lege, temerè aliquid asserere, procaci ausu, se non abstinent. *§. consideremus. auth. de trient. & semiss. Petrus Heigius. q. 25. n. 7. & q. 30. n. 9.*

Non dicam nunc, nobis de transactione 406
hic rem esse. Cui itaque bono, explorationem iusti valoris rei, confirmans hîc feciſſet? Cum pro sui essentia, subſtantiaq; transactio non valorem, non precium, sed litem vel rem dubiam, expetat atq; requirat. *l. 1. in pr. ff. de transact. Pract. Papiens. in form. libell. quo agit. vt pact. seruent. n. 5. Del Rio ad l. transigere. n. 6. C. de transact. Franc. Pfeil. cons. 78. nu. 111. volum. 1.*

Atenim ais, nec aliam quidem, causæ co- 407
gnitionem, temporis breuitate excluſus, adhibere hîc potuit Princeps: Verùm ego vicissim, ex te quæro Compilator, quomodo mihi diffinire velis, ad remouendam causæ cognitionem, temporis breuitatem? Et certè nisi solus receptæ totius scholæ interpretum opinioni, obniti velis (vti moris tibi esse, sed frustrà video) hanc rem non dimetiri oportet ex biduo vel triduo: sed ita rem tandem rectè determinabis, si cum approbata opinione concluseris: eum demum iudicem qui eadem die, & eodem instanti (vt practicorum more loquar) coram se contractum celebrare sinit, decretumq; vel confirmationem interponit, causæ cognitionem omisisse. *Vti ex consensu Br. Bl. Alex. Iason. Barbat. Anchor. Castr. Imol. Curt. Crott. Paris. Ruin. Roland. à Vall. Corset. Ferrat. Menoch. Caualc. Redoan. & Gueden. Pap. in induiduo autor est Ostan. Simoncell. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 1. n. 33.*

Proindeq; cum ipsemet vltrò fatearis, biduum, triduumúe, inter celebrationem contractus, & confirmationis concessionem, hîc intercessisse, adaptari nostro casui ea, quæ de breuitate temporis dicuntur, neutiquam poteris.

Vt taceam, nunquam ob breuitatem tem- 408
poris, remotam censeri causæ cognitionem, si confirmans antequam confirmatio ab eo peteretur plenam habuerit, de ijs, quæ agebantur cognitionem, *tradente in induiduo Hipp. de Marsil. ad Rubric. nu. 85. & 86. ff. de fideiuss. Mascard. in tr. de probat. concl. 486. nu. 14. Socin. consil. 121. nu. 3. vol. 3. Gerard. Maxoll. cons. 109. n. 15. vol. 1.*

Quî autem dubitare conuenit, Principi hîc nostro, etiam aliàs, & ante, quàm confirmatio hæc peteretur, ab eo, qualitatem horum bonorum, exploratam, cognitamq; probè fuisse?

An non

409 An non is Actorem, & Reum, bonis hisce donarat? An verò iuri consentaneum est dicere, donatorem ignorasse qualitatem rerum, quas donando in alios transfert, quæque à ducentis plus minus annis, eius, maiorumq; eius fuerant? contra *auth. sed cum testator. & ibi Br.n.5.C. ad l. Falcid. Mar. ad l. ii potest. n. 281. ff. de acquir. heredit. Mozz. in tr. de contract. tit. de condict. indebit. nu. 6. Seraphin. de Seraphin. in tr. de iurament. priuil. 4. n. 28. priuil. 5. n. 10. & priuil. 44. n. 2.*

410 Sic breuitas temporis confirmationi nil nocet, siquidem id, quod in causæ cognitionem veniebat, tale erat, de quo ilicò, & intra breue etiam tempus, confirmans cognoscere poterat. *Ioban. Francisc. Pupur. ad rubr. n. 134. ff. de offic. assessor. Alex. de Immol. consil. 80. n. 9. vol. 5. Rum. consil. 90. ad fin. vers. nec secundum eum. vol. 5.*

Vnde Reo quoque nostro, innocua in omnem casum planè erit. Cum vt sæpius iam diximus, moribus nostratium, nihil præterea ad impetrandam confirmationem opus sit, quàm vt contractus, cuius confirmatio desideratur, in originali, Principi vel officialibus eius in id deputatis, producatur atque exhibeatur. Id quod intra semihoræ spacium, tantoq; magis intra biduum, vel triduum, peragi potest.

Nec obstant quoque ea, quæ ex Parisio & Mascardo adducebatis Consulentes: lœsionem scilicet enormem, confirmationem euertere.

411 Nam primò, ex confessione Actoris etiam propria, iam dudum euicimus, lœsionem enormem nullam hîc subesse. Fingitis itaque lœliones, vbi non sunt, & muscas imitamini, quæ millies repulsæ, reuolant tamen eodem.

Deinde respondeo, de decreto, in rerum m[illegible] alienatione, áq; iudice inferiori interposito, Parisio & Mascardo, & quotquot ij adducunt, rem esse. *Quæ in re, ad inspectionem ipsorummet prouoco.*

412 Non itaque doctrina eorum, ad nos attinet: Separatorum enim nulla est communitas, *vt dicit Bl. ad l. ampliorem. in pr. n. 3. vers. sed quid si diuersa sunt capitula. C. de Appellat. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. q. 22. n. 18.*

Et deniq; ijdem Doctores nihil præterea dicunt, quàm aduersus decretum, ob lœsionem enormem militare iam doli præsumtionem. *Parisi. d. consil. 85. n. 49. vol. 3. Mascard. d. concl. 486. n. 25. cum adductis ibidem.*

Quare rursus nihil obest, sententiæ nostræ isthæc decisio.

Nam cur dolo omni vacuus sit Reus noster, antehac latissimè comprobauimus. Quæ hoc in loco, denuò ab æquis iudicibus inspicienda sunt.

Postremò reprehendit nos Compilator, quod plæraq; de vi & efficacia, clausulæ de plenitudine potestatis adduxerimus, cum nulla interim eius clausulæ, in confirmatione nostra extent vestigia: sed iniuriosus nobis est Compilator. Nisi enim talpa cæcior fuisset, nullo negocio conspicari potuisset, hanc clausulam: confirmamus autoritate Principis, & superioritatis qua fungimur: wir confirmirens aus Landesfürstlicher Obrigkeit / confirmationis literis insertam esse.

Sin autem extrema iuris ignorantia, aut 413
è diuerso malitia non laborabat: scire quoq; debuisset: paria esse, fieri aliquid ex plenitudine potestatis, & fieri ex autoritate regia, vel iure superioritatis vel principis, aus Landesfürstlicher Obrigkeit. *Vti præter adductos in id, in priori responso, in indiuiduo decidit Crauett. cons. 958. n. 39.*

Quinimò non solum hæc clausula, de qua nunc egimus, hisce confirmationum literis inest, verùm etiam alia qua princeps edicit: velle se, vt contractus, qui inter hasce partes gestus fuerat, robur suum obtineat: quodque aduersus eundem, nihil attentetur vel præsumatur, Vnd wollen das derselbe (vertrag) also stete/feste vnd vnuorbrüchlich gehalten / vnnd darwider in nichts gehandelt werden solte.

Ceterum hæc clausula non solum, certum 414
plenitudinis potestatis signum est: verùm etiam illud, à principe actui apposita efficit, vt omnia quæ contra fiunt, nulla sint, atque inania. *Vti ex Paul. Castrens. & Cardinal. in specie docet nos Vital. de Gamban. in tr. clausular. Rubr. clauf. rescript. ad v. si contra fiat.*

Et per consequens, vi, potestateque huius clausulæ solum, totæ illius actionis, quam præ[illegible]osuerat Actor vester, vires, iam dudum emarcuerunt.

Et quamuis Compilator, te egregiè hæc 415
ludificari posse putes, si ex Pinelo attulisses: plenitudinem potestatis Principis, non efficere, quin iniqua adhuc sint, quæ antehac iniqua fuêre. *Pinel. ad Rubric. p. 1. c. 2. n. 20. C. de rescind. vendit.*

Ego tamen te, vtpote, quem cum suis sodalibus, casibus inclusum nunc teneo, tam facilè propteréa elabi non sinam. Cum non ad id, quid Pinelus dicat, quid legendo disputando[illegible]que defendere queamus, hîc respiciendum sit: Sed ad id, quid obseruet Praxis.
Hæc quippe optima, legum, iurisque interpres, atque intellectrix est. *Bl. ad c. 1. nu. 2. vers. & ideo: De feud. sin. culp. non. amitt. Iacob. Schult. in addit. ad Modestin. Pistor. quæst. 56. n. 56. Dec. consil. 11. n. 9. vers. vera enim. Cotta. in memor. in v. leges. & in v. practica. Caballin. in tr. de eo, quod interest. n. 38. Cauberan. in proëm. decis. Pedemont. nu. 14.* 416

417 Vnde ea maximi semper facienda, atque attendenda est, *Bl. in l. illud per ill. text. ff. de excusat. tutor. Iacob. Schult in ad tit. ad Modest. pistor. d. q. 58. n. 57. Dec. d. cons. 11. n. 9. vers. & ideo. cons. 286. n 2. vers. & ideo. & consil. 318. n. 3. vers. & ab antiq. Zas. consil. 14. n. 74. vers. nam à stylo. vol. 1.*

418 Porrò hanc constat, vbiq; terrarum, plurimum efficaciæ, effectusq; nitrabiles, istiusmodi clausulis tribuere. *Vide Anton. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 6. tit. de clausc. concl. 1. 2. & 3. luculentissimè cernere licet.*

Atq; sic, aduersus Consulentes euicimus, remedium l. 2. C. de rescind. vendit. aduersus principis confirmationem, prqualere nō posse: adesse item hic Principis cōfirmationē talem, quæ secundum ius commune etiam, maximè verò secundum mores regionis, benè consistat: Item Actori B. actionem vllam non competere, propterea, quod Princeps edixerat, in confirmatione sua, ne quid aduersus contractum hunc, præsumeretur, attentareturue.

Proximum nunc est, fundamentum SEXTVM: cessare scilicet ob decretum iudicis interueniens, beneficium illud, quod l. 2. C. de rescind. vendit. lœsis, porrigit.

Sed de hoc fundamento plura verba, ne iudicum humanitate abutamur, facturi non sumus.

419 Nam decretum propriè sic dictum, hîc contractui non accessisse, conuenit inter me & Consulentes. Scimus enim hoc, in contractibus maiorum opus non esse: *attestante idipsum Oct. au. Simoncell. in tr. de decret. in præfat. sub n. 8. vers. dixi memoris.*

420 Aliud autem esset dicendum, si promiscuè decreti verbo, pro principis confirmatione, acciperemus. Pro vt quandoq;, hoc verbum, hanc significationem habere, *rursus constat ex eodem Simonc. in tr. de decret. in reb. minor. in præfat. n 3. Vbi 21. huius verbi significationes recensset.*

Nam hanc in præsentia adesse, ritè, rectèq; interuenisse, sub præcedenti fundamento, iam confirmauimus.

Quare cessō de hoc fundamento sexto, amplius quicquam in medium proferre, 422 dummodò prius admonuerim iudicem, non ** magis receptam esse, vt Consulentes volunt, opinionem negatiuam, quod scilicet decretum interpositum, remedium l. 2. tollat: sed affirmatiuam, qua statuitur, ad id remedij tollendum, iudicis decretum adhibitum, efficax satis esse. *Sic namq; vno ore, profitentur omnes Bruad l. 1. n. 4. Iob. de Plat. n. 2. Bl. Lucas de Penna. & DD. C. de prad. detur. lib. 10. Angel. ad l. precia rerum. n. 3. ff. ad l. Falcid. Angel. ad l. 1. n. 2. & ibi Bl. n. 2. C. de præscript. 30. anner. Angel. ad l. secundum, lect. 2. n. 12 ff. de verbor. obl. g. at. Paul. de Castr. ad l. 2. n. 5. & ibi Sichard. n. 5. C. de rescind. vend. Felin. ad c. quoniam contra. n. 13. xxi. de probat. Ias. ad c. 1. n. 9. de his qui feud. dar. poss. Socin. in tr. regul. r. g. 226. limit. 2. & regul. 436. limit. 2. vbi is hanc veriorem esse attestatur. Capoll. cant. 221. n. 11. Turz. an. com. opin. 152. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular lib. 3. tit. de emtion. & vendit. concl. 1. n. 57. vbi & is hanc magis communem opinionem esse attestatur Matth. Gribald.* **

in tr. de com. opin. in v. remedium l. 2. communem dicens. Lancillot. Conrad. in templ. iudic. lib. 1. c. 1. de Imperatore. §. 4. de præst. & potest. Imperat. vers. tertio. n. 18. & 19. in fin. Apostill. ad Boer. in consuet. Biturig. tit. de rem. §. 1. gl. vnic. colum. 2. Mozz. in tr. de contract. Rubric. quib. mod. annullet. emt. & vendit. n. 17. vbi is dicit, quod viderit, hoc ita obseruatum esse. Angel. Aret. ad §. si quis agens. col. 2. Instit. de actionib. Iob. Chirodot. in synops. cautel. tit. tutele sub cautel. Capoll. 221. n. 11. Matth. de Afflict. in tr. de iur. protom. §. 2. vers. secundo nota. n. 19. Angel. cons. 142. in fin. Fr. Curt. consil. 67. Socin. cons. 57. col. vlt. vol. 4. Ias. cons. 119. col. 2. vers. accederet etiam. vol. 1. Stephan. Bertrand. cons. 12. col. 1. in fin. & seq. vol. 1. Dec. consil. 210. n. 8. vers. tertio principaliter, communem **

hanc esse docens. Marc. Mant. consil. 84. col. 1. Laurent. Syluan. cons. 27. n. 15. Guid. Pancirol. cons. 174. n. 3. vol. 1. Ioh. Vincent. Honded. consil. 34. n. 61. vol. 2. Cephal. consil. 651. n. 16. volum. 5.

Sed & ipsos contrariæ opinionis Asserto- 423
res, fateri necesse habere, quod iudicis decretum, si non in totum, l. 2. C. de rescind. vendit. perimat, attamen duriori longè probationis onere, ex l. 2. C. de rescind. vendit. agere volentem, afficiat, atque aggrauet: eumq; vincere non sinat, nisi aduersus iudicis decretum, euidentissimè, concludentissimeq;, læsionem enormissimam comprobarit, *veluti in indiuiduo factum Oct. au. Simonc. in tr. de decret. in reb. minor. tit. 7. n. 4. vers. bene verum est. Vbi Panthal. Cremens. & Gratt. idipsum quoq; ante se voluisse testis est Ioh. Baptist. Asin. in tr. de excus. §. 65. 14. in fin.*

Quod maximè verum est, si in alienatione eorum bonorum, quæ ad sui essentiam, decretum non requirebant, decretum adhibeatur. Tunc etiam bona fide, gesta esse omnia, stat præsumtio: & è diuerso, fraus, lœsio, dolus, tantò magis absuisse creduntur. *Decidente in indiuiduo Iohan. de Mont. Sperell. consil. 5. n. 23. volum. 1.*

Tutum itaque nullo modo est, opinioni huic affirmatiuæ, signidem casus, in quo decretum adsit, euenerit, inhærere velle. Maximè si tot alia adsint obstacula, vim suam exercere remedium l. 2. C. de rescind. vendit. veluti hic fit, prohibentia.

Nam vt alia recensere supersedeam, illa 424
demum communis est opinio, pro qua plures Doctorum auctoritates adduci possunt. *Vt post Franc. Herculan. in indiuiduo docet Anton. Mar. Corat in tr. de common opin tit. 7. n. 15.*

SEPTIMVM nostrum fundamentum astruebamus ex eo, quod vbi adesset consensus geminatus, vel primi actus ratificatio: ibi prævalere, remedium l. 2. C. de rescind. vendit.

vendit. nequeat : *Idq; autoritatibus Chassan. Cafe. Bellamere, Couarr. Mant. Anton. Gabr. Roman. Castr. Panorm. Deç. Cran. Roland. à Vall. aliarumq; complurium, quos ipse congesserat Cothmann. confirmauimus.*

Indeq; concludebamus audiendum non esse Actorem nostrum, eò, quod non geminatum tantum, verùm etiam sextuplicem consensum, hîc adhibuisset.

Nam primò cum Domino Reo, anno 1590 Februarij die 15. transegit.

Secundò biduò, vel triduò pòst, vnà cum Reo, libellos supplices, Principi, vt quæ transacta essent, confirmare dignaretur (vt habent ipsa confirmationis verba) obtulit: adeoq; confirmationem impetrauit.

Tertiò trecenta Ioachimicorum 20. Februarij, anno 90. recepit, apochamq; desuper conscriptam, Domino Reo tradidit.

Quartò, secunda quoq; vice, denuò cum Reo transegit, Mediatore Commendatore A. à S. 22. Februarij eiusdem anni 1590.

Quintò die Martis, qui Dominicam, quam Iudica vocant, anni 90. sequebatur, literas ad. V. à VV. dedit, vt Dominum Reum, in bona ista immitteret, subditosq; ei iurare, faceret.

Et sextò: 4. Octobris, eo quo sæpius iam diximus anno 1590. alteram conscripsit apocham, de trecentis illis Ioachimicis, qui posteriori loco, illi numerandi fuerant.

425 Adesse itaq; sextuplum Actoris consensum, æqui videtis iudices: proindeq; reliquum illud tantum fieri, quod transactio, per plures Apochas, vel quietationes, quas vocant, confirmata, rataq; habita, infringi quoq;, nullo modo queat, etiam non per lœsionem, iusti dimidium excedentem. *Verba sunt Cothm. d. conf. 30 n. 270. vol. 1.*

Consulentesque itaque, quoniam hunc ictum declinare non poterant: nouam comminiscuntur distinctionem, inter transactionem & emtionem. Inq; hac, geminationis nullum effectum esse: in illa verò vtique, asserunt.

426 Verùm ad hæc respondeo: dicere aliquid speciale esse, in transactione, nullam autem specialitatis rationem assignare posse, miserorum esse refugium. Veluti Antiqui iuris Domini nos docuerunt. *Accurs. ad l. filium quem habentem. C. famul. hereticæ. Isa. ad l. quod te. nu. 28. ff. si cert. petat. Nouizan. in sylual. nupt. lib. 1. nu. 191. Neguzant. in tract. de pignorib. in 4. membr. 2. p. p. nn. 11. & 4. p. p. n. 7. Exea. in tr. de pact. nu. 175. & 411. Ascan. Clement. in tr. de patr. potestat. effect. 1. nu. 10. Caball. in tr. de eo quod interest. nu. 19. Cæs. Coutard. ad l. diffamari. s. 1. n. 4. C. de ingenu. manum.*

427 Proindeque, cum nulla hîc ratio specialitatis, appositæ sit: interim verò nos, generalem doctrinam interpretum habeamus: geminationem semper, & vbique, ius à simplici actu diuersum, constituere. *teste Euerard. in topic. in loc. à vi geminat. nu. 1. Guido Pancirol. consil. 135. nu. 9. volumin. 1. communem dicens per l. quingenta. ff. de probation. l. Baliſta iunct. gl. ff. ad Trebell. l. si mulier. la. 2. & authentic. siue à me. C. ad Velleian.* *

Sed & deliberationem, quodque consequens est, scientiam (quæ sola ad excludendum hoc remedium sufficit, vti antea manifestum fecimus) geminatio introducat. *Bl. in tr. de Schism. §. sed in contrarium. nu. 15. Felin. ad c. si cautio. nu. 79. vers. & propterea. ext. de fid. instrument. Sebast. Sap. ad l. qui se patriu. n. 23. C. vnd. lib. per §. hoc verò iubemus auth. vt nulli iudicum.* 428

Et præterea geminatio, & iuramentum, in toto iure æquiparata sunt. *gl. ad c. cum contingat. ad. v. seruare debet. ibi Abb. n. 5. ext. de iureiurand. Seraphin. de Seraphis in tr. de iuament. priu. 62. nu. 1.* 429

Tollitur, eliditurque iam in totum, quod ab initio vix cohærebat, Consulentium argumentum.

Non dicam nunc, plærosque quoq; Doctores, quos in confirmationem nostræ sententiæ adduximus, non de transactione, sed de venditione loqui, & nihilominus effectum excludendi remedium. l. 2. C. de rescind. vendit. geminationi, tribuere. 430

Sic inquit Baldus: *si in venditione bis dicatur:* & quod plus valet dono: cessat l. 2. C. de rescind. vendit. remedium, *quem refert & sequitur Felin. ad d. c. si cautio d. n. 39. vers. & hinc est quod si. ext. de fid. instrumen.*

Sic de emtore & venditore loquitur *Abb. d. consil. 71. n. 8. vers. condescendo. volumin. 1. Dec. consil. 383. nu. 4. & 5. Bellamer. consil. 24. col. 5. post med. versic. item si venditor. Rol. à Valle consil. 59. nu. 30. volumin. 1. Cala. in tractat. de nod. articul. & proband. §. 2. gl. vnic. n. 736. Marc. Mant. locor. commun. libr. 1. cap. 6. Anton. Gabriel. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emtion. & vendit. concl. 1. n. 114. & n. 124.*

Reliqui verò, quos adduximus Doctoribus, partim de locatione, & conductione, partim de renunciatione fi'iæ, res est. Inque his omnibus, etiamsi affuerit lœsio, vltra iusti dimidium, rescisionem tamen contractus, ob interuenientem consensum geminatum tantum, impediri, asserunt.

Mirè itaque se pigrum præbuit, aut inuerecundum Compilator vester, Consulentes: qui Doctores, quos nunquam inspexerat, de transactione tantum loqui, asserere non verebatur, aut si inspexerat, ipsi contradicere veritati non erubuit.

Omitto

Omitto nunc reliqua. Nobis enim aduersa distinctio vestra non est: Vtpote cum sub refutatione primæ vestræ rationis decidendi, eiicerimus, hîc omninò transactionem constitutam fuisse.

Ceterum, aliud nunc commentum, commento, Consulentes addunt. Aiunt enim, ita demum, ad excludendum, retardandumque, remedij l. 2. C. de rescind. vendition. vires, geminationi efficaci æ satis esse; si à tempore primi actus, 10. vel 20. anni cucurrerint, & forsitan singulis annis, vel saltem singulo triennio, vel quadriennio, nouus quispiam, prioris actus confirmatorius actus accesserit.

Hoc in loco primum gratias habeo, Compilatori, quod per verbum forsitan, nostram sententiam refellere voluerit.

Nam hinc intelligere promtum est, ipsum titubasse, & quò se verteret, cum vndiq; premeretur, nescisse.

431 Dictio enim fortè, ex sui proprio significatu, dubitationis, atq; incertitudinis, nota est. *gloss. ad l. 1. §. 1. ad v. adiecta. per ill. text. ff. de rei vindicat. Tiber. Decian. consil. 49. n. 51. volumin. 2.*

432 Nec obstat vulgare illud, quod per verbum fortè, respondeant sæpè periti, quodq; tunc affirmatiuè, & non dubitatiuè verbum forsitan stet: *gl. ad l. si duo. §. 1. ff. de recept. arbitr.*

433 Nam id, de lege ipsa, hac dictione vtente, verum est: non autem de homine, Consulentibus se, respondente. *d. l. si duo. §. 1. ff. de recept. arbitr. & l. mutus. in pr. ff. de procurat. iunct. doctrin. Br. ad l. non solum. §. si liberationis. n. 7. ff. de lib. legat.*

434 Sicuti quoq; verum non est, etiam ad legislatorem quod attinet, si verbum fortè, propriè accipiatur. *per d. gl. ad l. 1. §. 1. ad v. adiecta. ff. de rei vind. Tiber. Decian. d. cons. 49. n. 51. volum. 2.*

435 Deinde ne sim prolixior, & me à generalioribus istis recensendis abstineam, quod scilicet, nuspiam geminatio, vt effectus suos adipiscatur, tempus longum desideret, dummodo non in continenti, in eodem contractu, interponatur: *gl. ad l. si conuenerit. ff. de pignor. act. Iaf. ad l. 1. n. 30. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Euer. in top. in loc. à vi geminat. n. 15. Tiraq in l. si vnquam ad v. reuertatur. n. 49. C. de reuoc. donat. Affl. decis. 185. n. 12. Seraph. de Seraphin. in tr. de iur. priu. 106. n. 16. & est communis opinio teste Eman.* * *Soar. comm. opin. lit. G. n. 12.*

436 Respondebit quoq; pro me, *Dominus Ernestus Cothman. d. cons. 130. n. 27 3. vol. 1.* Sic enim habet: neq; sententia ista (quod ob actum geminatum, cesset dispositio l. 2. C. de resc. vendit.) dubitationem vllam habet, quando præter actus transactionis initæ confirmatorios, decem, vel viginti anni elapsi sunt, & forsitan singulis annis, vel tertio, aut quarto quolibet anno, actus aliquis confirmatorius, interuenerit.

Nam hinc colligere promtum est, geminationi plutimum conducere, (quod & ipse fateor) si à tempore primi actus, vel contractus, longum tempus effluxerit, & præterea, vel singulis annis, vel triennio, vel quadriennio singulo, nouus quispiam actus, primum ratificans, accesserit: necessarium autem id ipsum vsq; adeò esse, vt nisi hoc simul existat, eneruis planè sit, in totum geminatio, præter vos, Consulentes, adhuc nemo vnquam dixit. Mittamus itaq; vos, cum non necessariis vestris requisitis: dummodò id, quod necessariò requirebatur, veluti, quod non in eodem continenti, ad primum actum, geminatio, siue ratificatio accedat, habeamus.

At inquiunt Consulentes, ex eodem errore, & ignorantia, prodierunt reliqui actus omnes, ex quo prodierat actus primus, sed & anno 95. demum, per instrumenta de nouo reperta, Actor se læsum esse, & quidem enormiter, deprænderat.

Muta equidem dicitis, Consulentes, sed paucissima probatis. Pernego enim, anno 95. primum, Actorem vestrum rescisceretæpisse, se læsum esse, sicuti nec dictis eius, fidem vllam adhibere, obstrictus est Dominus Reus. Etenim nescire non potestis: quod is, 437 qui se instrumenta nouè reperisse asserit, iusiurandum desuper præstare teneatur. *Br. in l. admonendi. n. 4. & ibi Iacob. Petr. de Ptolom. n. 4. & seq. Castr. n. 8. Cato Sacch. n. 19. Caccialup. n. 12. Roman. n. 17. Ripa. n. 55. Corasius pr. n. 56. & n. 62. Iaf.* * *in repet. in 60. vbi Br. omnes sequi is testis est. ff. de iureiur. Guid. Pap. decis. Gratianop. 244. n. 3. Menoch. de arbit. iud. quæst. cent. 3. cas. 241. n. 4. Odd. in tr. de rest. in integ. q. 75. n. 29. hanc magis communem dicens* ** *Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. priuil. 38. n. 1. per text. c. nulli in fin. & c. vt circa vers. super his de cl. &. lib. 6.*

Qui autem iuramentum hoc, Actor vester præstare possit, sine manifesto periurio, cum superius planum fecerimus, eum exactè bonorum horum valorem calluisse, & non ignorantia, vel errore seductum, sed quia sobole, se destitutum videret, ita consultò transegisse.

Non dicam nunc, etiam ex alio capite, 438 Iusiurandum hoc, quamuis id subire Actor vester paratus esset, inutile fieri. Dum transactionem regulariter ob instrumenta nouè reperta, retractare licitum non sit. *l. sub prætextu. l. a. 1. C. de transact. Br. ad d. l. admonendi. n. 1. vers. contra hoc. & ibi Bl. col. 1. Iaf. ad l. 1. n. 44. & ibi Rot. 2. n. 35. Schrad. n. 209. ff. de iureiur.*

Sciens quoq;, prudensq; prætereo, confirmationem Principis, quæ ad hunc contractum accesserat, quæq; iure Superioritatis, siue territorij præcipiebat, ne quid aduersus hunc, attentaretur, præsumereturue. Nam & hanc irritam fieri, etiam ob instrumenta nouè reperta, indecens, atque absonum est.

per trad.

per trad. Ant. Gabr. Roman. in tr. regul. lib. 6. tit. de clausul. concl. 3. n. 57.

439 Præterea fallaciam consequentis committitis, dum ita argumentamini. Primum actum, ex ignorantia erroreue fecit: Ergo ijsdem quoq; deceptus, secundum, tertium, quartũ, quintum, & sextum actum gesiit. Nihil enim tale argumentum concludit. Cum vt antea vos monui: geminatus actus, tantoq; magis sextuplex, alio semper, quàm actus simplex, censeatur iure *per autoritates, iuraq, ibidẽ adducta.*

440 Cum cogitationes posteriores, semper sint prudẽtiores & saniores. *arg l. vindicari. C. de pœn.*

441 Cum aduersus actum geminatum tantum, tantoq; minus, aduersus actum sextuplum, erroris, ignorantiæue allegationi, locus non sit. *gl. ad cauere gentium. ext. de re iudic. & ad c. vlt. de elect. lib. 6. Tiber. Decian. cons. 2. n. 159. vol. 1. & cons. 35. n. 35. vol. 2. vbi Br. Castr. & Socin. autoritates in id adducit.*

442 Sed nec assertionem vestram, rectè confirmare sciuistis. Fulcitis enim eam doctrina Bartoli ad l. penult. n. 7. ff. de condict. Cum tamen Bartolus, nihil ibi habeat, quàm id, quod si vir percusit optimè (vt Bartoli verbis vtar) vxorem, quæ nolebat consentire, cuidam instrumento: hæc mulier postea consentiens, ex interuallo, hoc metu feciſſe videatur. *Quod etiam scripsit Affl. decis. Neap. 246. & ibi Ioh. Ang. Pisanell. & Prosp. Caran. in addit. Pece. in tr. de testam. coniug lib. 1. 2. q. n. 3. Mozz. in tr. de contract. Rubr. subſtant. matrim. n. 10.*

Sed quid hoc ad rem, cum Actor, & Reus, tales non sint, inter quos metum reuerentialem statuere possimus, cum nulla hic interceſserit percusio, non item agatur de metu comprobando: non deniq; vlla à Bartolo geminationis actus, ibi fiat mentio?

443 Quid? quod is ipse metus, quem maritus vxori, verberibus etiam intulerat, per cohabitationem liberam, & spontaneam vxoris, per annum & dimidium, aut per breuius etiam tempus, iudicis arbitrio diffiniendum, absorbeatur, aboleaturq; planè. *Vt est textus ad literam. in c. ad id. & ibi Ioh. Andr. Præpos. Innoc. Host. Panorm. n. 4. & DD. ext. de ſponſal. Gaul. obſ. 93. n. 31. lib. 2.*

Esto itaq, doctrinam Bartoli, vndiq; cum casu nostro conuenire, illiq; adaptari posse dicamus: nihil tamen proficietis, Consulentes, cum octo mensibus, vltimus actus confirmatorius, priori sit posterior: proindeq; ex tam diuturno temporis interuallo, etiam secundum Bartoli doctrinam, error, & ignorantia omnis euaneſcat, inq; fumum abeat.

Sileam rursus, nec Bartolo, nec Pinelo, quos adduxiſtis, de actu sexies, etiam per transactionem geminam, iterato, qualiter in præsentia res ſese habet, quicquam vnquam in mentem veniſſe.

444 Cum tamen longè sit certiſsimum, etiam tertio tantum repetitum actum, maioris adhuc, quàm duplicem, esse vis, atq; efficaciæ. *Dec. conſ 504. n. 9. Crau. conſ. 54. n. 7. Card. Paris. conſ. 3. n. 91. vol. 4. Rol. à Valle. conſ. 100. n. 65. vol. 4. Tib. Dec. conſ. 1. n. 204. vol. 1. & conſ. 42. n. 30. eod. vol.*

Eiusdem quoq; precij illud est, quod vltrius in ſistitis, vtq; malesanam vestram assertionem tueamini, contenditis: plures quoq; esse, qui nolint, effectum tollendi remedij l. 2. C. de resc. vend. consensui geminato, tribuendum esse: nam Compilator vester, ad instar Pharmacopolarum, qui iam decoxerãt, quiq; vt in prouerbio est, quid pro quo Pharmacis immiſcent, vndiq; corrasit autoritates, saltem vt numerum augeret, licet plærasq; huc nihil facerent. 445

Sic Ruin. in conſ. 170. n. 29. vol. 1. de consensu geminato, verbum nullum habet.

Sic Decius, id quod vultis conſ. 60. in fine, non docuit. Potius enim negat, in facto, de quo is consulebatur, geminum consensum intercesſisse, quam quod vim, & potestatem, consensui geminato adimeret, delumbandi remedium l. 2. C. de resc. vend.

Sic *Romanus in conſ. 54. n. 3. & 4. Card. Paris.* 446
conſ. 100. n. 69. vol. 1. de minore agunt, qui dum minor esset contraxit, & maior factus, quod contraxerat, ratum habuit. Huicq; ratificationem, non obesse, quo minus ex l. 2. C. de resc. vend. agat, decidunt. Quod & ipsi fatemur, *tradũq; præterea Crau. conſ. 160. n. 6. Anton. Gab. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vend. concl. 1. n. 124.*

Sic de marito, & vxore, *tractat Boër. deciſ. Burdegalenſi 100. n. 19.*

Sic sibijpsi contrarius est *Anton. Gab. Roman. in tr. regular. lib. 3. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 40. n. 114. n. 123. & 124.*

Sic vix coniectura assequi poteris, quid velit *Fabian. de Monte. in loco à Conſulentibus adducto, in tr. ſoluet de emt. & vend. q. 8. n. 13.*

Sic *Pinelus* magis assipulatur geminato consensui, quàm vt ei aduersus sit, si rectè cum intuitus fueris Compilator. *ad d. l. 2. p. 1. c. 4. n. 32.* ibi enim hanc controuersiam tractat, non autem n. 36. veluti tu Compilator *ex Fach. controu. iur. lib. 2. c. 21. vbi fol. 251. lit. D.* perperam transscripsiſti. Quid quod ipse amicissimus vester, Dominus & Collega *Corbmannus d. ſuo conſil. 130. n. 272. vol. 1 ipſe atteſtetur, hanc magis com-* ** *munem esse.*

Quid? quod plures facilè colligere possemus autoritates eorum, qui præter iam recensitos, etiam has partes tueantur. Sic namque in indiuiduo, & sine ambagibus vllis, fatetur hoc *Aym. Crau. conſ. 54. n. 7. & rursus conſ. 886. n. 11. verſ. ſecundò Rub. Alexandrin. conſ. 133. col. 3. & conſ. 167. col. 5.*

Quid? quod nemini omnium Doctorum, quos adduxiſtis, Consulentes, ne per somniũ quidem apparuit quicquam, de actu sexies iterato.

Conclu-

Concludamus itaq; nauci esse, cui tantopere incumbitis, ratiocinationem.

447 Neq; verò iuuat vos, quod aitis: in omni semper venditione, triplicem consensum interuenire, veluti in conuentione, in numeratione precij, & in rei traditione: nam de tali consensu nos non agimus. Quippè qui pro vnico meritò habeatur, & quo non, tam tempore conuentionis, quàm numerationis precij, & traditionis rei, existente, perfecta, semel venditio dici nequit, vtpotè quæ traditione demum absoluitur. *l. cum manu fata. §. vlt ff. de contrab. emt. Affl. decis. 338. per tot. Tr aq. de vt retr. p. 1. §. 1. gl. 2. n. 36. & p. 2. §. 2. gl. 1. n. 8. Mor. z. in tr. de contract. Rubr. de natur. emt. & vend. n. 9. cum seqq.*

Vlterius, aliud adhuc absurdum, quo se præexant, excogitant Consulentes: scilicet, nullum posthac superfuturum remedij l. 2. C. de resc. vend. vsum, siquidem idipsum nobis auferat, consensus geminatio. Cum hodiè, nullibi ferè bona immobilia, parata emantur pecunia.

448 Nam primum nego, nunquam nunc, nisi annui, bimi, trimi diei solutione, immobilia emi. *Et testem cito experientiam.*

Labuntur itaq; rursus Consulentes, in fallaciam non causæ, vt causæ, Cum ea, in quibus sua exædificant, vera esse, demonstrare nullo modo queant.

449 Quid? quod in consequentis fallaciam, dupliciter Consulentes, ita ratiocinantes incidant: Cum non sequatur primò: remedium l. 2. C. de resc. vend. cessat, ob consensum geminatum, in emtione & venditione: Ergò totaliter cessat. Cum reliqui adhuc sint, omnes alij bonæ fidei contractus, in quibus non minus, ac in emtione, & venditione, locum sibi dispositio l. 2. C. de resc. vend. vendicat. *Br. ad d. l. 2. n. 4. ubi Bl. n. 20. Sulyc. n. 8. Castr. n. 14.*

* *Pinel. p. 2. c. 3. n. 1. vbi hanc omnes sequi in testu est Iacob. Gourr. mihi fol. 116. in edit. Francof. paru. Padill. n. 13. & DD. C. de resc. vend. Matth. de Affl. ad c. 1. in pr. n. 48. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Euer. in topic. an loc. à ratione leg. Larg. ad extens. ipsius leg. sub n. 78. Mor. z. in tr. de contract. Rubr. quom. annull. emt. & vend. n. 18. Anton. Galeat. Maluas. conf. 126. n. 8. vol. 1. Guid. Pancirol. conf 8. n. 23. vol. 1.*

450 Sic quoq; secundò non sequitur: consensus geminatus, in omni emtione, & venditione, cuius precij solutio in diem differtur, interuenit, ob varios terminos solutioni dictos.

Ergò nullus amplius, remedij l. 2. C. de resc. vend. vsus erit.

Cum adhuc, nisi aliud obstet, venditori vel emtori, ad beneficij huius vsum, intra terminum solutionis primum, & secundum, qui vt plurimùm, anno circumscribitur, patebat accessus.

Quod si omninò vera esset, Consulentium ratiocinatio, non tamen propterea, vis ista consueta, geminationi, deneganda foret.

Nam & constare potest Respublica, absq; 451 vsu. l. 2. C. de resc. vend.

Sic namq; florebat magis res Romana, 452 ante legem hanc latam, quam postea. Traiani namq; temporibus, qui tamen hanc legem, vtpote, quæ sub Diocletiano primùm, hanc lucem vidit, qui tamen 189. annis, Traiano posterior est, *ex supputatione Leandri, in descriptione Italiæ in Latio mihi fol. 191. & 192.*

Nesciebat, Respub. Romana potissimùm 453 floruit, *Bodino teste in tr. de Repub. lib. 1. c. 9. n. 60.*

Sic, etsi Beticæ populi, Hispalim accolen- 454 tes, nullum posthac, l. huius 2. C. de resc. vend. inter suos vsum fore, decreuissent: *teste Padilla ad l. 2. n. 6. 8. C. de resc. vend.*

Non tamen propterea minus sese habent. 455 Quinimò prouerbium vulgò iactatur: quem Dvs amat, huic domum, & victum Hispali largitur. *Luc. Marineus Siculus de reb. Hispan. lib. 19. sub Rubr. Hispalis, & Cordubæ descriptiones.*

Conticescant itaq; posthac, horrida vestra ex absurdi, non absurdi commemoratione, composita argumenta.

Deniq; contenditis hîc, consensum sæpè præstitum nihil operari, præterquam præsumtionem deliberationis maioris: quæ attamen tollatur per læsionis insignis comprobationem.

Sed petitis principium. Cum superius iam euicerimus, non solùm præsumtionem hanc, verùm etiam totalem remedij huius l. 2. C. de resc. vendit. peremtionem, consensui geminato, vel sæpius præstito, à communi * interpretum schola attribui.

Quare non est, vt iteratò vos resutemus. 457 Cum in ore sit omnium vitiosas esse argumentationes, quibus Principij petitio inest. *Martin. Coler. in tr. de Iur. lib. 1. c. 2. n. 43.*

Postremò aduertite quæso Iudices, hoc in loco, ad summam Consulentium inconstantiam, & lubricitatem. Nam sub refutatione putatiua, primi nostri fundamenti §. wie dann auch &c. Sicuti quoq; inferius, vbi refutationem, 17. nostri fundamenti moliuntur, mordicus tuentur: competere adhuc, etiam aduersus transactionem l. 2. C. de resc. vend. remedium: hic verò. §. auff die siebende/ &c. hoc remedium imbecillius esse, quàm vt transactionem vincere possit suapte sponte profitentur.

Hoc itaq; cum ita sit, videant alij, an non 458 hisce quoq; Consulentibus adaptari possit id, quod alibi legitur, Contrarietatem in Doctore, nequitiam quandam, maximè si ea in responsis eius, vbi affectio ad causam, precium item, & corruptiones plurimùm valent, deprehendatur, arguere. *attestante idipsum Anton. Mar. Corat. in tr. de communi opin. tit. 5. n. 70.*

Quæ-

459 Quæ, quo crebrior est, eò magis reprehensionem commeretur. *Aur. Maria. Corat. d. lit. s. n. 71.*

Atq; hæc, assertioni quoq; SEPTIMI nostri fundamenti sufficere omninò existimo.

Quapropter, progredior nunc ad ea, quæ OCTAVO nostro fundamento obijciebantur.

460 Argumentum nostrum tale erat, quod hîc conticescat planè l. 2. C. de resc. vendit. remedium, propterea, quod tot nobiles, probatæq; personæ, amicorum, & mediatorum, tempore initæ compositionis, hîc interuenerant. Nam hoc cum ita sit, tantum abest, vt is, qui læsum se esse, etiam vltra iusti dimidium conqueritur, audiri debeat, vt potius improbitatem suam, eo ipso, detegat. *Vti in individuo in scripta immissere Thom. Grammat. decis. 66. nu. 65. Iacob. Mandell. conf. 11. n. 22. vol. 1. & ipse Cothman. conf. 30. n. 285.*

Obijciunt nobis Consulentes, aliud statuisse *Cephalum. conf. 208. n. 9. & conf. 210. n. 83. item Boër. decis. 100. n. 9.*

Sed & hoc in loco falluntur, & falluntur Consulentes. Nam si Cephali consilium 208. integrum perlegeris, non inuenies attamen syllabam, quæ de interuentione amicorum, quicquam indicet.

461 Et quamuis Cephalus d. cons. 210. n. 83. mentionem præsentiæ, amicorum faciat, quod non negamus: eius tamen decisio, à nostro casu, tam est remota, vt quàm remotissima. Ibi enim ad dolum accesserat metus: erat item femina, quæ læsam se esse conquerebatur, & tantoperè erat læsa, vt de 25. partibus, veri valoris rei, ne vnicam quidem perceperat, & si qua fuit alia, ingentissimum discrimen, inter nostrum, & Cephali casum constituentia.

462 Sic Boërius quoq;, d. decis. 100. n. 9. in ijsdem terminis, vbi præter læsionem immoderatam, metus interuenerat loquitur. Ideoq; huc referri non debet, sed stat adhuc inconcussa, illa traditio: in nullo contractuum, qui per amicos, qui integritatis, & existimationis alicuius, apud bonos sunt, conciliantur, allegationem læsionis, vltra dimidium iusti, admitti.

At instant Consulentes (se contrarios sibi ipsis rursus fieri, non animaduertentes) ad minimum attamen aduersus hanc, ex amicorum præsentia resultantem præsumtionem, probationi contrariæ, concedendù esse.

Nam si ab initio hæc præsumtio cessat, Compilator, ob enormissimam læsionem, vt ipse tu modò volebas, quorsum pertinet probatio hæc: aut si probatio admittenda est, non itaq; læsio enormissima, præsumtionem hanc, vt tu vis tollit, sed falla sunt, quæ nuperrimè asseuerabas.

Sed & hanc tuam nouam doctrinam, de admittenda contraria probatione, quo fulcias non habes. Nam quod Panthaleon. de Crema ad d. l. 2. n. 108. & 110. adducis, abuteris ea.

Nam n. 100. Panthaleon de Crema, nihil huc pertinens habet. Numero 108. verò, ipsum de veritate huius decisionis dubitare, conspicati, si debita solertia vsus fuisses, potuisses. An non enim ait Cremensis: quod si esset verum, esset notabile.

In confirmando itaq; hoc theoremate, ab allegatione Cremensis, ni iudicibus fucum facere, cordi tibi fuisset, totum te abstinere, te decuisset.

Sic Ruinus quoq;, in cons. 89. vol. 1. no- 464
uendecim tantum numeros, in editione Venetiana anni 1579. habet, cum tamen tu, eum hoc, n. 24. & 25. scribere, annotes, nec quicquam ad læsionem immodicam pertinens, ibidem tractat. Vti bene vidisses, Compilator, nisi hasce autoritates, libris non vilis, *ex Cephalo. d. conf. 210. nu. 83.* transscribere maluisses.

Sic idem *Ruinus, conf. 140 n. 10.* de muliere, immodicè ob metum læsa, agit. Quæ omnia cum nostro casu commune nihil habent.

Sic quoq; *Pinelus ad d. l. 2. p. 2. c. 2. n. 22. C. de resc. vend.* de probatione læsionis, aduersus interuentum amicorum, nihil habet: sed illud tantum dicit, ex eo, quod pro altero, ex contrahentibus, consanguinei interuenerint, parti læsæ quærelam ex l. 2. C. de resc. vend. non adimi. Cui tamen hæc in parte maior pars Interpretum refragatur. *Veluti ex Grammat. Alban. & Cothm. iam edocuimus.*

Et præterea hîc (veluti Pinelus loquitur) non solùm pro altero contrahentium interuenerant, consanguinei: sed eligente nostro Actore, certi constituebantur Iudices, qui multis inter partes habitis tractatibus demum, accedente matura deliberatione partium, spontaneoq; earundem assensu, certam contractus formulam, compofuerunt. Id quod longè maius est.

Sic deniq; *Gonzez. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 23. ad fin.* de interuentu amicorum, nihil planè habet. Vt me incertum relinquat, Compilator vester, Consulentes, an impudentia, an verò oscitantia, maior in illo sit.

Sed & ridiculum est, quod à probatione 467
metus, ad probationem læsionis vltra dimidium, argumentari vultis.

Cum longè maior sit ratio in metu, quàm in læsione. Quippè metus semper facti atrocitatem comunctam habet, indeq; maiori odio dignus est. *l. metum. C. de his, quæ vi met. cauſ. fiunt. fac. trad. Cardin. Paris. conf. 51. n. 63. vol. 4. Monter. à Cueua, in Resp. pro amit. vxor. quod extat post decis. Regn. Arrag. cauil. decis. 45. p. 1. n. 52.*

Cum in læsione, etiam vltra iusti dimidium, atrocitatis nihil insit. d. l. 2. C. de resc. vend.

468 Et quomodo à probatione metus, ad probationem læsionis vltra iusti dimidium, reè argumentaremur, cum hæc tantoperè ab inuicem separata sint, vt probata læsione, etiam vltra iusti dimidium, minimè tamen ob id, probatus simul sit metus. *tradente in individuo d. Monter. & Cuenas. d. decis. Aragon. cuid. 45. n. 3.*

469 Non dicam nunc id, quod omnes, me non admonente, animaduertere possunt, nullam *in d. l. vlt. in pr. ff. de eo quod met. caus.* interuentionis amicorum, mentionem fieri. Ideoq; ob hoc solum, perperam à vobis, præter antea recensita, hanc adductam fuisse, Consulentes.

470 Et vt paucis rem expediam, non quoque suppetias vobis fert *l. etiamsi patre. ff. de minorib.* Nam primum, ibi solus pater, in contractu, quo captus fuerat minor, autor fuerat. Hic vero plures interuenerant amici, & mediatores.

Certum autem est, quod facilius longè, captiones, à pluribus, anteuerti possint, quàm ab vno solo. *c. vlt. distinct. 20. Dominic. de S. Gemin. ad c. per hoc. §. verum. in pr. per ill. text. de hæret. lib. 6. Abb. ad c. prudentiam. notab. 3. in fin. ext. de offic. delegat. Tuber. Dec. cons. 8. n. 145. vol. 1.*

471 Deindè minor erat, qui per contractum, patre autore initum, lædebatur: nobis verò, de contractu maiorum res est. Certò autem illud constat, quod alio iure censeatur minor, alio verò maior. Cum ille, muliere adhuc sit fauorabilior. *l. 1. C. si min. se maior. dixerit l. si apud. ff. de minorib. l. vlt. C. de iur. & fact. ignorant. tunc. l. non omnis. ff. de minorib.*

Sic *l. etiamsi patre. ff. de minor.* non dicit ipsum minorem, aduersus contractum, patre autore initum, ceterum sibi damnosum, restitutionem in integrum postulare posse: sed tutorem eius, qui ei postea dabatur. *d. l. etiamsi patre in pr. ff. de minorib.*

Sin itaq; Actor vester, Consulentes, textus huius dispositione, iuuare sese vult, primum tutores sibi dari petat, & deindè, quid possit, per eos, in iure experiatur.

Sic de restitutione in integrum loquitur. *d. l. etiamsi patre in pr. ff. de minorib. nobis verò res est, d. l. 2. C. de resc. vend.* illoq; quod inde prodit beneficio.

472 Sed & certum rursus est, quod argumentari velle, à restitutione in integrum, ad remedium l. 2. C. de resc. vend. irriti sit conatus. Cum restitutio hoc, longè sit pinguior. *tradente in individuo Abbat. ad c. cum dilecti. n. 5. ext. de emt. & vend. Panthal. Cremens. ad d. l. 2. n. 55. C. de resc. vendit. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 3. n. 12. vers. tertio hinc deducitur.*

473 Cum item restitutio, facilius longè indulgeatur, quàm locus remedio l. 2. C. de resc. vend. fiat. Ita namq; videmus, quod restitutio in integrum, etiam scienti, verum rei valorem, concedatur. *tradente in individuo Sfort. Odd. in tr. de rest. in integ. q. 17. sub n. 113.*

Cum tamen illijpsis, vsus remedij l. 2. C. de resc. vend. planè denegatus sit. *Sfort. Odd. d. n. 113. & superius vidimus.*

Sic deniq; faciliores longè, probationes, 474 ad reportandam victoriam, in restitutione, in integrum, quàm in l. 2. C. de resc. vend. admittuntur. *Abb. ad d. c. cum dilecti. n. 5. ext. de emt. & vend. Cremens. ad d. l. 2. n. 55. Cyle resc. vend. Couarr. d. vers. 3. Sfort. Odd. d. tr. de rest. in integr. q. 17. n. 112.*

Quare quæ à tam diuersis, atq; separatissimis bona consui possit collectio, ipsimet iudicate Consulentes.

Nos interim contenti erimus eo, quod se- 475 paratorum, separata quoq; sit iuris determinatio: *Ludouic. Schuartzmeier. int. cons. Illustr. Iureconsf. cons. 8. n. 11. vol. 1. Acad. Altorff. int. eadem consilia. cons. 3 1. n. 16. d. vol. 1.*

Quod item Socinus Iunior censuerit: et- 476 iam minori læso, denegandam restitutionem in integrum, siquidem veluti ciuitatis statutum requirebat, contractui eius, cognati & propinqui affuissent. *Ita in individuo decidit Socin. Iun. cons. 63. n. 31. Vol. 2. per d. transactionem C. de transact.*

At aitis, ipsi tamen, qui hîc interuenerant amici, atq; mediatores, non minus ac ipse Actor, rerum valorem ignorabant. Momenti itaq; alicuius præsentia eorum non est.

Verùm ego hæc quidem omnia à vobis 477 dici, minimè autem probari, iam dudum perspexi. Vnde meritò hic quoq; audietis illud, paria esse, non esse, & non apparere *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. Franc. Becc. cons. 52. n. 111. Ioh. Petr. Surd. cons. 377. n. 23. vol. 3.*

Sed & Reus, iam antea paratum se esse probare ostendit, quod certam bonorum horum descriptionem, Actor, sibi coram Mediatoribus hisce, obtulerit.

Et præterea abutimini quoq; Cothmanni autoritate. Non enim id, quod vos vultis, dicit, sed hoc tantum scribit: Quæ sanè decidendi ratio (quod ob amicorum interuentum l. 2. C. de resc. vend. cesset) non parum me mouet, cum amici illi, quorum autoritate transactio facta est, Capitulares & Canonici fuerint, atq; ita bonorum, ad præbendam pertinentium rationem, sibi certò compertam habuerint, & præsertim præpositus, qui præbendam Actori contulit, ac totius negocij, & transactionis, director fuit. Tantum Cothmannus.

Ecce itaq; Compilator, Cothmannus non dicit, quod amici transactioni interuenientes, rerum qualitatem valoremq; scire debeant, in id, vt remedium l. 2. C. de resc. vend. finiatur: sed quia idipsum, in casu, quem præmanibus habebat Cothmannus, forte fortuna ita euenerat, se tantò magis, propterea ad ita sentiendum, commoueri, attestatur.

Quid? quod generalitas *l. transactionem. C.* 478 *de transaction.* istiusmodi restrictionem non ferat, aut

rat, aut patiatur: dum inter amicos, rerum de quibus transigebatur valorem scientes, & nescientes, non discriminatur. Nec enim restrictio dispositionis generalis permittenda, vbi nulla eam suadet, vel lex, vel ratio. *l. 2. ff. de off. assessor. l. quamuis. ff. de in ius voc. l. quæsitum sic. ff. de testib. c. cum in cunctis. §. at si clerici. ext. de elect. iunct. c. si compromissarius. eod. tit. lib. 6.*

479 Quid? quod Cothmannus, etiamsi ea, in quorum confirmationem Consulentes, eum adduxerunt, tradidisset, nihil tamen allegarit, quo opinionem suam stabiliret: quodq; indè præterea, nihil remaneat, quàm quod Doctori etiam excellentissimo, qui doctrinam suam, nec lege, nec autoritate confirmat, fides nulla adhibeatur. *Iaf. ad l. diuortio. sub n. 19. vers. pendera. ff. sol. matr. Hartm. Pisl. q. 30. n. 23. lib. 1. Hipp. Rimin. ad l. si emancipati. n. 129. C. de collat.*

Postremò volupe mihi est, quod ipsimet, Actorem vestrum, in culpa, hoc in loco constituatis. Nam hinc rursus deprehendere potuistis, argumentum vestrum, quo superius à metu, ad lœsionem, reipsa contingentem, concludere annisi eratis, consistere non posse.

480 De metu enim scriptum in iure est, cum frustrà metum allegare, qui ipse metui causam dederat. *Ioh. Franc. Ripa. ad Rubr. n. 20. ff. de dam. inf. Monter. à Cueu. in decis. Regn. Arrag. Cuul. decis. 14. n. 26.*

481 Quare si metus, & lœsio reipsa æquiparata sunt, eodemq; iure vtuntur, vt vos putabatis, deducto argumento ab æquiparatis, quod longè validissimum in iure est. *l. non possunt. ff. de ll. Inst. quod cum eo. qui in al. por. est, gest. est. dic. in pr. Hieron. Butigel. ad l. vnum. n. 6. ff. si cert. pet.*

Patet iam consequentia per se, illum quoque, qui lœsioni ansam præbuit, ferendum non esse, si postea de ea conqueratur: proindeq; Actorem quoq; vestrum, hac actione, atq; querela, meritò carituram.

482 In Nono dehinc fundamento nostro, adduximus illud: quod in computatione lœsionis, vltra iusti dimidium, considerari debeant, non solum pecunia, quæ in consequentiam contractus initi numerabatur, verùm etiam reliqua omnia onera, & incommoda, rei, quæ per contractum transferebatur, incumbentia. Pro vt hoc vno ore, præter antea in id enumeratos, docuerunt. *gl. ad l. quod sæpè. §. vlt. ff. de contrab. emt. Bl. ad l. si vendit. §. vlt. ff. de fer. export. and. Pinel. ad l. 2. c. 4. sub n. 19. vers. pretium. C. de resc. vend. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 18. n. 34. Anton. Gamm. in decis. Lusitan. dec. f. 256. n. 1. Aluar. Valasc. in Consult. Regn. Lusit. decis. 43. n. 5. tomo 1. Surdus cons. 217. n. 32. volum. 2.*

483 Quod verum est, vsq; eò, vt renunciationes tantum, item clausulæ asperiores, contractibus insertæ, atq; appositæ, de precio rei, multum decedere efficiant. *Aluar. Valasc. d. consult. 43. n. 9. tomo primo.*

Sed nec hæc omnia, diffiteri possunt, ipsi Consulentes.

Proindeq;, hoc fundamento subStrato concludebamus deinde, hic non solum 1200. pecuniam, in considerationem venire, sed alia plæraq;, ex quibus precium horum bonorum, imminueretur.

Negant hoc omne Consulentes.

Videamus itaq;, vter nostrùm iustius induerit arma.

Et primò dicebamus, hîc ob personam Actoris, precium bonorum controuersorum, imminui.

Aduersus hoc excipiunt Consulentes, per- 484
sonam venditoris attendendam non esse. Cum ita demum hæc in considerationem veniat, si vendens, vel aliter rem transferens, multo æris alieni onere, obrutus sit: nec facilè inueniat, qui pro eo vadimonium subeat. *Itaq, loqui volunt Iaf. ad l. 1. §. si heres. n. 9. ibi Ripa. n. 26. ff. ad S. C. Trebell. Cremens. ad l. 2. n. 253. C. de resc. vend. Tennin. cautel. 256. n. 14. Burfat. cons. 9. n. 25. lib. 1.*

Verum hæc Consulentium exceptio, pondus nullum habet: sed dum se extra telum iactum versari, omninò persuasum habent, illico confodiuntur. Id enim erat, quod nos volebamus. Omnes enim scimus, etiamnum hodie, immobilia nulla, Actorem vestrum posidere: reditus item eius, anno 1590. cum Transactio hæc inibatur, ad 200. annua non ascendisse. Sed & difficile admodum, ei tum temporis futurum erat, si euictiones fideiussorem, dare debuisset.

Proprio itaq; gladio, iam iugulo vos.

Deindè impugnant quoq; id, quod inde 485
extruebamus, hic precium minuendum esse, propterea, quod bona hæc dissita, per milliaria aliquot, ab illis locis, in quibus tunc temporis degebat Actor, fuerant: quodq; ipsi Actori, rarò ex aula abesse licitum erat, veluti habet, Articulus ipsius positionalis 13. Sed rationes oppugnandi nos, veras non habent. Cum ipsa dicter naturalis ratio, testetur item, experientia quotidiana, nos plærunq; bona remotiora, præsertim hoc sæculo, ob domesticorum furta, rapinas, negligentiam, viliori etiam, quàm par erat, precio, distrahere.

Omninò itaq; consideranda est, hæc rei qualitas. In adagio est: oculus Domini pascit boues, indicans, non nisi, vbi ipse herus præsens esse poterit, rem familiarem rectè administrari. Quo crebrò in sermone nostrates vtuntur. Quoq; rectè ad causarum decisiones, vti possumus. *c. etsi Iudæos. ext. de Iudæis. Abb. ad c. inter corporalia sub n. 19. ext. de translat. Episc. Simon de Proet. cons. 149. n. 16. & cons. 151. n. 88. vol. 1.*

Sed & cum Consulentium opinioni, aduersa sint, communiter accidentia, non est, quod assertionibus eorundem inhæreamus.

486 Regulare enim est, quod id, quod communiter fieri assolet, nunc quoq; ita factum esse, concluditur. *Euer. in topic. in loc. à comm. accid. n. 1. Alex. Turram. in l. nam ad ea m. 7. ff. de ll. Cran. cons. 6. n. 23. cons. 40. n. 2. text. in c. 1. ext. de cleric. non resid. l. quadam. §. nummularios. ff. de edendo.*

487 Et è diuerso, pro illa parte, aduersus quam stant, verisimilitudines, & communiter accidentia, interpretatio facienda non est. *Gozad. consil. 65. n. 7. Achill. Pedroch. in suo consil. sing. de interpr. & resol. contr. n. 595.*

Illud autem quod hic prætereà afferunt Consulentes: bona hæc, pluris æstimanda fuisse, eò, quod Domini Rei, prædijs reliquis, vicina admodum sint, precij nullius est.

488 Nam etsi bona hæc, feudis Domini Rei, aliquibus affinia esse, non negemus: retortione attamen hîc rectè vtimur. Nam cum hoc ita sit, iam non facilè alium emturem, reperire poterant. Quis enim pecuniam suam, in emtionem bonorum, quæ solus non possidet, sed quæ alij secum communia forent, vndeq; indies nouæ, iurgia & diffidia, inter se, & vicinum, haud abs re extimescere t, facilè si sapit, conuerteret? *per trad. Corb. consil. 23. n. 40. & consil. 38. n. 105. cum seqq. vol. 1. fac. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de legat. 2. l. in re communi. ff. de seruit. vrban. prad.*

489 Sed & consequentis fallacia, in hac allegatione inest. Non enim bona est collectio: fundus alijs Titij, fundis vicinus est: Ergò carius eum emere debet. Cum facilius longè, vicino etiam fundo careamus, quàm vt eum precio cariori adipiscamur, quam communiter acquiri potuisset: rarissimè verò vicinitatis causa, precio communi aliquid addi soleat. Cum interim ad ea, quæ rarissimè euenire contingit, legitimas sanctiones adaptare velle, insolitum quid, & absonum sit. *d. l. nam ad ea, & ibi Alex. Turram. nu. 1. & seqq. ff. de ll. Neguzant. in tr. de pignor. in 4. memb. 2. p. p. nu. 146. & 6. p. p. n. 2. Lup. ad c. per vestras. notab. 6. §. 11. n. 2. ext. de donat. int. vir. & vxor. Reub. in tr. de testib. p. 2. n. 26. Knich. Ad priuil. Saxon. mihi fol. 59.*

Pnngunt nos vlterius Consulentes, quasi perperam Ripam, & Tenninum adduxerimus. Cum tamen hi, amplius in locis à nobis adductis, nil habeant (vt Consulentes volunt) quàm quod bona propè Rhodanum, aut propè montes, qui ignem expuunt, veluti Ætna, aut Veseuus, sunt sita, tanto precio, cum inundationi aquarum, conflagrationiq́ue sint obnoxia, quàm bona, eiusdem qualitatis alibi sita, æstimari nequeant.

490 Sed iniurioſi nobis sunt Consulentes, aq; suo Compilatore seducti. Cum in genere doceant nos, Ripa & Tenninus, loci qualitatem, vbi res sita est, omninò, vt rectè precij constitutio fiat, inspiciendam. *Ripa ad d. l. 1. §. si heres. n. 28. ff. ad S.C. Trebell. Laurent. Tenn. Rodolph. in tr. cautel. cant. 236. nu. 16. Aduncq; præterea Pinel. ad d. l. 2. p. 3. cap. 4. nu. 22. C. de testimend. Aluar. Valasc. in Consult. Regn. Lusitan. Consult. 43. n. 3. tomo. 1.*

Quare haud infrugiferè autoritates Ripæ, & Tennini induximus.

Sita enim hæc bona sunt, ad fines Polo- 491
niæ, vbi omnia hostium incursioni, vtpote in locis planis. ad Viadrum vsque, facilè patent: & ex quibus locis, Marchia nostra Brandeburgensis, tempore Vladislai Loctici; Hungaris, & Lituanis, eam miserè deuastantibus, haud leue damnum perpessa est. *Chronicon Curæi. p. 1. sub descripto ne Iohannis Primi, Regis Boëmiæ. Cromer. in descript. Poloniæ lib. 11. mihi fol. 196. col. 2.*

Haud immeritò itaq;, leuius eorum precium, constituendum fuit.

Nec obstant, quæ de Rhodano, & montibus Chasmati subiectis, afferunt Ripa, & Tenninus: nam quilibet, primo etiam intuitu perspicit, hæc exempli gratia, tantummodo abillis adduci. Quæ exempla regu- 492
lam non attringere, longè est certissimum. *l. regula. §. vlt. ff. de iur. & fact. ignor. Roncheg. ad l. 3. §. vlt. duo. n. 3. ff. de duob. reis. Molin. ad l. 2. in pr. n. 64. ff. de verbor. obligat. Borcholt. in tr. feud. c. 8. nu. 23. Tiraq. ad l. si vnquam in v. liberis. n. 37. C. de reuoc. donat. Cæs. Contard. ad l. diffamari 4. 2. n. 5. C. de ingen. manum.*

Ceterum hoc mihi persuaderi à Consulentibus nunquam sinam, quod in hac tractatione, in consideratione non veniat, cælibatus Actoris, in quo tempore transactionis initæ viuebat: quodq; nullam vnquam procreasset, etiamsi ad quinquaginta annos, prope iam accederet, sobolem.

Nam cum hoc iure, quotidiè vtamur, quo 493
portio feudi noui sine liberis masculis decedentis, ad simultaneè inuestitum etiam extraneum deuoluitur, *prouoco ad mores regionis nostræ vsitatissimos.* Præterquam, quod id quoque in literis gratiæ, & inuestituræ, Actoris, & Rei, expressum est.

Irrationabile planè est dicere, eiusmodi 494
rei qualitatem, posthabendam esse. Is enim, qui hodiè 1200. accipit, paulò post moriens, ne obuli quidem, accipiendi spem, ad posteros non masculos, ex corpore suo non procreatos, ad bona feudalia, quod attinet, transmitteret. Benignè itaque secum actum esse, omninò statuat, & à querela omni læsionis nomine instituenda, supersedeat, cui tam felix sors obtingit. Non enim precio, vel precibus acquiri solent, aut debent, quæ gratis adipisci possumus. *arg. l. lecti corpus. ff. si seruit. vendic. fac. not. ad l. 2. ff. ibi edend.*

Nec

495 Nec obstat, quod tamen nunc quatuor liberi masculi, Actori nati sint. Nam vt rationes, in computanda læsione, rectè subducamus (vt sæpius monuimus) ad ipsum momentum, quo perficiebatur contractus, cui nunc læsio inesse asseritur, recurrendum est. Totum verò tempus, quod contractum sequitur, omniaq;, quæ in eo eueniunt, insuper habentur, *l. si voluntate. C. de rese. vend. Paulll. ad d. l. 2. n. 70. C. aod. tit.*

496 Sed & futurum omne despici, præsentiaq; fructum suadere solent. *gl. ad l. cum hi. in pr. per ill. text. ff. de transact. Ias. ad l. naturaliter. § nihil commune. n. 103. ff. de acquir. poss. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 4. nu. 130.*

Vnde rectè concludemus, Actorem vestrum, Consulentium, de posteris, tempore transactionis, parum solicitum fuisse: lucriq; loco duxisse, tota illa 1200. quæ ei tum temporis numerabantur.

Sic quoq; nobis, negocium non facesit, vlterior Consulentium obiectio, quod & Dominus Reus, eiusq; tres filij, morti fuerint obnoxij, quod item incertum fuerit, Vter inter actorem, Reumq;, & filios eius, prius mortem obiret.

497 Nam omnibus constitutum esse semel mori, potiśimum ex sacris, deinde quoq; ex prophanis autoribus, addiścimus, & *patet ex l. 1. ff. de condit. & demonstrat. traditq; gl. ad l. nam si cum moriar. ff. de condict. indeb. Intriglioli in tr. subst. cent. 3. q. 64. n. 62.*

498 Detur tamen nobis viciśim, quod secundum naturæ ordinem, citius semper moriatur, naturæq; debitum soluat senex, annos circiter quinquaginta natus, quàm iuuenis, in medio ætatis flore constitutus, & vix, dum ex ephebis egressus. *l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. testam. l. hereditatum. ff. ad l. Falcid. Alc. in tr. præsumt. reg. 1. præs. 43. Luc. de Pen. ad l. 3. præsumt. 98. C. de apoch. publ. lib. 10. Menoch. an tr. de præsumt. lib. 6. præsumt. 47. n. 30.*

499 Hinc iuuenis mors dicitur immatura: senis verò matura. *tradente in individuo Cardin. ad Clement. 1. col. 1. vt lit. pend.*

500 Sed & familiam, quatuor masculis, iuuenibus præsertim tribus, constantem, durabiliorem fore, quàm eam, quæ masculo vnico, eoq; propemodum decrepito, constat, nemo sanus inficiabitur. *arg. liberorum. in fin. ff. de verb. significat.*

Probabilem itaq; spem nullam, se Domino Reo, liberisq; eiusdem, viuaciorem fore, Consulentes, vester fouebat Actor.

At pergitis adhuc, obiectiuncula alia, nos incessere. Dicitis enim, hæc omnia, vel ideo parui facienda esse, quod in libero arbitrio Actoris positum erat, bona hæc sua, cui vellet, absq; assensu Domini Rei, diuendere, pecuniam item inde redactam, in quos vellet vsus conuertere.

Sed hæc vestra Consulentes, digna non 501
est, cui respondeatur. Moribus enim, quibus nos, in Electoratu Brandeburgensi, hoc etiam feudi possessoribus, in præiudicium eorum, qui in casum tantum mortis possessoris feudi, inuestiti sunt, facere, denegatum omninò est. Sed tam feudi possessor, quàm simultaneè inuestitus, ab alienatione omni abstinere: aut inuestiti in casum mortis, vel inuestiti simultaneè, assensum impetrare, necesse planè habent. Sed & assensu inuestiti in casum mortis, vel simultaneè non impetrato, ne hypothecæ quidem rectè supponere, feuda sua possunt.

Id quod vos, iam meminisse velim, ne 502
posthac, tam perfrictè, contra mores Regionis receptissimos, de iure respondearis, & syndicatui, obnoxij fiatis. Id quod Iudices omnes, qui contra receptam consuetudinem, pronunciant, certissimè manet. *Bl. ad l. si quis non dicam rapere. n. 7. C. de Episc. & Cler. Bl. in l. inbemus. n. 2. per ill. text. & ibi Andr. Barbat. in addit. Ias. n. 2. & DD. C. de iudic. Turr. an. com. opin. 96. Roch. de Curt. ad c. vlt. sect. 1. n. 13. ext. de consuet. Schrad. in 11. feud. p. 1. q. 1. n. 10. Capiferr. in tr. de num test. p. 1. c. 2. n. 47.*

Atq; sic in specie: quod in æstimanda læ- 503
sione, respiciendum sit, ad illud, an ius eius, qui nunc lœsum se esse conqueritur, paulò pòst desinere potuisset, autor est grauissimus, *post Alciatum Surdus. d. cons. 217. n. 32. volum. 2.*

Sed pergamus iam ad reliqua. Ibi verò occurrit primò illud: quod fateri tandem cogemini, non 1200. illa solùm, B. vestro, sed & 166. Ioachimicos, grossos; octo, eò, quod pro seruitijs militaribus, für den Roßdienst/ nihil detraxisset Dominus Reus, numeratos esse.

Si enim vasallus, in Electoratu Branden- 504
burgensi, Domino feudi equum alit, huius equi feudi incumbentis nomine, emtor, vel alius, feudum nouè titulo oneroso acquirens, mille Ioachimicos detrahit.

Iam verò de hisce bonis integris, tantum tertia pars equi, domino præstabatur, consequenterq; sexta tantum pars, eiusdem equi, ad B. pertinebat, quæ sexta pars, 166. Ioachimicos, octoq; grossos efficit.

Hi igitur summo iure debebantur Domino Reo. Et vi consequentis, cum hos attamen, benignè quoq; Actori remiserit, atq; sic summa 1366. thalerorum, grossorumq; octo, completa sit: labascit iam totum, quod de 2400. thalerorum summa, Domino Reo, in iudicio oblata, tum ipse Actor, tum verò ipsi Consulentes, attulistis.

Cum ad edocendam lœsionem vltra iusti dimidium, hoc solum respectu, summam, bis mille, septingentos triginta duos, taleros, & sedecim grossos, excedentem, edocere, necesse habeatis. *Vt patet per se.*

550 Nam quod ex Tennino caut.236.n.18. attuliſtis: Scientem rei onera, fruſtrà deinde, horum allegatione, læſionem vltra iuſti dimidium repellere anniti: ineptum planè eſt.

506 Cum, vt videtis, Tenninus, doctrinam ſuam, *ſuper l. 1. in fin. ff. de action. emt. & l. ſi fundum ſciens. C. de euict.* exædificet. Vnde quoq; ſecundum terminos harum legum, doctrina eius explicanda venit. *ex receptiſſima doctrina Iaſon. ad l. admonendi. n. 226. ff. de iureiur. Curt. in tr. fend. in 2. p. 2. p. p. n. 53. Affl. deciſ. 321. n. 16. Toming deciſ. 21. n. 3. Hormannoſt. Dec. ad l. 1. §. hoc autem edictum. n. 22. ff. de nou. op. nunc. Cagnol. ad l. diem functo. n. 21. ff. de off. aſſeſſor.*

Et per conſequens, accommodari hanc, ad noſtrum caſum, non oportet.

507 Loquuntur enim iſtæ leges, de actione ob euictionem, ad duplæ præſtationem, ſiue de actione ad intereſſe. *Vt patet ex earundem inſpectione.*

Cum tamen hîc Dominus Reus, ad intereſſe non agat, nec de lucro captando cogitet: ſed tantum, ne quod damnum inſons incurrat.

508 Sed & limitantur iſtæ leges, vt non procedant, ſiquidem oneribus hiſce, ipſe vti voluerit vendens, vel heredes eius. Hoc enim caſu, ſciuiſſe, onera hæc rei incumbere, poſſeſſori non nocet: ſed & non tantum de precio reſtituendo tunc excipit, verùm etiam de euictione, actio ei datur. *Bl. ad l. cum à matre. n. 7. C. de rei vindicat. Arr. Pinel. ad l. 1. p. 3. n. 79. verſ. ſic eleganter. C. de bon. matern.*

Allegatio itaque, de ſeruitijs, integrè abſque vlla Actoris ſatisfactione præſtitis, contra Actorem, ad contractus reſciſionem, etiamſi ſeruitia hæc, bonis hiſce incumbere, non neſciuiſſet Reus, ipſummet agentem, non denegabitur.

509 Quid? quod *l. ſi fundum. C. de euict.* per *l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat. & fideicom.* omninò correctam, & nunquam, etiam ſcienti, fundum ſeruitutem debere, aut euictioni ſubiacere, hodie, ad precij ſimplicis repetitionem, actionem denegandam eſſe, *cenſuerit Caball. in tr. de euict. §. 5. n. 32.*

510 Quid? quod illa ipſa lex, inſcienter mente rem alienam, tantummodò loquatur. *d. l. qui fundum. C. de euict.*

Cum tamen ea bona, quæ tranſtulit in Reum, Actoris omninò fuêre propria.

511 Non dicam nunc, hanc *l. ſi fundum. C. de euict. & l. 1. in fin. ff. de action. emti*: etiamſi ſcienter amenti rem alienam, actionem de euictione, vel ad intereſſe, dari vetent, non tamen denegare propterea, vſum aliorum remediorum iuris, pro precio, vel melioratione bus competentium, veluti ſunt condictio incerti & ſimiles. *tradente in individuo Garſ. in tr. de expenſ. c. 7. n. 10.*

Maximè verò retentio, & exceptio, hoc 512
caſu deneganda non eſt. *Garſ. d. tr. de expenſ. d. c. 7. n. 10.*

Vera itaq; non ſunt, quæ Tenninus vobiſcum, hac in parte, aſſeuerauerat.

Sed & præter illam ſummam 1366. thalerorum, & 8. groſſorum, 225. thaleros, ſummæ capitalis, & 13. loachimicos, & ſemiſſem, vſuratum nomine, quos aliàs, Actor veſter, Conſulentes, perſoluere debebat, Reus pro eo, S. viduæ, exoluit. Id quod rurſus, numerum eius, quod pro bonis hiſce, Actori dabatur, adauget & obſtat, quo minus, ad læſionem, vltra iuſti dimidium, Actor peruenire valeat.

Nam quod dicitis, hæc 225. ſummæ capitalis, pro ouibus, viduæ S. data eſſe: in eo conuincit vos, ipſum Tranſactionis inſtrumentum, dum expreſsim in eo legitur, hanc quantitatem, viduæ, vt à nonnullis petitionibus deſiſteret, & deinde ratione ouium quarundarum, quas in bonis reliquerit, debiram eſſe: wegen etlicher dabey gelaſſener Schaffe.

Dum itaq; in eo Actor veſter ſe fundat, 513
quot oues fuerint, quidque pro eis datum ſit, vt de reliquo appareat, demonſtrabit. Quemlibet enim de eo, quod fundamentum intentionis ſuæ eſt, Iudicem condocefacere. incerti iuris non eſt. *Maſcard. in tr. de probat. concl. 5. n. 14. Ioh. Petr. Surd. in tr. de alimentis. tit. 6. q. 23. n. 2. per l. optimam. C. de contrab. & comm. ſtipul. l. in illa. ff. de verb. obligat.*

Sed nec illud tantum comprobare Acto- 514
rem oportet, ſed ſimul etiam id, quod hæ oues, ad ſolum Dominum Reum peruenerint. Aliàs enim probatio hæc, nihil concludit. Probatio autem nihil concludens, non ſolùm momenti nullius: *Iacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Piſtor. q. 128. n. 12. Weſenb. conſ. 20. n. 5. verſ. nam probatio.*

Verùm etiam nomine probationis, digna 515
non eſt. *Bl. ad l. matrem in pr. C. de probat. Dec. conſ. 321. n. 3. verſ. & dicit Baldus.*

Quinimò cum hac in parte, Actori aduerſum ſit, ipſum Tranſactionis inſtrumentum, vtpote, quod ſyllabatim complectitur: non ſe mouentia, ſed tantum iura ſua, quæ illi in bonis hiſce competierant, Actorem, in Re- 516
um tranſtuliſſe, ad probationem vllam, aduerſus inſtrumentum publicum faciendam (habet enim inſtrumentum omne, à tribus teſtibus ſubſignatum, publicæ ſcripturæ vim, & efficaciam. *Lanfranc. de Orian. in ſua praxi. c. 9. n. 47. Maſcard. in tr. de probat. q. 6. n. 39. Eman. Soarez. commun. opin. lu. S. nu. 14.*) admitti non poterit.

Standum quippe eſt, in omnibus, eo, quod dicit inſtrumentum publicum. *l. cum precibus. C. de probat. l. cum propria. iunct. vbi gl. ad v. decem.*

venti. & ibi Salyc. in fin. C. si quis alt. vel fil. Sim. de Procr. conf. 49. n. 1. & conf. 95. n. 1. vol. 1.

Quorsum & illud referendum est, quod Dominus Reus passus est, 1200. illa, quæ Actori numerauerat, allodium fieri. Cum attamen ratione simultaneè inuestituræ, Actore nullos liberos, legitimè natos habente, & præterea in cœlebatu existente, ius propemodum quæstum in illis, 1200. habuisset, si feudum hæc permansissent.

Nec obstat, quod nolint Consulentes, Actorem cogi potuisse, vt pecuniam hanc, feudum permanere sineret.

Nam etsi non ignari simus, quid hac de re, in iure communi scriptum extet: aliud tamen ius, nos in Electoratu Brandeburgico sequimur.

517 Nemo enim, qui vnquam in nostro foro versatus est, inficiabitur, quod pecunia redacta ex feudo, nullo etiam alio pacto accedente, feudum natura sui permaneat, quodq; hæc pecunia, masculis non extantibus, non ad cognatos, sed ad simultaneè inuestitos deuoluatur.

Qua de re ad mores Regionis, peruulgatissimos primùm prouoco.

Deinde comprobo illud quoq; simul, ex Transactionis instrumento: ibi enim expressè legitur: conueniisse, inter Actorem, & Dominum Reum, vt hæc 1200. pecunia, iure allodij censeretur: das geldt solle Erbe seyn.

518 Si enim secundum regulas Iuris communis, in hisce terris viueremus, quibus obtinet, quod pecunia redacta ex feudo, feudalis sui natura non sit. *Bl. ad c. vnicum. nu. 6. & ibi Præpos. nu. 2. de feud. non habent. propr. feud. nat. Ias. ad l. si cum seruum. nu. 6. & ibi Alc. nu. 6. ff. si cert. petat. Zas. in tr. feud. p. 12. nu. 23. Herman. Vult. in tr. feud. lib. 1. cap. 5. n. 10. VVesenbec. consil. 79. ante nu. 1. Ernest. Cothm. conf. 29 n. 79.*

519 Frustrà adiecta esset hæc pactio. Id quod dicere, rationis non est. Cum syllabam etiam ociosè, & superfluè, appositam esse, dedeceat. *Bl. in Rubr. q 9. C. de contrab. emt. Marc. Aut. Peregr. conf. 7. n. 3. vol. 1. Anton. Quetta conf. 6. n. 34. vol. 1.*

520 Atque sic in specie, quod etiam multis, retrò iam annis, Scabinatus Saxoniæ reliquæ, pecuniam ex feudo redactam, feudalem esse, pronunciarint, testem se præbet, *VVesenb. in tr. feud. c. 7. n. 9.*

Neque verò iuuat vos, Consulentes, quod hoc beneficium Rei, in Actorem collatum, indè extenuare, & quasi in nihilum redigere, studeatis: quod Actor vicissim Reo, ius simultaneè inuestituræ, quod ei, etiam post transactionem initam, reliquum erat, remiserit. Eò, quod remissione æqualis spei, nemo intelligatur lœdi.

521 Nam vt ipsi conspicari potestis, remissionem hic æqualis spei, factam esse, benè nō dicitur. Ex vna enim parte, solus erat B. cœlebs, annos quinquaginta, vel circiter natus. Quo tempore senium hominis incipit. *Thom. Grammat. decis. 34. nu. 4. Gail. obs. 92. n. 7 lib. 2. vbi id, in Camera receptum esse atteſtatur.* *

Homines item iam ad generandum inepti esse incipiunt. *Menoch. in tr. de præsumt. lib. 6 præsumt. 47. n. 29.* 522

Ex altera parte verò, erat ipse Dominus Reus, filij item ipsius tres, iuuenes, inque primo ætatis flore constituti, omnesque ad multam sobolem procreandam, apti, atque habiles. 523

Quod de quoquam, infra quinquagesimum ætatis annum constituto, præsumitur. *c. 1. c. laudabilem. & c. fraternitatu. ext. de frigid. & malefic. Mascard. in tr. de probat. conclus. 314. 816. & 888. per tot. Menoch. in tr. de præsumt. lib. 1. q. 36. n. 6. Marcell. Cala. in tr. de mod. artic. & prob. §. 2. gl. vnic. n. 285.*

Atq; sic spes K. iam in actu radicata erat: B. verò, vix, & ne vix quidem, in potentia consistebat.

Meritò itaque tela vestra, in vos ipsos retorquemus. Maximè cum habeamus expressam Doctorum decisionem: in valore rei æstimanda, ponderandum esse, an quis remittat ea, quæ venditori grauia fuerant, sententium. *Valasc. in consult. Regn. Lusitan. Consult. 43. n. 10. ver. ergò idem lib. 1. per l. eum qui emit. §. 1. ff. de in diem addict.* 524

Adduximus deindè illud quoque: quod ideò bonorum horum precium, imminuendum sit, quod bona hæc, Actori, & Reo communia fuerant. Quodq; nemo alius emtor, facilè reperiri potuerit, qui hæc, ne in communione stare cogeretur, emeret: Idq; non malè à nobis affirmatum censeo. Cum velint idipsum disertis verbis. *Ripa ad d. l. 1. §. si heredes mei. sub n. 28 ff. ad S. C. Trebell. Laur. Tenzin. Rodulph. in tr. sautel. caut. 236. n. 17. Tiraq. in tr. de pœn. cauf. 23. n. 5. & seqq. Prael. Pap. in form. lib. in cauf. vendit. ad v. cui cohæret. Coras. miscell. lib. 1. c. 20. n. 5. & 6. per l. quod sæpè in fin. ff. de contrab. emtion.* 525

Et quamuis hoc argumentum, inuertere in nos conentur Consulentes, hac ratione: quod ideò pluris acquirere, Dominus Reus hæc bona debuisset, cum nostri interfit, fundos vicinos habere: non dubito attamen, quin bruta meritò censenda sit, hæc Inuersio.

Nam quam rationem, cum bonorum communium acquisitionibus habeat, superius vidimus.

Et dato, quod ratio à Consulentibus adducta, semper & vbiq; procederet (quod non arbitramur) hic tamen nullis potiretur vitibus. Nam etsi vicinum amplius non habeat B. Reus: effectum attamen, nihil adhuc est, quandoquidem duo, vel tres alij nobiles, in ijsdem bonis, suos adhuc possideant census,

rusticos, & reliqua: proindeq; rectè conse-
526 quatur illud: fundum, qui Dominos quatuor, vel quinq; habet, carius non vendi, etiamsi vnus ex hisce vicinis, vicinus esse desierit, remanentibus reliquis tribus, vel quatuor. *arg. § offinitatis. Inst. de nupt. fac. trad. Felin. ad c. cum nuncius. n. 1. ext. de testib. Crott. cons. 38. n. 5. Natta cons. 74. n. 7. & cons. 194. n. 10. Ioh. Petr. Surd. cons. 118. n. 9. cons. 136. n. 37. & cons. 137. n. 12. vol. 1.*

Sic quoq; luridicum illud esse, omninò censeo, quod in priori Responso nostro scripseram, hic plures rem alienatam fuisse, propterea, quod ab omni euictione, liberum esse iusserat, Actorem Reus, Er sol jhme (vt habent transactionum literæ) kein gewehr zubestellen schuldig sein.

Tametsi enim Iasonis autoritate abutentes, astringere idipsum conentur Consulentes, ad eum duntaxat alienatorem, qui multo ære alieno obruebatur, & idcircò fideiussorem euictionis, reperire non poterat: demoliri attamen hac ratione, fundamentum nostrum, frustrà conantur.

527 Nam primò Iason, cuius autoritate nos impugnant, hanc addit dicti sui rationem: quod quilibet libentius emeret carius, à securo venditore, quàm vilius, ab eo, qui securus non est. *Ias. ad d. l. 1. § fi here. n. 13. ff. ad S. C. Trebell.*

Iam verò hæc ratio B. (absit iniuria omnis) applicari quoq; potest. Nulla enim immobilia, tum temporis possidebat: dives item positis in fœnore nummis (vt cum Horatio loquar) non erat. Vnde quoq; securum admodum contrahentem secum, reddere non poterat.

528 Meritò itaq; Iasonis decisio, ad nostrum quoq; thema referetur.

Nam vbicunq; ratio dicti amplior, & generalior, ipso dicto est, tunc ad amplitudinem rationis, dictum quoq; extenditur. *Euer. in rep. in loc. & rat leg. larg. seu ampl. n. 1. Crau. ad Rubr. n. 7. ff. de legat. 1. Pecc. in tr. de testam. coniug. lib. 4. c. 38. n. 3. Hartm. Pistor. q. 35. n. 25. lib. 2. Capiferr. in tr. de num. test. p. 10. c. 10. n. 31. Tiraq. in tr. cess. cauf. p. 1. n. 144.*

529 Deindè, verum quoq; non est, quod hæc traditio, de remissione euictionis, quodq; propterea res minoris, iure acquiratur, ad illum solum casum, quo non soluendo est alienator, sit astringenda: quininò etiam in genere, hæc iuris regula obtineat, quandocunq; acquirens rem, ab alienatore, latisdationem nullam, euictionis causa exegerit. *Pro vt hoc in indiuiduo scriptum reliquerunt Alex. de Imol. ad l. precia rerum. n. 3. ad fin. ff. ad l. Falcid. Ripa ad d. l. 1. § fi here. n. 28. ff. ad S. C. Trebell. Laur. Tenuis. Rodulph. in tr. cautel. d. caut. 236. n. 15. Vall. cons. d. consult. Regn. Lusitan. 43. n. 10. tom. 1. Ioh. Petr. Surd. cons. 451. n. 36. ext. in l. cum qui emit. § melior ff. de in diem addict.*

Id quod hîc maximè obtinebat. Nam cum in præsenti casu, vicini, statim post S. obitum, & longè antè, quam Actori soluerentur sexcenta illa: Actori, Reoq; varias inferrent molestias, atq; hîc pascuorum, ille ligna cædendi iura, possessoribus denegarent: tertius verò hanc, atq; illam seruitutem sibi deberi, assereret: Iam non quælibet 530 satisdatio, satis erat, sed fideiussoria tantum. Vbi enim in limine contractus euictio eminet: ibi fideiussor dandus est. *l. habitationem. § vlt. & ibi Br. Bl. Salyc. & DD. ff. de p. rc. & eorum. res vendit. l. vlt. § 1. ibi Br. Bl. Sal. & DD. ff. de resc. vend. l. si post perfectam. ibi Cyn. Bl. & Salyc. C. de euict. Caballm. in tr. de euiction. § 2. n. 8. Affl. decis. Neapol. 171. Capoll. caut. 134. Horat. Mandos. qui hanc communem effatur in addit. ad Roman. cons. 8. n. 3. in addit. sub lit. G. Seraph. de Seraph. in tr. de iuram. prim. 49. n. 19.*

Qui non solùm de precio restituendo ca- 531 uebit, verùm etiam duplæ præstationis stipulationem, subibit. *Ang. ad d. l. si post perfectam. C. de euict. Roman. cons. 8. n. 3.*

Idq; non solum ratione eius, qui nunc li- 532 tem mouerat, verùm etiam intuitu eorum omnium, qui tempore posthac secuturo, litem fortè exusciturari erant. *l. vlt. § vlt. & ibi DD. ff. de resc. vend. Caball. d. tr. de euict. § 2. nu. 12. Roman. cons. 204. n. Grat. cons. 135. in fin. lib. 2. vbi de communi testem se præbet.*

Sed & euictio in limine contractus, tunc 533 imminere dicitur, si moueatur quæstio, prius, quàm pecunia conuenta, ei cui debetur exoluatur. *Caball. d. tr. de euict. d. § 2. n. 8. Castr. cons. 46. n. 1. vers. tertiò. vol. 1.*

Leuius itaq; longè, B. rem hîc distraxit, quàm factum fuisset, si iure suo vti, Reus voluisset, & de euictione fideiusionem, vrsisset.

Nam etsi regeratis hîc, Consulentes: precium attamen restituere teneri B. quantumuis euictionis præstatio, ei remissa sit: ideoq; magni admodum id, quod remittebatur æstimandum non esse: frugi tamen ratiocinatio vestra non est.

Quippè cum aliàs ad interesse, agere po- 534 tuisset Dominus Reus, etiamsi alienator dixisset, se de euictione obligatum esse nolle. gl. ad l. non dubitatur. & ibi Sichard. n. 4. C. de euict.

Nunc simplici pecuniæ, pro rata rei eui- 535 ctæ, restitutione, contentum eum esse oportet. Quinimò, vt ingenuè dicamus, quod res est, conuenerat hîc inter partes expressè ne in vlla re tenerentur, re euicta B. Atq; sic, ne de precij restitutione quidem. Is enim eius pacti effectus est. *Sichard. ad d. l. non dubitabatur. n. 5. C. de euict.*

Licet Mediatores, vim, & effectum clausularum ignorantes, se id genus pacti, satis expressisse, statuissent, si simpliciter, Actorem à Reo,

Reo, ne de euĩone teneretur, ſtipulatum eſſe, contractui inſeruiſſent.

Magnum itaq; erat, & conſideratione dignum, quod hic Actori, Reus condonarat.

Præterea animaduertendum quoq; eſt, quod vt habet, ipſa Tranſactionis formula, non ipſam rem, ſed tantum ius in re, Actor, Domino Reo ceſſerit.

536 Succedit itaq; illud: quod minoris ſemper ius in re, quàm res ipſa æſtimanda ſit. *l. minus. ff. de reg. Iur. Cagn. ad l. qui actionem n. 11. ff. eod. Cagnol. ad l. 2. n. 200. & ibi Pinel. p. 3. c. 4. n. 37. C. de reſc. vend.*

537 * Sic receptum eſt, quod ob venditionem, vel ſimilem alienationem, partis rei tantum, valor eiuſdem, ſemper imminuatur, atque decreſcat. *l. 1. iunc. ibi gl. C. comm. diuid. l. Mœuius. 9. vlt. ff. famil. herciſc. Br. ad l. vxorem. 5. agri plagam. nu. 3. ff. de legat. 3. Felin. ad c. cum cauſam el. 2. n. 1. verſ. item adde. ext. de teſtib. Pinel. ad d. l. 2. p. 3. c. 4. n. 36. C. de reſc. vendit. Caball. in tr. de eo quod intereſt. n. 114.*

Cum attamen hic, certa tantum bonorum pars, Domino Reo obuenerit. Quandoquidem ipſius L. vidua, principaliores ipſorum bonorum pertinentias, ſed & ipſam nobilium habitationem, dotalitij ſui nomine, etiamnum hodie detineat, atque poſſideat.

538 Et deniq; læſus quis enormiter, dici nunquam meretur, qui læditur quo ad ius quærendum tantum, non autem quo ad ius quæſitum. *l. ſi ſponſus. 5. ſi maritus. & l. vlt. ff. de donat. int. vir. & vxor. Thom. Grammat. deciſ. Neapol. 101. n. 74. verſ. nam enormis. Cran. conſ. 114. n. 13. Cardin. Pariſ. conſ. 26. n. 85. volum. 3.*

Expendant itaq; hoc diligentiſsimè, æqui Iudices. Nam B. in illis bonis, quæ vidua L. dotalitij ſui nomine, in hodiernum vſq; diem tenet, atq; poſsidet, ius quæſitum, nunquam adhuc competierat.

Porrò Decimo noſtro fundamento, ſubſtibunt Conſulentes, Id quod acceptatur.

Quod autem cenſent Actorem, iam confeſtim, ad probationem læſionis enormiſsi-
539 mæ tempore contractus initi iam exiſtentis, conuolare poſſe: in eo grauiter errant, ideoque haud immeritò audiunt, vulgare illud: nimium properas Marcelle. *l. 1. C. de execut. rei iudic.*

Nam niſi prius ab ineptitudine, libellum ſuum vindicauerit Actor: niſi prius oſtendat, aduerſus tranſactionem, candemq; geminam, & ſtipulatione præterea communitam. l. 2. C. de reſcind. vendit. beneficium dari: niſi item prius edocuerit, rei valorem ſcienti, hoc genus beneficij & quidem, aduerſus conſenſum ſexies iteratum, & Principis confirmationem, reſpectu etiam bonorum feudalium porrigi, & ſi qua ſunt alia, quæ hactenus prolixè enumerauimus: intercluſa illi, in perpetuum, ad probandum remanebit via: Dominusq; Reus, optimo iure, victoriam reportabit.

Vincere enim per id, quod ad probandum ius ſuum, Actor, ob exceptiones, ingreſſum litis impedientes, admiſſus non fuit, perindè ſufficit. *Rota deciſ. 7. dere iudic. in nouiſſ. nota an reus & poſſeſſor. Thom. Triuiſ. deciſ. Venet. 25. n. 2. lib. 1.* 540

Proximus nunc ille eſt caſus, vt videamus, quid Conſulentes, vndecimo noſtro fundamento, vitio vertant, quaq; ratione, irruere in illud moliantur.

Illud tale erat: quod quis ob factum, quod ſe ad lucrum, damnumq; peræquè, habere poteſt, læſus malè dicatur, ſiquidem tandem illud factum, damnoſum eſſe facienti, apparere incipiat) *pro vt hoc, præter antea in id recenſitos, ex conſenſu Baldi, Bocr. Salyc. Cuman. Caſtr. Roman. Cur. Senior. Dec. Iaſ. & Tiraq. in indiuiduo ſcriptum reliquit Vincent. Caroct. deciſ. 130. n. 3. Bertacoll. conſil. crimin. 149. nu. 25. vol. 1. Auguſt. Beroius. conſil. 1. nu. 22. lib. 2. Cothman. conſil. 30. n. 284.* 541

Proindeque concludebamus, nec B. quidem veſtrum, læſum eſſe dici mereri. Nam ſi liberos non ſuſcepiſſet, mille, ducenta illa, quæ ei numerata fuerant, titulo lucratiuo illi obueniſſent, eam ob cauſam, quod aliàs ad Dominum K. ceu ſimultanè inueſtitum, bona hæc omnia, ſine reſtitutione omni, etiam teruncij, fuiſſent deuoluta.

Læſum itaq; iam ſe, poſtquam ei, filij quatuor geniti ſunt, iniuſtè conqueritur.

Atque hoc Vndecimvm noſtrum fun- 542
damentum, confirmauimus optimo ſimili: quod videlicet in iiſdem ferè terminis, re- *
ceptam iam habeamus doctrinam interpretum, qua traditur: puellam, fideicommiſſo grauatam, cuius tutor, dum innupta adhuc eſſet, aliquantulum nummorum accipiendo, cum fideicommiſſario transegerat, poſteaquam iam nupſiſſet, liberosq; peperiſſet, atque ita fideicommiſſum finitum eſſet, de læſione vltra iuſti dimidium, ob incertum rei euentum, conqueri non poſſe. *tradente Iacob. de Grocch. int. conſ. Calcanei. conſ. 96. fac. trad. Joh. Petr. Surd. conſ. 451. n. 40. vol. 3.*

Sed & alio adhuc ſimili, illud ipſum fun- 543
damentum, confirmare bene poſſumus. Videmus enim filiam, quæ dotem recipiens, patris viuentis adhuc, ſucceſsioni renunciat, etiamſi eam, vltra iuſti dimidium læſam eſſe, poſtea apparere incipiat, fruſtrà tamen hoc genere remedij, vſuram, propterea quod ſe ab initio, renunciatio ad damnum, & ad lucrum peræquè habere potuerit. Poſsibile enim erat, filiam renunciantem, ante patrem in fata concedere, quo caſu, nihil planè illi, de parentis hereditate, debitum fuiſſet, fieri

item

item poterat, quod parens, qui cum moritur, diues est, ad extremam redigeretur paupertatem, antequam diem suum obiret vltimum. *Ita in indultu decedunt Castr. Capoll. & Ripa in locis adductis per Grammat. d. decis. Neap. 101. n. 74. in pr. Cran. cons. 104. n. 13. per d. l. de fideicommisso. C. de transact. & l. si pater puellæ. C. de inoff. testam.*

Et quamuis Compilator, hæc nostra irrideat, nouum, & inauditũ esse exclamans, quod ex eo, quod filij nati sint, vel non sint precia rerum adaugeantur, vel decrescãt: neget item præfractè, conuentionem inter hasce partes, talem esse, cuius commoditas, & incommoditas ex casu, vt plurimum pependerit: nihil tamen hac ipsa re efficit, quàm quod omnibus se deridendum prostituat, capitisq; vertiginem prodat.

544 Nam quis vsq; adeò, rerum omnium tam ignarus est, qui nescíat, illam duntaxat conditionem: si nupserit: à casu, multa maxima ex parte, dependere. *Inf. ad l. filius qui à patre. n. 5. ff. de lib. & posthum. Mantic. in tr. de conject. vlt. voluntat. lib. 10. tit. 5. n. 3. Menoch. in tr. præsumt. lib. 4. p. 2. præsumt. 183. n. 10. Did. ac. Spino. ad specul. testament. gl. 14. n. 10. in fin.*

545 Quod cum ita sit, patet iam consequentia per se, conditionem illam, si liberos suscepe-rit, à casu multò magis regi, atq; gubernari: proindeq; conuentionis omnis, cui conditio, si liberos habuerit, tacitè, vel expressè ineſt, commoditatem, & incommodum, lucrum, & damnum, à futuro euentu, casuq́ue administrari.

546 Iam verò in omni feudo, de quo duo, si-multaneam inuestitionem, consecuti sunt, naturaliter hæc conditio ineſt, vt si polsidens feudum, liberos, id est, filios non habuerit (hi enim soli, in feudalibus liberorum appellatione veniunt. *Marc. Anton. Peregrin. in tr. de fideicommiss. artic. 32. n. 10. text. in c. 1. §. etsi clientulus. de alienat. feud. paterm.*) prima successio, simultaneè inuestitorum sit. *arg. c. 1. & ibi DD. communiter de fratrib. de nou. benef. inuest. fac. trad. Schrader. in tr. feud. in 2. p. q. p. q. sect. 6. n. 19. & seqq. Knuch. de vestit. pact. c. 1. n. 35.*

547 Id quod nostratium, & Saxonum moribus, potissimum receptum est. *Qua de re adeatur Rosenth. in synops. feud. c. 7. concl. 59. in addit. sub lit. C.*

Vt nunc nihil dicam, prouisum iam esse de eo, in concessionum literis, quas Actor, Reusque nostri impetrarant. Consequatur itaq; necesse est, in dijudicanda commoditate, & incommoditate, ex conuentione aliqua, inter simultaneè inuestitos, de feudi translatione onerosa celebrata, plurimum posse casum, futurumq; cuentum. Extra controuersiam enim positum est, quem lœsum dici non posse, qui pro iure, quod paulò post. eò, quod filios non habebat, nullo dato, vel accepto, amissurus erat, tantam pecuniæ quantitatem, quanta satis erat, acceperat: licet hæc quantitas, nunc, cum filios, susceperit, ideoq; ius eius duraturum sit, fortè minor sit, quàm vt iusti dimidium accedat. Alio enim extrinsecus iam accedente, damnosum esse incipit, quod ab initio lucrum erat. *per trad. Ioh. Petr. Surd. d. cons. 217. n. 32. post Alcyatum, quem allegat.*

Atenim dicitis Consulentes, poterat attamen Actor, Tertio cuidam, cui voluisset, bona hæc diuendere, atq; sic non cessasset ius ipsius, etiamsi sobolem nullam, post se reliquisset: Sed hoc longiùs refutare, vtile non est. Cum superius, secundum mores regionis, quibus absq; assensu simultaneè inuestiti, ne hypothecæ quidem dari, feudum simultaneè inuestitioni obnoxium, tantoq; minus alienari potest, vos falsos esse euicerimus.

Mirandum itaque non est, quod absurda absurdis accumulatis. Cum vno inconue- 550
nienti dato, infinita sequi, longè sit vulgatissimum. *Neuiz. an. in sylu. nupt. lib. 4. n. 50. Lancel. Polit. in tr. subst. pupill. n. 23. Rauter. Budel. in tr. de re nummar. lib. 1. c. 12. n. 26. Dauth. in tr. de testam. n. 38. in apost. in vers. cum autem.*

Vt taceam, etiam hanc pecuniam, à tertio receptam, feudi naturam, vt habent nostratium mores, in simultaneè inuestiti præiudicium, non exuisse. *Qua de re superius latius egimus.*

Sed & simile illud, quod de puella, fideicommissaria, ex Iacobo de Giocch. adduximus, simile dissimile, per Ironiam vocatis.

Verùm ego, neminem sanæ mentis, vobis assensurum putarim. Cum non solùm dissimilitudo nulla, inter hunc, & nostrum casum sit, verum etiam maior adhuc ratio, *in illo*, quàm in nostro casu vigeat.

Ibi enim puella erat, hic verò cum mare, annos quinquaginta nato, contractus inibatur.

Ibi minor erat, & per tutores contrahebat: hic annis maior, per se contraxit.

Ibi de fideicommisso remitrendo agebatur, hîc de feudo. Quæ duo, ijsdem Regulis coërceri, atque moderari, in propatulo est. *Andr. de Iser. ad c. 1. §. hoc quoq; n. 9. ibi Affl. n. 8. de succes. feud. Iser. ad c. 1. §. quid ergo. n. 7. ibi Affl. n. 20. de mutat. de re alien. fac. Iser. ad c. 1. n. 10. de alien. feud. paterm. Affl. in pralud. feud. n. 178. Marc. Anton. Peregr. in tr. de fideicomm. art. 27. n. 4. Dec. cons. 445. n. 33. Rol. à Val. cons. 100. n. 15. vol. 1. Card. Paris. cons. 65. n. 16. vol. 3. Ceph. cons. 133. n. 3. vol. 3.* 551

Ibi an ignorarit, an sciuerit puella vires hereditatis restituendæ, nec ne, non exprimitur: nostrum verò reditus bonorum alienatorum non ignorasse, demonstrauimus antea.

Ibi nulli interuenerant amici, vel mediatores: nulla accesserat Principis confirmatio: præstò non erat consensus sexies iteratus, &

tus, & si quæ sunt alia, & tamen deciditur, puellam, etiamsi nunc enixa esset, liberosq; aliquot peperisset: etiamsi item læsam eam vtra iusti dimidium, certò constet, non audiendam attamen, si propterea ad contractus rescissionem egerit.

Vides mi Compilator, nullam hîc apparere dissimilitudinem, & prætereà adesse in illo casu, rationes vrgentissimas, audiendam esse puellam, de læsione conquerentem, fortissimè persuadentes. Ceterum puellam attamen non audiri, propterea solum, quod commoditas, & discommoditas, huius conuentionis, ab initio, ab incerto euentu pependerat.

552 Aculeatas itaq; tuas Resolutiones tibijpsi habeto: Nos verò culpandi non eramus, qui illum casum, ad nostrum, ob rationem maiorem, retulerimus. Vbi enim fortior adhuc militat ratio, ibi idem ius statuendum esse, iuris quotidiani est. *Borgn. Cauale. decis. Viuiz. 1. n. 12 p. 2. gl. in Clement. 1. ad v. eligatur de elect. Bl. in auth. quæ actiones. n. 4. Castr. n. 8. Iaf. n. 22. C. de sacrof. Eccl. sum simlib. per Andr. Kohl adductis Exerc. lib. 1. Exercit. 5 n. 18 vers. quando autem.*

Nam friget omninò quod dicis, puellam hîc nullo modo euentum fideicommissi euitare potuisse. B. verò tuum, rem in vita sua, tertio diuendendo, ius simultaneè inuestituræ, Domino Reo competens, eludere potuisse. Audiuisti enim iam anteà, omnem alienationis vsum, in fraudem simultaneè inuestiti, inter nostrates interdictum, vetitumq; esse.

Sed & puella hæc, de qua vidimus, alia, quam per viam Transactionis, via, hereditatis fideicommissariæ restitutionem, effugere poterat, si scilicet nupsisset, liberosq; peperisset. 553 Quoniam ab ascendente fideicommisso grauata erat. Conditio enim, si sine liberis decesserit, omnibus fideicomissis, quo descendentes onerantur, inest. *Gail. obs. 121 n. 10. lib. 2. Anton. Gabr. Roman. in tr. Regul. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 1. n. Graff. communem dicens, recept. sent. 6 fideicommissum. q. 21. n. 2. Sfort. Odd. in tr. de subst. p. 4. q. 1 art. 4. n. 2 limit. 1. Burfat. cons. 64 n. 15. vol. 1.*

Plausibilia itaq;, quæ affers, Compilator, non sunt.

554 In refutatione putatiua, DVODECIMI nostri fundamenti, rursus negas, Nicolaum Carbonem, *in pract. practicarum. lib. 1. c. 4. n. 37.* fallent. 12. scribere: quod l. 2. C. de resc. vend. locum non habeat, si post venditionem res melioratur: sed cum hæc formalia ipsius Carbonis verba sint, tuq; cum, vt omninò credo nunquam habueris, nec videris, nolim tecum in inanem verborum concertationem venire: sed sufficit mihi, quod Carbo id, ad quod eius autoritate vsus fueram, ipsissimis verbis scripserat.

555 Sed nec Baldus, Cremensis, Cagnolus, Baldus de Vbaldis, sed nec ipse Pinelus, in locis, à te ipso adductis, nobis, vt tu vis, aduersi sunt, si scripta eorum præsius examinauerit is. Tradunt enim verbis expressimis, audiendum non esse, ex l. 2. C. de resc. vend. agentem, nisi offerat, te expensas, quoq; meliorationum, ante omnia restituturum. *Prouoco ad inspectionem eorum magis sedulam.*

Atq; id perinde nobis satis est. Non enim in libello suo, se ad expensas melioriationum quoq;, paratum esse, ostenderat Actor. *Veluti superius quoq, cum de libelli ineptitudine ageremus, testigimus.*

Sic exceptione, quod melioramentorum 556
oblatio facta non sit, repelli posse, agentem. *ex l. 2. C. de resc. vend. censuit Fachin. controu. iur. lib. 2. c. 20. in pr. vbi hanc esse communem attestatur, & eosdem, quos nobis opponis, ab hac sententia, stantes, recensct, atq; adducit.* *

Neq; verò bona est consideratio isthæc 557
vestra, quod hoc pacto per meliorationes, vnius, vel duorum florenorum, iam remoueretur, præclarum istud l. 2. C. de resc. vend. remedium. Quilibet enim statim, ac rem acquisiuisset, cogitaret, vt impensa vnius, alterius ue floreni (vestra hæc vox est) se à vinculis l. 2. C. de resc. vend. extricaret.

Vobis enim non admonentibus iam dudum sciebam, minima apud prætorem nil pensi haberi. *l. sciо. ff. de rest. in in integr. Tiraq. in tr. de reb. exig. per tot. Rebuff. in tr. de priuil. scholar. priuil. 120. Ncuiz. in sylu. nupt. lib. 5. n. 98 ad fin. Cald. ad l. si curatorem in 7. vel aduersar. dolo. n. 7. C. de rest. in integr.*

Itaq;, non de melioratoribus, vnius alterius ue floreni, sed de melioratione insigniori, atq; conspicatiori locutus sum. Quod facilè animaduertisles, ni fucum verbis nostris facere, collibitum tibi fuisset, Compilator.

In DECIMITERTII nostri fundamenti refutatione (vt imaginantur sibi Consulentes) intolerabile ipsis videbatur, quod scripseramus, etiam ideò quoq;, l. 2. C. de resc. vend. remedij vsum, non concedi, quod res alienata, subiecta erat, multorum impetitionibus, molestijs, atq; diuexationibus. Verum vtut idipsum Consulentes negant, non tamen diffido, quin id ex autoribus, quos in id nominaueramus, rectè colligi possit. Et si id non esset, constaret attamen non minus, theoremati huic, sua veritas. Nam & apud alios, 558
celeberrimos iuris interpretes, scriptum extat, læsum, etiam enormissima læsione, se esse, quempiam iniuria conqueri, qui lites dubias, & periculosas effugit, maximè si aduersarij, & autoritate, & rerum gerendarum scientia, ad tuendum ius suum, satis benè communiti fuerint. *Ita in induiduo Bl. ad l. minoribus viginti quinq, annis n. 1. ff. de minoribus. Decian. cons. 56 n. 72 vol. 4.*

Refu-

Refutatio itaq; vestra, vt omnes aliæ hactenus fuerunt, solida non est.

Nam & ineptum illud est, quod affirmatis, tempore transactionis initæ, hic litem nullam, imò ne tinorem quidem litis subfuisse. Nisi enim lis tum temporis iam subfuisset, vel Actor vester, lites iam impendentes, olfecisset, mehercle tam anxius non fuisset, in prospiciendo sibi, ne euictionis nomine, conueniri posset, *velut palam facunt, ipsa transactionis litera.*

559 Non enim frustrà, pactum hoc appositum esse, dicere conuenit. *per ea, quæ tradit Bl. ad Rubr. q. 9. C. de contrah. emt. Anton. Galeat. Maluas. conf. 87. n. 13. vol. 1.*

560 Et qui timet, de lite futura rumusculos vanos, ideoq; sibi prospicit, veras lites subesse, fateri videtur. *Vt scriptum reliquit Decian. conf. 34. n. 95. vol. 3.*

Sic quandoquidem aduersus DECIMVM-QVARTVM nostrum fundamentum, nihil noui afferre, Consulentes video, sed ea tantum repetere, quæ sub IX. fundamento dixerant: ego quoq; replicationes nostras, inibi factas, huc referri velim.

In refutatione sua deinceps, fundamenti nostri DECIMIQVINTI, negant Consulentes, Actori suo vnquam, à Domino Reo, vt vel bona integra retineret, & mille ducenta numeraret: vel vt mille ducenta reciperet, & bona dimitteret, optionem permissam esse: sed & ridicula esse ea, quæ ad id colligendum, ex præfatione instrumenti transactionis introduxeramus, ajunt.

Sed dum interpretationem, nostram ridiculam esse conuitiantur, ridiculos seipsos præbent. Ita enim habent, transactionum literæ: B. vnd K seind miteinander zu grund verglichen/ vnd weil es B. gelegenheit nicht gewesen/ die güter selbst anzunemen / habe er alle vnd jede/ seine anforderung vnd gantzes Recht/ so er vermüge Churf. G. angefehls verschreibung vnd gesampter hand/ an obgemelten gütern gehabt/ H. B K. vnd seinen leibes Lehenserben verkaufft / cedirt vnd abgetretten/ &c.

561 Quare nos, ponderando verba: sein gelegenheit nicht gewesen/ die güter selbst anzunemen, recte inde extruxisse, & ridiculi nihil interpretationi huic ineptæ, etiamnum censeo, quod ex istis verbis liqueat, atq; pateat, quod in libero arbitrio, atq; voluntate Actoris, positum fuerit, tota bona retinere, & tantum pecuniæ, quantum post deinde acceperat, persoluere. Verificari enim illa verba: sein gelegenheit nicht gewesen / die güter selbst anzunemen / nisi substernamus illis, optionem, electionemq; facere, Actori permissum fuisse, non possunt. Alioqui enim suam tantum partem, non autem bona integra, retinere potuisset. Dato itaq; consequenti, quod est bonorum totorum retentio: antecedens quoq; necessarium, quod est optionem datam fuisse, dari omninò oportet. *Euer. in top. ia loc. à conces. conseq. ad concessum. anteced. n. 1. & per tot. Tiraq. de vt. retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 257. Affl. dec. 3. n. 3. & dec. 392. n. 11. Seraph. de Seraphan. tr. de iuram. prud. 31. n. 78. cum seq.*

Nec obstat absurdum, quod comminiscuntur hic Consulentes, quod si verbum bona, de totis bonis acceperimus, consequatur quoq;: quod tota bona, arq; sic quoq; suam partem propriam, emerit Reus. Eadem enim bona, quæ Actor retinere noluerat, Reo diuendita esse: Nam vt vides, inepturiunt planè Consulentes. Cum instrumentum non habeat, bona hæc, Reo diuendita fuisse, sed tantum quod Actor ius, quod in illis bonis, secundum Principis concessionem, & ius inuestitionis simultaneæ, habebat, cesserit, atq; tradiderit. Dedecet itaq; valdè ausu teme- 563
rario aliquid ex instrumento affirmare, quod in eo non legitur. Vt ex Collegæ sui amicissimi *Cothmanni scriptis conf. 5. n. 68. & VVesenb. conf. 15. n. 4.* addiscere Compilator debuisset.

Sed quid opus est verbis, cum Actor à Iudice, sub iuramenti fide interrogatus (quod vt antea cuicimus, ante litem etiam contestatam fieri potest) fateri omninò necesse habeat, electionem, optionem q; , de qua locuti hactenus fuimus, sibi datam, permissamq; fuisse.

At inquiunt Consulentes, dabimus tibi, sed citra veritatis præiudicium, quod optare, eligereq; vtrum vellet, bona, an pecuniam, Actori integrum fuerit: non tamen indè recte elicitur, cessare nunc l. 2. C. de rescind. vend. remedium. Cum istiusmodi optio, nullũ præterea alium, pariat effectũ, quàm quod posthac variatio desinat, quod q; illi, qui pecuniam optarat, fas amplius non sit, precio, cum altero tanto, restituto, rem ipsam, seu bona repetere.

Dicunt equidem hoc Consulentes, sed admirabiliter, & magnificè nimis, loqui videntur. Dum nullam nec legem, nec autoritatem, qua sua confirment, adducunt, & interim inauditum quid, nouumq; nihilominus obtrudere nobis, concupiunt. Quare ego hæc omnia, ceu adulterata, spernenda, & ne flocci quidem facienda, arbitror.

Nam etiam eo casu, vbi nulla planè optio, 563
venditori concedebatur, scio attamen denegatum illi planè esse, etiamsi duplum precium obtulerit, rem venditam, ab inuito emtore, eodemq; possessore auocare. *Vt est textus ad literam. in l. non est probabile. & ibi Bl. Salyc. & DD. C. de rescind. vend.*

Crepundia itaq; sunt, quæ hîc expositurant 564
Consulentes. An non verum est, ad reportandam victoriam, in remedio l. 2. C. de rescind. vend. vnicè esse necessarium, vt narretur, & probetur, qualiter venditor, locator, &c. error

rore seductí, hanc vel illam rem, tam vili precio distraxerint, vt hoc, ne ad iustí quidem dimidium accedat? *tradente in indiuiduo. Br. ad d. l. 2. n. 16. & ibi Panthal. Crem. n. 198. Sichard. n. 18. & DD. C. de resc. vend.*

Quí autem hîc error, vbi optio illi, qui se nunc læsum esse, asserit, dabatur, ipsi obligationi, consequenterq; contractui, inesse, edocebitur?

565 Longè cum sit verisimum: quod vbi optio, inter duo tantum facienda est, ibi nunquam electio mala, verbi gratia: si rem minus valentem optarit, etiamsi id faciat errore iuris, vel facti seductus, tantum posit, vt quod factum est, rescindatur. Cum nec condictio indebiti, nec aliud iuris remedium in id proditum sit. Cuius rei hæc est ratio: quod error, & deceptio, hoc casu non censeantur inesse, substantiæ obligationis, vel contractus, sed constare in aliquo alio extrinseco, aq; obligatione, & contractu separato. *Vtim indiuiduo docet Br. ad l. si is cui per ill. text. n. 2. ff. de legat. 2. Iaf. ad l. serui electione n. 6. vbi hoc Bl. Raph. Cuman. & Castr. sequi attestatur. ff. de legat. 1. & est communis opinio, teste Gomez. Var. resol. lib. 2. c. 11. n. 43. in fine.*

Absona itaq; nostra, vt singulari frontis supercilio, & fastu propè VVandalico existimaras, Compilator, tantoperè non sunt.

DECIMO SEXTÒ, ideò, ab vsu huius remedij, Actorem removendum censebam, quod clericus, inter Capitulares H. videri, velit.

566 Nam huic, vsum huius remedij. *Anchar. Socin. Seniorus, Decius, & Deciani autoritatibus in id adductis, expressum, & in indiuiduo denegat, ipse Cothmannus. d. conf. 30. n. 279. vol. 1.*

567 Id quod omninò rationem habet. Nam etsi omnibus, quotquot sunt in orbe terrarum mortalibus, dictum sit, vt honestè viuant, nec placitis pactorum suorum, obuiam eant. *l. 1. § iuris præcepta. ff. de iust. & iur. Garc. in tr. de vtl. fin. iur. n. 88. Scip. Gentil. in lib. orig. in v. affines in fin. Rebuff. in tr. de priuileg. scholar. priuil. 10. Sebast. Medices. in tr. de ll. p. 2. q. 6. n. 7. et p. 4. q. 14. n. 4.*

568 Præ alijs attamen Ecclesia, membraq; eius, iustitiæ cultrices, auctricesq; esse, & fidem datam, quantumuis maximo id, eorum fieret incommodo, non fallere debent. *c. 1. & ibi gl. & Bl. n. 5. de alienat. feud. Iaf. ad l. quoties. n. 9. C. de rei vindic. Nauiz. in sylu. nupt lib. 1. n. 139. Frider. Schenck. à Tautenb. ad c. 1. § donare. n. 3. qual. feud. olim. Hartm. Pistor. q. 23. n. 23. lib. 2. Capiferr. in tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 58.*

569 Sed & calumniator dicitur omnis is, qui aduersus ea agit, quæ manus suæ subscriptione, sigilloq; confirmarat. *tradente in indiuiduo Zas. ad l. 1. § . editiones. n. 40. ff. de edend. VVesenb. conf. 31. n. 22. & ipse Cothm. d. conf. 30. n. 280.*

570 Iam verò calumniatorem agere, & Clericum agere talia sunt, quæ sese ad inuicem, in

571 eodem subiecto, non terunt. Dicitur enim Clericus miles cœlestis militiæ. *Capiferr. in tr. de num. test. p. 1. c. 18. n. 21.*

Caueat itaq; sibi, ne in incessu, vestitu, 572
moribus, dictis, & factis ipsius, vlla appareat turpitudo. *tot. tit. ext. de vit. & honest. cleric. fac. trad. Fusc. in singul. iur. lit. C. n. 116.*

Aut etiam turpitudinis aliqua suspicio. 573
tot. tit. ext. de cohab. cleric. & mulier.

Sed & scandalum omne, quantum possunt, 574
fugere tenentur. *Flamin. de Rub. conf. 15. n. 12. vol. 1. per c. cum infirmitas. & c. præcipimus. ext. de pœnit. & remiss.*

Iam verò calumnia, turpitudinem semper 575
coniunctam habet, cum & infamiam quandoq; secum trahat. *l. 4. § . calumniator. ff. de his qui notant in fam. Marq. Freb. in tr. de existimat lib. 3. c. 6. n. 8.*

Omnis item calumniator, mendax quoq; 576
sit. *Freb. d. tr. de existimat lib. 3. c. 27. n. 29.*

Sed & inficias nemo ibit, quod haud in- 577
iuria, offendantur laici, scandalumq; capiant, si audierint, clericis, sub quocunq; prætextu, licitum esse, impugnare ea, quæ post tot tractatus, post tantam curam, & industriam, nobilium Mediatorum, bis transigendo inierant, & sexies consensu suo confirmarant, manu adhæc, oreq; promiserant.

Maximam enim hæc, fidei humanæ mi- 578
nantur ruinam. Omnia autem quæ bono publico ruinam minantur, scandalum intus reconditum habent. *Cardin. ad Clement. 1. de offic. Ordin. & ad Clem. 1. de immunit Eccles.*

Nisi id ius fortè, priscis illis clericis, qui 579
aurei erant, & ligneis vtebantur calicibus, non autem hodiernis, qui lignei ferè sunt, & aureis calicibus vtuntur. *Vt ex Bonifacio scriptum reliquit Rodulph. Hossin. in Hist. de re sacrament. lib. 2. c. 1. in fin.*

Staturum esse dixeris. Quod non censem. 580

Neq; verò iuuat vos, quod Abbatem & Baldum, aliud docuisse asseritis, Consulentes. Vtriq; enim de Ecclesia, non autem de certo Ecclesiæ vnius clerico, res est. Non itaque Abbatis. Baldiq; doctrinam huc referri oportet. Nusquam enim in iure scriptum est, quod ab Ecclesia, ad Clericum, argumenta rectè deducantur. Cum alia ratio sit in Ecclesia, alia verò in clerico. Ecclesia enim mater religionis est, vnde patrimonium eius intactum conseruare, omninò conuenit. *Redoan. in tr. de reb. Eccl. non alien. q. 3. n. 44. per l. iubemus in fin. C. de sacros. Eccl.*

Sed & in genere verum est, aliam esse cau- 581
sam Vniuersitatis, siue Ecclesiæ, aliam item singularum personarum, eiusdem Vniuersitatis. *Ioseph. Ludouic. dec. 5. Peruſin. 39. n. 31. Nicol. Los. in tr. de iur. Vniuers. p. 1. c. 1. n. 28.*

Non dicam nunc de eo, quod etsi Panorm. & Bl. id, quod vultis, dixissent: maiorem tamen Interpretum partem, nostram assertionem tueri, atq; defendere.

582 Sic non opitulabitur quoq; vobis *c.cum causa.ext.de emt.& vend.*(nam & id de Ecclesia, nõ de Clerico loquitur)*nec c.cum dilecti.ext.eod.tit.*

Nam dispar eius decisionis, quæ in isto textu inest, & nostræ est ratio. Nam præterquam quod ibi remedium hoc, etiam non datur clerico, sed Ecclesiæ: datur etiam non contra priuatum aliquem, sed itidem contra Ecclesiam aliam, quæ priorem illam Ecclesiam, vltra iusti dimidium læserat.

583 Iam verò longè certissimum est, quod deceptionis causa, facilius longè aduersus Ecclesiam, quàm alium priuatum, competat actio. Tenetur enim Ecclesia, non de læsione tantum, vltra iusti dimidium, sed de ea etiam læsione, quæ intra iusti dimidium consistit. *Vt est gl. quam notatu dignam dicunt DD. in c.ea enim.§.hoc ius porrectum,ad v. ad plus. 10. q. 2. Panthal.Cremeus.f.ad l.2.n. 161. & ibi Anton. Menes. de Padilla.n.55. C. de resc. vend. Franc. Marc. decis.*
* *Delphinat.539.n.35.p.1.& est communis opinio teste Beroio ad d.c. cum dilecti.n.20.ext.de emt.& vendit.*

584 Sed etsi quis vltrò ei offerat, plus iusto, æquialenteq; precio, recipere illud non debet. *gl.ad d.c.ea enim.§. hoc ius. d. v. ad plus, 10.q. 2.Guilelm.Redoan. in tr. de reb. Eccl. non al.q. 20.n. 7.Franc.Marc.d.decis. 539.n. 35.p.1.Emeric.a Rosbach.in tr.de comp.ar.iur.ciu.et canon.p.2.tit.8.in fin.*

585 Cum interim alijs se decipere liceat, quinimò naturaliter hoc, contractibus insit. *l. in causa.la. 2.§. idem Pomponius. ff. de munorib. Benuonut.Stracch.in tr.de mercatur.p.2.n. 6. Mozz. in tr. de contractib. Rubr. de substant. emt. n. 21. Couarr. var.resol.lib.2.c.3.n.1.Marc.Anton.Del·Rio ad l.contractus. 6. 4. sub Rubr. Etymologica.ff. de reg. Iur. Rosbach.d.p.2.tit.8.n.2.*

586 Sic nec verum est, quod ij, quos adduximus Doctores, inter enormem, & enormissimam læsionem, hac in parte distinguant, & hoc casu Clericis, vsum remedij l. 2. C. de resc.vend.concedant,illo verò non item.

Nam nec *Marianus Socin.cons. 15.n. 31.vol. 1. Dec.cons.564.n. 15.& cons.650.in fin.Decian.cons. 28.n.12. volum. 3. nec ipse vester Cothmannus cons. 30.n.279.aliquam* læsionis enormissimæ,mentionem faciunt.

Et quamuis *Decius cons.474.n.10.*non enormis læsionis meminerit, non tamen in eo, vim aliquam facit, sed ideò in eius mentionem incidit,quod id, in facto, quod à Decio decidebatur, ita euenerat.

Prouoco ad ipsectionem eorundem.

Non dicam nunc, de illo, quod vos nunquam adhuc,enormissimam illam læsionem, quam nobis passim & vbique, voce plus quàm Stentorea, prædicatis, demonstrare potueritis.

587 DECIMVMSEPTIMVM nostrum fundamentum, quo nobili genere nato, hoc remedio vti, vetitum esse, diximus. *depromsimus ex Cothmanno,cuius d.cons.30.n.281. hæc sunt verba:* Et hæc (quod transactio semel inita, semper sanctè, & firmiter obseruari debeat, quantumuis læsio, vltra iusti dimidium, subsit) eò magis,considerare,& obseruare opotet Actorem, cum ex nobili familia sit ortus, & cum viro nobili contraxerit. Cuiusmodi contractus, transactiones, & promissiones pro iuramento, custodiri debent. allegat Cothmannus *VVesenbeccium cons.50.n.22.*

Addit deindè hæc: Atq; adeò quemadmodum alijs quibusuis, ratione læsionis infirmare non licet, contractum iuratum, ne periurium incurrant: sic viri verè nobiles, promissionem,sua manu, sigillo, & fide obfirmatam, nequaquam infirmare debent, ne læsionem in bonis perceptam,persequentes, & reparare studentes: pietatem, existimationem, verecundiam, & nobilitatem suam lædant,& vt generaliter dixerim, contra bonos mores faciant. Cuiusmodi facta, nec facere nos posse credendum esse, homo Ethnicus Æmilius Papinianus,solo naturæ lumine instructus, pie, & religiosè respondit. *in l. filius qui.ff.de condit. instit.* Hactenus Cothmannus. Qui num id velit, quod nos ex eo asseuerabamus, cuilibet, affectione ad causam, non fascinato,dijudicare promtum est.

Sicuti & id dijudicare, opus, aut labor non est, quid de nostro Actore sentiendum, nisi dum tempus est,ad sanos mores redierit.

Argumentantur aduersum nos, *ex verbo* 588
vnicuiq;, seu quod Panormitanus dicat, vnicuiq; priuato, & per consequens, *nobili* etiam genere nato, hoc remedium dari, Consulentes, sed animaduertant quæso, nullum omnium textuum nec l. 2. C. de resc. vendit. nec c. cum dilecti, aut c. cum causa ext. de emt.& vendit.hoc verbo vnicuiq; vti.

Quare firmi quid,ex hac ista vocula, Vni- 589
cuiq;, elici non potest. Non enim protinus, quod Panormitanus excogitarat,vel absq; lege dixerat, pro lege obseruandum est. *teste Cothm.vestro.cons.1.n.592.vol.1.per l. calumniator.. ff.ad S.C.Turpill.l.ordine in pr.ff.ad municipal.*

Quod si vocula hæc, Vnicuiq;, in lege ali- 590
qua posita reperiretur, ideoq; Panormitani sententia,sequenda esset:non minus attamen locum haberet istud: quod dictio hæc, vnicuiq;,siue generalem, siue vniuersalem eam feceris, ad habiles tantum restringenda sit. Nam & generalis: *l.vt gradatim.§.etsi lege.ff.de* 591
munerib.& honor.Iaf.ad l.2.n.26.ff.de vulg.et pupill. n.36.Stchard.ad l.alienam.n.7.per ill.text. C.de procurat.Ign.ad l.contractus.n.4.ff.de reg.iur.

Et vniuersalis dispositio,si legis fuerit, vti 592
plurimis in id Interpretum autoritatibus adductis,*in individuo docuit Ioh.Petr.Surd. cons. 153. nu.9.volum.2.*

Ad habiles tantum astringitur. *Vt pluribus idipsum, rursus docuit Tiber. Decian. cons.58. nu.14. volum. 2.*

Sed &

593 Sed & l. 2. C. de resc. vend. nouam: & non solùm nouam, verumetiam iuris antiqui correctoriam esse, cum antea quousq; decipere, vel non decipere sese, ad inuicem contrahentibus liceret, non esset constitutum. *d. l. in causa. l. 2. § idem Pomponius. ff. de minoribus*, superius cuicimus: eandemq; legem, Diocletianus, & Maximinianus Imperatores, ad preces supplices, Lupi cuiusdam rescripserunt. *Vt patet ex l. 2. C. de resc. vend. inscriptione, traditq; Molin. in tr. vsurar. n. 172.*

594 Sin itaq;, legis eius vsum, quis ad nobiles quoq; extendere velit, edoceat prius, nobilem hunc Lupum fuisse, quàm vsq; eò progrediatur. Nec enim nobilitas, quandoquidem nemo nobilium, ex cœlo delapsus fuit, præsumitur, sed ab allegante probanda est. *Vt multis docuit Mascard. in tr. probat. concl. 1694. n. 1. Padill. ad l. si adibus. n. 5. C. de seruit. text. in l. 1. ff. de probat. c. cum persone. de priuileg. lib. 6.*

595 Non item lex noua, & correctoria, extra casum, de quo specificè loquitur, extendi debet, aut potest, etiam ex maioritate rationis. *l. præcipimus. C. de appellat. Marius Salomon. ad l. Gallus. § quidam rectè. n. 5. ff. de lib. & posthum. Raph. Fulgos. ad auth. ex causa. n. 25. C. de lib. præterit. Menoch. in tr. de remed. possess. adip. remed. 4. n. 35. Plot. in tr. de* * *in lit. iur. § 9. n. 5. vbi hanc esse comm. opin. attestatur.*

596 * Et quamuis non negem, l. 2. C. de resc. vend. in venditore loquentem, ex communi Interpretum suffragio, ad emtorem vsq; extendi. *Azo in summa. n. 2. C. de resc. vendit. gl. magna. ad d. l. 2. & vbi Br. n. 3. Alber. de Rosat. n. 4. Bl. n. 20. Salyc. q. 12. Castr. n. 17. Cremen. n. 25. Pinel. p. 1. c. 2. n. 1. Padilla. n. 12. & DD. C. de resc. vend. Abb. ad c. cum dilecti. n. 2. ext. de emt. & vendit. Anton. Gabr. Roman. in tr. regular. lib. 8. tit. de emt. & vendit. concl. 1. n. 31.*

597 Aliæ tamen longè, eædemq; diuersissimæ rationes sunt, ob quas l. 2. C. de resc. vend. disspositio, in venditore loquens, ad emtorem vsq; extendebatur *Vt patet ex traditis Padill. ad d. l. 2. n. 12. C. de resc. vend.*

Quàm vt propterea, nobiles, ignobilesq; pariter in hac dispositione includamus.

598 Sic quoq; non vrget illud, quod ex Couarruuia adducebatis: etiam Principem l. 2. C. de resc. vend. beneficio rectè frui.

Nam, vt omnes obseruare possunt, Compilator vester, oculis lippitudine aggrauatis, Couarruuiam inspexerat: Hunc enim si pœnitius, & vt ciuile erat, totum perspexisset, animaduertere potuisset, *Couarruuiam in d. lib. 1. var. resolut. c. 3. n. 13.* non de l. 2. C. de resc. vendit. sed lege quadam Hispanorum Regia, agere: sed & in sequenti *n. 14.* seipsum discretis verbis declarare, quod de restitutione in integrum, non autem de hoc beneficij genere locutus sit.

599 Verùm fac Couarruuiam velle id, quod eius autoritate, Compilator vester, Consulentes, confirmare voluerat. Non tamen perueniet is eò, quò tenditis. Cum nusquam in toto iure, hæc stabilita sit consequentia: hoc vel illud potest Princeps: Ergò poterit etiam idipsum nobilis.

Sic quod proximè ad rem accedit, Principem iure minorum vti, proindeq; in integrum restitutionem rectè postulare, omnibus in confesso est. *Luc. de Penn. ad l. tubicularios. C. de Præpos. sacr. cubicul. lib. 12. Craw. in tr. de antiq. temp. § absolutus. n. 33. Zas. ad l. Princeps. n. 6. ff. de li. Sfort. Odd. in tr. de rest. in integr. q. 3. n. 88.* 600

Quis autem dixerit, idem quoq; nobilibus facere, concessum esse?

Sic quoq; ad nos non attinet, quod *VVesen-beccius in consil. 52 n. 22.* scripserat, vel non scripserat. Nos enim nostra VVesenbeccij autoritate non communiuimus. Sed in his confirmandis, Cothmanno vestro vsi sumus, qui id disertis verbis, *veluti paulò ante enarrauimus* in scripta immisit, quiq; vt id tueretur, non VVesenbeccij autoritate, sed *l. filius qui. ff. de condit. instit.* potissimum vsus erat. 601

Et quantumuis VVesenbeccij autoritatem, secuti fuissemus: quantumuis item is, de tali casu ageret, in quo promissio, sub fide Christiana facta esset: qualis promissio, in nostro Translactionis instrumento, non reperitur: non dubito tamen, quin idem ius, hic quoq; statuendum sit, ob geminum, quem habemus hîc, translactionis contractum: ob verba item illa in primæ translactionis instrumento, inserta: quod ore, manuq; hæc fideliter custodire, partes vtrinq; spoponderint.

Hinc namq;, vt de vi, & efficacia, gemi- 603
natæ translactionis, nonnihil agamus, propterea, quod in sequentibus, idipsum nobis faciendum sit, nascitur stipulatio, quem etiam solum promittendi verbum, tantoq; magis, manus tactus, siue handgegebene trewe/ arguit, atq; introducit. *§ si scriptum. Inst. de inutil. stipulat. Cagnol. ad l. lecta. n. 29. ff. si cert. petat. vbi hanc esse communem opinionem attestatur. Carol. Rum. conf. 131. n. 3. vol. 1.* *

Quæ sola ad impediendum, retardan- 604
dumque litis ingressum satis est. *Vti antea ex Surdo fidem fecimus.*

Vt cessem de illo differere, improbum 605
esse, si nobilis, inter promissionem, sub fide Christiana, & inter promissionem, quam manu data, verbisq; ad promittendum aptis, fecerat, distinguere voluerit. Cum enim fidem, etiam nobilem tantum fallere, nobilioribus præsertim grauius sit. *Caccialup. ad l. omnes populi. n. 107. vers. præterea. ff. de iust. & iur. Schr. in tr. feud. p. 10. sect. 1. n. 60. Rol. à Valle. conf. 31. n. 34. vol. 2.*

Id facere non poterunt nobiles. Cum id 607
demum, nos posse, rectè dicamur, quod possumus, salua existimatione nostra. *l. Nepos proculo. ff. de verb. signif. c. faciat homo. 22. q. 2 gl. ad Clement. sæpè in v. poterit. de verb. signif. Gail. obs. 56.*

n. 10. & obs. 142. n. 16 lib. 2. Marc. Salom. ad l. Gallus. in pr. n. 2. ff. de lib. & postum. Zoanett. ad l. vt vim. p. 2. n. 17. ff. de iust. & iur. Coler. in tr. de proceff. execut. p. 1. c. 8. n. 74.

608 Rustici sanè Aurelianenses, qui inter fidem Christianam, ad promissiones seruandas, quod attinet & fidem simplicem Alemannam, non distinguebant, *de quibus Breul. in tr. de renunc. rec. mor. cauf. 3. s. 7. n. 9. & seqq.* nobiliores longè censendi erant, quàm istiusmodi nobiles, quibus ignobilia sua suffragia, dant Consulentes.

In sequenti §. ad vomitum pristinum redeunt Consulentes, acerrimè rursus contendentes, nobis hîc, de emtione, & venditione, rem esse: cum attamen superius, nobis vltrò dederint, diuisionem hîc factam, nec non alibi transactum fuisse. *Quæ his repetere, ne Iudicum benignitate abutamur, supersedemus.*

